www.e-rara.ch

Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus primus[-nonus]

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH FL II 3-7

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-47126

Band 3

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

OCTAVO

F L II 5.

Libri fratrum Carthusiensium Vallis sancte Margarete Basilee minoris Ionat eisdem propter deum Aboneczabilibus ac honestis Heredibus Magistri Joannis Amorbachij quondam impressoris, nec non magro Joanne frobenio caligrapho auctꝫ Basiliensi, Continens Commentarios diui Hieronymi pbri. In prophetas maiores. quo ad Tomum Quintum. et In prophetas minores, quo ad Tomu Sextum.

QVINTVS TOMVS

OPERVM DIVI HIERONYMI, COMMENTARIOS IN PROPHETAS, QVOS MAIORES VOCANT, CONTINET.

AD LECTOREM AMORBACHII.

Non dam nobis fuit, in his esse permulta, quæ falso inscriberentur Hieronymo. Id quod cũ nobis & ante suboleret ex ipsa phrasi: tamẽ non audebamus nobis fidere, donec DESYDERIVS ERASMVS, homo certissimi iudicij, de his magna fiducia pronunciaret. Et tamen adeo nihil amputauimus eorum quæ ante fuerunt excusa, ut multa etiam addiderimus, in hoc non nostro stomacho seruientes, sed uulgi ingenio, & quorundã uoluntati, quibus refragari cũ id uehementer agerent, nõ libebat. Nos pauciores malebamus Tomos, modo puriores. Docti ut sunt humani, boni consulent, quod noluerimus frustra pugnare cum maxima mortalium parte. Et rursum hi non succensebunt nobis, quod lectorem admonuimus, ne insciens falleretur. Vtrisq; factum est satis. Quibus omnia placent nullo delectu, quæcunq; Hieronymi nomen præ se ferunt, hi & plus habent a nobis, q̃ hactenus a quoq̃ acceperint & emendatius. Qui naris sunt emunctæ, non fallentur titulis, nisi falli cupiant, adeo singula digessit & discreuit cẽsuris & indice suo noster

ERASMVS.

BIBL. PUBL. BASILEENSIS

APVD INCLYTAM GERMANIAE BASILEAM M. D. XVI.

BRVNO ET BASILIVS AMORBACHII
CANDIDO LECTORI. S. D.

CScepsi, quos Aristoteles & Theophrasti libros, a Neleo, iure hæreditatis acceperãt, timore regũ Attalicorũ, q tum undecunq comparatis libris bibliothecã Pergami instituebant, in hypogæum quoddã abdiderunt. Hos partim tineis, partim humiditate labefactos, Apelicon Theius, magno redemptos precio, restituere conatus, scriptura nõ recte suppleta, publicauit erroribus plenos. Sed ab inclinatione imperij citra, longe sæuior pestis in optimos quosq scriptores, & e sacris authoribus in Hieronymũ præcipue debacchata est. Nam laudi cedere debuit Apeliconi, quod in operib⁹ Aristotelicis reponere sit adnixus, quæ deesse comperiebat. At quibus tandẽ crucibus digni censeantur, qui cum in alijs authoribus, tum in Hieronymo maxime, nõ modo emaculare mẽdas, quæ uel temporis uitio, uel inscitia librariorum inoleuerant: sed his quæ rectissime habebãt, suas impuras man⁹ admoliri, polluere, adulterare, omnia denicq nullo nec pudore nec iudicio interuertere sunt ausi. Verũ de his in prioribus Tomis ab ERASMO nostro satis multa dicta sunt: quare nos istis omissis de instituti operis ratione breuiter disseremus. Ioannes Amorbachius parens noster cũ quatuor doctorũ (ut uocant) omnia monumẽta suis typis procudere destinasset, & iam Ambrosiũ & Aureliũ Augustinũ haud infeliciter absoluisset, Hieronymus restabat. Ad huius castigationẽ cũ exemplaria, ductu humanissimi, doctissimiq patris Gregorij Reischij Chartusij, ex innumeris bibliothecis comparauit: tũ ex omni Germania uiros undecũq doctissimos acciuit, nam eo planissime erat animo erga restituendos sacros illos ac ueteres Christianæ religionis authores, ut huius rei studio, nec rei pecuniariæ, nec ætati iam ingrauescenti parceret. Inter hos itaq quos accersijt, Ioannes Reuchlinus in hebraicis nonnulla reposuit. Conon Norimbergensis in græcis & latinis multa castigauit. Sed longe plurimũ momenti attulit ERASMVS ille ROTERODAMVS, qui si nobis in tempore contigisset, uel unus ad omnia fuerat suffecturus, uir præter eruditionem uariam, minimeq uulgarem, diligẽtia infatigabili, prorsusq adamantina, iudicio exactissimo, & in diuinãdo cũ res postulat, mira quadam solertia. Is quatuor primos Tomos in se recepit, in quos addidit & scholia, ne post hac facile deprauari possent. Nos in hebraicis alicubi commodauimus operam, quod in his sine nobis nollet iudicare. Porro pater cum in hoc nos ante uelut instruxisset trium linguarũ qualicunq peritia, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, quod sine horum præsidio, nihil agi poterat in hoc negocio, tam egregio operi tandem immoriens, hanc prouinciam uelut hæreditariam nobis delegauit, futurum sperans, ut si uetus illa theologia reuiuisceret, minus ualeret spinosum istud sophistarũ & frigidum theologorum genus, & Christianos haberemus magis ingenuos & germanos. Abeunt enim studia in uitam, & tales euadimus, quales quotidie legimus. Enimuero cum iuxta Isocratem non modo paternarum facultatum, sed & paternorum amicorum, πρέπει τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν, atq adeo studiorũ, successionẽ capessere deceat, nos omissis optimis simul ac suauissimis studijs, annos aliquot in hunc laborẽ insumpsimus, & nonnullã optimæ ætatis portionẽ Hieronymo impendimus, ijs quidẽ laboribus, qui cuiuis adolescenti senium conciliare possent. Primũ, quantũ difficultatis habuerit ueterũ uoluminũ uix legibiliũ collatio, quorũ nobis ingens copia fuit, omnibus fere Germaniæ bibliothecis, exemplaria suggerentibus, ij nosse poterũt, qui in ea re aliquãdo sunt uersati. Nec tota res ab exemplaribus pẽdebat, sæpenumero inter se pugnantib⁹, sæpissime corruptis, iudicio opus erat ad delectũ, nonnunq & diuinatione, qua quidẽ in re magis religione opus fuit q temeritate. Atq in alijs quidẽ reb⁹ uoluptas, sensum laboris adimit, aut certe mitigat: hic nihil nisi labor, & semp eodẽ tenore recurrẽs molestia. Adde qd nullus labor molestior, q emẽdare taleis authores, ex quo minus gratiæ redit ad eum qui suscipit. Verũ hoc heroicũ est, etiam gratis bene mereri de genere mortalium. Sic deus cum nullius egeat, nec ab ullo gratiam repetat, tamẽ omnibus benefacit. Et rex bonus consimili est animo. Quanq castigãdis authorib⁹ magnã laudẽ qdã cõsecuti sunt, Aristarchus notus quod Homerũ obelis & asterijscis distinxerit. Hermolaus nõ minus clarus est q ipse Plini⁹. Libris medicorũ qd corruptius? In qbus restituẽdis, egregiã nauauit operã & nauat Gulielm⁹ Copus, Basiliẽsis urbis immortale decus. Iuris peritorũ libris qd deprauatius? In his nõ infeliciter rẽ aggressus Budeus, Galliæ suæ primũ honestamẽtũ. Nec hoc inferior Zasius, q in Pandectarũ uoluminã pari studio cõmentarios meditat. Denicq quid supererat Aristotelis? Hic adiuuit Theodorus & Argyropylus, & Leonardus Aretinus. Sic enim prohdolor in omnibus disciplinis, bonorũ authorũ monumenta, per indoctã quorundã audaciã, & audacẽ inscitiã impune corrupta sunt, ut nisi in tempore succurrissent docti, plane de his fuerit actum. Quod si nõ omnia restituta sunt in opere tam immenso, minime mirũ uideri debet: siquidem nec Hercules suffecit aduersus hydram & cancrũ duo monstra. Nos ergo qui pares esse poteramus aduersus tot milia portentorũ: primũ iuuenes, deinde mediocri doctrina? Certe magis adlaborari nõ potuit: & plæraq omnia restituta sunt, ut opinamur. Iã uero neutiq reprehendẽdũ, si quid discrepat a ueteri gustu, aut si qd parũ assequaris. Alioquin magis arguẽdus ipse Hieronym⁹, quod Græca & Hebræa admiscuerit, nobis danda uenia, si quod ille scripsit, nos restituimus. Nam si pulchrũ fuit illi scribere, nobis honestum erit restituisse. Quin potius hæc debẽt nos ad studiũ earum linguarũ inhortari, sine quibus diuinæ litteræ cognosci non possunt. ¶ Porro autẽ hic quintus Tomus, commentarios habet diui Hieronymi in maiores prophetas, ut uocant, tam insigneis, ut hic de eo dici possit, quod ille de Origene Canticũ canticorũ interpretante dixit, In cæteris uicit omnes, in his prophetarũ cõmentarijs seipsum. Nam iam diutino studio maturuerat eruditio. Et certe uetus testamentum a Græcis pene neglectum uidetur, quod nouo græce scripto, magis fauerent, at Hieronymus duos Cherubim ex æquo coniunxit, & abyssum abysso copulauit. Quod superest quandoquidẽ syncera fide sudauimus in restituendo Hieronymo, uestrũ est o lectores, grato accipere animo: & dare operam, ne post hac deprauetur quod emendatum est. Nos sane non contenti collatione latinorum codicum tametsi uetustissimorũ, Hebræa quoq consuluimus uolumina, sicubi hærebamus, uelut in hebraicis nominibus, in locis hebraicis, in dictionibus deprauatis. Sed & locos citationum magna cura adnotauimus, non ut in cæteris ubi sepius fallitur lector q adiuuat. Præterea quoties æditio septuaginta ab Hebraica ueritate discrepat, interuallo medio distinximus, suo utramq titulo prænotantes. Vbi uero conueniunt perpetuo uersuum contextu, sumus utramq complexi. Bene uale lector & fruere, & cum in his spiritalibus opibus uersaberis, fac faueas inclytæ ciuitati Basileæ, quæ prima thesaurum hunc orbi protulit, faueas officinæ Frobenianæ, in qua labor hic desudatus est. Denicq nobis, quorum immensa pecunia, tamen nulla pecunia æstimandis sudoribus res peracta est. Nam tametsi totam pene rem paternam in hoc opere periclitati sumus, tamen ætatis ac studij intermissi maior nobis uideẽ sumptus.

Iterum uale. Basileæ Nonis Maijs.
Anno a Christo nato.
M. D. XVI.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM VIRGINEM.

PROEMIVM

A EXpletis longo uix tempore in duodecim prophetas, uiginti explanationum libris, & in Danielem cõmentarijs: cogis me uirgo christi Eustochium transire ad Esaiam: & qđ sanctæ matri tuæ Paulæ dum uiueret pollicitus sum, tibi reddere: qđ quidem & eruditissimo uiro fratri tuo Pammachio promisisse me memini: cũq; in affectu par sis, uincis præsentia. Itaq; & tibi & illi per te reddo qđ debeo, obediens christi præceptis: qui ait: Scrutamini scripturas, & quærite, & inuenietis: ne illud audiam cũ iudæis: Erratis, nesciẽtes scripturas neq; uirtutẽ dei. Si enim iuxta apostolũ Paulũ christus dei uirtus est, deiq; sapiẽtia: & qui nescit scripturas, nescit dei uirtutem eiusq; sapientiã: ignoratio scripturarũ, ignoratio christi est. Vnde orationũ tuarũ fultus auxilio: quæ diebus ac noctibus in dei lege meditaris, & tẽplũ es spũssancti: imitabor patremfamilias, qui de thesauro suo profert noua & uetera: & sponsam dicentẽ in canticocanticorũ: Noua & uetera fratruelis meus seruaui tibi: sicq; exponam Esaiam: ut illũ non solũ prophetã, sed euangelistã & apostolũ doceam. Ipse enim de se & de cæteris euãgelistis ait: Qm̃ specioſi pedes euangeliçantiũ bona, euangeliçantiũ pacẽ. Et ad ipsum quasi ad apostolum loquit̃ deus: Quẽ mittam, & quis ibit ad populũ istum? Et ille respondit: Ecce ego, mitte me. Nullusq; putet me uoluminis istius argumentũ breui cupere sermone cõprehẽdere: cũ uniuersa dñi sacramenta præsens scriptura contineat: & tam natus de uirgine emmanuel q̃ illustriũ patrator operũ atq; signorũ: mortuus ac sepultus, & resurgens ab inferis, & saluator uniuersarũ gentium prædicet̃. Quid loquar de physica, ethica & logica? quicquid sanctarũ est scripturarũ: quicquid potest humana lingua proferre: & mortaliũ sensus accipe, isto uolumine continet̃. De cuius mysterijs testatur ipse qui scripsit: Et erit uobis uisio omniũ sicut uerba libri signati: quẽ cũ dederint scienti literas, dicẽt: lege istũ: & respondebit: Non possum, signatus est enim. Et dabit̃ liber nesciẽti literas: dicẽturq; ei, lege: & respondebit, nescio literas. Siue igit̃ hunc librum dederis nescienti literas populo nationũ: respondebit: nõ possum legere, quia non didici literas scripturarũ: siue dederis scribis & pharisæis: qui legis literas nosse se iactãt: respondebũt: nõ possumus legere, qa signatus est liber. Qui idcirco eis signatus est: quoniã nõ receperũt eũ quẽ signauit pater: qui habet clauẽ dauid: qui aperit & nemo claudit: qui claudit & nemõ aperit. Neq; uero ut Montan⁹cũ insanis fœminis somniat: prophetæ in extasi sunt locuti, ut nescirent quid loquerent̃: & cũ alios erudirent, ipsi ignorarent quid dicerent: de quibus apostolus ait: Nescientes quæ loquãtur, neq; de quibus affirment: sed iuxta Salomonẽ qui loquit̃ in prouerbijs: Sapiens intelligit quæ, pfert de ore suo: & in labijs suis portabit scientiã: etiã ipsi sciebant quid dicerent. Si em̃ sapientes erãt prophetæ, qđ negare non possumus: Et moyses omni eruditus sapientia loquebatur ad dñm: & dñs respõdebat ei: Et de daniele ad principẽ Tyri dicit̃: Nunquid sapiẽtior es daniele? Et dauid sapiens erat qui gloriabat̃ in psalmo: Incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi: quõ sapientes prophetæ instar brutorũ animantiũ quid dicerẽt ignorabant? Legimus & in alio Apli loco: Spiritus prophetarũ prophetis subiecti sunt: ut in sua habeant potestate, qñ taceant, quando loquantur. Qđ si cui uidetur infirmũ: illud eiusdem Apostoli audiat: Prophetæ duo aut tres loquantur, & alij dijudicent: si autem alij fuerit reuelatũ sedenti, prior taceat: Qua possunt ratione reticere: cũ in ditione sit spiritus qui loquit̃ per prophetas uel tacere uel dicere? Si ergo intelligebant quæ dicebant: cuncta sapientiæ rationisq; sunt plena: nec aer uoce pulsatus ad aures eorum perueniebat: sed deus loquebatur in animo prophetarũ: iuxta illud qđ alius propheta dicit: Angelus qui loquebatur in me. Et: Clamãtes in cordibus nostris abba pater. Et: Audiã quid loquatur in me dominus deus. Vnde post historiæ ueritatem: spiritualiter accipienda sunt omnia: & sic iudæa & hierusalem, babylon & philistijm, moab & damascus, ægyptus & desertum mare, idumea & arabia: ac uallis sion, uel uallis uisionis: & ad extremum tyrus, & uisio quadrupedum, intelligenda sunt: ut cuncta quæramus in sensu: & in omnibus his, quasi sapiens architectus paulus apostolus iaciat fundamentum: qđ non est aliud præter christũ iesum. Magniq; la-

C

B

D

Esa. 52. b
Ibi. 6. c
Esa. 29. d
Cañ. 7. a
Ioẽ. 6. f
Matẽ. 7. a
Ibi. 22. c
Pſ. 50. b
1. Co. 14. f
Ibidem
Zach. 1. c
Gal. 4. a
Pſ. 84. b
1. Timo. 1. b
1. Co. 3. b

 boris &

E boris & operis est, omnẽ Esaiæ librum uelle edissererе: in quo maiorũ nostrorum ingẽhia suda/ G
uerunt: græcorũ dico. Cæterum apud latinos grande silentiũ est: præter sanctæ memoriæ marty/
2.Co.11.b rem Victorinũ: qui cum Apostolo dicere poterat: Et si imperitus sermone, non tamen cientia.
Scripsit enim in hunc prophetam iuxta æditiones quatuor: usq; ad uisionem quadrupedũ in
deserto. Origenes triginta uolumina, e quibus uicesimussextus liber non inuenitur. Feruntur
& alij sub nomine eius de uisione τετραπόδων duo ad Gratã libri: qui pseudographi putantur: &
uigintiquinq; homiliæ & σημειώσεις quas nos excerpta possum⁹ appellare. Eusebius quoq; pam
phili iuxta historicã explanationẽ quindecim ædidit uolumina: & Didymus cuius amicitijs nu/
Esa.40.a per usi sumus: ab eo loco ubi scriptũ est: Consolamini, consolamini populũ meum sacerdotes:
loquimini ad cor hierusalem: usq; ad finem uoluminis, decem & octo ædidit tomos. Appollina/
ris autem more suo sic exponit omnia, ut uniuersa transcurrat, & punctis quibusdam atq; inter/
uallis, immo compendijs, grandis uiæ spacia prætermolet: ut non tam cõmentarios q; indices ca/
pitulorũ nos legere credamus. Ex quo animaduertis quantæ difficultatis sit, ut latini nostri, quo/
rum aures fastidiosæ sunt: & ad intelligẽdas scripturas sanctas nauseant: plausuq; tantũ eloquẽ
tiæ delectant: mihi ignoscãt si plixius locut⁹ fuero: cũ Esaias duodecim pphetis iuxta numerũ
uersuũ, aut æqualis, aut maior sit. Sicubi aũt prætermissis Lxx. de hebraico disputaui: illud in cau
sa est, quod aut eadem aut similia sunt plæraq; cum cæteris: & duplici æditione proposita, nolui
libros explanationis extendere: qui etiam in simplici explanatione modum breuitatis excedũt:
Sed iam propositum exæquamur.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER PRIMVS

F Visio esaię ꝛc. super iudam ꝛ hierusalẽ. Pro Iuda in quo significantur duæ tribus: Lxx. & Theodotio posuere iudææ: quæ totã terrã duodecim tribuũ oñdit. Et p eo qđ nos ex hebræo uertimus, sup iudã & hierusalem: illi interpretati sunt, cõtra iudæam & hierusalem. Symmachus more suo manifestius, de iuda & hierusalem: ut nec prospera nec aduersa uelit titulo demonstrari: sed ea quæ de iuda & hierusalẽ in utrãq; partem propheticus sermo prædixerit. Ergo esaias principaliter de duabus loquit̃ tribubus, iuda & beniamin: exceptis decẽ quæ in samaria erant, & uocabantur ephraim & israel:
4.Reg.15 & quas sub Osia rege iuda & hierusalem, Phul rex assyriorum uastare iam cœperat. Deniq; quinquagesimo & secundo imperij eius anno, regnãte apud samariã phaceæ filio romeliæ, uenit theglathphalasar rex assyriorũ & cœpit ahion & abel domũ maacha: & ianoha & cedes & asor & galaad & galileam, omnem terrã neptalim: & transtulit eos in assyrios. Ex quo ostenditur, uicina euersione samariæ, in cõmonitionem duarum tribuum hæc uniuersa narrari. Osias aũt ipse est qui & açarias, duplici nomine: & uno quidem atq; eodem tempore: Esaiam, osee, iohel, & amos prophetasse, ex regibus qui ponuntur in titulo cognoscimus: sed principiũ
Osee.1.a uerbi domini fuit in osee filio beeri. Amos autẽ pater esaiæ, non ut plæriq; autumant tertius duodecim prophetarũ est: sed alius: diuersisq; apud hebræos scribũt̃ literis. Iste primã & extremam literas habet נ & ע: ille י & ד: & iste scđm quosdam interpretat̃ fortitudo siue robustus: ille populus durus uel grauis: de quo in amos plenius diximus. Nõ solum autem hic propheta: sed & alij cum habeant in titulo: Visio quã uidit Esaias siue abdias: nõ inferunt quid uide/
Esa.6.a rint. Verba gratia: uidi dominũ sabaoth sedentẽ super thronum excelsum & eleuatũ, & seraphim duo in circuitu eius: sed quæ dicta sint narrant: id est: Audi cœlũ & auribus percipe terra. Et: Hæc dicit domin⁹ deus ad idumæã: Auditũ audiui a domino & legatum ad gentes misit. Prophetæ em̃ prius uocabantur uidentes: qui dicere poterant: Oculi mei semper ad dominũ: Et: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo. Vnde & apostolis a saluatore præcipit̃: Leuate oculos uestros & uidete regiones: quia iam albæ sunt ad metẽdũ. Istos cordis oculos: & sponsa habebat in cantico canticorum: cui sponsus dicit: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, uno ex oculis tuis. Et in euangelio legimus: Lucerna corporis tui est oculus tuus. In ueteri quoq; dicitur instrumento, quod populus uiderit uocẽ dei. Ex quo Montani delyramenta conticeant: qui in extasi & cordis amentia prophetas putat uentura dixisse: neq; em̃ uidere poterant quod ignorabant. Scio quosdam iudæam & hierusalem, de cœlestibus interpretari: & esaiam sub persona domini saluatoris: quod captiuitatem illius prouintiæ in nostra terra prænuntiet: & postea reditum conscensumq; ad montẽ sanctum in diebus nouissimis: Quæ nos contraria christianorũ fidei iudicantes, uniuersa despicimus: & sequentes historiæ ueritatẽ: sic interpretamur spiritualiter: ut quicq; illi de cœlesti hierusalem somniant: referamus ad christi ecclesiam: & ad eos qui uel propter peccata egrediuntur ex ea: uel ob pœnitentiam reuertuntur ad sedem pristi/
nam. De qua & illud in hoc eodẽ pphęta dici arbitramur:
Esa.60.a Illuminare illuminare hierusalem: uenit em̃ lux tua: & gloria domini sup te orta est: & in te apparebit dominus: & gloria illius super te ostendetur: & gradientur reges in lumine tuo, & gentes in splendore tuo: Quando ueniẽt omnes filij eius de longe: & filiæ illius in humeris portabũtur: & operient eam cameli madian & epha afferentes aurum & thus: & greges cedar congregabuntur in hierusalem: & arietes nabaioth properabunt: & erunt placabiles hostiæ super altare domini. Quodq; in titulo ponitur prophetasse eum sub osia & ioatham & achaç & eçechia regibus iuda: non ut in alijs prophetis confuse intelligẽdum est: ut nesciamus quid sub quo specialiter rege dictum sit: sed usq; ad finem uoluminis

Isio esaie filij amos quam uidit super iudam & hierusalem: in diebus osie, ioatham, achaç, eçechie regum iuda.

Audi cœlum

Abdie.1.a
1.Reg.9.b
Pſ.24.c
Ibi.122.a
H
Ioh.4.c
Cañ.4.c
Matth.6.c
Exo.20.c

A minis scriptū referatur: quid seorsum sub osia, & quid sub ioatham, & quid sub achaç, & quid sub eçechia ei a dño reuelatum sit. Sciamus quoq; eçechiam in hierusalem duodecimo anno Romuli, qui sui nominis in italia condidit ciuitatem, regnare cœpisse: ut liquido appareat quãto antiquiores sint nostræ historiæ q̃ gentium cætera rum. Interpretatur autẽ Esaias saluator domini: iuda, confessio: hierusalẽ, uisio pacis: osias, fortitudo domini: ioatham, domini perfectio: achaç, tenens siue robustus: eçechias, imperiũ dñi. Qui igitur domino præsidente saluatur: & est filius amos: id est fortis atq; robusti: cernit spiritaliter uisionem confessionis, dum antiqua peccata deplangit: & pacis, dum post pœnitentiã transit ad lucem, & æterna pace requiescit: cunctaq; illius tempora transeunt sub fortitudine domini, & perfectione eius ac robore. Cũq; omnia fecerit: dicet illud euangelicum: Serui inutiles sumus: quod enim facere debuimus, fecimus.

ישעיהו יחזקיה ירושלם עזיהו אחז יותם יחזקיהו אמוץ

Luc.17.c

a ¶ Audi cœlum ꝛc. Supra, quis propheta, cuius filius, quid contra iudam & hierusalem, siue super iudam & hierusalẽ, & quo tempore uiderit, titulo demõstratũ est: Nunc cœlum & terram ad audiendum prouocat. In cœlo supernas significans angelicasq; uirtutes: in terra mortalium genus: μείῳ μυμικῶς ab his quæ continent ea quæ continentur. Siue quia per moysen testes uocauerat dñs cœlũ & terram, dans

B populo israel legem suam, & dixerat: Attende cœlum quæ

Deu.32.a loquar: audiat terra uerba oris mei: post præuaricationem populi, eosdem rursum in testimonium uocat: ut cuncta elementa cognoscant, iuste dominũ in ultionem mãdatorum suorũ ad iracundiã cõcitatũ. Pro cœlo, hebraicum שָׁמַיִם cœlos sonat, plurali numero: maxime cum audite dixerit: id est שִׁמְעוּ: qđ plurali efferẽ numero, non singulari. Sed quidam uolunt pluraliter quidem dici cœlos: sed singulariter intelligi: iuxta illud qđ singulas ciuitates Thebas & athenas uocam⁹. Estq; hebraici characteris idioma ut omnia quæ in יִם syllabã finiũt, masculina sint & pluralia: ut פְּרוּבִים & שְׂרָפִים. Et quæ in הָ, fœminina & pluralia: ut צְבָאוֹת Et hoc notandum qđ cœlis dicatur, audite: terræ, auribus percipe: ea enim quæ excelsa sunt, maiorem habẽt intelligẽtiam: quæ humiliora, terrenis sensibus inuoluuntur. Vnde

Matth.11.d & saluator in euangelio: Qui habet inquit aures audiendi audiat. Si quis igitur cœlum est & habet municipatũ in cœlestibus: audiat mystice quæ dicũtur. Si quis terrenus: simplicem sequatur historiam. Illud quoq; animaduertẽdum qđ non dixerit: Audi cœlum & auribus percipe terra, quid uobis locutus sit dominus: sed quid locut⁹ sit mihi: ut qđ ego audiui in spiritu, uobis referam, qui ipsum loquentem audire non meremini. Quidam cœlum & terrã quasi animantia ad audiendum prouocari putant: iuxta illud quod

Ps.103.d de terra in alio loco dicitur: Qui respicit terram & facit eam tremere: cum hoc potestatis dei sit nõ terrenæ intelligentiæ.

b ¶ Filios genui ꝛ exaltaui ꝛc. Pro q̃ Symmachus & Theodotio ita uerterunt: Filios enutriui & exaltaui. Ab hoc loco narrat ꝓpheta quid dominus sit locutus, qđ populũ israel quos seruos cõmuni lege condiderat, in filios uerterit: dixeritq;: Filius primogenitus meus israel. Denicq; & dominus

Exo.4.f in euangelio apostolis repromittit: quod si fecerint uolunta-
Iob.15.b tẽ eius: iã nõ appellet eos seruos, sed amicos. Qđ si superbierit israel audiẽs se esse primogenitũ: intelligat primogenitũ idcirco se dici: qa secũdi filij significenẽ ex gẽtib⁹. Nõ eñ appellat⁹ unigenit⁹ q̃ excludat cæteros frẽs: sed primogenitus, ut mõstret & alios secuturos: & tñ iuxta mysteria scriptura-

Gen. 4 rũ, nõ primogeniti accipiũt hæreditatẽ sed secũdi. Primoge-
Ibi.25 nitus fuit cain: sed abel munera placuerũt deo. Primogenitus israel: sed isaac accepit hæreditatẽ. Primogenitus esau: sed benedictionẽ patris iacob supplãtator præripuit. Primo genitus ruben: sed tamẽ benedictio seminis christi transfertur ad iudam. Itaq; illi iuxta uocationis ordinem primi fuerunt, & appellabãtur caput: nos secundi qui dicebamur cauda: uersi sumus in caput, & dei appellamur filij. Quotq̃t enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Nec accepimus spiritũ seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis: in q̃ clamam⁹ abba pater: Quia pfecta dilectio foras mittit timorem. Melius est autẽ iuxta hebraicum legere: Filios enutriui: q̃ genui: ne uideatur illi dicto qđ in Ioannis epistola legimus esse contrariũ: Omnis qui natus est ex deo nõ peccat: ergo isti si nati sunt ex deo, quomodo peccare potuerunt: cum omnis qui ex deo natus est, peccare non possit?

C

Iob.1.a

Rom.8.c

1.Iob.4.d

Ibi.3.a

c ¶ Cognouit bos possessorem suum ꝛc. Pro quo soli Lxx. transtulerũt: Israel autem me non cognouit, & populus me non intellexit: Vt iuxta cæteros & hebraicum, possessorem suum israel non cognouerit: & præsepe domini sui populus non intellexerit. Et est sensus perspicuus: Ego eos adoptaui in filios, & feci populũ peculiarẽ, & partem meã ac funiculũ hæreditatis meæ, appellauiq; eos primogenitos: illi autem ne hoc quidem fecerunt quod bruta faciũt animalia: ut beneficijs uincerent: & intelligerent pastorẽ ac nutriciũ suũ: Nec cõparauit eos canibus, qđ sagacissimũ genus animantiũ est: & pro paruo cibo dominorũ tecta defendit: sed stolidioris sensus boui & asino: quorum alterum carpenta trahens, durissimas terræ glebas uertit uomere: alterum portat onera & hominũ in gradiẽdo laborem temperat: Vnde & iumẽta appellantur ab eo qđ iuuent homines. Potest hic locus & de deo patre intelligi: sed magis refertur ad filiũ, q̃

D

Ioh.8.g

non cognouerit eum, nec; susceperit populus israel: Cuius diem abraham uidit & lætatus est: & in cuius aduentu omnium prophetarum uota pendebant. Qui & in euãgelio ad hierusalem loquitur: Quoties uolui congregare filios tuos

Matth.23.d sicut gallina pullos sub alas suas, & noluisti. Quærim⁹ ubi pariter legerimus bouem & asinũ? In Deuteronomio scriptum est: Non arabis in uitulo simul & asino. Et in hoc eo-

Deu.22.b dem esaia: Beatus qui seminat super omnem aquã, ubi bos

Infra.32. calcat & asinus. Simul arat in boue & asino hebion: dignus pro humilitate sensus, paupertate nominis sui: qui sic recipit euangeliũ: ut iudaicarum superstitionũ quæ in umbra & imagine præcesserunt, cærimonias nõ relinquat. Beatus est autem qui seminat in eloquijs scripturarum tam ueteris q̃ noui instrumẽti: & calcat aquas occidentis literæ: ut metat fructum spiritus uiuificantis. Bos iuxta anagogen refer-

Anago. tur ad israel qui legis portauit iugum, & mundũ animal est. Asinus peccatorum onere prægrauatus, gentium populus accipitur: cui dominus loquebatur: Venite ad me omnes

Matth.11.d qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Pharisæis ergo & scribis non credentibus: qui habebant legis clauem atq; noticiam: & uere appellabãtur israel: id est mens uidẽs deũ: credidit ꝓs populi iudæorũ: ut una die tria milia simul crederent: & alia die quinq; milia. Sapientibus quoq; sæculi non recipientibus crucem christi: indocta nationum turba suscepit. Vnde & Apostolus loquebatur: Videte uocatio

1.Co.1.d nem uestram fratres: quia non multi sapientes scđm carnẽ: non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes: & quæ infirma sunt mundi elegit deus, ut cõfundat fortia. Sed hæc coacta superior uera interpretatio est.

d ¶ Væ genti peccatrici ꝛc. Hoc qđ in ultimo posui: abalienati sunt retrorsum: Lxx. interpretes non habent: & pro populo graui iniquitate, populo pleno peccatis: & pro blasphemauerunt scribit in eis, ira cundiã concitauerũt: & pro semine nequã, semen pessimũ. qđ cæteri sequentes hebraicum מְרֵעִים interpretati sunt,

 pessimorũ

E

pessimorū: ut non tam seminis uitium sit, ne boni & mali diuersa putetur esse natura, q̄ eorum maliciæ qui uoluntate propria dominū dereliquerunt. In principio uoluminis titulus est: personam, causam, tēpusq; cōmemorās. In secūdo intētos auditores facit. In tertio narrat qd locutus sit dñs.

a In quo percutiam uos ultra addentes præuaricationē.
b c Omnē caput languidum & omne cor mœrens. A plāta pedis usq; ad uerticem, non est in eo sanitas: uulnus
d & liuor & plaga tūmens. Nōn est circūligata, nec curata
e medicamine: neq; fota oleo. Terrā uestra deserta: ciuitates uestræ igne succensæ: regionem uestram in conspectu uestro alieni deuorant: & desolabitur sicut in uastitate hostili. D Derelinquet filia sion sicut umbraculū in uinea: sicut tuguriū in cucumerario: sicut ciuitas q̄ uastat.
f

In quarto quasi in excessibus gentem increpat peccatricem & populum plenū uel graue iniquitate. Non quo alia sit gens & alius populus: ut quidam putant: sed ipse israel, & gens appellat & populus, & filij scelerati siue iniqui: ut q primū per beneficium filij appellati sunt dñi: postea uitio suo uocarentur filij iniquitatis: siue ut reliqui cōsona uoce dixerunt: filij corrūpentes: id est υἱοὶ διαφθείροντες, q̄ naturæ bonū suo uitio p diderūt. Quodq; iungit: Blasphemauerūt sanctum israel:

Iob.19.c proprie de iudæis dicitur conclamantibus: Non habemus
Mar.6.a regē nisi Cæsarem: Et: Nōne hic est filius fabri: & dæmoniū
Iob.8.f habet, & samaritanus est? Quia igitur dereliquerunt christum & blasphemauerunt sanctum israel: idcirco abalienati sunt retrorsum: ut qui appellabātur pars & filij dei, postea

Ps.17.g diceretur: Filij alieni mentiti sunt mihi. Præcepit saluator:
Luc.9.d ne apprehenso aratro respiciamus post tergū: ne imitemur
Phil.3.c uxorē loth. Vnde & Apostolus extendēs se in priora, posteriorū obliuiscit. Qd autem dixit iuxta Lxx. Populo pleno peccatis: ostendit nullā speciē peccatorū in israel populo nō fuisse. Sin autem legerimus ut in hebraico est: Populo graui

Zach.5.c iniquitate: Illius testimonij recordemur: qd iniqtas sedeat
F sup talentū plūbi: & ex peccatoris persona dicat in psalmo

Ps.37.a tricesimoseptio: Eleuatæ sūt iniqtates meæ sup caput meū: Quasi onus graue grauatæ sunt super me. Manifesta transcurrimus, ut in obscurioribus & his quæ explanatione indigent immoremur. a ¶ In quo percutiam ꝛc. Quo testimonio discimus idcirco dominū percutere delinquētes, ut pcussos corrigat, & non tam pœna sit q̄ emēdatio. Estq; sensus: Non inuenio quā plagis uestris possim adhibere medicinam: omnia membra uestra plena sunt uulnerum: nullā partem corporis quæ non sit ante percussa reperio. Vel certe hoc modo: nullas inuenio plagas quibus uestram frangā duritiam. Quanto enim tormenta maiora sunt: tanto magis crescit impietas & iniquitas: siue ut Theodotio transtulit, declinatio: ut recedatis & declinetis a domino. Quale

Hiere.2.f est illud Hieremiæ: Sine causa percussi filios uestros: discipli
Osee.4.c nam non recepistis. Vnde iratus loquitur per Osee: Non uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatæ: & super nu

Ezech.16.e rus uestras cū adulterauerint. Et per ezechielē: Zelus meus recedet a te: & nō irascar tibi amplius. De quibus & in psal

Ps.72.a mis legimus: Non est firmamentum in plaga eorū: & in laboribus hominum non sunt, nec cum hominibus flagellabuntur. b ¶ Omne caput languidū ꝛc. Animi lætitia interdum dolorem corporis mitigat: qd si ad egrotationē corporis accedat egritudo animi, duplicat infirmitas. Inter ipsos quoq; sensus & omnia mēbra corporis, principalē locū obtinet caput: in quo uisus & odoratus, auditus & gustus est. Cum igitur caput doluerit, omnia membra debilia sunt. Et

Metaphora per metaphorā docet qd a principibus usq; ad extremam plæbem: a doctoribus usq; ad impitū uulgus in nullo sit sanitas: sed oēs in impietate pari ardore cōsentiāt. c ¶ A planta pedis usq; ad verticē ꝛc. Seruat cœptam translationē: A pedibus usq; ad uerticem: id est ab imo usq; ad summum: ab extremis usq; ad primos, toto confossi sunt corpore. Vulnus inquit & liuor & plaga tumēs: aut em uerberibus liuēt corpora, aut plagis tument, aut hiant uulneribus. Quæri/mus cui hæc tēpori coaptanda sint. Post babylonicā captiuitatem sub zorobabel & Esdra ac Neemia israel reuersus est in iudæam, & antiquū recepit statū. Sub diuersis quoq; principibus ac regibus templum augustius fabricatum est: intantū ut etiam externarū gentiū, lacedemoniorū & athenensium ac rhomanorū mererent amicitias. Ergo hoc qd dicit: Non est in eo sanitas, ad extremam refert captiuitatē: quando post Titū & Vespasianū & ultimā euersionē hierusalem: sub Aelio hadriano usq; ad præsens tempus nullum remediū est: impleturq; qd scriptū est: Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: Nō est qui faciat bonum: non est usq; ad unum. Qd q̄ inferēt: nō est in eo sanitas: uel in ppto intelligē: uel i corpe: uel in capite. d ¶ Non est circūligata ꝛc. Pro quo

Rom.3.b

Lxx. transtulerūt: Non est malagma imponere neq; oleum, neq; alligaturas. Vsq; hodie uulnus & liuor & plaga tumēs populi israel, non est circūligata fasciolis: nec curata medicamine. Qd Aquila interpretatus est μάτοσιμ, lintheola ui delicet: quæ ad exiccandam saniem, & prurulentias extrahēdas injiciuntur uulneribus. Neq; fota oleo: ut eorū duritia lachrymis pœnitētiæ mollirēt. Pro fasciolis quibus israelis nequaq; circūligata sunt uulnera: Lxx. malagma transtulerunt. Iacet ergo confossus & contrucidatus israel: quia interfecit medicū, q̄ ad curādā uenerat domū israel: Vnde &

Hiere.51.a in Hieremia ꝓpheta τροπικῶς sub ꝓsona babylonis loquūt angeli: Curauim⁹ babylonē: & nō est sanata: urbē uidelicet

Luc.10.e cōfusionis atq; uitiorū. Et in euāgelio legim⁹: descēdentē de hierusalem in hiericho a latronibus uulneratū: curatumq; a samaritano: & post austeritatē uini infusam uulneribꝰ eius olei mollitudinē. Ab eo ergo loco ubi supra dixerat: In quo percutiam uos: Et: omne caput languidū: usq; ad hoc qd infertur: Non est curata medicamine, neq; fota oleo: translatio nis similitudo seruatur: & irremediabiliū descriptio uulnerum, æternā captiuitatē exprimit iudæorū. e ¶ Terra uestra deserta ꝛc. Hæc sub babylonijs ex parte cōpleta sunt: incenso templo, subuersa hierusalem: quando regionē decem tribuum samaritani possederunt: & in tantam redacta est terra repromissionis solitudinē, ut a leonibus uastaret. Plenius autem atq; perfectius quid futurum sit sub rhomana captiuitate describitur: quando uniuersam iudæam rhomanus uastauit exercitus: ciuitatesq; succensæ sunt, & regionem eorum in præsentiarū alieni deuorant: & usq; ad finē mundi perseuerabit uastitas iudæorum. Possumus autem hæc tropologice de peccatoribus accipere: qui de sanctitate

Tropo. pristina corruerunt, postq; contrarijs fuerint traditi potestatibus: qd omnia eorum bona ueniant ad desertum: & prioris iusticiæ deus non recordetur: & igne diaboli omnia succendantur, & sint pabulum bestiarum: de quibus & in alio

Ps.73.d loco scriptum est: Ne tradas bestijs animā confitētem tibi.
f ¶ Derelinquetur filia sion sicut umbraculum in vinea ꝛc. Q̄z uinea appellatus sit omnis israel: idem in consequentibus propheta testatur dicēs: Vinea enim domini sabaoth,

infra.5 domus est israel: & homo iuda, nouella plantatio atq; dilecta. Et in psalmo: Vineam de ægypto transtulisti: eiecisti gētes & plātasti eam. Hæc uinea quādiu uberrimos attulit fructus, habuit custodem deum. De quo scribitur: Non dormitabit neq; dormiet qui custodit israel. Postq; uero uindemiauerunt eam omnes transeuntes uiam: & uastauit eam

Ps.79.b

Ibi.120.a

aper de sylua: reliquit templum suum dominus: iratusq; consurgens ait: Surgite abeamus hinc: Et: Relinquetur dō/

Matth.23.d mus uestra deserta. Et per Hieremiam: Reliqui domū meā:

Hiere.12.b dimisi hæreditatem meam. Facta est hæreditas mea mihi,

Ibidem sicut leo in sylua: dedit super me uocem suā, propterea odi/ui eam. Similitudo autem uastationis templi & hierusalem sumpta est ab agricolis: qui quādiu uinea uuarū plena est:

ponunt

A ponunt custodes in umbraculis. In cucumerario q̃q; quod Lxx. pomorũ custodiã uocãt, paruulæ fiunt casulæ: ꝓpter ardorem solis ac radios declinandos: & inde uel homines uel bestiolas quæ insidiari solent natis frugibus abigũt. Cum autem ablata fuerint istiusmodi genimina: remanent arentia fruticum umbracula, casulæq; recedente custode, quia non habet ultra quod seruet. Ergo & omnipotens deus dereliquit templũ, & urbem fecit esse desertam: quod nõ necesse est sermõibus approbare: nobis præsertim qui uidem⁹ desertam sion, & euersam hierusalem: templumq; usq; ad solum dirutum. Quod autẽ filiam sion uocat, clæmẽtissimi parẽtis mõstrat affectum. Nec mirũ si sion appelletur filia, cum etiam babylon sæpissime filia nuncupetur. Omnes enim natura filij dei sumus, sed nostro uitio alieni efficimur. Iuxta anagogen: uinea dei & pomorum paradisus, anima nostra appellari potest: Cui si mens, id est μοῦς præfuerit, habet custodẽ mentis deum: sin autem uitia nos quasi quædam bestiæ fuerint deprædata: relinquimur a custode deo, & omnia nostra redigentur ad solitudinem. a ¶ **Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen ꝛc.** Hũc locum Paulus apostolus ad rhomanos plenius disserit scribens: Dico ergo: nunquid repulit deus populum suũ? Absit: nam & ego israelita sum ex semine abraham de tribu beniamin. Non repulit deus plæbem suã quã præsciuit. Et post paululũ: Sic ergo & in isto tpe reliquiæ scd̃m electionẽ gratiæ saluæ factæ sũt.

B Ex quo ostenditur superiora quæ contra hierusalem & iudam sermo propheticus cõminatus est: nõ ad babylonicæ captiuitatis referenda tempus, sed ad ultimam rhomanorũ: quando in apostolis saluæ factæ sunt reliquiæ populi iudæorum: & una die crediderunt tria milia: & altera quinq; milia: & in toto orbe euangelium seminatum est. Pro, domino exercituum, quod nos secuti Aquilam, in latinum uertimus: in hebræo legitur, dominus sabaoth: quod Lxx. interpretes pro locorum qualitate dupliciter transferunt: aut dominum uirtutum: aut dominum omnipotentem. Et quærendum utrum de patre dicatur an de filio. Nec dubium quin illud qd̃ in uicesimotertio psalmo legitur: Attolite portas principes uestras: & eleuamini portæ æternales, & ītroibit rex gloriæ: Quis est iste rex gloriæ: dominus sabaoth: id est dominus uirtutũ, ipse est rex gloriæ: ad christũ referatur: qui post passionis triumphum ad cœlos uictor ascẽdit. Et in alio loco de domino dicit̃, quod rex gloriæ sit: Si enim cognouissent, nunq; dominũ gloriæ crucifixissent. Ergo non solum iuxta apocalypsim Ioannis, & apostolum Paulum: sed in ueteri quoq; testamento, dominus sabaoth: hoc est omnipotens, christus appellatur. Si enim omnia patris filij sunt: & ut ipse loquit̃ in euãgelio: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: Et: Oĩa mea tua sunt & glorificor in eis: Cur non etiam omnipotentis nomen referatur ad christum: ut sicut deus dei, & dominus domini: sic omnipotens omnipotentis filius sit. b ¶ **Audite verbum domini principes sodomorũ ꝛc.** Saluis factis reliquijs per apostolos populi israel: ad scribas & pharisæos & populum subclamantem: Crucifige, crucifige talem: propheticus sermo conuertitur: & uocat eos principes sodomorum & populum gomorræ: iuxta illud quod in consequentibus legimus: Iniquitatẽ suam sicut sodoma annũciauerũt & ostenderunt. Væ animæ eorum quia cogitauerũt consilium pessimum contra semetipsos, dicentes: Alligemus iustum: quoniam inutilis est nobis. Ergo propterea principes uocantur sodomorum, & populus gomorræ: quia cogitauerunt consilium pessimum: & alligauerũt iustum atq; dixerunt: Non habemus regẽ nisi Cæsarem. Et rursum: Nos scimus quia moysi locutus est deus: istũ, aũt q̃s sit nescimus. Simulq; gloriãtes in euãgelio: Semen abrahæ sumus: & nemini unq; seruiuimus: audiũt a domino saluatore: Si essetis filij abrahæ, utiq; opera abrahæ faceretis. Et rursũ: Vos ex diabolo patre nati estis: & opera patris uestri uultis facere. Tale qd̃ & Ezechiel ad hierusalem loquitur: Pater tuus amorræus, & mat̃ tua cethea. Aiunt hebræi ob duas causas interfectum esaiam: qd̃ principes sodomorum & populũ gomorræ eos appellauerit: & quod dño dicente ad moysen: Non poteris uidere faciem meam: iste ausus sit dicere: Vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum: non consyderantes quod faciem & pedes dei siue suos, quia in hebræo ambigue legitur, seraphim texerint: & media tantum eius esaias uidisse se scribat. Homo igitur dei faciem uidere non potest: Angeli autem etiam minimorũ in ecclesia, semper uident faciẽ dei. Et nunc in speculo uidemus & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem: quando de hominibus in angelos profecerimus, & potuerimus cum apostolo dicere: Nos autem omnes reuelata facie gloriam dei speculantes, in eandem imaginẽ transformamur a gloria in gloriã, quasi a domini spiritu: Licet faciem dei iuxta naturæ suæ proprietatẽ nulla uideat creatura: & tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur. c ¶ **Quo mihi multitudinẽ victimarũ ꝛc.** Pro eo qd̃ est, nolui: Lxx. trãstulerũt, nolo: præsens tempus pro præterito. Porro iuxta hebraicũ, nunq; se deus hostias iudæorũ uoluisse demõstrat: qd̃ & in q̃dragesimonono psalmo legimus: Nõ accipiã de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos: Quoniã meæ sunt omnes feræ syluarũ: iumenta in montibus & boues: Cognoui omnia uolatilia cœli: & pulchritudo agri mecũ est: Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius: Nunquid manducabo carnes thaurorum: aut sanguinem hircorum potabo? Cũq; ueteris legis cærimonias respuisset, transit ad euangelicam puritatem: & quid pro his cupiat ostendit: Immola deo sacrificiũ laudis: & redde altissimo uota tua: Et inuoca me ī die tribulatiõis: & eruã te & honorificabis me. Omnis ergo capituli huius continẽtia, usq; ad eum locum ubi ait: Iudicate pupillo: defendite uiduam: & uenite & disputemus dicit dominus: respuit sacrificia uictimarum: & euangelij obedientiam docet esse super sacrificiũ. Q̃d̃q; intulit: Plenus sum: hoc sensu est accipiendum: nulla re indigeo: Domini est terra & plenitudo eius. Vnde & nos omnes de plenitudine eius accepimus. Potest hoc & de his accipi: qui cum dei præcepta non faciant: donis uarijs atq; muneribus deum redimere posse se credunt: uel qui parta per rapinã & auariciã, altari offerũt & pauperibus. d ¶ **Quis em̃ ĝsiuit hęc de manib⁹ vr̃is?** Audiãt hebionei: qui post passionem christi abolitam legem putant esse seruandam. Audiant hebionitarũ socij: qui iudæis tantũ & de stirpe israelitici generis hæc custodienda decernunt. Hostiæ ergo & immolatio uictimarum: non principaliter a deo quæsita sunt: sed ne idolis offerent̃: & ut de carnalib⁹ uictimis quasi per typum & imaginem ad spiritales hostias trãsiremus. Dicẽdo autem se hostias non quæsisse: ostendit quia lex spiritalis sit: & omnia quæ iudæi carnaliter faciunt, a nobis impleri spiritaliter. e ¶ **Calcare atrium meum non apponetis.** Obserua quod post babyloniam uastitatem: rursum a çorobabel templum ædificatum sit: & per multam annorum seriem, in tẽplo sint oblata sacrificia. Ergo ultimã sub Vespasiano &

Ne offeratis

Ps.136. Anago. Matth.11.b Infra.3 Luc.23.d 1.Co.2.b Matth.2.d Iob.19.c Ibi.9.f Ibi.8.d Ibi.e Ezech.16.a Exo.33.d Infra.6. Matth.18.b 1.Co.13.d 2.Co.5.d Ps.49.c Ibi.23.a Iob.1.b 1.Esd.5.a

a Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen: quasi sodoma fuissemus: & quasi gomorra similes essem⁹.
b Audite uerbum domini principes sodomorum: percipite auribus legem dei nostri populus gomorræ. Quo
c mihi multitudinem uictimarum uestrarum dicit dominus: plenus sum holocausto arietũ & adipe pinguiũ: & sanguinem uitulorũ & agnorum & hircorum nolui.
d Cum ueneritis ante conspectũ meũ: Quis em̃ quæsiuit
e hæc de manib⁹ uestris? Calcare atriũ meũ nõ apponetis

E

siano & Tito destructionē templi indicat: quæ usq; ad consumationem mūdi perseueratura est. a ¶ Neomenias vestras & sabbata vestra &c. Omnis cōuentus q non offert hostias spiritales: nec audit illud qđ in qnquagesimo psalmo canitur: Sacrificiū deo spiritus contribulatus: cor contritū & humiliatum deus non despicit: abominabilis est deo. Et idcirco iungit & dicit:

Ne offeratis ultra sacrificium frustra: incensum abomi/
a natio est mihi. Neomenias uestras & sabbata uestra &
festiuitates alias non feram: iniqui sunt cœtus uestri.
b c Kalendas uestras & solēnitates uestras: Odiuit anima
d mea. Facti estis mihi in facietatem: nequaq; dimittam
peccata uestra. Et cum extenderitis manus uestras: auertam oculos meos a uobis. Et cum multiplicaueritis ora
e tionem, nō exaudiam uos. Manus uestræ sanguine ple
f g næ sunt. Laúamini mundi estote. Auferte malum cogi/
b tationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere
i peruerse: discite benefacere. Quærite iudicium: subue/
nite oppresso: iudicate pupillo: defendite uiduam: & ue
k nite & arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata ue/
stra ut coccinū: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint ru/
l bra, quasi uermiculus: uelut lana alba erūt. Si uolueritis
& audieritis me, bona terræ comedetis: si nolueritis &
non audieritis: (siue ut in hebræo habet: & me ad iracū
m diā, puocaueritis) gladi⁹ deuorabit uos. Quia os dñi lo/
n cutū est. Quomodo facta ē meretrix ciuitas fidelis ple/
na iudicij: iusticia requieuit in ea: nunc autē homicidæ.

Argentum

F

Osee.13. c

Matth.23. d

Ioh.3.a

Matth.28. d

1.Pe.3. b

Esaias cōmemorat: Omnis qui non didicerit iusticiam super terram: ueritatem nō faciet. Discenda est ergo iusticia: & magistrorum sapientiæ terenda sunt limina. i ¶ Quærite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: &c venite &c. Victimis iudæorum euangelica mandata succedūt: & ideo pupillis ac uiduis prouidetur: ut securi de tutela coniugum ac liberorū suorum: martyres ad bella pcedāt. Cum autē inquit hæc feceritis: arguite me, si nō reddidero præmia quæ pollicitus sum. Quādo autem dicit: Quærite iudiciū: ostēdit non esse omnium recte iudicare, sed eorū qui prudentes sūt. Denicq; & salomon in uisione per somnium, hoc a deo postulauit: ut accepta sapiētia, iuste populum iudicaret. k ¶ Si fuerint peccata vestra vt coccinum &c. Ordo præcipuus: Non enim sufficit dixisse lauamini: nisi iungat, mūdi estote: ut post lauacrū aquæ, cordis habeant puritatem. Beati enim mundo corde: quoniā ipsi deum uidebūt. Cūq; cordis habuerint puritatem: debent auferre malum de mentibus suis: non in conspectu hominum, sed in conspectu dei: quem celare nihil potest. Quodq; iungit: Quiescite agere peruerse: illud euangelicum sonat: Ecce sanus factus es: noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Recedens ergo a uitijs discat bonum: quærat iudicium: oppresso subueniat: pupillum uiduamq; sustentet: & si hoc fecerit: tunc peccata quæ prius in modum coccini sanguinea fuerant, dimittentur: & opera cruoris ac sanguinis, ueste domini mutabuntur, quæ de agni confecta est uellere: quem sequuntur in apocalypsi, qui uirginitatis candore resplendent. l ¶ Si volueritis & audieritis me/ bona terrę comedetis: si noluerītis et nō audieritis: siue ut in hebræo habet: et me ad iracundiam p:ouocaueritis &c. Liberum seruat arbitrium: ut in utramq; partem non ex præiudicio dei: sed ex meritis singulorum, uel pœna uel premium sit. Bona autem terræ illa puto dici: de quibus in psalmo legimus: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Et: Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Vel certe quia iudæis loquebatur: qui necdum poterant capere spiritualia: pollicetur eis bona præsentis sæculi: ut saltem præsentibus inuiti faciant quæ præcepta sunt. Et quia noluerunt audire: sed econtrario prouocauerunt ad iracundiam sanctum israel: propterea eos gladius deuorauit: id est rhomanus deleuit exercitus. Et hæc inquit omia fient: m ¶ Quia os domini locutum est. Cuius sententia, permanentibus hominum peccatis, non potest immutari. n ¶ Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij: iusticia requieuit in ea &c. Verbum hebraicum יָלִין pro quo Lxx. transtulerunt, ἐκοιμήθη, id est dormiuit, & requieuit & requiescet: id est, & præteritum & futurum tempus significat. Vnde & Aquila & Theodotio quasi de futuro dicunt. Miratur autem prophetico spiritu: q̄ ciuitas quæ quondam fidelis fuit, uel fidelium receptaculum, subito facta sit meretrix. Qđ quidem & in

Ps.26.d

Matth.5.a

G

H

A dem & in Esaiæ tẽporibus intelligi potest: sed plenius refer/
tur ad passionẽ christi: quando omnes declinauerunt simul
inutiles facti sunt. Et quãꝯ in hebraico non habeatur sion:
tamen Lxx. ut sensum manifestiorem facerent, addiderunt.
Sion autem mons est, in quo hierusalem urbs condi/
ta est: quæ postꝯ ca/
pta est a dauid, appel/
lata est ciuitas dauid.
Nec ambigo fuisse in
ea sanctos uiros, quan/
do tabernaculum dei
habuit: & postea tem/
plum ædificatum est,
quãdo nathan & gad
prophetauerunt: Et su
per choros (qui in li/
bro dierũ plenius de/
scribuntur) Asaph, &
Idithun, & Eman, &
filij Choræ constituti
sunt: ut paulatim a sa/
crificijs uictimarũ ad
laudes dñi transiret religio. Ciuitas ergo fideliũ quæ prius
fuit plena iudicij, & iusticia requieuit in ea: nunc plena est
homicidis, qui interfecerunt prophetas, & ipsum dominũ
saluatorem. Fornicationem autem hierusalem quomodo
אָהֳלִיבָה diuaricauerit crura sua omni transeunti, sub nomine ooli/
bæ Ezechiel prosequitur: quæ interpretatur, tabernaculum
meum in ea: qđ nunc aljs uerbis dicitur: iusticia requieuit
in ea. Pro iusticia in hebræo scriptũ est צֶדֶק: quod iustum
magis sonat ꝯ iusticiam: ut intelligamus prius in ea domi
Ps. 10. a num commoratum: de quo alibi dicitur: Iustus autẽ quid
Anago. fecit? Dominus in templo sancto suo: dominus in cœlo se/
des eius. Quæ omnia possumus scđm anagogen referre
ad animam sancti quondam uiri: in qua prius dei iusticia
B commorata est, si postea peccauerit, & pro hospite deo, ho/
micidæ dæmones in ea fuerint commorati. a ¶ Argentũ
tuum uersum est in scoriam. Ad ciuitatem loquitur sion, in
qua prius requieuit iusticia: quod argentum illius, doctri/
Ps. 11. b na uidelicet scripturarum: de qua in psalmis legimus: Elo/
quia domini, eloquia casta: argentum igne examinatum,
probatũ terræ, purgatum septuplum, uersum sit in scoriam:
quod hebraice dicitur סִיגִים: rubigo uidelicet metallorũ,
siue purgamenta & sordes, quæ igne excoquuntur: ut quia
argentum nominauerat, seruet metaphoram. Potest au/
tem & hoc dici, ꝙ iusti & sancti uiri qui prius in urbe uer/
sati sunt, postea in sordes uersi sunt peccatorum. b ¶ Cau/
pones tui miscent uino aquam. Pro quo Symmachus tran/
stulit: Vinũ tuum mixtum est aqua. Et est sensus: Lex dei
pura atꝯ syncera: & (ut ita dicam) mera ueritate subnixa:
uiolata est traditionibus pharisæorum: Quod dominus in
euangelio plenius docet: Omisisse eos legem dei, & sequi
mandata hominum. Omniscꝯ doctor qui austeritatem scri
pturarũ per quam potest audientes corripere, uertit ad gra/
tiam: & ita loquitur ut non corrigat, sed delectet audientes:
uinum sanctarum scripturarum uiolat, atꝯ corrumpit sen/
su suo. Hæretici quoꝯ euangelicam ueritatẽ corrumpunt
praua intelligentia: & sunt caupones pessimi, facientes de
Iob. 2. a uino aquam: Cum econtrario dominus noster aquas in
uinum uerterit: & tale uinum qđ miretur Architriclinus:
2. Para. 9. a Quale & regina Saba in salomonis est mirata conuiuio,
pincernas eius & ministros uini, sua uoce collaudans. Sed
& Ecclesiastes ministeria uini, atꝯ conuiuij sui, mystico ser/
mone describit. Vnde pro uino Aquila, συμπόσιον, id est,
conuiuium interpretatus est: quod apud græcos ἀπὸ τοῦ
πότου, apud nos a conuictu rectius appellatur. c ¶ Prin/
cipes tui inobedientes / socij furum. Pro inobedientibus,
Aquila, recedentes: Symmachus, declinantes, interpreta/
tus est. Principes autẽ scribas & pharisæos uocat: qui a do/
mino recedentes, immo ueritatis semitam relinquẽtes, per/
uerso ambulauerunt itinere: & socij fuerunt proditoris fu/

a Argentum tuum uersum est in scoriam. Caupones tui
c miscent uino aquam. Principes tui inobedientes, socij
b furum. Omnes diligunt munera: sequuntur retributio/
nes. Pupillo non iudicant: & causa uiduæ non ingredi/
e tur ad illos. Propter hoc ait dominus exercituum, for/
f tis israel: Heu consolabor super hostibus meis: & uin/
g dicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meam
ad te: & excoquam ad purum scoriam tuam: & auferã
omne stannum tuum.

Et restituam

risꝯ Iudæ. Quod quidem & nos cauere debemus: ne acci/ C
pientes ab hominibus sæculi munera: qui per rapinas mi/
serorumꝯ lachrymas, ciuitas congregant, ne tam ipsi fu/
res, ꝯ socij furũ appellemur: dicaturꝯ de nobis: Videbas Ps. 49. c
furem & currebas cũ eo: & cum adulteris portionem
tuam ponebas.
d ¶ Omnes diligunt munera: sequuntur re/
tributiones. In catalo/
go uitiorũ numeran/
tur etiam hi qui dili/
gunt munera. Non di
xit, qui accipiunt: hoc
enim sæpe necessitate
fit? sed qui nõ putant
amicos, nisi a quibus
dona perceperint: nec
os consyderant amico
rum, sed manꝰ: & eos
sanctos iudicant, quo
rum exhauriũt marsu
piũ: de quibꝰ & Eccle/
siastes loquitur: Qui diligit pecuniam, non implebitur pe/ Eccs. 5. c
cunia. Istiusmodi sequuntur retributiones: ut laudent eos
a quibus aliquid acceperint: uel certe nulli quippiam tri/
buant, nisi a quo se recepturos putauerint. Pro retributio/
nibus Symmachus, uicissitudines, uel ultiones interpreta/
tus est: ut hi quoꝯ in culpa sint, qui reddunt malum pro
malo: & dentem pro dente: oculum pro oculo: & non imi/
tantur illud Dauidicum: Si reddidi retribuentibus mihi
mala. Et Hieremiæ de iusto dicentis: Dabit percutienti se Treno. 3. d
maxillam suam, saturabitur opprobrijs: ut impleat euan/
gelicum uirum, cui dicitur: Qui te percusserit in maxillam, Matth. 5. f
præbe ei & alteram. e ¶ Propter hoc ait dominus exer/
cituum fortis israel. Pro forti israel, quod omnes similiter
transtulerunt: soli Lxx. nescio quid uolentes posuerunt:
οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ἰσραήλ, id est, Væ fortes israel: qđ nos sic D
edisserere possumus: ut dicamus principes quoꝯ corripi,
atꝯ robustos: de quibus scriptum est: Potentes potenter Sapi. 6. a
tormenta patientur. Et: Cui plus datur, plus exigetur ab
eo. Abutimurꝯ hoc testimonio, si quãdo opus fuerit aduer
sum ecclesiæ principes, qui suam destruunt operibus digni
tatem. f ¶ Heu consolabor super hostibus meis ꝛc. Rur/
sum & in hoc quod in hebraico non habetur: ponunt Lxx.
οὐ παύσεται γὰρ μου ὁ θυμὸς ἐν τοῖς ὑπεναντίοις μου. i.
Non cessabit enim furor meus contra inimicos meos. Cor/
ripit autẽ scribas & pharisæos: de quibus & in euangelio lo
quitꝰ: Væ uobis scribæ & pharisæi. Et in alio loco: Genera/ Luc. 11. f
tio adultera & peruersa signum quærit: & signum non da/ Matth. 12. c
bitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Plangit autẽ clemen/
tissimus pater principes delinquentes: & hostes suos uo/
cat: & inimicos appellat: ꝙ pereãt, eo ꝙ nolint agere pœni/
tentiam: ꝙ se uenientem non susceperint. Appropinquans
eĩ hierusalem, fleuit & dixit: Hierusalem hierusalem, quæ Ibi. 23. d
occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te missi sunt: quo/
ties uolui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos
& noluisti. Consolatio ergo dei super hostibus eius & ini/
micis est: ut qui non senserunt beneficia, supplicijs corri/
gantur. g ¶ Et conuertam manum meam ad te: et exco/
quam ad purum scoriam tuam ꝛc. Pro scoria, qđ interpreta
tus est Symmachus & Aquila σέμφυλα .i. uinacia: Theo/
dotio τὸ γιγαρτῶδες, id est, acinum uuæ interpretatus est:
soli Lxx. incredulos uel inobedientes, sensum magis ꝯ uer
ba uertentes. Quia enim supra dixerat: Argentum tuum
uersum est in scoriam: nunc seruat metaphoram: ut conuer
tat super eam, id est, extendat manum suam ad puniẽdum,
atꝯ purgandũ: & excoquat omnes sordes, ac uitia pctõrũ:
ut separato stanno, purũ argentũ remaneat: qđ absꝯ igne
fieri nõ potest: per qđ significat eos passuros esse tormẽta.
Legimus & in Malachia de dño: Ipse egredieꝫ quasi ignis Malach. 3. a
cõflatorij; & ꝙsi herba fullonũ: & sedebit conflans & emun

Malach. 3. a dans ſicut argentum & aurum: & emundabit filios leui: ut
Eçech. 22. d poſtq̃ mundati fuerint, dicatur de eis: Et erunt dño offeren
E tes uictimas in iuſticia. Eçechiel q̃q̃ omnẽ domũ iſrael,
ære, & ferro, & plumbo, & ſtanno dicit eſſe commixtam, &
poſtea purgandam: ut poſtq̃ purgata fuerit, cognoſcat
quia ipſe ſit dominus.
Sed & in euãgelio ſub
alia metaphora idem
Matth. 3. c ſenſus oſtenditur: Cu
ius uentilabrũ in ma
nu eius: & purgabit
aream ſuam: & mun
dabit triticum: & con
gregabit frumentũ in
horrea: paleas autẽ
cõburet igni inextin
guibili. a ¶ Et reſti
tuam iudices tuos ꝛc̃.
In ciuitate fideli ſion,
quæ poſtea facta eſt
meretrix: & pro iuſto
ſiue iuſticia, habitaue
runt in ea homicidæ:
Ideo dominus cõuer
tit manũ ſuam, ut ex
coquat eam ad purũ:
& aũferat omne ſtan
num eius: & reſtituat
iudices illius ſicut fue
runt a principio: & cõſiliarios ſicut antiquit⁹. Iudices prio
res fuerũt moyſes, & ieſus filiꝰ nauæ, & cæteri: a quibus etiã
liber ſcripturæ ſanctæ nomen accepit: & poſtea dauid & alij
iuſti reges. Reſtituet ergo iudicum ſimilitudinem: uel poſt
captiuitatem babylonicam: ut iudæi uolunt, Zorobabel,
Eſdram, & Neemiam, & cæteros principes: qui uſq̃ ad hir
F canum populo præfuerunt, cui Herodes ſucceſſit in regnũ.
Vel certe uerius & rectius, Apoſtolos, & qui per apoſtolos
crediderunt, eccleſiarumq̃ principes cõſtituti ſunt: ſicut in
principio huius diximus uiſionis: q̃ & cõminatio & repro
miſſio pertineat ad tempus dominicæ paſſionis: & ad fi
dem quæ poſt paſſionẽ eius fundauit eccleſiam. b ¶ Poſt
hęc vocaberis ciuitas iuſti / vrbs fidelis. Hæc perſpicue de
eccleſia quæ in dominum creditura eſt, tam ex iudæis q̃ de
gentibus propheticus ſermo complectitur. Vrbs autem iu
ſti, hoc eſt, domini ſaluatoris, ſiue ipſa iuſta uocabit̃: de qua
Matth. 5. b dictum eſt: Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem po
ſita. Fidelem quoq̃ appellans, uel metropolim iuxta Lxx.
oſtendit ab his eſſe appellandam, qui in domino crediturí
ſunt. c ¶ Sion in iudicio redimetur ꝛc̃. Non omnes redi
mentur, nec omnes ſalui fient, ſed reliquiæ: de quibus & ſu
pra dictum eſt. Reducentur autem in iuſticia, cum ſcelerati
& peccatores contriti fuerint: & qui dominũ reliquere con
ſumpti. Cunq̃ ſaluati fuerint, confundent̃ qui idolis prius
ſacrificauerant: & erubeſcent in hortis, quos elegerant. Si
gnificat autem loca luxuriæ, lucos & nemora. d ¶ Erunt
enim quaſi terebinthus defluentibus folijs: et velut hortus
ſiue paradiſus ſine aqua. Vſq̃ hodie iudæi legentes ſcriptu
ras ſanctas, terebinthus ſunt: ſiue quercus, ut interpretatus
eſt Symmachus. Et iuxta euangelium: Ficus quæ aruit: in
Ibi. 21. a qua cum dominus poma quæſiſſet & nõ inueniſſet, æterna
ei ariditate maledixit. Sed & ipſa folia & poma uerborum,
nunc apud eos eſſe ceſſarunt: hortus quoq̃ irriguus, id eſt,
ſcientia ſcripturarum, ſiue paradiſus diuerſarum arborum:
qui abſq̃ gratia ſpirituali eſt, nec holera quidẽ affert: de qui
bus Apoſtolus loquit̃: Qui infirmus eſt, holera mandu
Rom. 14. a cet: ſed ſiccatis radicibus, omnis uiror in ariditatem uerſus
eſt, ac ſqualorem. e ¶ Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtu
pę ꝛc̃. Pro fauilla, ἀποτίναγμα interpretatus eſt Symma
chus: quando ſtupa pectitur, & quicquid ſordidum habet,
proijcitur. Omnis igitur fortitudo & ſuperbia peccatorũ &
ſceleratorum iſrael, qui dereliquerunt dominum: & idcirco
conſumpti ſunt: & ſacrificauerunt idolis, & erubeſcent in
hortis, quos elegerunt: redigent̃ in purgamenta ſtupæ quæ G
leui uorantur incendio. Sequitur enim: Et opus eius, id eſt,
fortitudinis ueſtræ ſiue idololatriæ in qua erraueratis, par
uula ſcintilla conſumet. f ¶ Et ſuccendetur vtrunq̃ ſimul.
Et ſcientia uidelicet iudæorum: & omnia opera quæ fa
ciunt: ſiue & idolũ & hieruſalẽ in qua idolũ fuit: Et ſuccẽdente do
mino, nullꝰ extingue
re poterit. Quæ om
nia de cõtrarijs quoq̃
dogmatibus accipere
poſſumus: q̃ & magi
ſtri & diſcipuli pariter
pereant: & omne opus
eorum ignis pabulũ
ſit.

a Et reſtituam iudices tuos ut fuerunt prius: & cõſiliarios
b tuos ſicut antiquitus. Poſt hæc uocaberis ciuitas iuſti,
c urbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam
in iuſticia: & cõteret ſceleſtos & peccatores ſimul: & qui
dereliquerunt dominum, conſumentur: confundentur
enim ab idolis quibus ſacrificauerunt: & erubeſcetis ſu
d per hortis quos elegeratis. Erũt enim quaſi terebin
e thus defluentib⁹ folijs: & uelut hortus ſine aqua. Et erit
fortitudo ueſtra ut fauilla ſtupæ, & opus ueſtrũ quaſi
f ſcintilla. Et ſuccendetur utrunq̃ ſimul: & non erit qui
extinguat.

Ca. II

g Verbũ quod uidit Eſaias filius Amos ſuper
b iudam & hieruſalem. Et erit in nouiſſimis die
bus præparatus mons domus dñi in uertice montium.
Et eleuabitur

Ca. II Verbũ qõ vidit eſaí as ꝛc̃. Et in priore uiſione quã iam expoſuimus: ubi Lxx. interpretati ſunt: quam uidit contra iu dæam & contra hieru ſalem: in hebraico ſcri ptum eſt: עַל יְהוּדָה וִירוּשָׁלָם, id eſt, ſuper iudam & hieruſalem: & in hac quæ ſecunda eſt, in hebraico ſimiliter continetur. Et mi ror cur Lxx. interpretes in illa dixerint, contra iudæam & hieruſalem: & in hac περὶ τῆς ἰουδαίας ἢ περὶ ἱερουσαλήμ, id eſt, de iudæa & de hieruſalem: niſi forte quia ibi appella tur gens peccatrix, populus plenus peccatis, ſemẽ peſſimũ, ſ. 1
H filij iniquitatis, & principes ſodomorũ, ac populus gomor ræ, & ciuitas meretrix, & cætera iſtiuſmodi, ſenſum magis q̃ uerbũ interpretati ſunt: & hic quia ſtatim proſpera pro mittunt̃: erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons dñi: & domus dei in ſummitate montium: non contra iudæam & hieruſalem, ſed de iudæa & hieruſalem prophetiam in tellexerunt: Cum & in illa legerimus poſt cõminationem proſpera: Reſtituam iudices tuos ut fuerunt prius: & conſi- Ibidem liarios tuos ſicut antiquitus: poſt hæc uocaberis ciuitas iu ſti, urbs fidelis: Et in iſta poſt proſpera, truculenta fit com minatio: Ecce dominator dominus exercituum auferet ab hieruſalem & ab iuda ualidum & fortem, omne robur pa nis, & omne robur aquæ, & reliqua. Ergo iuxta hebraicũ: & in illa uiſione, & in iſto ſermone quem uidit Eſaias filius Amos, de iuda & hieruſalem intelligendum eſt: non con tra iudæam & hieruſalem, uel ꝑ iuda & hieruſalẽ, ut Sym machus tranſtulit: ſed abſolute, de iuda & hieruſalem: in quo poſſunt & læta & triſtia contineri. Et hoc conſyderan dum: quia ibi uiſionem uideat: hic uerbum, quod erat in principio apud deum: & in illa iudæis comminans, ad gen tium ueniat ſalutem: in iſta a gentium ſalute incipiens, pu nito iſrael ex utraq̃ uocatione credentes in chriſti eccleſiam congreget. b ¶ Et erit in nouiſſimis diebus pręparatus mons ꝛc̃. Nouiſſimos dies & in geneſi legimus: q̃ uocante Geñ. 49. a iacob filios ſuos atq̃ dicente: Venite ut annunciem uobis quid futurum ſit in nouiſſimis diebus: poſtea ad iudam de cuius ſemine ortus eſt chriſtus, dixerit: Non deficiet prin ceps ex iuda, neq̃ dux de fœmoribus eius: donec ueniat cui repoſitum eſt: & ipſe erit expectatio gentium. In his no uiſſimis diebus erit hora nouiſſima: de qua Ioannes apo ſtolus loquitur: Filioli mei, nouiſſima hora eſt: in qua abſci Ioh. 2. e ſus lapis de monte ſine manibus, creuit in montem ma Dañ. 2. e gnum, & repleuit omnẽ terram. A quo & princeps Tyri in Eçechiele dicitur uulneratus. Hic mons in domo domini ꝑ. 26. b eſt, quam propheta ſuſpirat dicens: Vnum petiui a domi no, hoc requirã: ut inhabitẽ in domo domini, omnes dies uitæ meæ. Et de qua Paulus ſcribit ad Timotheũ: Sin autẽ

tardauero

1.Timo.3.d tardauero, ut scias quō oporteat te cōuersari in domo dei:
A quæ est ecclesia dei uiuētis, columna & firmamentū ueritatis.
Ephe.2.d Hæc domus ædificata est super fundamentū apl'orū & pphetarū: qui & ipsi montes sunt quasi imitatores christi.
ps.124.a De hac domo & hierusalē psalmista cōclamat dicens: Qui confidunt in domino sicut mons sion: non cōmouebit' in æternū qui habitat in hierusalem. Montes in circuitu ei⁹: & dn̄s in circuitu populi sui. Vnde & sup unū montiū christus fundat ecclesiam,
Matth.16.c & loquit' ad eum: Tu es petrus, & sup hanc petrā ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi nō prævalebūt aduersus eam. Simile quid ad desyderātem animā suam: & impatienter domū dei uidere cupientē, sanctus loquitur:
ps.14.b Quare tristis
Ibi.a es anima mea: & quare cōturbas me? Et iterū: Hæc recordatus sum & effudi in me animā meā: qm̄ pertransibo in locū tabernaculi admirabilis usq; ad domū dei: In uoce exultationis & cōfessionis sonus epulantiū. Lxx. manifestū montem dn̄i & domū dei super capita montiū, transtulerūt: qđ testimoniū eisdem uerbis & Micheas propheta posuit: quæ in suo loco exposui. a ¶ Et eleuabit' sup colles. Qui in capitib⁹ montiū ostensus est & paratus: iste super colles eleuabitur. De quib⁹ montibus & collibus & in canticocantico-
Cañ.2.b rum spōsa loquit': Vox fratruelis mei: ecce hic uenit saliens
B super montes, transiliens colles: similis est fratruelis meus capreæ uel hinnulo ceruorū in montibus bethel. b ¶ Et fluent ad eum ōēs gētes ꝛc. Omnes em̄ gētes seruient ei, cui
ps.71.c dictū est: Postula a me & dabo tibi gētes hæreditatē tuam:
Ibi.2.b & possessionē tuā terminos terræ: ut seruiāt ei iuxta Sopho-
Soph.3.b niam sub iugo uno: de quibus idē ppheta testat': Ex finib⁹
Ibidem fluuiorū æthiopiæ afferent tibi hostias. Et in septuagesimo primo psalmo legim⁹: In cōspectu eius procidēt æthiopes.
Phil'.2.b In nomine em̄ iesu omne genu flectat', cœlestiū, terrestriū, & infernorū. c ¶ Et dicēt: venite ascēdam⁹ ꝛc. Gentes & populi nequaq; ppria salute cōtenti, se mutuo hortabunt' & dicent: Venite ascēdam⁹ ad montē dn̄i, & ad domū dei iacob: De quibus supra diximus: qui sit mons dn̄i præparatus: & quæ domus dn̄i super uerticē montiū. Domus autē dn̄i dicit' domus dei iacob, ut recipiamus uetus instrumentū: & non scdm̄ Manicheum aliam extra domū dei iacob quæramus domū. Cum autē fuerim⁹ in domo dei iacob: tunc docebit nos uias suas, per quas gradiamur ad eum: & ambulabimus in semitis eius, quas triuerunt & alij. Deniq; &
Luc.6.d iesus ascēdens in montē, docebat discipulos suos octo beatitudines: & cætera quæ euāgelicus sermo cōplectit'. Prius ergo discendæ sunt uiæ dn̄i: & postea ambulandū in semitis eius. d ¶ Quia de sion exibit lex ꝛc. Omnes gentes & populi multi, idcirco se mutuo hortabuntur & dicent: Venite ascēdamus ad montē dn̄i: & cætera quæ sequunt': Quia de sion egredietur lex: & uerbū domini de hierusalē: nequaq; de sinai, & de solitudine, & de monte oreb: sed de monte sion,
Mar.12.d in quo ædificata est hierusalē. Et de hierusalem, in qua templum est & religio dei: legimus q̄ sæpe dn̄s docuerit in templo: & q̄ non oportuerit mori pphetā extra hierusalē: & supra uerbum & legem pariter nominata. Verbum principes iubentur audire: legē populus auribus percipere. Qui em̄ prius legem fecerit, postea uenit ad sermonem dei. Sed & in hierusalem primum fundata ecclesia, totius orbis ecclesias seminauit. Et hoc dicendum q̄ quicunq; in specula & in uisione pacis fuerit: in hoc & lex & uerbum dn̄i constitutum sit. Et pulchre non dixit: in sion & in hierusalem erit & manebit uerbum & lex domini, sed egredietur: ut de illo fonte

a b Et eleuabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gen
c tes: & ibunt populi multi. Et dicent: uenite ascendamus
* ad montem domini, & ad domum dei iacob: & docebit
d nos uias suas: & ambulabimus in semitis eius. Quia de
e sion exibit lex, & uerbū dn̄i de hierusalem. Et iudicabit
f gētes & arguet populos multos. Et cōflabunt gladios
g suos in uomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit
gens cōtra gentē gladiū: neq; exercebunt' ultra ad præ-
b lium. Domus iacob uenite & ambulem⁹ in lumine do-
i mini: proiecisti em̄ populum tuū domū iacob. Quia repleti sunt ut olim: & augures habuerūt ut philistīm.

Et pueris

omnes nationes doctrina dei significet irrigandas. e ¶ Et iudicabit gentes ꝛc. Ergo & inter gentes & gentes iudicandum est: nec omnes increduli pari sententia cōdemnandi, sed pro diuersitate meritorum diuersa passuri sunt. Postq; autē iudicauerit gentes, tunc arguet populos multos: siue ut Lxx. transtulerunt: populum multum: id est λαὸν πολύν. Et nota ordinem: gentes iudicabuntur: quia crediturę sunt: Qui em̄ Iob.5.c non credit, iam iudicatus est. Populus autē multus qui intelligit' israel, nequaq; iudicabitur, sed arguet': quia ad se missum filiū dei nō receperit. f ¶ Et cōflabūt gladios suos in vomeres ꝛc. Omne bellandi studiū uertet' ad pacē: & pro discordia erit in toto orbe cōcordia. Gladij mutabuntur in uomeres, & lanceæ in falces: ut omisso furore bellandi, agriculturæ seruiant: & uberrimas falcibus messes secent. Quod quidem & spiritualiter intelligi potest: quando omnis duricia cordis nostri christi uomere frangitur: & eradicantur spinæ uitiorum, ut sementis sermonis dei crescat in fruges: & postea labores manuum nostrarū manducemus: quando uenientes uenient in exultatione portantes manipulos suos. ps.125.a

g ¶ Non leuabit gens contra gentem gladium ꝛc. Veteres reuoluamus historias: & inueniemus usq; ad uicesimum octauum annum cæsaris Augusti: cuius quadragesimoprimo anno christus natus est in iudæa, in toto orbe terrarum fuisse discordiam: & singulas nationes contra uicinas gentes arsisse studio præliandi: ita ut cæderent & cæderentur. Orto autem domino saluatore, quando sub præside syriæ Cyrino prima est in orbe terrarum facta descriptio: & euangelicæ doctrinæ pax rhomani imperij præparata: tunc omnia bella cessauerunt: & nequaq; per opida & uicos exercebantur ad præl'a: sed ad agrorum cultus, militibus tantū legionibusq; rhomanis contra barbaras nationes bellandi studio delegato: quando impletus est angelorum ille concentus: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus Luc.2.b bonæ uoluntatis: & in diebus eius orta est iusticia & multitudo pacis. b ¶ Domus iacob venite et ambulemus in lumine domini ꝛc. Post uocationem gentium & ostensionem montis domini super uerticem montiū: ad populum suū, id est, populum iudæorum: qui appellatur domus iacob, propheta cōuertitur: & hortatur eos: ut qui in tenebris uersantur erroris, lumen suscipiant ueritatis: & ambulent in lumine domini. Et quodammodo illud dauidicum canit: Accedite ad eum, & illuminamini: & facies uestræ non con- ps.33.a fundentur. Omnis enim qui operatur malum, odit lumen: & non uenit ad lucem, ne opera eius arguantur. Vos autem domus iacob, domus populi mei, uenite mecum, & pariter ambulemus in lumine dn̄i: recipiamus euāgeliū christi, il- luminemur ab eo qui dicit: Ego sum lux mundi. Cunq; Iob.8.b hoc locutus fuisset ad populum iudæorum: cernens impœnitens cor eorum, & animam in crudelitate durissimam: facit apostropham ad dominum & dicit: Ideo eos hortor ut ad te ueniant, & mecum tuo lumine perfruantur: quia pro merito peccatorum suorū reliquisti populum tuum, domū quondam iacob. i ¶ Quia repleti sunt vt olim: et augures habuerunt vt philistīm. Pro philistīm semp Lxx. alienigenas interpretati sunt: id ē τους ἀλλοφύλους, nomē commune pro pprio: quæ est hodie gens palæstinorum, quasi philistinorū: qa p literā sermo hebraic⁹ nō habet: sed p ea q̄ græco utitur. Vñ & illud qđ in psalmis dicit', cū enumeratione gentiū cæterarū: Mihi alienigenæ subditi sunt: nō oēs ps.59.c externas nationes, sed pprie palæstinos significat. Redditq;

causas

E causas quare ꝓiecerit deus populū ſuū domū iacob: Quia repleti ſunt (inquit) ut fuerunt in principio augurib⁹ & ſomnijs cunctiſq; ſordibus ydololatriæ. Non attendenda ſomnia nec auguria, moyſe ſcribente cognoſcimus: quæ habuerunt gentes quas eiecit dominus a facie iſrael, chananæorū, amorræorū, & cethæorum. Hunc locū eccleſiæ tractatores aliter atq; aliter ediſſeruerunt. Quidā enim uolunt hoc ſignificari, qđ proiecto ꝑpło iudæorū, ingreſſus ſit terrā quondā remiſſionis rhoman⁹ exercitus: & eiectis iudæis habitauerint in iudæa alieni genæ: qui de toto orbe diuerſarū gentium accolæ ſunt, adducti a Tito & Veſpaſiano & Hadriano, cæteriſq; principibus. Alij autē putant hoc non pertinere ad rhomana tempora: ſed ad ſuperiora, priuſq; a babylonijs uaſtarent, qb⁹ ſub impijs regib⁹ fuiſſe narrant: & a dño derelicti ſunt.

a Et pueris alienis adhæſerunt. Et rēpleta eſt terra argento & auro: & non eſt finis theſaurorum eius. Et rēpleta eſt terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Et b repletā eſt terra eius idolis: opus manuum ſuarū adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum: & incuruauit ſe c f homo & humiliatus eſt uir. Nē ergo dimittas eis. Ingrēdere in petram: abſcondere in foſſa humo a facie timoris domini: & a gloria maieſtatis eius. Oculi ſublimes s hominis humiliati ſunt: & incuruabitur altitudo uirorum: exaltabitur autem dominus ſolus in die illa. Dies b enim domini exercituum ſuper omnē ſuperbum & excelſum & ſuper omnē arrogantem, & humiliabitur.

Et ſuper omnes

a Et pueris alienis adhæſerunt. Pro quo Lxx. tranſtulerūt: καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγεννήθη αὐτοῖσ, id ē, & filij multi alienigenæ nati ſunt eis. Symmachus: & cum filijs alienis applauſerūt. Pro quo ſcriptū eſt in hebræo יְשַׁפִּיקוּ, qđ hebræi interpretantur: ἐσφλωώθησαμ: & nos uertimus, adhæſerūt: ut uitiorum in gente iudæa turpitudo monſtreť. Intantum autem græci & rhomani hoc quondam uitio laborauerunt, ut & clariſſimi philoſophorum græciæ haberēt publice cōcubinos: Et Hadrianus philoſophiæ artibus eruditus, antinoum conſecrarit in deum: tēplūq; ei ac uictimas & ſacerdotes inſtituerit: & ex eo ægypti ciuitas ac religio nomē acceperit. Inter ſcorta quoq; in fornicibus ſpectaculorū, pueri ſteterūt publicæ libidini expoſiti: donec ſub Conſtantino imperatore, chriſti euangelio coruſcāte: & infidelitas uniuerſarū gentiū & turpitudo deleta eſt. Porro Lxx. coniuges eorū uiolatas eſſe ſignificant, dum filios alienos iudæis generant. Symmachus quodā circuitu & honeſto ſermone, plaudentiū eandē cum pueris turpitudinē demonſtrauit.

b Et repleta eſt terra argēto & auro ꝛc. Inter cætera uitia terræ domus iacob, etiā auri & argēti mītitudo numerať. Inter ſomnia & augures, equos & quadrigas, quas deus multiplicari ꝓhibuit regibus iſrael: inter idola quæ ſunt opera manuū hominū, auaricia cōdēnať. Vñ dñs præcepit in euāgelio: ne theſauriçemus nobis theſauros in terra: & ne faciamus theſauros ꝟs fur poſſit eripere: ad extremū inferēs: Nō poteſtis deo ſeruire & mammonæ. Pulchre autē illud coma uerſiculi: Semp auarus eget: alijs uerbis ꝓpheta ſignificauit dicens: Et non eſt finis theſaurorū eius. Nō ꝙ theſauri finē nō habeāt, ſed ꝙ poſſidentiū animus nō impleať. Vtraq; autē gens & iudæorū & rhomanorū per hæc uerba auariciæ ſugillať: Qđ hiſtoriæ quoq; tā græcæ narrant q̄ latinæ, nihil iudæorū & rhomanorū gente eſſe auarius. Vñ & repetundarū lex conſtituta eſt: & ꝙtidie uidem⁹ illud Apłicū cōpleri: Qui præcipis nō furandū, furaris. Furē iudicē arguit atq; condēnat iudex furatior, & in alio de ſe promēs ſentētiā.

c Et repleta eſt terra eiº ꝛc. Nō eñ dignū eſt numero qđ cōtra dei imperiū poſſideť. Vñ & in pſalmis dicit: Fallax equus ad ſalutem. Et in exodo: Equū & aſcēſorē deiecit in mare. Et in alio pſalmo: Hi in curribus & hi in equis: nos autē in noīe dñi dei noſtri inuocabimus. Poteſt autē utrunq; intelligi: qđ & populus iudæorū cōtra præceptū dñi ſibi equos & quadrigas multiplicauerit: & terra iudææ uictorū equis & curribus ſit repleta.

d Et repleta eſt terra eiº idolis ꝛc. Vbi quondam erat templū & religio dei, ibi Hadriani ſtatua, & Iouis idolum collocatū eſt: qđ multi ſup illo teſtimonio interpretantur, qđ in euangelio legim⁹: Cum autē uideritis abomi nationē deſolationis ſtantē in ſancto loco: Et operi manuū ſuarū inclinati ſunt. Et hō rationale aīal, æs adorauit & lapidem. Sunt aūt q hæc de iudæis ītерpretenť: qđ anteq; caperent a babylonijs uniuerſa hæc fecerint, & ideo dimiſſi ſunt a deo. Vnde & in fine capituli ponit: Ne ergo dimittas eis. Poſſumus ſcđm anagogen & hoc dicere: ꝙ omne dogma contrariū ueritati adoret opera manuum ſuarū: & conſtituat idola in terra ſua, & incuruetur hō & humiliet uir: & ſe erigere non poſſit: quia ſit a diabolo colligat⁹, niſi illum erexerit dñs: Ex emplo illius mulieris quā ſatanas uinxerat annis decem & octo: ut nequaq; cœlū, ſed terrā ſemper aſpiceret.

e Ne ergo dimittas eis. Pro quo Lxx. interpretati ſunt: μὴ οὖν μὴ ἀνῶ αὐτούς. i. & nō dimittā eis. Si deus loquiť, ita intelligendū eſt: Quia tanta fecerūt, nō parcam eis: nec tam innumerabilia peccata dimittam. Si ꝓpheta, ſic ſentiendū: ne ergo dimittas eis qui tanta ſcelera perpetrarūt. Qđ ſi de rhomanis intelligim⁹, uerior interpretatio eſt: qui ſubuertētes tēplū dei: nō eum adorauerūt qui uictoriam præbuit, ſed idola manuū ſuarū. Sin autē de iudæis, ꝓphetæ truculenta ſentētia eſt: ut cōtra populū ſuum orare uideať: cui ſupra dixerat: Dom⁹ iacob uenite & ambulem⁹ in lumine dñi.

f Ingredere in petrā ꝛc. Ego quidē populum cohortatus ſum dicēs: Dom⁹ iacob uenite & ambulemus in lumine dñi. Sed quia proiecit dñs ꝑplm ſuū iacob: proiecit autē, quia aut fecit, aut paſſus eſt, quæ ſupra expoſuimus: ideo prænuncio uobis quæ uentura ſint mala: & hortor ut ingrediamini petras & abſcōdamini in ſpeluncis a facie babylonij uel rhomani exercitus, qñ oīa uaſtabunť: iuxta illud qđ in euangelio legim⁹: Tunc dicent montib⁹, cadite ſuper nos: & petris, abſcondite nos. Iuxta anagogen ꝙo, a facie dñicæ maieſtatis præcipitur nobis ut aſſumam⁹ petræ fortitudinē: de qua dictū eſt: Petra refugiū leporib⁹. Et: In petra exaltaſti me. Moyſes quoq; in foramine petræ ponit: ut uideat poſteriora dei. Et: Bibebat ꝑplus de ſpiritali ſequēti eos petra. Abſconditurq; in petra, qui ingrediť cubiculū ſuū: & clauſo oſtio adorat patrē: ut in terreno corpore conſtitutus, tranſeuntē mundi non ſentiat tempeſtatem.

g Oculi ſublimes hoīs humiliati ſunt ꝛc. Cū hoſtes uenerint, & omnē prouinciā babylonius aut rhoman⁹ mucro uaſtauerit: & circumſederint agmina bellatorū hieruſalem: Tunc nec diuitiæ, nec nobilitas generis, nec potentia dignitatum aliquem defendere poterunt: ſed omniū erit una captiuitas: & deus ſolus exaltabiť: cuius iram nullus poterit declinare. Multi hæc de die iudicij intelligunt: ꝙ oñis creatura comparatione diuinæ gloriæ humilieť, & incurueť & nihil eſſe ſe ſentiat.

h Dies enī dñi exercituū ꝛc. Et hæc prioribus coniunguntur. In die (inquit) illa in qua exaltabitur dominus ſolus, hoc eſt, in die ultionis dominicæ: excelſi quiq; & arrogantes atq; ſublimes, captiuitati & gladio ſubiacebunt. μεταφορικῶς autem ſermo de magnis, eſt atq; principibus: quod quanto magis ſuperbierint, tanto amplius deprimantur. Dominus enim ſuperbis reſiſtit: & humilibus dat gratiam. Qui de die iudicij intelligunt, ſuperbum & excelſum & ſublimem & arrogantē, diabolum dici putant. Qui ſuperbiēs loquitur: Super ſtellas cœli ponam ſedem meam: ſedebo in monte excelſo: ſuper omnes montes excelſos ad aquilonem: aſcendam ſuper nubes: ero ſimilis altiſſimo: Quando ex ore infantium & lactentium perficietur laus: ut deſtruatur inimicus & ultor.

Et ſuper oēs cedros

Mar. 13. b G
Anago.
Luc. 13. d
H
Metapho.
Matth. 6. c
Ibidem
Rom. 2. c
Pſ. 32. d
Exo. 15. a
Pſ. 19. b
Ibi. 25. c
Anago.
Pſ. 13. c
Ibi. 60. a
Eſa. 14. d
Pſ. 8. a

A a ¶ Et sup oēs cedros libani ⁊c̄. Et in uicesimooctauo psalmo canit: Vox dñi cōterentis cedros: cōteret dñs cedros libani: & cōminuet eas q̄si uitulū libani. Et in tricesimosexto psalmo: Vidi impiū exaltatū & eleuatū quasi cedros libani: & transiui, & ecce nō erat: & quæsiui eum, & nō est inuētus locus eius. Quercus q̄q̄ basan, q̄s Aquila δρυὰς: Symmachus & Theodotio βαλάνους, interpretati sunt: glandiferas nouimus: quæ & si fecerint fruct⁹, porcorum sunt alimenta nō hominū. Basan regio est arabiæ: cui imperauit Og qui appellatus est rex basan: & interpretatur ἀισχύνη, id ē ignominia, quā si confusionem transferre uoluerimus magis σύγχυσιμ, id est babylonem significat q̄ basan. Super oēs ergo qui eriguntur in superbiam: & faciunt opera ignominiæ: atq̄ in coeno libidinū uolutant, dñi uindicta cōsurget. Q̄ si prudens lector quæsierit, cur in templo dñi cedrina ligna sint posita: Et in cēteſimotertio psalmo legim⁹ iuxta hebraicā ueritatē: Saturabuntur ligna dñi: & cedri libani quas tu plantasti, ibi passeres nidificabunt: Et inter cætera ligna etiā cedri ad laudes dñi prouocent: Et in aduētu saluatoris, q̄n oēs arbores & ligna campi applaudēt ramis suis, scriptū sit: Ponā in terra inaquosa cedrū & buxum, & cypressum & pinū: Et nunc diem dñi super cedros libani sermo ꝓpheticus cōminetur: Hoc dicēdū est q̄ ex eodē genere hoīm, alij sublimētur ad regnū, alij detrahant ad pœnam: & cedri libani quæ ꝓpter superbiā conterent, eligant cū boni odoris fuerint, & cum Apostolo dixerint: Christi bonus odor sumus deo.

Esa. 41. e B

1. Co. 2. d

b ¶ Et sup oēs montes excelsos ⁊c̄. Sicut in bonā partē pro uarietate uirtutum, montes appellant & colles: sic inter impios ꝓ diuersitate uitiorū: & maxime superbiæ: alij montes sunt, alij colles: super q̄s erit dies dñi: de quib⁹ in Ezechiele scriptum est: Hæc dicit adonai dñs montib⁹ & collib⁹: ecce ego inducā sup uos gladiū, & dissipabunt excelsa uestra: & cōterent aras uestras: & reliqua.

Ezech. 6. a

c ¶ Et sup omnē turrē excelsam ⁊c̄. Qui ad Vespasiani Hadrianiq̄ hæc referūt tempora, corporaliter dicunt impleta quæ scripta sunt: q̄ non turris excelsa, nō firmissim⁹ murus, nō ulla nauiū multitudo, & negociationis industria, aduersum uim rhomani exercitus potuerit prævalere: sed in tantā habitatores iudææ uenisse formidinē, ut & ipsi cū cōiugib⁹ & liberis, auro & argento quæ sibi auxilio fore existimabāt, in foueas terræ demersi sint: & profundissima antra sectati. Si em̄ uoraciū & luxuriosorū uenter est deus: quare nō auari aurū & argentū appellet deus? Alij hæc ad babylonia referunt tēpora. Ego iuxta tropologiæ leges singula quæq̄ percurrā. Turris uel ob munitionē urbis ædificat: uel ob speculam ut longe ueniens cernat hostis. Vnusq̄sq̄ ergo nostrū debet ædificare turrim, prius sumptib⁹ supputatis: ne iuxta euangelicā parabolā cū explere opus nequiuerit, rideat: Hæc turris bene cōstructa persistit: Sin autē erecta in superbiā firma nō habuerit fundamēta, cadet sup eum a q̄ ædificata est: sicut illa in siloa, quæ decem & octo hoīes interfecit. Vnde & dñs loquitur ad audiētes: Et uos si nō ægeritis pœnitentiā, similiter peribitis. In cōsequētib⁹ q̄q̄ lecturi sum⁹: q̄ deus in uinea sua ædificauerit turrim, & fecerit torcular, & maceriā circūdederit: sed hæc oīa destructa sint atq̄ uastata: quia uano superbiæ supercilio intumuerint. Muri q̄q̄ extruunt excelsi, ne cito ciuitas destruat: ne hostib⁹ pateat: quia circūdant ecclesiæ a sapiētissimis uiris & omni ratione firmant: ne q̄d dogma peruersum prævaleat ueritati. De istiusmodi muris deus loquit ad hierusalem: Ecce sup manus meas depinxi muros tuos: & in cōspectu meo sunt semp. Sin autē hi qui prius impugnauerāt ecclesiam, cognita ueritate transierint ad fidē: & pugnauerint ꝓ ea quā ante impugnauerāt: tunc illud implebit: Cito ædificaberis ab his a quib⁹ destructa eras. In leuitico quoq̄ legim⁹: domū quæ in urbibus muratis sit: si intra annū redēpta nō fuerit, emptori æterna possessiōe firmari: q̄d si in uillis & in uiculis sit quæ muros non habeant, semp posse redimi, & emptoris preciū fluctuare.

Leui. 25. e

d ¶ Et sup oēs naues tharsis ⁊c̄. Pro tharsis, quod omnes similiter transtulerunt: soli Lxx. mare interpretati sunt: καὶ ἐπὶ πᾶμ πλοῖομ θαλάσσης. Hebræi putāt lingua ꝓpria sua mare תַּרְשִׁישׁ appellari: q̄n autē dicitur יָם nō hebraico sermone appellari, sed syriaco. Habuit & iosaphat naues quas mittebat in tharsis: sed contritæ sunt in asiongaber. Habuit & salomon quæ ibant in tharsis: & post tres annos reuertebant: afferebantq̄ regi argentum & aurum, ebur & simias. Sed quia rex uterq̄ peccauerat: alius deditus uoluptati, & exterarum gētium amans fœminas: alius se cum rege samariæ copulans: quod utrunq̄ ad ethnicos refertur & hæreticos: in quibus nihil est aliud nisi fulgor eloquētiæ: & sensus dialectica arte constructus, & sermo mortuus, q̄d intelligit in eburneis dentib⁹: & similitudo rationis humanæ, q̄d sentitur in simijs: idcirco in psalmis legimus: In spiritu uiolento confringes naues tharsis. Et de his nauibus idem Esaias loquitur: Væ alis nauium quæ sunt trans æthiopiam. Sunt autem econtrario & bonæ naues: de quibus in eisdem psalmis dicitur: Qui descendunt in mare nauibus: & faciunt opus in aquis multis: Ipsi uiderunt opera domini: & mirabilia eius in profundo. Qui enim in sæculi huius fluctib⁹ non sunt ocioſi: sed operantur, & merces portant domini cas: & ad portū quietis uenire festinant: ipsi uidebunt opera domini, & mirabilia eius in profundo: quando ad profundam scientiam peruenerint: & uniuersa scrutantes: hoc est, etiā profunda dei & mirabilia eius aspexerint. Iosephus tharsis urbem ciliciæ tharsum arbitratur: alij regionem putant Indiæ: & hoc nomine etiam de duodecim gemmis lapidem appellari: qui apud nos uocat chrysolithus, ob marini coloris similitudinē. Melius autem est, tharsis, uel mare, uel pelagus, absolute accipere: Neq̄ enim ionas de ioppe nauigans, ad Indiam poterat peruenire: ad quam illo mari nō potest nauigari, sed simpliciter ire in pelagus: & ad quas cunq̄ insulas pergere. Quodq̄ sequit:

C

Psa. 106. c

Iona. 1. a

D

e ¶ Et super omne quod visu pulchrum est. Siue ut Lxx. transtulerunt: Et super omnē aspectum pulchritudinis nauium. Eodem sensu accipiendum, quod destruatur a die domini: quicquid pulchrum uidetur in uerbis, & humana ratione constructum, si se erigat contra scientiam dei.

f ¶ Et incuruabitur sublimitas hominum: et humiliabitur altitudo virorum ⁊c̄. Tamdiu uidetur humanus sermo habere rationem: q̄diu diuinæ scientiæ non fuerit comparatus. Cum autem mendacium ueritati quasi stipula igni appropinquauerit, citō uoratur & deperit: & omnia dogmata falsitatis, quæ nunc idola nominant: ab eo q̄ simulata sint atq̄ conficta, penitus conterentur.

g ¶ Et introibunt in speluncas petrarū: et in voragines terræ a facie formidinis domini: et a gloria maiestatis eius: cum surrexerit percutere terram: In die illa proiiciet homo idola ⁊c̄. Sæpe diximus argētum & aurum pro sermone & sensu accipi: quæ eum a deo hominib⁹ data sint

a Et super omnes cedros libani sublimes & erectas: & super omnes quercus basan. Et super omnes montes ex/
b celsos: & super omnes colles eleuatos. Et super omnem
c turrim excelsam: & super omnem murum munitum.
d Et super omnes naues tharsis: & super omne quod ui/
e su pulchrum est. Et incuruabitur sublimitas hominum:
f & humiliabitur altitudo uirorum: & eleuabitur do/
minus solus in die illa, & idola penitus conterentur.
g Et introibunt in speluncas petrarum & in uoragines
terræ a facie formidinis domini, & a gloria maiesta/
tis eius, cum surrexerit percutere terram. In die illa
proiiciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui
quæ fecerat sibi, ut adoraret talpas & uespertiliones: & in/
gredieē

E

Osee.2.b

sint:ut uel loquant, uel sentiant deum, & laudent creatorē suū:illi abutunt hoc munere in idolorū simulationē: iuxta illud quod scriptum est: Dedi eis argentum & aurum: ipsi uero de argento & auro meo operati sunt baal. Cum ergo quis domini pauore perterritus: primū in spelunca pectoris sui idola cōdiderit: & in uoraginib⁹ terræ abscōderit,nō audens proferre qđ male finxerat:secundus profectus est,ut prius cælata proiiciat:& in se esse non patiat. Pro talpis quas nos interpretati sum⁹:Lxx.uana,id est τοῖς ματαίοις:Aquila,ὄρυγας:Symmachus, infructuosa: Theodotio ipsum uerbum hebraicū posuit חֲפַרְפֵּרוֹת. Est autē animal absq; oculis,qđ semper terrā fodit,& humū egerit:& radices subter comedens, frugibus noxiū est:quod græci ἀσπάλακα uocant. Vespertilio autē nocturna auis, quæ congruū ab eis nomē accepit νυκτερὶς,eo qđ in nocte uolitet:paruū animal est: & muriū simile:non tam uoce & cantu resonans q̄ stridore:qđ cum uideat uolitare,lucifugum est: & solem uidere non patitur. Istiusmodi animantib⁹ idola comparata sunt: quæ cæca & tenebrosa colunt a cæcis: & omnia dogmata cōtraria ueritati:Quæ cū in die domini fuerint derelicta, ingredient hi qui proiecerint ea in fissuras petrarū cauernasq; saxorū: ut nō in terræ puluere & uili luto,sed in firma ratione uersent: & inueniant sibi diuersa uirtutū foramina,per quæ ad ueritatē ualeant peruenire. Hæc iuxta anagogen ut potui breui sermone perstrinxi, quæ hebræi ad babylonia referunt tempora & subuersionē hierusalē, quando surrexerit dñs terrā percutere iudæorū. a ¶Quiescite ergo ab homine &c. Hoc prætermisere Lxx. & in græcis exēplaribus ab Origene sub asteriscis de æditione Aquilæ additum est:qđ in hebræo ita legitur: חִדְלוּ לָכֶם מִן הָאָדָם אֲשֶׁר נִשְׁמָתוֹ בְאַפּוֹ כִּי בַמֶּה נֶחְשָׁב הוּא. Vbi nos diximus:excelsus reputatus est ipse: Aquila interpretatus est: in quo reputatus est iste. Verbū hebraicū במה uel ὕψωμα dicitur, id est, excelsum: quod & in regnorū libris & in Ezechiele legim⁹:uel certe,in quo: & eisdem literis scribit בּ מ ה :ac p locorū qualitate, si uoluerimus legere,in quo:dicimus במה :sin autē excelsum uel excelsus, legimus במה. Intelligentes ergo iudæi prophetiam esse de christo: uerbum ambiguum in deteriorē partē interpretati sunt:ut uiderent non laudare christū, sed nihilipendere. Quæ est enim uerborū consequentia: & qui ordo rationis ac sensus,ut dicamus: Cū hæc ita se habeant & dies uentura sit domini, in qua uniuersus iudææ status subuertendus est, & omnia cōterēda:moneo uos atq; præcipio ut quiescatis ab homine: qui ita spirat ac uiuit ut nos homines, quia in nihili cōputandus est: Quisq; ne hominum ita quēpiam laudet ut dicat: Cauete ne offendatis eum qui omnino nihil est: Ergo econtrario sic intelligendum: Cum hæc uniuersa uentura sint uobis:& pphetali spiritu prædicantur:moneo atq; præcipio,ut quiescatis ab eo qui scđm carnem qui dem homo est & habet animam: & ita spirat & narib⁹ halitum trahit,ut nos homines spiram⁹ & uiuimus: sed scđm diuinam maiestatem excelsus & est,& reputat, & creditur. Tacita mecum mente pertractans, non possum inuenire rationem:quare Lxx.tam perspicuam de christo prophetiam in græcū noluerint uertere: Cæteri enim qui uerterunt qui dem, sed sermonem ambiguum ad impietatis traxere sensum: non mirū cur male interpretati sint, nec uoluerint de christo glorioſum quid dicere,in quem non credebant: uidelicet ut iudæi aut semijudæi,id est hebionitæ. Qz autem christus excelsus sit uel altissimus, qui alio sermone apud hebræos appellatur עֶלְיוֹן. In octogesimosexto psalmo legimus:Nunquid sion dicet homo,& homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus? Et in euangelio: Et tu puer Luc.1.g ppheta altissimi uocaberis. Ac ne longum funem traham: in expositione enim sanctarum scripturarum ueritatem debemus sequi,non cōtentionem: in isto loco בָּמָה apud hebræos non excelsus dicitur,sed excelsum, id est ipsa altitudo atq; sublimitas:quasi si de aliquo dicamus,non est diuinus,sed diuinatio:non est riuus,sed fons:non est homo,sed ipsa humanitas. Origenes hunc locū ita interpretatus est: Quia singulariter de uno hoie dicit, referri potest ad dñm saluatorē:iubente pphetа ut quiescant ab eo qui in magno aliquo reputatus est: licet impresentiarū uideatur,ut hō:& spiramen habere in narib⁹, sicut & cæteri spirant homines.

F

a gredietur in fissuras petrarū & cauernas saxorū a facie formidinis dñi: & a gloria maiestatis eius:cū surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius: quia excelsus reputatus est ipse.

G

H

¶Commentarij primi in Esaiam finis.

¶DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM PROLOGVS.

Finito in Esaiam primo uolumine,quod ut potui,nō ut uolui,celeri sermone dictaui: sensum potius scripturarum,q̄ compositæ orationis uerba perquirens: Nunc transcendam ad secundum:& quicquid in me uirium est,pronæq; in dominum uoluntatis:offeram ei,qui per prophetam locutus est:Ego uisiones multiplicaui: & in manibus prophetarum assimilatus sum. Vnde obsecro te uirgo christi Eustochium: ut nobis in scripturarum explanatione certantibus,tu cum moyse ad dominum eleues manus:ut qui exeuntes de ægypto,mare transiuimus rubrum: uincamus amalec, qui interpretat deuorans & elingens, עֲמָלֵק & possimus tecum dicere: Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum.

A

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER SECVNDVS.

Ecce enim dñator dñs exercituũ auferet ab hierusalẽ & ab iuda validum & fortem: omne robur panis & omne robur aquę. Hucusq; de iudicio dici putãt: Qd̃ sequitur de captiuitate uentura: Quã alij ad Babylonios: alij referũt ad Romanos. Sed melius est, ut supra diximus cũcta referri ad dñicã passionẽ. Post interfectionẽ qppe illi⁹, oẽs grę & dõnationes sublatæ sunt a iudæis: secundũ qd̃ in euãgelio scriptũ est: Lex & prophetæ usq; ad Ioannẽ baptistam. Et est ordo: Quoniam noluistis cessare ab hoie, cuius spiritus in naribus eius, qui excelsus reputatus est: sed ecõtrario fudistis sanguinẽ iusti: & cogitastis cõsiliũ pessimũ dicentes: Alligemus iustũ, quia inutilis est nobis: Ideo fructũ adinuentionũ uestrarũ comedet⁹. Nihil apud iudæos post passionẽ dñi forte, nihil ualidũ est: sed omnia infirma & languida: Nec aliquis potest apud eos dicere: oĩa possum in eo qui me cõfortat christo iesu dño nostro. Et quia iuxta Lxx. legim⁹ ualidũ & ualidã: ualido illud possum⁹ coaptare: Donec occuram⁹ oẽs in uirũ pfectũ i mẽsurã ætatis plenitudinis christi. Porro ualidæ: Volo, inqt, oẽs uos ẏginẽ castã exhibere christo. Fortitudo a utẽ panis & fortitudo aquæ, pro omni cibo & potu accipiẽ. Legimus qd̃ Moyses fuerit in monte sinai, & quadraginta diebus panẽ non comederit, & aquã non biberit. Illud quoq; quod ad Adam dicitur: In sudore uultus tui comedes panẽ tuum, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: similiter audiendũ. Nec non quod a saluatore dicit̃: Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo qd̃ egreditur per os dei. Fortitudo igit̃ panis auferetur ab eis: ille qui dicit: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Et fortitudo aquæ: de qua idem dñs loquebat̃: Oĩs qui biberit ex aqua hac sitiet iterũ: qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei, non sitiet in æternũ: sed aqua quã ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternã. De huiusce modi panibus & in Prouerbijs legimus: Aperi oculos tuos & replere panibus. Habent iudæi panem, sed absq; fortitudine: habent aquas, sed absq; robore. Legũt enim scripturas, sed nõ intelligunt: Tenent membranas: & christũ qui in membranis scriptus est perdiderunt: Lacte enim aluntur, quasi paruuli & non solido cibo. Et quia fortitudinẽ perdiderunt & infirmi sunt, propterea olera comedunt. Athletarũ autem solidus cibus est, qui & uitam sustentat humanã, & uiuentibus præbet fortitudinẽ. De istiusmodi pane & aqua quod auferãtur a iudæis: etiam alius propheta testatur, dicẽs: Ecce dies ueniẽt dicit dñs & emittã famẽ sup terrã: Nõ famẽ panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi sermones dñi.

Matt̃.11.b

2.Cor.11.d

Exo.34.d

Geñ.3.c

B

Matt̃.4.a

Ioh.6.e

Ioh.4.b

Prouer.20.b

Amos.8.d

Geñ.10.b

b ¶ Fortẽ ẽ virũ bellatorẽ ẽ. Pro forti quod solũ est in Hebræo, duo simul Lxx. trãstulerũt gigantẽ & fortẽ: eundẽ uolẽtes gigãtẽ esse quẽ fortẽ. De forti supra dictũ est. Gigantẽ aũt in bonã partẽ: hoc est de dño saluatore, in octauo decimo psalmo legim⁹: Exultauit ut gigas ad currendã uiã suã a sũmo cœlo egressio eius: & occursus eius usq; ad sũmum illius. Sin aũt legerimus, nemrod gigantem: qui fuit uenator corã dño: & gigantes propter quos uenit diluuiũ super terrã, in contrariã partẽ accipiẽdi sunt. Virũ quoq; bellatorẽ iuxta historiã sic intelligimus: quod capti sint & usq; hodie seruiant: & nõ deposuerint seruitutis iugũ: Sed ne iudices quidẽ habeant proprios, Romanisq; subijciant̃ iudicibus: intantũ ut de principibus eorũ, qui esse uident̃ in populo, Romani principes iudicent. Sed & hoc dicendũ qd̃ nullus sit apud eos bellator in lege, habens scientiã iudicandi: sed oĩa uana sint, & caduca & plena stulticiæ. De ꝓpheta aũt quod apud eos esse cessauerit nulli dubiũ est. Querimus iuxta Hebraicum quomodo interpretemur hariolũ:

C

a Ecce enim dominator domi
nus exercituum auferet ab hierusalem, &
ab iuda ualidum & fortem: omne robur
panis, & omne robur aquæ. Fortem & ui-
b rum bellatorem, iudicem & prophetam, & hariolũ &
c senem. Principẽm super quinquaginta.

qđ Eſaias ꝓpheta dño imperante prædicat, quid populus ſit facturus. In hebraico difficultas eſt: quomodo ipſe deus præcipiat populo, ut auditu audiat, & non intelligat: & uidens uideat, & non agnoſcat: & poſtea propheta inducatur loquens, & dominum præcetur & dicat: Excæca cor populi huius: & aures eius aggraua & oculos eius claude: ne forte uideat oculis ſuis, & auribus audiat, & corde intelligat & conuertatur & ſanetur. Ac primũ ſoluenda eſt illa quæſtio, quæ nobis obijci poteſt: quare apoſtolus Paulus cum hebræis diſputans, non iuxta hebraicum, quod rectum eſſe cognouerat: ſed iuxta Lxx. ſit locutus. Euangeliſtam Lucam tradunt ueteres eccleſiæ tractatores medicinæ artis fuiſſe ſcientiſſimũ: & magis græcas literas ſciſſe q̃ hebræas. Vnde & ſermo eius tam in euangelio q̃ in actibus apoſtolorum, id eſt, in utroq̃ uolumine comptior eſt, & ſæcularẽ redolet eloquentiam: magiſq̃ teſtimonijs græcis utitur q̃ hebræis. Matthæus autem & Ioannes: quorum alter hebræo, alter græco ſermone euangelia texuerunt: teſtimonia de hebraico proferunt: ut eſt illud: Ex ægypto uocaui filiũ meum. Et: Quoniam naçareus uocabitur. Et: Flumina de uentre eius fluẽt aquæ uiuæ. Et: Videbunt in quem cõpunxerunt: & cætera his ſimilia. Pauli quoq̃ idcirco ad hebræos epiſtolæ contradicitur: quod ad hebræos ſcribens utatur teſtimonijs, quæ in hebræis uoluminibus non habentur. Q2 ſi alij quis dixerit hebræos libros poſtea a iudæis eẽ falſatos: Audiat Origenem quid in octauo uolumine explanationum Eſaiæ huic reſpondeat quæſtiunculæ: quod nunq̃ dominus & apoſtoli qui cætera crimina arguũt in ſcribis & phariſæis, de hoc crimine qđ erat maximum reticuiſſent. Sin autem dixerint poſt aduentum domini ſaluatoris & prædicationem apoſtolorũ libros hebræos fuiſſe falſatos: cachinnum tenere non potero: ut ſaluator, & euangeliſtæ, & apoſtoli ita teſtimonia ꝓtulerint, ut iudæi poſtea falſaturi erãt. De præſenti autem loco hoc dicendum eſt, fruſtra nos ad Lxx. tranſlationem confugere: ne blaſphemum uideatur eſſe quod iuxta hebraicum dicitur: Auditu audite, & nolite intelligere: & uidete uiſionem, & nolite cognoſcere: cum huiuſmodi teſtimonia etiam in Lxx. interpretibus reperiamus: ut eſt illud in Exodo quod ad Pharaonem dicit: Propterea ſuſcitaui te, ut oſtendam in te uirtutem meam. Si autem ipſe ſuſcitauit, & indurauit cor Pharaonis ne crederet: & de alijs dicitur: Dedit eis deus ſpiritum cõpunctionis: oculos ut non uideant, & aures ut non audiant. Et in pſalmis: Fiat menſa eorum in laqueum, & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem: Obſcurentur oculi eorũ ne uideant: & dorſa eorum ſemper incurua: nõ ſunt illi in cupa qui non uident: ſed ille qui dedit oculos ad non uidendum. Ergo & abſq̃ hoc teſtimonio, quod nunc conamur exponere manet eadem quæſtio in eccleſijs: & aut cum iſta ſoluentur & cæteræ: aut cum cæteris, & hæc indiſſolubilis erit. Locũ iſtum beatus apoſtolus Paulus plenius explicat ad rhomanos: & qđ ille pene tota epiſtola, proſecutus eſt: nos ſuperfluum facimus, ſi uoluerimus breui ſermone comprehẽdere: Dicit em̃ poſt multa: Concluſit deus oĩa in incredulitate ut omnibus miſereatur. Admiranſq̃ dñi ſacramenta intulit: O profundũ diuitiarum ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei, q̃ inſcrutabilia iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Et iterũ de iudæorum incredulitate diſputans ait: Nunquid ſic peccauerunt, ut caderent: abſit: ſed illorũ delicto ſalus gentiũ fieret ad emulandũ eos. Et poſt modicum: Si enim abiectio eorum reconciliatio mũdi: quæ aſſumptio eorũ nõne uita ex mortuis. Et iterũ: Nolo em̃ uos ignorare fratres myſteriũ hoc: ut nõ ſitis uobiſmetipſis prudẽtes: Quia cæcitas ex pte facta eſt

Gen. 1. c
Ioh. 10. f
Exo. 3. c et. 4. c
Eſa. 58. e
Hiere. 25. d
Ibi. 20. b
Act. 28. g
Ibidem
Ibi. 13. g
Eſa. 49. b
Col. 4. d
Oſee. 11. a
Matth. 2. d
Ioh. 7. f
Zach. 12. c
Ioh. 19. g
Exo. 10. a
Pſ. 68. e
Rom. 11. d
Ibidem. b
Ibidem. c

A facta est in israel: donec plenitudo gentium introeat: & tūc
Rom.11.d omnis israel saluus fiat. Et post paululum: Iuxta euange/
lium quidem inimici propter uos: iuxta electionem au/
tem dilecti propter patres: absq; pœnitentia enim sunt do/
nationes & uocatio dei. Sicut ēm uos inquit aliquando nō
credidistis deo: nunc
autem estis misericor/
diā cōsecuti, ppter eoꝝ
incredulitatē. Sic & isti
nunc nō crediderūt in
uestrā misericordiam:
ut & ipsi misericordiā
consequant. Cōclusit
enim deus omnia sub
peccato, ut omnibus
misereatur. Ergo non
est crudelitas dei, sed
misericordia, unā peri
re gētem ut oēs saluæ
fiant: iudæorum partē
non uidere, ut omnis
mūdus lumē accipiat.
Vnde & ipse dñs in
euangelio sacramentū
cæci a natiuitate qui re
ceperat oculos, uertit
ad tropologiam, & di/
Iob.9.g cit: In iudicium ego ue
ni in hunc mundū, ut
uidentes nō uideant:
& non uidētes uideāt.
Luc.2.e Et in alio loco Symeon loquitur: Ecce hic positus est in rui/
nam & in resurrectionem multorum. Illis itaq; non uiden/
tibus, nos uidemus: illis cadētibus, nos resurgimus: Q̄d
intelligēs ꝓpheta quodāmodo alijs ꝓbis dicit: O dñe præ
cipis mihi loqui populo iudæorum: ut audiant & non intel
B ligant saluatorem: & uideant eum, & nō cognoscant: Si uis
impleri iussionem tuam: & totum saluari mundum, quod
& ego fieri desydero: tu excæca cor populi huius & aures ag
graua, & oculos claude, ne intelligāt, ne audiāt, ne uideāt. Si
ēm illi uiderit & cōuersi fuerint: & intellexerint & sanati fue
rint: totus mundus non recipiet sanitatē. Ex quo animad/
uertimus, q̄uis graue sit peccatum, si quis conuertatur, eū
posse sanari. Simulq; & hoc intelligendum quod pro ma/
gnitudine sceleris: etiam pœnitentia indigni iudicati sint:
Matth.23.d Ipso domino dicente ad hierusalem: Quotiens uolui con/
gregare filios tuos, sicut gallina pullos sub alas suas, & no/
luisti: a Et dixi vsq; quo dñe ꝛc. Dicente domino: Va
de & dic populo huic: quod audiat, & non audiat: uideat,
& nō uideat: Idcirco autem nec audiat, nec uideat: quia nō
sit intellecturus uerba domini, nec eius opera cogniturus:
Deu.32.b & quoniam incrassatus est & dilatatus, & oblitus creatoris
sui: Propheta respondet, & quærit sollicitus de populo suo:
Vsq; quo domine hæc sententia permanebit: ut audiens nō
audiat, uidensq; nō uideat: Cui respondit dominus: tādiu
non audiet & non uidebit, & excæcatū habebit cor: donec
ciuitates iudææ uespasiano titoq; pugnātibus penitus sub
uertantur: intantum ut ne nomen pristinum quidem per/
maneat: & domus si quæ remanserint, sine habitatore sint:
& terra redigatur in solitudinem: & uel fuga uel captiuita/
te in totum orbem iudaicus populus dispergatur: Et neq;
q̄q; in iudæa ut prius: sed in cunctis gentibus iudæorum po
pulus multiplicetur. Quod autem dico multiplicetur: tan
ta erit infœlicitas residui populi, ut ad comparationē prio/
ris multitudinis, uix decima pars remaneat. Cūq; & in ipa
terra fuerit solitudo: (dupliciter ēm locꝰ iste intelligi potest,
q̄ decima pars & in toto orbe uix remaneat: & in ipsa iu/
dæa uix parua pars populi reseruet) rursum ipsæ reliquiæ
erunt in deprædationem: quando post annos ferme quin/
quaginta Hadrianus uenerit: & terram iudæam fuerit peni
tus deprædatus: intantū ut terebintho & quercui quæ glan
des amiserint cōparet. Denicq; post extremam uastitatem:
etiam leges publicæ pependerunt: & prohibiti sunt iudæi
terrā, de qua electi fuerāt ingredi. Si quis autē crediderit in C
christū: & impletū fuerit illud quod supra legimus: Nisi do
minus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi sodoma esse/
mus & similes gomorræ fuissemus: quando iuxta Aposto/
lum, reliquiæ saluabuntur: hoc semen sanctū erit: & de apo
stolorū germine cun/
ctæ ecclesiæ pullula/
bunt. Q̄d diximus,
sanctū semen erit qđ
steterit in ea: Vel iuxta
Aquilam, semen san/
ctū erit germen eius:
in Lxx. interpretib⁹ nō
habet, sed de hebrai/
co & Theodotiōis ædi
tiōe ab Origene addi/
tū, in ecclesiæ fertur ex
emplaribus: ut postq;
intrauerit plenitudo
gentium, tunc omnis
israel saluꝰ fiat: & im/
pleatur etiā in hoc ser/
mo dñi, dicentis: Ego Deu.32.f
occidam & ego uiuifi/
cabo, percutiā & ego
sanabo. Ca. VII
E T factum est
in diebus ꝛc.
Oçias qui &
Açarias rex 4.Reg.15.a
iuda, regnauit in hie/
rusalē annis quinquaginta duobus. Cuius extremo iam
tempore uidit Esaias quæ præteritus sermo disseruit. Quo
mortuo & regnante pro eo Ioatham filio eius rege iustissi/
mo: uidit statim propheta dominum saluatorē in sua ma/
iestate regnantem, & annunciantem iudaici populi cæcita/
tem, & subuersionem hierusalem & cæterarū urbium sub D
Vespasiano & Hadriano: & quomodo in apostolis reliquiæ
sint saluandæ. Tertius rex filius Ioatham, succedit Achaç 4.Reg.16
impissimus: qui clausit ianuas templi: & in ualle gehēnon 2.Para.28.a
adorauit baalim: & filium suum idolis cōsecrauit: Ita ut au
ferret altare æneum quod Salomon fecerat: & poneret in
tēplo dei altare idolorū: cuius exemplar de Damasco acce
perat. Iuste igitur a domini auxilio derelictus est: & consur
rexerunt aduersus eum Rasin rex syriæ, id est Aram: & pha
ceæ filius Romeliæ, rex israel in samaria: & uenerunt in hie/
rusalem, ut expugnarent eam. Legimus in Paralipomenon Ibidem
libro, Rasin regē Damasci uicto Achaç multos de iudæa
Damascum transtulisse: Et Phaceæ filium Romeliæ regem
decem tribuū quæ appellabātur israel, & regnabat in sama
ria: una die cētū uiginti milia pcussisse de iuda hominū bel
latorū: & ducenta milia mulierū, puerorūq; & puellarū cū
infinita præda in samariā duxisse captiua. De q̄ certamine
ꝓpheta nūc tacuit: sed secūdū refert præliū: qñ experimētū
habentes fortitudinis suæ atq; uictoriæ: & inuitati prædæ
magnitudine rursum ueniūt ad iudæā: & hierusalē cupiunt
debellare: & nō potuerūt, qa auxiliatus ei est dñs: ut sub oc
casione misericordiæ qua populum liberabat obsessum: fi/
lium suū nunciaret de uirgine nasciturum. Q̄d cū audis/
set domus Dauid: hoc est domus regia, syriam scilicet &
ephraim, Rasin & Phaceæ iuncto uenire exercitu: exterrita
est atq; pertimuit: & tam rex q̄ populus ita contremue/
runt, ut putares arborum folia uentorum flatibus uentila/
ri. Iuxta Anagogen facilis interpretatio est: Quod regnā/ Anago.
te Achaç rege impio: rex arā, qui interpretat excelsus atq; אָרָם
sublimis: ut indicet arrogantiam sapientiæ sæcularis: &
Phaceæ filius Romeliæ: qui & ipse iuxta Oseæ prophetam
ex tribu ephraim, de qua Hieroboam filius Nabath ui/
tulos aureos in bethel & dan constituerat: & a domo Da/
uid dei populū separarat: refertur ad hæreticos, consentien
tes sibi, ut expugnent ecclesiam. Quod cum audierit do/
mus Dauid: quē in Ezechiel bonū pastorē legimus suscitā/
dum: & populus eius simpliciter credens in dominum, per/ Ezech.34.f
tremiscet

E tremeſcet: Et ideo pertremeſcet: quia non arboribus frugiferis, ſed infructuoſo ſalcui comparatur. Eoſdem autem hæreticos atq; gentiles cõtra domũ Dauid argumentorũ & dialecticæ artis gladijs dimicare: nulli dubium eſt: ut qui inter ſe diſcrepãt, in eccleſiæ oppugnatiõe cõſentiãt: luxta illud q̃

Luc.23.b herodes & pilatus inter ſe diſcordantes, in domini paſſione amicitia fœderãt. a ¶ Et dixit dñs ad Eſaiam Egredere in occurſum Achaz tu et qui derelictus eſt iaſub ꝛc̃.

יָשׁוּב Iaſub filius Eſaiæ qui interpretatur relictus atq; conuertens, in typũ populi iuda, q̃ erat de duorum regũ manibus liberandus: iubetur egredi cũ parente, & occurrere Achaz regi iudæ ī loco aquæ ductus piſcinæ ſuperioris, in uia agri fullonis: ubi poſtea lecturi ſumus ſub Eçechia rege iuda ſtare rabſacẽ: & ex præcepto ſennacherib regis aſſyriorũ dei populum blaſphemare. In quem locum egreſſi ſunt, miſſi ab Eçechia principes ciui

4.Reg.18.d tatis, quos in Regum uolumine legimus. Præcipitur q̃ Achaz cũ q̃uis impio regi

F propter domini miſericordiam ut agat ſilentium: & nõ terreatur neq; formidet cor eius, putans ſe paſſur̃ ſimilia quæ prius ſuſtinuerat. Duas autem caudas titionum: id eſt torrium fumigantiũ, uocat Raſin regem ſyriæ, & phaceæ filiũ Romeliæ regem ſamariæ: eo q̃ in illis finitum ſit regnum ſyriæ, id eſt damaſci: & regnum ſamariæ, id eſt decem tribuũ: quæ alio nomine appellabãtur Ephraim. Scriptum eſt em̃

Ibi.16.b quod Theglathphalaſſar rex aſſyrior̃, ſub rege Achaz aſcẽ-
Amos.1.b derit in damaſcum: & uaſtauerit eam, & tranſtulerit habitatores eius cyrenem, & Raſin interfecerit: & quod tetenderit inſidias phaceæ filio romeliæ Oſeæ filius ela: & percuſſerit eũ & interfecerit, & regnauerit pro illo in iſrael annis nouẽ: & quod uenerit ſalmanaſar rex aſſur & obſederit ſamariã, quæ nunc ſebaſte uocatur tribus annis: & nono anno regni

4.Reg.17.a Oſeæ cœperit eam: uinctumq; Oſeæ in carcerem miſerit: & trãſtulerit iſrael in aſſyrios: poſueritq; eos in hala & in habor iuxta fluuium goçan in ciuitatibus: ſiue ut Lxx. tranſtulerunt in montibus mœdorum: Quis enim inierint cõſiliũ hi duo reges peſſimi, ut aſcenderẽt ad iudam: cuius regio in montibus ſita eſt: & ſuſcitarent eum quieſcentem & quodammodo dormientem: ſuoq; imperio ſubiugarẽt:

טְבְאַל & ſuperponerent ei regem filium Tabeel: qui interpretatur bonus deus: ut uel hominem hoc nomine, uel idolum demonſtrarent: Tamen hæc dicit dominus deus: Non ſtabit hoc conſiliũ: ſed interim modo caput ſyriæ urbiũ erit damaſcus: & in ipſa metropoli damaſco imperabit Raſin. Porro in ephraim propter Hieroboam filium Nabath, qui primus regnauit de ephraim, erit caput ſamaria: hoc eſt regia dom⁹ in urbe ſamaria: & ſamariæ caput erit filius Romeliæ, id eſt phaceæ: Regnum autem decem tribuum, id eſt populi ephraim: poſt ſexaginta & quinq; annos eſſe ceſſabit: Quod niſi diligẽtius attendamus, ſtare non poterit. Quartodecimo enim anno Achaz filij Ioatham: in tribu iuda regnauit Oſeæ ſuper ſamariam: & nono anno imperij ſui captus eſt. Regnauit autẽ Achaz ſuper iudam ãnis ſedecim: poſt cuius mortẽ ſeptimo ãno imperij ſui captus eſt Oſeæ, & deſtructa ſamaria: omniſq; populus eſt tranſductus in mœdos: ita ut ſi uoluerimus ſedecim ãnos Achaz & ſeptẽ

a Et dixit dominus ad Eſaiam: Egredere in occurſum achaz, tu & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus ad extremum aquæ ductus piſcinæ ſuperioris, in uia agri fullonis. Et dices ad eum: uide ut ſileas: noli timere & cor tuum ne formidet a duabus caudis ticionum fumigantium iſtorum: in ira furoris Raſin & ſyriæ, & filij Romeliæ: eo q̃ conſilium inierit contra te ſyria peſſimũ: Ephraim & filius romeliæ dicentes: Aſcendamus ad iudam, & ſuſcitemus eum & euellamus eum ad nos: & ponamus regem in medio eius filium Tabeel. Hæc dicit dominus deus: non ſtabit, & non erit iſtud: ſed caput ſyriæ damaſcus, & caput damaſci raſin: & adhuc ſexaginta & quinq; anni, & deſinet ephraim eſſe populus: Et caput ephraim ſamaria: & caput ſamariæ filius
b romeliæ: Si non crediderit is, non permanebitis. Et ad̃iecit dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum a dño deo tuo in p̃fũdũ inferni ſiue in excelſum ſupra.

G Et dixit Oſeæ ponere, efficiant ãni uigintitres, aut ut multũ, uiginti quatuor: & ubi erunt ſexaginta & quinq; anni, in quibus regnum iſrael dicitur finiendum? Igitur hebræi hunc locũ ita ediſſerunt: ut Amos qui ſub Oçia cœpit p̃phetare, quãdo & Eſaias prophetiæ ſuæ habuit exordiũ, primus p̃phetauerit cõtra iſrael, dicens: Iſrael autem captiuus ducetur de terra ſua. Titulus quoq; prophetiæ eius contra ſamariam ſit: & p̃phetare cœperit in diebus Ibi.1.a Oçiæ regis iuda ante 2.para.26.d duos annos terræmotus: quẽ uolunt eo tẽpore accidiſſe, quo ingreſſus Oçias in templum dei, ſibi ſacerdotiũ uendicabat: & terra percuſſa eſt: & cineres altaris effuſi ſunt: & ipſe rex p̃cuſſus eſt lepra. Volunt aũt ãnũ fuiſſe uigeſimumquintum Oçiæ quãdo hæc acciderunt: cuius reliqui anni ſunt uiginti ſeptem: Oçias em̃ regnauit ãnos quinquaginta duos: poſt eũ regnauit Ioatham filius eius annis ſedecim: & huius filius Achaz annis alijs ſedecim: poſt

Amos.7.c

quẽ regnauit Eçechias: cuius ſexto imperij anno capta ſamaria eſt: atq; ita effici ſimul, annos ſexaginta quinq;. Hæc

H per p̃phetam domino prædicente: & Achaz & populus ſutura non credidit. Vnde ſubiungitur: Si nõ crediderit is nõ permanebitis: ut Symmachus tranſtulit: id eſt, & uos non permanebitis in regno ueſtro: ſed in captiuitatẽ ducemini, ſuſtinentes eorũ pœnas, quorũ imitati eſtis infidelitatem. Vel certe iuxta Lxx. οὐδ᾽ ε μὴ σωῆτε .i. nõ intelligetis. Et eſt ſenſus: Quia quæ dñs dicit futura nõ creditis: intelligẽtiã nõ habebitis. Hæc iuxta hiſtoriam dixerimus. Cæterũ iuxta cœptam tropologiam conſyderandum eſt, quod impio Tropo. regi Eſaias iubeat̃ occurrere, exiens de loco ſuo: non in principio aquæ ductus: ſed in extremis finibus piſcinæ ſuperioris: quæ erat in agro fullonis, ubi ſordes & maculæ purgabantur. Quis enim Achaz regnaret ſuper iudam: tamen quia impius erat, in ſuperioris piſcinæ extremis finib⁹ morabatur. Ergo deus non tam regis miſeretur, quẽ indignũ æſtimabat ſalute, q̃ populi ſui. Duas autem caudas torriũ fumigantium: ut prius diximus, uocat ſapientiam ſæcularem: hæreticumq; ſermonem, quorũ finis exuſtio eſt. Qui fruſtra inierunt conſilium, ut aſcenderent contra iudam: & quaſi negligentem & dormientem caperent: & ſuis erroribus copularent: ponerentq; ſuper eum regem filium Tabeel: hoc eſt bonum deum. Vterq; em̃ aduerſarius apud ſe ueritatẽ, apud ſe exiſtimat optimã eſſe doctrinã. Denicq; Marcion hæreticus, boni dei filiũ, hoc eſt alterius putat eſſe chriſtum: & non iuſti cuius prophetæ ſunt: quem ſanguinarium, crudelem & iudicem uocat. Hæc illis dicẽtibus, dominus comminatur quod non ſtet conſilium ipſorum: ſed interim nunc q̃diu mundus iſte ſtat: & ea quæ mundi ſunt in ſuis finibus, & in ſuis urbibus dominẽtur. Cum autem conſumationis tempus aduenerit: hoc eſt ſexagintaquinq; anni: & tam mundi res quæ in ſex diebus factæ ſunt: q̃ omnia quæ ad quinq; ſenſus pertinẽt finem acceperint: tũc uniuerſa eſſe ſoluenda quæ gentiles & hæretici futura non credunt: & propter infidelitatem non intelligunt quæ dicuntur. b ¶ Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicẽs: Pete tibi ſignum ꝛc̃. Qui prius per prophetam locut⁹ fuerat ad Achaz: uide ut ſileas: noli timere, & cætera. Illo non

credente

A credente:& ideo non intelligẽte,ipse loquit ad achaç:ut sal
tẽ auctoritate domini territus suscipiat quæ dicunt. Quia
tibi inquit uidetur esse difficile qꝫ regna potentissima bre/
ui tempore finienda sint: & tu cum populo tuo de magno
periculo libereris: Pete tibi signum: nequaqꝫ ab idolis,
quorum errore reti/
neris: sed a domino
deo tuo qui tibi auxi/
lium pollicet:& ipsum
signum optionis tuæ
est unde postules,siue
de,pfũdo siue de excel
so: Qđ cum soli Lxx.
dixerint: cæteri iuxta
hebraicum significan
tius transtulerunt, de
profundo inferni. Er/
go sicut profundum,infernum significat:ita excelsum, su/
pra cœlos intelligere debemus: ut cum de inferno siue
de excelso signum acceperis, credas futura quæ dixi: Vis
inquit, ut scindatur terra & grandi hiatu inferi pateant,
qui in corde terræ esse dicũtur:an ut aperiantur cœli: Qđ
utrumqꝫ ad typum pertinet mortis domini & ascensionis:
Ephe. 4. b Rom.10.b Qui enim descendit ipse est qui & ascendit. Et in Apostо/
lo legimus: Ne dixeris in corde tuo quis ascendit in cœ/
lum:hoc est,christũ deducere: Aut quis descendit in abys/
sum:hoc est,christum de mortuis reducere. Et in alio loco
Ephe.3. d de christo disputans ait: Quæ sit latitudo,& longitudo, &
excelsum,& profundum supereminẽtis scientiæ & dilectio/
nis christi:Hoc quantum ad mysticos pertinet intellectus.
Cæterum & moyses accepit signa de terra:de qbus in psal/
Pš.134. b mis legimus:Misit signa & prodigia in medio tui ægypte:
Ibi.104.c Ranas,locustas,cyniphes & cynomyiã: de cœlo aũt grãdi/
nẽ & ignem,& trium dierũ tenebras. Ego reor & Eçechiam,
4.Re.20.b quando sol decem regressus est lineis,signum accepisse de
Iosue. 10. c cœlo:Et iesum filium naue in gabaon & haialon stantibus
1.Reg.28 sole & luna. Plæriqꝫ putant saulem signum accepisse de ter/
B ra & de profundo inferni:quando samuelem per incanta/
Ione.2.a tiones & artes magicas uisus est suscitasse. Sed & Ionas pro
pheta de abysso,& de profundo ac mortis faucibus libera/
tus,signum dedit & accepit inferni. Legi in cuiusdam com/
mentarijs hunc locum per allegoriam extenuatum:ut pro/
fundũ & excelsum ἀισθητὰ καὶ νοητά intelligeret, quæ nos
possumus sensibilia dicere,& intelligibilia:quorũ alterũ re/
fertur ad sensus,alterum ad mentem & rationem. Virginẽ
quoqꝫ interpretat animã,quæ nulla peccati corrupta est cõ/
scientia:& potest de se emmanuel nobiscum deũ,id est præ/
sentem dei generare sermonem. Sed nos elixas agni carnes
non comedimus,uerum assas:& quæ in nobis possint oẽs
uoluptatum siccare pituitas:ne sacramentũ fidei nostræ dũ
plus sapimus qꝫ oportet sapere,negligamus. a ¶ Et di/
xit achaç:non petã & nõ tentabo dominũ. Non humilitatis
est,sed superbiæ:quod non uult signũ a dño postulare: Qꝫ/
Deu.6.d qꝫ em scriptum sit in Deuteronomio: Non tentabis domi/
Matth.4.b num deum tuum: & hoc cõtra diabolum saluator usus sit
testimonio:tamẽ iussus ut peteret,obedientia debuit exple
Iudic.6.b re præceptũ:psertim cũ & Gedeon & Manue signũ petierint
et.13.b & acceperint: Qꝫ qꝫ iuxta hebræi sermonis ambiguitatẽ,in q̃
scriptum est: ולא אנסה את יהוה :& omnes similiter trã/
stulerunt: non tentabo dñm: possit legi: non exaltabo do/
minũ: Sciebat em rex impius quod si signũ peteret, acceptu
rus esset, & glorificaret dñs. Ergo quasi idolorũ cultor,qui
in omnibus angulis platearũ & in montibus locisqꝫ nemo/
rosis aras cõstituerat:& pro leuitis habebat phanaticos:nõ
uult signum petere quod præceptũ est. b ¶ Et dixit:au/
dite ergo domus dauid: Numquid parum vobis est mole/
stos esse hoibus ꝛc. Quis est iste qui dixit:audite ergo do/
mus dauid: Nequaqꝫ deus qui supra ad achaç dixerat:Pe/
te tibi signum a domino deo tuo: sed propheta, ut ex con/
sequentibus cõprobatur: Quia molesti estis,& deo meo.
Et est sensus: Quia non solum prophetas persequimini &
eorum dicta cõtemnitis:sed & præsentis & iubentis dei sen
tentiæ cõtradicitis: ita ut ei exhibeatis laborem:qui in alio C
loco ait:Laboraui sustinẽs:idcirco dñs faciet quæ sequunt.
Pro labore & molestia: qđ Aquila & Symmachus trãstule
runt: Lxx. & Theodotio ἀγῶνα interpretati sunt.i. luctam
atqꝫ certamen: quia contentiosi nõ subijciant collũ dñi ser
uituti: sed illo uulnera
eorum uolente cura/
re respuant sanitatem.
Et hoc notandum:
qđ achaç rege impijs/
simo nolente signum
petere: sermo prophe/
ticus ad domum da/
uid:hoc est ad tribum
regiam: conuertatur:
de qua supra legimus:
Et nunciauerunt hæc
domui Dauid dicentes: Consenserunt syria & ephraim.
c ¶ Propterea dabit dominus ipse vobis signum ꝛc.
Nequaqꝫ multifarie iuxta apostolum Paulũ & multis mo Hebre.1. a
dis loquet deus: Nec iuxta aliũ prophetam,in manibus,p/ Osee.12. c
phetarum assimilabitur: sed q ante loquebatur per alios,
dicet: Ecce adsum. De quo & sponsa rogabat in cantico / infra.58. c
cãticorũ: Osculet me osculo oris sui: Dominus em uirtutũ Cañ.1. a
ipse est rex gloriæ:ipse descendet in uterum uirginalẽ: & in/ Pš.23. b
gredietur & egredietur orientalem portam quæ semper est Eçech.44. a
clausa: de quo gabriel dicit ad uirginem: Spiritussanctus Luc.1.d
ueniet super te,& uirtus altissimi obumbrabit tibi:propte/
rea quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et
in prouerbijs: Sapientia ædificauit sibi domũ. Quãdo aũt Pro.9. a
dicitur: Dabit dominus ipse uobis signum:nouum debet
esse atqꝫ mirabile. Sin autem iuuencula uel puella,ut iudæi D
uolunt,& non uirgo pariat: quale signum poterit appella/
ri: cum hoc nomen ætatis sit non integritatis: Et reuera ut
cũ iudæis cõferamus pedẽ: & nequaqꝫ cõtentioso fune præ
beamꝰ eis risum nostræ imperitiæ:uirgo hebraice בְּתוּלָה
appellat:quæ in præsenti loco nõ scribit:sed pro hoc uerbo
positum est עַלְמָה: qđ præter Lxx. q posuerũt ἡ παρθένος
omnes adolescentulam transtulerunt. Porro עַלְמָה apud
eos uerbum ambiguum est: dicitur em & adolescentula, &
abscondita.i. ἀποκρυφός. Vnde & in titulo psalmi noni,ubi
in hebræo positum est עַלְמוּת: cæteri interpretes transtu
lerũt ,pro adolescentia: qđ Lxx. interpretati sunt, pro abscõ
ditis. Et in genesi legimus,ubi rebecca dicitur alma: Aqui/ Gen.24.b
lam non adolescentulam nec puellam,sed absconditã tran/
stulisse. Sunamitis quoqꝫ mulier amisso filio,cũ helisei fuis/ 4.Reg.4. e
set pedibus prouoluta: & prohiberet eam ieçi:audita pro/
pheta: Dimitte eam,quia in dolore est,& dominus abscon
dita me. Pro eo qꝫ in latino dicit, abscõdita me: in hebræo
scriptum est הֶעְלִים ממני. Ergo alma,non solum puella
uel uirgo: sed cum ἐπιτάσει uirgo abscondita dicitur & se/
creta:quæ nunqꝫ uirorum patuerit aspectibus:sed magna
parentum diligentia custodita sit. Lingua quoqꝫ punicat
quæ de hebræorũ fontibꝰ manare dicit:proprie uirgo alma
appellat. Et ut risum præbeamus iudæis:nostro quoqꝫ ser/
mone alma sancta dicitur: Omniumqꝫ pene linguarum
uerbis utuntur hebræi: Vt est illud in canticocanticorũ de Cañ.3.c
græco φορεῖον:id est ferculum sibi fecit salomon:quod & in אַפִּרְיוֹן
hebræo ita legimus. Verbum quoqꝫ nugas & mensuram: גֹּזֶר
hebræi eodem modo & eisdem appellant sensibus: Et quã/ מִשׁוּרָה
tum cum mea pugno memoria:nunqꝫ me arbitror alma in
muliere nupta legisse:sed in ea quæ uirgo est:ut non solum
uirgo sit: sed uirgo iunioris ætatis, & in annis adolescen/
tiæ. Potest em fieri ut uirgo sit uetula:ista autẽ uirgo erat in
annis puellaribus: Vel certe uirgo nõ puellula, & quæ ad/
huc uirum nosse nõ posset:sed iam nubilis. Denicqꝫ in Deu
teronomio,sub puellæ & adolescentulæ nomine,uirgo in/
telligitur: Si inuenerit inquit homo in campo puellam de/ Deu.22. d
sponsatam, & ui opprimens dormierit cum ea: interficietis
uirum solum,qui concubuit cum ea: & puellæ nihil facie/
tis:non est adolescentulæ peccatum mortis: Quia quomo
/do si quis

E do si quis in insidijs insurgat contra proximū suū, & interficiat animam eius: sic hoc negociū accidit. In agro inuenit eam: clamauit puella & nō fuit qui audiret: & nō inuentus est qui auxiliaretur ei. Et in regū uolumine legimus, quod quesierint
5. Reg. 1. a puellam uirginē nomine abisag & introduxerint ad regē: quæ dormiret cū eo & foueret eū: & erat puella puchra nimis & ministrabat ei: & rex non cognouit eā. Q. d. q̄ sequē: Et uocabis nomē eius emmanuel: & Lxx. & tres reliqui similiter transtulerūt: pro quo in matthæo scriptū ē, uocabunt: qđ in hebræo non habet. Ergo iste puer qui nascet ex uirgine O domus dauid: nunc a te appellet emmanuel. i. nobiscum deus: quia rebus ipsis probabis a duobus inimicis regibus liberata, deum te habere præsentem: Et qui postea uocabitur iesus, id est saluator: eo q̄ uniuersum hominum genus saluaturus sit: nūc a te emmanuelis appellet uocabulo. Verbum עִמָּנוּאֵל: quod omnes interpretati sunt uocabis: potest intelligi & uocabit: quod ipsa
Matth. 1. d scilicet uirgo quæ cōcipiet & pariet, hoc christū appellatura sit noīe. In multis testimonijs quæ euāgelistæ uel apli de libris ueteribꝰ assumpserūt, curiosius attēdendū est, non eos
F uerborū ordinem secutos esse, sed sensum. Vnde & in præsenti loco, pro cōcipiet in utero: Matthæus posuit, in utero habebit: & pro uocabis, uocabūt. Hebræi hoc de Eçechia filio achaç prophetari arbitrantur: qđ ipso regnante sit capta samaria: qđ omnino probari nō potest. Si quidē achaç
4. Reg. 16. a filius Ioatham, regnauit super iudam & hierusalem annis sedecim: Cui successit in regnum filius eius Eçechias, ānos natus uigintiquinq̄: & regnauit sup iudam & hierusalem annis uigintinouem. Quomodo ergo, ut demus primo anno achaç hanc ad eum factam prophetiam, de Eçechiæ cōceptu dicitur & natiuitate: cū eo tēpore quo regnare cœpit achaç, iam nouem eçechias esset annorū? nisi forte sextū eçechiæ regni annū quo est capta samaria, infantiā eius appellari dicant, nō ætatis, sed imperij. Q. d. coactū esse atq̄ uiolētum, etiam stultis patet. Quidā de nostris iudaiçās, Esaiā pphetam duos filios habuisse cōtendit, iasub & ēmanuel: & ēmanuel de prophetissa uxore eius esse generatū, in typū dñi saluatoris: ut prior filius iasub, qđ interpretatur relictus siue conuertens, iudaicum populum significet: qui relictus est, & postea reuersus. Secūdus autem, id est ēmanuel & nobiscum deus, gentium uocationem: postq̄ uerbum caro factū est, & habitauit in nobis. a ¶ Butyrū & mel comedet vt sciat &c. Pro q̄ Lxx. transtulerunt, añq̄ sciat. Q. q̄ sequitur: assumere malum: in hebraico non habetur. Et est sensus: O domus dauid cui dei sermone præcipitur ut uoces. i. inuoces in periculo cōstituta: nomē ēmanuelis, id est nobiscum dei: non mireris ad rei nouitatem, si uirgo deū pariat: qui tantam habeat potestatem: ut multo post tēpore nasciturus, te nunc liberet inuocatus: ipse est eī, qui uisus est Abraham & locutus est Moysi. Dicam & aliud mirabilius: ne eum putes in phantasmate nasciturum: cibis utetur infantiæ, butyrum comedet & lac: Et licet multa post sæcu-
Luc. 2. g la de eo euangelista testetur: Puer autem proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deū & homines: & hoc dicat, ut ueritas humani corporis approbetur: tamen adhuc pānis inuolutus, & butyro pastus ac melle: habebit boni malique iudicium, ut reprobans mala eligat bona: Non quod hoc fecerit, aut reprobauerit uel elegerit: sed q̄ scierit reprobare & eligere: ut per hæc uerba noscamus infantiam humani corporis diuinæ non præiudicasse sapientiæ. Denique iacentem in præsepio angeli pastoribus nunciant: magi adorant
Ibidem. a de oriente uenientes: quos utique electos esse credendū est:

a Būtyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malū & eli
b gere bonum. Priūs enim q̄ sciat puer reprobare malū
& eligere bonum: derelinquetur terra quam tu detesta-
c ris a facie duorū regū suoꝝ. Adducet dñs sup te & sup
populū tuum & super domū patris tui dies qui non uenerūt a diebus separationis ephraim a iuda cū rege assyriorū. Et ērit in die illa sibilabit dñs muscæ q̄ est in ex
b tremo fluminū ægypti: & apis q̄ est in terra assur: & ueniēt & requiescēt oēs in torrentibꝰ uallium: & in cauernis petrarꝝ & in oibus frutetis & in uniuersis foraminibus.

In die pueros: nec sinistram, nec dextram: id est, nec malū, nec bonum nouerit. Relatum autem ad ēmanuel, quod interpretatur nobiscum deus, facilem habebit intelligentiam: Quod ad mysterium & inuocationem nominis eius: terra syriæ & samariæ, assyrio superante uastet: & domus dauid liberetur a duobus regibus quos metuit, rasin uidelicet & phaceæ. c ¶ Adducet dominus super te & super populū &c. H
Locus iste per hiperbaton legendus est. Denique & nos seuti hebraicam ueritatem: ita eum interpretati sumus: O domꝰ Dauid, ausculta quæ dico: ut derelinquatur terra syriæ & samariæ a facie regum duorum, quos tu uæhementissime reformidas: Adducet dominus dies super te, & super domum patris tui Dauid: quos nunq̄ habuisti ex eo tēpore quo decem tribus a duabus tribubus separatæ sunt: & regnum in samaria habere cœperūt. Adducet autem istos dies, id est tempora cum rege assyriorum: ut illis superatis atq̄ subuersis: tu emmanuelis præsentia libereris. Lxx. hūc locum ita uerterunt: Adducet dominus super te, & super populū tuū, & super domū patris tui dies, qui necdū uenerunt, ex q̄ die abstulit ephraim a iuda regē assyriorū. Q. d. quem sensum habeat scire non possumus: nisi forte hoc dicendum est: quod peccatorū suorū magnitudine ephraim, id est samaria: primum ad se assyriorum fecerit impetū declinare. Aliter: Interim nūc duo reges rasin & phaceæ qui te obsident & uastare festinant, breui tempore subuertētur: Tuæ autem uastationis tempus illud aduenit: quādo qđ nunq̄ sperabas, immo nunq̄ metuebas, assyrius uenerit. Per quæ docet domui dauid, non syriam & samariam: sed assyrios esse metuendos. Presenti ergo formidine liberat: & de futuro tempore comminatur. c ¶ Et erit in die illa: sibilabit dñs &c. Cum fuerit duorum regū terra deserta, damascus & samaria, quā tu nunc detestaris & metuis: tunc adducet dominus O domus iuda super te, & populū tuū dies, quos nunq̄ ante uidisti, & regem assyriorum. Frustra igit̄ præsentia metuis, semiustos torres & ignē penitus nō habētes: Scire eī debes, quod sibilo suo dñs muscas ægypti & fluminum eius, haud dubium quin septē διωρυχας nili significet, uocaturus sit: & apem quæ est in terra assur. Muscas autem ægyptios uocat propter sordes idololatriæ, & imbellem populum: & apem assyrios: quorū illo tempore potentissimum regnum erat, & ad bella promptissimum: uel ob id quia omnis prope assyriorū & persidis regio usum habebat sagittarum. Hi igitur omnes uenient & occupabunt terram tuam in torrentibus uallium & cauernis petrarum: & in omnibus frutetis & foraminibus ligniscp nemorosis. Hæc autem per metaphoram dicuntur: Metapho.
ut quia semel muscas & apes nominauerat: translationem seruaret in reliquis. Legamus regum & paralipomenon libros: & inueniemus ab ægyptijs cæsum sanctū regē Iosiā: 2. ¶ara. 35. d
& populū isrl̄ potestati ægyptiæ subiugatū: ita ut regē illis constitueret,

G Matth. 2. c

עִמָּנוּאֵל

ibi.36.a cõstitueret. Et post non multum temporis, uenit nabucho/
A donosor cum innumerabili multitudine bellatorũ: captaq; hierusalem & cæteris iudææ urbibus dirutis, incendit tem/
plum: & habitatores assyrios posuit in iudæa. a ¶ **In die illa radet dominus in nouacula conducta ꝛc.** Hæc quidã pu
tant de assyrijs ꝓphe/
tari: qui mille trecẽtis annis anteq; hieruſa/
lem ſubuerterent, re/
gnum asiæ ægyptiq; & libyæ possederũt: ꝙ
a medis persisq; uin/
cendi sint: & eorũ im/
perium destruẽdum. Alij uero arbitrantur, ꝙ trans flumẽ euphra
ten cæsi sint ægyptij. Nos autẽ nouaculam mercede conductam, ipsum arbitramur as/
Hiere. 25. g syrium: quem in Hie/
remia ob ultionem po
puli peccatoris: etiam columbam suam uo/
cat. Deniq; & in uisio
ne Tyri: quia in extru/
endis munitionib⁹, & aggere comportando nabuchodonosor plu
rimum laborauerat: & illis classe fugien/
tibus, fuerat mercede
B priuatus: data ẽ ei ægy
ptus ꝓ mercede & la/
bore suo. Ergo in ista nouacula acutissima, & in his qui habitant trãs flumẽ euphraten, in rege uidelicet assy/
rio: omnes capillos & pilos totius corporis a capite usq; ad pedes, decoremq; barbæ, quod uirilitatis indicium est: ra/
det dominus de iudæa: ut nihil in illa forte, nihil pulchrum resideat: sed effœminatis hominibus, immo ignominiosis mulieribus comparent. b ¶ **Et erit in die illa nutriet ho/
mo vaccam boum ꝛc.** Post subuersionem hierusalem & ca/
ptiuitatem populi & templi incendium: nabuçardan prin/
ceps militiæ: quem Lxx. ἀρχιμάγειρον uocant, paucos de populo & eos pauperes dereliquit in terra, qui uineas & agros colerent. Deniq; godolias qui eis præpositus erat de
4.Reg.25.f regio genere relictus, hortatur & dicit: Nolite timere chal/
dæos: habitate in terra & seruite regi babylonis, & bene erit uobis. In die igitur illa, hoc est, in illo tempore cum fuerint omnes opes iudæorum translatæ in chaldæam, tanta soli/
tudo erit in terra iudæ: & tam incredibilis uastitas, ut ne/
quaq; armenta boum habeant: nec greges ouiũ sicut prius habere cõsueuerant: sed uix rarus habitator unam uaccam nutrire possit & duas oues: non ad arandum, sed ad cibum atq; uestitum lactis ac uelleris. Propter inopiam quippe fru
menti & omnium quæ terra gignit ad comedendum, lacte ac butyro & agresti melle uescentur. Quodq; ait: Præ uber
tate lactis comedet butyrum: hoc significat, ꝙ terra cultorũ raritate fertilior sit, & magis apta pascuis. In illo tẽpore præ hominum paucitate, tanta erit uini inopia desertis uineis: quæ mœtu hostili nequaq; putabuntur: ut singulæ uites si/
clis argenteis singulis uix emantur. In uepres enim & in spi
nas omnis terra redigẽt: tantaq; erit formido ubiq; sæuien
tibus gladijs: ut absq; arcu & sagittis, nullus suum agrum inuisere audeat: & derelictis campestribus locis, ad monta/
na confugiant: ibiq; locorũ difficultate muniti, uix asperos montes manu fodiant: quia boues, aratra, & uomeres non habebunt. Sicubi ergo rarus cultor in montibus fuerit in/
uentus, inde uitam miserabilem sustentabunt: Cætera autẽ patebunt pascuis & absq; ullo custode a brutis animanti/
bus cõculcabunt. Hæc post captiuitatem solere fieri, utinã
C nesciremus: At nunc magna pars rhomanæ urbis quondã iudææ similis est: ꝙ absq; ira dei factum non putamus: qui nequaq; contemptũ sui per assyrios ulciscitur & chaldæos, sed per ueras gentes & quondam nobis incognitas: quarũ & uultus & sermo ter/
ribilis est: & fœmine/
as incisasq; facies præ
ferẽtes, uirorũ & bene barbatorum fugiẽtia terga confodiunt. Le/
gisse me noui in his lo
cis latissimã & inextri
cabilẽ tropologiam: ꝙ uniuersa quæ iuxta hi
storiam diseruimus, spiritualiter iudæis ac
ciderint: uix unam ha
bentib⁹ uaccã & duas oues, mũda uidelicet animalia: ut nequaq; solido cibo, sed lacte nutriantur infantiæ: & comedant mella uer/
borum, quæ distillant de labijs mulieris me
retricis: & uinũ nõ ha
beant, qd lætificat cor hominis: sed oĩa eo/
rum opera redigantur in spinas: ut uulneren
tur ab aduersarijs, qui
percutiunt in obscuro ꝓ. 10. a
D rectos corde. Q; si qñ uoluerint altius quip/
piam sapere: & nimio labore sudãtes de scri/
pturis sanctis mysti/
cum aliquid inuenire: nihilominus fruges non afferant doctrinæ, sed uepribus compleantur & spinis, quæ oriuntur in manibus ebrij. Et nequaq; terra eorum atq; doctrina ab hominibus rationa/
libus animantibus, sed a bobus: quorum deus curam non habet: & a brutis animalibus conculcetur. ¶ Ca. VIII

Et dixit dñs ad me: Sume tibi librũ grandem ꝛc. Lxx. ꝓ libro grandi, interpretati sunt τόμον καινὸν καὶ μέγαλον, id est, librũ nouum & magnum. Et pro eo ꝙ in hebræo habetur, adhibui mihi te/
stes fideles: dixerunt, πάρεσι γὰρ, μὴ μάρτυρας ποιῆσαι πιστοὺς ἀνθρώπους, id est, adest enim, & testes fac mihi fideles ho/
mines. Et pro Vria sacerdote, tm̃ τὸν οὐρίαν, id est, uriam, cætera similiter. Primum propheta missus est ad Achaç, ut ꝓ. 7
ei prædiceret quæ scriptura commemorat: Quo audire no
lente, ipse dominus loquitur ad Achaç: & præcepit ei ut pe/ Ibidem
tat sibi signũ in profundum siue in excelsum: Quo respon
dente, non petam & non tentabo dominum: dimisso rege impio, ad domum Dauid dei uerba uertuntur: & promitti/
tur ei uirgo paritura filium: cuius nomẽ sit emmanuel, hoc Ibidem
est, nobiscum deus. Qui si crebro fuerit inuocatus, samaria subuertatur & syria. Subuertatur autem a rege assyriorum, qui & ipsum iudam postea capturus sit: ita ut omnis terra iudæa uertatur in solitudinem. Rursum ergo sub alia figu/
ra partus describitur uirginalis. Et dixit dominus ad pro/
phetam: ut nequaq; in populos proferat nouæ natiuitatis arcanum: sed scribat eam in isto grandi uolumine qd nunc legimus. Et quo sit mirabilius, humanis uerbis, & stilo quo homines scribere consueuerunt, dei sacramẽta comprehen
dat. Quid est autẽ illud quod scribitur humano stilo? Vt puer natus uelociter spolia detrahat & cito prædet: hoc est, ne ultra patiatur regnare diabolum: nec mittat angelos, nec prophetas: sed ad saluandas creaturas suas ipse descendat. Facit ergo propheta quod iussum est: & adhibet sibi duos testes fideles, Vriam sacerdotẽ, qui legis doctor est: dicente

¶ Malachia:

a In diẽ illa radet dominus in nouacula conducta, in his qui trans flumen sunt in rege assyriorum caput & pilos
b pedum, & barbam uniuersam. Et erit in die illa nutriet homo uaccam boum, & duas oues: & præ ubertate la/
ctis comedet butyrum: butyrum enim & mel mandu/
cabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa: omnis locus ubi fuerint mille uites mille argen/
tei: & in spinas & in uepres erunt. Cum sagittis & arcu ingredient illuc: uepres enim & spinæ erunt in uniuer/
sa terra. Et omnes montes qui in sarculo sarientur: non ueniet illuc terror spinarũ & ueprium: & erit in pascua bouis & in conculcationem pecoris. ¶ Ca. VIII

c ET dixit dominus ad me: Sume tibi librũ gran/
dem, & scribe in eo stilo hominis: uelociter spo/
lia detrahe: cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotẽ: & çachariam filiũ barachiæ: & accessi ad prophetissam: & cõcepit & peperit filium. Et dixit dominus ad me: Voca nomẽ eius accelera: spo/
lia detrahe: festina prædari: quia antequ sciat puer uo/
care patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo damasci, & spolia samariæ coram rege assyriorum.

Et adiecit

Malach. 2. b E Malachia: Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum eſt: Et çachariam filium barachiæ, quem prophetam fuiſſe dubium non eſt. Legimus cꝫ regnante achaç, çacharias ſacerdos fuerit tẽpli domini: cui præçepit Achaç ut altare ſimile altaris Damaſci faceret. Et dierum narrat liber: cꝫ Eçechias filiꝰ achaç quæſierit dominum in diebus çachariæ eruditi in timore dei. Exhibuit autem ſe Eſaias dignum ſpiritu prophetali, & præbuit ꝓphetiſſæ, id eſt, ſpiritui ſancto: qui ſermone hebraico uocaꝫ רוּחַ genere fœminino: iuxta illud qđ ſcriptum eſt: Accedite ad dominũ & illumini/mini. Spiritu itaqꝫ ſancto cõceptus eſt dominus. Et licet humanꝰ ſermo natiuitatis eius nequeat explicare myſteria: tamen Gabriel ipſi uirgini loquitur quæ concepit: Spiritusſanctus ueniet ſuper te: & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi: propterea qđ naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei. Quidam prophetiſſam ſanctam mariam interpretantur, quam propheten fuiſſe non dubium eſt: Ipſa enim loquitur in euangelio: Ecce enim amodo beatam me dicent omnes generationes: quoniam fecit mihi magna qui potens eſt: & reliqua. Præcipiturqꝫ Eſaiæ ut ipſum puerum qui prius uocabatur emmanuel, nunc appellet accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari: Aſcendens emꝝ in altum, captiuam duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus: Et anteqꝫ humanum corpus aſſumeret: & iuxta infantiam patrem uocaret deum, & matrem mariam: auferetur damaſci fortitudo, & ſpolia ſamariæ per regem aſſyriorũ: ut necdum natus, populum ſuum domũ dauid ſola inuocatione ſaluaret. Urias interpretatur lux domini: Zacharias, memoria domini: & Barachias, bñdictio domini: quibus teſtibus chriſti natiuitas cõprobatur. Ipſe enim in euangelio duobus euntibus in emaus, incipiens a moyſe & prophetis, ediſſeruit quod de ſe omnia prophetaſſent. Iuxta tropologiam, in anima uirginali & nulla ſorde maculata, de ſpiritu ſancto dei ſermo cõceptus, uelociter de aduerſarijs poteſtatibus ſpolia detrahit: & ſibi facit uniuerſa ſeruire. Cunqꝫ ex parte nunc uideat, & ex parte ꝓphetet: priuſqꝫ poſſit eſſe perfectus: & merito uocare deum patrẽ, & matrem ſuam cœleſtem heruſalem: adhuc in infantia & in profectu poſitus, uincet fortitudinem damaſci, doctrinã uidelicet ſapientiæ ſæcularis: Et auferet ſpolia ſamariæ, qui bus eccleſiam hæretici ſpoliauerant dicentes: Non eſt nobis portio in dauid, neqꝫ hæreditas in filio ieſſe: præſente rege ipſo aſſyriorum diabolo qui eis non poterit auxiliari. Tales autẽ filios non ſolum maria prophetes uirgo perpetua, ſed & ſanctæ mulieres patriarchis generant: Sara quæ interpretatur ἀρχουσα, id eſt princeps: & Rebecca quæ in lingua noſtra patientiam ſonat.

4. Reg. 16. b

2. para. 29. c

ꝑs. 33. a

Luc. 1. d

Ibidem. e

F

ꝑs. 67. d

Ephe. 4. b

אוּרִיָּה זְכַרְיָהוּ יְבֶרֶכְיָהוּ

Luc. 24. d

Tropo.

3. Reg. 12. d

שָׂרָה רִבְקָה

a Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens: Pro eo qꝫ abiecit populus iſte aquas ſiloæ, quæ uadunt cum ſilentio: & aſſumpſit magis raſin & filium romeliæ. Propter hoc ecce dominus adducet ſuper eos aquas flumi/nis fortes & multas, regem aſſyriorum & omnem gloriam eius: & aſcendet ſuper omnes riuos eius: & fluet ſuper uniuerſas ripas eius. Et ibit per iudam inundans & tranſiens: uſqꝫ ad collum ueniet: & erit extẽſio alarũ b eius implens latitudinem terræ tuæ o emmanuel. Cõgregamini populi & uincemini: & audite uniuerſæ procul terræ: confortamini, & uincemini. Accingite uos, & uincemini: inite cõſilium, & diſſipabitur: loquimini uerbum, & non fiet: quia nobiſcum deus.

Hæc enim numerabilis eius exercitus, quam ſub fluminis inundatio/ne deſcripſerat: nunc per aliam oſtendit tranſlationẽ, cꝫ alis ſuis, id eſt, ducibus & infinita multitudine operuerit terrã emmanuelis: hoc eſt, defendentis eam dei: ſed tamen non poſſederit: quãqꝫ emmanuel a Lxx. ſequẽti capitulo coaptetur: non ꝓprio noĩe, ut apud hebræos uocatur, ſed ĩterpretato, id eſt, nobiſcum deus. Siloam autem fontem eſſe ad radices montis ſion: qui non iugibus aquis, ſed in certis horis diebuſqꝫ ebulliat: & per terrarũ concaua & antra ſaxi duriſſimi cum magno ſonitu ueniat, dubitare non poſſumus: nos præſertim qui in hac habitamus prouincia. Eſt autem ſenſus: quia populus decẽ tribuũ magis uoluit Raſin & filio Romeliæ, id eſt, damaſci & ſamariæ regibꝰ eſſe ſubiectus cꝫ ſtirpi dauid, quæ meo cœpit regnare iudicio: faciam eum nequaqꝫ his regibꝰ quos aſſumpſit, ſed regi ſeruire aſſyrio: cuius potentia occupantis terrã ſamariæ, inundationi fluminis comparatur. Et fit apoſtropha ad emmanuel, hoc eſt, ad præſentem deum: cꝫ intantum ſe erexerit aſſyrius, ut etiam terram ipſius iudam conatus ſit poſſidere. Iuxta anagogen, omnis hæreticus qui iunxerit auxilio ſuo ſapientiam ſæcularem: & hieruſalem, id eſt eccleſiam uoluerit oppugnare, derelinquens aquas ſiloæ fontis, qui interpretatur miſſus: & qui ſalit in uitam æternam, tradetur aſſyriorum principi: quem ſenſum magnum in poſterioribus lecturi ſumus: cuius traditus poteſtati, in profundum ueniet peccatorũ. Tantæ eſt enim arrogantiæ, ut auſus ſit oſtendere ſaluatori uniuerſa regna terræ & dicere: Hæc omnia mihi tradita ſunt. Conabitur quoqꝫ iudam, id eſt, domum confeſſionis intrare: & crebro per eos qui in eccleſia negligẽtes ſunt uſqꝫ ad collum ueniet: credentes in chriſto cupiens ſuffocare: & extendet alas ſuas, implens uniuerſam regionẽ emmanuelis: ſed nõ poterit obtinere, quia habet iudas præſentem deum. Legimus in euãgelio ſcđm Ioannẽ, cꝫ cæcum a natiuitate cuius oculos luto ex ſaliua ſua facto dominus linierat, miſerit ad aquas ſiloe: quibus cum cæcus lauiſſet lutum, cæcitate deterſa, clarum oculorum lumen accepit: qđ poſt ſigni magnitudinem, indicat non aliter cæcitatem iudæorum, & omnis increduli poſſe ſanari: niſi doctrina aquarum chriſti: quæ abſqꝫ ſtrepitu & clamore uerborum leniter fluit, tenebræ prioris fugentur erroris. Hoc quod in Lxx. legitur: Et ambulabit ſuper omnem murum ueſtrum: & auferet de iudæa hominem qui poſſit caput leuare, aut forte aliquid facere: in hebraico non habetur: & in græcis codicibus ueru iugulante confoſſum eſt.

G

Anago.

שְׁאָר יָשׁוּב H

Iob. 9. a

a ¶ Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens ꝛc. Dixerat ſupra auferendam damaſci fortitudinem, & ſpolia ſamariæ in cõſpectu regis aſſyriorum: & duos reges aſſyrio pugnante capiendos: Nunc deus loquitẽ ad prophetam charactere ſolito ſcripturarũ, per tranſlationem ſiloæ fontis hieruſalẽ: & aſſyrijꝫ fluminis uiolentiſſimi: cꝫ omnem terram iſrael ſuis inundet aquis, & egrediatur ripas aluei: tantoqꝫ feratur impetu: ut poſtqꝫ decem tribuum occupauerit terram, ad iudam perueniat: & trãſiens ad collum uſqꝫ pertingat, per quæ uicinam ſignificat captiuitatẽ. Non enim tunc captus eſt iudas: ſed cunctis duarũ tribuũ urbibus ſubiugatis, ſola remanſit hieruſalem: quæ incredibili dei miſericordia liberata eſt. Potentiã ergo aſſyrij & in/

b ¶ Congregamini populi et vincemini ꝛc. Pro congregamini ſiue infirmamini & cõfringimini, ut interpretati ſunt alij: Lxx. poſuerunt, ſcitote. Verbum enim hebraicum רֵעוּ propter ר literæ & ר ſimilitudinem intellexerunt רֵעַע. O igitur populi ſamariæ & ſyriæ, infirmos uos & debiles eſſe cognoſcite: & emmanuele præſente, nihil poſſe contra hieruſalẽ urbem dei: & hoc non ſolum uos qui uicini eſtis, ſed cuncta ꝓcul terra cognoſcat. Quis enim exercitum congregetis & accingatis uos ad prælium: & maior ſit numerus obſidentium cꝫ obſeſſorũ: tamẽ non ſemel, ſed iterum dicam: uincemini. Et quodcunqꝫ contra hieruſalem inieritis cõſilium, diſſipabiẽ. Et licet ſupra dixeritis: Aſcendamus ad iudam, & ſuſcitemus eum quieſcentem: & ponamꝰ regem ſuper eum filium Tabeel: loquimini quidem uerbum, ſed non fiet: quia nobiſcũ eſt deus, id eſt, emmanuel.

A emmanuel. Possumus hoc testimonio & cõtra gẽtes abuti in persecutionis tempore: ꝙ q̃uis fortes esse uideantur: & nos superare in his qui lapsi sunt: tamen uincant in his qui pro christo fuderunt sanguinem: & ꝙ post bella pax redda/tur eccles̃ijs: & uniuersa eorum contra Emmanuelem con/silia dissipentur, quia nobiscũ sit deus: Con/tradicẽtes quoq; ueri/tati utiliter audient, ut tandem ratione supe/rentur: & nequaq̃ ue/lint in mendacio uin/cere: quia qđcunq; di/xerint, nunq̃ peruersi/tas possit superare qđ rectũ est. a ¶ Hæc di/cit dñs ꝛc. Et appro/pinquabunt et capien/tur: Quodq; sequit̃: homines in tuitione, obelo prænotandum est. Quia multũ inter se hebraicum distat, & uulgata æditio: ideo utrunq; posuimus. Et primũ de hebraico di/sputãdũ est. a ¶ Hæc ad me locutus est do/minus: Qui propter bona opera, & gratiã quæ per bona opera consecutus sum: siue forti manu sua erudi/uit me & instituit, ne ambularem in uia po/puli huius, & pari te/B nerer errore: uel certe fecit me recedere a uia ppli huius pessima: & dixit mihi: Noli duo/rum regũ timere con/iurationẽ: sed hoc ma/gis cõsydera ꝙ omne qđ loquitur hic ppl̃us aduersum me, coniuratio sit: & scd̃m Symmachũ qui inter/pretatus est, ἄνταρσις, in me extiterit perduellis. Tu autem ppheta, & hi qui tecũ sunt, ne timeatis insidias populi: sed dñm timete, & ipse sit timor uester: Principiũ em̃ sapientiæ, timor domini. Qui erit credentibus in sanctificationem: incredulis autem in lapidem offensionis & in petram scan/dali: duabus scilicet domibus iudæ & israel. Præcipue au/tem in laqueum & in ruinam habitantibus in hierusalem: in quo impingent plurimi, & cadent & conterentur, pecca/torumq; suorum uinculis irretiti, ducẽtur in captiuitatem. Duas domus, naçarei (qui ita christum recipiunt, ut obser/uationes legis ueteris nõ amittant) duas familias interpre/tantur, Sammai & Hillel: ex quibus orti sunt scribæ & pha/risæi: quorum susceptit scholam Akibas, quem magistrum Aquilæ proselyti autumant: & post eum Meir: cui succes̃sit Iohannan filius Zachai: & post eum Elieçer, & per ordinẽ Delphon: & rursum Ioseph galilæus: & usq; ad captiuitatẽ hierusalem Iosue. Sammai igitur & Hillel non multo prius q̃ dominus nascereturꝫ orti sunt in iudæa: quorum prior dissipator interpretat̃, sequens prophanus: eo ꝙ per tradi/tiones & δευτερώσεις suas legis præcepta dissipauerint atq; maculauerint. Et has esse duas domus quæ saluatorem nõ receperint: qui factus sit eis in ruinã & in scandalum. Iuxta Lxx. manu forti restitit populus dei uoluntati: & dicit om/nia dura esse quæ dñs præcepit: scd̃m illud qđ in euange/Iob. 6. f lio legim⁹: Durus est iste sermo: quis poterit audire eum? Vnde præcipitur eis ut dominum audiant: & ipsum solum timeant. Si enim in ipso confisi fuerint, habebunt eum in C sanctificationem: & non impingent quasi in lapidem scan/dali, & quasi in petram ruinæ. De hoc loco & Apostolus su/mit testimoniũ, ꝙ christus iudæis factus sit in scandalum: 1. Co. 1. d gentibus autẽ in stulticiã. Et rursum: Israel sectando legẽ iu/sticiæ, in legẽ iusticiæ nõ peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operib⁹ legis offenderũt in lapidem offensionis: sicut scri/ptum est: Ecce ponam in sion lapidem offen/sionis & petram scan/dali: omnis qui cre/dit in eo, non confun/detur. Ergo qui nõ re/ceperunt emmanuelẽ, sed factus est eis in la/pidem offensionis & in petrã scandali, con/terentur captiuiq; du/centur. Quodq; ait: Domus autem iacob in laqueo & in conual/le erit sedentib⁹ in hie/rusalẽ: hoc significat, ꝙ nõ habitẽt in mon/tibus: nec in excelsis scripturarum uersẽt̃ locis: sed semper hu/milia intelligãt, pecca/tis peccata sociãtes, & uincti laqueis delicto/rum. b ¶ Liga testi/monium ꝛc. Vox do/mini loquẽtis ad pro/phetã: Quia (inquit) factus est dominus in D lapidem offensionis, & in petram scandali duab⁹ domib⁹ israel: & missum ad se emma/nuel susciperе nolue/runt: Liga testimonia ueteris instrumenti: & trade illa disci/pulis meis, qui euangelium susceperunt: apostolis uidelicet siue apostolicis uiris. Vel certe lex & ꝓphetia usq; ad Ioan/nem ligetur apud eos, & clausa sit atq; signata: ut quod le/gunt, nõ intelligant: Pro discipulis enim iuxta hebraici ser/monis ambiguitatem possumus & doctrinas interpretari. Vnde propheta respondit: Quia euangelio succedente, lex apud iudæos clausa est atq; signata: & iubes eam nequaq̃ iudæis, sed gentibus assignari: Idcirco ego expectabo em/manuelem quem promittis esse uenturum: de quo supra dixisti ꝙ ipse sit pauor noster, & ipse terror noster: & nobis sit in sanctificationẽ: & præstolabor dominum qui absconMatth. 11. b dit faciem suam a domo iacob, hoc est, a iudæis: quia eum recipere noluerũt. Lxx. hunc locũ ita interpretati sunt: τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν, id est, tunc manifesti erunt qui signantur ut nõ discant legem. Quod hunc sensum habet: quando ceciderint plurimi & contriti fuerint, & impegerint in lapidem offensionis, & in petram scandali: tunc manifesti erunt qui signantur in po/pulo: ut nequaq̃ discant legem Moysi, sed obediant præce/ptis euangelicis. c ¶ Ecce ego et pueri mei ꝛc. Præcepit mihi ait dominus, ut ligarem testimonium in iudæis: & le/gem discipulis eius traderem atq; signarem: quia abscondisset faciem suam a domo Iacob: Ideo præstolabor eum & expectabo dominum meum: & non solum ego, sed & pue/ri quos mihi dedit dominus: alij uidelicet prophetæ & filij prophetarum: qui non ex uoluntate carnis & sanguinis, sed ex deo nati sunt. De quibus & Apostolus loquebatur:

Gal.4.c E Filioli mei quos iterum parturio: donec christus formetur in uobis. Isti autē pueri, id est prophetæ, in signa dati sunt & in portenta israeli: iuxtā illud qđ in Ezechiele legimus:
Ezech.24.g Et erit Ezechiel uobis in signum. In Zacharia quoq; sancti
Zach.3.d uiri prophetarumq; discipuli τερατασκόποι, id est portentorum signorumq; factores appellantur: eoq; semper prophetæ in signū præcesserint futurorum. Hoc interim iuxta literam. Cæterū beatus Apostolus in epistola quæ ad hebræos scribitur, docet: (licet eā latina consuetudo inter canonicas scripturas nō recipiat) hoc testimoniū ex persona debere ītelligi domini saluatoris. Quā ob rem non erubescit
ps.21.e fratres eos uocare di-
Hebre.2.c cens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum: Ego ero cōfidens in eum. Et rursum: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus. Quia ergo pueri cōmunicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter particeps factus est earundem passionum. Quomodo autem isti pueri in signum fuerint atq; portentum sapientiæ sæculi & superbiæ iudæorum, idem Apostolus docet: Qui
1.Co.1.d elegisse dicit dominum saluatorem stulta mūdi & infirma, ut cōfunderet sapientes & fortia. Vñ & ad apostolos saluator aiebat:
Matth.18.a Nisi conuersi fueritis quasi unus de pueris, non intrabitis in regnū cœlorū. Puer autem efficitur noui euan
F gelij prædicator, qui deponit ueterem hominē, qui corrumpitur in desyderijs seductionis: & induitur nouo, qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem creatoris. Habitare autem dominum exercituum in monte sion: idem Apos-
Hebre.4.c tolus scribit: Accessistis ad montem sion & ciuitatē dei uiuentis, hierusalem cœlestem. Vnde miror quendam nostrorū pueros istos duos Esaiæ filios intelligere, quos de prophetissæ mulieris conceptione generarit: Iasub uidelicet & Emmanuel: quorū prior in abiectione prioris populi, sequens in assumptione gentiū præcesserit. Quod qui recipit, consequenter & Oseæ prophetam uere meretricē uxorē habuisse firmabit. a ¶ Et cum dixerint ad vos ꝛc. Si Esaiæ prophetæ uox est, ut iudæi existimant: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit dñs in signum & in portentum israelis: & hæc quæ sequuntur, ipse ad discipulos suos credendus est dicere: Cum dixerint (inquit) ad uos gentes & populi: de quibus supra lectum est: Infirmamini populi & uincemini: quid prophetas uultis audire: quid Esaiæ uerbis decipimini: & illum putatis quæ uentura sunt nosse: Quærite magis a phythonibꝰ & a diuinis qui stridٰent in incantationibus suis. Pro quibus Lxx. interpretati sunt: Qui de terra
Iob.3.d loquunt̄, qui de uentre clamitant. Omnis enim qui de ter-
Phil.3.d ra est, de terra loquit̄. Et: Cuius deus uenter est, & gloria in confusione eius: de uentre clamare credendus est. Vos respondete eis & dicite: Nunquid non populus a deo suo requirit pro uiuis a mortuis? Si uos inquit, p uarietate idolorum uestrorū: non enim unum, sed plures habetis deos: eos cōsulitis quos deos arbitramini: & a mortuis siue mortuorum hominum simulachris, de uiuentibus quæritis: quanto magis nos deum nostrū per prophetas audire debemus? Docet ergo discipulos: & infert ad legem magis & ad testimonium. Si de aliquo (inquit) dubitatis, scitote scriptum: Gentes quas dominus deus tuus disperdet a facie tua, somnia audiunt & diuinos: tibi autem non ita tradidit
Deu.18.c dominus deus tuus: Prophetā uobis suscitabit dominus deus uester de fratribus uestris, sicut me illū audietis. Vnde si uultis nosse quæ dubia sunt, magis uos legi & testimonijs tradite scripturarum. Q2 si noluerit uestra congregatio uerbum domini quærere, non habebit lucem ueritatis: sed uersabit̄ in erroris tenebris: quæ lux pertransibit eam, hoc est, congregationē uestram siue terram: & corruetis & esu-
G rietis: & cum esurieritis, irascimini: scđm illud qđ scriptum
ps.58.d est: Et cū nō fuerint saturati, murmurabūt: & maledicetis deo uestro & regi uestro: & in necessitatibus sursum aspicietis in cœlum, & in terram deorsum: & ecce tribulatio & tenebræ: dissolutio genuū, & mentis angustia, & caligo oculorū: & non poteritis erui de angustia. Hæc iuxta hebræos: Cæterum ut supra diximus: si persona christi est dicētis: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus: Etiā hæc ipse loquitur ad apostolos & ad credē-

> dedit mihi dominus in signa atq; portēta israelis, a domino exercituū qui habitat in monte sion. Et cūm dixerint ad uos, quærite a phythonibus & a diuinis qui stridٰunt in incantationibus suis: nunquid non populus a deo suo requirit pro uiuis a mortuis? Ad legem magis & ad testimonium: quod si nō dixerint iuxta uerbum hoc, non eis erit matutina lux. Et transibit per eam: corruet, & esuriet: & cum esurierit, irascet & maledicet regi suo, & deo suo. Et suspiciet sursum & ad terram intuebitur: & ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio, angustia, & caligo persequēs: & nō poterit auolare de angustia sua.
> Primo tempore

tes ex gentibus, qui eius euangelium susceperunt. Si dixerint (inquit) patres uestri quos reliquistis: quærite uentriloquos, quos phythonas intelligimus. Qualem & in actibus Apostolorum ancillam legimus: quæ questui erat do-
Act.16.d minis suis: Et qui de terra loquuntur, quod in euocatione animarum magi se facere pollicentur: & cætera malefica-
H rum artium genera. Hoc scire debetis qđ unaquæq; gens proprios consulat deos: & de uiuorum salute mortuos scitetur. Vobis autem in auxilium legem dedit deus, ut possitis dicere: Non est talis ethnicorum diuinatio, qui cultores suos sæpe decipiunt, sicut nostra: quæ absq; ullo munere profertur ex lege. Vnde interpretati sunt Lxx. non sicut
Matth.10.a uerbum hoc, pro quo non est dare munera. Gratis enim in-
Amos.8.d quit accepistis, gratis date. Veniet autem super incredulos fames durissima: non fames panis, aut sitis aquæ: sed fames audiendi sermonem dei. Et cum esurieritis, contristabimini: & maledicetis principi uestro & paternis traditionibus, hoc est, diabolo & antiquis erroribus. Hoc enim ad eos loquitur qui famem passi fuerint ueritatis: Et suspiciēt in cœlum sursum, & in terram deorsum: & erunt in indigentia & in angustia, & in tenebris, & in tribulatione: ut nō uideant usq; ad tempus, donec & ipsi ad dominum conuertantur. Latam explanationem loca ista desyderant: sed parcimus librorum magnitudini, ut tollamus fastidium lectionis. Hæc iuxta Lxx. translationem ex parte perstrinximus: quæ in plerisq; dissonat ab hebræo. Cæterum naçareni locum istum ita ediſſerunt: Cum dixerint ad uos scribæ & pharisæi: ut eos audiatis qui omnia uentris causa faciunt: & in morē magorū stridunt in incantationibus suis: ut uos decipiant, hoc eis respondere debetis: Non mirum si uos uestras traditiones sequamini: cū unaquæq; gens sua consulat idola. Ergo & nos a uobis mortuis de uiuentibꝰ consulere non debemus, magis nobis deus legem dedit: & testimonia scripturarum: quæ si sequi nolueritis, non habebitis lucem: sed semper caligo uos opprimet: quæ transibit per terram uestram atq; doctrinam: ut cum decepti a uobis se in errore perspexerint & sustinere famē ueritatis: tunc contristentur, siue irascantur, & maledicant uobis: quos quasi deos suos & reges putabant. Et frustra ad cœlum terramq; respiciant, cum semper in tenebris sint: & nō possint de uestris auolare insidijs. ¶ Ca. IX

Primo tempore

A PRimo tẽpore alleuiata est terra ẓabulon ⁊c. Duplicem posuimus æditionem: quia uulgatum est testimonium, & usurpatum ab euangelista Matthæo: ut uel diuersitas interpretationis, uel similitudo noscatur. Ac primum notandum, ꝙ testimoniũ hoc euangelista Matthæus non iuxta Lxx. sed iuxta hebræos posuerit. Dicit enim ser/
Matth.4.b mo euangelicus: Audiens autem iesus ꝙ Ioannes esset traditus, secessit in galilæam: & derelinquẽs naẓareth, uenit & habitauit in capharnaum: quæ est iuxta mare in finibus ẓabulon & neptalim: ut impleret̃ qđ dictũ est per Esaiam prophetam dicentem: Terra ẓabulon & terra neptalim, uia maris trans iordanẽ galilææ gentium: populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam: sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Ex eo tempore cœpit iesus prædicare & dicere: Appropinquabit regnũ cœlorũ. Et Ioannes euangelista refert: ꝙ iesus
B cum discipulis suis in chana galilææ inuitatus ad nuptias, primũ
Iob.2.a ibi signũ fecerit aquas in uinũ conuertendo: Hoc fecit principium signorum iesus in chana galilææ: & manifestauit gloriã suam: & crediderunt in eum discipuli eius. Vnde & in Lxx. dicit̃: Hoc primum bibe, uelociter fac: quia terra ẓabulon & terra neptalim prima christi uidere miracula: ut prima biberet fidei potionem, quæ prima uiderat dominum signa facientem. Et iuxta hebraicũ: primo tempore releuata esse dicit̃ onere peccatorum: quia in regionibus duarum tribuum, primũ saluator euangelium prædicauit. Vnde & in sexagesimoseptimo psalmo dicitur: Benedicite dominũ de fontibus israel.
Act.9.a Ibi beniamin adolescentior, Paulus apostolus, in mentis ex
2.Co.5.c cessu. Qui & alibi loquebatur: Siue mente excedim⁹ deo: Principes ẓabulon, principes Neptalim duces eorũ: quia in his tribubus fuerunt uiculi: de quibus duces nostri apostoli crediderunt. Et crediderunt iuxta Symmachum uel
Matth.4.c citer: ut audiẽtes: Venite & faciam uos piscatores hominũ: statim & patrem relinquerẽt & nauiculam. Nouissimo autem tempore aggrauata est fides eorum, plurimis iudæorũ in erroribus permanentibus. Mare autem hic lacum appellat genesaret, qui iordane influente efficitur: in cuius litore capharnaum, & tiberias, & bethsaida, & choroẓaim sitæ sunt: In qua uel maxime regione dominus cõmoratus est: ita ut populus qui uel sedebat uel ambulabat in tenebris, lucem uideret: nequaq̃ paruam, ut aliorum prophetarũ:
Iob.8.b sed magnam: ut eius qui euangelio loquitur: Ego sum lux mũdi. Et qui habitabant in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Inter mortem & umbram mortis hoc esse puto: ꝙ mors eorum est, qui cum operibus mortis ad inferos per/

a PRimo Ca. IX tempore alleuiata est terra ẓabulon & terra neptalim: & nouissimo aggrauata est uia maris trans iordanem galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucẽ magnã: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.
b Multiplicasti gentem, nõ magnificasti lætitiam: lætabunt̃ coram te: sicut lætantur in messe: sicut exultant uictores capta præda quando diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, & uirgam humeri illius: & sceptrũ exactoris ei⁹ supersti, sicut in die madian. Quia omis uiolenta prædatio cum tumultu: & uestimentum mixtum sanguine erit in combustionem & cibum ignis.

Paruulus enim

HOc pri/ Ca. IX mum bibe, uelociter fac, regio ẓabulon, terra neptalim: & reliqui qui iuxta mare estis trãs iordanẽ galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnã: qui habitatis in regione & umbra mortis, lux orietur uobis. Pluriam partem populi deduxisti in lætitia tua: & lætabuntur in cõspectu tuo: sicut lætari solent in messe, & sicut hi qui diuidũt spolia: quia ablatũ est iugum quod supra ipsos erat positum: & uirga de collo eorum. Virga enim exactorum dissipata est, sicut in die madiam. Quia omnẽ stolam congregatam dolo, & uestimentum commutationis restituẽt: & cupient igne esse cõbusti.

Quia paruulus

Eẓech.18.a C

traditionum iudaicarũ iugum excussit de ceruicibus suis. Postea autẽ per euangelium apostoli Pauli, qui nouissimus apostolorum omnium fuit, ingrauata est, id est multiplicata prædicatio: & in terminos gentium & uiam uniuersi maris, Christi euangelium splenduit. Denicq̃ omnis orbis qui ante ambulabat uel sedebat in tenebris, & idololatriæ ac mortis uinculis tenebatur: clarum euangelij lumẽ aspexit.
b Multiplicasti gentem/non magnificasti lẽticiam ⁊c. In obscuris locis utranq̃ æditionem ponimus: ut quantum a cæteris æditionibus, & ab hebraica ueritate distet uulgata translatio, diligens lector agnoscat. Ad lucem ipsam quæ apparuit populo in tenebris constituto, id est ad dominum saluatorẽ, fit Apostropha. Et dicitur ad eum: Multiplicasti gentem, hoc est, replesti omnes gentes noticia tui: sed non magnificasti lætitiam. Iuxta quod Apostolus mœrorẽ sibi Rom.10.b
dicit esse perpetuum pro fratribus suis qui sunt israelitæ. Et Ionas contristatur ꝙ ita saluati sint niniuitæ, ut cucurbita Ione.4.b
siue kikaion aruerit. Et ipse dñs loquit̃ in euãgelio: Nõ ueni Matth.15.c
nisi ad oues perditas domus israel. Et in passione: Pater, si Ibi.27.d
fieri inquit potest, transeat calix iste a me. Qui locus hunc sensum habet: Si potest fieri ut sine interitu iudæorum credat gentium multitudo, passionem recuso. Sin autem illi excæcandi sunt, ut omnes gentes uideant, fiat pater uoluntas tua. Cum ergo christus aduenerit: & christianorũ gens de uniuersis gentibus fuerit congregata: tunc lætabuntur

E apostoli sicut messores lætantur in messe: de quibus domi/
Matth.9.d nus loquebatur: Messis quidem multa, operarij autē pauci.
Et sicut exultant uictores qui captam diuidunt prædam.
Cum eñ fortis captus fuerit & ligatus, omnis domus eius
diripitur, & diuidunt spolia. Tu autē domine atq; saluator
iugum oneris ei9, hoc
est diabolī: qui prius
exultabat in mundo:
qui cunctis gētib9 im
perabat: qui grauissi/
mo seruitutis iugo col
la omnium deprime/
bat: & uirgā qua per/
cutiebat uniuersos, &
pctā sibi quasi quod/
Iudic. 7 dam tributū reddere
compellebat: detraxi/
sti de humeris eorum:
& tibi liberatos serui/
re feciste absq; ullo ex/
ercitu, & absq; effusio/
ne sanguinis in abscō/
dita manu: sicut quon
dam sub Gedeone po
pulo israeli de madia/
nitis uictoriam præ/
buisti. Quō eñ uestis
quæ humano sangui/
ne cruentata est lauari
non potest: sed infecta
sanguine igne combu
ritur, ut maculæ cum
uestimēto fœdi cruoris intereant: Sic diaboli uiolenta præ/
datio & tumultus ac turbæ, quib9 humanū sibi subiecerat
F genus, gehennæ ignib9 deputatæ sunt. Lxx. non omnes, sed
partem quandā populi credidisse significant: licet p eo qđ
illi dixerunt κατήγαγες ϛν εὐφροσωνκ, id est, deduxisti in
lætitia: alij interpretati sint, magnificasti. Et cum in reli/
quis eundem sensum teneant: stolam cōgregatam dolo, &
uestimentum cōmutatum, eum adijciunt redditurū, id est
diabolum: q scilicet omnes animas quas dei auxilio nu/
dauerat, cum ornamētis pristinis redditurus sit: non solum
ipse, sed & satellites eius dæmones: quibus si optio detur,
magis eligant perire flammis, q̄ prædam perdere.

a ¶ Paruulus enim natus est nobis ꝛc. Ideo diabolus &
omnis eius uiolenta prædatio qua humanum suppresserat
genus: & sanguinem sanguini miscuerat, erit in combustio
nem & cibos ignis æterni: quia natus est nobis de uirgine
puer: de quo supra dictum est: Antecq̄ sciat puer reprobare
ī.7.c malum & eligere bonum. Et postea in generatione prophe/
tissæ: Antecq̄ sciat puer uocare patrem suum & matrē suam.
ī.8.a Iste igitur puer qui natus est de uirgine, appellatur emma/
עִמָּנוּ־אֵל nuel: id est, nobiscum deus: & de prophetissa, hoc est, de san
cto generatus spiritu, nuncupatus est accelera, spolia detra/
he, festina prædari: nunc multis noībus appellatur. Et licet
ex eo quod supra dixerat, Emmanuel, id est, nobiscū deus:
deum illum esse mōstrauerit: tamē nunc dicit factum illius
principatum super humerum eius: uel q crucem suam ipse
portauerit: uel per humerum ostendens brachij fortitudi/
nem: eodem Esaia dicente: Reuelauit dñs deus brachium
Esa.52.c sanctum suū omnibus gentibus. Et rursum: Domine quis
Esa.53.a credidit auditui nostro: & brachium domini cui reuelatū
est? Vocabitur ergo post duo nomina, sex alijs nominibus:
Admirabilis, Cōsiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi,
Princeps pacis. Non enim ut plerisq̄ putant bina iungenda
sunt nomina: ut legamus, Admirabilis consiliarius: & rur/
sum, Deus fortis: sed admirabilis legēdum est separatim:
quod hebraice dicitur פֶּלֶא: & Consiliarius seorsum, qui
lingua eorum appellatur יוֹעֵץ: & deus separatim, qui he/
Esa.45.c braice dicitur אֵל. Denicq̄ in consequentibus ubi legimus:
Ibidem Tu es enim deus & nesciebamus. Et iterum: Ego sum deus
& non est alius præter me: & multa his similia. Pro eo quod G
in latino dicitur deus, in hebraico אֵל scriptū est. Quodq̄
sequitur: Fortis, hebraice גִּבּוֹר appellat. Vnde & in eo loco
ubi idem propheta commemorat: Erunt confidentes super
deo sancto israel in ueritate: & qđ residuum est Iacob super
deo forti: Pro deo for/
ti in hebraico scriptū Esa.8.d
habet אֵל־גִּבּוֹר. Pa/
trem autē futuri sæcu/
li & resurrectionis, qđ
in nŕa uocatione com
pletur: & principē pa/
cis, qui locutus est ad
Apostolos: Pacē meā Ioh.14.d
do uobis: pacem meā
relinquo uobis: non
dubitabit, qui pacem
nostrā iuxta Paulum
apostolū legerit salua/
torem: Qua nominū
maiestate perterritos,
Lxx. reor non esse au/
sos de puero dicere, q̄
aperte deus appellan/
dus sit, & cætera: sed
pro his sex nominib9
posuisse, qđ in hebrai/
co nō habetur: Magni
consilij angelū: & ad/
ducā pacē super prin/
cipes, & sanitatē eius.
Quod hunc mihi sen
sum habere uidetur: Magni consilij angelus est: qui nuncia
uit nobis abijciendum pro tempore israel, & gentes esse sal/ H
uandas: deditq̄ pacem principibus suis, apostolis & apo/
stolicis uiris: & sanitatem dogmatum suorum credentibus
dereliquit. Quod autem sequitur: Multiplicabitur eius im
perium, & pacis non erit finis: Pro quo Lxx. transtulerunt:
μεγάλη ἡ ἀρχή, id est, magnus principatus eius. Scire debe
mus q̄ uerbum hebraicum מִשְׂרָה: & hic & supra Lxx.
ἀρχήν, id est, principatum interpretati sunt: Pro quo nos su
pra principatū, hic imperium uertimus. Aquila autē uerbi
ambiguitate deceptus, μέτρον, id est, mensuram interpreta/
tus est: quæ & hebraice & latine eodem appellatur nomine
מִשְׂרָה. Nec dubitare poterit de multiplici saluatoris im
perio & pace eius, quæ non habeat finem: qui in psalmis le
gerit: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam: & ps.2.b
possessionē tuā terminos terræ. Et rursum: Et multitudo pa ps.71.b
cis donec auferatur luna: id est usq̄ ad cōsumationē sæculi.
Principatus autem illius & imperium erit super solium &
regnum Dauid: quod post captiuitatem babylonicam fue
rat dissipatum: ut confirmet illud & roboret, & doceat esse
perpetuum, ne cassa dei promissio uideretur, ab incarnatio/
nis tempore usq̄ in sempiternum. Propterea autem çelus,
id est, æmulatio domini exercituū fecit hoc: quia ipsi eum
ad æmulationem prouocauerunt, in his qui non erant dij:
& ille eos prouocauit ad æmulandum in gentem, quæ non
erat gens. Cœpta emmanuelis & nascentis pueri de uirgine
prophetia: ex eo loco ubi dicitur ad Achaç: Pete tibi signū a
domino deo tuo: uersiculo isto finita est, quo inferē: Zelus
dñi exercituū faciet hoc. Nunc ad reliqua transeamus.

¶ Commentarij tertij in Esaiam finis.

SEP. ¶ Quia paruulus na/
tus est nobis: filius datus
est nobis: cuius principa/
tus factus est super hume
rum eius: & uocabitur no/
men ei9 magni cōsilij nun
cius. Adducam enim pacē
super principes, & sanita/
tem ei9: magnus principa/
tus illius: & pacis non erit
terminus, super thronum
Dauid & regnum eius: ut
corrigat illud & auxilietur in
iudicio & iustitia: ex hoc
nunc & usq̄ in sæculū. Ze
lus dñi sabaoth faciet hæc.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM PROLOGVS.

INæquales dictamus libros:& pro diuersitate uisionũ ac sensuum,alius extenditur, alius contrahitur.Itaq; tertio finito uolumine,transimus ad quartũ:qui tertia mensura uersuum priore minor est: præsertim cum quintus quẽ huic libro subiecimus, historicæ explanationis sit: & penè duplicem numerum habeat. Dum enim nolumus cõiuncta diuidere,& olim interpretata transire: quasi inter duas maris pontici συμπληγάδας nauiculam nostram direximus:quæ flante spiritusancto,& domino saluatore cursum dirigente nostrum,elabitur in pelagus: dicente te uirgo Christi Eustochium: A quatuor uentis cœli ueni spiritus,& mortua ossa uiuifica: ut quæ iacebant in terræ puluere, spirante domino suscitentur. Eçech.37.e

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER QVARTVS.

VErbum misit dominus in iacob ꝛc. Legim⁹ supra q̃ in diebus Achaç filij Ioatham filij Oçiæ regis iuda, ascenderit rasin rex syriæ,& phaceæ filius romeliæ rex israel in hierusalẽ, ut expugnarent eam. Et q̃ missus sit Esaias propheta in occursum Achaç cum Iasub filio suo:ut ei diceret,ne timeret: & cor illius ne formidaret a duabus caudis titionum fumigantium:eo q̃ in ipsis esset syriæ & israel imperiũ finiendũ. Quo non credente propter rei magnitudinem & præsens periculum,iubetur ut sibi postulet signum. Et quia idololatra erat, hoc quoq; facere noluit: propterea dñs nequaq̃ ipsi regi,sed domui dauid dat signũ filij sui de uirgine nascituri: ad cuius inuocationẽ sint de imminenti periculo liberandi: & cætera quæ usq; ad præsentẽ locum interpretati sumus. Multis ergo mysterijs in medio positis,nunc reuertiẽ ad id qd̃ cœperat:& euersionẽ Rasin & Ephraim, hoc est,syriæ & samariæ uaticinat̃. Verbũ inquiẽs misit dñs in Iacob, & cecidit in israel. Apud hebræos רבר, qd̃ per tres literas scribit̃ cõsonãtes ר ב ר ,pro locorũ qualitate,si legat̃ רַבַּר, uerbum significat:si רֶבֶר, mortẽ & pestilentiam. Quã ob causam plærisq; sermonis ambiguitate decepti: nõ uerbum dicunt missum esse,sed mortẽ.Misit ergo dñs uerbum in Iacob,& cecidit in Israel.Regnare uoluit iudam, ut Iacob prophetat in genesi:Et israel,hoc est, decem tribus sibi imperiũ uindicarunt: de quibus dictũ est: Ipsi regnauerũt & nõ per me.Imperij ergo dignitas, quæ in unctione Samuelis post abiectũ Saul cœperat in Dauid: missa in Iacob, hoc est, in duodecim tribus, quæ Iacob olim uocabantur:cecidit in Israel:non ut Lxx. transtulerũt ἦλθεμ,id est,uenit:cecidit eñ in impijs,qd̃ staturũ ad sanctos directum erat. Sciet igitur populus Ephraim & habitantes samariã: qui ꝓpter multitudinẽ erigunt̃ in superbiã,& dicunt:Paruũ est regnũ iudæ & nostri cõparatione uilissimũ. Itaq; illis ruentib⁹ quasi lateribus, nos quadro lapide ædificem⁹ nobis domũ. Illorũ sycomoris,quæ ligna sunt uilia,hostili incursione succisis: nos imperiũ nostrum cedris extruemus,quæ imputribiles sunt,ut regnum significẽt sempiternũ.Sciat ergo hoc ppłus

4.Reg.16.a Esa.7.a A

Verbum misit dominus in iacob,& cecidit in israel.Et sciet populus omnis ephraim & habitantes samariam,in superbia & magnitudine cordis: dicẽtes:Lateres ceciderunt:sed quadris lapidibus ædificabimus:sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.Et eleuabit dominus hostes rasin super eum, & inimicos eius in tumultum uertet:syriam ab orientẽ, & philistim ab occidente: & deuorabunt israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta:& populus nõ est reuersus ad percutientem se: & dominũ exercituum non inquisierunt. b Et dispẽrdet dominus ab israel caput & caudam incuruantem oĩs ephraim,& habitãtes samariã:q̃ Syrus qui nũc ei auxilio est,in hostem transeat. Vel certe cõtra ipsum syrũ subita aduersariorũ bella cõsurgant: & oĩes uertant̃ in tumultũ: ita ut cõtra israel syria ab oriẽte:& philistim,hoc ẽ, palæstini ab occidẽte moueantur:& simul deuorẽt israelẽ. Cũq; hæc fecerint, nihilominus man⁹ mea extenta siue excelsa est super israel, & eos ferire nõ cessat. Cæsiq; a deo nõ reuertentur ad percutientẽ se, nec dñm quærẽt exercituum: uitulos aureos adorãtes ꝓ deo. Iuxta Anagogen hũc locũ nr̃i ita ediserunt: Misit de⁹ filiũ suũ ad Iacob,hoc est,ad iudæos:& uenit ad isr̃l,hoc est, ad gẽtiũ ppł̃m: q̃s & Apł̃us appellari dicit israel. Alij uero ita: Verbũ suũ misit dñs ad eccl̃iam, quæ priorem populũ supplantauit: & cecidit in isr̃l, hoc est, in hæreticos qui deum uidere se iactant. Sciant itaq; principes eorũ & oẽs qui habitant in samaria,hoc est,qui dei legẽ custodire se dicunt,& in ubertatẽ esse uirtutũ,& fructus afferre iusticiæ: hoc eñ interpretatur ephraim:qui in superbia cordis sui despiciunt ecclesiam: & simplicitatẽ ei⁹ arbitrantes imperitiã, dicũt:Pro lateribus⁹ illi⁹ quadris lapidib⁹ atq; fortissimis ædificabim⁹ ecclesias nostras:& pro infructuosis arboribus citoq; perituris,cedros sublimissimas extruemus:Quas cõteret dñs,& q̃s iustus sub persona impij uidisse se narrat,& nõ inuentũ locũ earũ. Dicit ergo dñs q̃ Rasin qui interpretat̃ sapientia sæcularis: cuius ephraim utebat̃ auxilio,uertat̃ cõtra eum: & oẽs inimici ei⁹ aduersum illũ dimicẽt:& tã ab oriẽte q̃ ab occidente expugnet̃:& deuoraturi sint israelem toto ore. Pro quib⁹ interpretati sunt Lxx. καὶ οἰκοδομήσομεν ἑαυτοῖς πύργον καὶ ῥάξει ὁ θεὸς τοὺς ἐπανισταμένους ἐπὶ τὸ ὄρος σιὼμ καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ διασκεδάσει,id est:& ædificemus nobis turrem: & allidet deus qui consurgunt cõtra montem sion: & inimicos illi⁹ dissipabit. Cupiũt eñ & ipsi in similitudinẽ tẽpli dei ædificare sibi templum in samaria: sed q̃uis mouerint pedes ab oriente,& dixerint: Venite ædificem⁹ turrim & faciam⁹ nobis nomẽ anteq̃ dispergamur, dño ipugnãte solueret̃,& dissipabit̃ cõsensus eorũ: & linguæ eorũ cõtra se inuicẽ diuidentur:ne cõsentiẽtes peiores fiant,sed a se inuicem destruant̃. Cunq; ita percussi sint & ab hostibus deuorati:tñ nõ reuertentur ad dñm:sed adhuc man⁹ illi⁹ ad percutiendũ parata est:iuxta illud qd̃ legimus in Hieremia: Sine causa percussi filios uestros:disciplinam nõ recepistis. b Et dispẽrdet dñs ꝛc. Non solum dñs hostes Rasin eleuabit cõtra eum:& inimicos

B

Geñ.49.b

Osee.8.a

C

Anagoge

אֶפְרַיִם D

רְצִין

Geñ.11.a

Hiere.2.f

E

mimicos eius uertet in tumultū: ſyriam ab oriente,& philiſtim ab occidēte ut deuorēt iſrl toto ore: ſed ꝙa nō eſt reuerſus ad percutientē ſe, nec requiſiuit dñm exercituū: extēdet manū ad percutiēdū: ut diſperdat de iſrael caput & caudā, incuruantē & deprauantē, eū uidelicet qui recta peruertit. Qui ſit autem caput, ipſe interpretatus eſt, longeuus & honorabilis: Et qui ſit cauda, ꝓpheta inquit, qui docet mendacium, id eſt pſeudopropheta. Dixit de pncipib⁹: nunc optimatibus iungit & populū: ꝙ & magiſtri & diſcipuli, & eruditi, & uulgus indoctū pariter pereant. Qui em̄ beatū dicebant populum, ſeductores ſunt: & qui beati appellabā tur, nō ꝓpter uirtutē, ſed ꝓpter munera, præcipitabunt in mortē. Vñ & ſupra legimus:

3.3.b Populus me⁹ qui beatum te dicūt, ſeducūt te: & ſemitas pedum tuorū ſupplantant. In tali ppō nulli⁹ pſonæ miſerebit deus: nō pupilli, non uiduæ: quia omnis hypocrita, eſt

F aliud ſimulās, & aliud agens: promittens caſtitatē, & uiuēs luxurioſe: præferēs paupertatem, & replens marſupium. Vñ iungit & dicit: Et uniuerſum os locutū eſt ſtulticiam. Propter hæc oīa dom̄in⁹ non ceſſat iraſci, ſed adhuc ad percuti/endū eleuat manū. Et uantē & deprauantē in die una. Longeuus & honorabilis, ipſe eſt caput: & ꝓpheta docēs mendaciū, ipſe eſt cauda. Et erunt qui beatū dicunt populū iſtū ſeducētes, & qui beati dicunt præcipitati. Propter hoc ſup adoleſcentulis ei⁹ nō lætabit dñs: & pupillorū illi⁹ & uiduarū nō miſerebit: quia omnis hypocrita eſt & nequā: & uniuerſum os locutū eſt ſtulticiā. In oīb⁹ his nō eſt auerſus furor ei⁹, ſed adhuc man⁹ ei⁹ extenta. Succēſa eſt em̄ q̄ſi ignis impietas: ueprem & ſpinā uorabit: & ſuccendet in denſitate ſaltus: & cōuoluet in ſuperbia fumi. In ira dñi exercituū cōtremuit terra: & erit ppl⁹ quaſi eſca ignis. Vir fratri ſuo non parcet: & declinabit ad dextrā, & eſuriet: & comedet ad ſiniſtrā, & nō ſaturabit: unuſquiſq; carnē brachij ſui uorabit. Manaſſes ephraim, & ephraim manaſſen: ſimul ipſi cōtra iudā. In om̄ib⁹ his nō eſt auerſus furor ei⁹, ſed adhuc man⁹ eius extenta. ¶ Ca. X

8 VE qui cōdunt leges iniquas: & ſcribentes, iniuſticiam ſcripſerunt, ut opprimerent in iudicio pauperes: & uim facerent cauſæ humiliū ppl̄i mei: ut eſſent uiduæ præda eorū, & pupillos diriperent. Quid facietis in die uiſitationis & calamitatis de longe uenientis? ad cui⁹ cōfugietis auxiliū? & ubi derelinquetis gloriā ueſtrā? Ne incuruiemini ſub uinculo: & cū interfectis cadatis. Super omnibus his nō eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus eius extenta.

G

laudant peccatores: alios qui laudati ſua mala nō ſentiunt, nec agunt pœnitentiā. Propter hoc in iuuenibus eorum nō lætabitur dominus: Væ enim ciuitati cuius rex adoleſcens. Eccē.10.c Et qui deum patrem uel dominum uerum perdiderūt, non impetrabūt miſcḋiam: Omnis em̄ hæreticus hypocrita eſt: aliud agens, & aliud ſimulans: & quicquid loquitur: licet uideatur eſſe ſapiētia, tamē ſtulticia eſt. Propter hæc extendit manum ſuam ad puniendum: & omnes impietates eorū quaſi ſpinas uorax flamma cōſumet. Et uerba abſq; uirtutibus, quæ infructuoſo ſaltui comparant, inuoluentur fumi ſuperbia. Ad eorū pœnam cōtremiſcet omnis humus: & decepti populi, æternis tradent ardoribus: quia turpis lucri gratia ne ſuis quidem parcunt, ſed certatim de deceptis populis prædas agunt: relinquentes bona, & in peſſimis immorantes. Cunq; ſemper ſiniſtra inueniant: tamen ſuis nunq; ſatiantur erroribus: uorantes carnē brachij ſui: & aduerſum eccl̄iam pari ſtudio dimicantes. Propter luxuriam, & uoluptates, & lucra de populis inter ſe habēt diſcordiam: ut de una hæreſi duæ fiant: & rurſum ipſæ diuidunt in partes, ut proprios abducāt greges: & de-

H

uorent domus uiduarum, & mulierum peccatricū: ſemper diſcentiū & nunq; ad ſcientiam ueritatis peruenientiū. In omnibus his non auertetur furor domini cōſumens uitia atq; ſubuertēs: ſed quanto illi proficiūt ad peccandū, tanto iſte amplius manum ſuam extendit ad pœnas. ¶ Ca. X

VE qui condunt leges iniquas ⁊c. Hæc plærisq; adhuc cōtra decem tribus dici arbitrant, quæ habitabant in ſamaria, ꝙ ad priora ſcelera etiā iſta ſociarint. Nobis autē uidet contra iudices trib⁹ iudæ & hieruſalē, ſcribas uidelicet & ὀντερώτας, ſermo ꝓpheticus cōclamare: ꝙ aduerſum legē dei iniquas ſcripſerint leges: & traditionib⁹ ſuis ſubuerterint iudiciū ueritatē. Deo em̄ dicēte: Honora patrē tuū & matrem: Illi ecōtrario monuerūt filios parētib⁹ dicere: Donū q̄cunq; eſt ex me, tibi ꝓderit: ne honorarēt patrē & matrē: & cætera his ſiſia. Propterea aūt ſcripſerūt leges peſſimas, ut opprimerēt pauperes & humiles populi: ut prædas agerēt de uiduis, & pupillos diriperent. Qui interrogant quid facturi ſint, cū uel captiuitatis uel iudiciū dies aduenerit, & calamitatis de longe uenientis: quæ multo tēpore ante prædicta eſt. Ad cuius inquit fugietis auxiliū, cū offenderitis deū, qui uerus auxiliator eſt: & ubi derelinquetis gloriā ueſtrā? Non em̄ prodeſſe runt diuitiæ in die furoris, ne uinctos in hoſtilē terrā ducat aſſyrius, ne corruatis in prælio. Et ad extremū ſicut in ſuperioribus cōtra ſamariā crebro dixerat: In om̄ibus his nō eſt auerſus furor eius, ſed adhuc man⁹ eius extenta: Etiā cōtra iudam loquitur, ꝙ non ſit finis mali eorum extrema captiuitas:

Exo.20.b

pro.11.a

Tropo. ¶ Scd̄m Tropologiā: auferet dñs caput & caudam, maiorē pariter ac minorē. Caudam appellans, nō hoīes, ſed iumenta, hæreticos eſſe demōſtrat: quæ hoc mēbro utunt ad ſtercora protegēda: & ad arcenda parua aīalia. Et poſt caput & caudam, incuruantē iungit & deprauantē: ꝙ legis præcepta ſubuertant, & rectā deprauēt uiam. Longeuū quoq; qui caput eſt: & pſeudoprophetā qui in cauda ponit, diſperdet: & magiſtros pariter & diſcipulos: alios qui propter munera

A uitas: sed etiam in hostili terra domini eos gladius psequa/
Anago. tur. Iuxta Anagogen: omnis hæreticus scribit iniquitatem:
ut pauperes & humiles populi decipiat: uiduas & pupillos
Pro.13.b diripiat. Qui enim diues est: de quo legimus: Redemptio
animæ uiri propriæ diuitiæ: non sustinet cōminationem,
nō cito ab eis capitur.
Pauper autē & qui hu
milis est & paruus in
populis, cito ab eis scā
dalizat. Vidua quoq;
quæ uirum perdiderit
deum: & pupillus qui
patrē amiserit creato/
rem: de quo scriptum
Deu.32.c est: Deum qui te ge/
nuit dereliquisti: & ob
litus es dei creatoris
tui: facile supplantan/
tur. Quid igit facient
in die iudicij cum tan
tos deceperint, & cala/
mitatis de longe ue/
nientis? Sicut enim ad
iustum uirum dicitur:
Rom.10.b Prope est uerbum in
ore tuo & i corde tuo.
Luc.17.c Et in alio loco: Regnū
dei intra uos est: Sic
hæreticorum calami/
tas de longe ueniet,
multo eis tēpore præ/
parata. Ad quem con/
fugiēt cum fictum ha/
beant deum? Cui tra/
dent gloriam suā, cū si
mulata sint oīa? Nec
B poterunt euadere uin/
culum quo plurimos
ligauerūt. Vñ & in ui/
sione uallis sion, quæ
dei altitudine dereli/
cta, & hæretica humi/
litate decepta est: dici
tur de magistris falsi
nominis sciētiæ: Om/
nes principes tui fu/
gierūt: & qui capti sūt
dure ligati sunt: quodq; cum singulis interfectis cadant, &
in aliorum nece ipse pereant: & cum multa patiantur: diesq;
uisitationis aduenerit, non sit finis eorum interitus: sed sem
per sibi impendentem manum domini pertremiscant. Huc/
usq; cōtra decem & duas tribus: id est contra samariam &
hierusalem dei cōminatio est: quæ regnante adhuc Achaz
cœpit in populo: de quibus duæ & semis tribus sub eo ca/
ptæ sunt: & reliquæ sub Ezechia qui Achaz successit in re/
gnū. Sequēs pphetia cōtra assyrios scribitur. a Væ assur
virga furoris mei &c. Ideo ponimus in hoc loco translationē
Lxx. qa ab hebraico discordat in plurimis. Primū sciendū
Χαλάνκη est qd in hebraico nō habet chalane sed כַּלְנֹה. Vltima em
nominis huius litera non est ה ut illi putauerūt, sed נ: quæ
læ sola inter se distāt magnitudine. Turris aūt ædificata est
אַרְפַּד in campo sennaar, in quo erant arphad & chalanno & ba/
Gen.11.a bylon: quæ ex confusione linguarum nomen accepit. Ara/
חֲמָת bia autem non habetur in hebræo, sed hemath: quam syri
usq; hodie epiphaniā uocāt. Vlulate quoq; sculptilia in hie
rusalem, de suo addiderunt. Qd q; supra scriptum est: Si di
xerint ei tu solus es princeps: respondebit: non tuli regionē
illam & illam, sed tuli arabiam & damascum & samariam:
hunc suggerit sensum: Cū inquit dixerint assyrio qui capti
sunt: tu princeps es omniū: ille adhuc infirmū se esse senties
respondebit: Quomodo me uocatis principem, cum tantū
arabiam & damascum & samariam cœperim: & longe posi/ C
tas hationes trans babylonem, necdum meæ subdiderim
potestati? Quomodo autē arabiam cœpi, damascū & sama
riam: sic oīa mihi regna substernā. Transeamus ad hebrai
cum: & quid nobis uideatur breuiter annotemus. Væ assy/
rio, id est Sēnacherib:
a HEB. Væ assur: uirga furo quia ipse est uirga &
ris mei, & baculus ipse est: baculus furoris mei:
in manu eorum indigna/ in manu em eius indi
tio mea. Ad gentē fallacē gnatio mea: & per illū
mittā eū: & cōtra populū pcutiā gentē fallacissi/
furoris mei mādabo illi, ut mā: quæ inter me sēp
auferat spolia & diripiat & idola claudicauit:
prædā & ponat illū in con quæ præcepta mea se
culcationē quasi lutū pla/ facturam esse mentita
tearū. Ipse autē nō sic arbi est: & contra populū
tratus est, & cor eius nō ita furoris mei ipsi præci/
existimauit: sed ad cōterē/ pia, ut spoliet eū atq;
dum erit cor eius: & ad in/ prædetur: & redigat in
ternitionē gentiū plurima puluerem & cōculcet
rū. Dicet em: nūquid non quasi lutum platearū:
principes mei simul reges id est ut pcutiat eū &
sunt? Nunqd nō ut char/ non interficiat: ut uul/
camis sic chalāno, & ut ar/ neret, & nō animā au/
phad sic hemath: nūqd nō ferat. Ipse autem mo/
ut damascus sic samaria? dum iracundiæ meæ
Quō inuenit manꝰ mea re egressus est: & non so/
gna idoli: sic & simulacra lū contra israel ad quē
eorꝝ de hierm & de sama directus fuerat: sed in
ria. Nunqd nō sicut feci sa gētes plurimas debac
mariæ & idolis eiꝰ: sic faciā chatus est: ut omnia p
hierm & simulacris eius. circuitū regna contere
ret: & usq; ad ītermitio/
nem gentiū plurima/
rū illius mucro sæui/
ret. Erectus em in sup
biam, hæc ausus est di D
cere: Duces mei aliarū
gentium reges sunt: &
mihi subiecti, cunctis
nationibus impera/ בַּרְכְּמִישׁ
bunt. Quō cœpi char
camis, sic cœpi & cha/
lanno: quō arphad, sic
obtinui & hemath: q/
modo damascū, sic mi
hi subieci & samariā.
Quō cætera regna quæ idolorū cultui seruiebant, meis sub
ieci pedibus: sic & hierusalē & samariā in qua eadē idola sūt
meæ subiectiā potestati. Quō cœpi samariā cū idolis suis:
sic & hierusalē capiā: qa eosdē uenerat deos. Pro charcamis
autē Lxx. addētes de suo: regionē trans babylonē interpre/
tati sunt, & chalane ubi ædificata est turris: arphad penitus
relinquētes. Possumus aūt iuxta translationē eorꝝ & Tropo Tropo.
logiæ dummodo pia sit accōmodare: ex eo qd ait, populo
meo præcipiā ut faciat spolia & prædam, & cōculcet ciuita/
tes & ponat eas in puluerē: etiā hoc dicere, qd quotidie po/
pulo suo præcipiat dns ut aduersariorū ciuitates quæ erigū
tur cōtra scientiā dei, & hæreticorꝝ nimio labore constructæ
sunt in puluerē redigat, & nihili esse demōstret: Qui intelli/
gens infirmitatē cordis humani, & q mortali carne circūda
tus non possit perfectā uirtutū habere uictoriam, nec oīes
gētes cape: Licet eū alij admirent & dicāt: Tu solus es prin/
ceps. Rñdebit eis: Multa sūt quæ destruere debeo & adhuc
destruere nō potui: scio qd nescio. Et q̄q̄ multa aduersario
rū argumēta supauerim: tñ sūt plæraq; quæ adhuc supanda
sūt. Simulq; spe futurorꝝ ex his quæ supauit: etiā cæterorꝝ si
bi uictoriā repromittit. Iubēt aūt ululare simulacra hierm
& samariæ: nō ipsa quæ ficta sūt, sed hi q ea finxerūt: μετωνυ
μικῶς hi qui fecerūt p ea quæ facta sunt: ut nō solū hi q in
hæresibus idola fabricati sunt: sed q in eccīa p ignorātiā de
fendūt, p ueritate mēdaciū: ululatu & pnīa se erasse testent.

C 5 Et erit

SEP. Væ assyriis: uirga fu
roris mei ipse est in mani/
bus eorū: irā meā in gen/
tem iniquam mittam: &
populo meo præcipiam
ut faciat spolia & prædam:
& conculcet ciuitates & po
nat eas in puluerem: ipse
autem non sic cogitauit &
non ita arbitratus est: sed
ut conterat mens eius, &
disperdat gētes plurimas.
Quod si dixerint ei: tu so/
lus es princeps: responde/
bit: Non tuli regionē quæ
est supra babylonem: &
chalane ubi turris ædifi/
cata est. Tuli autem ara/
biam & damascum & sa/
mariam: sicut has cœpi, sic
oīa regna capiam. Vlu/
late sculptilia in hierusa/
lem & samaria: sicut enim
feci samariæ & idolis eius:
sic faciam hierusalem & si/
mulacris illius.

Et erit

E a ¶ Et erit cum compleuerit dominus cuncta opera sua in monte sion & in hierusalē: visitabo sup fructū magnifici cordis regis assur & super &c. Lxx. pro fructu, sensum uel mentem magnam interpretati sunt. id est τὸν μοῦν μέγαν. Post captiuitatem samariæ, & assyriorum uictoriam, & commigrationem aduersum hierusalem: quia simulacra imitata samariæ, simili sit ferienda sententia: nunc aduersum ipsum assyriū qui elatus est in superbiā: & suæ fortitudinis putauit esse qđ uicit, propheta loquitur. Dixit enim assyrius, cordis tumore se iactans, qđ in fortitudine manus suæ cunctas uicerit nationes, & incredibili sapiētia omnium posse derit terminos. Et iuxta Lxx. tantæ potentiæ fuerit: ut bellatorū hominum urbes funditus subruerit: totūq; orbem quasi nidū apprehenderit: & quasi derelicta oua a matribus in suam prædam uerterit. Et quia semel metaphoram ab auibus, nido & ouis sumpserat: seruauit in reliquis ut diceret: Non fuit qui moueret pennā & aperiret os atq; ganniret. Tantus inqt terror fuit fortitudinis meæ atq; uictoriæ, ut ne fletum quidem & gemitum uicti libere proderent. Sunt qui hæc generaliter contra regnum assyriorum dici arbitrentur. qđ postq; compleuerit dominus cuncta opera sua in monte sion & in hierusalem: hoc est, postq; subuersa fuerit hierusalem, assyriorū imperium destruatur. Mihi autem ex his quæ sequūtur, proprie contra Sennacherib regem assyriorum uidetur cōminatio. Qđ autem ait: Postq; compleuerit dominus cuncta opera sua in monte sion & in hierusalem: non subuersionē urbis significat, sed obsidionē: quando uenit Rabsaces dux sennacherib, & in ea fecit quæ in posterioribus idem ꝓpheta commemorat. Scđm Tropologiam: cum samaria & hierusalem domini iram sustinuerint, & in fabricatione idolorum errasse se senserint: Tunc destruetur sensus magnus assyrius: qui in tantam cōtra dominū inflatus est superbiā, ut sapiētiæ suæ existimauerit cūcta cessura: & quæuis excelsa dogmata, & dialectica arte munita, concutienda & penitus destruenda: intantū ut in similitudinē pullorum auiū non ualeant in sublime consurgere: & necdum animata insensibilia esse atq; torpentia: qđ ouorum demonstrat exemplum: & ne mutire quidem, & cōmouere linguam contra rationē & fortitudinē sui sermonis audere. b ¶ Nunquid gloziabitur securis cōtra eum qui secat in ea: aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo &c. Contra sennacherib, siue ut multi putant Nabuchodonosor gloriantem atq; dicentem: In fortitudine manus meæ feci: & in sapiētia mea intellexi: & reliqua, sanctus ꝓpheta respōdit: O stultissime mortalium: dei iram, tuam putas esse sapientiā: & illius iussionem ad tuam refers fortitudinem? Quomodo si securis glorietur contra eum qui securim tenet: & serra contra illum a quo trahitur: & dicant cuncta opera quæ per securim & serram fiunt, sua arte perfecta: Et si eleuet quispiā uirgam: & exaltet baculum ad percutiendum quem uoluerit: & ipsa uirga ac baculus gloriētur & dicāt a se percussum esse qui percussus est: Sic & tu cum organum dei fueris uoluntatis, erigeris in superbiam: & cuncta quæ geruntur, tuæ gloriaris esse uirtutis. Quicquid autem assyrio dicitur: & ad hæreticorum superbiam & ad diabolum referri potest: qui securis & serra & uirga in scripturis appellatur: eo qđ per illū infructuosæ arbores succidantur, & diuidatur atq; serretur incredulorū duritia, & percutiātur uirga qui nō recipiunt disciplinam. Hæretici quoq; quorum os in cœlū ponitur, & lingua eorum pertransit in terrā: sensu quem a deo in bonam partem acceperunt, abutuntur in cōtrarium atq; peruersum: ut loquantur cōtra eum a quo conditi sunt: & linguæ ministerium quo laudandus est dominus, uertant in blasphemiam.

G

a ¶ Et erit dominus cuncta opera sua in monte sion & in hierusalē: uisitabo super fructum magnifici cordis regis assur, & sup gloriā altitudinis oculorum eius. Dixit enim: in fortitudine manus meæ feci: & in sapiētia mea intellexi: & abstuli terminos populorū: & principes eorum deprædatus sum: & detraxi quasi potens in sublime residētes. Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt: sic uniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret pennam & aperiret os
b atq; ganniret. Nūnquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea: aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra leuantem
c se: & exaltetur baculus qui utiq; lignū est. Prōpter hoc mittet dominator dominus exercituū in pinguib⁹ eius tenuitatem: & subtus gloria eius succensa, ardebit quasi combustio ignis. Et erit lumen israel in igne: & sanctus eius in flamma: & succēdetur & deuorabitur spina eius, & uepres in die una. Et gloria saltus eius: & carmeli eius ab ānima usq; ad carnē consumetur: & erit terrore profugus: & reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur: & puer scribet eos.

Et erit

F

quinq; milia de tuo morient exercitu: ita ut potētissimi qq, quos pingues appellat, redigātur in tenuitatem & in nihili: & sicut hebræi tradunt, illæsis uestibus assyriorum, corpora occulto crementur ardore: Tunc lumen israel & sanctus: hoc est angelus, erit in igne & in flamma: & omnes spinæ ac uepres assyriorum, id est malicia consumetur: non longo tempore, sed uno die atq; momento: Et quomodo saltus & carmelus, qui est mons in galilea nemoribus consitus, suppositio igne uelociter concrematur: sic ab anima usq; ad carnem omnis assyrij gloria consumetur: Tunc spoliatus exercitus fugiet: quod idem in consequentibus propheta testatur: & de tam innumerabili multitudine quæ carmelo & saltui comparata est: ad tantam ueniet paucitatem: ut puer paruulus eos possit numerare & describere. Tradunt enim hebræi decem tantum de eius exercitu remansisse. Nostrorum quidam uolunt hunc rem gerq, typum esse aduersariæ fortitudinis: Et quomodo in Daniele legimus: Principes regni persarū: & regni mœdorum: & regni græcorum: sic & principem esse assyriorum: qui propter superbiam, sensus magnus uocetur: & in die iudicij gehennæ tradatur ardoribus, quæ præparata est diabolo & angelis eius. Et lumen israel & sanctum: hoc est ipsum dominum succendere uepres ac spinas assyrij: omnemq; illius potentiam, & innumerabiles populos ad nihili deducendos. Tunc eum timore perterritum, quasi colubrum tortuosum & fugitiuum, imminentes pœnas uelle uitare. Qui autem de saltu & confusione eius ligniq; perituris potuerint euadere: eos dignos existere, qui numerentē & describantur a puero: cuius principatus in humeris eius est. Hoc ipsum & ad hæreticos referri potest: Qđ postq; ecclesiastica doctrina illuxerit, & omnes eorum de-

H

Tropo.

Infra. 37. c. g.

Dañ. 10. c

5. eo.

cipulæ

A cipulæ patuerint: tunc ad tantam ueniant solitudinem, ut de saltu & infructuosis arboribus & innumerabili eorum multitudine quam hæretica fraude deceperant: uix pauci resideant qui eorũ sequantur errorem. Pro eo quod nos uertimus: Mittet dominus in pinguibus eius tenuitatem: Lxx. transtulerunt, ἀποστελεῖ κύριος εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν, id est, mittet dominus in honorem tuum ignominiam. Et pro eo quod nos diximus: Et sanctus eius in flãma: illi uerterunt, καὶ ἁγιάσῃ αὐτὸν ἐν πυρί, id est, & sanctificabit eum in igne: per qđ quidam intelligi uolũt pœnas atq; tormenta ad hoc adhiberi peccatoribus, ut diuino igne purgentur. Quodq; nos diximꝰ: Et gloria saltus eius & carmeli eius: illi interpretati sunt ἀποσβεσθήσεται τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ καὶ οἱ δρυμοί. i. extinguent̃ montes & colles & saltus: q̃ omnis assyriorum claritas & superbia, & multitudo humilietur extincta. a ¶ Et erit in die illa: non adiũciet residuum israel &c. conuertentur reliquiæ inc̃ę iacob ad dominũ fortem &c. Vbi in græco dicitur: Conuertentur reliquiæ Iacob ad deum fortem: pro deo forti, in hebræo scriptum habetur אֵל־גִּבּוֹר. duo nomina de sex nominibus, quibus paruulum puerum & filium qui datus est nobis supra legimus appellatum. Et pro eo qđ scriptum est: Reliquiæ cõuertentur: pro eo dicitur in hebræo numero singulari: qđ reliquũ est conuerteturꝫ id est τὸ ὑπόλειμμα ἐπιστρέψει: in hebræo scribitur שְׁאָר יָשׁוּב Et ex hac occasione sermonis, putant Iasub filium Esaiæ insignum saluandi ex israel populi præcessisse. Quando ergo lumen israel & sanctus, carmeli saltum uepresq; consumpserit: & rex assyrius cum paucis fugerit: tunc residui israel qui cum Ezechia principe captis cæteris iudeæ urbibus obsidebantur in hierusalem, nequaq; confident in assyrio: sicut 4.Re.16.b nunc faciunt sub Achaz rege: qui misit nũcios ad regem assyriorum dicens: Seruus tuus ego sum: ascẽde & libera me de manu regis syriæ, & de manu regis israel, qui consurrexerunt aduersum me: quãdo tulit aurũ & argentum qđ inuentum est in thesauris domus domini & in domo regia: & misit regi assyriorum munera: audiuitq; eum rex assyrius: & uenit in damascum & cœpit eam & transtulit, & rasin interfecit: sed liberati ab ipso assyrio pcussore q̃ prius amicus & postea hostis extiterat: innitentur atq; confident super dñm sanctum israel: nequaq; falso ut sub prioribus fecerant regibus, sed in ueritate. Qđ sub Ezechia factum legimus: ita ut idolis derelictis cõuerterentur ad cultum dei. Et quia dixerat reliquias esse saluandas, transit ad posteriora tempora: & plenam saluationem futurã dicit esse sub christo: Qđ & apostolus Paulus intelligẽs scribit ad rhomanos: Esaias Rom.9.f autem clamat pro israel: Si fuerit numerus filiorum israel tanq; arena maris, reliquiæ saluæ fiẽt. Verbum enim consumens & breuians in æquitate: quia uerbum breuiatum faEsa.1.c ciet dominus super terram: Et sicut dixit Esaias: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut sodoma facti essemus, & gomorræ similes fuissemus. Vbi ergo tanti uiri præcedit auctoritas: cesset alia omnis interpretatio. Et reuera si legamus Iosephum, & quanta hominum in hierusalem & in iudæa fuerit multitudo q̃ passus est dñs: intelligimꝰ uix paucos in apostolis & in apostolicis uiris ex iudæis esse saluatos. Abbreuiatus autem atq; perfectus sermo euangelicus est: qui pro cunctis lacinioſæ legis cærimonijs, dedit præceptum breuissimum dilectiõis & fidei: ut qđ nobis fieri noluerimꝰ ne fecerimus alteri. Vnde & dominus in euangelio: In his inqt Matth.22.d duobus mãdatis pendet omnis lex & prophetæ. Nõnulli hoc capitulum ad illa tempora referũt, quãdo sub Zorobabel filio Salatiel & Iesu filio Iosedech, & Esdra & Neemia quædam pars populi reuersa est in iudæã. Quibus respondebimus: non eos seruare ordinẽ historiæ, maxime cum ea quæ sequuntur non aduersum babylonios: quorum rex Nabuchodonosor fuit, sed aduersũ Sẽnacherib regẽ dicãt assyriorũ b ¶ Propter hoc hęc dicit dñs deus exercituũ &c. iuxta plagã madian in petra oreb &c. Pro petra, qđ iuxta hebraicum interpretatus est Aquila: Symmachus & Theodotio ipsum uerbũ posuerunt hebraicũ צוּר עוֹרֵב: Pro quo Lxx. interpretati sunt, locũ tribulatiõis: de quo in suo dicemus loco. Difficile inquit tibi uidetur O habitator sion: ut cũctis in circuitu ab assyrio gẽtibꝰ subiugatis: tu solus de eiꝰ manibꝰ liberẽris. Ausculta quæ dico: Noli timere populus meus qđ assur uincẽte capiaris. Licet eñ anno quartodecimo regis Ezechiæ ascẽsurus sit Sennacherib rex assyrius su- 4.Reg.18.g per oñes ciuitates iudæ munitas & capiat eas: & missurus Esa.36.a Rabsacẽ q̃ obsessum in hierusalẽ populũ terreat: tñ hoc scire debes, qđ non te gladio sed uirga pcussurus sit: & pergẽs cõtra Tharacham regem æthiopiæ, & ægyptios ac mare rubrum per uiam ægypti: baculũ tñ suum eleuet contra te & ferire non possit. Adhuc eñ paululum, & reuersus de ægypto cum infinita exercitus multitudine, atq; obsidere te cupiens: statim mea indignatione ferietur: & flagellũ illud sup eum suscitabo, qđ quondã aduersum madianitas sub Ge- Iudic.7.e deone, qui altero nomĩe uocabatur Ierobaal suscitaui: quãdo Oreb & Zebeæ principes madianitarum occisi sunt sup petram durissimam: id est silicem quæ hebraicæ appellatur צוּר: ita ut ex petra & ex rege qui in ea occisus est, locus petræ Oreb nomẽ accepit. Leuabit ergo uirgã suã sup mare rubrũ pgens aduersus æthiopes, & leuabit reuertens ad te p uiam ægypti: sed statim ut de ægypto uenerit: auferet̃ onus de humeris tuis & iugum imperij eius, ac seruire desistes. Quod iugum, id est potentia assyrij: a facie olei, id est dei misericordiæ computrescet. Possumus autem hoc quod dixit: in uirga percutiet te: & baculũ suũ leuabit super te in uia ægypti. Et rursum: Et uirgam suã super mare, & leuabit eam in uia ægypti: etiam sic intelligere: qđ idcirco percusserit plurimos de tribu iuda, & in circuitu regni hierusalem cœperit ciuitates: quia non in deo, sed in ægyptijs habuerint fiduciam. Vnde & Rabsaces exprobrat eis dicens: Ecce confidis super baculũ harundineũ confractũ sup ægyptũ: ¶ Cui 4.Reg.18.d si innixus

B

C Iosephꝰ.li.10 capi.2

D

E si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius & perfora/
bit eam: sic pharao rex ægypti omnibus qui confidunt in
Iudic.7.&.8 eo. Historia madianitarũ in Iudicum libro scripta est: quã
Ps.82.b & in psalmo legimus: Pone principes eorum sicut oreb &
çeb & çebeæ & salmana. Errant ergo qui putãt illud signifi/
cari tempus: quando
Nu.25.a in libro Numerorum
madianite cæsi referũ/
tur ab israel a deserto
sur usq; ad montẽ dei
oreb: quæ alijs apud
hebræos scribuntur li
teris: cum eo tempore
non fuerint in monte
oreb, sed in solitudine
Anago. sethim. Iuxta Anago/
gen præcipitur popu/
lo in ecclesia cõmoran
ti, ne timeat aduersa/
rios qui ad pugnan/
dum semp parati sũt,
& multa disputatione
sua animas subuerte/
rũt. Ideo enim eos cõ/
tra populum dei pau/
xillum accipe potesta/
tem: & non tam gla/
dio percutere q̃ uirga:
id est non occidere sed
minari: qa in uia am/
bulauerint ægypti, &
nõ in domino sint cõ/
fisi. Cum autem ad
deum reuersi fuerint,
& reliquerint iter ægy
pti: tunc flagellum dei
iudicio suscitandũ cõ/
F tra aduersarios: Madian enim interpretatur ex iudicio: ut
מִדְיָן spiritu oris eius & oleo misericordiæ, iugum hostium com/
putrescat. a ¶ Veniet in aioth: trãsibit in magron apud ꝛc.
Multum in hoc loco Lxx. ab hebraico discrepant: Quã ob
rem utrãq; æditionẽ posuimus: ut quid nobis uideatur in
singulis: christo si meruimus inspirante dicamus. Descri/
bit sermo propheticus assyrij iter pompamq; redeuntis de
ægypto hierusalem: & quanto strepitu quãtoq; cursu ad op
pugnandum eam ueniet. Et primum inquit ueniet in aioth:
ubi præ festinatione nimia nolens manere, transibit in ma/
gron: tantãq; capiendæ urbis habebit fiduciam: ut apud
machmas cõmẽdet sarcinas suas, quasi cito subuersa urbe
rediturus: quibus depositis, transibit eam cursim & in ga/
bee habebit diuersorium: quo paululum ibidem subsisten/
te, ut lassum refoueat exercitũ, rama urbs uicina terrebitur:
Gaba saulis quondam ciuitas fugiet: tunc & filia gallim
quæ hebraice dicitur בַּת גַּלִּים :ita eiulabit ut equorum
arbitreris hinnitum. Vnde o laisa, & paupercula uel obe/
diens siue humilis anathoth: tribus enim modis interpre/
tari potest: diligenter attendite & declinate currentis impe/
tum si potestis: migrauit em̃ iam de sedibus suis urbs me/
demena. Vos autẽ qui habitatis in collibus, qd interpretat
גֶּבִים gebim: tuti locorũ altitudine, confortamini: id est arma cor/
ripite. Adhuc tantũ supererat diei: ut stans in opidulo nob
& procul urbem conspiciens hierusalẽ, agitaret manum suã
atq; concuteret super montem sion: uel despiciens eam atq;
contemnens, uel insultans & cõminans: & admirans quod
toto sibi oriente subiecto, tam parua ciuitas potẽtiæ suæ au/
deat repugnare. Hæc iuxta hebræos ut nobis ab eis traditũ
est breui sermone perstrinximus. Nunc qd iuxta Lxx. ædi/
tionẽ ecclesiastici uiri de hoc loco sentiant subijciamus: Cũ
iugum assyrij, siue ut quidam male arbitrantur babylonij,
ablatum fuerit de humeris tuis atq; corruptum: fugiens as
syrius Sennacherib, cum paucis reliquijs ueniet in aggai:
quæ in hebraico non habetur. Et tanta erit fugiẽtis trepida/
tio, ut ibi manere nõ audeat: sed transibit in mageddo: quã
& ipsa scriptura nõ cõtinet. Et quia sarcinis suis præpeditus
uelocius fugere non poterit, deponet uasa in machmas: &
gradu concito transibit uallem: quam & ipsam hebræus ser
mo non resonat: & rursum ueniet in aggai: quæ bis in hoc
loco ponitur, & in he/
braico non habetur.
Ad sonitum fugæ eius
contremiscet rama ci/
uitas saul: Q. d. perspi/
cue falsũ est. Ciuitas
em̃ saul appellat gaba
ut in hebraico contine
tur. Deinde ueniet in
gallim: audiet laisa,
audiet anathoth, con/
tremiscet medemena.
Habitatores autẽ ge/
bim & colles q̃ sunt in
hierusalẽ: id est excelsi
quiq; uiri, prouocan/
tur ad consolandam
hierusalem: non lon/
go post tempore sed
in præsentiarum: & ea
dem die dũ in uia est
assyrius: ut maneant
in locis suis, & pertur/
bati timore nequaq;
fugiant. Hoc iuxta lite
rã. Cæterũ qdã in isto
loco, cum falsorũ no/
minũ iuxta Lxx. ἐτυ/
μολογίας inuenire nõ
possit: nec se in libro
hebraicorum nominũ
reperire potuisse teste/
tur: mittit nos ad incertum: ut dicat in extremo mundi tem
pore & in cõsumatiõe hui⁹ sæculi iminentibus pœnis: sen/
sum magnum principem assyriorum esse fugiturum: & per
diuersa loca uariosq; profectus fugere cupe ab ira dei. Cũq;
ille fugerit, habitatores gebim: id est excelsas quasq; uirtu/
tes sermone prophetico prouocari, ut consolentur fugientẽ:
doceãtq; ne fugiat, sed maneat in uia, & dei præstoletur mi/
sericordiam: & non solum consolari fugientem: sed in bo/
nis operibus filiam sion reuocare a luctu, & ad salutem pœ/
nitentiæ ꝓuocare: & hos esse colles in hierusalẽ: de quibus
in posteriore parte huius prophetæ legimus: Consolamini
consolamini populum meum sacerdotes: loquimini ad cor
hierusalem. Hæc dixit, quia rei ueritate constrictus aliud qd
diceret non habebat. b ¶ Ecce dñator dñs exercituũ con
fringet lagunculã ꝛc. Putant quidã hunc locum adhuc dici
de assyrio, qd illo contrito oẽs in circuitu nationes quæ di/
tioni illius subiacebãt succidant & humilient: & saltus den
sissimus subuertatur: per quẽ μεταφορικῶς populũ & prin
cipes intelligi uolunt: libanũ quoq; cũ excelsis suis cadere:
ut nihil omnino assyriæ resideat potestatis. Alij uero ab hoc
loco uolũt principiũ esse de christo: maxime cũ & ea quæ se/
quũt, & nos de illo, & circũcisio scripta fateat. Dixerat sup̃
nomẽ de uirgine pueri nascituri qd appellaret emmanuel:
& postea ꝓphetissæ conceptus utero uocaret: accelera, spo/ ã.8.a
lia detrahe, festina prædari: & ipse esset lapis offensiõis & pe
tra scãdali duab⁹ domibus isrl̃: Cuius principatus esset in
humero eius: & uocaret sex noibus, admirabilis, & cõsilia/
rius, & de⁹, & fortis, & pater futuri sæculi, & princeps pacis:
& qd multiplicaret ei⁹ imperiũ, & pacis nõ esset terminus.
Nũc in ꝓlogo aduẽt⁹ ei⁹ priusq; dicat qd de iesse & dauid
sit genere nascitur⁹: p trãslationẽ fractæ lagũculæ passio illi⁹
demõstrat: qd uolẽte deo idcirco caro ei⁹ morti tradita sit:
ut iudæoꝝ sublimitas destruat: & excelsi q̃ndã in terrã cor
ruãt: & libanus cũ suis cedris succidat: de quo in Zacharia
legimus: Aperi libane portas tuas, & comedat ignis cedros Zach.11.a
tuas:

G

H

A tuas: ullula abies quia cecidit cedrus, quoniam magnifici
Zach. 13. c uastati sunt. Quod autem a patre & contritus & percussus
esse dicatur: & illud indicio est: Percutiam pastorem & oues
Ps. 68. f dissipabuntur. Et aliud testimonium: Quoniam quem
tu percussisti ipsi persecuti sunt. Verbum hebraicum
בְּאֵרָה quod Aquila
κεράμιον interpretat⁹
est: Theodotio Sym/
machusq; uerterũt λῆ
μόν: id est torcular: qđ
& ipsum iuxta inscri/
ptionem triũ psalmo/
rum dominicã signifi
cat passionem, ipso di/
Esa. 63. a cente in Esaia: Torcu/
lar calcaui solus, & de
gentibus non est uir
mecum. Lxx. autẽ pro
torculari, nouum sen/
sum inferẽtes: glorio/
sos interpretati sunt.

a ET egredietur uirga de radice iesse, & flos de radice eius ascendet: Et requiescet sup eũ spiritus dñi: spiritus sapiẽtiæ & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis: & re/
plebit eum spiritus timoris domini.

b HEB. Nõn scd'm uisionẽ oculorum iudicabit: neq; scd'm auditum aurium ar/
guet: sed iudicabit in iusti/
cia pauperes & arguet in
æquitate pro mansuetis terræ: & percutiet terram uirga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lumborum eis, & fides cincto/
rium renum eius.

SEP. Non scd'm gloriam iudicabit: neq; iuxta ser/
monem arguet: sed iudi/
cabit humili iudicio & ar/
guet humiles terræ.

Habitabit

C Ca. XI
ET egredietur virga de ra/
dice iesse ꝛc.
Vsq; ad principiũ ui/
sionis uel põderis ba/
bylonis qđ uidit Esai
as filius Amos: omis
hæc, pphetia de christo est: quã p ptes uolum⁹ explanare: ne
simul proposita atq; disserta, lectoris cõfundat memoriam.
Virgã & florem de radice iesse, ipsum dominũ iudæi inter/
pretantur: qđ scilicet in uirga regnãtis potẽtia, in flore pul/
chritudo monstretur. Nos autẽ uirgam de radice iesse, san/
ctam mariam uirginem intelligamus: quæ nullum habuit
s. 7. c sibi fruticẽ cohærentẽ: de qua & supra legimus: Ecce uirgo
Cañ. 2. a cõcipiet & pariet filium. Et florem dominũ saluatorem: qui
B dicit in canticocanticorum: Ego flos campi & lilium con/
uallium. Pro radice, quam soli Lxx. transtulerũt: in hebrai/
co scriptũ habeť גֵּזַע: qđ Aquila & Symmachus & Theo/
dotio κορμὸν interpretati sunt, id est truncum. Et pro flore
qui hebraice dicitur נֵצֶר, germen transtulerunt: ut ostende/
rent quod multo post tẽpore babylonicæ captiuitatis, nul/
lo de stirpe dauid antiqui regni gloriam possidẽte: quasi de
trunco maria: & de maria christus exortus sit. Illud qđ in
Matth. 2. c euãgelio Matthæi omnes quærunt eccleſiastici: & non inue
niunt ubi scriptum sit: Quoniam naçareus uocabitur,
Eruditi hebræorum de hoc loco assumptũ putant. Sed scien
dum qđ hic נֵצֶר per ע literam scribatur: cuius proprietatẽ
& sonũ inter z & s latinus sermo nõ exprimit. Est enim stri/
dulus, & strictis dentibus uix linguæ impressione pfertur:
ex qua etiam sion urbs scribitur. Porro naçarei: quos Lxx.
sanctificatos: Symmachus separatos, transtulerũt: per ϛ sem
per scribuntur elemẽtum. Super hunc igitur florem qui de
trunco & radice iesse per mariam uirginem repente consur/
get: requiescet spiritus domini: quia in ipso complacuit om/
nem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter: ne/
quaq; per partes ut in cæteris sanctis: sed iuxta euangelium
eorum qđ hebræo sermone conscriptum legunt naçarei:
2. Co. 5. d Descendet super eum omnis fons spiritussancti. Dominus
autem spiritus est: & ubi spiritus domini, ibi libertas. In eo/
dem Matthæi uolumine legimus illud qđ in consequẽtib⁹
Matth. 12. b scribitur: Ecce puer meus quem elegi: electus meus in quo
Inf. 42. a complacuit animæ meæ: ponam spiritum meum super illũ:
iudicium gentibus proferet: ad saluatoris referri intelligen/
tiam, in quo requieuit spiritus dñi: id est æterna habitatione
pmansit: nõ ut auolaret & rursum ad eũ descẽderet: sed iu/
Iob. 1. e xta Ioãnis baptistæ testimoniũ iugiter pmaneret, q ait: Vidi
spiritũ descẽdentẽ quasi columbã de cœlo & manentẽ in eo,
& ego nescieb̃ illũ: sed qui misit me baptiçare in aqua: ille
mihi dixit: Sup quẽ uideris spiritũ descendentẽ & manentẽ
in eo: ipse est qui baptiçat in spũsancto. Porro in euangelio C
cuius supra fecimus mentionẽ hæc scripta reperimus: Fa/
ctũ est autẽ cũ ascẽdisset dñs de aq̃a, descẽdit fons omnis
spũssancti: & requeuit sup eum: & dixit illi: Fili mi in omnibus
pphetis expectabã te ut uenires & requiescerẽ in te. Tu es em̃
requies mea: tu es filiꝰ
meus primogenitus q̃
regnas in sempiternũ.
Q̃ui spiritꝰ dñi appel
latur & spũs sapiẽtiæ:
Omnia em̃ per ipsum Iob. 1. a
facta sũt: & sine ipso fa/
ctũ est nihil qđ factũ
est. Et ī psalmis canit̃:
Q̃ magnificata sunt Ps. 103. c
opera tua dñe, omnia
in sapientia feciſti. Et
Aplꝰ scribit: Christus 1. Co. 1. d
dei uirtus & dei sapiẽ/
tia. Et in ꝓuerbijs legi
tur: Deus in sapientia Pro. 3. c
sua fundauit terrã: &
parauit cœlos in pru/
dentia. Et quõ idẽ ser/
mo dei uocat̃ lux & uĩ
ta & resurrectio: sic spi
ritus sapientiæ & intel
lectus, cõsilij & fortitu
dinis & sciẽtiæ & pieta
tis & timoris dñi nũcupat̃: nõ q̃ diuersus sit iuxta differẽtias
nominũ: sed unus atq; idẽ cũctarũ uirtutũ fons sit atq; prin
cipiũ. Absq; christo igit̃ nec sapiẽs qs esse põt nec intelligẽs
nec cõsiliar⁹, nec fortis, nec erudit⁹, nec pius, nec plen⁹ timo
ris dei. Et hoc notãdũ qđ spũs dñi sapiẽtiæ & ĩtellectus, cõ/
silij & fortitudinis, & sciẽtiæ & pietatis & timoris dñi: id est
septenarius numerus, qui septẽ oculi in uno lapide dicũtur Zach. 3. d
in Zacharia: requiescat sup uirgã & florem qui de iesse ac p
hoc dauid stirpe surrexit: Specialiter autẽ spũs timoris dñi D
impleuerit eũ ꝓpter eos qui timore dñi indigẽt: quia paruu
li sunt: quẽ foras mittit pfecta dilectio. Q̃ui em̃ timet, pœnã
habet & nõ est pfect⁹. Vñ & aplꝰ loq̃t̃ ad credẽtes: Nõ em̃ Rom. 8. c
accepistis spm̃ seruitutis iterũ in timore: sed accepistis spm̃
adoptiõis in q̃ clamam⁹ abba pr̃. Et in Malachia legim⁹: Si Malach. 1. b
pater ego sũ: ubi ẽ gloria mea? & si dñs ego sũ, ubi est timor
meus? de q̃ timore cantat̃ in psalmo: Venite filij audite me: Ps. 33. c
timorẽ domini docebo uos. b C Non ꝑm visionem ocu/
lorum iudicabit ꝛc. Hæc nos ad primũ aduentũ referimus
saluatoris. Iudæi in fine mũdi contẽdũt futura. Porro Lxx.
transtulerunt: Non ꝑm gloriã iudicabit neq; iuxta sermonẽ
arguet: sed iudicabit humili iudicio ꝛ arguet humiles terrę.
Nullius em̃ pson̄ã accipit in iudicio: sed scribis & pharisæis
ac principib⁹ loq̃t̃: Væ uobis hypocrite: Et aufereť a uobis Matth. 23. b
regnũ dei: & dabit̃ gẽti faciẽti fructus ei⁹. Nec scd'm sermo/ Ibi. 21. d
nẽ & auditũ auriũ corripuit. Illis em̃ dicẽtibus: Magister sci Ibi. 22. b
mus quia uerax es, & uiã dei in ueritate doces, & non ad te
ptinet de ali q̃: neq; em̃ uides ī faciẽ hoĩm: sciẽs maliciã eoꝝ
Respondebat: Quid me tentatis hypocrite: & cætera his si/
milia. Iudicabat aũt ī iusticia paupes spũ q̃rũ est regnũ dei.
Et arguebat in æq̃tate mãsuetos & humiles terræ, dicẽs ad
aplos: Adhuc & uos ĩsipiẽtes estis. Et iterũ: Necdũ scitis ne Ibi. 15. b
q̃ intelligitis. Et ad Petrũ specialiter: Modice fidei quare du Ibi. 14. d
bitasti. Vel certe ꝓ humilib⁹ atq; mãsuetis alios arguebat q̃
eos opprimere conabant̃. Percussit quoq; oĩa terrena opa
uirga: siue ut Lxx. transtulerunt, uerbo oris sui: loquens in
euãgelio: Nolite putare qa uenerim mittere pacẽ sup terrã: Ibi. 10. d
nõ em̃ ueni mittere pacẽ sed gladiũ. Et spũ labioꝝ suorũ in/
terficiet impiũ: de q̃ in nono psalmo legim⁹: Increpasti gẽtes
& perijt impius: nomẽ eorũ delesti in sæculũ & in sæculũ sæ/
culi. Et Paulus aplꝰ scribit: Q̃uẽ dñs iesus ĩterficiet spũ oris 2. Tess. 2. b
sui. Percusso aũt impio: accinctus est dñs iusticia & ueritate Ephe. 6. c
& fide. Ipse enim factus est nobis a deo sapientia & iusticia 1. Co. 1. d
& sanctificatio & redemptio: qui & in euangelio loquitur:

Ego sum

Ioh. 8. b. 14. a Ego sum lux & uita & ueritas. Et de quo in psalmis dicitur:
Ps. 84. b Veritas de terra orta est: & iusticia de cœlo prospexit. Vnde
Ephe. 6. c & Apostolus hortatur: Ephesios: State ergo succincti lũbos
E ueſtros in ueritate, & induti lorica iusticiæ. Q. d. si p ueritate
Hiere. 15. a fides legit: Illud dicẽdũ q. d. cingulũ dñi q. cinctus est & Hie-
remias, fides credẽtiũ sit. a ¶ Habitabit lupus cũ agno ꝛc. Hæc quoq; iudæi & nostri iudaiçantes iuxta litera futura contendũt: ut in claritate christi quẽ putant in fine mũdi esse uenturũ: omes bestiæ rediganꝫ in mãsuetudinẽ: & pristina feritate deposita, lupus & agnus pascant simul: & cætera cum cæteris, quæ nunc uidemus sibi esse contraria. Quos interrogare debem⁹, si omia præsentis loci sic accipiunt ut scripta sunt: & nihil refertur ad intelligentiam spiritalẽ: iuxta illud apostoli q.
2. Co. 1. a ait: Benedictus de⁹ & pater domini nostri iesu christi qui benedixit nos in omni benedictiõe spirituali in cœlestibus in christo: ergo & radix & uirga & flos non referantur ad sensum: terraq; percussa uerbo dei: & interfectus impius spiritu labiorum eius: sic intelligantur ut scripta sunt: & docere cogantur quomodo rebus incorporeis iusticia & ueritate, renes domini circumdentur. Sed & hoc eos interrogemus, quid di-
F gnum sit domini maiestate: ut lupus & agnus pascantur simul: & pardus cũ hædo accubet: & leo paleas comedat: & puer paruulus mittat manum suam in foramine aspidum: Nisi forte iuxta fabulas poetarũ, aureum nobis saturni sæculum restituẽt: in quo lupi & agni pascentur simul: & mulso uino plena current flumina: & de foliis arborũ stillabunt mella dulcissima, lacteisq; fontibus omnia complebuntur. Q. d. si responderint pro beatitudine temporum hæc futura: ut absq; cuiusq; noxa, homines bonis omnibus perfruãtur: audiant a nobis nihil esse bonum nisi uirtutem: & nihil
Ps. 33. c malum nisi uitium: dicente psalmista: Quis est homo qui uult uitam: & diligit dies uidere bonos? Compesce linguã tuam a malo: & labia tua ne loquãtur dolum. Declina a malo & fac bonum. Diuitiæ autem & sanitas corporis & rerũ omnium abundantia: & his cõtraria, paupertas, infirmitas & inopia: etiam apud philosophos sæculi, nec inter bona reputantur nec inter mala: sed appellantur indifferẽtia. Vnde & Stoici qui nostro dogmati in plæriscq; concordant: nihil appellant bonum, nisi solam honestatem atq; uirtutem: nihil malum, nisi turpitudinem. Hæc breuiter diximus ut iudaiçantes nostros grauissimo somno stertere cõuincamus. Cæterum iuxta uiuificantem spiritum facilis intelligentia
Act. 8. a est. Lupus enim Paulus qui primum persequebatur & lace-
Gen. 49. d rabat ecclesiam: de quo dictum est: Beniamin lupus rapax: habitauit cum agno: uel Anania a quo baptiçatus est: uel
Ioh. 21. d Petro apostolo cui dictum est: Pasce agnos meos. Et pardus qui prius nõ mutabat uarietates suas, lotus in fonte dñi accubauit cum hædo: non qui a sinistris est: sed qui ĩmolatur in pascha domini. Et hoc notandum q. d. non agnus & hædus habitent & accubent cum lupo & pardo: sed lupus & pardus, agni & hædi imitẽtur innocentiã. Leo quoq; prius ferocissimus, & ouis & uitulus pariter morabũtur. Quod quotidie cernimus in ecclesia: diuites & pauperes, potentes & humiles, reges atq; priuatos pariter commorari: & a pueris paruulis, quos apostolos intelligimus & apostolicos uiros, imperitos sermone, sed non sciẽtia, regi in ecclesia. Qui cum inter se disciplina domini fuerint fœderati: ita ut eorũ quoq; familiæ coniungantur: tunc complebitur: Simul requiescent catuli eorum. Leo quoq; nõ carnes comedet: sed paleas: quo scilicet uescatur cibo simplici. Et hic obseruandũ q. d. non bos carnes, sed leo paleas comedat. Paleas puto in scripturis sanctis uerba simplicia intelligi. Triticum autem & interiorem medullam, sensum qui inuenit in litera: & frequẽter euenit ut homines sæculi, mystica nescientes, simplici scripturarum lectione pascantur. Infans quoq; qui malitia paruulus est, mittet manum in foramine aspidis, & de obsessis hominum corporibus fugat dæmones. Qui autem ablactatus est, & nequaq; lacte nutritur infantiæ: sed iam solido uescitur cibo: iste in reguli cauernam mittet manum: hoc est in ipsius satanæ habitaculum:

a Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hædo accubabit: uitulus & leo & ouis simul morabũtur: & puer paruulus minabit eos. Vitulus & ursus pascentur: simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere super foramen aspidis: & in cauernã reguli qui ablactatus fuerit manũ suam mittet. Non nocebunt & non occident in uniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia domini: sicut aquæ maris operientes.

HEB. In die illa radix iesse qui stat in signum populorum: ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum.

b SEP. Et erit in die illa radix iesse & qui cõsurget ut princeps sit gentiũ, in ipso gentes sperabunt: & erit requies eius honor.

Et erit in & inde eum extrahit. Vnde & apostolis potestas data est: ut calcarent super serpentes & scorpiones: & super omnem fortitudinem inimici. Nocere autem & occidere nequaq; poterunt uenenata prius animalia eos qui habitauerint in monte sancto dei: quod interpretatur ecclesia: de quo in euãgelio dicitur: Non potest ciuitas abscondi super montem
Matth. 5. b H posita. Ac ne hoc putemus dici de monte sion iuxta hebræorum errorem: sequenti uersiculo euangelicæ prædicationis sacramenta monstrantur. Quia repleta est terra scientia domini: hoc est illud quod supra dicebatur obscurius: Habitabit lupus cũ agno, & pardus cum hædo accubabit: Et iuxta consuetudinẽ suam prophetalia in fine uerba pandunt. Sicut aqua inquit maris operiẽtes. Quomodo aquæ maris operiunt profunda maris: hoc est terrã quæ operta est fluctibus: sic scientia domini omnis terra cõplebitur: Quã diuersorum prius morum coniunctionẽ: etiam beatus apo-
Act. 10. b stolus Petrus in uase linteo quod de cœlo dimissum est se uidisse testatur: habente quatuor principia: quæ quatuor mundi plagas intelligimus: ut repletam terram dei scientia cognoscamus: In quo uase erant quadrupedia & serpentes: & bestiæ & uolatilia cœli: ut quod arca in diluuio, hoc ecclesia prestet in mundo. b ¶ Et erit in die illa radix iesse ⁊ qui ꝛc. in ipso gẽtes sperabũt: ⁊ erit requies eius honor. Pro requie eius, in hebraico positum est מְנוּחָתוֹ quod oẽs similiter transtulerunt. Pro honore quoq; in hebræo legit בְּבוֹדוֹ quod perspicue gloriam sonat. Et est sensus: Erit mors eius gloriosa: ut impleatur illud quod saluator in euangelio de-
Ioh. 17. a precatur: Pater glorifica me gloria quã habui prius cũ mundus esset apud te. Dictum est de natiuitate eius: dictum est de cæteris in medio sacramentis: uenit ad mortem, quæ nõ consueto mortalium nomine: sed quia in christo erat uita perpetua, requies appellatur. Nos autem ut manifestum legenti sensum faceremus: pro dormitiõe & requie, altero uerbo, sed eodem sensu, sepulchrum uertimus. In tempore igitur illo quando christi in toto mundo euangelium coruscarit: & repleta fuerit omnis terra scientia domini sicut aquæ maris terram operientes: erit radix iesse & qui de eius stirpe conscendet in signũ omniũ populorũ: ut uideant populi signũ filij hois in cœlo. Qui habet cornua in manib⁹ suis in q̃bus abscõdit fortitudo eius: ut exaltat⁹ omia trahat ad se. Siue ut Lxx. transtulerũt: resurget a mortuis ut princeps sit omniũ nationũ: & uniuersæ gẽtes sperẽt i eo. Q. d. etiã Iacob

de tribu

A de tribu iuda mystico sermone testatur: Non deficiet princeps ex iuda neq; dux de fœmoribus eius: donec ueniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium. a ¶ Et erit in die illa: Adiiciet dñs secũdo manũ ꝛc. In die illa: hoc est in illo tempore de quo & supra dictũ est: cũ surrexerit radix iesse in signum populorũ, siue ut dominet gentium: apponet dñs secundo manũ suam: ut nequaq; iuxta nostros iudaiçãtes in fine mũdi cũ intrauerit pleni-
Rom.11.c tudo gentiũ: tunc omnis israel saluus fiat: sed hæc omnia in primo intelligamus aduentu: Neq; enim possumus cum una dies dicat & nunc & supra, illã referre ad primum aduẽtum, & istam, ad secundum: ne per hæc quæ sequuntur & illa quæ præcesserunt ad eum referẽda sint christum: quem iudæi nec dum uenisse, sed uenturum esse contendũt. Post uocationẽ igitur gentium quæ quondam in caudam reputatæ sunt, israel in caudam reputabitur: ut apponat dominus secundo manum suam, & possideat resi-
Esa.10.c duum populi sui: de quo & supra legimus: non omnem
B israel sed reliquias esse saluandas: quæ relictæ fuerint ab
Actũ.2.g assyrijs & ab ægypto: & a diuersis per circuitum nationibus. Primum enim duodecim apostoli, & septuaginta & centum uiginti animæ, & quingenti: quibus pariter congregatis dominus apparuit: deinde tria milia & quinq; milia
Ibi.21.d iudæorum in dominũ crediderunt. Iacobus quoq; ad Paulum apostolum loquitur: qui & ipse de reliquijs erat: Vides frater quanta milia sint iudæorum credentium: hi omnes
Ibi.2.a æmulatores legis sunt. Et in eodẽ uolumine legimus: Erãt autem in hierusalem habitantes iudæi uiri timorati, de uniuersis gentibus quæ sub cœlo sunt: qui omnes mirabantur atq; dicebant: Nonne isti galilei sunt: & quomodo nos audiuimus unusquisq; linguam nostram in qua nati sumus? Parthi & medi & elamitæ & habitantes in mesopotamia & Syria, cappadocia, ponto & asia, phrigia & pãphilia, ægypto & libya & cyrenæ & aduenæ rhomani, iudæi & .pselyti, cretes & arabes: audiuim9 loquẽtes eos nostris linguis magnalia dei. De his igitur uniuersis gentibus, per apostolos israel reliquiæ saluabuntur. Tradunt ecclesiasticæ historiæ quod apostoli in toto orbe dispersi euangelium prædicarint: ita ut quidam persas indosq; penetrarent: & æthiopia daret manus suas deo: & trãs flumina æthiopiæ inde christo munera deferrẽtur. Ac ne solum orientales populos significare uideatur: iungit & reliqua: Et ab insulis maris. Insulas autẽ maris occidentalem plagam significat quæ oceani ambitu clauditur. Leuabit igitur signum crucis in uniuersas nationes: & de synagogis iudæorum, primum israel populũ congregabit: ut apostoli præceptum saluatoris implerent, qui
Matt5.10.a dixerat: Ite ad oues perditas domus israel. Denicq; & Pau-
Actũ.13.g lus ad incredulos loquitur ex iudæis: Vobis oportebat primum loqui uerbũ dei: sed quoniam repulistis illud & indignos uos iudicastis æternæ uitæ: ecce conuertimur ad gentes, sicut præcepit nobis dominus. Quatuor autem plagas, Orientem & occidentem, meridiem & septentrionem significat: ut per hæc mundi uocatio demonstretur. Eo tempore inquit Esaias, nequaq; ephraim & iudas qui nunc me prophetante inter se hostili odio dissident inimici erunt: sed iu-
Esa.7.c xta Ezechielis prophetiam: duæ uirgæ in unam uirgam co-

a Et erit in die illa: adiiciet dominus secundo manũ suã ad possidendũ residuum populi sui, qd derelinquetur ab assyrijs, & ab ægypto, & a phetros, & ab æthiopia, & ab elam & a sennaar: & ab hemath & ab insulis maris. Et leuabit signũ in nationes: & cõgregabit pfugos israel: & dispersos iuda colliget a quatuor plagis terræ: & auferetur çelus ephraim: & hostes iuda peribunt. Ephraim non emulabitur iudam: & iudas non pugnabit contra ephraim. Et uolabunt in humero philistim per mare: simul prædabuntur filios orientis: & idumæa & moab præceptum manus eorum: & filij ammon obedientes
b erũt. Et dẽsolabit dominus linguam maris ægypti: & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in riuis septem: ita ut transeãt per eum calciati. Et erit uia residuo populo meo qui relinquetur ab assyrijs sicut fuit israel in die qua ascendit de terra ægypti.

C pulabuntur: & iungentur in christi ecclesiã qui prius fuerãt separati: ita ut in gentibus communi labore desudent: & uolent in humero philistim per mare: hoc est primum maritimis prædicent palæstinis: & per mare uolucri cursu pergãt ad cæteras nationes: Siue iuxta Lxx. interpretes πελαδήσουσι ταὶ ἐν πλοίοις ἄλλοφύλων θάλασσαν ἅμα προμοῦσι .i. uolabũt in nauibus alienigenarum, mare simul prædabũtur: qd de unius Pauli apostoli exemplo intelligamus: qui per pamphiliam & asiam & macedoniam & achaiam: & diuersas insulas atq; prouincias: ad italiam quoq;, & ut ipse scribit ad hispanias: alienigenarũ portatus est nauibus. Ig itur ephraim & iudas: id est qui de duodecim tribub9 in christũ crediderunt ex iudæis, simul prædabũtur orientem: & in idumæa & moab extendent manus suas: Iuxta illud qd sub persona dauid christus mystice loquit̃: In idumæam extendam calciamentum meum: mihi alienigenæ seruient. Hæ enim gentes eo tempore quo Esaias prophetabat, aduersariæ erant populo iudæorum: & idcirco nunc dicit quod postq; surrexerit radix iesse ut regnet in gentibus: & uexillum crucis ob salutem totius orbis fuerit eleuatum: tunc etiam idumæa & moab & filij ammon: omnis scilicet arabiæ latitudo dent apostolis manus: & in locis idololatriæ christi ecclesiæ suscitentur. b ¶ Et desolabit dñs linguã maris ægypti ꝛc. Quomodo idumæa & moab & filij ammon tradẽt manus suas apostolis ut obediant euãgelicæ prædicationi: sic ipse dñs qui in apostolis suis illa perfecit: desolabit non mare iuxta Lxx. sed iuxta hebræos linguam maris ægypti quæ prius contra dominum blasphemabat & superstitioni ægyptiæ præerat. Vnde & in psalmis legim9: Hoc mare magnum & spacioſum: ibi reptilia quorum non est numerus.
Ibi.103.c Quibus infertur: Draco iste quẽ plasmasti ut illuderet ei. Desolabit igitur siue interficiet: hoc est ἀναθεματίσει, ut Theodotio, Aquila & Symmachus transtulerunt, linguam maris ægypti: & leuabit manũ suã sup flumia ægypti in fortitudine spũs sui: uel spũ uiolẽtissimo, qd regnũ intelligim9 rhomanoꝝ. Regnãte eñ Cæsare augusto, qñ flos de radice iesse cõscẽdit: & in orbe rhomano prima facta est descriptio: potẽtissimũ prius regnũ ægyptioꝝ qd multis durauit ætatib9: Cleopatræ morte destructũ est: & pcussus ẽ amnis ægypti9 in septẽ riuis siue ĩ septẽ uallib9. Nilus eñ aq̃ꝝ multaꝝ q pri9 uno fluebat alueo & ĩtrãsibilis erat: in septẽ ualles humillimas & riuos diuisus ẽ atq; cõcissus, ut calciatis pedib9 trãsiret̃. Hoc aũt tropologice significat, qd gentẽ ægyptioꝝ intantũ idololatriæ & uanissimæ supstitioni deditã: ut accipitres, noctuas, canes & hircos & asinos diuio noie cõsecrarent, de infinita regni potentia per singulos rhomani imperij iudices distribuerit: ut alium iudicem habeat thebe, aliũ libya, aliũ pentapolis, aliũ ægyptus, alium alexandria: & diuersæ regiões q̃s μόμους ægyptij uocãt. Propterea aũt sub metaphora nilus diuisus in ptes est, & scissus in riuos: ut possit absq; ullo ĩpedimẽto euãgelic9 sermo discurrere: & ad pp̃os ægypti ultios puenire: Et quõ tpib9 moysi rubrũ siccatũ ẽ mare ut pp̃s de ægypto fugeret: Sic ecõtrario ægypti flumia siccabũt̃ ut reliquiæ pp̃i dei quæ ab assyrijs & diuersis gẽtib9 saluabũt̃ trãseãt in ægyptũ. Nequaq; fugiẽtes eã, sed capiẽtes

D Tropo.

E

sed capiẽtes & suo calcãtes pede. Prudẽs & christianꝰ lector hãc habeat repromissionũ ꝓphetaliũ regulã: ut quæ iudæi & nostri, ĩmo nõ nostri iudaiçantes carnaliter futura cõten/ dũt: nos spiritaliter iam transacta doceamus: ne ꝓ occasionẽ istiusmodi fabularum & inextricabilium iuxta Apostolum quæstionũ, iudaiçare cogamur. Ca. XII

Et dices in die illa: Cõfitebor tibi dñe quoniã iratus es mihi: conuersus est furor tuus & consolatus es me. Ecce deus saluator meus, fi/ ducialiter agam & non timebo: quia fortitudo mea & laus mea dominus deus: & factus est mihi in salutem. b Hauꝛietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Et c dicẽtis in illa die: confitemini domino & inuocate no/ men eius: notas facite in populis adinuẽtiones eius: me mentote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniã magnifice fecit: annunciate hoc in uni/ d uersa terra. Exũlta & lauda habitatio sion: quia magnꝰ in medio tui sanctus israel.

Exo. 15. a

Et dices in die illa: Cõfitebor tibi dñe Ca. XII

a Quoniã iratus es mihi: conuersus est furor tuus & consolatus es me. Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam & non timebo: quia fortitudo mea & laus mea dominus deus: & factus est mihi in salutem.

Quui prius in solitudine dixeratis, quando ascẽdistis de terra ægypti, & mare siccatũ est rubrũ. Cantemus domino, gloriose eñ magnificatus est: & reliq̃: Nunc percussa lingua maris ægypti: & flumine illius arefacto atq; conciso & humiliato, glorificate dñm & dicite: Cõfitebor tibi domine quoniã qui irã merui & furorem tuũ, misericordiam consecutus sum: tu es enim saluator meus, id est iesus: & nequaq; fiduciam habebo in idolis: nec timebo quæ non sunt timenda: sed tu es fortitudo mea & laus mea, qui factus es mihi in salutẽ. Audiat sceleratissima hæreses, factum dñm his qui saluãtur, & quorũ prius dñs nõ erat: ut creationem in scripturis sanctis atq; facturam, non semper conditionem eorum quæ non erant: sed interdum gratiam in eos qui meruerint sibi deum fieri intelligamus.

b Hauꝛietis aquas in gaudio de fontibus saluatoꝛis. Quem supra emmanuel: deinde, spolia detrahe, festina prædari: & reliquis appellarat nominibus: ne uideretur alter esse præter eum quem gabriel uirgini nunciauit dicens: Et uocabis nomen eius iesum: ipse enim saluum faciet populũ suum: Nunc uocat saluatorẽ, & de eius fontibus aquas præ dicat hauriendas: nequaq; de aquis fluminis ægypti, quæ percussæ sunt: neq; de aquis fluminis rasin: sed de fontibus iesu: hoc enim hebræorum lingua saluator exprimitur. Vñ & ipse clamabat in euangelio: Qui sitit, ueniat ad me & bibat. Qui crediderit in me, sicut dicit scriptura: Flumina de uẽtre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem inquit euangelista dicebat de spiritusancto quem credentes in eum acceꝓturi erant. Et in alio loco ipse loquitur euangelij: Qui biberit de aqua quam ego dedero ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Fontes saluatoris, doctrinam intelligamus euangelicam: de qua in sexagesimosepti/ mo psalmo legimus: In ecclesijs benedicite deo domino de fontibus israel. c Et dicetis in illa die: Confitemini dño & inuocate nomen eius: & cuncta opera eius prædicent infidelibus: ut sciant, quoniã solus excelsus est: cui cantandũ sit qđ magnifice fecerit: & in oñi orbe illius misericordia prædicet. d Exulta et lauda habitatio sion. Primũ dicendum iuxta literam. O habitatio sion, exulta & lauda deum tuum: qđ qui tuus ante uidebatur deus, & modicis iudeæ terræ claudebatur angustijs: nunc repleuerit omnem terram scientia sua: & de morte consurgens, regnet in gentibus: & ipsum nationes de præcentur atq; adorent: ita dũtaxat ut adijciat secundo manum suam ad possidendum quod reliquũ est populi sui: & congregandos profugos israel: & dispersos iuda colligẽdos a q̃tuor plagis terræ: quia seminariũ euangelij ꝓ apl̃os q̃ ex iudæis erãt ꝓcessit a fontibꝰ isrl̃. Meliꝰ aũt est, ut sion. i. speculã in sublimibꝰ collocatã interpretemur ecclesiã: De q̃ & qn q̃gesimus psalmus canit: Benigne fac dñe in bona uolũtate tua sion: & ædificentur muri hierusalem: ut acceptabile fiat in ea deo sacrificium iusticiæ oblationes & holocausta: & uitulus: quem filio pœnitẽti pater clæmentissimus ĩmolauit.

F

Iob. 1. d

Ibidem. 7. f

G

Ibi. 4. b

H

Cõmentarij quarti in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM VIRGINEM PROEMIVM

PLures anni sunt qđ a sanctæ memoriæ uiro Amabili epiſcopo rogatus, ut in decẽ Esaie scribere uisiones. Pro angustia illius temporis quid mihi uideretur in singulis breui sermone perstrinxi: historiã tm̃ quod petebat edisserens: Nunc ad te φιλοπτόνη/τάτη eustochiũ cogor in totũ prophetã cõmentarios scribere: & interim orationibus tuis ad babylonem usq; peruenimus, quæ prima decem uisionũ est: de quibus ante iã dixi. Superfluum autem mihi uisum est: aut eadem rursus iterare: aut in uno opere diuersas sententias ꝓmere. Vnde quintus in Esaia hic liber est: qui quondã solus æditus est: quo ad calcem usq; perlecto, sexti uoluminis iuxta tropologiam arripiemus exordium, & eadem te dominum deprecante, spiritalis intelligentiæ culmina persequemur.

EIVSDEM AD AMABILEM EPISCOPVM IN EXPLANATIONEM DECEM VISIONVM ESAIAE PROLOGVS

HVc usq; papa Amabilis columen charitatis & nomẽ: ac mihi omniũ quos terra genuit amatissime, per literas flagitabas, ut tibi decem uisiones quæ in esaia obscurissime sunt, historica expositione dissererem: & omissis nostrorum cõmentarijs: qui uarias opiniones secuti, multa uolumina condiderunt, hebraicã panderẽ ueritatem. / mecq; retractantẽ

A mecꝙ retractantem,& molestissimũ explanationis genus in tempus aliud differentẽ, sæpissime cõmonebas. Hoc autẽ anno misisti filiũ nostrũ Heradium diaconũ: quẽ me manu cõserta in ius uocaret,& ꝓmissum per momẽta exigeret. Quid igitur faciam? subeam ne opus in quo uiri eruditissimi sudauerũt: Origenem loquor & Eusebium pamphili: quorũ alter liberis allegoriæ spatijs euagatur: & interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit ecclesiæ sacramenta: Alter historicã expositionẽ titulo repromittens, interdũ obliuiscitur ꝓpositi: & Origenis fata cõcidit: an taceam & aperte huius generis expositionẽ nescire me dicam? & quãdo tibi potero persuadere me non potuisse magis cꝙ noluisse: quorum alterum imbecillitatis est, alterũ superbiæ. Quibus adactus causis, malui a te ingeniũ meũ cꝙ uoluntatẽ quæri: breuiterqꝙ adnotabo quæ didici, fundamẽta iaciens scripturarũ. Cæterũ si aut tu uolueris, aut spaciũ fuerit, & uoluntati nostræ christus annuerit, spirituale supra struendũ est ædificiũ: ut imposito culmine, perfecta ecclesiæ ornamenta monstremus. Proposuisti de Esaia uisionem babylonis, & philistim, moab, & damasci, ægyptiqꝙ, & deserti maris, & idumææ, & arabiæ, & uallis uisionis, & tyri: quas si latius nitar exponere, multis libris opus erit: & exactoris mei nauigatio in annum alterum differetur. Itaqꝙ ut uis singulis testimonijs breues sententiolas coaptabo: ut non tam exponã quid sentiã, cꝙ paucis uerbis tibi sentiẽda dimittã. Dictamus hæc, non scribimus: currente notariorum manu, currit oratio. Nolumus enim nostra laudari, sed ꝓphetæ dicta intelligi: nec iactamus eloquentiã, sed scientiam quærimus scripturarum. Incipiamus ergo a babylone.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER QVINTVS

B ONus babylonis qꝺ vidit Esaias filꝰ Amos



Verbum hebraicum מַשָּׂא uel onus uel pondus intelligi potest. Et ubicũqꝙ præpositũ fuerit, minarum plena sunt quæ dicuntur. Vnde miror Lxx. translatores in re tristi uoluisse ponere uisionẽ. sed de hoc aꝑs. Nunc qꝺ cœpimus exeq̃mur: Babylon fuit metropolis chaldæorũ: cuius rex nabuchodonosor cunctis usqꝙ ad æthiopiã gẽtibus supatis, inter cæteras uastauit & iudæam: diuqꝙ obsessam hierusalẽ, undecimo anno cœpit regni sedechiæ: Quẽ & ipsum captũ duxit in antiochiã quæ tũc uocabat reblata: ibiqꝙ corã patre filijs interfectis, oculos Sedechiæ iussit auferri: excæcatũqꝙ misit in caueã: & in ritũ feraꝝ traxit in babylonẽ: cõpleto uaticinio Hieremie qꝺ canebat: Intrabis in babylonẽ & nõ uidebis eã. Ad cõsolationẽ ergo ꝓpli iudæoꝝ babylonis ruina prædicit: qꝺ quõ Niniuæ metropolis assyriorum: quorũ reges Phul & Theglathphalasar & Salmanasar & Sennacherib decẽ tribus cœperant, chaldæa uastãte subuersa est: ita etiã hæc quæ cõtra deum supbierit, mœdorũ atqꝙ ꝑsarũ impetu subuertat. b ¶ In montẽ caliginosũ ꝛc. Montẽ caliginosũ siue tenebrosũ, qꝺ hebraice dicit הַר־שְׁאוֹן babylonẽ ꝓpter supbiã intellige. Isti sunt mõtes tenebrosi, tristiciã & caliginẽ præferẽtes: de qbus Hieremias ait: Date gloriã dño deo uro: anteqꝙ offẽdãt pedes uestri ad mõtes tenebrosos: Præcipiturqꝙ uel ãgelis uel qbuslibet ministris: ut iubẽte deo & exaltata nuncioꝝ manu, uẽtura babyloni captiuitas prædicet. c ¶ Et ingrediant portas duces ꝛc. Principes & gigãtes iuxta Lxx. trãslatores: Eusebius uirtutes angelicas interpretat & pessimos dæmones: q ad euersionẽ babylonis missi sunt. Nos aũt historiæ ordinẽ ꝙsequẽtes, mœdos esse dicimus. De qbus in cõsequẽtib⁹ apti⁹ scriptura testat dicẽs: Ecce ego suscitabo super eos mœdos q argẽtũ nõ quærãt, nec aurum uelint. Nec miꝝ si mœdos ad subuersionem babylonis sctificatos uocet: cũ ꝙ Hieremiã ipsum nabuchodonosor, qa eius impio seruiebat, destruẽs præuaricatricẽ hierlm, seruũ suũ & colũbã dixerit. Porro qꝺ ait: Fortes meos & exultãtes in gl̃ia mea: Ostendit eos nõ suis uirib⁹, sed dei ira tã sublimis regni potẽtiã subuertisse. d ¶ Vox multitudinis in montibus ꝛc. Mœdorũ atqꝙ ꝑsarũ describit impetus: qꝺ mꝝtis secũ auxilijs cõgregatis, dño eoꝝ exercitũ præcedẽte ad uastitatẽ ueniãt babylonis ut dispdant omnẽ terrã: nõ ꝙ totũ orbem uastauerint, sed oẽm terrã babylonis & chaldæorũ. Idioma est eñ sanctæ scripturæ ut oẽm terrã illi⁹ significet, ꝓuinciæ de q̃ sermo est: qꝺ qdã nõ intelligẽtes, ad oĩm terrarũ subuersionẽ trahũt. e ¶ Vlulate qꝛ ꝛc. Apostropha fit ad ꝓplm chaldæorũ: ut uẽtura mala fletib⁹ resonẽt: nec de ruina ambigãt ciuitatis, cũ dñs uastator aduenerit. f ¶ Propter hoc oẽs manꝰ ꝛc. Hoc expositiõe nõ indiget: sed breuiter indicat qꝺ tantũ maloꝝ põdus incũbat: ut pugnatoꝝ babylonis soluãt manus & cor pauore lãgueſcat: & in morẽ ꝓturiẽtiũ fœminaꝝ dolor torqueat uiscera: & unusqsqꝙ alteri⁹ quærat auxiliũ, luridã faciẽ pallore circũferẽs: naturale ẽ eñ ut iminẽtib⁹ malis alios sape plus putem⁹. g ¶ Ecce dies dñi uenit crudelis ꝛc.

Hiere. 39. b et. 52. a

Hiere. 34. a

Hiere. 13. d

Infra. d

E lis ꝛc. Crudelē diem uocat: non merito sui sed populi. Non est em̄ crudelis qui crudeles iugulat: sed q̄ crudelis patien/tibus esse uideatur. Nam & latro suspēsus patibulo, crudelē iudicē putat. Simulq; solitudo & uastitas terræ babyloniæ nunciatur: & causa uastitatis exponitur, qđ propter accolas eius hæc omnia fiant.

a Quoniā stellę cęli et splendor ꝛc. Ver/bum hebraicū בְּסִילֵי Lxx. ὡρίωνα transtule/rūt. Hebræus quo ego præceptore usus sum: arcturū interpretatus est. Nos gener-liter se quētes Symmachum stellas diximus. Est au tem sensus: quod cū dies dñi crudelis ad/uenerit: & furor eius uniuersa uastarit, præ timoris magnitudine mortalibus cuncta te/nebrescāt: & sol ipse & luna astraq; rutilantia suū uideantur negare fulgorē. Vnde & cœlū sacco induit, qđ scili/cet tenebræ cūcta ope riant: & præmētibus malis nihil aliud sen/tiant hoies, nisi quod mens uidere cōpellit.

b Et uisitabo super orbis mala ꝛc. Ex hoc loco & ex supiore ubi scriptū est, qđ obtene/brescat sol in ortu suo: & luna caligine cōplea tur: & stellæ fulgorē re trahāt & totius orbis iniqtas uisitet: Qui/dā putant nō de baby lonis ruina: sed de mū di consumatione præ/dici: cum utiq; scđm supiora & orbis q he/braice dicit תֵּבֵל & græce οἰκουμένη, babylon intelligēda sit. οἰκουμένη em̄ lingua nostra habitatā sonat: & habitata pro/pter ingentē populi multitudinē babylon dicit: ut ubi pri⁹ fuerat innumerabilis turba ppl̄orū, ibi sit uastitas & habita/tio bestiarū.

c Preciosior erit uir auro ꝛc. Causa mani/festa quare deus uisitet οἰκουμένην. i. babylonis mala: ut ha/bitatore deserta redigat in solitudinē. Preciosum autē dicit omne qđ rarū est: quō & supra iuxta historiā, pro hominū raritate apprehendere legimus septē mulieres unū uirum, dicentes: Panē nostrū comedemus & uestimētis nr̄is operie mur, tantūmodo inuocet nomen tuū sup nos: aufer oppro briū nostrū. Et in Samuelis uolumine continet: Sermo dñi erat præciosus in diebus illis. i. rarus. Nota quod in hebra/ico pro generali auro זָהָב, pro obriço אוֹפִיר scriptum est.

d Sup hoc cęlū turbabo ꝛc. Vel eo sensu accipe quo sup̄ de stellis & sole & luna & orbe exposuim⁹: uel hypbolicos, quod ab indignatione dei: & cœlum triste sit: & terra mo/ueatur: elementa quoq; omnia iram creatoris agnoscant.

e Et erit quasi damula fugiens ꝛc. Babyloniū significat & chaldæoꝝ ppl̄m, qđ ita pauidus ad irruptionē mœdorū, p/sarūq; fugiat, q̄si damula & ouis rugitū leonis & ululatū lu/pi: nec habeat defensorē aut principē cuius sequat imperiū.

f Unusquisq; ad populū suum conuertet ꝛc. Postq; capta fuerit babylon, & per portas eus intrarit hostilis exercitus: cuncta auxilia & diuersarum gētium turmæ quibus prius ciuitas defensabat, ad suas ꝓuincias reuertent.

g Omis nus, & iræ furoriſq; ad ponēdam terrā in solitudinē: & peccatores eius cōterendos de ea. Quoniā stellæ cœli & splendor earū nō expandēt lumē suū: obtenebrat⁹ est sol in ortu suo: & luna nō splēdebit in lumine suo. Et ůi/sitabo sup orbis mala & cōtra impios iniquitatē eorū: & quiescere faciā supbiā infideliū, & arrogantiā fortiū humiliabo. Prēciosior erit uir auro & hō mūdo obriço. Sůp hoc cœlū turbabo, & mouebit terra de loco suo: p/pter indignationē dñi exercituū: & propter diem iræ fu roris eius. Et ērit quasi damula fugiens & quasi ouis: & nō erit qui congreget. Vnůsquisq; ad populū suū con/uertet: & singuli ad terrā suā fugient. Omnis qůi inuen tus fuerit, occidet: & oīmis q supuenerit, cadet in gladio. Infantēs eorū allident in oculis eorū: diripient domus eorū & uxores eorū uiolabunt. Eccē ego suscitabo sup eos mœdos qui argentū nō quærāt, neq; aurum uelint. Sed sagittis paruulos interficiēt: & lactētibus uteri nō miserebunt: & sup filios nō parcet oculus eorum. Et ērit babylon illa glorioſa in regnis: inclyta in superbia chal/dæorum: sicut subuertit dominus sodomā & gomor/ram: non habitabitur usq; in finē: & nō fundabit usq; in generatiōe & generationem. Nec pōnet ibi tentoria arabs: nec pastores requiescent ibi: sed erunt ibi bestiæ: & replebunt domus eorū draconibus: & habitabūt ibi struthiones: & pilosi saltabunt ibi. Et respondebunt ululæ in ædibus eius: & syrene in delubris uoluptatis.

Prope est

G

b Infantes eorū allident in oculis eorū ꝛc. Hoc est qđ Dauid in spiritu ꝓphetat: Filia babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionē tuā quā retribuisti nobis. Bea/tus qui tenebit & alli/det puulos tuos ad pe trā. Tāta erit urbis ua/stitas & uictorū sæui/tia: ut nec innoxiæ par catur ætati: ut cunctæ domorum diripiātur opes: & in conspectu maritali uxorū uiolet pudicitia. Ps. 136. b

oñe q̄ dixit, unū uerbū dei sit, i. una snīa. Porro iuxta Lxx.
qui interpretati sunt: Interiora prophetæ quasi murū reno/
uata a deo: & erubescere eum. i. moab & intrare ad aras, &
ad ea quæ manu facta sint: ita differere possumus, ut dica/
mus semper, pphetæ renouari uiscera: & a deo fieri fortiora:
ut aduersarij cōfundanť: & ea quæ humana manu fabrica
ta sunt cassa intelligāt, & nihil ad salutē, pficiētia. a ¶ Et
nūc locutus est dñs dicēs ⁊c. Tres anni in q̄bus auferet glo
ria moab sup oñi pplo eius mlto, ul' diuitijs mltis: ut Lxx.
trāstulerūt: mystice intelligēdi sūt. Sicut eñ miscđia dñi in
ponderib⁹ est atq; mēsura: sic & cruciatus ac supplicia habēt
mēsurā suā: ut postq; tres anni trāsierint, in q̄bus relinqueť
paruus & modicus & neq; multus: tūc inglorius esse desi
Eçech. 4. b stat. Et hoc notandum, qđ iuxta Eçechielis, pphetiam: qñ
dies, p ānis numeranť israeli, hoc est decē tribub⁹, quæ ma/
iora peccauerant: supputentur in pœnis, anni trecenti no/
naginta, ut uulgata æditio habet: & iudæ in quo erat templum dei
Sapi. 6. a ānī q̄draginta. Qui eñ paruus est mereť misericordiā: Po/
tētes aūt potēter tormēta patiētur: Et seruus q̄ scit uolūta/ Luc. 12. f
tē dñi sui, & nō facit eā: uapulabit multū. Moab igiť qa ex/ G
ternus erat, nec de pplo dei, sed relicto errore cōuersus: non
ānis plurib⁹: sed tātū trib⁹ paru⁹ & modicus, & inglorius re
linqueť. Isti sunt ānī, de q̄bus & alibi legim⁹: Recordamini Infra. 46. c
dierū sæculi. Et iterū:
Cogitaui dies anti/ Ps. 76. b
quos, & ānos æternos
in mente habui. Si eñ
umbræ & exēplaribus
seruiebat iuxta carnē
isrl: & oīs cor solēni/
tas futurorū erat ty/
pus: quare nō & anni
pñtis tpis, futura tpa
pfigurēt: de q̄b⁹ & in
alio loco legim⁹: quid Osee. 9. a
facietis in dieb⁹ cōuen
tus, & in diebus festi/
uitatis domini: Q đ/
q̄ iungiť: Quasi anni mercenarij: hoc ostendit q̄ falsa do/
ctrina, p lucro cūcta faciat atq; cōpendio: Omnis eñ merce Iob. 10. b
narius, & q nō est pastor, cui⁹ nō sunt oues: cū uiderit lupū
uenientē fugit: qa mercenarius est, & oues ad eū nō ptinēt.
Quobrem puto aduenam & mercenarium de sanctis non
comedere: nec seruos sctōr esse participes: Nō eñ ob dile/
ctionē dñi, sed ob mercedē cūcta faciūt: q comedūt domos Matth. 23. b
uiduarū &, pprios abducūt greges: ut lanis eor uestianť, &
lac mulgeant. Q de doctrina dixim⁹ mercenaria, referam⁹
ad cætera. Si præbeo elemosynā, ut glorificer ab hoīb⁹, rece
pi mercedē meā, & mercenari⁹ appellādus sum. Si castū eē
me simulo, & alicđ est ī cōscia mea: habeo nō gloriā mercena
rij: sed supplicia pctōris. Et in cōparatiōe duor malor, le/
uius malum est aperte peccare: q̄ simulare & fingere sancti H
tatē. Ver & in hoc, pfectus est moab, ut q prius multos er/
roris sui habebat comites, postea redigať ad paucos: uel q
prius multus erat in diuitijs pctōr, post pœnitētiā paruus
& pauper sit in malicia.

¶ Finis

meus ad moab quasi cithara sonabit: & uiscera mea
ad murum cocti lateris. Et erit cum apparuerit quod
laborauit moab ab excelsis suis, ingredietur ad san/
cta sua ut obsecret, & non præualebit. Hoc uerbum
a quod locutus est dñs ad moab ex tunc. Et nūnc locutus
est dominus dicens: In tribus annis quasi annis mer/
cenarij auferetur gloria moab super omni populo mul
to: & relinquetur paruus & modicus, neq; q̄ multus.

¶ DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTIMVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

SEptimus liber idē iuxta anagogen secundus est: imo extremus. In hoc eñ decem ui
sionū tropologica explanatio terminať: quē cum tuis eustochium p̄cibus, & christo
auxiliante cōpleuero, ueniā ad octauū: & utrāq; explanationē iuxta priores usq; ad
quartum libros pariter explicabo.

¶ COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER SEPTIMVS.

ONus damasci. Symmachus & Theodo/
tio, assumptio damasci. Lxx. uerbum cōtra dama
scū, ad dentes
de suo, qđ & in moab
fecere principio. Damasci primū nomē in Geneſi legimus:
Geñ. 15. a דַּמֶּשֶׂק qui añ Isaac fuit uernaculus abraham, & putabatur hæres
nisi esset saræ filius ex, pmissiōe generatus. Interpretať aūt
aut sanguinis osculū, aut sanguinē bibens, aut sanguis cili/
cij: quæ oīa populo cōueniunt ethnicor, q ante fidē christi
amicus erat sanguinis, & crudelitatis & digna opa planctu
2. para. 24. f agebat & sacco. In dierū libro narrat historia: qđ impleto
anno ascenderit contra Ioas regem iudæ exercitus syriæ: &
uenerit in hierusalem, & omnes principes populi interfece/
rit: cunctamq; prædam miserit regi damasci: qui cum pau/
cis uiris uenerat: & deus tradiderat in manu eorum multi/
tudinem magnā nimis: eo q reliquissent dñm deum pa/

ONus damasci. ¶ Ca. XVII

trum suor. Q iuxta Anagogen & futurorū typū consyde
rādū est: utrū ad tēpus dñici aduētus referre ualeam⁹: Post
finē eñ anni acceptabilis, in quo a saluatore est euangeliū
prædicatum, ascendit de damasco gentiū exercitus in pau/
cis uiris contra iudam & hierusalem qui reliquerant domi
nū: & oñes eorū legis
ac, pphetarum abstu/
lere diuitias, & mise/
rūt regi damasci: uiris
scilicet ecclesiasticis & doctrinæ euangelicæ: qui ad compa/
rationē totius mūdi, adhuc tūc infidelis, & in toto orbe disp
sor iudæor pauci erāt: & tñ dñs tradidit hierusalē in ma
nibus eor: eo q dereliq̄ssent dei filiū q p, pphetas añ præ/
dictus est. Ego ob hāc causam reor, & Saulū q postea Pauli Act. 9. a
ex ꝟtute nomē accepit: qa æmulator erat legis isse damascū
& cōtra credentes ex gentib⁹ pugnare uoluisse: ibiq; supera
tū eos secutū qui in damasco uersabantur: ut inde rursum
hierusalem iudæos expugnaturus ascenderet. Nec alicui ui
deatur esse contrarium, si in Paralipomenon libro læta de
damasco: & nunc in Esaia tristia prædicentur: quia & de
ipso israel qui certe portio dei est: nunc aduersa, nunc

prospera

A prospera nunciantur. Et quomodo est israel iuxta carnem: & ad gentes dicitur: uos gentes iuxta carnem, qui dicimini præpucium ab ea quæ appellatur in carne circūcisio: sic ecō trario est israel iuxta spiritū: & sunt gētes iuxta spūm: & inter cæteras gentes est damascus iuxta spiritū: ne tantum iudaicis fabulis acquiescamus. a ¶ Ecce damascus desinet esse ciuitas/ erit sicut aceruus lapidum in ruina ⁊c̄. Sicut in titulo demonstratum est, per damascum uocatio gentium significatur: quæ amabant uel bibebāt sanguinē: quæ postq̄ in christū crediderit, pristinæ cō uersatiōis ciuitates esse desistent: & erunt sicut aceruus lapidū in ruina. Quomō enim acerui lapidum qui in agris dispersi sunt, in unum tumulum comportantur: sic de uniuersis natiōibus acerus credentium congregatus est in ruina populi iudæorū: illis cadentibus, & nobis surgētibus. Derelictæ q̄q̄ ciuitates עֲרוֹעֵר i. myricæ, ecclesiasticis

B gregibus erunt: ut q̄s iudæi deseruerūt: nos incolamus: siue destructa idololatria extruet euangeliū: hoc & nr̄is temporibus uidemus esse completum. Serapis in alexandria: & marnæ templum gazæ, in ecclias domini surrexerunt: & ciuitates Aroer euāgelicis gregibus præparatæ sunt. Aroer, id est myricæ, nascuntur in desertis locis: iuxta illud q̄ scriptū est in maledictione eius hominis, qui confidit in homine: & a domino recedit cor eius: Erit inquit quasi myricæ in deserto, & non uidebit bonū cum uenerit: sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili. Alij ꝯo dicunt ex hac arbore maleficis artibus μίσρα, id est, odia concitari. Ergo qui prius erant in deserto gentilium, & in odio nominis christiani, christi gregibus seruient: qui requiescēt in eis: & non erit qui exterreat: quia dominus habitabit inter eos: & præsente pastore, lupum timere non poterūt: Tūc cessabit adiutorium dei ab ephraim, qui in hoc loco intelli-
Osee. 5. &. 8 guntur scribæ & pharisæi: iuxta Oseæ prophetiā: qui cōtrarios populo dei, ephraim nominat. Et regnum cessabit a damasco: ut nequaq̄ peccatum & peccati princeps diabolus regnet in damasco, quæ prius sanguinem diligebat: sed reliquiæ syriæ, id est, qui ex gētibus crediderūt sint sicut prius fuerāt filij israel: ablato ab illis regno dei, & tradito gentib⁹ quæ faciūt fructum eius: sicut dñs deus exercituū locutus est p̄ omnes prophetas suos. b ¶ Et erit in die illa attenuabitur gloria iacob ⁊c̄. Postq̄ reliquiæ syriæ fuerint sicut quondā fuerat gloria filiorū israel: & delicto eorum salus gentibus data: tunc attenuabit omnis gloria iudæorū qua
Matth. 9. d glorioſi erant in uniuerso orbe: & pingues carnes eorum tabescent: non habentium prophetas, nō signa atq̄ uirtutes, nō præsens auxiliū dei, nō sacerdotij dignitatē: sed oīe corpus gentis eorū emarcescet: & redigetur ad nihili. Cūq̄ dicatur de uocatione gentiū: Messis multa, operarij autē pau-

a Ecce dāmascus desinet esse ciuitas: & erit sicut aceruus lapidum in ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt: & requiescent ibi, & non erit qui exterreat. Et cessabit adiutorium ab ephraim: & regnum de damasco: & reliquiæ syriæ, sicut gloria filiorum israel
b erunt, dicit dominus exercituum. Et ērit in die illa, attenuabitur gloria iacob: & pingues carnes eius tabescent. Et erit sicut congregans in messe quod restiterit: & brachium eius spicas leget: & erit sicut quærens spicas in ualle raphaim. Et relinquet in eo sicut racemus: & sicut excussio oliuæ, duarū aut trium oliuarum in sūmitate rami: siue quatuor aut quinq̄ in cacuminibus eius fru
c ctus eius, dicit dominus deus israel. In diē illa inclinabitur homo ad factorem suum: & oculi eius ad sanctum israel respicient. Et non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius: & quæ operati sunt digiti eius: non respicient lucos & delubra.

b HEB. ¶ In diē illa erunt ciuitates fortitudinis eiꝰ derelictæ sicut aratra & segetes quæ derelictæ sunt a facie filiorum israel: Et erit deserta. Quia oblita es dei saluatoris tui: & fortis adiutoris tui nō es recordata

SEP. In die illa erunt ciuitates tuæ derelictæ sicut dereliquerunt amorræi, & euæi a facie filiorū israel. Et erunt desertæ: quia dereliquisti deum saluatorem tuum: & dñi auxiliatoris tui nō es recordata.

) Propterea

) Ideo

C רְמָאִים ephraim pharisæos scribasq̄ significent. Denicq̄ Lxx. pro ualle raphaī φάραγγα σεφάμ, id est, uallem durā, interp̄tati sunt: ut duritiam cordis iudaici exprimerent. De quorū humilitate eliguntur quasi in stipula spicæ, & q̄si in uindemia racemi, q̄ saluati fuerint: Et sicut excussio oliuæ, duarum aut trium oliuarum siue quatuor aut quinq̄. Quando enim uenit percussio populi iudæorum: oliua illa populi isr̄, quæ sub moyse sexcēta milia habuit armatorū: & sub Dauid numerāte Ioab innumerabilē populū: uix paucos fructus offerre potuit domino saluatori: duas oliuas Paulum & Barnabā: & tres oliuas, Petrum & Iacobum, & Ioānē: qui & in monte transfiguratum dominum cōspexerunt: & ad archisynagogi filiam ire cum domino meruerūt. Quatuor autem & quinq̄ oliuæ, reliq̄s nouem faciunt apostolos: in quibus iudæ proditoris locū Mathias obtinuit: q̄ utiq̄ pro diuersitate gratiarum quæ nobis ignota est: in q̄tuor & qnq̄ oliuas separati sunt: ut euangeliorum numerum & legis in se uolumina demonstrarent: quasi prædicatores utriusq̄ instrumenti. c ¶ In die illa inclinabitur homo ad factorem suum: ⁊ oculi eius ad sanctum israel respiciēt ⁊c̄. In illo tempore quando de populo israel, cui prius dicebatur: Oliuam fructiferam uocauit te dominus deus tuus: & de qua in psalmis legimus: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ: pro siccitate gratiæ spiritualis uix duas oliuas, & tres aut quatuor, aut quinq̄ dominus esuriēs reperit, subintrabit gentium plenitudo: & nequaq̄ ad idola manu facta: sed ad deum suum inclinabitur: & respicient sanctum israel: & aras lucosq̄ ac delubra contemnent: scientes illud scriptū: Omnis plantatio quā non plantauit cœlestis pater, eradicabitur. d ¶ In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictę sicut aratra ⁊ segetes ⁊c̄. Quomodo sub moyse & Iesu filio nauæ, amorræi & euæi siue cæteræ gētes quæ habitabant in terra repromissionis, dereliquerunt uomeres & segetes, & aceruos in agris, atq̄ fugerunt ne ab hostibus occuparentur: sic terra iudæa & oīes urbes illius robustissimæ, rhomanis iudæam uastantibus & obsidentibus hierusalem, a suis habitatoribus derelictæ sunt. Et fit apostropha ad ipsam terram iudææ, id est ad eos qui habitabant in illa. Hæc autem uniuersa perpessa es: quia oblita es dei saluatoris tui, q̄ interpretat̄ iesus: quē tibi uenturū lex & ꝓphetæ iugiter nūciabāt: & fortis adiutoris tui q̄ tuꝰ semꝑ opitulator fuit nō es recordata. Causa ergo desertæ urbiū iudææ, obliuio saluatoris est: q̄ in principio huiꝰ ꝓphetæ dixerat: Israel me nō cognouit & ꝓplus meꝰ nō intellexit.

Num. 26. f

2. Reg. 24. b

Act. 13. a

Matt. 17. a

D

Mar. 5. d

Act. 1. d

Psa. 127. a

Matth. 15. b

5. 1. a

) Propterea

E a Propterea plantabis plantationē fidelē ⁊c. Pro eo q̄ nos iuxta Aquilā & Symmachū & Lxx. interpretati sum⁹: in die hæreditatis: q̄d hebraice dicitur בְּיוֹם נַחֲלָה: legi pōt in hebraico, in die pessima. Et p eo q̄ Aqla & Theodotio interpretati sūt, & dolebit homo: nos docti ab hebræis: pro hoīe q̄ lingua eoꝝ dicitur אֲנוֹשׁ: interpretati sum⁹ אָנוּשׁ, i. grauiter. De cui⁹ uerbi ambiguitate si uitæ huius spaciū fuerit: in Hieremia plenius diserem⁹: ubi iuxta Lxx. dicitur: Et homo est & q̄s cognoscet eū? Dicā ergo quod proposui: Quia oblita es terra iudæa dei saluatoris tui: & eius q̄ tibi semp præbuit fortitudinē, non es recordata: propterea plantabis quidem plantationē fidelem: siue ut Aquila & Theodotio interpretati sunt, pulchram: aut Symmachus bonam, unum deū prædicans: Sed germen alienū seminabis, non recipiēs patrē, quia nō recipis filium: Qui em̄ credit in patrē, credit & in filium. Et quia germen alienū blasphemiæ, cōtra iesum seminasti in synagogis satanæ: ideo nō uindemiabis uuā, sed labruscā. Cūq̄ uisum fuerit, florere germen tuū, & aliquā habere pietatis umbrā, dum hoīes ab idolis retrahis: tamen q̄n ad fructus ueneris colligendos, in die hæreditatis dolebis grauiter, cernens gentium populum, tibi esse prælatum. Vnde & Apostolus loquitur: Tristicia mihi est magna & indesinens dolor cordi meo: Optabam enim ego ipe anathema esse a christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei iuxta carnē, qui sunt israelitæ: quorū est adoptio filioꝝ, & legislatio, & gloria, & testamentū, & repromissiones: quorū patres, & cætera: Q̄d nō solum Paulus, sed & omnis sanctus loquitur: uolēs cū ramis oleastri etiā radicem saluan. esse. Hæreditas autem illa est, quā a dño consequimur: de q̄ Apostolus ait: Diuisiones autē gratiarū sunt: idem autē spiritus: & diuisiones ministeriorū, idem aūt dñs: & diuisiōes operationū sunt, idem autē deus, qui operatur oīa in omnibus. Miretur quispiam: cur pro plantationibus pulchris & bonis: quod Aquila & Theodotio ac Symmachus interpretati sunt, nos fidelem plantationē dixerimus. Verbū hebraicum נֶאֱמָנִים: si per א literam scribatur, אֶשְׁכּוֹל, id est fideles sonat: Si uero per ע, & dicatur נַעֲמִים: pulchram significat. Vnde & noemi: quæ hac litera scripta est: loquitur in Ruth: Nolite uocare me נָעֳמִי, id est pulchram, sed uocate me מָרָא, id est amarā. b Multitudo populorum multorū ⁊c. Supra legimus sub nomine damasci, uocationē gentiū, & abiectionē iudæorum: & per apostolos atq̄ in apostolis, paucorū de iudæis credentiū electionem. Et quoniam ad comparationem totius mūdi & uniuersarū gentiū, parua pars populi credidit christiani: de quibus supra dictum est: Et reliquiæ syriæ sicut gloria filiorum israel erunt: Multi enim uocati & pauci electi: Et: Nō ē omniū fides: Nunc cōsequenter inferē nō plāctus, sed uæ his gētib⁹ quæ credere noluerunt & p secutæ sunt populum christianum: Comparanē q̄ undarum mōlibus & fremēti mari: & quantū in se est cuncta opprimere & occupare cupiēti. Sonabūt em̄ populi in spectaculis teatralis luxuriæ, & amphiteatri crudelitate: & circi furoribus: sicut sonit⁹ aq̄rū inundātiū: qñ cōsona īpietatis uoce blasphemāt, & dicūt christianos ad leones & bestias, pisci & cætera huiuscemodi: Sed ilꝓ istar maris furentib⁹, increpabit dñs auctorē sedi tionis eorū, & fugabit eum a suo populo: Et sicut puluis motus in montibus, quanto excelsior est, tāto fortius rapiē: & sicut turbo q̄ de terra cōsurgit subita tempestate fertur in sublime: Ita & ille raptus, a dei populo separabitur ac fugiet: ne in abyssos religeē. Cūq̄ dies cōsumationis aduenerit, q̄d interpretatur uespera: tunc erit turbatio, sua peccata noscentis: Et in tempore matutino, die uidelicet resurrectionis, nō subsistet: quod Lxx. tranſtulerunt, nō erit. Sin aūt nō erit: quid respondebūt q̄ diabolo dant pœnitentiam: & illi quantū in se est archangelicum fastigium pollicentur? Hæc est pars eorū qui uastauerunt nos, & sors diripientium nos. Hæc uel populus loquitur christianus, uel ꝓpheta ex persona credentis populi: q̄d interitum sempiternum persecutores eorum habituri sint: q̄ exilijs, carceribus, bonorum ꝓscriptionibus oppresserunt sanctos dei & æterna supplicia possessuri sunt. ¶ Ca. XVIII

† Græce sic τίσ ἀυτοῖ ἐπέκεινα ἔθνοσ ἄν ελπισουν ἡ καταπεπατημένον ὁ διήρπασαν μῦν οἱ ποταμοὶ τῆς γῆς πάντες ὡς χώρα καλοι κουμένη καὶ τοικηθήσεται ἡ χώρα ἀυτῶν

Rom. 9. a

1. Co. 12. a

Ruth. 1. d

F a HEB. ¶ Propterea plantabis plantationem fidelem: & germen alienum seminabis. In die plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuū florebit: ablata est messis in die hæreditatis & dolebit grauiter. SEP. Ideo plantabis plantationem infidelē: & semē infidele: & in die qua plantaueris, errabis. Si aūt mane seminaueris: florebit in messem i die hæreditatis: quando sicut pater hoīs dat hæreditatē filijs suis.

b Væ, multitudo ppl'oꝝ multoꝝ ut mlt'itudo maris sonātis, & tumultus turbarū, sicut sonitus aquarū multarū sonabūt. Ppl'i sicut multitudo, aq̄rū inundātiū sonabūt: & increpabit eum & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium a facie uenti: & sicut turbo coram tempestate. In tēpore uesperæ & ecce turbatio in matutino, & non subsistet: Hæc est pars eorum, qui uastauerūt nos: & sors diripientium nos.

c Væ terræ cymbalo alarū quæ est trās flumia æthiopiæ. Qui mittit i mari legatos & in uasis papyri super aquas: ite angeli ueloces ad gentē cōuulsam & dilaceratā: ad populū horribilem post quem nō est alius: ad gentem expectātem, expectantem & conculcatam: cuius diripuerūt flumina terrā ei⁹. Oēs habitatores orbis q morami ni in terra: cū eleuatū fuerit signū in mōtib⁹ uidebitis: & clāgorē tubæ audietis.

Væ terræ nauium alarum transfluмina æthiopiæ: q̄ mittis in mari, obsides, & epistolas, biblinas super aquam: Ibunt enim nuncij leues ad gentem excelsam: & peregrinū populū & pessimū † qui est trans eū: gens absq̄ spe & cōculcata: nunc flumina terræ omnis, sicut regio quæ habitatur: habitabitur regio eorum, quomodo si signum de monte eleuetur & tubæ uox audiatur.

Quia hæc

G b Væ multitudo populorum multorū ⁊c. Supra legimus sub nomine damasci, uocationē gentiū, & abiectionē iudæorum: & per apostolos atq̄ in apostolis, paucorū de iudæis credentiū electionem. Et quoniam ad comparationem totius mūdi & uniuersarū gentiū, parua pars populi credidit christiani: de quibus supra dictum est: Et reliquiæ syriæ sicut gloria filiorum israel erunt: Multi enim uocati & pauci electi: Et: Nō ē omniū fides: Nunc cōsequenter inferē nō plāctus, sed uæ his gētib⁹ quæ credere noluerunt & p secutæ sunt populum christianum: Comparanē q̄ undarum mōlibus & fremēti mari: & quantū in se est cuncta opprimere & occupare cupiēti. Sonabūt em̄ populi in spectaculis teatralis luxuriæ, & amphiteatri crudelitate: & circi furoribus: sicut sonit⁹ aq̄rū inundātiū: qñ cōsona īpietatis uoce blasphemāt, & dicūt christianos ad leones & bestias, pisci & cætera huiuscemodi: Sed ilꝓ istar maris furentib⁹, increpabit dñs auctorē sedi tionis eorū, & fugabit eum a suo populo: Et sicut puluis motus in montibus, quanto excelsior est, tāto fortius rapiē: & sicut turbo q̄ de terra cōsurgit subita tempestate fertur in sublime: Ita & ille raptus, a dei populo separabitur ac fugiet: ne in abyssos religeē. Cūq̄ dies cōsumationis aduenerit, q̄d interpretatur uespera: tunc erit turbatio, sua peccata noscentis: Et in tempore matutino, die uidelicet resurrectionis, nō subsistet: quod Lxx. tranſtulerunt, nō erit. Sin aūt nō erit: quid respondebūt q̄ diabolo dant pœnitentiam: & illi quantū in se est archangelicum fastigium pollicentur? Hæc est pars eorū qui uastauerunt nos, & sors diripientium nos. Hæc uel populus loquitur christianus, uel ꝓpheta ex persona credentis populi: q̄d interitum sempiternum persecutores eorum habituri sint: q̄ exilijs, carceribus, bonorum ꝓscriptionibus oppresserunt sanctos dei & æterna supplicia possessuri sunt. ¶ Ca. XVIII

H Væ terræ cymbalo alarū quę est trās flumina ⁊c. Vtrāq; æditionem posui in ꝓphetia obscurissima, ne quid uolentibus intelligere q̄d scriptū est deesse uideaē. Simulq; uæhementer admiror eos qui fidem nostram, & spem christianam arbitrātur simplicitate cōtentā: quia scriptum: Mandatū dei lucidum illuminans oculos: Nec plus debere nos quærere quam ut fiant quæ præcepta sunt: cum idcirco & omnis scriptura & prophetæ

ps. 18. b

A prophetæ ſpecialiter, futurorum myſterijs inuoluti ſint: ut prouocent nos ad intelligentiã: & ad illud qđ in euangelio
Luc.11.b dicitur: Petite & accipietis: quærite & inuenietis: pulſate & aperiet uobis. Quia ergo iuxta hiſtoriam, & id quod in he-
Anago. bræo continetur, in quinto libro expoſui: Nunc quid mihi iuxta Anagogen uide
atur, ediſſerã. Prudẽs forſitan lector inqui/rat quid ſibi uelit in ui ſione uel onere dama/ſci, alarũ cymbalũ, & cætera quæ ſequunt. Poſtq̃ de uocatiõe gẽ/tium dictũ eſt: de abie ctione iudæorũ, & ele/ctione eorũ, qui p'apo ſtolos crediderunt: & poſtea de gentiũ mul/titudine & perſecuto/ribus qui maris fluctibus cõparati ſunt: ſe/quebat ut de hæſib9 quoq̃ quæ ecclesiam uexauerũt & hucuſq̃ populant, ſermo pro/
Matt5.13.d pheticus nũciaret: qui dormiente patrefami/lias, in agro eccliæ ſu/perſeminauerunt ziça
nia: Et dicunt cymbalum, charitatẽ dei non habentes: iuxta
1.Co.13.a illud Apoſtoli: Si linguis hominũ loquar & angelorũ: cha/ritatem autẽ non habeam, factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalũ tinniens. Et non ſolum cymbalum rauco concre/pans ſonitu: ſed propter leuitatẽ ſermonis hæretici in diuer ſa currentis, alarũ cymbalũ dicunt: ſiue iuxta Lxx. πέρυγες πλοίων, id eſt, alæ nauium: qui magna mercimonia promit tentes, nauigant in ſæculi iſtius fluctibus. Alas autẽ nauiũ, uela quibus ſuſpendunt & trahuntur, intellige. Et pulchre alas dixit nauium: omnis em hæreticus pollicetur excelſa:
B & cum alas habere ſe iactet, tamẽ hæret in ſalſis fluctib9: & procul non recedit a terra: in medioq̃ curſu patitur repente naufragium. Vnde Aquila, p cymbalo, umbrã alarũ inter/pretatus eſt: non enim habẽt alas, ſed alarum ſimilitudinẽ. Qđq̃ infert: Quæ eſt trans flumina æthiopiæ: hoc ſignifi cat, qđ impietate ſua omnes uincant hæretici. Verbi gratia: Dicit Epicurus nõ eſſe prouidentiã, & uoluptatẽ maximũ bonũ. Cõparatione huius ſceleratior Marcion, & oẽs hæ retici, qui uetus lacerant teſtamentũ. Cum enim recipiant prouidentiã, accuſant creatorẽ: & aſſerunt eum in plæriſq̃ operibus erraſſe: & nõ ita feciſſe ut facere debuerat. Ad quã em utilitatẽ hominũ ſerpentes, ſcorpios, crocodilos, & pu/lices, cimicesq̃ & culices pertinere? Iſti ergo trans flumina æthiopiæ ſunt: & mittunt in mari hui9 ſæculi legatos, id eſt diſcipulos ſuos: qui eorum portantes uolumina, recte uaſa papyri, id eſt chartatia ſuper aquas portare dicunt, quæ de lentur uelociter. Sicut enim libri iuxta aquas & humores cito obſcurant, delentur & pereunt: ita ſermo eorũ atq̃ do/ctrina: cum in principio aliquã uiſa fuerit fortitudinẽ poſſi
Ironi. dere, pertranſit & labitur. Itaq̃ per Ironiam dicitur ad eos: O angeli hæreticorũ ite ueloces. Quos beatus apoſtolus
2.Co.11.c Paulus falſos apoſtolos, operarios fraudulẽtos: qui in apo/ſtolos Chriſti tranſfigurent appellat. Et ite ad gentẽ auul/ſam & laceratam. Auulſam a deo & hæreticorũ morſibus laniatam. Ad populum horribilem: Nihil enim horribilius blaſphemia, quæ ponit in excelſum os ſuũ. Poſt quẽ non eſt alter populus: Oẽ quippe peccatũ cõparatũ blaſphemiæ, leuius eſt. Gentẽ expectantẽ, expectantẽ & cõculcatã: Nam omnes hæretici ſibi cœleſtia repromittunt & pollicent ingentia: & tamẽ a dæmonib9 cõculcant. Cuius terram diri/puerunt flumina: quæ nõ de cœlo habent aquas, ſed de terra. Quis enim angulus eſt: quæ extrema ſolitudo terrarũ, ad quã nõ turbidus hæreticorũ ſermo perueniat? Itaq̃ om/nes qui habitant & morant in orbe terrarũ, ad hæreticorũ ſignũ quod quaſi in montibus eleuatũ eſt, erigunt oculos ſuos: & clangorẽ tubæ, id eſt doctrinæ eorum audiũt: Hæc iuxta hebraicũ. Cæterũ ſcđm Lxx. plangunt alæ hæretico/rum quæ inſtar nauium per mare huius ſæculi uolitant: & impietatẽ ſuperant ethnicorũ: quos nunc æthiopes ſcriptu/ra cognominat: & dici tur ad doctrinã eorũ, atq̃ ſermonem: Qui mittis in mari huius ſæculi libros, obſides puerſitatis tuæ, & epi/ſtolas ad decipiendos eos qui lecturi ſunt: Pergunt nunc̃ leues ad gẽtem excelſam: & peregrinũ populũ, & peſſimũ. Nullus enim eccleſiaſticorũ tantum habet ſtudij in bono, quantum hæretici in malo: & in eo ſe lucrũ putant cõſequi, ſi alioſ decipiãt: & ipſi perditi cæteros perdãt. Gens autẽ uocat excelſa pro pter ſuperbiã: Et pere grina & peſſima: quia aliena a deo eſt. Vere gens ſine ſpe & cõcul/cata: cuius flumina in tota terra imitant habitationẽ eccle/ſiæ: ut inueniant ſibi hoſpicium & regionem in qua eleuent ſignum doctrinæ ſuæ: in qua ſcripturarum clangant tuba.

a Quiã hæc dicit dominus ad me: quieſcam & conſydera bo in loco meo: ſicut meridiana lux clara eſt: & ſicut nu/bes roris in die meſſis. Ante meſſem em totus effloruit: & immatura perfectio germinabit: & præcidentur ra/muſculi eius falcib9: & quæ derelicta fuerint, abſcinden tur, excutientur. Et relinquentur ſimul auibus mõtium & beſtijs terræ: & æſtate perpetua erunt ſuper eum uo/lucres: & omnes beſtiæ terræ ſuper illum hyemabunt. In tempore illo deferetur munus dño exercituum a po pulo auulſo & dilacerato: a populo horribili poſt quẽ non fuit alius: a gente expectante, expectante & concul

b Onus ægypti. Ca. XIX

Ecce dñs

a Quia hæc dicit dñs ad me: quieſcã &c. Quieſcit & con/templat deus in loco ſuo: ſiuę iuxta Aquilam, in firmamen to. i. in eccleſia: de qua Paulus apoſtolus loquit: Columna 1.Timo.3.d
& firmamẽtũ ueritatis. Cõtẽplat autẽ ea quæ fiunt in eccle/ſia: & ſicuti meridiana lux clara eſt: ita uniuerſa perluſtrat: iuxta illud qđ in decimooctauo pſalmo ſcđm Anagogen Anago.
de ſole iuſticiæ dicit: Nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.
Et quõ nubes roris in die meſſis, & in feruenti æſtate gra/tiſſima eſt: Sic dñs habitatores eccleſiæ ſuæ refrigerat: quo D
præſente cuncta floreſcunt: Et anteq̃ tẽpus conſumationis adueniat: quia nunc ex parte cognoſcimus, & ex parte pro/ 1.Co.13.c
phetamus: multi perfecti reperient: de quib9 Apoſtolus lo quitur: Quotquot perfecti hoc ſentiam9. Ramuſculi autẽ Phil.3.c
qui inutiles ſunt, falcibus præſcidentur: dicẽte in euangelio ſaluatore: Ego ſum uitis uera: & pater meus agricola eſt. Iob.15.a
Omnẽ palmitẽ in me nõ ferentẽ fructũ, tollet eum: & omnẽ qui fert fructum, purgabit eum: ut fructum plus afferat. Et quæ præſciſa fuerint, relinquent auibus montiũ, & beſtijs terræ. Auib9 quæ iuxta uiam ſeminata populant: & beſtijs quibus tradit anima non confitens deum: ita ut qui a dño præſciſus fuerit & abiectus: & de corpore illius qđ eſt eccle ſia ſeparatus: tam in æſtate q̃ in hyeme, hoc eſt, in proſperis & in aduerſis, uolucrũ & beſtiarũ manſio ſit. Sicut autẽ hi qui inutiles ſunt & infructuoſi in eccliа, amputant & proij/ciuntur: ne modicũ fermentũ totã maſſam corrumpat: Sic ecõtrario fieri poteſt: ut qui hæretico fuerãt errore decepti, & auulſi a dño atq̃ lacerati, & horribiles ob blaſphemiam, fruſtraq̃ mendacia præſtolantes, & cõculcati a dæmonib9 & a fluuijs in partes uarias diſſipati: cum recordati fuerint dei ſui: & magiſtros peſſimos dereliquerint, offerant mu/nus dño exercituũ: non alibi niſi in monte ſion & in ſpecu/la, qđ interpretatur eccleſia. Breuius dicimus: quia in libro explanationis hiſtoricæ multa iam diximus.

b Onus ægypti. Ca. XIX

Onus ægypti. Symmachus & Theodotio, aſſum ptio ægypti: Lxx. ὅρασις ἀιγύπτου. i. uiſio ægyp/ti: Vbi in hebræo ſcriptũ eſt מַשָּׂא מִצְרָיִם: qđ nos interpretati ſum9, onus uel pondus ægyp/ti: pro quo Aquila tranſtulit ὅραμα ἀιγύπτου. Poſſumus di cere ab eo qđ tollat ꝓpheta, & portet iugum dñi, cum exti/tiſſe cõdignũ, qui ꝓphetiam ægypti cerneret ſiue portaret. Vnde miror Lxx. & in babylone ꝓ pondere interpretatos

E uiſionē: & in philiſtim, & moab, & damaſco, uerbū: & nunc in ægypto, uiſionē: cum in hebræo in omnib⁹ his nō uerbū & uiſio: ſed מַשָּׂא .i. onus ponduſq; ponaē. Q2 autē Symmachus & Theodotio λῆμμα. i. aſſumptionē ſemper interpretati ſunt: hoc ſcire debem⁹ accepiſſe ꝓphetam a dño gratiam ſpiritualē: ut ægypti ſacramenta cognoſceret: ſiue oculis mentis aſpiceret, ut Lxx. tranſtulerunt. Non eſt autē ægyptus iſta quā iudæi putant, ſicut arbitratus eſt Ioſephus: qui in libris antiquitatum refert: Oniam ſacerdotē Eſaiæ impleſſe uaticiniū: ut in territorio heliopolitano: qđ ægyptij νόμον uocant, extrueret tēplum ad ſimilitudinem templi dei & altare. Eſto em̄, concedamus hæc dicta de Onia & altari quod in ægypto extruxit: quæ erunt quinq; ciuitates quæ in ægypto loquantur lingua chananitica: ex quib⁹ una iuxta Lxx. appellaē ἀσεδὲκ: iuxta alios interpretes, ciuitas Aruſiue Ares, uel ciuitas ſolis? Et quis erit iſte ſaluator qui miſſus ē ægyptijs, ut ſaluaret eos: & dñm cognoſcerent ægyptij? quando coluerunt eum in hoſtijs & muneribus: & uota ſoluerunt? quando percuſſit dominus ægyptū & ſanauit eam? In quo tēpore factum poterimus docere, ut fuerit uia de ægypto in aſſyrios: & intrauerint aſſyrij in ægyptū: & ægyptij in aſſyrios & ſeruierint ægyptij aſſur? Quando iſrl tertius in ægypto fuit: & apud aſſyrios quaſi benedictio in medio terræ: ita ut domin⁹ diceret: Benedictus populus meus ægypti: & opus manuū mearū aſſyrius? Hæc ad ægyptum iſtam quā iudæi æſtimant non pertinere perſpicuū eſt. Itaq; locū iſtum quem incolim⁹: & mundū qui in maligno poſitus eſt, ægyptum poſſumus appellare: maxime quia מִצְרַיִם, quod dicitur ægyptus interpretatur θλίβουσα, id eſt, tribulans, ſiue ad anguſtiam redigens. Eſt tamē ſciendū multa oneris ægypti uel uiſionis ad ægypti prouinciam pertinere: quæ uſq; hodie habitatur & cernit. Sed & in hoc & in aliſs ſcripturarū locis plæraq; ponuntur: quæ non poſſent ſtare iuxta hiſtoriam: ut rerum neceſſitate cogamur altiorē intelligentiā quærere. a ¶ Ecce dñs aſcendet ſup nubem leuem ꝛc. Plæraq; de ꝓphetia ægypti quam leuauit uel uidit Eſaias, in hiſtorica explanatione perſtrinxi. Vnde nunc iuxta Tropologiam ſumma quæq; carpenda ſunt. Aſcendit dñs ſuper nubem leuem, corpus ſanctæ uirginis Mariæ, ꝙ nullo humani ſeminis pondere prægrauatū eſt: uel certe corpus ſuum qđ de ſpiritu ſancto cōceptū eſt. Et ingreſſus eſt in ægyptū huius mūdi: ſtatim q; omnia ægypti ſimulacra cōmota ſunt: ita ut diuinationes & uniuerſa fraus idololatriæ quæ deceptum poſſidebat orbem, ſe fractam eſſe ſentiret: intantū ut magi de oriente docti a dæmonibus: uel iuxta ꝓphetiā Balaam intelligētes natum filium dei, qui omnem artis eorū deſtrueret poteſtatē: uenerint bethleem: & oſtendente ſtella, adorauerint puerū: Tunc cor ægypti omne cōtabuit: & ægyptij cōtra ægyptios ſurrexerunt: iuxta illud qđ dñs loquit̄ in euangelio: Nolite putare quia ueni mittere pacē ſuper terrā: non ueni pacem mittere, ſed gladiū. Veni em̄ diuidere hominē contra patrē ſuum, & filiam contra matrē ſuam, & nurum cōtra ſocrum ſuam. Eo tempore & illud expletū eſt: Inimici hominis domeſtici eius. Et pugnabit uir contra fratrem ſuū: & uir cōtra amicū ſuū. Fuerunt enim in una domo ſeparati, duo contra tres, & tres cōtra duos: & diuiſus eſt pater contra filium, & filiꝰ cōtra patrē: Ciuitas aduerſum ciuitatem: & regnum aduerſus regnū: eorū qui nō crediderūt, aduerſum eos qui crediderunt: uel certe eorū qui crediderūt ꝓximos ſuos ſaluare cupiētiū. Et diſruptus eſt ſpirit⁹ ægypti in uiſceribus ſuis: ut nequaq; pariа ſentirent: ſed ſpirituali con tra ſe gladio ſeparati, omne cōſiliū ſuū præcipitatū eſſe cognoſcerunt: & nihilomin⁹ in errore priſtino permanentes, hi qui fidei ueritatē ſuſcipere noluerant, iterrogarēt ſimulacra, & diuinos ſuos, & phythones & hariolos. Cunq; illi hoc fecerint, dominus tradidit eos in manu dominorum crudelium: iuxta illud Apoſtolicū: Quos tradidi ſatanæ ut diſcant nō blaſphemare: quo ſeruitute duriſſima oppreſſi, ad clæmētiſſimū dñm reuertant. Pulchreq; dæmones, crudeles dominos uocat: quib⁹ nihil crudelius eſt. Rex quoq; fortis qui dominus eſt eorū, perſpicue diabolus intelligitur: quē & in euāgelio dñs fortē uocat: quo uincto, & oppreſſo, uaſa domus eius & præda diripitur. b ¶ Et arefcet aqua de mari ꝛc. Quādo rex fortis & durus dominatus fuerit in ægypto, areſcet omnis doctrina & pulchritudo eloquentiæ ſæcularis: & ipſe fons fluuiorū omnium diabolus a quo oriunt̄ uniuerſa mendacia, deſolabit̄: ita ut deficiant cætera flumina & riui, qui de turbidis Nili aquis implebant̄. Calamus quoq; & iuncus nimia ſiccitate areſcēt. Pro iunco, papyrū Lxx. tranſtulerunt, de quo charta fit, adentes de ſuo τὸ ἄχυρον τὸ χλωρόν, qđ in hebraico nō habet̄. Cūq; ab eruditis quærerē, quid hic ſermo ſignificaret: Audiui ab ægyptijs hoc nomine lingua eorum omne quod in palude uirens naſcitur appellari. Calamus autē iuxta Tropologiam, eſt ſermo uacuus: & nihil in ſe ſolidum habens: & papyrus qui uidetur quidem habere medullam, & non eſſe uacuus: & tamen fragilis eſt, citoq; marceſcit. Omnes quoq; riui arefacto riuorum capite ſiccabunt̄: & quicquid prius aquis irrigabatur ægyptijs areſactum non erit: ita ut mœreant ægyptij piſcatores q ualde cōtrarij ſunt piſcatoribus dñi: & lugeāt qui mittebāt hamū in flumē & expandebant rete ſuper faciē aquæ. Qui ſingulos quoſq; decipiūt, hamū mittunt in aquas turbidas. Qui autē plures ſimul, ita ut in ſynagogis ſatanæ loquant̄ publice, & populorū abducant greges: iſti rete ſuper aquas mittunt ægyptias. Confundentur etiā hi qui operabant̄ linum, ut ueſtes facerēt ſacerdotum: plectentes illud & texentes ſubtilia: qđ proprie ad dialecticorū artem pertinet. Pro ſubtilibus πλὴν βύσσου, id eſt, byſſum Lxx. tranſtulerunt: qđ & ipſum in ſacerdotū ueſtibus texitur. Quodq; ſequit̄: Et erunt irrigua eius flaccentia omnes qui faciebāt lacunas ad capiēdos piſces: hoc ſignificat, ꝙ oēs inſidiæ ægypti piſcatorū deſtruant̄ & pereant. Pro lacunis quæ fiebant ad capiendos piſces: qđ nos

iuxta

G Michee. 7. b

H I. Timo. I.

Tropo.

Matth. 12. a

als ἄχυρα χλω ρόν.

Tropo.

Nu. 24. c

Matth. 2. a

Ibi. 10. d

A iuxta sensum interpretati sumus: & in hebraico & in cūctis interpretibus, in loco piscium ponuntur animæ: ut ab historia trahamur ad Tropologiam: quod uidelicet isti piscatores qui faciebant lacunas & foueas, ad hoc fecerint ut animas in eis deciperēt. Notandum q̄ pro lacunis Lxx. ζύθους transtulerūt: quod genus est potionis ex frugibus aquaq̄ cōfectū: & uulgo in dalmaciæ pannoniæq̄ ,puincijs gentili barbaroq̄ sermone appellaē saba/ium: Hoc maxīe utuntur ægyptijs: ut non puras aquas bibentibus tribuāt, sed turbidas, & cōmixtarū feciū similes: ut per huiusce/modi potionem hæreticæ prauitatis doctri/nā monstretur. Tunc stulti erunt principes taneos, quæ interpre/tatur mandatum humile. Omnes em̄ hæretici contrariam alti/tudini humilitatē docent, & detrahunt ad inferos: & sunt princi/pes humilis deiectiq̄ mandati. Consiliarij quoq̄ pharao, qui rex ægypti est: & recte dis/sipator: & diuisus, & in partes uarias separatus exprimitur: insipiens arguent dedisse consiliū, quando disperderit dñs sapientiā sapientiū: & intelligentiā prudentiū reprobauerit.

Tropo.

יְצַן

בַּרְעֹה

1. Co. 1. c

a Quomodo dicitis pharaoni: filius sapientiū ego, filius regum antiquorū? Vbi sunt nunc sapiētes tui? Annuncient tibi & indicent quid cogitauerit dominus exercituum super ægyptū. Stulti facti sunt principes taneos: emarcuerunt principes mempheos: deceperūt ægyptū angulum populorum eius. Dominus miscuit in medio eius spiritum uertiginis: & errare fecerunt ægyptum in omni opere suo: sicut errat ebrius & uomens: & nō erit ægypto opus qd̄ faciat, caput & caudā incuruantē & re
b frenantē. In diē illa erit ægypt⁹ q̄si mulieres & stupebit & timebit a facie cōmotionis manus domini exercituū, quam ipse mouebit super eam. Et erit terra Iuda ægypto in festiuitatē: omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit a facie consiliī domini exercituum quod ipse cogi/
c tauit super eam. In diē illa erunt quinq̄ ciuitates in terra ægypti loquētes lingua chananitide: & iurantes per dominum exercituum: ciuitas solis uocabitur una.

a ¶ Quomō dicitis pharaoni ꝛc. Solent hæretici regi suo uel pharaoni dicere: filij sumus sapiētium, qui ab initio doctrinam nobis apostolicam tradiderūt: Filij sumus regum antiquorū, qui appellant reges philosophorū: & habemus scientiā scripturarū iunctam sapiētiæ sæculari: Quos nunc interrogat siue ipsum regem hæreticorū: ubi sint sapientes eius qui cōtemnebant ecclesiasticam simplicitatē: & respondere compellit, quid cogitauerit dñs sabaoth super ægyptū istius mundi: & quid in consumatione facturus sit. Stulti sunt approbati principes taneos, qui humile hæreticorum habuere mandatum. Emarcuerunt omnes principes mem
בנף pheos, qui eloquentiæ & oris polluere iactantia: Memphis enim os uel ex ore, interpretatur, & μεταφορικῶς sermonem sonat. Q̄d̄q̄ sequit̄: Deceperūt ægyptū angulum populorum ei⁹: siue iuxta Lxx. πλανήσουσι Αἴγυπτον κατὰ φυλὰς, id est, decipient ægyptū per tribus: hoc significat, qd̄ regnū sapientiæ sæcularis stultum esse monstretur: & singulorum dogmatū principes, qui interpretantur tribus, arguantur stultos habuisse doctores. Dominus em̄ miscuit eis spiritū
Rom. 1. c uertiginis siue errorū: iuxta illud qd̄ scriptū est: Et sicut non probauerunt deum habere in noticia: tradidit illos deus in reprobum sensum. Et quō qui sanctus est, cum Esaia dicere potest: Spiritū salutis tuæ faciem⁹ super terrā: sic qui peccator est, faciet spiritū erroris, hoc ē, maliciæ spiritū: scd̄m qd̄
Hiere. 2. d & in Hieremia legimus: Arguet te præuaricatio tua, & malicia tua corripiet te. Sin autē scandaliçat̄ hæreticus qui uetus non recipit testamentum, qd̄ dominus miscere dicatur erroris uel uertiginis spiritū: Audiat scriptum in Apostolo,
Rom. 1. c hoc est, in nouo testamēto: Tradidit eos deus in desyderijs
Ibidem cordis sui in immunditiam. Et iterū: Propterea tradidit eos
Ibidem. d deus in passiones ignominiæ. Et rursum: Tradidit eos de⁹ in reprobum sensum, ut faciant quæ non cōueniūt. Traduntur autē in desyderijs cordis: quia mutauerūt gloriā incorruptibilis dei, in similitudinē imaginis corruptibilis homi/nis, & uolucrū, & quadrupedum, & reptilium. Quod quidem non solum in epistola ad Rhomanos, sed & ad Thessa
2. Tess. 2. c lonicenses de antichristo legimus: Pro eo q̄ charitatē ueritatis non susceperunt ut saluarent̄, mittet eis deus operationem erroris ut credant mendacio: & iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed cōplacuerūt sibi in mendacio: quod puto apostolum Paulum de præsenti Esaiæ lectione sumpsisse, in qua dicit: Dominus miscuit eis spiritū erroris: Rom. 1. c
& errare fecerunt ægyptum in omnib⁹ operibus suis: sicut errat (inquit) ebrius & uomens, qui inebriatus est uitijs. De quibus ebrijs Ioel loquitur: Ioel. 1. a
Væ q̄ ebrij sunt absq̄ uino. Et nō solū ebrij, sed & uomentes furorem draconū: & furorem aspidum insanabilē: ut postq̄ huiusce modi uinum euomuerint, intelligant ebrietatē suam atq̄ cognoscant, q̄ q̄diu ebrij fuerint, nec principium habuerint nec finem, id est, nec caput nec caudam: sed truncum ex utraq̄ pte animal. Pro principio & fine: quod & Symmachus & Lxx. transtulerunt: ἀρχὴν καὶ τέλος: Theodotio more suo ipsa uerba hebraica po/

In die illa

suit בְּקֹמֶץ וְאֻגְמוֹן: quod Aquila interpretatus est, incuruū atq̄ puersum. In incuruo, senes intelligi uolens: in peruerso, lasciuientes pueros, qui omnia peruersa faciant: ac per hoc esse sensum, q̄ in ægypto nō solum caput desit & cauda, sed & senes & pueri, id est, & principium & finis. b ¶ In die illa erit ęgyptus ꝛc. In illo tēpore, hoc enim ut crebro dixi/mus significat dies, quando miscuerit dominus spiritum erroris atq̄ uertiginis, ut euomat ægyptus uinum draconū & furorem aspidum insanabilē: intelligens errorē suum & ebrietatē pristinā: ægyptus timebit quasi mulier, nō timore fortuito, qui uiris accidere consueuit: quos non amat ægyptus, sed suffocat & interficit: sed timore fœmineo quas solas uult pharao uiuere. Timebit autē cōmotionē siue elatiō nem manus dñi, per quā supplicia demōstrant̄: quā mouebit & eleuabit ut percutiat ægyptum. Tunc terra iuda, id est scientia scripturarū: lex & ,pphetæ, euangelia, & apostolorū epistolæ, erunt ægypto in festiuitatē si eas cognouerit: uel in timorē, si cōparatione doctrinæ & ueritatis earū se intellexerit habuisse mendaciū. Omnis qui huius terræ fuerit recordatus, pauebit eo pauore qui ducit ad uitam: Principiū em̄ Eccl. 1. b
sapientiæ, timor dñi. Et hoc non solum in consumatione mundi, sed in præsenti quoq̄ tēpore accipere possumus: q̄ ecclesiasticū uirum & doctrinis cœlestibus eruditū, omnis hæreticus timeat, & ad recordationē illius terreat̄. Timebit autē & pauebit consiliū dñi, qd̄ super ægyptū mundi istius cogitauit. Singula breuiter trāscurrim⁹, ut ad reliqua transeamus. c ¶ In die illa erunt quinq̄ ciuitates ꝛc. Multum prodest manus dñi eleuata siue cōmota super ægyptum, ut terra iudæ sit ei in timorē: & omnis qui illi⁹ recordatus fuerit, pertremiscat. In illo tēpore quinq̄ ciuitates in terra ægypti loquent̄ lingua chanaan: quas plærisq̄ nostrorū quinq̄ sensus intelligūt: uisum, auditū, odoratū, gustum, & tactū. Quando uidemus mulierē ad cōcupiscendū, uisus noster loquit̄ lingua ægyptia. Quando audimus iudiciū sanguinis, dicente dño: Non suscipies auditionē uanā, auditus noster loquit̄ lingua ægyptia. Quādo scd̄m ,pphetā uiuim⁹ in delitijs, & iacem⁹ super lectos eburneos: & primis ungimur unguentis, odoratus noster loquitur lingua ægyptia. Q̄n uenter noster de⁹ est, gustus noster loquit̄ lingua ægy Phil. 3. d
ptia. Si nō audierim⁹ illud qd̄ Apostolus loquit̄: Bonū est 1. Co. 7. a

1. Co. 7. a E homini mulierē non tangere, sed econtrario iungamur meretrici: tactus noster loquitur lingua ægyptia. Sin autē econtrario eleuauerimus oculos nostros, & uiderimus q̄ regiones iam albæ sint ad metendū: & nequaq̄ curui fuerimus Luc. 13. b in terrā: sed iuxta euangelicam mulierē quæ decem & octo annis cœlum aspicere non poterat: eleuauerimus oculos nostros Ps. 122. a & dixerimus: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis: oculus noster & uisus loquit̄ lingua chananitide. Si circūciderimus aures nostras, & audierimus dñm loquentē: Luc. 8. a Qui habet aures audiēdi audiat: audit nr̄ loquit̄ lingua chanaanitide. Qui potuerit spōso dicere: Post te in odorē unguētorū tuorum currim⁹. Et: Christi bon⁹ odor sum⁹ in oī loco: hui⁹ odoratus loquitur lingua chananitide. Gustus quoq̄ in bonā partē accipit̄ Cañ. 1. a ei⁹ q̄ comedit panē de cœlo descēdentē, panē uiuum & nō mortuū: Ps. 33. b & audit illud: Gustate & uidete q̄ suauis est dñs: statim loquitur lingua chananitide. Sed & tactus spiritualis est: de q̄ 1. Ioh. 1. a Mar. 5. c Ioannes apl̄us ait: Man⁹ nostræ palpauerūt de ūbo uitæ: & F qui fide tangit iesum: ita ut de ẹo saluator possit dicere: Tetigit me aliquis: ego em̄ scio uirtutē exisse de me. Didicimus quanta bona tribuat eleuata manus dñi: quæramus quare non lingua hebræa, sed lingua chananitida loquant̄ quinq̄ ægypti ciuitates. Ad qđ ita rñdere conabimur: עִבְרִי, i. hebræus, περάτην. i. trāsitorē sonat: qui de loco trāsit ad locū. C Ergo & nos licet sancti q̄diu in ægypto sumus, & in istius mundi uersamur tenebris: non possumus loqui lingua hebræa, sed lingua chananitide: quæ inter ægyptiā & hebræā media est, & hebrææ magna ex parte confinis. בְּנַעַן interpretatur, quasi commotio siue quasi respondens. Quando igitur ab ægypto recedimus, & exire uolumus de potestate pharaonis: ita ut terra nostra & cōfessio formidolosa sit ægypto: tunc mouemur & quasi respondemus domini uolūtati: & tamen quia adhuc in præsenti sæculo sumus, lingua hebræa necdū loqui possum⁹. Qđq̄ sequit̄: Iurare quinq̄ ciuitates per dñm exercituū: hoc significat, q̄ etiā hic positi nequaq̄ dæmonū, sed dei recordemur omnipotētis. De his quinq̄ ciuitatibus, cum aliarum quatuor tacita sint nomina: una dicitur solis ciuitas: quæ mihi uidetur referri ad uisum. Sicut enim ut uideatur ciuitas, sole & luna indiget: ita ut oculi nostri illuminent̄, indigem⁹ sole iusticiæ. a ¶ In die illa erit altare dñi ꝛc. Consequenter ad id qđ supra dixerat: In die illa erunt quinq̄ ciuitates in terra ægypti loquentes lingua chananitide: & iurantes per dñm exercituū, nunc infert̄: Erit altare dñi in medio terræ ægypti: quod Onias scđm Iosephum male intelligens, implere conatus est: Et titulus domini continens passionem, in quo scriptum est he- Iob. 19. d braicis literis, græcis, & latinis: Iesus naçarenus rex iudæorum: in signū crucis, & in testimoniū uniuersarū gentium, quæ nunc ægyptus appellātur. Cunq̄ persecutio creuerit a facie tribulantiū nominis christiani, tunc clamabunt in cor- Rom. 8. c dibus suis: Abba pater. Et mittet dominus exercituū salutorem, id est iesum, & iudicē, uel propugnatorē qui liberet eos: ut liberati cognoscant dominū, & ipsi cognoscant̄ a do- Ibidem. 5. d mino: & ubi abundauit peccatū, superabundet gratia. Vnū autē altare ægypti, id est mundi istius dicitur: ut cuncta altaria quæ contra ecclesiæ eriguntur altare, sciamus esse non domini. Vsq̄ ad finem uisionis ægyptiæ: in libro explanationis historicæ, quia manifesta prophetia erat, diximos q̄ cuncta referantur ad christum. b ¶ Et cognoscent ęgyptij dñm ꝛc. Post q̄ cognouerint ægyptij dominū, colent eum in hostijs spiritualib⁹ & muneribus: & uota uouebunt dño & soluēt: & dicēt cum Dauid: Sacrificiū deo spūs cōtribulatus. Et: Eleuatio manuū mearū sacrificiū uespertinum: quando credētes in naçareum, & ipsi fuerint naçarei: uinum & siceram nō bibentes: & acetū qđ domino ꝓpinatū est: Iob. 19. f & quæcunq̄ fiunt ex uua sodomitica. Cūq̄ uota ꝓsoluerint cum Abel: & respexerit ea Gen. 4. a deus, inuidebit frater maior Cain, id est circumcisionis populus: & effundet sanguinē christianū, qui clamabit ad dñm: & idcirco egredieť a facie dei dicens de saluatore: Crucifige, crucifige eum. Luc. 23. c Et: Nos nō habemus Iob. 19. c regem nisi cæsarē. Votum offert & soluit domino, qui est sanctus corpe & spiritu. Votū Luc. 19. a obtulit & Zache⁹, qui mediā partē substātiæ suæ pauperib⁹ repromisit. Quæritur, si ægyptijs saluator & propugnator est missus qui liberet eos de angustijs, quomō nunc dicatur: Percutiet dominus ægyptum plaga: Sed cōsyderemus qđ sequitur: Et sanabit eam. Quem enim diligit dominus, Hebre. 12. b corripit. Et ipse saluator in sexagesimooctauo psalmo loquitur ad patrē: Quoniā quē tu percussisti, ipsi persecuti sunt: H & super dolorē uulnerū eorum addiderūt. Si ergo proprio Rom. 8. f filio non pepercit, sed tradidit eum ꝓ nobis: ut illius liuore & uulnerib⁹ sanaremur: tradidit dñs & martyres passioni: sed rursum eos in resurrectione sanabit, ut illorū uulnerib⁹ fides credentiū cōfirmeť. Vñ & ad Iob dicit̄: Putas me tibi aliter locutū, nisi ut appareres iustus? Ipse enim dolorē facit & reddit pristinæ sanitati: & uisitat seruos suos in uirga, ut misericordiam suā nō auferat ab eis. Vnde & filiæ & nurus quæ multū peccauerunt: & diuaricauerūt pedes suos omni transeunti, non uisitant̄ nec̄ corripiunt̄, dicente dño: Non Osee. 4. c uisitabo sup̄ filias uestras cū fuerint fornicatæ: & sup̄ nurus uestras cū adulterauerint. Percutit ergo ægyptios dñs: non igne, nō gladio, sed uirga. Quis em̄ filius⁹ est, quē nō erudiat pater? ut postq̄ sanati fuerint, reuertant̄ ad dñm & placetur eis, & rursum sanet eos: Semp em̄ indigem⁹ misericordia dei, & nullus est finis ei⁹ clæmētiæ. c ¶ In die illa ꝛc. Quō cætera quæ præcedunt, in bonā partē accidisse ægyptijs demonstrauim⁹: quinq̄ uidelicet ciuitates in terra eorū loquentes lingua chananitide: & iurātes ꝓ dñm, & altare dñi in medio terræ ægypti collocatū: & titulū, & testimoniū, & signum, & saluatorē, qui liberaret eos: & q̄ dñs cognoscereť ab ægyptijs, & ipsi cognoscerēt eū: & q̄ offerrēt hostias & munera, & uota ꝓsoluerēt: & percussi sanarent̄, & reuerterent̄ ad dñm, & placareť eis, & iterū sanarent̄: sic & hoc qđ sequit̄: Seruire ægyptios assyrijs, in bonā partē accipiendū est. Seruit em̄ 1. Co. 9. c & Apl̄us credētib⁹, ut lucri eos faciat. Et Esau subijcit̄ fratri Gen. 33. b suo Iacob: ut particeps fiat bñdictionū ei⁹. Igit̄ qui priores de gentibus saluati fuerint & habuerint in se altare dñi: eos qui in duricia ꝓseuerāt, sua seruitute saluabūt: & cōmixtione ac societate eorū, ipsi pergēt ad assyrios: ut assyrios ducāt ad ægyptū: & postea possint ad israeliticū ppl̄m peruenire: Ob hanc causam reor, & fidelē mulierē seruire uiro infideli: ut paulatim eū de ægypto & assyrijs pertrahat ad iudæam. d ¶ In die illa erit israel ꝛc. Tertius erit israel in ægypto & in assyrijs, ut omnem massam suæ benedictionis fermento

misceat:

In die illa erit altare domini in medio terræ ægypti: & titulus iuxta terminū eius domini. Et erit in signum & in testimonium domino exercituū in terra ægypti. Clamabunt em̄ ad dominū a facie tribulantis: & mittet eis saluatorē & propugnatorē qui liberet eos: & cognoscet̄ b dominus ab ægypto. Et cōgnoscent ægyptij dominum in die illa: & colent eum in hostijs & muneribus: & uota uouebunt dño & soluēt. Et percutiet dominus ægyptū plaga, & sanabit eam: & reuertent̄ ad dominum: & placabitur eis, & sanabit eos. c In die illa erit uia de ægypto in assyrios: & intrabit assyrius in ægyptum, & ægyptius d in assyrios: & seruiēt ægyptij assyrijs. In die illa erit israel tertius ægyptio & assyrio, benedictio in medio terræ: cui benedixit dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus ægypti, & opus manuū mearū assyri⁹: hæreditas autem mea israel. ¶ Ca. XX

A

Matth.25.d est: Ite in ignē æternū q præparat⁹ est diabolo & āgelis ei⁹. a ¶ Domine dabis nobis pacem ꝛc. Notandū qđ postq; nobis opera nostra reddiderit: pacem daturus sit: & quomodo exponat causas cur postulet pacē: Pro cunctis em̄ operibus quæ operati sunt super terrā dicunt se sustinuisse tormenta: & iustū esse ut post supplicia atq; cruciat⁹, misericordiā consequātur. Siue aliter: Quia uenit mūdi consumatio: & omnia quæ per prophetas locutus es reb⁹ expleta sunt: & reddidisti uniuersa quæ pollicit⁹ es: tribue nobis pacē quæ exupat oēm sensū. b ¶ Dñe deus noster possederūt nos dñi absq; te ꝛc. Idcirco misericordiā quæsum⁹ & pacē, quæ post cūcta tribuēda ē: qa nos absq; te dñi possederūt: idola uidelicet uel dæmones idolis assidētes: nihilq; aliud postulem⁹: nisi ut digni sim⁹ post errores plurimos, q tui nōis recordemur. Iuxta Lxx. q dixerūt:
F Dñe de⁹ posside nos: hoc præcant, ut post pacē sibi redditā, dei possessio fiāt. Qđ qdē & de sapiētia legim⁹: quæ iuxta
Pro.8.c hebraicū loquit in ꝓuerbijs: Deus possedit me initio uiarū suarū: licet quedā exēplaria male ꝑ possessione habeāt creaturā. Deniq; sequit: Ante oēs autem colles generauit me. Quō em̄ creaturæ generatio poterit coaptari: quæ magis
Deu.32 possessioni cōgruit? Scriptū est in Deuteronomio: Nōne iste pater tuus possedit te, & fecit te & creauit te. Et hoc cōsyderā dū q nō dixerit, dñs siue deus possedit te, & fecit te, & creauit te: sed pater: ut clæmentia nominis austeritatē potentiæ mitigaret. Qđ q; sequitur: Domine absq; te alium non nouimus: non excludit filium, sed iungit patri: neq; enim dixit alium nō nouimus: sed extra te alium non nouimus. Cum
Iob.14.b autem dicat filius: Ego in patre & pater in me: extra patrem non nouimus filiū: quia in patre cognoscimus eū. Deniq; & nomē illius nominamus dicentes in oratione dominica:
Matth.6.b Pater noster qui es in cœlis. c ¶ Mortui em̄ uitam nō uidebunt ꝛc. Symmachus more suo manifestius: Mortui nō uiuificabūt: gigantes nō suscitabunt. Propterea uisitasti ꝛ cōtriuisti eos ꝛ disperdidisti oēm memoriā eorū. Dicamus primum iuxta lxx. Quæstio uidetur esse difficilis: quō mortui uitā non uideant? Quæ sic soluitur: tādiu eos uitam nō uidere, q; diu mortui sunt. Quō si dicamus: cæcus non uidet lumen q; diu cæcus est: sin autem receperit sanitatem, lumen aspiciet: sic & qui iniquitate mortu⁹ est atq; peccatis: antequ;
Iob.14.a uiuificetur iusticia atq; uirtutibus ꝑ eū qui dicit: Ego sum
Matth.22.d uita: uiuere nō poterit: Vnde & deus uiuorum dicitur, non
Eçech.18.a mortuorum. Anima em̄ quæ peccauerit, ipsa morietur. Le-
Hebre.6.a gimus in epistola quæ ad hebræos scribit: Ne rursum fundamentū iaciam⁹ pœnitētiæ ab operibus mortuis. Sin autem peccata appellantur opera mortua: quare non econtrario uirtutes appellentur opera uiua? Quodq; sequitur: Nec medici suscitabūt: sensus perspicuus est, condēnari fabulas poetarū: qui ab Aesculapio iactant Virbium suscitatū. Non solum autem hoc de mortuis: sed de omni infirmitate dicē-

a HEB. Dōmine, dabis pacem nobis: omnia em̄ opera nostra operatus es nobis. b Dōmine deus noster, possederunt nos domini absq; te: tantū in te recordemur nominis tui. Mortui non uiuant: gigantes nō resurgāt. Propterea uisitasti & contriuisti eos: & perdidisti omnem memoriam eorum. Indulsisti genti dñe: indulsisti genti. Nunquid glorificatus es: elōgasti oēs termios terræ. Domine

SEP Domine de⁹ noster pacē da nobis: oīa em̄ reddidisti nobis. Dñe deus noster posside nos: dñe extra te alium nescimus: nomen tuum inuocamus. c Mortui enim uitam non uidebunt: neq; medici suscitabunt. Idcirco induxisti & perdidisti & tulisti omne masculum eorum. Adde eis mala domine: adde mala gloriosis terræ: longe feciste omnes terminos terræ. Domine

G
pā.126.a

sanare languentes: Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra uigilauit qui custodit eā: Sic nisi dominus languorem curauerit: inuanum laborant medici qui cupiunt sanare languentes: Nisi dominus custodierit sanitatem: inuanū custodiunt, qui etiam præcepta custodiēdæ salutis proprijs ædūt libris: semperq; dicendum est: nō solū in corporis, sed etiā in aniæ sanitate: Benedic anima mea domino: qui sanat omnes languores tuos. Porro q pecato mortui perseuerant: & nulla arte medicinæ possunt recipere animæ sanitatē: isti disperdentur & tollentur a domino: & quicquid robustum est in eis, quod masculinū uocatur, penitus auferetur. Vnde & pharao non uult interficere sexum fœmineum, qui per se fragilis est & facile interire potest: sed omne masculinum: quod si adultum fuerit & in uirilem ætatem peruenerit, difficulter occiditur. Iuxta Symmachum: mortui non uiuificabunt: quia peccato mortui, alios uiuificare non possunt: nec pulchra laudatio est in ore peccatoris. Et gigantes, id est רְפָאִים: non suscitabunt alios: qui ipsi iuxta Geneseos librum appellantur cadētes: Visitatq; eos dominus: ut & mortuorum & gigantiū omnis deleat memoria. Solus em̄ est qui suscitat mortuos: de q dicit: Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius uiuificat quos uult. Possumus mortuos simulacra appellare hominum mortuorum: & gigātes dæmones, qui simulacris eorū assident. Nec terrere nos debet quare Lxx. masculum, & cæteri interpretes, memoriam transtulerunt: cum eisdem tribus literis ז & ב & ר utrūq; scribatur apud hebræos. Sed quando memoriale dicimus: legitur זֵבֶר quando masculum זָבָר. Et hac uerbi ambiguitate deceptum arbitrantur saul: quando pugnauit cōtra amalech
1.Reg.15.a & interfecit omne masculinū eorum: Deo enim præcipiente ut deleret omnem memoriā amalech sub cœlo: ille pro memoria, non tam errore q; prædæ seductus cupidine, masculos interpretatus est: nescius illud Apostoli: Nolite errare,
Gal.6.b deus non irridetur. d ¶ Indulsisti genti domine: indulsisti genti ꝛc. Mala quæ Lxx. secundo posuerunt, in hebraico nō habentur: sed quia supra dixerat: Ideo induxisti & perdidisti & tulisti omne masculum eorum: eundem sensum secuti addiderunt de suo mala: ut qui glorioſi in terra sunt: malis duplicibus opprimant. Porro iuxta hebræos multo alter est sensus: & priori disputationi congruēs: Dixerat dñs: misereamur impio. Propheta rñderat: Et ubi est iusticia tua? præsertim cum tanta mala in sanctos tuos operatus sit. Ad qđ dñs: Et nō uidebit inquit gloriā dñi. Rursum ꝓpheta: Exaltetur manus tua ad percutiendū: & non uideant gloriā tuam, quā non merent aspicere. Ad qđ dñs: Videant magis & confundant. Rursum propheta: Dñe pacem da nobis: & posside nos qui tui nominis recordamur. Impij autē & superbi non uiuant: nec resurgant in gloria: sed contere omnē memoriā eorū: Causasq; reddit cur eos cupiat iterire: Indulsisti genti dñe, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? Et est sensus: Sæpe misertus es gentibus, i. humano generi & exercuisti in eas incredibilē clæmentiā: nunq̄d te cognouerunt? nunq̄d glorificauerūt nomē tuū? Nōne ecōtrario a te

H

pā.102.a

Exo.1.c

Iob.5.d

longe

A longe recesserũt. Securitas em negligentiã: negligentia con/
tẽptũ parit. a ¶ Dñe in angustia requisierunt te ꝛc. Quia
indulgens sæpe contẽptus es nec glorificatus: sed ecõtrario
omnes a tua scientia recesserunt: propterea dñe percute eos:
ut in angustia te requirant: & in tribulatione murmuris do
ctrina tua sit eis: quan
do tantũ eis malorum
pondus incumbet: ut
ne clamare quidẽ au/
deant confidenter: sed
dolorẽ suũ silentio de/
uorent. Iuxta Lxx. in
tribulatione propheta
dñi recordat: iuxta il/
lud qđ in psalmo dici
ps.17.a tur: De tribulatiõe in
uocaui dñm: & exau/
diuit me in latitudine.
ps.119.a Et in alio loco: Ad do
minũ cũ tribularer cla
maui & exaudiuit me.
Vñ & Apls loquitur:
1.Co.4.c Tribulamur, sed non
angustamur: persecu/
tionẽ patimur, sed nõ
derelinquimur. Et in
Rom.8.d alio loco: Non sunt cõ
dignæ passiones hui⁹
tẽporis ad uenturam
gloriã quæ reuelabit̃
in nobis. Si autẽ par/
ua tribulatio docet &
emendat & corripit:
quãto magis magna,
cum admonemur cõ/
B ditionis nostræ & dei
potẽtiæ recordamur:
b ¶ Sicut que ꝛcepit cũ appꝛopinquauerit
ad partũ ꝛc. Sicut ad
partum mulier appro
pinquans, dolore co/
git̃ exclamare: sic nos
in angustia requirim⁹
te: & a facie formidinis tuæ concepimus & parturiuimus &
peperimus, nõ carnis liberos sed spũs: ut tota in te mẽte cre
damus: ut quẽ per beneficia nõ sensimus, per tormẽta disca
mus. Hoc qđ Lxx. addiderũt οὕτως ἐγενήθημεν τῷ ἀγα/
πητῷ σου. i. sic facti sumus dilecto tuo: pro quo cæteri trãstu
lerunt: sic facti sumus a facie tua dñe: obelo prænotãdũ est.
Possumus autem dilectũ dñi christum accipere: propter cu
ius timorẽ concipimus & parturimus & parimus: & spiritũ
salutis facimus super terrã. Potest hoc & apostolicus uir di/
Gal.4.c cere: quãdo populos erudit, & imitatur apl'm Paulũ: Filioli
mei quos iterũ parturio, donec christus formetur in uobis.
Rom.15.e An dubitandũ est qđ Paulus apl'us spiritũ salutis fecerit su
per terrã: qui de hierusalẽ usq; ad illiricũ euangeliũ prædica
1.Co.3.b uit: & quasi sapiens architectus fundamentũ posuit: extra
qđ nullus alius põt ponere, qui est christus ieſus? Siue igit̃
legerimus, ꝓpter timorem tuũ dñe in utero accepimus: siue
iuxta hebraicum, a facie tua dñe concepimus, & in utero ac/
cepimus: Vtrũq; ad id pertinet, ut ex timore & recordatione
dñi sermonẽ cõcipiamus dei: & illuminet̃ cor nostrũ dicen/
tiũ: Signatum est sup nos lumen uultus tui dñe. Et: Osten/
de faciem tuã & salui erimus. c ¶ Salutes non fecimus in
terra: ideo non ceciderunt habitatores orbis. Diuersa inter/
pretatio, necesse est ut diuersum habeat & sensum. Iuxta he/
braicum hoc dicitur: Quia nihil dignum tua fecimus mi/
sericordia: propterea impĳ non corruerunt: sed usq; hodie
prævalent & possident terram. Lxx. autem hoc asserunt:
qđ facientibus sanctis spiritũ salutis sup terrã: hi qui terræ
habitatores sunt corruant: licet inter orbem qui hebraice
תֵּבֵל, & græce dicitur ὀικουμένη ac terrã multa diuersitas

a HEB. ¶ Dñe in angu/
stia requisierunt te: in tri/
bulatione murmuris do/
b ctrina tua eis. Sicut quæ
concepit cũ appropinqua/
uerit ad partũ: dolens cla/
mat in doloribꝰ suis: sic fa
cti sumꝰ a facie tua domi/
ne. Concepimus & quasi
parturiuimus & peperi/
c mus spiritum. Salutes nõ
fecimus in terra: ideo non
ceciderunt habitatores or/
b bis. Viuant mortui tui:
interfecti mei resurgant:
expergiscimini & laudate
qui habitatis in puluere:
quia ros luminum ros tu/
us: & terram gigantũ de/
trahes i ruinã. Vãde ppls
meꝰ, intra in cubicula tua:
daude ostia tua sup te: ab/
scõdere modicũ ad momẽ
tũ: donec ꝓtrãseat ĩdigna/
tio. Ecce

sit. Cadẽt ergo quicũq; habitationi terræ se dederunt: & in C
terrenis operibus fixa radice fundati sunt: & nõ cadent qui
sedent in orbe terrarũ & requiescũt in ecclesia, quæ habitacu
lũ patris & filĳ & spũssancti est. b ¶ Viuant mortui tui ꝛ in/
terfecti mei resurgant ꝛc. Sanctis parturiẽtibus & pariẽtibꝰ
spiritũ: & habitatori/
bꝰ terræ corruẽtibus:
qa salutes nõ fecerunt
in terra: hi ꝙs in chri/ 1.Tess.4.d
sto mortuos apl'us uo
cat: & ꝓpter nomẽ dñi
interfecti sũt: resurgẽt
in gloria. Et qa mors
eorũ somnus est: ne/
quaq; juxta Lxx. resur
gere, sed expergisci &
euigilare dicunt̃. Vñ
& Laçarus qui euigila Ioh.11.b
turus erat: a dño dor/
miẽs appellat̃. Omnes
igit̃ martyres & sancti
uiri qui ꝓ christo fude
rũt sanguinẽ: & quoꝝ
fuit tota uita marty/
riũ: resurgẽt & euigila/
bunt, atq; laudabunt
deũ creatorẽ suũ qui
nũc habitant in puluere: de qbus in Daniele
scriptũ est: Multi dor/ Dañ.12.a
miẽtiũ in terræ pulue/
re resurgent: hi in uitã
æternã: & hi in oppro/
briũ & cõfusionẽ sem/
piternam. Et in Ioanne
euãgelista legim⁹: Ve/ Ioh.5.d
niet hora & nũc est: qñ D
qui in sepulchris sunt
audient uocẽ filĳ dei:
& qui audierint uiuẽt:
& egredient̃ qui bona
fecerũt in resurrectio/
nẽ uitæ: & q mala, in re
surrectionem iudicĳ.
Ros em dñi iuxta fabulas poetarũ: uincẽs oẽs herbas pæoni
as: uiuificabit corpa mortuoꝝ. Et quõ iactis in terrã semini
bꝰ ros paulatim crescere facit herbas: & ad fruges sui generis
puenire: Sic dñi ros qui pro misericordia ponit̃, ros erit lu/
minũ plurimorũ: qđ hebraice dicit̃ אוֹרוֹת. Terrã aũt, id est
corpora Raphaim, gigantiũ uidelicet & impiorum: dñs in
pœnas detrahet sempiternas. Denicq; ꝓ רְפָאִים soli Lxx.
τοὺς ἀσεβεῖς. i. impios trãstulerũt. Et qa supra legim⁹: Mor
tui uitã nõ uidebũt: nec medici suscitabũt: ꝓ quo Aquila &
Symmachus, raphaim & gigantes interpretati sunt: quæ/
rimus quæ erroris causa sit: ut pro רְפָאִים hebraico: alĳ gi
gantes, alĳ medicos posuerint. Verbũ hebraicũ רְפָאִים si
post ר primã literã sequentẽ habeat י, legitur רוֹפְאִים: &
significat medicos: sin autem absq; י litera scribatur: legitur
רְפָאִים & transferẽ in gigantes. Simulq; quia supra dixe/
rat: Mortui uitã non uidebũt: ut manifestius demonstraret
nõ dici ibi de mortuis lege naturæ, & separatiõe aniæ ac cor
poris: sed de his qui peccato mortui sunt: Nũc ecõtrario di/
cit ad deũ: Viuent mortui tui qui interfecti sunt ꝓpter te: q
nõ absolute mortui, ut Lxx. transtulerunt οἱ νεκροί: sed iuxta
hebraicum ubi dicitur יִחְיוּ מֵתֶיךָ: mortui tui appellant̃.
e ¶ Vade populus meus intra in cubicula tua ꝛc. Supra de
sanctis dixerat: Resurgẽt mortui: & resurgẽt q in sepulchris
sunt: Ros em a te sanitas eorũ est: & ecõtrario de impĳs: ter/
ra autẽ impiorũ cadet: Nunc ad sanctos loquit̃: quia uobis
resurrectio repromissa est donec in peccatores & impios dei
ira desæuiat: ingredimini in sepulchra uestra: & abscondite

 uos: breue

Euos: breue eñ tẽpus est donec dei pertranseat indignatio. Siquidẽ egrediẽ dñs de loco suo: quia misericors & miserator dñs, & clæmẽtissimus pater, filios negligẽtes ferire compellitur, & quodãmodo de sua sententia cõmutari: ut uisitet & inducat iram suam super habitatores terræ: de quib⁹ dicitur in Osee: Maledictio & mendacium, & adulteriũ & furtum, effusa sunt sup habitatores terræ: Et in Apocalypsi tertio legimus Væ, super habitatores terræ. Porro iusti licet uideañ in terra: tamẽ cõuersatio eoꝝ in cœlis est: qui possunt dicere: Aduena ego sum in terra: & pegrinus sicut oẽs patres mei: & fruũt habitatiõe altissimi: de qb⁹ sanct⁹ loqtur: Qui habitat ĩ adiutorio altissimi: in ꝓtectiõe dei cœli cõmorabit. Tunc reuelabit terra sãguinẽ suũ: de q̃ de⁹ loqt ad Cain: Vox sãguinis fratris tui clamat ad me de terra: q̃ apuit os suũ ut suscipet sãguinẽ fratris tui de manu tua. Põt hoc & de martyribus intelligi: qui pro christo fuderunt sanguinem, & sub altari dei clamitant: Vsq̃quo dñe non ulcisceris sanguinem nostrum, de his qui habitãt super terram? De quibus & moyses dicit in cantico: Sanguis filiorũ eius uindicabit & ulciscetur: & retribuet uindictã inimicis. Hũc sanguinẽ, terra quæ susceperat reuelabit: & interfectos dñi nequaq̃ operiet: sed producet in publicum: ad condemnationẽ eorũ, qui martyres occiderunt. Hoc de simplici resurrectione intellectum sit. Præcipitur aũt iuxta Anagogen populo dei, ut ingrediatur cubicula sua siue cellaria: חַדְרֵיכֶם quippe utrũq̃ significat: ut claudat iuxta euangelicum ꝓceptum ostium cubiculi sui: & dicat cũ propheta: Pone dñe custodiã ori meo, & ostium munitum labijs meis. Et abscõdatur paululum quantulũcunq̃ donec pertranseat ira dñi: ut nihil gloriæ causa faciat: sed fruatur bono cõscientiæ, & solum iudicem expectet deum. Sunt autẽ cellaria quæ claudenda sunt & abscondenda ab his qui diuites facti sunt in operibus atq̃ sermonibus, prudentia, temperantia, fortitudo, iusticia: ut nesciat sinistra quid faciat dextera: ut legis & prophetarum & euangelij opibus perfruamur. Quod autem omnes dies uitæ nostræ breues sint & paruuli: iacob excedens annos centum loquit: Parui sunt & pessimi dies mei. Ira autẽ dñi transitura illa est: quã thesaurizant sibi qui nolunt agere pœnitentiã: quæ postq̃ transierit: nequaq̃ cellaria ultra claudent: sed implebit qd scriptum est: Nihil occultũ qd nõ reuelabit: & absconditũ qd non manifestetur.

Qd q̃ sequit: Ecce eñ dñs de sancto inducet iram suam: illud significat, qd a sanctis dei ira incipiat: uel omis illiꝰ ultio iusta sanctaq̃ sit nõ de mentis ꝓturbatione descendens, ut in hominibus solet: sed studio corrigendi. Terrã autẽ habitatorũ illã reor: de qua scriptũ est: Audiat terra sermones oris mei: Et: Auribus ꝓcipe terra. Et iterũ: Terra, terra: audi sermonẽ dñi. Quõ eñ qui in terra habitãt: sic qui in carne sunt deo placere nõ possunt. Terra autẽ in hoc loco significat animã quæ uiuit carnaliter. Et reuelabit sanguinẽ suum: si quẽpiam scandaliçauerit: & cũ Cain meretur audire: Vox sãguinis fratris tui clamat ad me de terra: quæ apuit os suũ ut susciperet sanguinẽ fratris tui. Omnis igitur sanguis interfectos quos occidit, uel uolens, uel per negligẽtiã, ꝓducet in medium. Ca. XXVII

In die illo uisitabit dñs in gladio suo duro ꝛc. Tradunt hebræi diabolũ: i. criminatorẽ, qd græcum nomen est, hebraice appellari שָׂטָן, hoc est aduersariũ. Vñ & in Zacharia dicit: Stabat satan. i. aduersari⁹ a dextris ei⁹ ut aduersareť ei. Appellat q̃ & בְּלִיַּעַל. i. apostata, præuaricator & absq̃ iugo. Vñ & Apls: Quæ inqt cõmunicatio christi ad belial? Et ubicũq̃ Lxx. ponũt filios pestilentiæ: in hebraico scriptũ est filij belial. Vñ & illud qd in psalmo canit de mysterio saluatoris: Filij iniquitatis nõ apponet nocere ei: in hebraico dicit filius belial: Appellaturq̃ & alijs noĩb⁹: ut ĩ alio psalmo scriptum est: Sup aspidẽ & basiliscũ ambulabis: & cõculcabis leonem & draconẽ. Qui draco, ꝓprie in hebraico sermone appellatur לִוְיָתָן Ipse est & magnus cetus: de q̃ qd a christo capiẽd⁹ sit: mystico ĩ Iob sermõe narrat: Qui magnũ cetũ captur⁹ est: nã & ibi ꝓceto leuiathan ponit. Et iterũ: Adduces aũt draconẽ in hamo: circũdabis capistrũ narib⁹ ei⁹. Statimq̃: Hoc est principiũ plasmatis dñi: qd factũ est ut illudat ab angelis eius. Et in psalmo: Hoc mare magnũ & spaciosum: ibi reptilia quorũ nõ est numer⁹: Animalia parua cũ magnis: Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei. De hoc & in Apocalypsi scribit Ioãnes: Facta est pugna in cœlo: michael & angeli ei⁹ bellabãt cũ dracone, & draco pugnabat & angeli ei⁹: & nõ præualuerũt: nec loc⁹ iuẽtus ẽ eis ĩ cœlo. Et missus est draco magn⁹ coluber antiqu⁹ q uocat diabol⁹ & satanas: q errare facit orbẽ terrarꝫ uniuersũ: missusq̃ ẽ in terrã, & ãgeli ei⁹ cũ eo: ibiq̃ dicit: Missus ẽ accusator fratrũ nr̃oꝝ q accusabat eos corã deo nr̃o. Illudq̃ notãdũ qd & in psalmo & in Iob ꝓpterea fact⁹ dicat draco, hoc ẽ leuiathã: ut illuderet ei ab angelis. Vñ & Apli accipiũt potestatẽ, ut calcẽt sup serpẽtes & scorpiões & sup oẽm ⅋tutẽ inimici. Quia igit ab eo loco ubi scriptũ est: Ecce dñs dissipabit terrã & nudabit eã: Sive iuxta Lxx. Ecce dñs disperdet orbem terrarũ & desolabit eum: usq̃ ad præsens capitulũ, cõtra orbẽ in consumatione mũdi iudiciũ prædicatũ est: & nouissim⁹ inimicus destruet mors: Propterea aduersum diabolũ extrema sentẽtia est: ut inducat sup eũ gladius sanctus & magnus & fortis: siue iuxta hebraicũ & reliquos interpretes, gladius durus. Nõ eñ ut Lxx. arbitrati sũt קָרְשָׁה dicit: qd si esset, sctm sonaret: sed קָשָׁה qd proprie trãsferr in durũ. Vñ & Cis pater saul durus appellat. Gladiũ aũt sanctũ siue durũ ob ei⁹ sensum qui patit: quidã nostrorũ intelligũt uerbũ dei: de quo dicit apls: Viuens autẽ dei sermo & efficax, & acutus sup omnẽ gladiũ ex utraq̃ ꝓte acutũ. Vñ & ĩ alio loco de ore saluatoris gladiũ bicipitẽ exire legim⁹. Cũ aũt in fine mũdi aduersum leuiathan, qui in principio geneseos appellatur serpens prudentissimus, sup omnes bestias quæ erant in terra: gladius sanctus siue durus & magnus & fortis fuerit inductus: fugiet q nunq̃ fugere consueuerat nescies illud scriptũ: Quo uadam a spiritu tuo: aut a facie tua quo fugiã? Pulchre qdã poeta in gigantomachia de encelado lusit: Quo fugis Encelade: qualscũq̃ acclesseris oras. Sub ioue semp eris. Iste autẽ leuiathan coluber fugiens, in hebraico dicitur בְּרִיחַ quod Aquila interpretatus est uectem: Symmachus, cõcludentẽ: Theodotio, robustũ. Vectẽ autẽ siue claudentẽ puto appellari: qd multos suo carcere clauserit, & ꝓpriæ subiecerit potestati: nihilq̃ in se rectũ habet: & idcirco dicit tortuosus: nec imitari potest uirgã dñi de qua scriptũ est: Virga directionis uirga regni tui. Quẽ dñs interficiet spũ oris sui: habitatorẽ quondã maris, salsorũ & amarorũ fluctuũ. Qui dicũt diabolum

HEB. tio. Ecce enim dñs egredietur de loco suo: ut uisitet iniquitatẽ habitatoris terræ cõtra eũ: & reuelabit terra sanguinẽ suũ: & nõ opiet ultra interfectos suos. Ca. XXVII

In die illa inducet deus gladium sanctum & magnum, & fortem: super draconem colubrum fugientem: super draconem colubrum tortuosum: & occidet draconem qui est in mari.

SEP. ni. Ecce eñ dñs de sancto inducet iram sup habitatores terræ: & reuelabit terra sanguinẽ suũ: & non abscondet ultra interfectos. Ca. XXVII

In die illa inducet deus gladium sanctum & magnum, & fortem: super draconem colubrum fugientem: super draconem colubrum tortuosum: & occidet draconem qui est in mari.

In die illo

Ose. 4. a
Apoc. 8. d
Ps. 38. c
Ibi. 90. a
Apoc. 6. c
Deu. 32. f
Matth. 6. a
Ps. 140. a
Anago. F
Gen. 47. b
Luc. 8. c
Deu. 32. a
Esa. 1. a
Hiere. 22. g
Ro. 8. b
Gen. 4. b
Gen. 4. b
Zach. 3. a
2. Co. 6. c
Ps. 88. d
Ibi. 90. c
Iob. 40. c
Ibi. d
Ps. 103. c
Apoc. 12. b
H
Ibi. c
Luc. 10. c
Ps. 24. a
1. Co. 15. d
Ibi. 44. b
2. Thes. 2. b

A diabolum acturum pœnitentiã & ueniam consecuturũ: interpretentẽ nobis quõ hoc accipiant qđ scriptũ est: Et interficiet draconẽ qui est in mari siue cetum. Secũdo em̃ loco in præsenti capitło: in hebraico nõ appellaẽ leuiathã, sed לִוְיָתָן qđ ꝓprie cetũ sonat. Vñ hebræi autumãt leuiathan habitare sub terra & in æthere: thanin ẏo in mari: quæ iudaica fabula ẽ. Qđ ꝙ dicit in extrẽo huius capł, in die illa: Eusebi⁹ priori iũgit capiti: ne sequens ꝓphetia huic tẽpori coapteẽ. Hebræi autem & cæteri explanatores sequẽti, qđ nunc ꝓposituri sumus. a ¶ In die illa vinea meri cantabit ei ꝛc. Multũ hebraicũ in hoc loco a Lxx. æditiõe discordat: idcirco singula ut ꝓposuim⁹ disseram⁹. Vinea de q̃ ſ.5.a sup̃ loqẽ Esaias: Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco uberi: quæ debeat itelligi ipso docẽte discamus. Vinea em̃ dñi sabaoth dom⁹ est israel: de qua ī psalPs.79.b mo canit: Vineam de ægypto trãstulisti &c. Hiere.25.d Huic & ꝙ Hieremiam ꝓpinat calicẽ meracissimũ. Cũ em̃ misisset eũ ut potionaret oẽs gẽtes: & huic se ꝓpheta libẽter obtulisset officio: primũ inebriare

a HEB. In die illa uinea meri cantabit ei. Ego dominus qui seruo eam: repente propinabo illi: ne forte uisitetur contra eam: nocte & die seruo eam. Indi-
b gnatio non est mihi: quis dabit me spinam & uepre ẽ in prælio? gradiar super eam: succendam eam pariter. An potiꝰ tenebo fortitudinẽ meam? faciet pacem mihi: pacem faciet
c mihi. Q̃ui egrediuntur de radice iacob, florebit & germinabit israel: & implebunt faciem orbis semine.

SEP. In die illo uinea bona desyderiũ eiꝰ ut princeps illiꝰ sit. Ego ciuitas fortis, ciuitas q̃ oppugnaẽ: frustra potũ dabo illi. Capieẽ em̃ nocte, die aũt cadet murꝰ: Nõ ẽ q̃ nõ apꝑhẽderit eã. Quis ponet me custodem stipulæ in agro? ꝓpter aduersariã hãc reppuli eã: Id circo fecit dñs oia q̃ disposuit: cõbusta sum: dicẽt habitatores eiꝰ: faciemꝰ pacẽ illi: faciemꝰ pacẽ ei. Qui ueniũt filiꝫ iacob: germinabit & florebit israẽ: & implebit orbẽ terrarũ fructus eius.

b Nũnquid iuxta plagam percutientis se percussit eum: aut sicut occidit interfectos eius sic occisus est?

c HEB. In mẽsura cõtra mẽsurã cũ abiecta fuerit iudicabis eã.

SEP. Rixans & exprobrans emittet eos.

B Meditatus iubeẽ hierusalẽ. Vñ dicit: Decœpisti me dñe, & decœptus sum. Bibet igitur hierusalem, & ꝓpinaẽ ei meraca potio: ut planctũ discat & fletum. Dicitq; se dñs multo eam tempore custodisse, & locum dedisse pœnitentiæ: & quia cõuerti noluerit, subito inebriandam. Hoc enim dicit diebus egisse uel noctibus, ut ipsius semper auxilio seruareẽ. Lxx. autẽ eandem pulchram appellant uineam: in qua fuit lex & prophetæ, sacerdotium & pontificium, & dei noticia: dicẽte scriptuPs.75.a ra: Notus in iudæa deꝰ: in israel magnũ nomẽ eiꝰ. Qđ alii putãt iuxta æditionẽ eorũ ad ecclesiã ꝓtinere, q̃ nihil est pulPs.86.b chriꝰ. Et de q̃ dictũ est: Głiosa dicta sũt de te ciuitas dei: quæ princeps est genitricis suæ: & dicit in canticocanticorum: Cañ.1.b Filii matris meæ pugnauerunt aduersus me. Et loquiẽ: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnaẽ. Pulchreq; oppugnaẽ dixit, nõ expugnaẽ. Statimq; iungit de synagoga: quæ de capite uersa est in caudã: Frustra ei potũ mearũ tribuo doctrinarũ: capieẽ em̃ in tenebris erroris sui. Et qa apertã lucẽ nõ recepit: per diem corruit murus eius. i. oẽm qđ sibi putabat auxilium: nulluſq; erit aduersariorũ qui nõ capiat eam: qđ de contrarijs debemus intelligere potestatibus. b ¶ Indignatio nõ est mihi: quis dabit me spinã ⁊ vepre ẽ ꝛc. Iuxta hebraicum hic sensus est: Ego qui diebus & noctibus semper meam uineam conseruaui, ne exterminaret eam aper de sylua: ne bestiæ deuorarent: Nunquid indignationem non habeo, & nescio ferire peccantem: & reddere unicuiq; qđ meretur? Vbi Aquila posuit, spinam & ueprem: in hebraico scriptũ est שָׁמִיר & שִׁית, qđ adamantem & loca sentiũ plena significat. Vñ dicit: Quis me docebit ut durus sim: & meã uineã clæmentiam, & in prælio atq; certamine truculẽtus incedam: ut gradiar super uineam quã ante seruaui: & succendam eam quã meo sepseram muro? An potius id aget fortitudo mea: ut iram differam & saluem eos euangelij clæmẽtia, qui nequaq; sunt legis auctoritate seruati? ἐμφατικῶς autem iuxta hebraicum legendum est: Quis me faciet durum atq; crudelem ut uincam naturam meam? Hoc quippe in deserto significatur & in spinis: ut eam quasi in prælio conteram atq; succendam: quã semper mea diligentia custodiui: An potiũs tenebo fortitudinẽ meã: quã christum esse non dubium est, & de qua legimus: Christus dei uirtus & i.Co.1.d dei sapientia: ut ipsa mihi pacem faciat & mundum reconciliet? Iuxta Lxx. hic est sensus: ut ex persona accipiamus ecclesiæ: Ego ciuitas firma: ciuitas multis uallata hostibus, quæ frustra dedi poculũ inimicæ meæ synagogæ. Capietur enim nocte: & corruet murus eius: nullaq; erit de aduersarijs potestatibus quæ nõ apprehendat eam. Rursum loquar: Quid mihi prodest custodire eam, quæ stipulam in se habeat non frumenta: quæ ita inculta est ut ueprium plena sit & spinarũ: quã saluare uolui? Sed qa hostiliter mecum agit, recessi ab ea: Dixerũt ꝙ in me & ex me nati apostoli: Vobis quidem oportebat primũ loqui uerbum dei: sed quoniam repulistis iAct.13.g lud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ ecce conuertimur ad gentes. Idcirco faciet dñs qđ minaꝰ est: ut oẽs in ea ardeãt rhomano igne circũdati: Vel certe ardeãt uitijs atq; peccatis, ne possint ardẽtia diaboli iacula restinguere. Oẽs em̃ adultẽrãtes q̃si cliban⁹ corda eoꝝ. Et illi q prius habitabãt in ea: postq; clamauerint: capta est ciuitas atq; succensa, dimittẽt eã: & reconciliantes mũdum deo, dicent: Faciamus pacẽ illi, pacem faciamus ei: hoc est christo: semper scribentes in eplis suis: Gratia uobiscum & pax a deo patre & christo iesu i.Co.1.a domino nostro. De quibus in hoc eodem ꝓpheta legim⁹: Infra.52.b Œspecioſi pedes euangeliçantiũ pacem. Quidã hunc locũ Nau.1.d ad ecclesias referunt: qđ custodiantur quidẽ a deo, sed multi in eis fructus non faciant: & propterea boni doctoris succendantur ardoribus: ut clamitent & confiteantur errorem suũ: & postea pacẽ faciãt deo: qui uere appellentẽ filiꝫ iacob.

c ¶ Qui egrediuntur de radice iacob ꝛc. Postq; apostoli in toto orbe euangelium predicantes dixerint: Faciemus pacem christo, pacem faciemus ei: qui in excelsis fuerint de semine iacob, & in apostolicam peruenerint dignitatem: appellabuntur filiꝫ Iacob. Tunc germinabit & florebit israel: uidens doctrina filiorum suorum uniuersum orbem esse cõpletum: & attulisse fructus uberrimos, quos in iudæa manens non attulerat. d ¶ Nunquid iuxta plagã percutiẽtis se percussit eũ ꝛc. Locus iste dupliciter intelligitur: Aut cõtra hierusalem, ut dicat eam nõ ita a deo esse percussam, ut ipsa percussit christum & apostolos eius: Aut cõtra gentium multitudinem, quod illis persequentibus & effundẽtibus sanguinem christianum: apostoli & apostolici uiri nihilominus salutis eorum curam habuerint, & recõciliauerint eos deo.

e ¶ In mensura contra mensuram ꝛc. Iuxta hebraicum hic sensus est. Sicut fecit hierusalẽ, sic recipiet: & iuxta mensurã qua mensa est, remetietur ei. Tunc cumulatam mẽsuram recipiet: quando iudicij tempus aduenerit & abiecerit eam deus. Iuxta Lxx. pẽdet ex superioribus qđ dicitur. Non em̃ israel sicut percussit ꝓcutietur: nec sicut interfecit interficieẽ.

E Qui iurgabat cõtra apostolos: & exprobrabat doctoribus suis: & præcipiebat ne in nomine christi loquerentur. Propterea dñs abijciet eos, & de suo expellet grege. a ¶ Meditatus est in spiritu suo duro per diem ęstus. Iuxta hebraicum hoc dicitur: In mensura qua mensa est hierusalem recipiet: ꝓpterea deus in spiritu suo duro atq; uehementi meditatus est, siue locutus cõtra eam in die æstus: hoc est, in persecutionis tẽpore, quãdo ardentior indignationis dies est atq; pœnarum. Iuxta Lxx. ad ipsam dicitur hierusalẽ siue ad isr̃: Nonne tu eras, quæ in spiritu tuo durissimo atq; crudeli & in furore blasphemiarũ tuarũ, apostolos dñi atq; doctores iter sicere cupiebas: b ¶ Idcirco super his dimittetur iniquitas domui iacob ꝛc̃. Causas reddit cur postq; iudæi in dominum miserint manus, ueniam cõsequãtur, si uoluerint agere pœnitentiam: ut impleatur saluatoris oratio: Luc. 23. e Pater ignosce eis: qd̃ eñ faciũt nesciũt.

F Propterea inqt dimitteť iniqtas domui iacob: & auferet peccatũ eius, ut mereať bñdictionẽ dei, q sibi maledictionẽ fuerat ipræ Matth. 27. c catus, dicens: Sanguis eius super nos, & sup filios nostros: quia per apostolos de stirpe israel in toto orbe euangelium seminabitur: & destruetur idolatria, & cõminuenť

a HEB. Meditãtus est in spiritu suo duro per diem
b æstus. Idcirco super his dimittetur iniquitas domui iacob: & iste omnis fructus, ut auferatur peccatum eius: quia posuit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos: non stabunt luci & delubra.
c Ciuitas enim munita desolata erit: speciosa relinquetur: & dimittetur quasi deserta. Ibi pascetur uitulus: & ibi accubabit: & consumet summitates eiꝰ.
d In siccitãte messis illius cõterentur mulieres uenientes & docentes eam. Non est enim populus sapiens: propterea non miserebitur eius qui fecit eum: & qui formauit eum nõ parcet ei. Et erit in die illa percutiet dominus ab alueo fluminis usq; ad torrentem ægypti.

Et uos SEP. Nõne tu eras q meditabaris spũ duro interficere eos spũ furoris? Propterea auferet iniqtas iacob: & hæc erit benedictio eiꝰ cũ abstulero pctm̃ eiꝰ: quãdo posuerit oẽs lapides ararũ contritos quasi cinerẽ cõminutũ: & nõ pseuerabunt arbores eorum: Et idola eorꝝ succidentur quasi lucus: & longe habitans grex, dimittetur sicut grex derelictꝰ: & erit multo tpe in pascua: & ibi requescẽt greges: & post multũ tẽpus nõ erit in ea oñe uiride, quia exiccatus est. Mulieres ueniẽtes a spectaculo uenite: nõ est eñ populus habẽs intelligentiã: propterea nõ miserebitur eorꝝ q fecit eos: & q formauit eos, non parcet. Et erit in die illa: concludet dominus a fossa fluminis usq; ad rhinocoruram.

Vos autẽ G riũt lacertos: & impletur dñi uaticinium: Fi Luc. 23. d liæ hierusalem nolite me flere: sed plangite super uos & super filios uestros. Magnaq; infœlicitas ꝑpl̃i, a mulieribus lamẽtationis carmina discere: sicut repræhẽsio fuit populi israel: quando in iudi Iudic. 4. a cũ libro in manu mulieris debboræ fecit salutẽ dominus: & tempore uicinæ captiuitatis tacentibꝰ uiris hol 4. Reg. 22. c da mulier ꝓphetauit. Propterea autem mulieres longo conterentur itinere, imbecillitate, fame, & squalore cõfectæ: & docebunt populum miserabilẽ: qa nõ est populus sapiẽs, nec intellexit creatorẽ suũ: qui neglectus ab eis atq; contẽptus, nõ miserebiť facturæ: & nõ pcet creaturæ suæ.

H Iuxta Lxx. de maria dicť magdalenæ & alia Matth. 28. b maria: & cæteris mulieribus, quæ primum uiderũt dominum resurgẽtem, & tenuerũt pedes eius, & ab eo audire meruerunt: Nolite timere: Ite nuncia te fratribus meis ut uadant in galileam & ibi me uidebunt. De istis mulieribus multo priusquã nascerentur propheticus sermo prænunciat: & uocat eas a spectaculo dominicæ passionis & resurrectionis: ut euangelium prædicent: & iuxta hebraicum, doceant hierusalem siue terram israel, quod iste sit dominus & deus. Populo enim israel nõ habente sapientiam illo tempore quando passus est dominus: & impletum est uaticinium prophetale: Saluum me ps. 11. a fac domine quoniam defecit sanctus. Et: Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: nõ est usq; ad unum: uocantur mulieres de spectaculo: ut qd̃ ipse uiderunt, apostolis nuncient. Israel autem de quo dictũm est: Israel non cognouit me: & populus meus non in- Ibi. 13. a ps. 1. a tellexit: clæmentissimũ creatorem & factorem suum prouocauit in amaritudinem: ut nequaq; eius misereatur. Hæc pie quidem dicuntur: sed quomodo cũ cæteris congruant: & consumationis mundi temporibus coaptentur, difficilis interpretatio est. e ¶ Et erit in die illa, percutiet dominus ab alueo fluminis usq; ad torrentem ægypti. Nisi iunxisset in die illa: per quod docemur ea quæ dicturus est superioribus copulanda: poteramus quasi proprium capituli huius sensum exponere: nunc autem ad superiora referenda sunt oñia. Quoniã ciuitas munita desolata erit: & speciosa ꝗdam relinquetur quasi desertum: & ibi uitulus accubabit & consumet propagines uineæ: & omnia siccabuntur: quoniã nõ est populus habẽs intellectũ: & ꝓpter stulticiã eius, nullam a creatore suo misericordiam consecutus est: Idcirco

percutiet

A percutiet siue concludet dominus ab alueo uel riuo flumi/nis usq; ad torrentē ægypti:ut in uniuersa iudæa,quæ quon/dam repromissionis terra fuit, nullus reperiatur sermo do/ctrinæ:nihil scientiæ scripturarum : de quib⁹ & Apostolus
Titū.1.d loquitur:Vt non attendamus iudaicis fabulis & mandatis hominū,qui auertun/tur a ueritate. Et ite/
Ibidem rum:Sunt enim multi & non subditi, ac ua/niloqui,& seductores, quos oportet redar/guere,præcipue ex cir/cumcisione. Alueum autem siue riuum flu/minis, iuxta historiā Euphraten possumus dicere: sicut & ī septua/gesimoprimo psalmo
ps.71.b scriptū est:Dominabi/tur a mari usq; ad ma/re:& a flumine usq; ad finem orbis terræ. Alij iordanem putant. Et hoc notandum q̄ in iudææ terminis, fluuius appelletur:in ægypti finibus,torrens: qui turbidas aquas habet, & non perpetuas . Pro torrente ægypti, Lxx. rhinocorurā transtulerunt: quod est opidum in ægypti pa/læstinæq; confinio:non tam uerba scripturarum,q̄ sensum uerborum exprimentes. Q̄z autem nos diximus,percutiet: pro quo Lxx. συμφράξει, id est, concludet transtulerunt: Aquila & Theodotio, ραβδώσει interpretati sunt: quod siue uirga percutiet, siue ad uirgam recensebit numerum gregis

B sui,intelligi potest: ut non in malam, sed in bonam partem accipiatur. a ¶Et vos cōgregabimini vnus et vnus filij israel. O filij israel : pro quo interpretatus est Symmachus, domus israel: percussis aduersarijs uestris a riuo fluminis, usq; ad torrentē ægypti: id est ab Euphrate usq; ad Nilum, uos uel ipsi congregabimini ad fidē dñi unus & unus:quia iudæorum turba non credidit : per quod significat paucos ex iudæis in saluatorem dominum credituros . Vel certe o apostoli & apostolici uiri, iudæorum multitudine non cre/dente:uos de toto orbe quos potueritis, quasi oues morbi das referte ad caulas domini : & congregate eas cum gen/tium populo:ut impleatur illud quod Paulus apostolus &
Act.13.g Barnabas loquuntur ad iudæos : Vobis quidem primum oportebat annunciare uerbum dei : sed quia indignos uos iudicastis salute,ecce conuertimur ad gentes. b ¶Et erit in die illa:clangetˢ in tuba magna ⁊c̄. In hoc loco iudæi cassa sibi uota promittunt: q̄ in cōsummatione mundi quando ἠλεημένος suus uenerit, de assyrijs & de terra ægypti dispersus. populus congre/getur, & ueniat in hie/rusalem : & ædificato templo, adoret domi/num deum suū : Q̄d̄ sc̄m literam omnino stare non potest. Nec enim de assyrijs tm̄ & de ægypto,sed de toto orbe terrarum: qui in christū crediturī sunt, uocabunt . Ergo hoc significat,q̄ in nouissi/ma tuba,iuxta apostolum Paulum, omnes qui perierāt in assyrijs & in ægypto ad domi/num ueniant. Nec dixit:omnes filios israel, sed omnes qui perierant:per quod significat gentium multitudinem, q̄ & idololatriæ,& magicis,ac philosophiæ artibus obligati,ue/niant ad fidem christi:& adorent eum in ecclesia. Tuba au/tem magna potest intelligi sermo euangelicus : de quo & in hoc eodem ꝓpheta legimus: Super montē excelsum ascen/de qui euangeliças sion : exalta uocē tuam qui euangeliças hierusalem. Mons ergo sanctus & hierusalē illa est, de qua sæpe diximus: Accessistis ad sion montem & ciuitatem dei uiuentis hierusalem cœlestem : & multorū angelorū milia: & ecclesiā primitiuorū,qui scripti sunt in cœlis. ¶Hucusq; de cōsummatione mundi dictum est: ab eo loco in quo ex/ponere cœpimus:Ecce dominus dissipabit terrā & nudabit eam:quod præsenti uolumine cōtinetur : Nunc adiuuante immo inspirante nobis Christo,transeamus ad nonū : q̄d̄ alterius prophetiæ habebit exordium.

SEP. Vos autē congregate unum & unū filios israel. Et erit in die illa : canēt tu/ba magna : & uenient qui perierant in regione assy/riorum:& qui perierant in ægypto:& adorabunt do/minum super montē san/ctum in hierusalem.

C

1.Co.15.g

Infra.40.b

Hebre.12.f

D

s.24.a

¶Commentarij octaui in Esaiam finis.

¶DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NONVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

VArijs molestijs occupati, explanationes in Esaiam prophetam per interualla dicta/mus : Vnde expleto octauo uolumine, nunc post aliquantum temporis spacium transimus ad nonum: non absq; morsu & obtrectationibus inuidorum : qui igno/rantes quid audiant, quid loquantur, de eo audent iudicare quod nesciunt: & ante despiciunt q̄ probent:eruditosq; se existimant & disertos ,si de cunctis scriptoribus detrahant. Quorum liuorem & mussitationē garrulam cōtemnentes,dei poscamus auxilium: & psalmistæ imprecatione dicamus:Dissipa gentes quæ bella uolunt: Domini em̄ locus in pace est,quæ exu/perat omnem sensum. Quam & propheta desyderat clamitans:Domine deus noster,pacem da nobis:omnia enim reddidisti nobis. Sed iam proponamus Esaiæ capitulum : & cum Moyse in/grediamur nubem & caliginem,ut clarificetur uultus noster:& iuxta hebraicū, cornuta sit facies: audiantur q̄ & rutilent tonitrua & fulgura,quæ plæbs uilior uidere non potuit.

E COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER NONVS.

VE corone superbię ꝛc. Dicam⁹ primū iuxta historiam: deinde iuxta Tropologiam: & ad extremum iuxta uaticinium prophetale. Loquitur sermo diuinus aduersum decem tribus quæ regnabāt in samaria: & ꝓpter Hieroboam, qui de tribu ephraim fuit, appellabant ephraim. Et uocat eos coronā superbiæ: quia comparati duab⁹ tribubus, quæ appellabant Iuda: sublimiores erāt & numero & robore: Ebrioscꝫ eos dicit ephraim, qui suum non intelligant creatorem: sed pro domino adorent uitulos aureos in Dan & Bethel. Isti quondam in flore fuerunt dñi & in gloria, quando regebantur a Dauid & Salomone: & in duodecim tribub⁹ erant adorantes deū in templo hierusalē: qui fuerunt in uertice uallis pinguissimæ: qđ hebraice dicitur גֵּיא שְׁמָנִים. Significat autē locum ubi traditus dominus est: super cuius uallis uerticē, templum dñi situm est. Isti inebriati sunt uino erroris & amentiæ, quod eis miscuit hieroboā: Quapropter pœnā illis dominus comminatur, ꝙ sicut grandinis turbo uniuersa confringit: & impetus aquarū inundantiū quicquid obuium inuenerit, rapit: sic ab assyriorū deleantur exercitu: & qđ reliquū fuerit, in montes siue urbes mediæ transferat. Comparat autem gloriam decem tribuum coronæ uariorum florum: quæ tantam habuerit pulchritudinem: ut quomodo si quis antecꝫ æstas ueniat & autumnus, πρόδρομον ficum uidens in arbore: statim ut manu tenuerit, deuorat: Sic & decem tribus cū assyrius uiderit, uastet & deuoret: & nihil omnino pristini populi relinquat in samaria. Hoc breuiter iuxta historiā dictum sit: Transeamus ad Allegoriā. Secūm expositionem Oseæ prophetæ: in quo Ephraim & Ioseph & samaria, & decem tribus quæ scissæ sunt a corpore duodecim tribuum, & templum domini reliquerūt: retulimus ad hæreticos: qui uere iuxta Lxx. æditionē, corona iniuriæ sunt, dominum blasphemantes: & omnia mercedis causa faciunt: & de gloria domini conciderunt: nec sequuntur tenuitatem mannæ, & humilitatē ecclesiasticam: sed in monte pinguissimo uersantur ebrij absꝫ uino: propterea fortis & durus furor domini, qui eos puniturus est grandini præcipiti: quæ nō in tecta, sed in capita mortalium ruit: & multis aquarum inundationibus comparatur: quæ quicquid obuium inuenerint, trahunt. Hæc corona iniuriæ, mercenarij appellantur ephraim: qui iuxta Apostolum turpis lucri gratia, de flore & spe ac gloria pristinæ fidei corruerūt: & uersantur in superbia: & dulcissimus cibus diaboli sunt, qui eos quotidie deuorat. Secūm prophetiam illud possumus dicere, ꝙ coronam iniuriæ uocet scribas & pharisæos, qui dominū blasphemabant: Et appellantur mercenarij Ephraim, propter Iudam qui de tribu Ephraim, & de uico eiusdem tribus Iscariot dominū precio uendidit: qui uere flos apostolicæ gloriæ cecidit super montem pinguissimum: de quo dictum putam⁹: Manducauit & bibit Iacob & saturatus est, & impinguatus: & recalcitrauit dilectus: Sive iuxta hebraicum: super uallem pinguiū, id est, gessemanim: in qua etiam nomen loci significatur: in quo Iudas dominum tradidit. Vallis autem pinguis siue pinguium dicitur propter uberta/tem, & scribas & pharisæos, qui ibi dominum cōprehenderūt: De quibus in psalmo scriptū est: Tauri pingues obsederunt me. Hæc uallis pinguium, id est, gessemanim: in hoc capitulo secundo appellat: & miror quo modo Lxx. primum eam dixerint mōtem pinguē, & postea montem excelsum. Ebrius autē fuit proditor non uino, sed auaricia & furore aspidum insanabili: & diaboli cibo, qui post buccellam intrauit in eum, & penitus deuoratus est: quia oratio eius uersa est in peccatum: & ne pœnitentia quidem eius fructum salutis habuit. Verbum hebraicum שִׁכּוֹרֵי, ambiguum est: & uel ebrios, uel mercenarios sonat. Vnde & יְשָׂשכָר interpretatur, est merces: & שָׂכָר μέθυσμα, id ē, ebrietas: cæteriꝫ ebrios: Soli Lxx. μισθωτούς, id est, mercenarios transtulerunt. b In die illa erit dominus exercituum corona glorię: et sertum exultationis residuo populi sui ꝛc. Postꝫ omnis terra samariæ, id est decem tribuum assyrio fuerit inundante deleta: & conculcata pedibus corona superbiæ ebriorū Ephraim, & in modum ficus temporaneæ deuorata: tunc residui populi israel, hoc est, duarum tribuum, Iudæ & Beniamin, ipse dominus erit corona uictoriæ: & spiritus iudicij sedenti super iudicium: haud dubium quin Ezechiæ regi Iudæ: & fortitudo eorum qui cuncta regione populata, de prælio reuertentes se urbe clauserunt. Quod in hoc eodem propheta lecturi sumus, quando centum octogintaquinꝫ milia armatorum de assyrij exercitu angelo percutiente, deleta sunt. Verum hi quoꝫ, id est Iudas & Beniamin inebriati sunt uino idolatriæ: & cōtempta religione templi, dæmonum simulacra uenerati: & nescierunt uidentē dñm qui cuncta conspiciat.

E COZONE superbiæ ebrijs ephraim: & flori decidēti gloriæ exultationis eius: qui erant in uertice uallis pinguissimæ errantes a uino. Ecce ualidus & fortis domini, sicut impetus grandinis turbo confringens: sicut impetus aquarū multarum inundantiū & emissarum super terrā spaciosam. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum ephraim. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super uertice uallis pinguiū: quasi temporaneum ante maturitatem autumni: qđ cum aspexerit, uidens statim ut manu tenuerit, deuorabit b illud. In diē illa erit dominus exercituū corona gloriæ: & sertum exultationis residuo ppli sui: & spiritus iudicij

E COZONE iniuriæ mercenarij ephraim: flos cadens de gloria super uerticē montis pinguis: qui ebrij estis absꝫ uino. Ecce fortis & durus furor domini: sicut grando quæ fertur in pronum, non habens umbraculum: & quæ uiolēter decidit sicut aquarum multitudo trahens humum: & faciēs sibi spacium: manibus & pedibus conculcabitur corona iniuriæ mercenarij ephraim. Et erit flos qui decidit de spe gloriæ in summitate montis excelsi, sicut præmatura ficus: quam qui uiderit antecꝫ sumat manu, cupiet eam deuorare. In die illa erit dominus sabaoth corona spei quæ compacta est gloriæ reliquijs populi: relinquetur in spiritu iudicij

H Pſ. 21.c

Iob. 15.c

Infra. 37.g

Allego.

A Omnes enim mensæ eorũ & uniuersa religio repletæ sunt uomitu sordiũq; ut non solũ in tẽplo, sed in uertice montiũ & nemorosis locis, idololatriæ sordib⁹ cuncta cõplerẽt: & dñs in eis nõ haberet habitationis locũ. Hoc iuxta literã dictũ sit. Porro iuxta Tropologiã, priorẽ sequamur intelligentiã:

Tropo. nec intactos Lxx. interpretes relinq̃m⁹: Hæreticis enim ore diaboli deuoratis: qui montẽ superbiæ pinguissimũ cõscẽderũt: dñs erit corona gloriæ his qui in eccl'ia cõmorant̃: & admltitudinẽ plurimoꝝ errãtiũ cõparati, parui sunt numero. Erit autẽ in spũ iudicij super iudiciũ: qa lauabit dñs sordes filiorũ & filiarũ sion spũ iudicij. Si qs autẽ sanguinẽ habuerit, nequaq̃ spiritu iudicij, sed cõbustionis igne purgabit̃: eritq; pp⁹ fortitudo: & prohibebit eũ interfici ab his qui uino draconũ inebriati sunt: & erauerũt ꝓpter sicerã. Sæpe dixim⁹ esse uinũ qd̃ de uineis fit: Siceram aũt oẽm potionẽ, quæ inebriare põt, & statũ mẽtis euertere: quam

B ꝓprie Aquila ebrietatem transtulit: siue illa frumẽto, siue hordeo, siue milio, pomorũq; succo, & palmarũ fructu, & alio q̃libet genere conficiat̃. Igit̃ sacerdotes & ꝓphetæ hæreticorũ exciderũt mẽte ꝓpt̃ sicerã: & absorpti sũt ꝓpt̃ uinũ: q̃les fuerũt Prisca & Maximilla: earũq; priceps Montanus: & quid dicerẽt, nesciebãt. Vino inebriant̃, qñ scripturas sanctas male intelligunt, atq; peruertũt. Sicera, qñ sæculari abutunt̃ sapiẽtia: & dialectico/rum tẽdiculis: quæ nõ tã uincula sunt appellanda q; phasmata. i. umbræ quædã & imagines, quæ cito pereũt atq; soluunt̃. Istiusmodi consiliũ maledictio possidebit: qui

1. Timo. 4. a questũ putãt esse pietatẽ: & cũcta faciũt ꝓpter auariciã. De hoc phasmate & Apl'us loquebat̃: Attẽdẽtes spiritib⁹ erroris, & doctrinis dæmoniorꝝ, in hypocrisi loquẽtiũ mẽdaciũ. Tertia explanatio est: q; postq; dñs scribas pharisæosq; sub

Iob. 12. a et. 15. c uerterit: & sociũ eorũ Iudã ꝓditorẽ, qui ab initio fur fuerat: loculos enim pecuniæ pauperũ ipse portabat: tunc sit in spem & in gloriæ coronã his qui de iudæis in dñm crediderint: haud dubiũ quin apl'os significet, q̃s ad prædicationẽ euangelij reseruarit: & nõ statim permiserit pro christo sanguinẽ fundere. Oẽs enim scribæ & pharisæi uino & sicera, de quib⁹ supra dixim⁹, inebriati sunt: tã sacerdotes q; pseudoprophetæ. Sed tẽdiculæ eorũ atq; insidiæ fuere ꝓ nihilo: quia & Iudas ipse qui prodidit, fecit ꝓpter pecuniã: & sacerdotes qui

HEB. iudicij sedenti super iudiciũ: & fortitudo reuertentib⁹ de bello ad portã. Verũ hi q̃q; præ uino nescierũt: & præ ebrietate errauerũt: sacerdos & ꝓpheta nescierũt: præ ebrietate absorpti sunt a uino: errauerunt in ebrietate: nescierunt uidentẽ: ignorauerũt iudicium, siue mirabiliter. Omnes enim mẽsæ repletæ sunt uomitu sordium q;, ita ut nõ esset ultra locus.

a Quẽ docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditũ? Ablactatos a lacte: apulsos ab uberibus: quia manda, remanda: manda, remanda: expecta, reexpecta: expecta: reexpecta: modicũ ibi, modicũ ibi. In loq̃la enim labij & in lingua altera loquet̃ ad populũ istum, cui dixit: Hæc est requies mea: reficite lassum: & hoc est meũ refrigeriũ: & noluerũt audire. Et erit eis uerbũ dñi: manda, remanda: mãda, remãda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicũ ibi, modicum ibi: ut uadant & cadant retrorsum: & cõterantur, & illaqueent̃ & capiãt̃.

SEP. iudicij super iudiciũ: & fortitudinem uetans interficere: Isti enim uino decepti sunt: errant propter siceram: sacerdos & propheta excíderunt mente propter siceram: absorpti sunt propter uinum: uacillauerunt: propter ebrietatem siceræ errauerunt, hoc est, φάσμα: maledictio comedet hoc cõsilium: siqui/dem istud consilium propter auariciã est. Cui annũciabim⁹ mala, & cui annũciabim⁹ nunciũ? qui ablactati sunt a lacte: qui abstracti ab ubere. Tribulationem super tribulationẽ expecta: præstolare spem sup spem: adhuc parũ, adhuc parum propter irrisionem labiorũ: propter linguam alterã qua loquent̃ populo huic, dicentes eis: Hæc est requies esurienti, & hæc contritio: & noluerunt audire. Et erit eis sermo dñi: Tribulatio super tribulationẽ: expecta, expecta: spes super spem: adhuc parum, adhuc parũ: ut uadant & cadant retrorsum: & cõterantur & peri/ditentur & capiantur.

Propter

C proditorẽ pecunia corruperũt ꝓpter metũ abiectionis suæ: Ipse enim flagellũ de funiculis faciẽs, eiecit de tẽplo eos q uendebant boues & oues: & cathedras uendẽtiũ columbas, & nummulariorũ mensas sua auctoritate subuertit, dicẽs ad eos: Scriptũ est: Domus patris mei, domus orationis uocabitur: uos autẽ fecistis eam domum negociationis, siue speluncã latronum. Iuxta Anagogen illud hebraicum, in q̃ diximus: Omnes enim mensæ eorũ repletæ sunt uomitu sordiumq;, ita ut non sit ultra locus: ad hæreticos, & ad scribas, ac pharisæos sic referri põt: ut uniuersam doctrinã eorũ & cuncta mysteria dicamus uomitu plena & sordiũ: dum scripturarũ sanctarum nõ digerũt cibos: nec uniuerso corpori faciunt esse uitales: sed immaturos & fetentes egerũt: ita ut nullum in eis deus reperiat locũ. Miror autem q̃d uoluerit Theodotio, ut pro uerbo hebraico quod dicitur, קְרִיא צוֹאַת: pro quo Aquila interpretatus est, uomitũ sordiũ: & Symmachus tantum uomitum, ille diceret: ἐμετὸν δυσαλίας, id est, uomitum dysaliæ: q̃d uerbum ubi apud græcos lectũ sit, inuenire nõ potui: nisi forte nouæ rei, nouũ finxerit nomen. Siquidẽ & apud hebræos compositũ est: qa uomitus dicitur קִיא & צוֹאַת sordid⁹. Quicqd igit̃ nauseam facit & uomitum, δυσαλία appellari potest.

Iob. 2. c

Infra. 56. c

Anago.

D

Ps. 77. b Qui fecit mirabilia in terra ægypti, in campos taneos. Et idē Esaias contra ægyptum loquitur: Vbi sunt nunc sapientes tui; annuncient tibi, & dicant: quid cogitauerit dominus sabaoth contra ægyptū. Defecerunt principes taneos: C
quos eo tempore defeciſſe cōmemorat: quando dñs ingressus est ægyptum super nubem leuem. Hanes autē urbem ægypti in alio loco nō legimꝰ: sed ex eo q̄ ait: Nūcij tui usq; ad hanes puenerūt: intelligimus ultimā iuxta æthiopas & blēmyas esse ægypti ciuitatē: pro quo Lxx. interpretati sunt: Nuncij pessimi frustra laborabunt: qui cōfisi sunt super populo ægypti: qui eis prodesse nō potuit: & fuerunt in opprobriū sempiternū. Quidam hūc locum cōtra decem tribus in samaria scriptum putant: qđ ab ægyptijs auxilia postulantes, capti sint ab assyrijs. Iuxta Tropologiam: Om Tropo.
nes qui dei religiōe cōtēpta reuertūtur ad uomitum suū: & perdito nomine filiorum, impudentissimi canes appellantur: ineunt consilium, non per dominum: & feriūt fœdus, non per spiritum domini: adduntq; peccata peccatis: ut superati blandientibus uitijs: etiam dogmatum recipiant prauitatem, & descendant in ægypti tenebras, querentes auxilium Pharaonis, qui regnat in ægypto: cuius protectio ducit in ignominiam, & in oppro-
D brium sempiternū. Sunt eīm in tanis, in mandato uidelicet humili atq; deiecto, principes eius: pessimi nuncij: qui frustra laborant super populo qui eis prodesse non poterit. Sicut eīm sanctos magistros iuuat discipulorū salus: sic perditio seductorū perdit patriarchas eorū qui ad ægypti auxilium confugerunt. a Onus iumentorū austri: Pro quo hebraice dicit מַשָּׂא בְּהֵמוֹת נֶגֶב: qđ Lxx. transtulerūt ὅρασις τετραπόδων ἐν τῇ ἐρήμῳ: id est: uisio quadrupedū in deserto. Superior expositio: quā latissime historiæ replicatiōe texuimus, huius loci est interpretatio: quod iuxta consuetudinem prophetalē, Onus, id est, pondus & sarcina cruciatuum atq; pœnarū: nō solum super babylonem & philistim, & moab, & damascum, & ægyptū, & desertū mare, idumæā quoq; & arabiā, & uallem sion, & ad extremum tyrū: sed sup iumēta quoq; austri puenerit: quæ Lxx. trāstulerunt, q̄drupedes in deserto. Significat aūt tribū iuda quæ in australi parte sita, eremo cōfinis est: & eos qui Hieremiæ uaticiniū respuētes, capta hierosolyma noluerūt habitare in iudæa: sed per desertū ad ægyptios cōfugerūt. Et recte appellantur iumenta austri, siue quadrupedes in deserto: quia respuerunt noticiā dei: & cōtēpto eius imperio, ad ægypti simulacra fugerunt, spem habētes in Pharaone: cui qui innixus fuerit, q̄si si incumbat harūdini, quæ fracta manū uulneret innitentis. De istiusmodi iumētis & filij chore loquē-
Ps. 48. d bātur in psalmo: Homo cū in honore esset nō intellexit, cōparatus est iumētis insipientibꝰ, & similis factꝰ est illis. Qđ q̄ sequitur: Hæc uia eorū scādalum ipsis: recte super præsenti capitulo intelligi pōt, quod uia desertī illis fuerit in ruinam: Legisse me noui, iumēta austri & quadrupedes in deserto, q iudææ terminos relinquētes, ad ægypti tenebras cōfugerūt: referri ad spūalia neqtiæ in cœlestibꝰ, & rectores tenebrarū istarꝫ: q uniuersas diuitias & pristinas opes ægypti desyderio p̄diderunt: Hoc ille dixerit. Nos iuxta Tropologiā: ut q̄ Tropo.
necdū p̄posuimꝰ differamus: dicimus oēs q creatore desereto sæculi erroribꝰ se dederūt esse q̄drupedes in deserto isti sæcli: a q̄ frustra sperēt auxiliū cū uerꝫ dei auxiliū dereliq̄rint
b C In terra tribulatiōis &c. Pro leone, in hebraico scriptū habet לָבִיא: & pro regulo uolāte: quē Lxx. genimina aspidū

E uolãtiũ tranſtulerũt: in hebraico מְעוֹפֵף dicit euolãs: quẽ nos appellare poſſum⁹ cõburentẽ, & hebraice uocat שָׂרָף: Rurſum in eo loco ubi nos interpretati ſumus, portãtes ſuper humeros iumentorũ: pro iumentis, omnes ſimiliter trã ſtulerunt πώλους, id eſt, pullos aſinorũ. Terra autem tribulatiõis & anguſtiæ, latiſſimam eremi ſignificat uaſtitatẽ: per quã reliquiæ hieruſalẽ cũ Iohannã filio Careæ & filiabus regis Sedechiæ, ſublatis omnib⁹ quæ habere poterant, ad ægyptum trãſfugerũt. Leænam quoq; & catulum leonis, hieruſalem & populũ eius μεταφορικῶς intelligẽte balaã in Numeris: Ecce populus ut leæna conſurget, & quaſi leo erigetur: Nõ accubabit donec deuoret prædam: & occiſoꝝ ſanguinem bibat. In Eçechiel quoq; ſcriptum eſt: Aſſume plãctum ſuper principẽ iſrael, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit: in medio leunculorum enutriuit catulos ſuos? Ac ne putarem⁹ uere ſcripturam ſanctã de leæna & leone dicere: contra naturã rerũ loquitur: quod de leæna & leone nata ſit uipera & regulus uolãs, ſiue genimina aſpidũ uolantia: quod uidelicet de malis parẽtibus peiores generati ſint liberi: de quibus & euãgelium loquebatur: Generatio uiperarum, quis oſtẽdit uobis fugere ab ira uẽturæ? Et ad terram dicitur iſrael: Tu es terra in qua nõ pluit, nec imber uenit ſup te in die iræ: cuius principes in medio eius, quaſi leones rugientes, rapientes prædam: animas deuorantes per potentiam. Iſta genimina uiperárum, ſiue aſpidum uolantium: id eſt, principes populi & omnis impiorum turba, ierunt ad populũ, qui eis proderant nõ potuit: dicẽte Hieremia: qđ traderet dñs Pharaonẽ uafre regẽ ægypti in manũ inimicoꝝ ei⁹, & in man⁹ quærẽtiũ animã illi⁹: & cõſumerẽt oẽs uiri iuda q erãt in terra ægypti gladio & fame uſq; ad internitionẽ: intm ut tradãt hebræi priuſq; Nabuchodonoſor ægyptum caperet: Hieremiã & Baruch iminentẽ captiuitatẽ morte uitaſſe. Leænã & catulũ leonis: quidã cœleſtem hieruſalẽ & receptum ex ea populum expoſuit: regulumq; uolantem & uiperas & genimina aſpidum: illũ de quo ſupra legimus, colubrum tortuoſum: & de quo ſaluator in euangelio loquebatur: Videbam ſatanam, quaſi fulgur de cœlo cadentem: qui draco appellatus in Apocalypſi: tertiam partem ſtellarũ ſecum detraxit in terrã: quæ puerſitate ſententiæ priores diuitias perdiderũt: deferẽtes eas in ægyptũ huius ſæculi. a ¶ Ideo damaui ſuper hoc: ſuphia tantũ eſt, quieſce: Pro quo neſcio quid uolentes Lxx. tranſtulerũt: annuncia iſta: quoniã uana eſt conſolatio ueſtra hæc. Porro Symmachus ταραχαὶ ἔισιμ καὶ οἰκεῖμ .i. tumultus ſũt ut habitẽt. Verbũ hebraicũ רַהַב: Aquila ὄρμημα: id eſt impetum & ſuphiã: Symmach⁹ turbationẽ. Lxx. μάταια, id eſt, uanitatem: Theodotio, latitudinem interpretati ſunt: quod tribus literis ſcribitur, רחב: & ipſum eſt quod in pſalmis legit: Memor ero raab & babylonis ſcientium me. Et eſt ſenſus: Quõ in ægyptijs uanum auxiliũ eſt: præcepi ei, id eſt hieruſalem ſiue clamori: quod ægyptij regni tantum haberẽt uocabulũ: & abſq; uiribus ſuperbiam: & iſrael in terra ſua ſedere uel habitare deberet: nec fruſtra ab infirmis auxilium petere.

HEB. lans: portãtes ſuper humeros iumẽtorum diuitias ſuas: & ſuper gibbum camelorũ theſauros ſuos, ad populum qui eis prodeſſe non poterit: ægyptus fruſtra & uane auxiliabit. Idẽo damaui ſuper hoc: ſuperbia tantum eſt, quieſce.

SEP. na aſpidum uolantium: qui ferebãt ſuper aſinos & camelos diuitias ſuas ad gẽtẽ quæ eis nõ proderit: ægyptij inania & uacua prodẽrunt uobis. Annuncia eis: quia uana conſolatio ueſtra hæc.

Nu.23.d

b Nũnc ingreſſus ſcribe eis ſuper buxum: in libro diligẽter exara illud: & erit in die nouiſſimo in teſtimonium uſq; in æternũ. Pop̃ulus em̃ ad iracundiam prouocãs eſt: & filij mendaces, filij nolẽtes audire legem dei. Qui dicunt uidentibus, nolite uidere: & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia: uidete nobis errores. Auferte a me uiã: declinate a me ſemitam: ceſſet a facie noſtra ſanctus iſrael. Prõpterea hæc dicit dñs ſanctus iſrael: Pro eo q̃ reprobaſtis uerbũ hoc, & ſperaſtis in calumnia & tumultu: & innixi eſtis ſup eo: Propterea erit uobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadẽs, & requiſita in muro excelſo: quoniam ſubito dum non ſperatur ueniet cõtritio eius. Et cõminuet ſicut conterit lagena figuli contritione perualida: & nõ inueniet de fragmẽtis ei⁹ teſta, in q̃ portet igniculus de incẽdio: aut hauriat parũ aquæ de fouea.

Ecech.19.a

F

Quia

Matth.3.b
ẓ.5.b
Sopho.3.a
Hiere.46.f
ẓ.14. g.27.a
Luc.10.c
Apoc.12.a

quere quod nobis placet: ut pergamus in ægyptum: quod cumulẽt peccata peccatis. Quid nobis ingeris quod non libẽter audimus? quid monſtras uiam per quã ingredi nolumus. Quid frequenter ingeminas auribus noſtris: hæc dicit dñs ſanctus iſrl? Ceſſet a nobis iſta prædicatio. Scd̃m Tropologiam: omnes hæretici mendaces filij appellantur. Ex nobis em̃ exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: qui nõ audiunt interioris hoĩs auribus legem dei: & eccleſiarum loquuntur magiſtris: Nolite nobis uidere quæ recta ſũt: nec gehennæ flãmas cõminemini: ſed promittite nobis regna cœlorum: ut poſt luxuriã & delitias, pandatur nobis paradiſus. Quid mihi oſtendis uiam dñi per quã non libenter ingrediar? Quid replicas nomen ſancti iſrael, ſiue uerbum iſraelis, quod mei pectoris arcana nõ penetrat? Quod qui dem & ad populũ eccleſiæ dicitur negligentẽ: ſi auerſet̃ auſteritatem magiſtrorũ, & adulatoribus faueat. **b ¶ Propterea hec dicit dñs ſanctus iſrael ẽ.** Quia inquit ſupra dixiſtis: ceſſet a facie noſtra ſanctus iſrael: ſiue ut Lxx. tranſtulerũt ἀφέλεῖε ἀφ' ἡμῶμ τὸ λόγιομ τοῦ ἰσραὴλ .i. auferte a nobis uerbũ iſrl: Idcirco hæc dicit dñs ſanct⁹ iſrl & nolentibus uobis ſe ingerit: ut quẽ neglexiſtis cõmonentẽ, ſentiatis puniẽtem. Habuiſtis fiduciam in ægyptiorũ calumnia atq; mẽdacio: & innixi eſtis ſuper tumultu eorũ, ſiue cõtradictione & ſuperbia: ut Symmachus & Theodotio interpretati ſunt: Propterea uertetur uobis hæc iniquitas ſiue peccatũ: ut ſitiſ quaſi mur⁹ cadẽs ſubito ciuitatis firmiſſimæ & captæ: cui⁹ repentina aduenerit ruina: ita em̃ Lxx. tranſtulerunt. Et eſt ſenſus iuxta hebraicũ: Quõ interruptio muri altiſſimi qui

) longam

G

H

Hiere.43.b

Tropo.
1.Ioh.2.c

ẓ.ca.

Hie

A longã traxit ruinam, difficile inſtaurari poteſt, & priſtinũ decorem recipere: ſic uobis ueniet repentina cõtritio. Et ut alia utar ſimilitudine. Sicut uas figuli ſi confringatur cõtritione perualida, ita cõminuitur in fruſta, ut uix paruula teſta remaneant de fragmẽtis: in qua porteſ ignicul⁹, aut paululũ aquæ de lacuna hauriatur & fouea: ſic uos cum ieritis in ægyptũ, perſequente uos illuc Nabuchodonoſor, uſq; ad internitionẽ peribitis. Hæretici quoq; & omne dogma cõtrariũ ueritati confidunt in calumnia atq; mendacio: & muſſitãt iuxta Lxx. cõtra creatorẽ ſuũ: Propterea impietatis eorum ciuitas deſtrueſ, quã ædificauit cain: cui ueniet repentina perditio, cũ capta fuerit ab eccleſiaſticis uiris: & ita deſtructa & cõminuta: ut nihil in ea remaneat qđ poſſit ignẽ emortuũ reaccendere: & ſaltẽ cœnoſam, & paruulã aquã populiſ præbere ſitientibus. a ¶ Quia hęc dicit dominus deus ſanctus iſrael, ſi ꝛc.

B Sanctus ait: cuius ſupra nomẽ tacuerã, ipe eſt dñs de⁹: q uobiſ & per me & p Hieremiã loquitur: Si agatis pœnitentiam, & uel uitia relinquatis, uel errorẽ prauí cõſiliſ, & maneatis in iudæa: non babyloniorum impetũ, ſed mea præcepta metuentes, ſalui eritis. Quieſcite & ſperate in dño: & fidei in ,pmiſſis meis robur arripite. Qui contemnentes præcepta uitalia, deſperatione dixiſtis: nequaq; ita erit ut loqueris: ſed ad equos cõfugiemus ægyptios: & concito ad eos atq; ueloci pergemus gradu. Quia igitur iſta dixiſtis, fugietis quidẽ & pernici curſu intrabitis ægyptum: ſed uelociores erũt babyloniſ qui uos uſq; ad ægyptũ perſequẽtur: tãtuſq; terror atq; formido obtinebit ægyptũ: ut uni chaldæo mille ægyptiſ reſiſtere nequeant: & quinq; hoſtibus, fugiẽtium plurima multitudo: iuxta illud quod in Deuteronomio legim⁹:

Deu. 28. a Dabit te dñs ut corruas in cõſpectu inimicorũ tuorũ. Via
et. 32. e una egredieris ad eos, & per ſeptem uias fugies a facie eorũ:
Anago. & eris in diſperſione in cũctis regnis terræ. Iuxta Anagogẽ & Lxx. æditionem: omnes ad pœnitentiam peccatores: & præcipue hæreticos cohortaſ ſermo diuin⁹: qđ cũ reuerſi a uitiſs ingemuerint: & egerint pniam, ſalui fiãt: & tũc intelligãt ubi pri⁹ fuerint: & qđ fruſtra in uanis ſperauerint. Cũq; eos ad pœnitẽtiã cohorteſ: illi ecõtrario cõfidũt in falſiſ magiſtris & in incerto ſæculi: deiq; ꝟba audire nolẽtes, eq̃s ægyptios deſyderãt: & eoꝝ uelocitate lætaneſ: q̃s mltiplicari dñs

Deu. 17. d ,phibuit. Idcirco eccleſiaſtici uiri eos uelociter perſequenẽ: & unius bellatoris uocẽ ſiue qnq; pugnãtiũ: qđ ad mẽtẽ & ad qnq; ſẽſus referre debem⁹, mille hoies & incõdita turba fugiẽtiũ ſuſtinere nõ poterũt. b ¶ Donec relinq̃mini ꝛc. Scri

Hiere. 46. b bit & Hieremiaſ qđ iterfectis gladio & fame his q i ægyptũ cõfugerãt: pauci remãſerint q reuerſi ſint in iudæã. Et quõ ſi fracta naui & cõpage illius diſſoluta, ſola arbor quæ mal⁹ dicit remaneat & ponaſ ,p ſigno in ſũmitate mõtis, ſiue in excelſo colle: Sic ,p ſigno atq; ueſtigio, uix unus & alter reſideãt, ad dei potentiã demõſtrandã. Et tunc inqt ſcient oẽs reliquiæ iuda q nũc ingrediũẽ terram ægypti ut habitẽt ibi: cũ reuerſi fuerit in terrã iudæã: cui⁹ ſermo cõpleaſ, meus an illorũ. c ¶ Propterea expectat dñs ꝛc. Grandis clæmẽtia dei ut expectet noſtrã pœnitentiã: & donec nos a uitiſs conuertamur, ille potentẽ contrahat manũ ne ferire cogaſ. Ideo aũt miſeretur & parcit: ut exalteſ illius miſericordia: & bonitas creatoris nota cunctis fiat. Vt certe iuxta illud q̃ in euãgelio lo-

Ioh. 12. e qtur: Cũ exaltatuſ fuero, oĩa trahã ad me: id circo exaltaſ in cruce, ut parcat oĩbus: Ipſe eſt eĩ deus iudiciſ: & beati ſunt oẽs q expectant dñm expectantẽ cõuerſionẽ ſuã. Quorũ ſit autẽ, & quæ iſta cõuerſio: ſequẽtia ꝟba mõſtrabũt. d ¶ Populus eĩ ſion habitabit in hieruſalẽ. Iudæi hæc ad Cyri tẽpora referũt: qñ de babylone in iudæã reuerſus eſt ppłus ſub Zorobabel & Ieſu pontifice. Nos

Leui. 20. b aũt ut ſæpe iã diximꝰ, oĩes repromiſſiones quæ excedunt mediocritatẽ illi⁹ tẽporis, ad chriſti referamus aduentũ: in quo captiuuſ quondã ppłus paſſiõe dñi liberatus, habitauit in ſion & hieruſalem: in ſpecula uidelicet & in uiſione pacis: hoc eſt in eccleſia. Porro qđ in Lxx. uerbum additur ſanctitatis: qui dixerunt: populus eĩ ſanctus in ſion habitabit: ſic interpretari poſſumus: ut dicam⁹ nullum habitare in ſion, niſi eum qui ſanctus ſit: & audiat dicentem dñm: Sancti eſtote, quoniã & ego ſanctus ſum. e ¶ Plorans nequaq; plorabis ꝛc. Cum reuerſus fueris in ſion, & habitaueris in hieruſalẽ: nequaq; plorabis ut añ ploraueras: ſed fletus tuus uerteſ in gaudiũ. Beati eĩ flentes,

Luc. 6. d quia ipſi ridebunt. Et poſtq; clamaueris & dixeris ad dominum: Clamaui in toto corde meo, exaudi me dñe. Et iterũ:

ps. 118. t Clamaui miſerere mei, & cuſtodiã mãdata tua. Et alibi: Expectaui in matutino & clamaui: & tã clara fuerit uox tua ut cœlos penetret: ſtatim tibi dñs rñdebit: & ſimilis eris Moyſi, de q̃ ſcriptũ eſt: Loquebaſ Moyſes: & dñs reſpõdebat ei.

Exo. 19. d f ¶ Et dabit vobis dñs panẽ artũ ꝛ aquã. Si ad Zorobabel hæc referim⁹ tẽpora: facilis interpretatio eſt, q̃ nõ fuerit ſub eo pfecta lætitia, dicẽte Dauid: Cũ cõuerterit dñs captiui-

ps. 125. a tatẽ ſion: facti ſumus ſicut cõſolati: ut nõ cõſolationẽ plenã atq; pfectã: ſed ſimilitudinẽ cõſolatiõis acciperẽt. Sinautẽ ad ſaluatoris aduentũ: panis artus & aq̃ breuis, iuxta apoſtolũ Paulũ, & hũc eũdẽ Eſaiã ,pphetã, euãgelicus ſermo p̃dicit: q ,placinioſis legis obſeruatiõibus atq; mandatis, in uno uerbo recapitulauit oĩa: Diliges ,pximũ tuũ ſicut teip-

Gal. 5. c ſum: Cõſumatũ eĩ & abbreuiatũ ſermonem fecit dñs ſup terrã. g ¶ Et nõ faciet auolare ꝛc. Multũ in hoc loco Lxx. æditio hebraicũq; diſcordant. Primũ ergo de uulgata æditione

E tione tractabimus: & postea sequemur ordinē ueritatis. Cū intellexerint atq; pspexerint cordis oculi ueritatē: & eos q se prius decoœperāt, tota mētis ratiōe cognouerint: & auribus eruditis post tergū decipientium uerba perspexerint: semp em̄ cæcam corporis partē decipere festinant: iuxta illud qđ in psalmo legimus: Vt sagittēt in obscuro rectos corde: qui tāta m sibi assumunt auctoritatem: ut seu dextera doceant seu siniſtra, id est siue bona, siue mala: nolint discipłos ratione discutere: sed sequi præcessores: Tūc hi q prius decipiebāt, nequaq; ultra ad eos ualebūt accedere post q̄ se senserint intellectos. Porro iuxta hebraicū, & facilis & uera explanatio est: Cū em̄ dñs credētib⁹ dederit panē artū & aquā breuem: nequaq; ultra faciet auolare ab eis illū qui docet hominē scientiam: sed semper uidebūt oculi ei⁹ præceptorē suum: & aures illius uerbum post tergum monentis exaudiēt atq; dicētis: Hæc uia recta est, ambulate in ea, neq; ad dextrā, neq; ad siniſtrā: secm illud qđ alibi legitur:

F Nu.20.e Nec ad dexteram, nec ad siniſtram declinabimus: uia regia gradiemur. In utraq; em̄ parte q̄quid supra modū est i uitio est: Et de dextris partibus dicit: Ne sis iustus multū. De siniſtris autem qđ in hædorum, & in pereuntium parte ponant, nulla dubitatio est. a ¶ Et cōtaminabis ꝛc. Cū intellexeris uerita-

Eccs.7.c tem: & decipientes ad te non accesserint: sed oculi tui uiderint præceptorē tuū: & aures tuæ semp audierint: Hæc uia, ambulate in ea, neq; ad dextram, neq; siniſtram: Tunc oēs errores & idola, ac similitudines vitatis: quæ artifex lingua cōposuerat: in splēdore eloquētiæ, qđ interpretat argentū: & in ratione sapientiæ, quod aurū sonat: cōminues atq; disperges: & ita iudicabis īmunda: ut mēstruatæ mulieris sordidissimo sanguini cōpares: qđ uerbis alijs aquā mēstruatæ. Lxx. trāstulerūt. b ¶ Et dabit pluuia semini tuo ꝛc.

5.Reg.18.g Scriptū est in Regum uolumine: quod postq̄ interfecti sūt ab Elia pseudoprophetæ: data sit pluuia terræ israel: & qđ pa-

4.Reg.4.g nis Helisæi & postea saluatoris uberrimus fuerit atq; pin-

Iob.6.b guissimus: & tantā habuerit plenitudinē: ut multa hominū milia ex eo saturata sint. Ita & in præsenti loco: nō prius dabitur pluuia semini spūali: & panis terræ uberrim⁹ atq; pinguissim⁹: nisi idola deargētata & deaurata fuerint cōminuta, & reputata in sterquiliniū. Nisi em̄ uitia recesserint: uirtutes nō subeunt. c ¶ Pascet in possessione tua ꝛc. In rerū omniū abundātia, cœlesti pluuia descendente: & illo pane q

Iob.6.e de cœlo descēdit: quē q comederit nūq̄ esuriet: pascēt agni in loco spacioſissimo, q sequūtur agnū q̄cūq; uadit: & q sp ad dextrā sunt. Tauri aūt principes gregis: de qbus legim⁹:

ps.67.g Cōgregatio taurorū in uaccis populorū: & pulli asinorum,

Matth.21.a qbus sedens dñs ingressus est hierusalē, qui operantur terram, sic de area comedent, ut fuerit uētilatum: ne quid uidelicet in cibo eorum mixtū sit palearū: de qbus in Hieremia

Hiere.23.f scriptum est: Quid paleis ad triticum dicit dñs? & quæ in euāgelio comburūtur igni inextinguibili. Porro iuxta Lxx. Luc.3.d

G iumenta quæ nec dum rationis sapiētiæq; sunt plena; & de ps.72.d qbus unum loquitur ad deum: Sicut iumentū factus sum apud te: pascentur in loco pinguissimo & spacioso: q nō affert spinas & tribulos: sed quasi terra israel lacte & melle decurrit: & plenam pascē tibus tribuit libertatē. Tauri autem & boues qui operantur terrā. i. apli & uiri apostolici: de qbus & aplus Paulus scriptum interpretatur: Nō alligabis os boui trituranti: Nunquid de bobus cura est deo? Sed utiq; de his dicit: qui operanē terram suam: & de q bus idem loquit̄: Dei agricultura, dei ædificatio sumus: Pater em̄ agricola est: & christus uinea: comedēt paleas mixtas cū hordeo uentilato. Legimus quod Isaac hordeum seuerit: & quia apud allophylos erat: cētenariā hordei frugem recepe-

Osee.3.a rit. Et Oseæ: Coro & dimidio coro hordei conduxit mulierē ad-

Iob.6.a ulterā. Saluator quoq; quinq; milia uiroꝝ q ad huc sensibus corporis seruiebāt & legē sequebātur Moysi: hordeacijs panibus saturaue-

H rat: Qui i alio loco frā Matth.15.d gens quinq; legis panes & in frusta cōminuens: quatuor milia uiros repleuit triticeis panibus q euangelicū nūeꝝ sequebātur. Istiusmodi ppli comedunt & partē palearū, dū in qbusdam sequūtur literam: & tamen per paleas & hordeum paulatim proficiunt, ut trāseant ad frumentū. b ¶ Et erūt super omnem montē ꝛc. In hoc loco Iudæi, multos interfectos & ruentes turres: ad rhomani imperij referūt potentiam: de qbus & Apostolus loquitur: Tātum q tenet nunc, teneat donec de medio fiat. 2.Thes.2.b Quod scilicet in illo tēpore tanta beatitudo sit populi isrl: ut nō solū ualles atq; campestria: sed oēs montes & colles aquis fluentibus irrigentur. Nos autē montes & colles, eos intelligamus, qui in excelsum uirtutibus eleuati sunt: q esu Matth.5.a riunt & sitiunt iusticiā: quos dñs ꝓuocat ad bibendū. Qui Iohā.4.b em̄ biberit de aqs ei⁹: nō sitiet in æternū. Vñ & in psalmo legimus: Benedicite dñm de fontibus isrl. Et in euangelio di- ps.67.f citur: quod omnis qui biberit de aquis iesu: flumina aquæ Iob.7.f uiuæ fluent de uentre eius. Et ad deū sanctus loquit̄: Quoniam apud te est fons uitæ: de q̄ purissimū flumen egredit̄: ps.35.c sup quo rursum scriptura cōmemorat: Fluminis impetus Ibi.45.a lætificat ciuitatē dei. Et in alio loco: Fluuius dei repletus est aquis: ille uidelicet, q loquit̄ per Hieremiā: Me dereliquerunt fontē aquæ uiuæ. Hoc aūt tūc fiet: cū interfecti fuerint Hiere.2.c siue perierint plurimi. Multi em̄ uocati: pauci vo electi: Et Matth.20.b cū ceciderint turres: siue dæmonū potestates: siue supbi qq̄ & arrogātes & magni in isto sæculo: de qb⁹ & in psalmis dicit̄: Vidi impiū eleuatū, & exaltatū sicut cedros libani: & trā- ps.36.g siui, & ecce nō erat: quæsiui eū, & nō est inuēt⁹ locus ei⁹. Has turres ædificare cupiebāt: q mouerūt pedes suos de oriente q̄ꝛ linguæ in babylone cōfusæ sunt: & illi sup q̄s cecidit turris siloæ. e ¶ Et erit lux lunę ꝛc. Miror quō in præsenti lo- Luc.13.a co uerba hebraica לְבָנָה & חַמָּה: quæ Aquila interpretat̄

albam

HEB. tergū monētis: hæc uia, ambulate in ea, neq; ad dextrā, neq; ad siniſtrā.
a Et cōtaminabis lamināsculptiliū argenti tui: & uestimentū conflatilis auri tui: & disperges ea sicut immūdiciā mēstruatæ: egre-
b dere dices ei. Et dabit pluuia semini tuo ubicūq; seminaueris in terra: & panis frugū terræ erit uberri-
c mus & pinguis. Pascet in possessione tua in die illa agn⁹ spacioſe. Et tauri tui & pulli asinorū qui operātur terram: commixtum migma comedent: sicut in area uentilatum est.

SEP. te decipientiū qui dixerūt. Hæc uia, ambulem⁹ in ea siue ad dextrā siue ad siniſtrā. Et contaminabis idola deargentata & deaurata: cōminues ea & disperges sicut aquam menſtruatæ: & sicut sterc⁹ abijcies ea. Tunc erit pluuia semini terræ tuæ: & panis frugum terræ tuæ erit abundans & pinguis. Et pascentur iumenta tua in die illa locum pinguē & spacioſum. Tauri uestri & boues uestri qui operātur terram, comedent paleas cōmixtas in hordeo uentilato.

b Et erunt sup oēm mōtem excelsum: & super omnē collē eleuatum riui currentium aquarū in die interfectionis multorum cum ciderint turres.

e HEB. Et erit lux lunæ sicut lux solis: & lumē solis erit septuplū

SEP. Et erit lumen lunæ, sicut lumen solis: & lumen solis

panibus q euangelicū nūeꝝ sequebātur. Istiusmodi ppli comedunt & partē palearū, dū in qbusdam sequūtur literam: & tamen per paleas & hordeum paulatim proficiunt, ut trāseant ad frumentū. b ¶ Et erūt super omnem montē ꝛc. In hoc loco Iudæi, multos interfectos & ruentes turres: ad rhomani imperij referūt potentiam: de qbus & Apostolus loquitur: Tātum q tenet nunc, teneat donec de medio fiat. 2.Thes.2.b Quod scilicet in illo tēpore tanta beatitudo sit populi isrl: ut nō solū ualles atq; campestria: sed oēs montes & colles aquis fluentibus irrigentur. Nos autē montes & colles, eos intelligamus, qui in excelsum uirtutibus eleuati sunt: q esu Matth.5.a riunt & sitiunt iusticiā: quos dñs ꝓuocat ad bibendū. Qui Iohā.4.b em̄ biberit de aqs ei⁹: nō sitiet in æternū. Vñ & in psalmo legimus: Benedicite dñm de fontibus isrl. Et in euangelio di- ps.67.f citur: quod omnis qui biberit de aquis iesu: flumina aquæ Iob.7.f uiuæ fluent de uentre eius. Et ad deū sanctus loquit̄: Quoniam apud te est fons uitæ: de q̄ purissimū flumen egredit̄: ps.35.c sup quo rursum scriptura cōmemorat: Fluminis impetus Ibi.45.a lætificat ciuitatē dei. Et in alio loco: Fluuius dei repletus est aquis: ille uidelicet, q loquit̄ per Hieremiā: Me dereliquerunt fontē aquæ uiuæ. Hoc aūt tūc fiet: cū interfecti fuerint Hiere.2.c siue perierint plurimi. Multi em̄ uocati: pauci vo electi: Et Matth.20.b cū ceciderint turres: siue dæmonū potestates: siue supbi qq̄ & arrogātes & magni in isto sæculo: de qb⁹ & in psalmis dicit̄: Vidi impiū eleuatū, & exaltatū sicut cedros libani: & trā- ps.36.g siui, & ecce nō erat: quæsiui eū, & nō est inuēt⁹ locus ei⁹. Has turres ædificare cupiebāt: q mouerūt pedes suos de oriente q̄ꝛ linguæ in babylone cōfusæ sunt: & illi sup q̄s cecidit turris siloæ. e ¶ Et erit lux lunę ꝛc. Miror quō in præsenti loco uerba hebraica לְבָנָה & חַמָּה: quæ Aquila interpretat̄ Luc.13.a

albam

A albam & calorem, per quæ lunam solemq; significat: supra idem Lxx. laterem & murũ trãstulerint, in eo loco ubi scriptũ est: Et erubescet luna, & sol cõfundetur: Pro quo illi interpretati sunt: liquefient lateres, & ruet murus: & nunc idẽ sequentes hebraicũ, lunam solẽq; trastulerint. Vnde mihi datur suspitio nõ eos errasse a principio: sed paulatim scriptorũ uitio deprauatos. Necq; eñ fieri potest, ut q in hoc loco eadẽ ẏba bene interpretati sunt: in superioribꝰ errauerint. In die ergo interfectionis multorũ, cum arrogantes superbiq; corruerint: & qui posuerunt in cœlũ os suum didicerint esse se terrã: erit lumẽ lunæ, sicut lumen solis: quando dederit dñs cœlum nouum, & terram nouã, & transierit habitus mũdi huius, ut luna & sol: laboris & cursus sui præmia consequantur: Étem expectatio creaturæ reuelationem filiorũ dei præstolatur: quia & ipsa creatura, liberabitur a seruitute corruptiõis, in libertatẽ gloriæ filiorꝫ dei: licet ea qdam organa lucis intelligẽtes, insensibilia esse cõtendant. Luna ergo solis fulgorem accipiet. Nec mirum hoc de clarissimo sentire elemento, cui principatus noctis
Matth.13.f est traditus: cum de sanctis quoq; scriptum sit: Fulgebunt iusti quasi sol. Et sol septuplum lumen accipiet sicut fuit lux septẽ dierũ, quãdo ab initio creatus est mũdus: quãq; septẽ dies, Lxx. nõ transtulerint: qñ dñs alligauerit uulnus ppli sui, siue sanauerit cõtritionẽ ppli sui: qñ implebit illud qđ scriptũ est: Fugiet dolor, & mœror, & gemitus: qñ subintrãte plenitudine gentiũ, saluus fiet omnis israel: aut certe quãdo ultio eorum uenerit: quorũ sub altari clamant animæ: Vsq; quo non ulciscẽris sanguinem nostrũ, de his qui habitãt in terra? Et hoc consydera, quod non dixerit, quãdo sanauerit contritionẽ popli sui israel siue Iacob: sed absolute populi sui: ut omnes deo significet seruientes.

HEB. septuplum sicut lux septem dierũ: in die qua alligauerit domin9 uuln9 ppli sui: & pcussuram plagæ eius sanauerit.

SEP. solis septuplũ, in die quãdo sanauerit domin9 cõtritionem populi sui: & dolorem plagæ tuæ curauerit.

C Esa.35.d

Apoc.6.c

Quidam locũ istum & omnia quæ in hoc repromissionum capitulo cõtinent: ad cœlestẽ referunt hierusalẽ, & ad reuersionẽ populi eius: quãdo implebitur illud qđ scriptum est: Cœlum & terra pertransibunt. Alij ad Heliæ tẽpora: & ipm dicunt esse, de q̃ supra scriptũ est: Erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum: & aures tuæ audient uerbum post tergum monentis: Tũc de mõtibus & collibus iuxta fabulas poetarum, & saturni aureum sæculum lactis riuos fluere: & de arborũ foliis stillare mella purissima. Quæ q recipiunt, mille quoq; annoꝝ fabulã, & terrenũ saluatoris imperiũ iudaico errore suscipient: nõ intelligẽtes Apocalypsim Ioãnis in superficie literæ, medullata ecclẽ sacramẽta cõtexere.

Matth.24.c 8.co.c

Cõmentarij noni in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

B DEcimus liber quẽ nũc habemus in manibus: nono & undecimo minor erit numero uersuum, nõ sensuũ magnitudine. Sequit eñ eũ sennacherib atq; Rabsacis, & Eçechiæ regis historia: quæ nec iungi cũ præcedẽtibus poterit, propter enormem uoluminis magnitudinẽ: nec diuidi propter gestorꝫ cõtinentiam. Itaq; ut uoluisti uirgo christi Eustochiũ: & ut in cõmune placuit: sicut & supiores ante dictaui: & hũc & reliquos, si christus annuerit dictabo libros: ut ꝓphetias sibi copulem: nec eas inter se lacerẽ atq; discerpã in alterius finẽ, & alterius principiũ. Audio præterea scorpiũ mutũ animal & uenenatũ: supꝰ sponsione quondã cõmentarioli mei in Danielem prophetã, nescio quid mussitare, immo ferire conari in suo pure moriturum. Cuius neniæ & lugubres cantilenæ: necdũ mihi proditæ sunt: & idcirco dilata responsio: magisq; obediendũ tibi est: & sancto atq; eruditissimo uiro fratri tuo Pammachio: qui insatiabili studio me per literas cogit, expleto Esaia transire ad Eçechiel: cũ ego & ætatis & corporis imbecillitate cõfectus: notariorũq; penuria, qui me possent suis ministerijs adiuuare, in eodẽ adhuc luto hæsitem, & uix partẽ Esaiæ mediã in hoc uolumine finiturũ esse me credã. Quod si te orante compleuero: arripienda erũt & reliqua: quæa quartodecimo Eçechiæ regis anno habebunt initium.

D

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER DECIMVS.

ECce nomen dñi venit de longe ardens ꝛc. Dicam primum iuxta hebraicum. Pendent ex superioribus quæ dicuntur: Corripuerat sermo propheticus eos q cõtempto auxilio dei, propter babyloniorũ mœtum ad ægyptios cõfugiebant: & est cõminatus descendentibus ibi eos esse morituros: Rursumq; post pœnas, eos q illũ audire uoluisse: non solũ sub Zorobabel Eçra & Necmia in hierusalẽ habitaturos esse promittit: sed maiorẽ cunctis credentibus uerbo dei, in cõsumatione mundi beatitudinẽ polliceẽ: quãdo per cẽs montes & colles current aquarũ flumina: & interfectis multis cadent turres. Luna quoq; & sol clarius lumen accipient: qñ uulnus populi sui dñs alligauerit atq; sanauerit: Licet hæc quidã ὑπερβολικῶς Cyri temporibus qui captiuitatẽ populi relaxauit

ECce nomen domini uenit de longe: ardens furor eius: & grauis ad portandũ. Labia eius repleta sunt indignatiõe: & lingua eius quasi ignis deuorans

ECce nomen dñi uenit post tẽpus multũ: ardẽs furor cũ gloria: eloquiũ labiorũ eius, eloquiũ iræ plenum: & ira furoris sicut ignis deuorabit: & spiritus

E xauit, in terra iudæa expleta contendant. Quia igitur bonis & obedientibus præmia repromissa sunt: nunc econtrario malis & contẽptoribus supplicia nunciãtur: quod dñs impleat cogitationẽ suam: & ad puniendos longo post tempore ueniat peccatores: & in cũctos sententiã ꝓferat: spũq; oris sui interficiat impium: quẽ frenũ appellat fuisse populorum: nõ quo subiectos regeret: sed ꝙ subditos sibi traheret ad ruinã. Ponit quoq; similitudinẽ torrentis usq; ad collũ inundantis: ut finem omniũ uenisse testet. Sicut enim torrens suffocat eũ ad cuius collum usq; puenerit: sic iudiciũ dei neminem impunitũ abire patietur. Cũ autem frenũ quod in maxillis erat omniũ gentium, cum subditis ei gẽtibus perdiderit & ad nihilu deduxerit: tunc uobis inquit sanctis qui meis iussionibus obeditis: erit canticum, sicut uox sanctificatæ solennitatis: quando egressi estis de ægypto, & in solennitate paschæ iugũ seruitutis ægyptiæ ꝓcistis, dicẽtes in mari rubro pharaone submerso: Cãtemus dño, gloriose enim magnificatus est: & cordis tanta lætitia: ut imitemini eos qui ad templũ primitiua portantes: & in dei torcularia deferentes munera, pergunt cũ tibijs, cordis gaudia carmine demonstrantes. Hæc iuxta hebraicũ breui sermone ꝓstrinxi. In utraq; aũt æditione annotãdum est, quod non dñs, sed nomen dñi post multum tẽpus aduenias: de quo in psalmis dicitur: Benedictus qui uenit in noie dñi, deus dñs, & illuxit nobis: Et ipse loquitur in euãgelio: Ego ueni in noie patris mei, & nõ suscepistis me. Pulchreq; post multũ tẽpus uenire dicit: loquẽte humana impatientia: Vsq; ꝙ dñe obliuiscеris me in finẽ? ꝙdiu auertis faciẽ tuã a me? Ardens quoq; furor eius uenit cũ gloria: ut quẽ in humilitate contẽpsimus, in maiestate timeamus. Hoc ipsum & in psalmis scriptum est: Deus manifeste ueniet: deus noster & nõ silebit: Ignis in conspectu eius ardebit: & in circuitu eius tẽpestas ualida. Ipse enim loquitur in euãgelio: Ignẽ ueni mittere sup terrã: & quid uolo ut ardeat? Rursus in alio psalmo legit: Vox dñi intercidẽtis flãmam ignis: ut quicqd in mundo est fœni, lignorũ, & stipulæ, rapiens flãma cõsumat. Vñ & deus ignis dicitur esse consumens. Quodq; infertur: Ira furoris eius quasi ignis deuorabit. Plærisq; nostrorũ irã furoris dñi diabolũ interpretantur: cui tradimur ad puniendum: qui iuxta libros Samuelis cõmouit Dauid ut numeraret populũ dei: Et Apostolus loquitur: tradere huiuscemodi satanæ in interitũ carnis: ut spũs saluus fiat. Hic autẽ ipse furor, & ira furoris dñi nihil suo faciet arbitrio: sed quod sibi fuerit imperatũ. Vñ sequit: Eloquiũ labioꝝ eius eloquiũ iræ plenũ. Spũs quoq; eius ꝙsi aqua in ualle, trahens ueniet usq; ad collũ: ut supplicia sup peccatores faciat redundare. Quũ diuidetur pro qualitate meritorũ: ut perdat atq; conturbet gentes quas uanus error seduxerat: & se intelligant supplãtatas. Vnde ad huiuscemodi hoies dicitur, qui in mundi huius potentia prævalebant, & suo delectabãtur errore, non eos semper hoc esse facturos. Præcipueq; locũ istum & totam continẽtiam capituli, aduersus hæreticos, & omnia dogmata, quæ sunt cõtraria ueritati, dicta quidã nostrorũ putãt: qđ cum iudicij tẽpus aduenerit: nequaq; ingrediantur sancta eius & montẽ, id est, ecclesiã dñi: ne sub religionis nomine diuitias congregent: abutanturq; luxuria, quasi dñi festa celebrantes. Iudæi de gog & magog, gentibus quas putant ab aquilone uenturas, id est de scythiæ partib⁹ hæc intelligunt: super quibus Ezechiel plenius loqtur. a Et auditam faciet dñs gloriã uocis eius ꝛc. Poteram iuxta hebraicum quid mihi uideretur currens legentibus indicare: sed quid faciã quorundam studijs: qui nisi Lxx. interpretum æditionem dissiluero: imperfectũ opus me habiturum esse denũciant? Sequar igit cœptum ordinem disserendi. Vox dñi atq; ꝓceptum omnibus nota fiẽt, & fortitudo brachij illius cunctis patebit: quãdo retributionis tempus aduenerit, flãmæ & turbinis: grandinisq; magnitudine, & pondere lapidũ deferetur: Super quo Ezechiel in prophetia, ut diximus, gog & magog, pleno sermone scribit. Ad uocis eius imperium pauebit assur uirga percussus: Omnis impius, omnis imitator gentis inimicæ: non quo in die iudicij solus sit feriendus assyrius: sed quo per assyrium diabolum intelligamus. Denicq; sequitur: Et erit trãsitus uirgæ fundatus, quã requiescere faciet dñs super eũ. Et est sensus: Nequaq; eum uirga, percutiet, & eam rursus leuabit, ac more cædentium finem faciet uerberandi: sed quasi fundatã & alta radice defixã, in pœnis eius faciet ꝓmanere. Quod si ita intelligitur: ubi erit ꝓnitẽtia diaboli præsertim cũ dicat peccatoribus: Ite in ignẽ æternũ: quẽ præparauit deus diabolo & angelis eius. In tympanis & in citharis, & bellis præcipuis expugnabit eos: Dæmones uidelicet & oẽs impios cum gaudio omniũ dñs expugnabit. Ab heri qppe & a præterito tẽpore

HEB. deuorans. Spiritus eius uelut torrẽs inundãs usq; ad mediũ colli, ad ꝓdẽdas gẽtes ꝓ nihili: & frenum erroris quod erat in maxillis populorũ. Canticum erit uobis, sicut uox sanctificatæ solennitatis: & lætitia cordis, sicut qui pergit cũ tibia ut intret in montem dñi ad fortẽ israel. a Et auditam faciet dominus gloriam uocis eius: & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris & flamma ignis deuorãtis: allidet in turbine & in lapide grandinis. A uoce enim domini pauebit assur uirga percussus: & erit transitus uirgæ fundatus: quã requiescere faciet dominus super eũ in tympanis & in citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata est enim ab heri thophet: a rege præparata profũda & dilatata: nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus domini sicut torrens sulphuris succẽdens eam.

SEP. spũs eius sicut aqua in ualle: trahẽs ueniet usq; ad collum: & diuidet ut conturbet gentes sup errore uano: & abijciet error: & assumet eos in cõspectu eoꝝ. Nũqd semp oportet uos lætari & ingredi i sctã mea iugiter: ꝙsi festa celebrãtes atq; gaudẽtes: ut ingrediami cũ tibia ad mõtẽ dñi ad deũ israel? Et auditã faciet dñs gloriã uocis suæ: & furorẽ brachij sui ostendet cũ furore & ira: & flamma ignis deuorante fulminabit uæhemẽter: & sicut aqua & grando descẽdes cũ ui. Ad uocem enim dñi superabũtur assyrij, plaga q̃ ꝓcutiet eos: & erit ei per circuitum, unde habebat spem auxilij, in quo confidebat: ipsi cũ tympanis & cithara pugnabũt contra eum ex cõmutatione. Tu enim ante dies decipieris: nũqd & tibi regnũ paratũ est? Vallẽ ꝓfũdam, ligna posita, ignem & ligna multa: furor dñi, sicut uallis sulphure succensa.

Væ

Exo.15.a

Psa.117.d

Ioh.5.g

Psa.12.a

Psa.49.a

Luc.12.f

Psa.28.b

Deu.4.d

Ibi.32.c

2.Reg.24.a

1.Co.5.a

Ezech.39.a

Ezech.38.39

Matth.25.d

תפתה A pore præparata est a rege dño Thophet, id est, lata & spacio
sa gehenna: quæ eos æternis urat ardoribus. Nutrimẽtum
eius & fomes ignis est, & ligna multa, id est, flamma per-
petua & supplicia peccatorum. Et quoniam sicut de ca-
mino & fornace ignis ardentis, propheticus sermo præ-
dixerat: seruat meta-
phoram: ut flatu & spi-
ritu ac uoluntate do-
mini hanc succẽdi scia
mus: mixto sulphure,
quod flãmas excitat,
ut faciat acriora tormẽ
ta. Porro quod iuxta
Lxx. dicitur: Ad uocẽ
domini superabuntur
assyrij, plaga cum per-
cusserit eos: & erit ei in
circuitu unde fuerat
ei spes auxilij, in quo
confidebat: ipsi cum
tympanis & cithara
pugnabũt aduersum
eum ex commutatio-
ne: illud significat, qđ
aduersum diabolum
consurgant qui ei quõ
dam subditi fuerant:
& cum gaudio atq; læ
ticia dimicent contra
eũ ex cõmutatiõe subi
ta: dum intelligentes
errorẽ suũ destruũt eũ
a quo decepti fuerãt.
B Dicit̃q; ad illum: qđ
ab initio seipe decce-
perit: regnum suũ ar-
bitrans sempiternum:
cui parata sit gehenna
& æterna supplicia.

remia scriptum est: Maledictus homo qui spem habet in Hiere.17.a
homine: & firmauit carnẽ brachij sui: & a domino recessit
cor eius: & erit quasi myrice in deserto: quæ non uide-
bit cum uenerint bona. Et in alio loco scriptum est: Vana Ps̃.59.c
salus hominis: siue ut melius habetur in hebræo, in homi-
ne. Cumq; domi-
nus manum suam ex-
tenderit ad punien-
dum: uel declinauerit,
sub metaphora auri-
gæ: & frænos equorũ
currẽtiũ relaxarit: cor-
ruet auxiliator ægy-
ptius, & israel cui præ-
stabat̃ auxiliũ. Quæ
quidem possumus in-
telligere & super his,
qui persecutiõis tẽpo
re & tribulatiõis atq;
angustiæ, non confi-
dunt in domino, sed
in ægyptiorum, id est,
sæcularium hominũ
auxilio: nesciẽtes Abra
ham periclitatum in
ægypto: & dei popu-
lũ, luto & laterib9 in il
la regiõe seruisse: quæ
spũaliter appellat̃ for-
nax ferrea. Vnde & in
Apocalypsi Ioannis le
gim̃: Locus in q̃ crucifi Apoc.11.b
xus est dominus, spiri- D
tualiter uocatur sodo-
ma & ægyptus.

a C Ve qui descendunt in ægyptum ad auxilium &c. Ca. XXXI

b C Quia hec dicit dominus ad me: quomodo si rugiat leo & catulus leonis super

HEB. C Conuertimini, sicut in pfundũ recesseratis filij israel

SEP. Cõuertimini, sicut in profundũ recesseratis filij israel

Ve qui descendunt in ęgyptum ad auxilium &c. Post onus iumentorum austri: & eos qui portabãt in ægyptum diuitias suas ad populum, qui eis prodesse non poterat: qui sperabant auxilium in fortitudine Pharaonis, & habebant fiduciam in umbra ægypti, sub specie reuersionis in hierusalem, & captiuitatis laxandæ sub Cyro: de cõsumatione sæculi, & de perfecta iustorum beatitudine sermo ꝓpheticus nunciarat: nunc reuertim̃ ad eosdem, ad quos supra locutus fuerat ne descenderẽt in ægyptum. Et hoc inter præsentem locum est & præteritum: quod ibi præcipitur tribui iudæ ne descendat in ægyptum: Hic quia contempto imperio do mini descensuri sint, prophetatur: & quod a Nabuchodo nosor rege babylonio, tam israel q̃ ægyptij, tam perfugæ q̃ auxiliatores pariter trucidentur. De quo Hieremias ple- Hiere. 42.
nissime loquitur. Væ ergo his qui descendunt in ægyptũ: & chaldæorum mœtu domini præcepta contemnunt: spe-
rantes in idololatris, qui dei cultum habere se iactant: Et in Ps̃.32.d
equorum auxilio cõfidentes, nesciũt scriptũ: Fallax equus
in salutem: habentq; fiduciam super quadrigis & curribus Exo.15.a
& equitibus: nec recordantur illius cantici: Equum & ascen
sorem deiecit in mare: Et non sunt cõfisi super sanctũ israel, qui manẽtibus in terræ iudææ, suũ p Hieremiã pollicebat̃ auxiliũ: Et dñm nõ reqsierũt, nõ q̃ nõ requisierint, sed quo requisiti uerba contempserint. Vnde & de malis sacerdoti- Ps̃.52.a
bus dicitur: Qui deuorant plæbem meam, dominum non
inuocauerunt. Ipse autem sapiens, id est dominus, adduxit malum sup eos & pessimum, uidelicet Nabuchodonosor: siue absolute malum, rem significans non personã: & uer-
ba sua nõ abstulit, quæ locutus fuerat per ꝓphetas. Qđobrẽ consurget super tribum iudam domum pessimorum: & cõ tra auxilium ægyptiorum qui operantur iniquitatẽ. Aegy-
ptus enim siue ægyptius: ut Lxx. transtulerunt, homo est & non deus: & equi eorũ caro, & non spiritus. Vnde & in Hie

pędam suã &c. In manifestis unam ponimus æditionẽ: ma xime ubi nulla diuersitas sensuum est. Cæsis in ægypto israelitis & ægyptijs, in quorum auxilio confidebant: reuertun tur in hieruſalem Cyro regnante captiui. Et per duas simili tudines dñi, qui se fore adiutorẽ promiserat, fortitudo mõ-
stratur. Sicut leo & catulus leonis esuriẽs, si cernat ouium gregem, nulla pastorum uoce terretur: & multitudinem eo-
rum conscius uirium suarum despicit: sic dominus exerci-
tuum præliabitur, non contra montem sion & collem eius, sed super montem sion contra aduersarios illius. Dicamus & aliam comparationem: Quomodo aues ut defendant fœtus suos: nidos superuolant: & siue serpentem, siue ho-
minem uiderint, aueſq; alias ad pullos suos accedere, obli-
tæ imbecillitatis, rostro pugnant & unguibus: doloreq; pe ctoris garrula uoce congeminant: sic dominus proteget hie
rusalem, & liberabit eam transiens, atq; saluabit. Pro tran-
seunte: in hebraico פָּסֹחַ: in tribus preter Lxx. interpreti-
bus ὑπερβαίνων ponitur. Ex quo manifestum est pascha, hoc est phase domini, non passionem significare: sed transi- פֶּסַח
tum. Quod autem dominus in similitudinem auium pro tector fuerit super hieruſalem: in euangelio ipse testatur: Hieruſalem hieruſalem quæ occidis prophetas: & lapidas Matth.32.b
eos qui ad te missi sunt: quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti: Et in Deuteronomio dicitur de domino: Expãdit Deu.32.b
alas suas & suscepit eos, & portauit eos in humeris suis.

c C Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij &c. Pugnante domino super montem sion contra aduersarios eius: & protegente eam instar auium: Conuertimini o filij israel: Siue ut Symmachus transtulit: Agite pœnitentiam qui profundo consilio atq; peccato a domino recessistis. Si enim hoc feceritis, abijcientes idola aurea atq; argentea, quæ uobis fuerunt in peccatum, propter quæ urbs uestra capta est: cadet assur, cuius mœtu nunc fugitis: non

E gladio hominum,nec exercitus robore:sed dei potentia. Significat autem angelum,a quo centū octogintaquinq; milia assyriorū una nocte deleta sunt. Ipse quoq; rex assyrius fugiet:non hominū gladium,sed iram dei: ita ut iuuenes illius atq; robusti,uectigales fiant mœdis: de quibus supra contra babylonem dicitur: Ecce ego suscitabo uobis mœdos: & fortitudo assyrij domini terrore transibit atq; præteriet: omnesq; principes illius pertremiscent: Dixit enim dominus atq; pollicitus est:cuius dixisse fecisse est: & qui habet ignem in sion: & caminum in hierusalē: ut aduersarios suos instar stipulæ atq; lignorum egrediēs de hierusalem flāma consumat. Alius hoc quod dicitur:In die illa abijciet uir idola argēti sui,& reliqua: sic interpretatur, ut post reditum de captiuitate babylonia usq; ad aduētum christi,nunq; filios israel idola coluisse testetur: assyrium quoq; in præsenti loco significari,nō ab angelo: sed a mœdis esse superandum: quod uetustissimum & quondam potēs regnū post offensam domini deletū sit,uictori busq; seruierit. Naçarei locum istum sic intelligunt: O filij israel q consilio pessimo dei filium denegastis: reuertimini ad eum & ad apostolos eius: Si enim hoc feceritis:omnia abijcietis idola q̄ uobis prius fuerant in peccatū:& cadet uobis diabolus,non uestris uiribus,sed misericordia dei:& iuuenes eius qui quondā,p illo pugnauerant,erunt ecclesiæ uectigales: oīsq; fortitudo & petra illi⁹ pertransibit: philosophi quoq; & omne dogma q̄uersum ad crucis signū terga cōuertent: Domini quippe sentētia est ut hoc fiat: cuius ignis siue lumen est in sion,& clibanus in hierusalem. Ignis & lumen hebraice eisdem scribuntur literis אור :quod si legatur אוֹר ,ignem sonat: si אוֹר ,lucē. Hoc ideo dictum est:quia ,p igne quem solus interp̄tatus est Symmach⁹ : Aqla & Theodotio,lumē transtulerunt. Quid sibi autē uelit quod in Lxx. legitur: Petra circūdabuntur quasi uallo & uincentur: qui autem fugerit capietur: scire non ualeo: Nisi forte hoc possumus dicere: quod iuuenes regis assyrij qui uincēdi sunt atq; capiēdi:ita circundentur petra,hoc est fortitudine domini, quomodo uallo circūdatur ciuitas. Porro quod sequitur: Beatus qui habet semen in sion,& domesticos in hierusalē: sic interpretari possumus:ut dicamus præsentis loci sensui cō uenire: quod exhortet sermo diuinus fugientes in ægyptū, reuerti in hierusalem,& filios procreare: Cui tanta beatitudo promittitur: ut domini defendatur & protegatur auxilio. Et in alio loco de ea scriptū sit: Erit gloria domus huius nouissimæ super priorem. Quod & ad ecclesiam referri potest, uisionem pacis & speculam: de qua scriptū est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et alibi: Flumi nis impetus lætificat ciuitatem dei. In hac enim ignis est & caminus q deuoret peccatores:& ligna,fœnum stipulamq; consumat: siue lumen & clibanus, ut iustorum claritas & peccatorum pœna monstretur.

G

Aggei.2.b

ps.86.a

Ibi.45.d

HEB. israel. In die eī illa abijciet uir idola argenti sui:& idola auri sui:quæ fecerunt uobis manus uestræ in peccatum. Et cadet assur in gladio non uiri:& gladius non hominis uorabit eum:& fugiet non a facie gladij:& iuuenes eius uectigales erūt. Et fortitudo ei⁹ a terrore trāsibit:& pauebūt fugientes principes ei⁹ dixit dns:cui⁹ ignis in sion,& camin⁹ ei⁹ in hierusalem.

Ca. XXXII

Ecce cū iustitia regnabit rex:& principes in iudicio p̄erūt. Et erit uir sicut qui abscondit a uento, & celat se a tempestate: sicut riui aquarū in siti:& umbra pētæ pminentis in terra deserta. Nō caligabūt oculi uidentiū:& aures audientiū diligenter auscultabūt. Et cor stultorū intelliget sciētiā:& lingua balborū uelociter loquetur & plane: Nō uocabitur ultra is qui insipiens est princeps:neq; fraudulentus appellabitur magnus:

Fatuus

SEP. israel. In die eī illa abijciet uir idola argenti sui:& idola auri sui quæ fecerunt uobis manus uestræ in peccatum. Et cadet assur in gladio non uiri:& gladius nō hois uorabit eū:& fugiet nō a facie gladij:Iuuenes ei⁹ supabunt: petra eī circūdabūtur q̄si uallo & uincentur:q aūt fugerit capietur. Hæc dicit dns: Beatus qui habet in sion semen:& domesticos in hierlm.

Ca. XXXII

Ecce enim rex iustus regnabit: & principes cū iudicio præerunt:& erit homo occultans sermones suos: & abscondetur quasi ab aqua quæ fertur: & apparebit in sion sicut fluuius currens,inclytus in terra sitienti:& nequaq; erunt cō fidētes in hominibus: sed aures suas ad audiendum dabūt,& cor infirmorum attēdet auditui:& linguæ balbutientium cito discēt loqui pacē: & neq; q̄q; dicēt stulto ut princeps sit:nec ultra dicēt ministri tui, tace:

Fatuus

F

Ca. XXXII

Ecce cum iustitia regnabit rex:& principes in iudicio præerūt:& erit uir sicut qui abscondit a uento &c. Iuxta Lxx. interpretes, qui dixerunt: Ecce enim rex iustus regnabit:& principes cum iudicio præerunt:quæ sequuntur superioribus copulanda sunt:his uidelicet, in quibus prius capitulum finitum est: Beatus qui habet semen in sion,& domesticos in hierusalem. Iuxta hebraicum:finita priore prophetia, de his qui in ægyptū descendebant:nunc alterius uaticinationis exordium est: de aduentu scilicet christi & apostolorum eius. Iste enim rex regnabit iuste: non accipiens personam in iudicio: & principes illius cum ueritate præerūt,causas,non homines considerantes: Et quicunq; sub eius umbraculo fuerit:sic tutus erit in tribulationibus & angustijs,& in mundi istius tempestate: quo modo qui uentum & turbinem fugiens,se tuto abscondit loco:& qui purissimos fontes inuenit in deserto: & qui in uæhementi æstu solis ardore cuncta torrente, sub prominēti saxo requieuerit. Vbi nos diximus:sicut riui aquarum in siti: Lxx. transtulerūt:& apparebit in sion quasi fluuius currens. Verbum enim hebraicum, de quo supra disputauimus בְּצִיּוֹן :quod dicitur in siti,siue in siccitate,& in inuio: Lxx. & Theodotio in sion interpretati sunt:Pro צִיּוֹן , id est, siti:legentes צִיּוֹן ,quæ eisdem literis scribitur. Cum ergo christus regnauerit & principes eius præfuerint in iudicio: non caligabūt oculi credentiū:& aures audientiū diligēter attendēt,quæ prius surdæ erāt:& cor quōdā stultorū intelliget scientiā:& lingua balbutientiū atq; mutorū quæ christū sonare non poterat:pleno apertoq; sermone dominum confitebitur. Non uocabit ultra is q stult⁹ est princeps. Stultā eī fecit de⁹ sapiam hui⁹ sæculi. Neq; fraudulēt⁹ doctor atq;

H

1.Co.1.c

peruersus

Cunq; trecẽta talenta
B argẽti, & triginta auri
ad regis imperiũ per/
soluisset:fractis ianuis
tẽpli domini: & lami/
nis ei9 detractis, quas
ipse affixerat:misit rex
assyriorũ Thartan & Rabsacen de lachis ad regẽ Eçechiam
cum manu ualida hierusalẽ:qui cum ascẽdissent,uenerũt in
hierusalẽ:& steterunt contra aquæductũ piscinæ superioris
quæ est in uia agri fullonis: uocaueruntq; ad se regẽ. Egres/
sus est autẽ ad eos Eliakim filius Helkiæ præpositus dom9,
& sobna scriba, & ioahe filius Asaph a cõmentarijs: dixitq;
ad eos Rabsaces: Loquimini Eçechiæ: Hæc dicit rex ma/
gnus,rex assyriorũ,& cætera: quæ in historia cõtinentur. In
quo, arrogantia cõsyderanda Rabsacis,q̃ uelut quædã con
traria fortitudo,imitatẽ cõsuetudinẽ ꝓphetarũ:ut qđ illi so/
lent in prologis ponere: Hæc dicit dñs,quo auctoritatem &
magnitudinẽ loquẽtis ostẽdant:iste nunc dixerit: Hæc dicit
rex magnus,rex assyriorũ. Egressus est autẽ ad eum Eliakim
filius Helkiæ qui erat præpositus dom9: & Sobna scriba,&
Ioahe fili9 Asaph,a cõmẽtarijs. Iste est Eliakim fili9 Helkiæ:
5.22.f de quo in uisione uallis sion supra legimus: Vocabo seruũ
meum Eliakim filiũ Helkiæ:& induam illum tunica tua:&
cingulo tuo cõfortabo eum: & potestatẽ tuã dabo in manu
eius:& erit quasi pater habitantiũ in hierusalem, & domui
iuda,& cætera. Hæc autẽ dicunt ad Sobnam,qui ante eum
Ibidem.e præpositus templi fuit: de quo in eadem scriptũ est uisione:
Vade & ingredere ad eũ q̃ habitat in tabernaculo, ad Sob/
nam præpositũ templi:quẽ tradunt hebræi Rabsacis cõmi/
natione perterritũ tradidisse manus assyrijs: & inferiorẽ par
tem hierusalẽ aduersarijs prodidisse: exceptaq; arce sion &
יואח tẽplo,nihil aliud remansisse qđ nõ tenuerit assyrius. Vnde
ἰωαὰς errant qui Sobnã, qui nunc cũ Eliakim & Ioahe ad Rabsa/
שבנא cen egredit,eundẽ putant quẽ & supra. Ibi em̃ Sobna præ
σομμᾶς positus tẽpli ponit,qui ab assyrijs dicit esse capiendus: Hic
autem Sobna scriba,hoc est, γραμματεύς: qui hebraice ap/
pellatur סופר:& est superiori ὁμώνυμος. Rabsacen autẽ qui
hebræa lingua locutus sit,filiũ Esaiæ prophetæ iudæi autu/
mant: q̃ & ipse ꝓditor fuerit:relictũq; filiũ Esaiæ alterũ,ap/
ישוב pellari Iasub:qui in lingua nostra relictũ sonet. Porro alij ar

Helkiæ, qui erat super domũ: & sobna scriba, & ioahe
fili9 asaph a cõmentarijs:& dixit ad eos rabsaces: Dicite
eçechiæ: Hæc dicit rex magn9,rex assyriorũ: Quæ ẽ ista
fiducia qua cõfidis? aut quo cõsilio & fortitudine rebel/
lare disponis? sup quẽ habes fiduciam:quia recessisti a
me? Ecce cõfidis super baculũ harundineum confractũ
istum super ægyptũ: cui si innixus fuerit hõ,intrabit in
manũ eius & perforabit eam:sic est pharao rex ægypti
omñib9 qui cõfidũt in eo. Qđ si respõderis mihi:in dño
deo nostro confidimus: nonne ipse est cuius abstulit
eçechias excelsa & altaria: & dixit iudæ & hierusalem:
Corã altari isto adorabitis? Et nũc trade te dño meo re
gi assyriorũ:& dabo tibi duo milia eq̃rũ:nec poteris ex
te præbere ascensores eorũ. Et quõ sustinebis faciẽ iudi
cis unius loci ex seruis dñi mei minoribus? q̃ si confidis
in ægypto,& in quadrigis,& in equitibus: & nunc nun/
quid sine dño ascẽdi ad terrã istam,ut disperderẽ eam?
Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam &
a disperde eam. Et dixit eliãkim & sobna, & ioahe ad
rabsacen: Loquere ad seruos tuos syra lingua, intelligi/
mus em̃: ne loquaris ad nos iudaice in auribus populi
qui est
in muro.

C bitrantur eum fuisse samariten: & idcirco hebraicũ scisse ser
monem:& tam audacter & impie dominum blasphemare.
Consyderemus ergo uerba Rabsacis:ac primũ quod dicit:
Confidis super baculum harundineum confractum istum
sup ægyptũ:falsum est:nulla em̃ narrat historia q̃ Eçechias
ad ægyptios miserit:&
Pharaonis auxiliũ po
stularit. Qđ q̃ infert:
Si respõderis mihi, in
dño deo nostro confi/
dimus:uerum est.Sed
rursum iungit menda
cium ueritati, qđ ab/
stulerit Eçechias excel
sa illius & altaria. Hoc
em̃ non contra deum,
sed pro deo fecerat: ut
idololatria & ueteri er
rore destructo,iuberet
deum adorari in hie/
rusalem,ubi erat tẽplũ
eius: quãq; legamus
pessima cõsuetudine,
in montib9 collibusq;
extructo iã altari, po/
pulum deo uictimas
immolasse. Q̃q; pau/
citatem obsessorũ uo/
lens ostẽdere, equorũ
duo milia pollicetur:
quorũ Eçechias ascen
sores præbere nõ pos/
sit:nõ de imbecillitate
uenit populi iudæorũ
qui equitandi carebat
sciẽtia: sed de obserua
tione mandatorũ dei:
qui per Moysen super
rege præceperat israel:
D Deu.17.d
Non multiplicabit sibi equos: & uxores plurimas non ha/
bebit. Sin autem me inquit seruum Sennacherib, qui sum
minimus famulorũ eius,non uales sustinere,quomõ tantã
regis potentiã sustinebis? Ad id autẽ qđ dixerat:Si respon/
deris mihi,in dño deo confidimus: callide prudenterq; re/
spondit se non sua uoluntate,sed domini uenisse præceptis.
Dominus dixit ad me: Ascende sup terrã istam:& disperde
eam. Et est argumentũ:certe sine domini uoluntate huc ue/
nire non poteram. Cum autẽ uenerim & multas cœperim
ciuitates, & pars hierusalem maneat intacta: manifestũ est
me eius uoluntate uenisse. Legi in cuiusdam commentario
eundem esse Sennacherib qui & samariam cœperit:qđ om
nino falsum est. Sacra enim narrat historia primũ phul regẽ 4.Re.15.d
assyriorum,sub manahẽ regem israel uastasse decem tribus.
Secundũ Theglathphalasar, sub phacee filio romeliæ rege Ibidem.f
israel uenisse samariam. Tertiũ Salmanasar sub Oseæ rege Ibi.17.a
israel totam cœpisse samariã. Quartũ fuisse sargon qui ex/ Esa.20.a
pugnauit açotum. Quintũ Esaraddon qui translato israel, 4.Re.17
samaritanos in terram iudæam custodes miserit. Sextum,
Sennacherib qui sub Eçechia rege iudæ,capta lachis & cæ/ Ibi.18.b
teris iudææ urbib9 obsederit hierusalẽ. Alij autẽ unum atq;
eundẽ,multis putant nominibus appellari. a ¶ Et dixit
eliakim ꝛ sobna ꝛc. Accusatio Rabsacis Eçechiæ testimoniũ
est: q̃ captis cunctis iudææ urbibus cõfisus in dño sit, dixe
ritq; ad pp̃lm: Nolite timere,nec paueatis regẽ assyriorũ: &
uniuersam multitudinẽ quæ est cũ eo: Multo em̃ plures no
biscũ sunt q̃ cũ illo: Cũ illo est brachiũ carneũ: nobiscũ est
dñs deus noster,q̃ auxiliator est noster, pugnatq; ꝓ nobis.
Et cõfortat9 est (inquit) pp̃lus huiuscemodi ꝟbis Eçechiæ
regis iudæ. Vnde Rabsaces destruere uult,qđ ille cõstruxe/
rat:& loquit ad populũ: Non seducat uos Eçechias:& non
uobis tribuat fiduciã super domino deo. Q̃ autẽ Eliakim
& Sobna,& Ioahe humiliter deprecant: Loquere ad seruos
tuos syra lingua, intelligimus enim:& nõ loquaris ad nos
iudaice

E Iudaice in auribus populi qui est super murū, hunc sensum habet: Quid necesse est populū falsis terroribꝰ cōmoueri: & uanam iactare uirtutē: loquere linguā quā populus non intelligit: Si quidē nos habemus linguæ tuæ scientiā: nouimusq; sermonē syrū, qui utriscq; cōmunis est. Ad qđ Rabsaces arroganter: Num ait ad dñm tuū, & ad te misit me dominus meus: & nō potius ad uiros qui sedēt in muro? Rursumq; augens commination terrorem: ut comedant inquit stercora sua: & bibant urinam pedum suorum uobiscū: Per quæ ostēdit fame eos & penuria, sitiq; esse capiendos: Simulq; illecebram iungit formidini: ut quos terrore non uicerat, repromissionibus & persuasione decipiat, dicens ex sermone regis assyriorum: a Facite mecum benedictionem: & egredimini ad me &c. Pro quo in Regum uo
4.Reg.18.f lumine legitur: Facite mecum quod est utile & egredimini ad me. Ergo sensus idem est.
F Facite (inquit) qđ uobis prosit: & in benedictionem uestram proficiat. Siue hoc dicit: Benedicite regi assyrio & laudate eum: & dominum cōfitemini, ut præmia consequamini: & donec reuertar de ægypto, siue capta lobna redeam: habitate in urbe uestra: & rebus uestris fruimini: Postea autem ueniam & transferam uos in terram quæ similis est terræ uestræ, frumenti, uini, & olearū. Nec dicit nomen regionis: quia æqualem terræ repromissionis inuenire non poterat: sed similitudinem pollicetur. Hoc enim unusquisq; desyderat, in q̄ natus est. Quidā putant terram eis mediæ repromitti: quæ habebat terræ iudææ similitudinē, tā in situ q̄ in frugibus. Qđ q̄ infert: b Vbi est deꝰ emath et arphad? Vbi est deꝰ sepharuaim? Nunqđ liberauerunt samariā de manu mea: Hoc ostendit, q̄ oībus his dīs samaria seruierit, & idcirco capta sit: Sin autem (ait) qui est super murū. Et dixit ad eos rabsaces: Nunquid ad dominū tuum & ad te misit me dominus meus, ut loquerer omnia uerba ista: & non potius ad uiros qui sedent in muro: ut comedant stercora sua: & bibant urinam pedum suorum uobiscum? Et stetit rabsaces & clamauit uoce magna iudaice, & dixit: Audite uerba regis magni, regis assyriorū. Hæc dicit rex: Non seducat uos eçechias: quia non poterit uos eruere: & non uobis confidat fiduciam eçechias super domino dicens: Eruens liberabit nos dominus: non dabitur ciuitas ista in manu regis assyriorum. Nolite audire eçechiam: Hæc dicit
a enim rex assyriorū: Facitē mecum benedictionē: & egredimini ad me, & comedite unusquisq; uineam suam: & unusquisq; ficum suam: & bibite unusquisq; aquam cisternæ suæ: donec ueniam & tollam uos ad terram quæ est similis terræ uestræ: terram frumenti & uini: terram panum & uinearum. Ne cōturbet uos eçechias dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dīj gentium unusquisq; terrā suam de manu regis assyriorū?
b Vbi est deus hemath & arphad? Vbi est deus sepharuaim? Nunquid liberauerūt samariam de manu mea? Quis est ex omnibus dīs terrarum istarum, qui eruerit terrā suam de manu mea, ut eruat dñs hierusalē de manu mea? Et siluerunt, & non responderunt ei uerbum: Mandauerat enim eis rex dicens: Ne respondeatis ei. Et ingressus est eliakim filius helkiæ qui erat super domum: & sobna scriba, & ioahe filius asaph a commentarijs ad eçechiam scissis uestibus: & nunciauerūt ei uerba rabsacis. C Ca. XXXVII
c ET factū est cū audisset rex eçechias, scidit uestimenta sua: & obuolutus est sacco: & intrauit in domum dei. Et misit eliakim qui erat super domum, & sobnam scribam: & seniores de sacerdotibꝰ opertos saccis ad esaiam filium Amos ꝓphetæ: & dixerunt ad eum: Hæc dicit eçechias: Dies tribulationis & correptionis, & blasphemiæ dies hæc: quia uenerūt filij usq; ad partum: & uirtus non est pariēdi. Si quomodo audiat dominus deus tuus uerba rabsacis: quem misit rex assyriorū dominus suus, ad blasphemandū deum uiuentem, & exprobrandum sermonibꝰ, quos audiuit dominus deus tuus. Leua ergo orationem ꝓ reliquijs quæ repertæ sunt. Et uenerunt serui regis eçechiæ ad esaiam: & dixit ad eos esaias: Hæc dicetis domino uestro: Hæc dicit dominus: Ne timeas a facie uerborum quæ audisti quibus blasphemauerunt pueri regis assyriorum

G fideliter, uniuersaq; cōsilio. Ideo autem iuste rat blasphemanti assyrio non responderi: ne eū ad maiores blasphemias prouocaret. Vñ scriptū est: Ne succendas carbones peccatoris. Et in psalmo legimus: Cum cōsisteret aduersum me peccator, obmutui & humiliatus sum: & tacui de bonis. Et iterum: Pone domine custodiam ori meo: & ostiū munitum labijs meis: ne declines cor meum in uerba maliciæ. Ecci.8.c ps.38.a Ibi.140.a

C Ca. XXXVII

ET factum est cum audisset rex eçechias, scidit uestimēta sua &c. Perspicua relinquentes, ea tantū in quibus latens sensus est disseramꝰ. Scindunt uestes: quia Rabsacen audiunt blasphemantē. Scindit & ipse rex uestimēta sua: quia peccatorū suorum, & populi esse credebat, q̄ Rabsaces usq; ad portam hierusalē uenerit: & cōtra dominū talia sit locutus. Vnde & pōtifex quia saluatorē blasphemasse credebat: scidit uestimenta sua: Et Paulus ac Barnabas deferētibus sibi dei cultum lycaonibus, sciderūt uestimenta sua. Pro regio ergo cultu obuolutus est sacco: & de palacio ad tēplū gradiēs, Eliakim pontificē, & Sobnam scribam: & seniores de sacerdotibus misit ad Esaiam filium Amos ꝓphetæ. In quo regis consyderanda humilitas atq; prudētia: Ipse pergit ad templū: principes ppli & seniores sacerdotum: nō stolis sacerdotalibus, sed cilicijs opertos mittit ad Esaiam filium Amos prophetæ: Pro quo in Regum uolumine legitur: Ipse coopertus est sacco: & ingressus domum dñi, Eliakim præpositū domus, & Sobnam

H Matth.26.I Act.14.e 4.Reg.19.a

A Sobnam scribam & senes de sacerdotibus, misit coopertos saccis ad Esaiam prophetam filium Amos. Hic quia ipse de se Esaias scribebat historiam: non se appellauit prophetam, sed filium prophetæ: Ibi uero quia alter erat scriptor histo-
Matth.9.a riæ, ipsum scribit prophetã. Quod quidem & de Matthæo euãgelista legimus, q̃ ipse Matthæus se dixerit publicanũ: alij uero euangelistæ nomen publicani tacuerint, & apl̃icam tm̃ posuerint dignitatẽ: & quod in coniunctionibus apostolorũ, apud se secundus, apud alios prim⁹ sit. Dixeruntq; inquit ad eum: Hæc dicit Eçechias: non rex, nõ tumẽs nomine imperij: Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemiæ dies hæc: tribulationis nostræ, correptionis dei, blasphemiæ hostium. Ponitq; similitudinem partu-
rientis mulieris & dolentis, q̃ ad partũ usq; peruenerit, & generare non possit, nec dicere:
5.26.c A timore tuo dñe concepim⁹, & doluim⁹, &
B peperim⁹ spiritũ salutis. Sequit̃: Si quomõ audiat dominus deus tuus uerba Rabsacis: Non em̃ audemus dominum omnium, nostrum dominũ dicere: quo irascente tanta perpetimur: sed tuũ dicim⁹ dominum. Et hanc habemus ultionis fiduciam: quoniã uiuens deus blasphematur a cultore idolorum mortuorum. Et exprobrauerũt sermonibus, quos audiuit dominus deus tuus. Leua ergo orationem nostram iacentẽ: non pro cuncto populo qui iam perijt, sed pro reliquijs quæ obsidentur. Cumq; uenissent serui regis Eçechiæ ad Esaiam, rursum nomen prophetæ tacuit: ut cœptam seruaret humilitatem. Præuenitq; eos Esaias: eodem enim spiritu quo futura noscebat, etiam absentẽ regem audierat: & dicit quid respondere deberent dño suo, humiliati in ista fiducia conscientiæ. Dicite inquit domino uestro, qui uester est dominus: meus enim hæc dicit dominus: Noli timere uerba quibus non tu, sed ego sum blasphematus: Nec dico uniuersa quæ regi assyriorũ sim facturus, ne meã uidear iactare potentiã: sed q̃ dandus sit ei spiritus non dei, sed aduersarius: Auditoq; nuncio, reuertatur ad terrã suam: & corruat in ea gladio: ut duo pariter Eçechias quæ optabat audiret, se obsidione & periculo liberãdum: & inimicũ iratumq; regem in sua terra esse moriturum. Si quis quærat cur in libro prophetiæ historia quæ in Regum & dierum uoluminibus scripta est, mixta uideatur: Consyderet q̃ historiæ prophetia sit copulata: tam de liberatione urbis, q̃ de assyrij interitu: & de reuersione solis horarum decem: & quindecim annorũ spacijs protelatis: q̃d & prophetiæ est & historiæ. a ¶ Reuersus autem rabsaces ꝛc. ¶ Eisdem uerbis eademq; sententia scriptum est in Regum & dierum uolumine: q̃ Rabsaces iuxta domini uoluntatem, obsidionem deseruerit hierusalem: & perrexerit ad dominũ suum: quem uel deserta uel capta lachis, ad oppugnandam Lobnã ire cognouerat. Ipse quoq; Sennacherib audiẽs Taracham regẽ æthiopum

C 4.Reg: 18.:9 2.Para: 32:

inferre sibi bellum, occurrit uenienti: & nihilominus mittit nuncios ad Eçechiam, & epistolas: ut q̃s necdũ uirib⁹ cœperat, sermone terreret. Et quõ populo dixerat: Nõ te decipiat Eçechias, eadẽ blasphemia loquit̃ ad regem: Nõ te decipiat deus tuus. Ponitq; exempla maiorũ, q̃ quõ cæteras terras non potuerint liberare dij sui de manib⁹ eorum: sic nec hierusalem liberetur. In enumeratione autem gẽtiũ cæterarũ ponit הֵבַע וְעַוָּה: q̃s Lxx. miscuerũt dicentes: anaueaua: cõiunctionemq;, &, id est ו: inter duas gentes ana & aua, lingua posuere hebræa: ut ignorantibus, una gens uideat̃ aut ciuitas. Manifesta transcurrim⁹, ut in dubijs immoremur. Pugnasse autem Sennacherib regem assyriorum contra ægyptios & obsedisse pelusium: iamq; extructis aggeribus, urbi capiendæ uenisse Tarachã regẽ æthiopũ in auxiliũ: & una nocte iuxta hierusalem centũ octoginta quinq; milia exercitus assyrij pestilentia corruisse: narrat Herodotus, & plenissime Berosus, chaldaicæ scriptor historiæ: quorũ fides

D

de ꝓprijs libris petenda est. b ¶ Et tulit eçechias libros de manu nuncioꝝ ꝛc. Contra Sennacherib regis blasphemias, solita Eçechias arma corripuit. Rursumq; pergit ad templum: & epistolas eius expandit coram domino. Prius tacuerat: nõ em̃ audebat domini timore perterritus in templo ora reserare: nec liberas ad deum preces fundere: Nunc autem quia iam audierat Esaiam dicentẽ: Ne timeas a facie uerborum quæ audisti: quibus blasphemauerunt pueri regis assyriorũ me, & cætera: audacter dominũ deprecatur, & solum deum asserit esse uiuentẽ: per quæ idola intelligimus imagines mortuorum. Quodq; infert: Vere enim domine desertas fecerunt reges assyriorum terras & regiones earũ: & dederunt deos earum igni: non enim erant dij, sed opera manuum hominũ, lignum & lapides, & cõminuerunt eos: Multis probatur historijs: quæ scribunt reges persarum uenisse in græciam: & subuertisse atq; spoliasse templa græcorum: ultionemq; postulat, ut per occasionem sui omnia regna cognoscant: q̃ solus sit deus qui possit suos de discrimine liberare. c ¶ Misit autẽ esaias filius amos ꝛc. Quia tam audacter Eçechias dominum deprecatus est: nec misit ad Esaiam ut prius miserat: non ipse propheta pergit ad

E eum: sed mittit nuncios qui ei dicerẽt uerbis dei: Sup Sen/
nacherib cõtra quem rogas, domini ista sentẽtia est: Virgo
sion, & filia hierusalem: quæ ideo uirgo appellatur & filia:
quia cunctis gentibus simulacra adorantibus hominum
mortuorum: hæc sola conseruet castitatem religionis dei, &
unius diuinitatis cul/
tum: subsannauit te,
atq; despexit; & quæ
ne ad maiorem te blas
phemiam concitaret,
præsenti non respon/
derat: post abeuntem
mouit caput suũ, cer/
ta de ultione, secura de
pœna. Et hæc locuta
est: Non cõtra me, sed
contra dominum su/
perbisti: nec ipse per te,
sed per seruos tuos: ut
maior esset arrogantia
blasphemantis. Dixi/
sti enim q̃ in quadri/
garum tuarum multi/
tudine ascenderes al/
titudinẽ montium, &
iuga libani, & excelsas
succideres cedros atq;
abietes illius: Q. d. uel
de cunctis gentibus
μεταφορικῶς principi
busq; earum debem⁹
accipere: uel de hieru/
salem, quæ interpreta/
tur libanus: ut cedros
ei⁹ atq; abietes ad po/
tentes quosq; & opti/
mates: altitudinẽ ꝙo
summitatis illius sal/
tumq; carmeli, refera/
mus ad tẽplũ. Ipse eñ
supra dixerat: Nun/
quid non audisti quæ
fecerunt reges assyrio/
rum omnibus terris,
quas subuerterunt: er
go nec tu poteris libe/
rari. Quodq; infert:
Ego fodi & bibi aquã,
& exiccaui uestigio pe/
dis mei omnes riuos
aggerum: iuxta histo/
riam hoc intelligi po/
test, q̃d præ multitu/
dine exercitus, omnia
fluenta exiccauerit, ut puteos sibi fodere sit compulsus. Iu/
xta translationẽ: q̃ omnes populos qui interdum sub aqua
rum nomine describunt, suo uastauerit exercitu. Pro quo
soli Lxx. transtulerunt: καὶ ἔθηκα γέφυραν, καὶ ἠρήμωσα
ὕδατα, καὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὑδάτων, id est: & posui pon
tem, & desertas feci aquas: & omnẽ congregationem aqua/
rum: q̃ scilicet nulla sibi gens inuia fuerit, sed super omnes
populorũ aquas suo calcauerit pede. a ¶ Nunquid non
audisti quę olim fecerim ei ex diebus antiquis ego plasmaui
illud ꝛc. Hæc ex persona dei contra uerba assyrij sentienda
sunt, q̃ ad blasphemiã eius sic respõderit dominus: Num
ignoras q̃ hæc quæ fecisti, mea feceris uolũtate: & ego hæc
futura prædixerim: ac per te facienda mandauerim? Itaq;
quod olim decreui, hoc expletum est tempore: ut colles, id
est principes, qui inter se ante pugnabant: & ciuitates mu/
nitissimæ me contrahente manum meam, nec solitum præ/
bente auxilium, eradicarent & contremiscerent, ac perirent:
& compararentur, non oliuæ & uineæ fructuosisq; arbori/
bus, sed fœno & gramini, herbisq; donatum: quæ frugi/
bus impedimento sunt: & ante marcescunt, q̃ ad maturita/
tem perueniant. Itaq; & sessionẽ, & egressum, & introitum
tuum ante cognoui: & insaniam qua contra me debaccha/
turus eras, prophetis uaticinantib⁹ sum locutus: per quos
olim dicturum esse te noueram: In cœlum ascendam: super
sydera cœli ponã thro
num meum: eroq; si/
milis altissimo. Itaq;
furor tuus & superbia
tua peruenit in aures
meas: & neq; q̃ ultra te
portabo: ut intelligas
quod potuisti: nõ tuis
potuisse te uiribus, sed
meo arbitrio. Mere/
bantur eñ impiæ gen
tes & infructuosæ ar/
bores: ut per te quasi
securim & serram me/
am succiderẽtur & ca/
derent. Itaq; ponam
circulum siue chamũ
in naribus tuis: ut blas
phemantia ora con/
stringam: & nequaq;
ultra talia loqui aude/
as: frenumq; inijciam
labijs tuis, quod tuã
ferociam domet, & te
reducat in assyrios.
Qua trãslatione & in
psalmis cõtra impios
scriptura abutitur: In
freno & chamo maxil
las eorum constringe:
qui nõ appropinquãt
tibi. b ¶ Tibi autem
hoc erit signum: Co/
mede hoc anno quę
sponte nascuntur ꝛc.
Omnia hæc prophe/
ta per nuncios ad Eçe
chiam loquitur: quid
Sennacherib dixerit:
quid ei domin⁹ respon
derit: Nunc ad ipsum
sermonem facit: ne for
sitan dubitet uentura
quæ dicta sunt. Et id/
circo uel maxime pro
phetæ apud populum
sermonum suorũ ha/
bebant fidẽ: quia non
solũ de his quæ mul/
ta post sæcula futura erant: sed etiam quæ incontinenti, &
post non grande temporis spacium essent implenda memo
rabant: & q̃ intra biennium, & rex assyrius interiret, & urbi
hierusalem securitas redderetur. Hoc erit inquit signum
eorum quæ futura prænuncio: q̃ hoc anno ea comedas,
quæ sponte nascuntur. Siue iuxta Lxx. quæ prius seueras.
Anno autem secundo iuxta Symmachum, pomis uescere:
Siue iuxta eosdem, quæ de præteritis segetibus, & cadente
in terrã semine, pullulauerint. In anno autem tertio fugato
iam assyrio & obsidione laxata, seminate & metite, & plan/
tate uineas: & fructus earum comedite. Si quidem paruæ
urbis huius reliquiæ quæ nunc hostili uallantur exercitu:
& euasuras se esse non credunt, tantam recipient rerum om/
nium abundantiam ac fœlicitatem: ut instar arboris alta
radice fundatæ, pomis densissimis impleantur. De hieru/
salem enim & de monte sion egredientur reliquiæ: & im/
plebunt terram iudæam: non suo merito, sed dei misericor/
dia: immo çelo quod aduersus impios çelatus est popu/
lum suum.

G

dominus deus israel: pro quibus rogasti me de senna/
cherib rege assyriorum. Hoc est uerbum quod locutus
est dominus super eum: despexit te & subsannauit te
uirgo filia sion: post te caput mouit filia hierusalem.
Cui exprobrasti, & quem blasphemasti: & super quem
exaltasti uocem tuam, & leuasti altitudinem oculorum
tuorum ad sanctum israel. In manu seruorum tuorum
exprobrasti domino & dixisti: In multitudine quadri/
garum mearum ego ascendi altitudinem montium, iu/
ga libani: & succidam excelsa cedrorum eius, & electas
abietes illius: & introibo altitudinem summitatis eius,
saltum carmeli eius. Ego fodi & bibi aquam: & exiccaui
a uestigio pedis mei omnes riuos aggerũ. Nũnquid non
audisti quæ olim fecerim ei? ex dieb⁹ antiquis ego plas
maui illud: & nunc adduxi eos: & factum est in eradica
tionem collium cõpugnantiũ, & ciuitatũ munitarũ. Ha
bitatores earum breuiata manu, contremuerunt & con
fusi sunt: facti sunt sicut fœnũ agri, & gramen pascuæ,
& herba tectorũ: quæ exaruit antеq; matureſceret. Ha/
bitationẽ tuam, & egressum tuum, & introitum tuum
cognoui: & insaniam tuam contra me: cum fureres ad/
uersum me. Superbia tua ascendit in aures meas: ponã
ergo circulum in naribus tuis: & frenum in labijs tuis: &
b reducam te in uiam per quã uenisti. Tibi aũtẽ hoc erit
signum: Comede hoc anno quæ sponte nascuntur: &
in anno secundo pomis uescere: in anno autem tertio
seminate & metite, & plantate uineas: & comedite fru/
ctum earum. Et mittet id quod saluatũ fuerit de domo
iuda: & quod reliquum est, radicem deorsum: & faciet
fructum sursum: quia de hierusalem exibunt reliquiæ,
& saluatio de monte sion: Zelus dñi exercituum faciet
istud.

H

Ps. 31. c

Propterea

a ¶ Propterea hec dicit dominus de rege assyriorū: Non introibit ciuitatem hanc/et non iaciet ibi sagittam ꝛc. Reuertitur ad propositum: & post futurorum spem præsentem excutit metum. Non enim erat tanta lætitia super his quæ longo post tēpore uentura promiserat, quanta cura de imminentibus. Q2 autē dicit assyrium recessurum, nec leuaturū contra hierusalē clypeum: nec iacula missurum: neq; urbē munitionibus & aggere esse ualландam: aduersariūq; per uiam qua uenerat reuersurum: & liberandam ciuitatē obsidione præsenti: & ad extremum infert: propter me & propter Dauid seruum meum: illud significat, q̄ non merito suo, sed dei clæmentia conseruenē: immo patris eorum Dauid memoria. In quo admonentur: & suæ negligētiæ, & illius fidei atq; iusticiæ, q̄ intantum iusticiam diligat deus: ut etiam posteros sanctorum hominum, non suo merito, sed maiorum uirtute tueaē. b ¶ Egressus est autē angelus dei: et percussit in castris assyriorum centū octogintaquinq; milia ꝛc. Centum octogintaquinq; milia fortissimorū uirorum ab uno angelo una nocte cædunē: & absq; uulneribus occisorum mors sæua discurrit: excludēs a corporibus animas dei uoluntate: Super quo in Paralipome/
2. para. 32. e non legitur: Et misit dominus angelum, qui percussit omnem uirum robustum & bellatorem, & principem exercitus regis assyriorum: reuersusq; est cum ignominia in terram suam: Qui idcirco seruatus est, ut sciret potētiam dei: & blasphemantia ora comprimeret: fieretq; testis illius maiestatis, quem pauloante contempserat. Quod autem intulit: Et surrexerunt mane: uel israelitas, uel reliquos exer/
4. Reg. 19. g citus eius accipiamus: licet in Regum scriptum sit uolumine: q̄ cum ipse rex diluculo surrexisset, uidit omnia corpora mortuorum. Pharao quoq; in decem ægypti seruatur plagis: ut nouissimus pereat, quod & iste passus est. Cum enim reuersus esset in niniuen urbem primā regni sui: & adoraret in templo nesrach deum suum, quasi uictoriam de hostibus reportaret: & delubrum idoli sui triumphans, & gratulabundus incederet: contemptor ueri dei in phano falsi numinis trucidatur: nec angeli perit gladio, quod erat commune cum pluribus, sed parricidio filiorū. Qui cum
אֲרָרָט fugissent in terram ararat, quod intelligitur armenia: successit in patris locum asaraddon: quem scriptura testatur,
אַסַּר־חַדֹּן misisse habitatores samariæ, ne terra maneret inculta. Ararat autem regio in armenia campestris est: per quā Araxes fluit incredibilis ubertatis, ad radices tauri montis, qui usq; illuc extenditur. Ergo & arca in qua liberatus est Noe cum liberis suis: cessante diluuio nō ad montes generaliter armeniæ delata est, quæ appellatur ararat: sed ad montes tauri altissimos, qui ararat īminēt campis. ¶ Ca. XXXVIII C

IN diebus illis egrotauit ezechias usq; ad mortē ꝛc. Quem diligit dominus, corripit: & castigat omnem filium quem recipit. Ne eleuaretur cor Ezechiæ post incredibiles triumphos, & de media captiuitate uictoriā: infirmitate corporis sui uisitatur, & audit se esse moriturū: ut conuersus ad dominum flectat sentētiam eius. Quod quidem & in Iona propheta legimus: & in commi/
Pro. 3. b nationibus cōtra Dauid: quæ dicuntur futura, nec facta sunt: nō deo mutante sententiam, sed prouocante humanum genus ad noticiā sui. Dominus enim pœnitens est super malicijs. Conuertitq; Ezechias faciem suam ad parietē: quia ad templum ire nō poterat. Ad parietem autem templi, iuxta qđ Salomon palatium extruxerat. Vel absolute ad parietem: ne lachrymas suas assidentibus ostentare uidereē. Aut certe iuxta Hieremiā: ad cor suū: qui קִיר, id est parietem, cor appellat: ut tota mēte dominum deprecaretur. Et ait: Obsecro domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in ueritate & in corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Audiensq; se esse moriturum, non precatur uitam & annos plurimos: sed in dei iudicio quid uelit prestare, dimittit. Nouerat enim idcirco deo placuisse Salomonem, q̄ annos uitæ non petierit ampliores: sed iturus ad dominū, narrat opera sua: quomodo ambulauerit corā eo in ueritate & in corde perfecto. Fœlix conscientia quæ afflictionis tempore bonorum operum recordatur. Beati enim mundo corde: quoniā ipsi deum uide
Matth. 5 bunt. Et quomodo alibi scribitur: Quis gloriabiē purum
Pro. 20. b habere se cor? Quod ita soluiē: Perfectionem cordis in eo nunc dici: q̄ idola destruxerit, templi baal uasa peruerterit: serpētem æneum cōminuerit: & cætera fecerit quæ scriptura commemorat. Fleuit autem fletu magno propter promissionem domini ad Dauid, quam uidebat in sua morte perituram. Eo enim tempore Ezechias filios non habebat: nam post mortem eius Manasses cum duodecim esset annorum regnare cœpit in iudæa. Ex quo perspicuum est, post tertiū annum concessæ uitæ Manassen esse generatum. Ergo iste omnis est fletus, q̄ desperabat christum de suo semine nasciturum. Alij asserunt: q̄uis sanctos uiros morte terreri, propter incertum iudicij, & ignorationem sententiæ dei, quam sedem habituri sint. Simulq; fati quæstio soluitur, ac necessitatis uincula atq; causarū: q̄ nequaq; dies mortis singulis præstituta sit: sed uoluntate dei & ignotis mortalibꝰ causis, uel uiuat aliquis, uel moriaē: præsertim cū & statuta nunc mortis necessitas differaē: & post mortē resuscitatos plurimos legerimꝰ. b ¶ Et factū est verbū dñi ꝛc. Præpostero

E ordine quasi in pphetia hic referẽ historia: quæ in Regum uolumine cõsequentius legit: Flente Eçechia fletu magno, priusq; egrederetur Esaias mediam partem atrij, factus est sermo domini ad eum dicẽs: Reuertere & dic Eçechiæ duci populi mei: Audiui orationẽ tuam: & uidi lachrymã tuam: ecce sanaui te. Dixitq; Eçechias ad Esaiam: Quid erit signum: quia dominus me sanabit: Cui propheta respondit: Hoc erit signum a domino, qd facturus sit dominus sermonẽ quem locutus est: Vis ut accedat umbra tot lineis, an ut reuertatur totidẽ gradibus: Cui dixit Eçechias: Facile est umbrã crescere decem lineis: nec hoc uolo ut fiat: sed ut reuertatur retrorsum decẽ gradibus. Cumq; inuocante Esaia potentiam domini, signum esset effectũ: præcepit Esaias afferri massam ficorum recentiũ: quã cum attulissent & posuissent super uulnus eius, curatus est. Reuertitur autem ad regem ppheta domini iussione: ut ipse sanaret qui percusserat: & uocatur Eçechias dux populi eius, & filius Dauid, cuius opera sectabatur: fecerat enim rectum iuxta oñia quæ fecit Dauid pater eius: & auditur eius oratio, uidenturq; lachrymæ: quoniam ambulauerat corã domino in ueritate & in corde perfecto: & fleuerat fletu magno: & quod placitum erat in oculis eius, fecerat: Adijciunturq; quindecim anni ad uitam, quos ille nõ postulauerat: & insuper uiuente eo, regni securitas repromittitur. Sin autẽ ut quidam putant in corpore uiuere, cõdemnatio est: & iuxta illud quod dicitur: Reuertere anima mea in requiem tuam. Et in alio loco: Educ de carcere animã meam: optanda est mors, ut de carcere liberemur: quõ nunc dominus donat pro beneficio: ut qui liberandus erat, adhuc quindecim annis uiuat in carcere: Datur autem signum, ut sol decem gradibus reuertatur: quos nos iuxta Symmachum, in lineas & horologium uertimus: qui gradus intellexit in lineis, ut manifestiorem sensum legentibus faceret. Siue ita extructi erant gradus arte mœchanica: ut per singulos umbra descendens, horarum spacia terminaret. Quod signũ & præsentis temporis, & futuri typus erat: ut quomodo sol reuerteretur ad exordium sui: ita & Eçechiæ uita ad detextos annos rediret: nobisq; in hebdomade & ogdoade uiuentib⁹, per resurrectionem Christi, uitæ spacia protelentur. Solent sanctorũ locorũ in hac prouincia mõstratores intra cõseptũ templi ostendere gradus domus Eçechiæ uel Achaç: q sol per eos descẽderit. Sed nunq; ego credam: non dico Achaç qui rex impius fuit, sed cuiuslibet regis iusti domum fuisse in templo dei: cũ Salomon idcirco deum inter cætera offendisse dicatur, q in sublime ædificauerit mello: unde atrium templi deambulans, in turre palacij despicere solitus sit.

G 3.Re.9.c

a Scriptura eçechię regis iudę cum egrotasset ẽ. Miror quõ soli Lxx. pro scriptura, orationẽ posuerint: cum oratio תְּפִלָּה dicatur, & non מִכְתָּב: quæ in præsenti loco scribit: alioquin cõsequenter dicetur oratio, si de præsenti esset tẽpore, & nõ de præterito. Manifestum est enim, q post redditam sanitatẽ, de infirmitate cõsurgens ista cõscripserit: ex quo non oratio est, sed gratiarum actio pro beneficio quod acceperat.

b Ego dixi in dimidio dierum meorũ ẽ. Narrat quid tempore præmẽtis angustiæ imminentisq; languoris, tacitus cogitarit. Dixi (inqt) in corde meo: in dimidio dierũ meorũ: siue ut Aquila & Symmachus & Theodotio interpretati sunt: in infirmitate & silẽtio dierum meorũ: pro quo Lxx. excelsum, interpretati sunt: ob literæ similitudinẽ: ר, דמי H

F דמי legẽtes: licet quidam דמי, sanguinẽ uerterint: ut sit sensus: In sanguĩe dierũ meorum qñ meus cruor, meusq; expectabat in teritus. Itaq; desperatione dixi: Vadam ad portas inferi: uel communi lege naturæ: uel illas portas, de quib⁹ q liberatus sit, psalmista decantat: Qui exaltas me de portis mortis: ut annunciẽ omnes laudationes tuas in portis filiæ sion. ps.9.c

Has portas inferni reor, quæ aduersum Petrum non præualent: quia dormiuit in plenitudine dierũ suorũ. Sancti implent dies suos: qualis fuit Abrahã qui mortuus est, plenus dierũ in senectute bona. Peccatores ỹo & impij, in dimidio dierũ suorũ moriunt: de quibus & psalmista loquitur: Viri sanguinũ & dolosi nõ dimidiabunt dies suos. Non em̃ implent opera uirtutũ: nec studeant pœnitentia emendare delicta. Vnde in medio uitæ cursu, & in errorũ tenebris ducentur ad tartarũ. Quæsiui inquit residuũ annorũ meorũ: nõ me putans ultra esse uicturũ. Dixi, nõ uidebo dñm dñm in terra uiuentiũ. Pro dño & dño, bis in hebræo ponit יָהּ יָהּ qd in extrema syllaba יָהּ sonat: pro quo Lxx. trãstulerunt: Nequaq; ultra uidebo salutare dei in terra uiuentiũ. De qua & in alio loco scriptũ est: Placebo domino in regione uiuentiũ. Et rursum: Placebo domino in lumine uiuentium. Regio ergo sanctorũ ipsa est, quæ appellat lux uiuentium. Non est em̃ deus mortuorũ, sed uiuorum. Hoc autẽ est omnẽ qd metuit: ne salutare dei ductus ad inferos, nequaq; mereat aspicere. Sequit: Non aspiciam hominẽ ultra & habitatorẽ quietis. Qd nos olim, ppter uerbi ambiguita-

ps.114.b
Ibi.55.c
Matth.22.c

tem

a HEB. Scriptũra eçechiæ regis iudæ cũ egrotasset: & cõualuisset de infirmitate
b sua. Egõ dixi in dimidio dierũ meorũ, uadã ad portas inferi: quæsiui residuũ annorũ meorũ. Dixi, non uidebo dñm deũ in terra uiuẽtiũ: nõ aspiciã hoiem ultra & habitatorẽ quietis. Cessauit generatio mea: ablata est & cõuoluta est a me q̃si tabernaculũ pastorum. Præcisa ẽ uelut a texẽte uita mea: dũ adhuc ordirer succidit me: de mane usq; ad uesperũ finies me. Sperabam usq; mane: q̃si leo sic cõtriuit omnia ossa mea. De mane usq; ad uesperũ

SEP. Oratio eçechiæ regis iudæ quando languit & surrexit de infirmitate sua. Ego dixi in excelso dierũ meorum, uadam ad portas inferi: relinquã annos residuos: dixi, nequaq; ultra uidebo salutare dei in terra uiuentium: nec uidebo hominem adhuc cum habitantibus: defeci a cognatione mea. Exiuit & recessit a me, sicut tabernaculum soluit qui fixerat: sicut tela spiritus meus recessit, cum a texente succidit. In illa die traditus sum usq; mane: sicut leo, sic cõtriuit oñia ossa mea. A die usq; ad noctem traditus sum.

Quasi

A tem sequenti uersiculo iunxeram⁹: sermo enim hebraicus, חֶרֶשׁ si legatur aut scribatur, requiem: si חָלַד, occidentem sonat. Timet ergo ne cum sanctis & hominibus dei non habitet in quiete: ne non uideat dominum in terra uiuētium: ne generatio illius instar tabernaculi dissoluatur: ne in telæ similitudinē in ipso lucis exordio præcidat: & nequaq̄ de semine eius christus oriatur. Quod aūt corpus nostrū appelletur taber/
2.Co.5.b naculum: & Apostolus instruit dicēs: Nos q̄ sum⁹ in hoc tabernaculo, ingemiscim⁹ ag/
Iob.4.d grauati. De mane ait usq̄ ad uesperum fi/nies me: sperabā usq̄ mane. Quod & Iob in angustia sua atq̄ in tormentis corporis sustinuisse se dicit: quando in die expectabat noctem: & lucem præstolabatur in tenebris: mutatiōe temporum putans mutari posse supplicia. Hoc uerum esse nouit qui magnis febribus æstuat: cuius ignis internus, in similitudinē leonis omnia ossa cōsumit: nec se putat præ doloris magni
B tudine ultra esse uictu/rum. a ¶Sicut pullus hirundinis sic dama/bo: meditabor vt columba ꝛc. Mors imminens, & languoris incumbēs dolor, quasi leo ita omnia corporis mei ossa frangebat: sed ego in similitudinem hirundinis & columbæ, fletibus & gemitibus dies noctesq̄ iungebam: & a deo solo qui poterat subuenire, eleuatis in altum oculis auxilium præstolabar. Dicebamq̄ ad eum: Plus patior q̄ mea poscunt merita: sed & si quid erraui, conuertar ad
Rom.9.c melius: tu responde pro me: Non est enim uolentis neq̄ currentis, sed miserentis dei. Rursumq̄ in se reuertitur: Quid dicam: quid ue causabor contra te factorem meum? aut quid mihi respondebit qui fecit ipse quod uoluit? Sustinenda ergo sunt quæcunq̄ decreuerit. Pro pullo hirundinis: siue hirundine, ut Lxx. transtulerūt: in hebraico scriptū est עָגוּר סוּס quod interpretatus est Aquila, equus Agor: Theodotio סִיס עָגוּר: media em̄ uocalis litera ו, si ponat inter duas ס legitur סוּס, & appellatur equus: si י legitur סִיס & hirūdo dicit. Symmachus aūt ita trāstulit: Sicut hirundo incluſa, sic cantabo: quod uerbum עָגוּר & in Hie/
Hiere.8.c remia legitur, ubi scriptū est: Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempora sua. b ¶Reputabo omnes annos meos in amaritudine animę meę. Dñe si sic viuitur ꝛc in talibus vita spūs mei ꝛc. Nulla res longa mortalium est: omnisq̄ fœlicitas sæculi dū tenetur amittitur. Cum enim tribulationis tempus aduenerit, omne q̄d præteritum est nihil adiuuat sustinētem. Vnde stulta Epicuri sentētia est: qui asserit recordatione præteritorum bonorum, mala præsentia mitigari. Ergo Eçechias reputare se dicit omnes annos regni sui: & præteritæ ut putabat beatitudinis, in præsenti amaritudine. Et quia iam securus est, nec patiē quæ refert: de humano statu philosophatur: & dicit: Domine si sic uiuiē: & tali sumus conditione generati: Coripuisti me, sed uiuificasti me: pacemq̄ tribuisti fugato assyrio: sed pax mea oīm mihi amaritudine fuit amarior: quia tranquillitate populis reddita, & urbe secura: ego solus limina mortis intraui. Sed tu eruisti animam meam ut non periret: uel præsenti uitæ uel futuræ. Proiecisti em̄ post tergū omnia peccata mea: ne illa tristis aspicerē, sed tuam misericordiam contemplarer. Infernus enim & mors non confitebūtur, neq̄ laudabūt te: iuxta illud q̄d scriptū est: In inferno au/ Ps.6.b
D tem quis confitebitur tibi? Cōfessioq̄ i hoc loco, nō p pœnitentia sed p gīa & laude accipiē: sicut & in euāgelio legimus: Cōfiteor Luc.12.d tibi domine pater cœli & terræ. Non expectabunt inquit qui descendunt in lacum ueritatem tuam: melius quā in Lxx. τὴν ἐλεημοσύνην .i. misericordiam. Qui em̄ in inferno est non expectat iudicij ueritatem: sed misericordiā dei: maxime cum saluator ad inferna descenderit: ut uinctos de inferis liberaret. Pro lacu manifesti⁹, idē, inferos, transtulerūt. Viuēs uiuēs ipse cōfitebiē, sicut & ego hodie. Et hic cōfessio p laudatione ponit. Neq̄ em̄ sua scelera cōfiteē: sed gr̄as agit deo: & nō est pulchra laudatio in ore pctōris. Cūq̄ infern⁹ & mors Eccī.15.b nō cōfiteāē nec laudēt deū: ecōtrario uita atq̄ uiuētes dñm glorificāt. Q d̄q̄ sequit: Pater filijs notā faciet ueritatē tuā: hoc significat, q d̄ in Deuteronomio dicit: Interroga patrē Deu.32.a tuū, & annūciabit tibi: seniores tuos, & dicēt tibi: ut p successiones & singulas generatiōes: dei in posteros clæmētia prædicet. Pro quo Lxx. posuerūt: ab hodie em̄ filios faciā q annūciabunt iusticiā tuam. Causaliscq̄ cōiunctio, sequētia cū superioribus copulat: q d̄ uidelicet idcirco uiuētes & ipse uiuens bñdicant deo: qa ab hac die facturus sit filios: q annūcient ueritatē eius: q d̄ certe suæ nō erat potestatis. Neq̄ em̄ per prophetā illi liberi repromissi sunt: sed præsens uita cessa: præsertim cū impijssimū filiū genuerit Manassen: qui repleuerit hierm̄ sanguine, a porta usq̄ ad portā: & nō benedixit, sed maledixit deo persequens sanctos eius. Possumus ergo iuxta Lxx. hoc dicere, q d̄ non dixerit filios faciā:

SEP. Quasi hirūdo sic clamabo: quasi columba sic meditabor. Defecerūt em̄ oculi mei aspiciendo in excelsum ecœli ad dominum: qui eruit me, & abstulit dolorem animæ meæ, & ipse fecit. Domine de ipsa annunciatum est tibi: & suscitasti spiritum meum: & consolatus uiuificasti. Ecce i pace amaritudo mea: liberasti enim animam meam ut non periret: & proiecisti post me omnia peccata mea. Neq̄ enim in inferno laudabunt te: neq̄ mortui bñdicēt tibi. Neq̄ sperabunt qui apud inferos sunt misericordiā tuam: uiuentes benedicent tibi sicut & ego. Ab hodie enim filios faciam: qui annunciabunt iusticiam tuam domine salutis meæ: & non requiescam benedicens tibi cum psalterio, omnibus diebus uitæ meæ in conspectu domus dei.

Et iussit

a HEB. sperū finies me. Sicut pullus hirūdinis sic clamabo: meditabor ut columba: attenuati sūt oculi mei suspicientes in excelsum. Dñe uim patior: respōde p me: quid dicā aut qd respōdebit mihi cū ipse fecerit? b Reputabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine si sic uiuitur: & in talibus uita spiritus mei: corripies me & uiuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autē eruisti aiam meā ut nō periret: piecisti post tergū tuū oīa pcta mea. Quia nō infernus cōfitebitur tibi: neq̄ mors laudabit te: nō expectabūt qui descendūt in lacū ueritatē tuam. Viuens, uiuēs ipse confitebiē tibi: sicut & ego hodie, pater filijs notā faciet ꝟitatē tuā. Dñe saluū me fac: & psalmos nostros cātabimus cunctis diebus uitæ nostræ in domo domini.

Et iussit

E sed παιδία, quos uel paruulos, uel pueros, siue infantulos & posteros intelligimus: ut ex eo qđ ipse misericordiam consecutus est, omnis uentura posteritas hoc cognoscens, laudet eius incredibilem clæmentiam. Saluum ergo me fac domine: & oẽs qui in te credimus: tuoq; sumus auxilio liberati: cunctis diebus uitæ nostræ te canemus in templo. a ¶Et iussit esaias vt sumerent massam de ficis & cataplasmarẽt &c. Hoc prius legendum est q̃ oratio eçechiæ siue scriptura, quã nunc interpretati sumus: ante eñ cataplasma uulneri impositum est: & prius signum ab eo petitũ futuræ sanitatis, q̃ gratias ageret domino: qđ dicitur fecisse sanatus. Aiunt hebræi uerbum שְׁחִין qđ prætermisere Lxx. ulcus sonare, nõ uulnus. Nã & Aqla Symmachus q̃ & Theodotio ἕλκος interpretati sunt: per quod morbum regiũ intelligi uolunt: cui cõtraria putarẽ, uel sumpta in cibo, uel apposita corpi quæcũq; sunt dulcia. Ergo ut dei potentia monstraret: per res noxias & aduersas, sanitas restituta est. Alij שְׁחִין, nõ ulcus, sed apostema suspicantur: quãdo tumẽs corpus, cocto & putrescente pure completur. Et iuxta artem medicorum, omnis sanies siccioribus ficis atq; contusis, in cutis superficiem prouocatur: ac per hoc non spernẽdam esse medicinã, quæ usu constet & experimento: quia & hanc fecerit deus. Oratio igitur ac gratiarũ actio hucusq; conscripta est: Cæterum qđ signum datum sit, superior historiæ ordo narrauit.

a Et iussit Esaias ut sumerent massam de ficis: & cataplasmarẽt super uulnus, & sanaret. Et dixit Ezechias: quod erit signum quia ascendam in domũ domini?

b IN tẽpore illo misit Mero/dach baladan, filius baladan rex babylonis libros & munera ad Ezechiam: audierat enim qđ egrotasset & cõualuisset. Lætatusq; est super eis ezechias: & ostendit eis cellam aromatum, & argenti & auri, & odoramentorũ & unguenti optimi: & omnes apotechas supellectilis suæ: & uniuersa quæ inuenta sunt in thesaurís eius: non fuit uerbum quod non ostenderit eis ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. c Introiuit autem esaias propheta ad regem ezechiam, & dixit ei: Quid dixerunt uiri isti: & unde uenerunt ad te? Et dixit ezechias: De terra longinqua uenerunt ad me de babylone. Et dixit: quid uiderunt in domo tua? Et dixit ezechias: Omnia quæ in domo mea sunt uiderunt: non fuit uerbum siue res quam non ostenderim eis in thesauris

¶Ca. XXXIX

F

¶In tempore illo misit merodach &c. ¶Ca. XXXIX

3.36.a

Supra legimus quartodecimo anno regis Ezechiæ ascendisse Sennacherib regẽ assyriorũ sup omnes ciuitates iudæ munitas: & cœpisse eas, & postea obsedisse lachis, transisse lobnam, misisse hierusalem partem exercitus sui: cæsaq; per angelum centũ octogintaquinq; milia exercitus eius: & ipsum fugisse niniuen: interfectũq; a filijs in phano dei sui: & regnasse pro eo assaraddon filium eius: egrotasse Ezechiã, & recœpisse ꝓphetæ nuncio sospitatem: factum signum incredibile: ut sol decem horarum spacijs reuerteretur ad ortũ suum, & pene duplex dies fieret: Nunc legimus quod in tempore illo: hoc est in eodem anno quo hæc gesta sunt omnia, miserit merodach baladan, filius baladan rex babylonis, libros & munera ad ezechiam: non assaraddon, qui sennacherib patri apud assyrios in regnum successerat: de cuius seu morte seu uita scriptura conticuit. Ex quo perspicuum est aliud fuisse tunc regnum assyriorum, & aliud babyloniorum. Denicq; samariam: id est, decem tribus cœpere assyrij. Iudam autem & hierusalem postea legimus cœpisse chaldæos: quorũ rex Nabuchodonosor fuit. Et quia apud eos astrorum obseruãtia est, stellarũq; cursus longo usu & exercitatione cognitus, qđ & in domini natiuitate monstratur: intellexerũt solem reuersum, diei spacia duplicata, seruire ei quem solum deum putabãt. Cũq; causas huius miraculi rationemq; perquirerent: fama per omnes gentes uolitante, didicerunt propter egrotationem regis iudæ, etiam cursum signi clarissimi cõmutatum. Quã non esse opinationem meam: sed scripturæ sanctæ fidem, dierum uerba testantur: quæ dixere post alia: Ipse est ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum gion: & auertit eas subter ad occidentẽ urbis dauid. In oĩbus opibus suis secit prospere quæ uoluit: at tamẽ in legatione principũ babylonis qui missi fuerant ad eum: ut interrogarent de portẽto qđ acciderat super terram, reliquit eum deus ut tentaret: & nota fierent oñia quæ erant in corde eius. Id circo autem tentatio/ni relictus est: qa post tantã uictoriam: & solis regressum: & cõgratulationẽ regni potentissimi: cor illius eleuatum est. Denicq; in eodem uolumine scribit Multi deferebant hostias & sacrificia dño in hierusalẽ: & munera ezechiæ regi iuda: & exaltatus est corã cunctis gentibus. In diebus illis egrotauit usq; ad mortem: & orauit dominum: & exaudiuit eum: & dedit ei signũ: sed nõ iuxta beneficia quæ acceperat retribuit: quia exaltatũ ẽ cor eius: & facta est cõtra eũ ira: & cõtra iudã & hierm. Rursũq; scriptura sancta elationẽ cordis eius dicit pœnitentia mitigatã: inferens: Et humiliatus est 2. Para. 32.e

H

postea: eo qđ exaltatũ esset cor eius: tã ipse q̃ habitatores hierusalem: & idcirco non uenit sup eos ira dñi in diebus ezechiæ. Lætatus est ergo in aduentu legatorũ Merodach: quẽ patrem fuisse nabuchodonosor hebræi autumant: & in oblatione munerũ, & congratulatione sanitatis suæ. Ostẽditq; eis iuxta Lxx. domum נְכֹתֹה. pro qua Symmachus transtulit aromatũ suorũ: & thesauros argẽti, & auri & odoramẽtorũ & unguenti optimi: qđ in hebraico scribitur, olei boni: & omnes thesauros uasorum gaçæ: siue ut ibi legitur, uasorum suorũ. Gaça autem lingua persarũ diuitiæ nuncupãtur: nec est hebræus sermo, sed barbarus. Nõ fuit inquit uerbum, quod iuxta hebraicam cõsuetudinem pro re frequenter accipitur: qđ nõ ostẽderit eis in domo sua, & in oñi potestate sua. Vnde dei ira iustissima: qm̃ non solum thesauros suos atq; palatij, sed & templi ostenderit: qđ certe fuit potestatis eius, de cuius ualuis auri laminas ante iã tulerat.

c ¶Introiuit asit esaias ꝓpheta ad regẽ ezechiã &c. Transdunt hebræi ideo egrotasse ezechiam: quoniã post inaudita uictoriã iudæorũ, & assyrij regis interitum: non decinerit laudes dño, quas cecinit moyses pharaone submerso: & debbora interfecto sysara: & anna genito samuele: unde cõmonitum esse fragilitatis suæ. Rursumq; post corporis sanitatem & signi magnitudinem offerri aliam occasionem superbiæ: quam ut prudens & dei cultor uitare debuerat: nec monstrare alienigenis diuitias suas quas deo tribuente posederat. Ex quo iuxta leges quoq; Tropologiæ discimus, nõ mittendas margaritas ante porcos: nec dandum sanctum canibus. Qui enim fidelis est, spiritu abscondit negocia: & quicũq; hoc fecerit, oñis uirtus illius eneruatur: peritq; posteritas: & amisso uirili robore, in muliebrem redigitur mollitudinem. Ingreditur ergo esaias ad regem, & quasi nescius scisciatur: Quid dixerunt uiri isti, & unde uenerunt? Duo interrogat: quid locuti sint & unde uenerint. Ille ad unum respondit altero prætermisso: quod cum ἔμφασι & supercilio legendum est: De terra longinqua uenerunt ad me de babylone: qđ quãto terra longior sit unde uenerunt: tanto iste glorioſior propter quem uenerint. Et uenerunt inquit

ad me

A ad me:qui debuerat dicere:uenerunt,ad glorificandū deum pro signi magnitudine de babylone,quæ urbs in toto orbe potentissima est. Rursumq; Esaias: Quid inquit uiderunt in domo tua? Et ille respondit ex parte uerum:qđ omnia uiderint in domo illius:nec fuerit res quā non ostenderit eis in thesauris suis: Sed alterum tacet, de quo uerebatur offensam: quod ostenderit eis cūcta quæ haberet in potestate sua: haud dubium quin & templi suppellectilem:propter quæ esaias,dei sermone profert sententiam: Audi uerbū domini exercituum: Veniet tempus quando omnia hæc quæ in domo tua sunt:& nō tuo sed patrum tuorum labore quæsita,in babylonem transferātur: & de semine tuo fiant eunuchi in aula regia. Ex q̄ Hebræi uolunt Danielem,Ananiā,Misael,& Açariā: q fuere de regio semīe,factos esse eunuchos: q̄s in ministerio regis Nabuchodonosor fuisse, non dubium est. Dixit itaq; Ezechias: Bonum uerbum domini qđ locutus est. In quo ab hebræis reprehenditur:cur non sit imitatus bonitatem moysi,qui locutus ad do/
Exo.32.g minum est: Aut dimitte eis hāc noxam: aut si nō facis: dele me de libro tuo quem scripsisti. Vnde & apostolus
Rom.9.a Paul⁹ anathema uult esse a christo pro fratribus suis q̄ sunt israelitæ:& ꝓpterea Ezechiā dei sermonibus nō ꝓbatum: qui in consequētibus loquit̄: Cōsolamini,cōsolamini ppl̄s me⁹ dicit de⁹ uester: ut ꝓ q̄bus ille nō rogauerat,dñi clæmētia cōsolet̄.

SEP. Bene facite & male, & admirabimur: & uidebimus simul unde sitis uos: & unde fit opus uestrū: de terra abominationē elegerunt uos. Ego autem suscitaui eum qui ab aquilone est, & qui ab ortu solis: uocabunt̄ nomine meo. Veniant principes & sicut lutum figuli: & sicut figulus cōculcans lutū, sic cōculcabimini. Quis em̄ annunciabit uobis ea quæ a principio sunt: ut cognoscam⁹ ea quæ in futuro: & dicemus quia uerū sit: nō est q prædicat, neq; qui audiat ῥba uestra. Principiū sion dabo: & hierusalē consolabor in uia: nā de gentibus nullus est: & de simulacris ipsorū nō erat q annūciaret: & si interrogauero eos unde estis, nō respōdebūt mihi: sunt em̄ factores uestri: & frustra seducūt uos.

Ecce ia/cob puer meus, assumam eum: israel electus me⁹, suscepit eum anima mea. Dedi spiritū meum super eum: iudiciū gentibus educet: non clamabit, neq; dimittet: nec audietur foris uox eius.

Calamum

Ecce seruus me⁹ ꝛc. Iacob & Isrl̄ in præsenti capitulo nō habent̄: q̄t̄ nec Matthæus euāgelista posuit, secut⁹ hebraicā ueritatē. Hoc dicimus in sugillationem eorū qui nostra contēnunt. D
De q̄ plenius in Matthæi cōmentariolis: & in libro quē ad Agalsiam nuper scripsim⁹, disputatū est. Et interim notandum: q̄ ubi de apl̄orū scribit̄ choro, & Iacob & Israel, & semē appellant̄ Abraham: quib⁹ quasi hominib⁹ ac seruis cōsequenter dicit̄: Noli timere uermis Iacob & paruulus numero isrl̄: Vbi autē de Christo est uaticiniū, absq; Iacob & israel legit̄: Ecce seruus meus, suscipiā eū: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Et in cōsequētibus: Dedi te in testamentū generis, in lucē nationū: aperire oculos cæcorum: & educere de uinculis alligatos: & de domo carceris habitantes in tenebris. Nec mirum si seruus uocet̄, factus ex muliere, factusq; sub lege: qui cū in forma dei esset, humiliauit se formā serui accipiēs: & habitu inuētus ut hō: In q̄ cōplacuit sibi anima dei, cernens in illo oēs esse uirtutes: immo ipsum esse dei uirtutē atq; sapientiā. Dedi (inquit) spiritū meū sup eū: qui descēdit in specie columbæ. Iudiciū gētib⁹ pferet, q̄t̄ antea nesciebāt. Nō clamabit: erit em̄ mitis atq; māsuetus. Et nō accipiet personā in iudicio, siue nō leuabit: subaudit̄, in altū uocē suā. Vel iuxta Symmachū, nō decipiet̄: oēs insidias diaboli intelligens: aut sc̄dm Lxx. οὐδὲ ἀκούσει. i. non relinquet, populū scilicet iudæorū: uocans eū ad pœnitētiā. Nec audiet̄ foris uox eius: neq; em̄ extra galilæam atq; iudæam

ē.41.d

Gal.4.a Phil.2.a

Matth.15.b E in alijs gentib⁹ euāgeliū prædicauit. Q̄ si legim⁹ fuisse eum in terminis Tyri & Sidonis: siue in cōfinio cæsareæ Philippi, quæ nunc uocaī Pameas: tamē sciēdū nō esse scriptū, q̄ ipsas ingressus sit ciuitates. Calamū quassatū siue cōfractū nō cōteret. Cunctis em̄ placabilis erit: & ueniam dabit peccatorib⁹, dicēs ad mu/

Matth.9.c lierē: Confide filia, dimittuntur tibi peccata. Et linū fumigans: siue ut cæteri transtulerunt, obscurum atq̄ tenebrosum, nō extinguet: qui uicini erāt extinctioni, domini clæmētia seruab⁹nē: quæ super iudæis & nationibus in supradictis opusculis disseruim⁹: sed cū ueritate oia iudicabit: nequaq̄ mentiens scribas & pharisæos, quos cōfidenter hypocritas appellabat. Q̄d autē sequiī: Splendebit & nō conteret: donec ponat su/

Matth.12.b per terram iudicium, Matthæus euāgelista non posuit: siue, inter iudicium & iudicium media, scriptoris erro/re sublata sunt. Signi/

F ficat autē q̄ resurgens ex mortuis, cunctos illuminauerit: nec mor/te contritus sit, donec poneret super terrā iu/

Ioh.9.g dicium: qui loquebaī in euāgelio: In iudiciū ego ueni in mundum istum: ut nō uidentes uideant: & uidentes cæci fiant: Pro quo nos interpretati su/mus: Nō erit tristis, neq̄ turbulētus: sed æqualitatē uultus omni tēpore cōseruabit: q̄ falso de Socrate philosophi glorianī: nunq̄ eum plus solito, nec tristē fuisse, nec lætū: Pro q̄ Aquila & Theodotio interpretati sunt: Non obscurabit: & nō curret, donec ponat in terra iudiciū. Et est sensus: Nullū uultus tristicia deterrebit: nec festinabit ad pœnā, qui iudicij ueritatē ultimo tēpori reseruauit. Q̄d q̄ sequiī: Et legē illius insulæ expectabūt: manifesti⁹ posuere Lxx. καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. i. & in noīe ei⁹ gētes sperabūt. Q̄uæ in scripturis appellanī insulæ: quia ex oīi parte persecutorū incursionib⁹ patēt. Legē aūt ei⁹ nō quæ p̄ Moysen

ē.2.a data est, sed euāgeliū sentiamus. De sion em̄ egrediēt lex: & uerbū dñi de hierusalē. De qua lege & Hieremias uaticina/

Hiere.31.e tur: Ecce dies ueniunt dicit dñs: & ponā testamentū nouū, nō iuxta testamentū q̄d olim pepigi cum patribus eorum.

a ¶ Hæc dicit dñs deus ⁊c. Incertū erat quis ante dixisset: Ecce seruus meus, suscipiā eum: electus me⁹, cōplacuit sibi in illo anima mea: Dedi spiritū meū sup eum: iudiciū gentibus p̄ferēt. Post cōdemnationē em̄ idolorū subitus sermo proruperat: Ecce seruus meus: & reliqua: quæ nos ex p̄sona patris sup Christo interpretati sumus. Itaq̄ ne relinqueret ambiguū quis superiora dixisset, adiūgit & dicit: Hæc dicit dñs deus: creans cœlos, & extēdēs eos. Siue ut Lxx. trāstu/lerunt: Q̄ui fecit cœlū & defixit illud. Vniuersitatis igitur creator & dñs, ipse Christi sui promisit aduentum: qui nō solum extendit cœlos atq̄ defixit, sed terrā quoq̄ alta mole firmauit: & oīa quæ nascunī ex ea: ut inuisibilia eius ex his quæ facta sunt intellecta cōspiciant: sempiterna q̄q̄ uirtus illius & diuinitas. Q̄ui spiramē oīb⁹ dedit qui uersanī in

Geñ.2.b terra, lege prima mortaliū. Insufflauit em̄ deus in faciē Adā spiritū uitæ: & factus est in animā uiuentē. Spiritū aūtē his

HEB. Calamū quassatum non conteret: & linū fumigās nō extinguet: in ṽitate educet iudiciū. Nō erit tristis neq̄ turbulētus, donec ponat in terra iudiciū: & legē ei⁹ insulæ expectabūt.

SEP. Calamū fractum nō conteret: & linū fumigans nō extinguet: sed in ueritate educet iudiciū: splendebit & non cōteretur, donec ponat sup terrā iudiciū: & in noīe ei⁹ gētes sperabūt.

Hæc dicit dñs deus: creans cœlos, & extendens eos: firmans terrā, & quæ germinanī ex ea: dans flatū populo qui est sup eam: & spiritū calcantib⁹ illā. Ego dñs uocaui te in iusticia: & apprehēdi manū tuā, & seruaui te: & dedi te in fœdus populi in lucem gentiū: ut aperires oculos cæcorum: & educeres de cōclusione uinctum de domo carceris: sedētes in tenebris. Ego dñs, hoc est nomen meū: gloriā meam alteri nō dabo: & laudē meam sculptilib⁹. Quæ prima fuerant, ecce uenerūt: noua q̄q̄ ego annuncio: anteq̄ oriantur, audita uobis faciam.

b HEB. Canitē deo canticū nouum: laus eius ab extremis terræ: qui descenditis in mare: & plenitudo eius insulæ & habitatores earum

SEP. Cantate domino canticum nouum: principat⁹ eius glorificatur: & nomē illi⁹ a summitate terræ: qui descēdūt in mare & nauigant

G

Ioh.17.d

pro.5.d

Matth.8.c

H

Ioh.17.a

Luc.5.b

Rom.7.b

ps.18.b

Ibidem

prie qui calcant terrā: & sapiētiā carnis, suæ subijciūt potestati. Ille igiī cui⁹ tanta præconia sunt, hæc ad eū locut⁹ est, cui⁹ legē insulæ præstolanī & gētes: Ego dñs uocaui te in iusticia. De quo ipse loquiī in euāgelio: Pater iuste, mūdus te ignorat: ut esses nō solū iudæorū, sed & gētiū deus. Et apprehendi manū tuā: quia quicquid operaī filius, operaī & pater. Et seruaui te, qui oīa ipse cōseruas. Et dedi te in fœdus pp̄li israel: cuite uēturū ante promiseram. Et in lucē gētiū: quæ sedebant in tenebris & in umbra mortis. Vt aperires oculos cæcorū, qui deū antea nō uidebant. Et educeres de cōclusione uinctū: Funib⁹ em̄ peccatorū suoꝝ unusquisq̄ cōstringiī. Et in euangelio: quam satanas uinxerat, soluit dñs. De domo carceris sedētes in tenebris, q̄ in erroris nocte & caligine uersabanī. Q̄d q̄ infert: Ego dominus hoc est nomē meum: gloriā meam alteri nō dabo: nō excludit filiū cui dicēti in euāgelio: Pater, glorifica me gloria quā apud te habui priusq̄ mundus esset: Ipse respōdit: Et glorificaui, & glorificabo. Neq̄ em̄ dixit: Gloriā meā nulli dabo: q̄d si dixisset, exclusisset & filiū: sed gloriā meam alteri nō dabo: præter te cui dedi, cui daturus sum. Vñ p̄prietatē sanctæ scripturæ uehemēter admiror, q̄ uerbū אחר oēs interpretes uoce cōsona transtulerunt, alterū: qui in multis alijs soliti sunt discrepare. Vt autē sciam⁹ per hanc sentētiā nō excludi filiū, sed idola: sequētia ṽba testanī: Et laudē meā sculptilibus. Pro q̄ Lxx. οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς. i. nec uirtutes meas simulacris. Cū em̄ Christus dei uirt⁹ sit, deiq̄ sapiētia, oēs in se ṽtutes cōtinet p̄ris. Sequiī: Q̄uæ prima fuerūt, ecce uenerūt. Et est sensus: Q̄uæ locut⁹ sum: quæ p̄ Moysen, p̄phetasq̄ pollicitus sum: uniuersa cōpleta sunt. Nunc autē annuncio uobis euangeliū: uocationē gētiū, passionē Christi, nouitatē fidei: Vt quō priora cernitis rebus expleta: sic & ea quæ nunc polliceor, credatis esse uentura. b ¶ Canite deo canticū nouū ⁊c. Q̄ui pri⁹ dixerat: quæ prima fuerāt, ecce uenerūt: Noua quoq̄ ego annuncio: anteq̄ orianī, audita faciā uobis: & se promiserat q̄d ignorabant esse dicturū: quæ sint illa noua, sequēti sermone testatur: Apostolis præcipiēs & apostolicis uiris, ut canant canticū nouum: nequaq̄ in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus. Nec solū in ueteri instrumēto, sed in nouo: & laus ei⁹ penetret usq̄ ad extrema terræ. A summo em̄ cœlo egressus ei⁹: & usq̄ ad summū illi⁹ occursus ei⁹. In omnē terrā exiīt apl̄orū sonus: & in terminos orbis uerba eorū. Siue iuxta Lxx. Glorificate nomē eius in terminis terræ: ut in uniuerso mūdo Christi nomē annūcieī in gētib⁹. Q̄ui sint autē isti qui canere debeāt canticū nouū, sequētia uerba testanī: Q̄ui descēditis (inquit) in mare & nauigatis illud, siue plenitudo maris. Apl̄os em̄ uidens Iesus in littore iuxta mare Geneçaret reficiētes retia sua, uocauit & misit in magnū mare: ut de piscatorib⁹ pisciū faceret hoīm piscatores: qui de hierusalē usq̄ ad illiricū & hispanias, euāgeliū prædicarūt: capiētes in breui tēpore ipsam quoq̄ rhomanæ urbis

A urbis potentiã. Vel certe descẽderũt in mare & nauigauerũt illud: tẽpestates & persecutiones istius sæculi sustinẽtes. Insulas quoq; & habitatores earũ: uel diuersitatẽ gentiũ intelligẽ, uel ecclesiarũ multitudinẽ. Leuet (inquit) desertũ & ciuitates eius uocẽ suam: de qua & supra diximus. Siue lætetur desertũ & uici eius, & cedar: quæ quondã in habitabilis fuit regiõ trãs Arabiam sarracenorũ: Et habitatores Petræ, que & ipsa urbs palæstinæ est. Hoc aũt significat, q̃ gentiũ populus desertus prius noticia dei: & idololatriæ erroribus obligatus, ad laudes domini cõuertatur. Siue quia cedar interpretatẽ tenebræ: & iuxta Apostolũ, petra Christus: 1.Co.10.a præcipitẽ cunctis credentibus: ut qui ante erãt in tenebris, & nũc credunt in dñm saluatorẽ: de uertice mõtiũ clamitẽt, & aperte prædicent Christũ: quib⁹ 5.40.b & supra dictum est: In montẽ excelsum ascende, qui euangelizas Sion: Eleua in fortitudine uocẽ tuã, qui euangelizas hierusalem. Et B ponã gloriã ei⁹ in insulis, de quib⁹ pri⁹ diximus. Describitq; sermo ꝓphetic⁹ glorioſũ saluatoris aduentum: de q̃ & Paulus apl̃us 2.Co.4.b loquit̃: Sc̃m illumi- 2.Timo.1.c nationẽ gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu christi: & eum uiro fortissimo cõparat, qui pugnaturus sit cõtra aduersarios suos: & suscitaturus zelum: De quo & in cantico Deuteronomij ꝓphetatũ est: Ipsi me zelare Deu.32.c fecerunt in eo qui non erat deus: & irritauerunt me in idolis suis: & ego zelare eos faciã in gente quæ nõ est: & in gẽte stultissima irritabo illos. Vociferabitur quoq; & clamabit contra inimicos suos: aperte eorũ infidelitatem reprobans: & cũ clamore pronunciãs: Tacui, semper silui, patiens fui. Siue ut Lxx. trãstulerũt: Tacui, nunquid semp tacebo? Vt impleat̃ illud q̃d per Salomonẽ dicit̃: Temp⁹ tacẽdi, & tẽpus loquẽdi. Et est sensus: Diu uos delinquẽtes sæpe portaui: sed quia ante tacueram, nequaq̃ ultra reticebo. Et quõ pariens in lucem profundit infantẽ: & apertum facit esse q̃d prius clausum in uiscerib⁹ tenebat̃: Sic ego dolorẽ meũ, & dissimulationẽ quã semper habui, super sceleribus uestris nunc proferam: & dissipabo uestra consilia. Vno quoq; tempore absorbebo

HEB. rum. Leuet desertũ & ciuitates ei⁹: in domib⁹ habitabit cedar: laudate habitatores Petræ, de uertice montiũ clamabũt. Ponẽt dño gloriã: & laudẽ ei⁹ in insulis nũciabũt. Dñs sicut fortis egredietur: sicut uir præliator suscitabit çelũ: uociferabitur & clamabit: super inimicos suos cõfortabitur. Tacui semp, silui, patiẽs fui: sicut pariens loquar: dissipabo & absorbebo simul. Desertos faciã montes & colles: & omne gramen eorum exiccabo: & ponam flumina in insulas: & stagna arefaciam. Et educam cæcos in uiam quã nesciunt: & in semitis q̃s ignorãt, ambulare eos faciã. Ponã tenebras corã eis in lucem, & praua in recta: hæc ỹba feci eis: & nõ dereliqui eos. Cõuersi sũt retrorsum: confundantur confusione, qui confidunt in sculptili: qui dicunt conflatili: uos dñ nostri. Surdi audite: & cæci intuemini ad uidendũ. Quis cæcus, nisi seruus me⁹: & surdus, nisi ad quẽ nuncios meos misi? Quis cæcus, nisi qui uenũdatus est: & q̃s cæcus, nisi seruus domini? Qui uides multa, nonne custodies? Qui apertas habes aures,

SEP. gant illud: insulæ & habitatores earum: lætare desertũ & uici eius: uillæ & habitatores cedar. Lætabunt̃ qui habitãt in Petra: de sũmitate mõtiũ clamabunt. Dabunt deo gloriã: uirtutes ei⁹ in insulis nunciabunt. Dñs deus uirtutũ egredietur & conteret bellũ: suscitabit çelũ & clamabit sup inimicos suos cũ fortitudine. Tacui a principio: num semp tacebo, & sustinebo? sicut pariẽs patiẽter egi: erumpam & arefaciã simul: uastabo montes & colles: & omne fœnũ eorũ arefaciã. Et ponã flumina in insulas, & paludes siccabo. Et adducã cæcos p uiã quã nesciũt: & semitas q̃s ignorauerunt, calcare eos faciã: faciam eis tenebras in lucẽ: & praua in recta: Hæc uerba faciã illis & nõ derelinquã eos: ipsi ỹo cõuersi sunt retrorsum: confundamini cõfusione, qui cõfiditis sup sculptilib⁹: q̃ dicitis conflatis, uos estis dñ nostri. Surdi audite: & cæci suspicite ut uideatis. Quis est cæcus nisi pueri mei: & surdi, nisi qui dominantur eorũ? Quis cæcus, nisi qui recepit: & excæcati sũt serui dei: uidistis sæpe, & non custodistis: apertæ sunt aures,

C 5.40.b

Iob.14.a

D

Rom.11.c

a Surdi audite ꝛc. Ne q̃s putaret hoc q̃d dicit̃: Surdi audite: & cæci intuemini ad uidendũ, ad gẽtiũ ppm ptinere: qui pri⁹ surdus & cæcus fuerat: ut Iudæi stulta interpretatione approbare cõtendũt: ipse ꝓpheticus sermo demõstrat, q̃ surdi & cæci itelligi debeãt. Quis inquit cæcus, nisi seruus me⁹: & surdus, nisi ad quẽ nuncios meos misi? haud dubiũ quin prophetas significet. Quis cæcus, nisi q̃ uenũdatus est pctis suis? Quis cæcus, nisi q̃ pri⁹ seruus fuit dñi? Cui dicit̃: O isr̃l qui uides multa & habes ꝓphetas plurimos: per q̃s dei mãdata cognoscas:

E nõne custodies quæ tibi præcepta sunt? Qui apertas habes aures, nonne audies quæ dicunt? De quo & supra legimus:
3.6.c Auditu audietis, & nõ intelligetis: & uidentes aspicietis, & nõ uidebitis: incrassatũ est em̃ cor populi hui⁹. Dñs inquit uoluit ut sanctificaret eũ: & magnificaret legẽ suã: & popu/
lum iacentẽ extolleret ac leuaret. Sed ille dei facere noluit uoluntatem: & idcirco ab aduersarijs suis direptus est atq; uastatus: quos uel dæmones, uel hostes itelligere debem⁹. Laqueus iuuenũ oẽs: & in domibus carcerũ abscõditi sunt. Siue ut Lxx. trãstulerũt: ἢ παγὶς γὼ ἐν τοῖς ἰαμείοις παντα χοῦ, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις ἅμα ὅπου ἔκρυ/ψαν ἑαυτούς. i. laqueus in cubilibus ubiq; : & in domibus simul, in quibus abscõderunt eos: Scribas significãs & pharisæos: q plæbẽ miserabilẽ decœperũt: & ubiq; posuerunt insidias contra dñm salUatorẽ & apl̃os ei⁹, habentes clauem sciẽtiæ,
Luc.11.g nec ipsi intrantes: & alios uolentes introire prohibẽtes. Pulchreq; pectora eorũ in quib⁹ habitabant cogitationes pessimæ, carceres appellauit. Ideo facti
F sunt in rapinã & in direptionẽ: nec fuit qui liberaret eos: & p eis sermonem faceret. Simulq; ꝓpheta cohortatur eos: ut si oẽs audire nõ possint, saltem pauci futura cognoscant, & intelligant a q̃ ista perpessi sint. Cauasq; suæ uastitatis agnoscant: qui nec audire nec facere uoluerũt, quæ lege præcepta sũt. Ideo effudit dñs super eos totã iram suam & indignationẽ furoris plenã: ut qui prius tacuerat, nequaq; ultra reticeret: nec sermonibus eos, sed pœnis tormentisq; corriperet: & cõprehẽderet eos bellum fortissimũ, quod nequaq; possint euadere: ostendẽs ferociã rhomanorum. Cunq; ex omni parte combustus sit, & nihil in se habeat sanitatis, tamen non intelligit causam pœnæ suæ: q; idcirco punitus sit, quia dei filium non receperit.

Ca. XLIII

HEB: aures, nõne audies? Et dominus uoluit ut sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret. Ipse autem populus direptus atq; uastatus, laque⁹ iuuenũ omnes: & in domibus carcerũ abscõditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionem, & non est qui dicat, redde. Quis est in uobis qui audiat hoc, attẽdat & auscultet futura? Quis dedit in direptionẽ iacob & israel uastantibus? Nõne dñs ipse cui peccauim⁹: & noluerunt in uijs eius ambulare: & nõ audierũt legẽ eius. Et effudit super eum indignationẽ furoris sui, & forte bellum: & combussit eum in circuitu, & non cognouit: & succẽdit eum, & nõ intellexit.

Ca. XLIII

ET nũc hæc dicit dominus: creans te iacob, & formans te israel: Noli timere quia redemi te: & uocaui nomine tuo, meus es tu. Cum transieris per aquã, tecũ ero: & flumina non operient te. Cũ ambulaueris in ignẽ, non combureris: & flamma non ardebit in te: quia ego dominus deus tuus: sanctus israel saluator tuus, dedi propiciationẽ tuam ægyptũ, æthiopiã, & saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & glorios⁹, ego dilexi te: & dabo homines ꝓ te: & populos pro anima tua.

Noli timere

ET nunc hæc dicit dñs ꝛc. Hebræi de secundo saluatoris hæc interpretant aduentu: qñ post plenitudinem gentium, omnis saluãdus sit israel. Nos autẽ nequaq; putam⁹ ad eos fieri repromissionẽ, quib⁹ supra dictum est: Quis cæcus, nisi pueri mei: & qui surdi, 5.42.c
SEP. sunt aures, & non audistis. Dñs deus uoluit ut iustificaret & magnificaret laudem. Et uidi, & erat populus uastatus atq; direptus. Laqueus em̃ in cubilibus ubiq;, & in domibus simul: in quib⁹ abscõderunt eos. Facti sunt in direptionẽ: & nõ erat qui erueret prædã: & non erat qui diceret, redde. Quis est in uobis qui hæc audiat: & futura cognoscat? Quis dedit in direptionẽ iacob & israel uastantib⁹? Nonne deus cui peccauerũt: & noluistis in uijs illi⁹ ambulare, neq; audire legẽ ei⁹. Et induxit sup eos irã furoris sui: & prælualuit aduersus eos bellũ: & qui cõburebãt eos ꝓ circuitũ: & nõ cognouit unusquisq;: nec posuerunt sup aiam.

Ca. XLIII

ET nunc sic dicit dominus qui fecit te iacob: & creauit te israel: Noli timere quoniam redemi te: uocaui te noie tuo, meus es tu: & si trãsieris ꝓ aquã, tecũ sum: & flumina nõ cooperient te. Et si trãsieris ꝓ ignẽ, nõ combureris: flamma non exuret te: quia ego dominus deus tuus sanctus israel saluator tu⁹. Feci cõmutationẽ tuã ægyptũ, & æthiopiam, & syenen ꝓ te. Ex q̃ honorabilis factus es: & in cõspectu meo glorificatus es: & ego dilexi te: & dabo homines pro te: & principes pro capite tuo.

Noli timere

Ibidem

Factus ẽ ppl̃us uastatus atq; direptus, & his similia. Deniq; infert: Effudit sup eũ indignationẽ furoris sui & forte bellũ: & combussit eũ in circuitu, & nõ cognouit: & succendit eũ, & nõ intellexit. Ergo quod supra diximus, duos esse Iacob, & duos Israel: unũ carnalem, & alterum spiritualem: eorũ qui in salUatorẽ credere nolUerunt: & eorũ qui receperunt filium dei: Hoc etiã nunc intelligẽdũ: q; prouoceť apl̃orum chorus: & prima Christi ecclesia de iudæorũ populo cõgregata: ut intelligat creatorẽ, & factorem suum: qui & animæ & corporis ei⁹ sit cõditor. Nec timeat persecutores: quia redẽptus sit Christi sanguine, qui uocauerit eum noie suo: & ob familiaritatẽ specialiter appellet ppl̃m suũ: sed prædicet incũctanter: & nulla pericula reformidet. Quod q; infert: Aquas & flumina, & ignẽ, & flammas: persecutorũ impetũ furoremq; describit: qui saluti gentiũ inuideãt, & nolint sermonẽ euangelicũ prædicari. Quod q; iudæi in aquis, ægyptios: in fluminib⁹, babylonios: in igne, macedonas: in flamma, rhomanos intelligi uelint. Idcirco autẽ præcipit eis ne timeãt: q; a dñs deus saluator eorum, & sanctus israel sit cũ eis: qui fecerit eos ægypto, æthiopiæ, & syenæ, & extremis mũdi terminis prædicare. Pro σιήνη, reliqui interpretes posuerunt סְבָא: unde fuit regina austri, quæ uenit sapiẽtiam audire Salomonis. Quãobrẽ honorabilis factus est apl̃orum chorus in conspectu dei, & dilectus ab eo: & cunctorũ hoĩm

3.Re.10.a

A salus atq; populorũ: qui per eos ad euãgeliũ sunt uocati: & reputabunt in salutẽ animarũ eorum. Vnde iungit & dicit:
Matth.ulti. c Noli timere, ego tecũ sum: Qui uobis in euãgelio loquor: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cõsumationem sæculi. Ab oriente em & ab occidente adducã filios tuos qui requiescãt in sinu Abraham: & de cunctis mũdi partib⁹ filiorũ meorũ & filiarum populus congregabitur: qui uel inuocent nomẽ meum: uel meo uocentur noie: ut appellent christiani in gloriã conditoris sui. Qd q; sequitur: Educ foras populũ cæcũ: & oculos habentẽ: surdum, & aures ei sunt: Multi putant dici de ppło gentium, qui per apłorũ doctrinã audire cœperunt & uidere. Sed nos etiam hæc de dispersio intelligamus Israel: qui uocatus sit q; apostolos, primusq; crediderit: quibus lo-
Act.13.g quit & Paulus: Vobis primũ oportuit prædicari sermonem dei. Et ipse dns in euangelio:
Matth.10. a Ite ad oues pditas domus israel. Deniq; se-
B quitur: Omes gentes cõgregatæ sunt simul & collectæ sunt trib⁹: id est cum populo qui credidit ex iudæis: ut duplex uocatio sit, circumcisionis & præputij. Qd autẽ dicitur: Educ, ad filium sermo est. Siue iuxta Lxx. pater de filio loquitur, q; eduxerit populũ suũ cæcum & surdum: & gentib⁹ copularit: & fecerit ex eis multos ecclesiæ principes. Mirat urq; propheta q; nullus in gẽtib⁹ hæc præscire potuerit: nec dei nosse consilia: sed tm populus eius qui legẽ acceperit & prophetas
Ps.75.a habuerit: Notus enim in Iudæa deus: in isrł magnũ nomẽ ei⁹. Siue ipse deus, testis suorũ sermonũ sit, & patrator: & puer eius ac seruus quẽ elegit. Haud dubiũ quin christum significet: cui & supra
Infra.49.b dicit: Magnum tibi est uocari te puerũ meũ. Et hæc omnia fient, ut ueritas mundo prædicetur: & sciant, & credant, & intelligãt: quorum mens prius bruta erat, & insensibilis:

HEB. Noli timere qm tecũ ego sum: ab oriente adducam semẽ tuum: & ab occidente cõgregabo te. Dicã aquiloni, da: & austro, noli prohibere: adduc filios meos de longinquo: & filias meas ab extremo terræ. Et omnem qui inuocat nomẽ meũ: in gloriã meã creaui eum, & formaui eũ, & feci eum. Educ foras populum cæcũ: & oculos habentẽ: surdum, & aures ei sunt. Oẽs gentes cõgregatæ sunt simul: & collectæ sunt tribus. Quis in uobis annunciabit istud: & quæ prima sunt, audire nos faciet? dent testes eorũ & iustificent: & audiant & dicant uere: Vos testes mei dicit dns & seruus meus quem elegi: ut sciatis & credatis mihi: & intelligatis, quia ego ipse sum. Ante me nõ est formatus deus: & post me non erit. Ego sum, ego sum dominus: & nõ est absq; me saluator. Ego annũciaui & saluaui: auditum feci, & nõ fuit in uobis alienus. Vos testes mei dicit dominus, & ego deus: & ab initio ego ipse: & non est q de manu mea eruat: operabor, & quis
a auertet illud. Hæc dicit dõminus redemptor uester, sanctus israel: Propter uos misi in babylonẽ: & detraxi uectes uniuersos: & chaldæos in nauibus suis gloriantes: ego dominus sanctus uester, creans
israel

SEP. Noli timere, qm tecũ sum: ab oriente adducam semen tuũ: & ab occidente cõgregabo te. Dicam aquiloni, adduc: & aphrico, noli prohibere: adduc filios meos de terra longinqua: & filias meas a terminis terræ: omnes qui uocant nomine meo: in gloria em mea creaui illũ: & plasmaui eum, & feci illũ: & eduxi populũ cæcum qui habẽt oculos, & sunt cæci: & surdæ sunt aures ei⁹. Oẽs gẽtes cõgregatæ sunt simul: & conuenerunt principes earum. Quis annunciabit hæc? aut quæ a principio sunt, quis annũciabit uobis? adducant testes suos, & iustificent: & audiant & loquant uera. Estote mihi testes, & ego testis dicit dominus deus: & puer meus quem elegi: ut sciatis & credatis, & intelligatis: quia ego sum. Ante me nõ fuit alius: & post me non erit. Ego deus, & nõ est præter me saluator. Ego annunciaui, & saluos feci: expro-
braui, & non erat in uobis alienus. Vos mei testes, & ego dns deus ab initio: & nõ est qui de manib⁹ meis eruat. Faciam, & quis auertet illud? Sic dicit dominus deus qui redemit uos sanctus isrł. Propter uos mittam in babylonẽ: & suscitabo fugientes uniuersos: & chaldæi in nauibus uincentur. Ego dominus deus sanctus israel qui ostendi
israel

C q; præter unũ deũ, nullus alius deus sit: nec ante, nec postea. Neq; enim temporũ conditor habet aliquãdo principium, cum hoc ipsum aliquando sit temporis. Et quomodo nunc locutus est: Ego testis dicit dominus deus, & puer quẽ elegi: dicente hoc ipsum domino in euangelio: Duorũ hominum Iob.8.e testimoniũ uerum est: Ego sum qui testimo-
nium perhibeo de me Ibi.b & qui misit me pater: Sic & de diuinitate illius sentiẽdũ est: q; nullus sit deus, nisi ipse qui loquitur, & puer eius quẽ elegit. Pulchreq; præter deum patrem, alter nullus est deus: quia Christus dei uir-
tus est, & dei sapientia: 1.Co.1.d qui loquitur in euangelio: Iob.14.b Ego in patre, & pater in me est. Sicut enim unus Christus dns nõ aufert patri ne dns sit: sic unus deus pater nõ aufert filio ne deus sit: qui in principio erat uerbũ: & ỳbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ: hoc erat in principio apud deum. Qd q; sequit: Et non est absq; me saluator: ostẽdit in pre filiũ cuncta saluare. De qõ idem D
ppheta testat: Et mittet eis dns saluatorẽ, 3.9.d qui saluos eos faciet. Neq; enim deus sapiens & fortis, sine sua potest esse sapiẽtia atq; uirtute. Cum ergo ab initio ego hæc futura prædixerim, nullus erit q meæ renuat uoluntati: imo quæ ego fecero, possit irrita facere. Hæc dicunt quidem ad iacob & israel, sed referuntur ad apostolicum chorũ: & omnes qui de populo iudeorum in Christum uoluerint credere.

a Hæc dicit dominus redemptor uester sanctus israel &c. Iuxta hebraicum adhuc ad israel propheticus sermo dirigit: q; redemptor eorum dominus & sanctus israel, hæc ad eos locutus sit: Propter uos qui mecum euangelium prædicatis: quibus supra dixi: Noli timere quoniam ego tecum sum: qui estis testes uoluntatis meæ: & puerum meum alterum testem mũdo incredulo nunciatis: Misi filium meũ in babylonem & con-

 fusionẽ

E fusionē huius sæculi. Et detraxi omnes uectes eius: qui hebraice appellantē בְּרִיחִים, & quos Theodotio fortes, interpretatus est. Et chaldæos (inquit) subauditur ἀπὸ κοινοῦ, detraxi, qui in suis gloriabantur nauibus: in his uidelicet qui instar nauium inter idola fluctuabant. De chaldæis nullus ambigit, quin dæmones sonēt. Ego dominus hæc futura prædixi: qui sum creator uester & rex israel. Porro iuxta Lxx. multo alter est sensus: Ego dñs qui te de periculis liberaui & sanctus israel: ppter uos mittam in babylonē regē mœdorum atq; persarum: & habitatores eiꝰ fugere faciam: & chaldæi qui uos cœperant, uincti per mare Caspium ad gentes alias transferentur. Ego dñs hæc futura decreui, qui ostendi israel regem credentiū fore. a ¶ Hæc dicit dominus ꝛc. Dominꝰ qui destruxit & abiecit babylonem: & fortissimos illius detraxit de potentia: omnesq; chaldæos qui in fluctibus huius sæculi fœliciter nauigabant, fecit esse captiuos: Ipse in aquis torrētibꝰ, maris rubri reperit uiam, ut transiret populus eius de ægypto liberatus. Siue qui dedit in mari rubro uiam: ipse & in aquis torrentibus iordanis fluuij reperit semitam: ut & egressio ex ægypto, & introitꝰ in terram repromissionis haberet miraculū: Ipse currus & equos & omnē exercitum pharaonis demersit in profundum: qui dormierunt somno perpetuo. Contriti sunt & extincti quasi linū in breui temporis spacio: & in puncto atq; momēto. Linum enim necdum igne correptū, ꝓpter leuitate substantiæ statim extinctū, in fauillam dissoluit. Igitur hoc præcipio uobis, ut inter signa mea atq; miracula, quibus babylon urbs potentissima diruta est: & quibus in mari rubro atq; iordane, populo meo aperta est uia, nequaq; memineritis ueterum: quoniam in euangelio multo sum maiora facturus: quorum comparatione, præterita sileri debeant. Nequaq; enim ultra in mari rubro, sed in deserto totius mundi reperiam uiam. Nec unus fluuius siue fons erumpet de petra, sed multa flumina: quæ non corpora ut prius, sed animas sitientes reficiant: & impleat illud quod supra legimꝰ: Bibetis aquas de fontibus saluatoris. Tunc quod nunq; factum est, fiet: ut oñes bestiæ & dracones, & struthiones, qui in solitudine gentium morabantur: & idololatriæ sanguine, morumq; feritate bestiarū similes erant: glorificēt me atq; collaudent. Pro draconibus & hs solus Theodotio, ut in hebraico scriptū est, appellauit תַּנִּים: reliqui sirenas interpretati sunt: Animalia portentosa, quæ dulci carmine atq; mortifero, nauigantes scyllæis canibus lacerandos præcipitabant. Hocq; significat, q̄ uoluptati prius & luxuriæ dediti, ad seruitutē domini cōuertantur: licet melius sit dracones intelligi: quia iunguntur & struthiones: ut quia semel de bestijs solitudinis loquebat: hæc animantia poneret, quæ deserto familiaria sūt. Laudabūt autē inquit me, & glorificabūt bestiæ agri, & dracones, & struthiones: quia dedi in deserto gentium aquas: & in ariditate nationum flumina: ut biberet populus meꝰ quem elegi mihi, siue genꝰ meū electum: & ppl'us quem acquisiui sanguine meo, ut laudes meas ꝓtutesq; narraret. b ¶ Nō me invocasti iacob: nec laborasti in me israel ꝛc. Bestijs agri, draconibus, & struthionibus, laudantibus me, tu Iacob nequaq; me inuocare uoluisti: nec postea laborare, ut peccatū emendares pœnitētia. Q̄d autem arbitraris obtulisse te mihi uictimas, & arietes immolasse, scias eos a me nō esse susceptos: quia mihi & idolis cōmunes erant. Illumq; sensum repetit: de quo supra dixerat: Vt quid mihi multitudinē uictimarum uestrarū dicit dominꝰ? Plenꝰ sum holocausto arietū, & adipe agnorum: & sanguinē taurorū & hircorum nolo. Neq; eī ait: Precioſum a te quippiam requisiui: ut in paradis eis laborare te facerem. Non exegi a te oblationes: nec thura quæsiui. Non calamū neq; incensum: & diuersa pigmenta generis, quorum fumo inebriares me atq; satiares: Sed obedientiā, quæ est supra sacrificiū: & sacrificiū, de q̄ in psalmis Dauid dicit: Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus: cor cōtritū & humiliatū, deus nō despicit: Illa uolui, illa quæsiui. Tu autem me seruire & laborare fecisti in peccatis tuis, ut cogerer dicere: Laboraui sustinens: & nequaq; ultra ferre te possum. Vñ & per Osee idem loquit deus: Quid tibi faciā Ephraim: protegam te Israel: Quid tibi faciā: quasi adamā ponam te: & quasi seboim: Q̄d autē Lxx. posuerūt: ἀλλ' οὐ ταῖς ἁμαρτίαις σου, προέσλω σου, οὐ δὲ ταῖς ἀδικίαις σου. i. sed in peccatis tuis, defendi te, & in iniquitatibus tuis: Sic potest superioribus copulari: ut labor sit dei: & lassitudo defendere peccatores.

Ego sum

HEB. israel rex uester.

SEP. israel regē uestrum.

a Hæc dicit dominus: qui dedit in mari uiam: & in aquis torrentibus semitā. Qui eduxit quadrigam & equū, agmē & robustum: simul obdormierunt, nec resurgēt: cōtriti sunt, quasi linū extincti sunt. Ne memineritis priorū: & antiq̄ ne intueamini. Ecce ego facio noua, nūc orient: utiq; cognoscetis ea. Ponam in deserto uiam: & in inuio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio: ut darē potū pplo meo, electo meo. Populū istū formaui mihi: laudē meā narrabūt. b Nō mē invocasti iacob: nec laborasti in me israel. Nō obtulisti mihi arietē holocausti tui: & uictimis tuis nō glorificasti me. Nō te seruire feci in oblatione, nec laborē tibi præbui i thure. Nō emisti mihi argēto calamū: & adipe uictimarū tuarū nō inebriasti me. Verūtamē seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborē in iniquitatibus tuis.

Ego sum

a Hæc dicit dñs: qui dat in mari uiam, & in aqua uehementi semitam. Qui educit currus & equos, & multitudinē robustissimā. Sed dormierūt & non resurgēt: extincti sunt quasi linū extinctū. Nolite meminisse priorum: & uetera ne recogitetis. Ecce ego faciam noua, quæ nūc orientur: & cognoscetis ea: & faciam in deserto uiam: & in inaquoso flumina. Benedicent me bestiæ agri, sirenes, & filiæ struthionum: quia dedi in deserto aquā: & flumina in inaquoso: ut bibere faciam genus meū electū: populū meū quē acquisiui: ut uirtutes meas narret. Non nunc uocaui te iacob: neq; laborare te feci israel. Non attulisti mihi oues holocausti tui: neq; in uictimis tuis magnificasti me: nec seruire te feci in hostijs: nec laborē tibi præbui in thure: nec emisti mihi argento thymiama: nec adipem hostiarū tuarum concupiui: sed in peccatis tuis defendi te: & in iniquitatibus tuis.

Ego sum

E.12. a

G

H

Pſ.50

Oſee.11.c

E.1.c

A a ¶ Ego sum: ego sum ipse qui deleo iniq̃tates tuas ꝛc̃. Tu me, inquit, iacob & israel laborare feci‌sti in peccatis tuis: & onera iniquitatum tuarũ portare uix potui: quos nequaq̃ seruos meos, nec pueros uoco: sed simplici appello nomine, iacob & israel: ut ostẽdam & arguam peccatores. Ego autẽ propter me, quia misericors sum & patiens, & multarũ miseratiõnũ: delebo oẽs iniquitates tuas, in aspersione & sanguine noui testamenti: delẽs uetus chirographũ: q̃d̃ aduersũ te scriptũ erat: & Ezech. 18. f peccatorũ tuorũ ultra nõ recordabor: quæ tibi, si credere uolueris, in baptismate dimissurus sum. Reduc ergo me in memoriã, si q̃d habes iusti q̃d̃ respondeas mihi: libenter accipiam, ut iudicemur simul: & arguas me non feci‌sse tibi q̃d̃ facere debui. Quẽ sensum in Michea plenꝰ Michee. 6. a legimꝰ: Populus meꝰ quid feci tibi: & quid molestus fui tibi, responde mihi: qa eduxi te de terra ægypti & de domo seruitutis liberaui te: & misi ante faciem tuam moysen & B Aaron & Mariam. Et in q̃nquagesimo psalmo dauid loquitur ad deum: Vt iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum fueris iudicatus. Narra ergo si q̃d habes ut iustificeris. Et est sensus: Ego non loquar prior contra te: ne oppressum esse te dicas multiplicatione sermonum: sed tu si quid iusti habes, ipse pro te loquere: ut uidearis ista quæ pateris immerito sustinere. Et ut scias me misereri tui: non ob meritũ tuũ: sed propter meã clæmentiã: a patribus tuis repetam atq̃ maioribus: ut intelligas te a peccatoribus esse generatũ. Pater tuus primus peccauit in solitudine: omnis uidelicet populus israel: Siue auctor generis tui abrahã, peccasse conuincitur: quando domino terram repromissionis semini illius pollicẽte, respondit: In quo sciam quia possidebo eã? Et interpretes, inquit, tui preuaricati sunt in me: Exo. 17. b Aaron & Moyses ad aquam contradictionis, qui inter me & te mediꝰ loquebantur. Et ut intelligamus non esse uiolentam expositionem, Sequitur: Et contaminaui principes sanpsa. 140. b ctos: de quibus & in psalmo canit̃: Absorpti sunt iuxta petram iudices eorum. Quos idcirco contaminasse se dicit: q̃d̃ terram repromissionis non intrauerint. Dedicq̃ ad interE nitionẽ iacob, & israel in blasphemiã: ut nullus, præter duos ex his qui de ægypto egressi erant, intraret in iudæam: sed cadauera eorum iacerent in solitudine. Iuxta Lxx. qui addiderunt de suo: Dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris:

a HEB. Egõ sum: ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me: & peccatorũ tuorũ non recordabor. Reduc me in memoriã ut iudicemur simul. Narra si quid habes ut iustificeris: Pater tuus primus peccauit: & interpretes tui prævaricati sunt in me. Et cõtaminaui principes sanctos: dedi ad internitionem iacob: & israꝫ in blasphemiã.

b ¶ Ca. XLIIII ET nũc audi iacob serue meꝰ & israel quẽ elegi. Hæc dicit dñs: faciẽs & formãs te ab utero auxiliator tuus: Noli timere serue meꝰ iacob & rectissime quẽ elegi. Effũdã eã aquas sup sitientẽ: & fluẽta sup aridã: effundã spm̃ meũ sup semẽ tuũ: & bñdictionẽ meã sup stirpẽ tuã: & germinabũt inter herbas: q̃si salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet, dñi ego sum: & ille uocabit in nomĩe iacob: & hic scribet manu sua dño: & in noĩe israꝫ assimilabit̃.

Hæc dicit

SEP. ¶ Ego sum: ego sum qui deleo iniquitates tuas & nõ recordabor. Tu uero memento & iudicemur: Dic tu iniquitates tuas primus, ut iustificeris. Patres uestri peccauerũt: & principes uestri inique egerũt in me: & cõtaminauerunt principes sancta mea: Et dedi ut perderem iacob & israel in opprobrium.

N ¶ Ca. XLIIII Vnc aũt audi iacob puer meꝰ: & israel quẽ elegi. Ego dñs deꝰ q feci te & plasmaui te de uentre: adhuc habebis auxilium. Noli timere puer meꝰ iacob: & dilecte israꝫ quẽ elegi: adhuc ego dabo aquã in siti q ambulãt in inaquoso: ponã spm̃ meũ sup semẽ tuũ: & bñdictiones meas sup filios tuos. Et oriẽt̃ ut in medio aquæ fœnũ, & sicut salix iuxta p̃terfluẽtes aq̃s. Iste dicet, dei sũ: iste clamabit i noĩe iacob. Et aliꝰ scribet in manu sua, dei sum ego: & in nomine israel clamabit.

Hæc dicit

C ad pœnitentiã eos prouocat deus: ut intelligant scelera sua atq̃ peccata, & ueniam consequantur. Scriptum est enim & in alio loco: Iustus accusator sui est in principio sermonis. Pro. 18. c Principesq̃ eorum & patres, dicuntur domini sancta uiolasse, non seruientes legi dei: sed traditiones & mandata hominum requirentes: propter quos perijt iacob, & in opprobrium datus est israel: eiect⁹ de sua ꝓuincia: & totius orbis exul atq̃ peregrinus. Ca. XLIIII ET nunc audi iacob seruе meus / et israel quẽ elegi ꝛc̃. Vbi accusat̃ populus iudæorũ ob incredulitatem atq̃ blasphemiã, absq̃ ulla nominis dignitate, puris appellatur uocabulis: Nõ me iuocasti iacob 5. 43. d nec laborasti ĩ me israꝫ. Et iterum: Dedi ad inIbidem ternitionem iacob: & israel in blasphemiã. Vbi aũt ad apostolorũ chorũ q ex iudæis est, sermonẽ facit: iũgunẽ & nominũ priuilegia: Audi iacob serue meꝰ: & israel quem elegi: ut D prima sit seruitus, secũda electio. Hæc dicit dñs, factor & formator tuꝰ: q ab utero auxiliat⁹ est tui: ut adhuc in uẽtre matris plantã fratris arripes: Siue q in principio nascẽtis ecclesiæ te de ꝓsecutoribus cõseruauit. Noli timere crudelitatẽ eorũ serue meꝰ iacob: & rectissime quẽ elegi. Alio noĩe israelẽ uocat ישרון eã uerbũ hebraicũ: cæteri εὐθύτατον siue εὐθύ. i. rectissimũ & rectũ interpretati sunt. Soli Lxx. dilectissimũ, iungẽtes de suo, israel. Proprie eã iuxta hebræos & Iraꝫ fidẽ: israel, rectus dei dicit̃. Vir aũt uidẽs deũ, nõ in elemẽtis, sed in sono uocis est. ישראל Vnde & liber geneseos appellat̃ εὐθέωμ. i. iustorũ: Abrahã, Isaac, & Israel. Noli igit̃ timere iacob & israel: quia effundã aquas sup sitientẽ & aridã: de q̃ sæpe dictũ est: Et effundã si‌ue ponã spiritũ meũ sup semẽ tuũ: & benedictionẽ meã sup stirpẽ tuã: quæ ex aqua & spũsancto in baptismate renascẽt̃. Quã & in euãgelio saluator ꝓmisit dicẽs: Qui sitit ueniat Ioꝺ. 7. f ad me & bibat. Statimq̃ infertur: Hoc autẽ dicebat de spũ sancto: quẽ credẽtes accepturi erant. Cõparat quoq̃ in baptismate renascẽtes, herbis uirẽtibꝰ, & salici quæ iuxta fluentes aq̃s oritur: & cõtra rerũ naturã affert fructus, quæ prius sterilis erat: uel cuiꝰ semẽ in cibo sumptũ, steriles facit. Q d̃ quidem in primo psalmo legitur: Et erit sicut lignũ q̃d̃ plantatum est secus decursus aquarum: q̃d̃ fructus suos dabit in tempore suo: & foliũ eius nõ decidet. Aliꝭ inter herbas & renascentes salices, duplicem uocationem intelligunt: ut

E in herbis, populus nationum sit: in salicibus, hi qui ex israel crediderunt. Simulq; describit uarietatem credētiū: Alius dicet: domini ego sum, qui iusticiæ opera in se esse confidit. Alius uocabit: subauditur, peccatores ad pœnitentiā in nomine iacob: ut & ipsi supplantent uitia atq; peccata. Alius scribet manu sua, dei sum: Siue ut Lxx. transtulerūt ἐπιγράψῃ χειρὶ αὐτοῦ, τοῦ θεοῦ εἰμὶ id est: Scribet in manu sua, dei sū: ut nouo tyrocinio seruitutis christi se militem glorietur. Et in nomīe israel assimilabitur. Non eīm omnes ex israel: sed magna pars ex gentiū multitudīe, in nomīe israel assimilabitur: ut recipiat legem & prophetas: omnesq; gratias spiritussancti, quæ israel popło repromissæ sunt. a Hæc dicit dñs rex israel: & redemptor eius dñs exercituum &c. Post prædicationem apostolorum, uocationem gentium, saluatoris aduentum, & effusionem spiritussancti, quem cunctis credentibus daturum se esse promisit: quando pro uarietate meritorum, alius dicit, domini ego sum. alius uocabit in noīe iacob: alius scribet manu sua se esse dñi: & cū ortus sit de infideli turba gētiliū, in nomine assimilabitur israel: ut relictis idolis, unius dei cultor sit: Incipit altera περικοπὴ. quā totā simul proposuimus, ne unius sensus diuideremus continē tiam. Et quia Lxx. in hoc capitulo exceptis paucis uerbis non discrepant ab hebraico: nostra æditione cōtenti sumus: qua intellecta, noscentur & cæteræ. Est autē sermo contra illius tēporis idololatras: quo Esaias propheta uentura populis nūciabat: & arguit eos qui dei omnipotentis religione contēpta: simulacris ligneis inclinētur, & adorent opera manuū suarū.

a Hæc dicit dominus rex israel: & redemptor eius dominus exercituū: Ego prim⁹ & ego nouissim⁹: & absq; me non est deus. Quis similis mei? uocet & annūciet, & ordinem exponat mihi: ex quo constitui populum antiquū: uētura & quæ futura sunt nō ānunciēt eis. Nolite timere neq; conturbemini: ex tunc audire te feci: & annunciaui: uos estis testes mei. Nunquid est deus absq; me: & formator quem ego non nouerim? Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non prodesse eis. Ipsi sunt testes eorum, quia non uident neq; intelligunt ut cōfundantur. Quis formauit deum, & sculptile conflauit ad nihil utile? Ecce omnes participes eius confundentur. Fabri enim sunt hominibus: conuenient omnes: stabunt & pauebunt, & confundentur simul. Faber ferrarius lima operatus est: in prunis & in malleis formauit illud: & operatus est in brachio fortitudinis suæ. Esuriet & deficiet: non bibet aquā: & lassescet. Artifex lignarius extendit normā: formauit illud in rūcina: fecit illud in angularibus: & circino tornauit illud, & fecit imaginem uiri, quasi speciosum hominem habitantem in domo. Succidit cedros: tulit ilicem: & quercum, quæ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinum quā pluuia nutriuit: & facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: succendit, & coxit panes. De reliquo autem operatus est deum, & adorauit: fecit sculptile: & curuatus est ante illud. Mediū ei⁹ combussit igni: & de medio eius carnes comedit. Coxit pulmentū, & saturat⁹ est, & calefactus est: & dixit: Vah calefactus sum: uidi focum. Reliquum autem eius, deū fecit, & sculptile sibi: curuatur ante illud & adorat illud: & obsecrat, dicens: Libera me: quia deus meus es tu. Ne scierunt neq; intellexerunt. Obliti enim sunt ne uideāt oculi eorum, ne intelligāt corde suo. Non recogitant in mente sua, neq; cognoscunt neq; sentiunt ut dicant: medium eius combussi igni: & coxi sup carbones eius panes. Coxi carnes, & comedi: & de reliquo eius idolum faciam: ante truncum ligni procidam, pars eius cinis est: cor insipiēs adorabit illud: & non liberabit animam suā: neq; dicet, forte mēdaciū est in dextera mea.

Memento horum

dixi: Ecce puer meus quem elegi: electus meus quem suscepit anima mea: iudicium gentibus proferet: & in nomine eius gentes sperabūt. Nec dicit se esse solū: sed præter uirtutem suam atq; sapientiam nullum esse externū deum: deorūq; multorū opinionem, & simulacra condēnans. Quis inquit similis mei est? Vocet ea quæ nō sunt quasi sint: & exponat ordinē creaturæ meæ, qua cūcta ratiōe libraverim, ex quo feci hominē super terrā. Nec hoc solum uolo: sed quæro etiā scientiā futurorū. Vnde tu israel cui⁹ & rex & redēptor sum, noli timere simulacra: quæ esse nihil insina mōte didicisti. An forsitan creator est ali⁹ quem ego non nouerim? Aut præter hunc alter est mundus, qui ignoti dei mōstret potentiam? Neq; uero ea solum quæ fiūt, sed & illi qui faciunt habebunt pro nihili. Cūq; uindictæ tēpus aduenerit: nequaq; poterūt eos manuū suarū opa liberare, quæ cæca & insensibilia, cōfundūt artifices suos. Quis eīm possit hoc credere qđ ascia, lima, & terebro, malleoq; formet deus? Et uel in prunis simulacra fundantur: uel norma, runcina, & angularib⁹, circinoq; in deos repēte consurgant? Præsertim cū fabrilis artis uilitas demōstret. Fit eīm lignea statua, humanam exprimēs speciem: & quāto pulchrior fuerit, tāto de⁹ putatur augustior. Ponitur in phano: & æterno clauditur carcere: quæ longo tempore creuit in saltibus: & pro uarietate arborū: cedrus & ilex, & quercus uel pinus fuit. Mirūq; in modū segmēta ei⁹ atq; rasuræ mittūt in focū: ut calefaciāt artificē dei, & coquāt diuersa pulmenta. Pars autē altera formaī in deū: ut ope completo, adoret illā factor suus & opis sui imprecet

Curramus ergo per singula. Hæc dicit dominus rex israel, qui in me crediturus est: & redemptor eius, qui filij mei suscipiet aduentum: Dominus exercituum atq; uirtutum, & omnipotens: Hoc enim in hebraico sonat יְיָ צְבָאוֹת, Ego sum primus: & ego nouissimus: ego α, & ω, & absq; me non est deus: Quia puer quem elegi, in me deus est. De quo supra

auxiliū: nec intelligit uel recogitat: īmo nec carnis, nec mētis aspicit oculis: qđ nō possit esse de⁹: cuius pars igne cōbusta est, nec hominis manu fieri diuina maiestas. Pleniusq; super irrisione idolorū, pphēticus sermo contexit: quæ facilis intelligētiæ sunt: nec lacinioſam īmo superfluā expositionem desyderant. Super quo & Flaccus scribit in satyra, deridens

simulacra

A simulacra gentiũ. Olim truncus erã ficulnus inutile lignũ: Cũ faber incertus scamnũ faceret ne priapum: Maluit esse deum, deus inde ego furum auiumq; : Maxima formido. Quicquid autem de idolis dictũ est: potest referri & ad hæreseon principes, qui simulacra dogmatũ suorum atq; mendacij, artifici corde cõponunt: & uenerãtur ea quæ a se sciunt esse simulata. Nec sufficit eis error proprius: nisi simplices quosq; eorum adoratione decœperint. Qui quæstum putant esse pietatem, & deuorant domos uiduarũ: abutentesq; uulgi imperitia: ita arte dialectica quasi ascia, & teretro, lima, & runcina formãt deũ suũ: & cudunt malleo, atq; inaurant sermonis rhetorici uenusta: te: quorũ deus uenter est: & gloria in confusione eorũ. a ¶ Memento horum iacob & israel &c. Cum hæc sic ita habeãt: & idola hominum scias esse figmenta, O iacob & puer meus israel: ne obliuiscaris creatoris tui, tibiq; ipsi iniuriã faciãs, ut incurueris operi manuũ tuarũ. Quæ quia in aduentu pueri mei quẽ elegi penitus destruenda sunt: propterea tota mentis auiditate cognosce: qd' sicut nubes & caligo, & nebula: uel solis calore dissoluit': uel uento raptante tenuat': ita iniqtates tuas & uniuersa peccata quibus prius me offenderas, dissolui faciã. Tu tãtũ reuertere ad me & age pœnitentiã: quia redimendus es præcioso sanguine. Q. d' si feceris: scias in salute tua cœlos terramq; lætari: & omnia elementa concinere. Siue angelos qui morantur in cœlis: & alias potestates, quibus terræ fundamẽta portant'. Vel certe ap̃los & ꝓphetas de qbus loquebat' & Ephe. 2. d Apostol⁹: Edificati super fundamẽtũ ap̃lorũ & ꝓphetarũ. Montes q̃q; & syluæ siue colles qui pro uarietate uirtutũ prima & media loca & ultima possederũt: iubẽtur iubilare & tuba canere: sciẽtes qd' redemerit dñs iacob: & in isr' conuersione lætetur: siue ipse israel ab errore cõuersus, inclytus fiat. b ¶ Hæc dicit dñs redẽptor tuus & formator tuus ex utero &c. Destructis idolis & iniquitatibus israel peccatisq;

a HEB. ¶ Memento horum iacob & israel: quoniam seruus meus es tu: formaui te: seruus meus es tu israel: ne obliuiscaris mei. Deleui ut nubem iniquitates tuas: & quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me: quoniam redemi te. Laudate cœli quoniam fecit dominus: iubilate extrema terræ: resonate montes laudationẽ, saltus & omne lignũ eius: quoniam redemit dominus iacob: & israel gloriab bitur. Hæc dicit dominus redẽptor tu⁹ & formator tuus ex utero: Ego sũ dñs faciens omnia: extendens cœlos solus: stabiliens terram: & nullus mecum. Irrita faciens signa diuinorũ: & hariolos in furorem uertens: conuertens sapientes retrorsum: & sciẽtiam eorum stultam faciens. Suscitans uerbum serui sui: & consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico hierusalem, habitaberis: & ciuitatibus iudæ, ædificabimini: & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo, desolare: & flumia tua arefaciam. Qui dico Cyro pastor meus es: & omnem uoluntatem meam complebis Qui dico hierusalem, ædificaberis: & templo, fundaberis.

Hæc dicit

SEP. ¶ Memento horum iacob & israel: quoniã puer meus es tu: formaui te puerum meũ: & tu israel ne obliuiscaris mei. Ecce enim deleui sicut nubem iniquitates tuas: & sicut caliginem peccata tua. Reuertere ad me, & redimã te. Lætamini cœli, quoniã misertus est deus israelis. Canite tuba fundamenta terræ: clamate montes lætitiam: colles & omnia ligna quæ in eis sunt: quoniam redemit deus iacob: & israel inclytus erit. Sic dicit dominus qui redemit te, & formans te ex utero: Ego dominus qui compleo omnia: extendi cœlum solus: & formaui terram. Quis alius dissipauit signa phythonum: & diuinationes de corde? qui auerto prudẽtes retrorsum: & consilium eorum stultum facio. Et statuo uerbum pueri mei: & consilium angelorum eius uerum probo. Qui dico hierusalem, habitaberis: & ciuitatibus iudæ, ædificabimini: & deserta illius orientur. Qui dico abysso, desolaberis: & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, ut sapiat: & omnes uolũtates meas faciat: qui dico hierusalẽ, ædificaberis: & domũ sanctam meam fundabo.

Hæc dicit

G Phil.2.a prouerbijs loquitur: Deus sapiētia sua fun/ Pro.3.a dauit terram: & dextera illius mēsa est: siue firmauit cœlos uel cœlum, ut Lxx. transtulerunt. Vocat autem cœlos, ut eius pareāt iussioni: & enarrēt gloriā illius. Si autem cœli obediunt domini uoluntati, & suo currunt ordine: quid gloriatur terra & cinis, & igno/ Eccl.10.b rat fragilitatē suam? Congregamini oēs uos & audite: uel cœli uel uniuersa creatura: uel oīs multitudo isrl̄. Quæ sunt quæ iubētur audire? Qđ dñs dilexerit eū. Haud dubiū quin Cyrum Dariumcp significet: qui fecit uoluntatem domini cōtra babylonē, & brachium suum exercuit in chaldæis. Et ipse locutus est & uocauit eum nomie suo. & adduxit eum & di/recta est uia ei⁹: ut nullus uiribus eius auderet resistere. Vnde prouocat eos ut accedant & audiant, & dño prædicēte cognoscāt, uētu/rum esse regem persarum atcp mœdorum: qui subruat babylonē deleatcp chaldæos. Et ut hæc annūciet, dicit se ppheta missū a dño: & a spiritu eius. Hoc iuxta hebræos & eorū opinionem. Cæterum iuxta Symmachū qui interpretat⁹ est: Quis ei annūciauit hæc: quē dominus dilexit: qui facit uoluntatem eius in babylone: Et iuxta Lxx. τοῦ ἆραι σπέρμα χαλδαίων. i. ut auferat semen chaldæorum: Ad dñi personā refertur: qui uere dilectus est a patre: & qui fecit omnem uoluntatē patris: & qui subuertit in babylone, hoc est in confusione huius mundi, omne semen chaldæorum, qui dæmones interpretātur. Ipse locutus est & audiuit filiū: & adduxit illū, qui loquit̄ ad credētes: Venite ad me oēs q laboratis & onerati estis. Et au/ Matth.11.d dite hæc quæ a principio in abscōdito sum locutus: hoc est per ænigmata & mysteria prophetarū: qđ cunctis retro generationibus fuerat ignoratum: Quando fiebant omnia a patre, ipse erat cum eo: cui adgaudebat: qui etiam nunc dicit: Ego qui semper eram cum patre, & in patre, & sine patre Ioh.14.b nunqp eram: etiam nūc loquor: & iuxta fragilitatem carnis assumptæ

Pro.30.b Propter qđ & Salomon diuitias & paupertatē habere non uult, sed tantū necessaria postulat. Ne aut illis eleuet̄ cor ei⁹ in superbiā: aut in ista cōpellatur facere qđ non uult, & deū
1.Timo.5.b præsſus inopia blasphemare. Vnde & Apostolus: Habentes inquit uictum & uestimentum: his contenti simus.

a Audi me iacob & israel quem ego voco &c. Quibus ante iam dixerat: Audite hæc domus iacob qui uocamini nomine israel, & de aquis iuda existis: Nunc ad eosdem lo/
Matth.22.b quitur: Audi me iacob & israel quem ego uoco. Multi enim uocati & pauci electi. Vnde nō eos electos, quia necdum re/
Apoc.22.c cœperant saluatorem: sed uocatos nuncupat. Ego sum in/

A assumptæ dico, qđ dñs deus miserit me, & spiritus eius: Breuiq; uersiculo, trinitatis nobis ostēditur sacramentum. a ¶Hęc dicit dominus: redemptor tuus sanctus israel ꝛc. Quia israeli futura promisit: reddit causas quare eos prius afflixerit: quas si uitauerit, nequaq; similia patiatur. Si inqt attendisses mandata mea: ut Lxx. trāstulerunt: uel certe optātis affectu, utinā attēdisses mādata mea: quæ si fecisses: fuisset sicut flumē pax tua: & iustitia tua sicut gurgites maris: Abūdātiā omniū rerū copiāq; significās. Quodq; sequit: Et fuisset quasi arena semen tuum: & stirps uteri tui ut lapilli eius: Videtur quidem permanere in populo iudæoꝝ, qui usq; in præsentem diē, instar uermiculorum pullulant filios & nepotes. Sed quomodo hoc in repromissione accipiendū est: cū pacē iusticiāq; nō habeāt? Aut eī iratus est eis: aut placatus. Si iratꝰ, quō sumē eiꝰ q̄tidie multiplicat? Si placatus: quō seruiūt & pacē iusticiāq; nō possident? Ex q̄ perspicuū est, de apostolico dici nunc semine: de quo & supra legimus: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi sodoma fuissemus. Quod quia illo tempore nequaq; uidetur expletum: in christi completur aduentu: & ante faciē illius semen pmanet israelis. b ¶Egredimini de babylone: fugite a chaldęis: in uoce ꝛc. Qui supra in eo loco ubi scriptum est: Ego ego locutus sum: & uocaui eum: adduxi eum: & directa est uia eius: super Cyro Darioq; intelligunt: etiam hæc ad illius referunt tempora: qñ egressus est populus de babylone: & fugit de chaldæis: & redēptus est a dño deo suo. Hoc quoq; qđ dicitur: Non sitierunt in deserto cum educeret eos: aquam de petra produxit eis: & scidit petram & fluxerunt aquæ: Licet scđm historiā expletū docere non ualeant: neq; enim sub Zorobabel & esdra uenerunt per desertū: & scissa petra præbuit eis aquas: qđ de ægypto exeuntibus accidisse narratur: Tamen Hyperbolice in similitudinem prioris fœlicitatis impleta testantur: quādo per desertum nationum uenerūt in iudæā: & de captiuitate sunt liberati. Et ut sciamꝰ inquiūt, nō esse de christo, sed de Cyro prophetatū, iungitur: Non est pax impijs dicit dominus. & esse sensum: Perfecta fœlicitas nō erit, nisi sub christo, qđ in ultimo tempore reseruatur. Porro qui & uerius & rectius hæc referunt ad saluatoris aduētum: de quo dicitur: Annunciare pauperibus misit me: prædicare captiuis remissionem: cohortationē esse intelligunt eorum qui euangelium annunciant ipsius domini saluatoris: ut egrediamur de babylone: id est, confusione istius mundi: & fugiamus chaldæos: De quibus crebro dictū est. Redemit enim dominus seruum suum iacob præcioſissimo sanguine suo: & adduxit per desertū sæculi: & aquam scidit de petra. Super qua & Apostolus loquitur: Petra autē erat christus. Scinditur autem sermo diuinus: & in multas partes diuiditur: ut quem totum susципere non possumus, sumamus in partibꝰ. Ac ne putaretur ista prædicatio dici omni semini iacob, & non his tantū qui per aplos crediturі sunt: infertur & iungitur: Non est pax impijs dicit dominus: Illis uide licet qui in errore pristino permāserūt: qui non meruerunt bibere de petra. Cuius ut noue loquar, latꝰ lancea uulneratū, aquis fluxit & sanguine, baptismū nobis & martyrium dedicans.

¶Ca. XLIX

Audite insulę, ꝛ attendite populi de longe. Dñs ab utero ꝛc. Scio & hæc & īferiora quæ dicturi sumꝰ: ad unius capituli scientiam seu intelligentiam pertinere: & omnia ex persona christi debere accipi: Sed nolui simul oīa proponendo lectoris onerare sensum: & qđ per partes facilius dici potest, magnitudine sui confundere. Vnde & utrāq; æditionem posui: ut qđ in altera uidetur obscurū: alterius lectione resecetur. Post uocationē ergo reliquiarū israel: & abiectionem in incredulitate populi permanentis: de quibus dixerat: Non est pax impijs dicit dominus: transit ad ecclesias de gētibus cōgregatas: & eis sub insularū noie loqt̄: Quæ ita pſecutorū insidijs, quasi maris fluctibꝰ patent: & ex omni pte sæuiēte naufragio, tunduntur potius q̄ mouētur. Ac ne quis putet uiolentam esse expositionem nostram, & non ad gentes pertinere qđ dicitur: sed ad synagogas populi iudæorū: Sequitur: Et attendite populi siue gentes de longe: hoc est ab extremis finibus terræ. Vel ut Lxx. trāstulerūt ἀπὸ χρόνου πολλοῦ στῆσαι .i. post tēpus multū stabit: hoc est, non hoc tēpore quo dicunt: sed post multa fient tempora. Dñs inquit ab utero uocauit me: de uentre matris meæ recordatus est nominis mei: Qđ nunc interim audiētibus uidetur obscurū: postea autem cunctis gentibus notum fiet: quādo Gabriel Ioseph de partu dixerit uirginali: Et uocabis nomē eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum. Posuit quoq; os eius quasi gladium acutum: ut spiritu oris sui interficiat impiū. De quo gladio & ipse in euangelio loquitur: Non ueni pacē mittere super terram, sed gladium: Malos a bonis separās. Veni enim diuidere hominem contra patrem suum: & filiam contra matrem suam: & nurum contra socrum suam.

¶Ca. XLIX

Audite me insulæ: & attendite gentes. Post multū tēpus stabit dicit dñs. De uētre uocauit me: & ex utero matris meæ uocauit nomen meū. Et posuit os meū q̄si gladiū acutū: & sub ptectione manꝰ suæ abscōdit me: & sicut sep. ¶Adducite ad me, & audite hæc: Non a principio in abscondito locutus sum: quando fiebat ibi eram. Et nunc dominus deus misit me & spiritus eius.

HEB. uia eiꝰ. Accedite ad me & audite hæc: nō a principio in abscondito locutꝰ sum: ex tempore anteq; fieret ibi eram. Et nunc dominus deus misit me & spiritus eius.

a Hęc dicit dominus: redemptor tuus sanctus israel: Ego dñs deus tuus docens te utilia: gubernās te in uia qua ambulas. Vtinā attēdisses mādata mea: facta fuisset sicut flumē pax tua: & iusticia tua sicut gurgites maris. Et fuisset sicut arena semen tuum: & stirps uteri tui ut lapilli eius: non interissent & non fuisset attritum nomen eius a facie mea. Egrēdimini de babylone: fugite a chaldæis: in uoce exultationis annunciate: auditū facite hoc: efferte illud usq; ad extremū terræ, & dicite: Redemit dominus seruum suum iacob. Non sitierunt in deserto cum educeret eos: aquam de petra produxit eis: & scidit petram, & fluxerunt aquæ. Non est pax impijs dicit dominus.

E Et in umbra, inquit, manus suæ protexit me: ut carnis uilitas, diuinitatis potentia tegeretur: angelo ad uirginem nunciante: Spiritus sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Posuit, inquit, me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. Quando dicit, sagittam electam: ostendit habere deum sagittas pluri/mas, sed non electas: quæ sagittæ, ꝓphetæ sunt & apostoli: qui in toto orbe discurrunt. De quibus & in alio loco canitur: Sagittæ tuæ acutæ potentissi/mæ: populi sub te cadent. Et iterū: Sagittæ potentis acutæ cū carbonibus desolatorijs. Christus autē de multis sagittis & filijs plurimis: una sagitta electa, & filius unigenit⁹ est: quā i pharetra sua abscondit: id est, in humano corpore: ut habitaret in eo plenitudo diuinitatis corporaliter: Rarach̄ est credentium fides. Cui & supra dicit̄: Tu es de⁹ absconditus, & nescie/bam⁹. Qua sagitta & spōsa uulnus accipiēs, loquitur in cāticorum ticorū: Vulnerata charitate ego sum. Et dixit mihi: Seruus me⁹ es tu israel: quia in te glorificabor. Seruus, quia cū in forma dei esset, formam serui est dignatus assumere: & israel, quia nat⁹ est de semine iudæoꝝ. Qd̄/cꝫ de nullo alio seruorū intelligi potest, iungitur: Quia in te gloriabor. Dicit enim & ipse in euangelio: Pater glorifica nomen tuū. Qui in psalmo loquitur ad filiū: Exurge gloria mea: exurge psalteriū & cithara. i. omniū uirtutū chorus. Dicēte au tē mihi patre ista quæ retuli: ego respōdi ei: Quō in me glorificatus es pater: quia inuacuū laboraui: & magnā partem populi iudæorū ad te reuocare non potui? Hæc autem uniuersa dicunt̄, ut liberū hoīs arbitriū monstrarent̄. Dei enim uocare est, & nostrū credere: nec statim si nos nō credimus, impossibilis deus est: sed potentiā suam, nostro arbitrio derelinquit: ut iuste uoluntas præmiū consequat̄. Quia ergo noluerunt per me in te credere: iudiciū meū apud te est: qd̄ omnia fecerim quæ eis facere debui: dicens in euangelio: Ego te glorificaui super terrā: opere completo qd̄ dedisti mihi ut facerem. Et iterum: Manifestaui nomen tuum hominibus. Et opus meū siue labor & dolor meus: hoc enim significat πόνος μου, in cōspectu tuo est. Fleuit em̄ & in euāgelio hier'm: & in psalmo ob incredulorū mꝛtitudinē, q̄dāmodo frustra passum se esse, dicit: Quæ utilitas in sanguīe meo dū descendo in corruptionē? Et iuxta hebraicū pendens in cruce loquitur: Longe a salute mea, uerba lamētationū mearū.

a ¶ Et nūc dicit dñs: formans me ex utero seruum sibi ꝛc. Dicente me: Inuacuū laboraui: sine causa & uane fortitudinem meā consumpsi: quia iudæi credere noluerunt: & iudiciū meū cum dño est: & opus meū qd̄ illo iuuāte compleui cum domino: Respōdit mihi dñs, qui me formauit ex utero seruū sibi. Ex q̄ ostēdit eū appellari seruū, q̄ sit format⁹ ex utero. Qui & in psalmo dicit: De uētre matris meæ de⁹ me⁹ es tu. Quid ergo dñs dixit ei? Vt reduceret iacob ad eū qui aberrauerat: q̄ deserto creatore idolis seruiebat. Vnde & ipse loquit̄ ad discipulos: In uiam gentium ne ieritis: & in ciuitate samaritanorū ne intretis: sed ite magis ad oues perditas domus israel. Et in alio loco: Non ueni nisi ad oues pditas domus israel. Hæc igitur uoluntas patris fuit: ut pessimi uinitores missum susciperent filium, & fructus uineæ redderent: qui interfecerunt eum dicentes: Venite occidamus illū: & nostra erit hæreditas: & hoc est qd̄ nunc dicit: Et israel non congregabitur: id est, non reuertetur ad dñm. Satisq̄ miror quō uulgata ædi/tio, fortissimū contra iudæorū perfidiā testimoniū, alia interpretatiōe subuerterit dicēs: Congregabor & glorificabor coram domino: cum Theodotio & Symmach⁹ nostræ interpretationi cōgruāt. De Aquila autē non miror, qd̄ homo eruditissim⁹ linguæ hebraicæ: & uerbū de uerbo exprimens, in hoc loco: aut similarit imperitiā, aut pharisæorū puersa expositione deceptus sit: qui interpretari uoluit: & israel ei cōgregabit̄: hoc est, deo: Cum uerbū hebraicū נָצַר in hoc loco non scribat̄ per ט & ר quod si esset, significaret, ei uel illi: sed per ט & ה qd̄ proprie, non, sonat. Quia igitur non est reductus iacob ad deum, nec israel congregatus: propterea filius loquitur illis non credentibus: Glorificatus sum in oculis domini. In me em̄ omnis mundus credidit: & deus meus factus est fortitudo mea: qui & consolatus est me tristem super abiectione populi mei: & dixit mihi: Parum est si seruias mihi ad suscitandas tribus iacob quæ suo uitio corruerunt: & ad feces siue reliquias israel cōuertendas: Hoc em̄ uerbum hebraicū נְצִיר sonat. Pro illis em̄ dedi te lucē omniū gentiū: ut illumines uniuersum mūdum: & salutem meā, per quā omnes salui fiunt, usq̄ ad extrema terræ facias puenire. Illud autem qd̄ in Lxx. legitur σωαχθήσομαι καὶ δοξασθήσομαι ἐναντίον κυρίου. i. Congregabor & glorificabor coram dño: Sic intelligi potest: ut congregatus sit dñs cū credentibus. Quodcꝫ sequitur: ἔσται μοι μέγας σοι ἐστὶ τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου. i. Dixit mihi: Magnum tibi est ut uoceris puer meus: Magnū referamus ad hominem & ad puerum, qui comparatione dei paruus est.

b ¶ Hec dicit dñs redēptor israel sanctus eius ad contēptibilē animā ꝛc. Pro eo qd̄ nos diximus: ad contēptibilē animam, ad abominatā gentem, ad seruum dominorū: Theodotiō transtulit: ei qui despicit animā: qui abominationi est genti, qui seruus est principū: qd̄ manifeste christi personæ conuenit.

E
Luc.1.d
Ps.44.b
Ibi.119.b
8.45.c
F
Cañ.4.5.c
Phil.2.a
Ioh.12.e
Ps.56.b
Ioh.17.a
Ibidem
Ps.29.c
Ps.21.a

HEB. sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me: & dixit mihi: Seruus meus es tu israel: quia in te gloriabor. Et ego dixi: inuacuum laboraui: sine causa & uane fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meum cum domino: & opus meum cum deo meo. Et
a nūnc dicit dominus: formans me ex utero seruum sibi: ut reducam Iacob ad eum: & israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis domini: & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit: parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus iacob, & feces israel cōuertendas. Dedi te in lucem gentium: ut sis salus mea usq; ad extremum terræ.
b Hec dicit dominus redemptor israel sanctus eius: ad contemptibilem animam, ad abominatā

SEP. me. Posuit me quasi sagittam electā: & in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Seruus meus es tu israel: & in te gloriabor. Et ego dixi: sine causa laboraui inuanū: & in nihili dedi fortitudinē meā. Propterea iudicium meū apud dominum: & labor meus coram deo meo. Et nunc sic dicit dñs qui formauit me ex utero seruū sibi: ut congregarē iacob ad eū & israel: congregabor & glorificabor coram dño: & deus meus erit fortitudo mea. Et dixit mihi: Magnū tibi est ut uoceris puer meus: & suscites tribus iacob: & dispersionem israel cōuertas. Ecce posui te in testamentum generis, in lucem gētium: ut sis salus usq; ad extremum terræ. Sic dicit dominus qui eruit te deus israel. Sanctificate eum qui despicit animam

Ps.21.b
Matth.10.a
Ibi.15.c
Ibi.21.d
H
Co.
Ibid
Matth.2

Ioh.10.b A conuenit. Ipse em̄ bonus pastor, posuit animā suam pro ouibus suis: & contēpsit eā: qui abominationi est genti iudæorum: cui ter per singulos dies sub nomine Naçarenorū maledicūt in synagogis suis. Qui seruus fuit principū, & tam humilis: ut staret ante Annam & Caiphā: & crucifigendus Pilato & Herodi mitteretur. Cui interpretationi Aquila cōsentit, & ex parte Lxx. licet in eo mutauerint sensum: & extenuauerint, quod pro gente, gētes: & pro seruo, seruos interpretati sunt. Alij uo hoc dici arbitrant̄ ad gentē iudæoꝝ, quæ cō tempsit animā suam: & abominatiōi est uniuerso mundo: & seruit principibus: de quib⁹ f ps.13.c scriptū est: Qui deuorāt plæbem meā sicut cibum panis. Sed melior sup christo interpretatio. Quæ igit̄ pater, redēptor quondā, & sanctus israel, ad filiū loquitur: Reges uidebunt & consurgent principes & adorabūt, quando uenerit in gloria patris cum angelis suis: & sederit in throno gloriæ suæ, iudicās uiuos & mortuos: tūc omnes adorabunt eū propter dominum patrem suum: qui elegit eum. Siue ita intelligendum: Reges quo B p.ro.21.a rum cor in manu dei est, & ecclesiæ principes, adorabūt te: quia fidelis est dñs sanctus israel q elegit te. Hæc autem omnia ad eum refert: qui contempsit animam suā: qui abominatur a gēte, qui seruus est principum.

a Hec dicit dominus: In tēpore placito exaudiui te ⁊c. Hoc testimonio apl̄us Paulus in secunda epl̄a ad 2.Co.6.a Corinthios usus ē dicens: Tempore oportuno exaudiui te: & in Ibidem die salutis auxiliatus sum tui. Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Si ergo uas electionis ad primi aduentus refert intelligentiam quæ dicuntur: & nos sequamur expositionis eius uestigia: & instar paruulorum, super adumbratas lineas præceptoris, literas imprimamus. Tempus placitum & oportunum, & dies salutis, passio saluatoris est & resurrectio, quando orabat in cru- Matth.27.f ce: Deus deus meus: quare me dereliquisti: Et seruauit eum siue plasmauit morte superata: deditq; in fœdus populi iudæorum: his uidelicet qui ex illis credere uoluerunt: ut suscitaret terrā, quæ in idololatriæ iacebat erroribus: & possideret hæreditates dissipatas siue desertas, quæ habitatorem non habebant deū: & diceret his qui erāt in uinculis, exite: qui peccatorum uinculis stringebātur: Quia funibus peccatorum suorum unusquisq; constringitur: & qui erant in tenebris, reuelamini: Qui sedebant in tenebris & umbra mortis, & lucem uidere non poterant. Qui postq̄ conuersi fuerint, & clarum christi lumen aspexerint: pascentur in uijs & in semitis sanctarū scripturarum, & dicēt: Dominus pascit me, ps.22.a & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Sup aquas refectiōis educauit me: Qui autē in istiusmodi uijs atq; semitis pastus fuerit & nutritus, nec esuriet nec sitiet: neq; calorē sentiet solis: & implebitur de illo qđ scriptum est: Per ps.120.b diem sol non uret te: neq; luna per noctem: Vt nec aduersa nec prospera huius sæculi sentiat. Si quidem misericors & miserator dominus: ipse cōsolabit̄ & reget eos: & deducet ad fontes aquarū. Siue potabit illos ad fōtes de qbus scriptū ps.67.f est: Benedicite domino de fontibus israel. Et in alio loco: Hauri- Esa.12.b te aquas de fontibus saluatorij. Hi fontes in ueteri testamēto, & nouo sūt. Omniaq; offendicula quæ credētium poterāt impedire gressus, dñs eis uertet in planum: & excelsa humiliabit, atq; humilia sublimabit: ut iter planum habeāt atq; campestre. Qui sint autē isti quibus præparetur uia, ponit manifestius. Ecce isti de longe uenient: & ecce illi ab aquilone & mari: & isti de terra australi. Quatuor plagas orbis ostendēs: Orientē & septētrionem: occidentem & meridiem. Pro oriente, longe, posuit: ꝑ australi plaga in hebreæo legit̄ סִינִים qđ Lxx. persarū, interpretati sunt. Cæteri ita ut in hebræo legitur expresserunt סִינִים, qđ nos interpretati sumus, ab australi: illud suspicātes, qđ mons sinai in australi parte positus sit: iuxta Habacuc ꝓphetam: Deus ab au- Abac.3.a stro ueniet: & sanctus de mōte pharan umbroso & condēso. Si autem סִינִים ut Lxx. transtulerūt, persas intelligimus qui ad orientē siti sunt: illud qđ supra dicit̄: Ecce isti de longe uenient, ad austrum referre poterimus. Præcipiturq; cœlis & terræ: uel his uirtutibus quæ in cœlo morant̄ & terra: uel angelis & hominibus, ut dei cōcinant laudes. Et q in excelso uirtutū positi sunt, mentis lætitiā iubilo & exultatione testent̄. Quia cōsolatus est dñs populū suū: eos q ex iudæis credere uoluerūt. Et pauperū humiliūq; suorū misertus est:

sep. animam suam, qui abominationi est gentiū, qui seruus est principum. Reges uidebunt eū: & cōsurgent principes: & adorabūt eū propter dñm: qa fidelis est sanctus israel & elegit te. Sic dicit dominꝰ: tempore oportuno exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui: & plasmaui te: & dedi te in testamentū gentiū: ut cōstitueres terrā, & possideres hæreditates desertas. Dicere⁊ cq; his q in uinculis sūt, exite: & qui in tenebris, reuelamini: in omnib⁹ uijs pascentur: & in omnib⁹ semitis pascua eorū. Non esurient neq; sitient: nec pcutiet eos æstus neq; sol: sed qui miseretur eorum consolabitur eos: & per fontes aquarum ducet illos. Ponāq; omnē montē in uiā: & omnē semitā in pascua eis. Ecce isti de longe uenient: isti ab aquilone & mari: alij autem de terra persarum. Lætamini cœli & exultet terra: erumpant montes lætitiam: quia misertus est deus populi sui: & humiles populi sui consolatus rebitur.

C

D

E

ſiue omnis populi ſui: qui de oriente & occidente, aquilone & auſtro ad eum uocatus eſt: Non habens legē nec prophetas, nec diuitias ſpiritales: ſed deſertus, paup & humilis, cū ictis dæmonibus ſubiacebat. a Et dixit ſion: dereliquit me dñs ꝛc. Hieruſalem & ſion, quatuor modis in ſcripturis ſanctis debere intelligi, ſæpe mēoraui mus. Vno iuxta iudæos, quā plangit dñs in
Matth.23.d euangelio. Hieruſalē, hieruſalē quæ occidis prophetas & lapidas eos q ad te miſſi ſunt.
Luc.21.d Et in alio loco: Cū uideritis circūdari ab exercitu hieruſalē: tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius. Secundo, ſanctorum eſt congregatio: qui in pace dñi & in uirtutū ſpecula cōſtituti: recte appellant ſion: de qua
Pſ.86.a dicitur: Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit dñs portas ſion, ſup omnia tabernacula iacob. Neq; em̄ fundamenta iudaicæ ſion, quā uidem⁹ eſſe deſtructā, a dño ſunt dilecta: aut qđ a dño dilectum eſt, deſtrui potuit. Tertio appellatur hieruſalē, multitudo angelorū, dominationū & poteſtatū: &

F

oīe qđ in dei miniſterio cōſtitutum eſt. De qua hieruſalē & Apls
Gal.4.d loquebat: Quæ autē ſurſum eſt hieruſalē, libera eſt, quæ eſt mater omniū noſtrū. Et
Hebre.12.f in alio loco: Sed acceſſiſtis ad ſion montē, & ciuitatem dei uiuentis hieruſalem cœleſtem. Quarto appellat hieruſalē, quā iudæi & noſtri iudaiçantes iuxta
Apoc.21.e Apocalypſim Ioānis, quā non intelligūt, putant auream atq; gemmatam de cœleſtibus ponendā. Cuius ter
Eçech.40 minos & infinitā latitudinē, etiam in Eçechielis ultima parte deſcripſi. Quæ cū ita ſe habeant: nūc diligentius intuendum eſt quæ ex quatuor dixerit ſion: Dereliquit me dñs, & dominus oblitus eſt mei. Nec dubium eſt quin cōgregatio ſanctorum, quæ prior fuerat in iudæis, & a dño derelicta eſt, iſta cōmemoret: & uoce lachrymabili cōquerat ſe eſſe deſertam: & dñi auxilio deſtitutam. Cui reſpondit deus, naturali utens ſimilitudine. Si poteſt fieri, ut mater ſui obliuiſcat infantis: & ad partum uiſcerū ſuorum non flectatur miſericordia: & ego obliuiſcar tui. Plus aliquid dicam: & ſi illa oblita fuerit, uincens mentis duritia iura naturæ: ego tamē nō obliuiſcar creaturā meā: & ſanctorū anīas ſemp in meo corde retinebo. Scito em̄ tu, quæ te penit⁹ arbitraris derelictā, in meis deſcriptam eſſe manibus atq; depictam: & muros tuos coram oculis meis iugiter pmanere. Ex quo diſcimus, nequaq; hieruſalem in palæſtinæ regione querendā: quæ totius prouinciæ deterrima eſt: & ſaxoſis montibus aſperatur, & penuriam patitur ſitis: ita ut cœleſtibus utatur pluuijs: & raritatem fontium, ciſternarum extructione ſoletur: ſed in dei manibus: ad quā dicitur: Feſtinauerūt ſtructores tui. Siue iuxta Lxx. Cito ædificaberis a quibus deſtructa fueras. A iudæis enim deſtructa: a iudæis ædificata eſt. Quæ ob cul

G

pam ſcribarum phariſæorumq; deſerta, ad prædicationem apoſtolorum chriſti congregata eſt: tam de iudæis q̄ de gentibus. Sequitur. Et qui te deſtruxerant & diſſipauerant, egredientur ex te doctores peſſimi: ut nequaq; mandata & traditiones ſequa
Matth.15.a ris hominum, ſed legē dei. Diciturq; ad eam: ut eleuet oculos ſuos in circuitu, & uideat filios qui ei fuerant congregati. De quibus & dominus loquebatur:
Ioh.4.c Leuate oculoſ ueſtros, & uidete quia iam albæ ſunt ſegetes ad metendum. Et ut ſecuros nos faciat: Viuo ego inqt dñs: quod iuxta uetus teſtamētum, iurandi dicitur conſuetudine: quia omnibus

H

his uelut ornamento ueſtieris: & circūdabis tibi eos, quaſi ſponſa circūdat monile ſibi. Fœlix qui tanti meriti eſt tantæq; uirtutis: ut ornamentū dicatur eccleſiæ. Puto autē diuerſas ſignificari gratias ſpirituales: p quaſ ſponſæ ornatur ambitio: De qua & in quadrageſimoquarto pſalmo canitur: Aſtitit re
Pſ.44.e gina a dextris tuis in ueſtitu deaurato, circūdata uarietate. Quæ em̄ prius deſerta fuerant & dilapſa in ſolitudines & ruinas, adueniente chriſti euangelio inſtaurabuntur: & tantam habebunt habitatorum multitudinē: ut eos capere non poſſint. Ita dūtaxat, ut perſecutores fugentur procul: uel hi de quibus ſupra diximus: Qui deſtruebāt te & diſſipabāt, exibūt
ō.co.e a te. Filiiq; ſterilitatis tuæ, quos putabas te penitus pdidiſſe: & illis te eſſe uiduatam, dicent in auribus tuis: Anguſtus mihi eſt locus in ſynagogis: fac mihi ſpacium in eccleſijs, ut habitem latius: ut non comprimar blaſphemijs iudæorum: ut totum orbem, tua mecum capiat latitudo. Tu autē læticiæ magnitudinem non ualens ore proferre: in tuo corde tacita cogitabis, & dices: Quis mihi iſtos genuit? Ego eram ſterilis & uidua deſerta, atq; captiua in populo iudæorum, filios habere deſieram: multo tempore nō pepereram: Poſt Aggeum & Zachariam & Malachiam, nullos alios pphetas uſq; ad Ioannem baptiſtam uidēram: & quomodo quæ fuerā ſola & uiri auxilio deſtituta: tantos filios habere

) nunc cœpi

* HEB. rebit. Et dixit ſiō: Dereliquit me dñs: & dñs oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum: ut non miſereat filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui corā oculis meis ſemper. Venerūt ſtructores tui: & q te deſtruxerāt, & diſſipauerant, exibunt a te. Leua in circuitu oculos tuos & uide: oīes iſti congregati ſunt, uenerunt tibi. Viuo ego dicit dominus. Quia omnibus his uelut ornamento ueſtieris: & circūdabis tibi eos quaſi ſponſa. Quia deſerta tua & ſolitudines tuæ: & terra ruinæ tuæ nunc anguſta erunt præ habitatoribus: & longe fugabuntur qui abſorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis, filij ſterilitatis tuæ: Anguſtus mihi eſt locus, fac ſpacium mihi ut habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi iſtos? ego

SEP. ſolatus eſt. Dixit aūt ſion: dereliquit me dñs, & deus oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſcet mulier paruuli ſui, ut nō miſereat partus uteri ſui? Sin autem & horū oblita fuerit mulier: ſed ego nō obliuiſcar tui, dicit dñs. Ecce ſup manus meaſ depinxi muros tuoſ: & corā me es ſemp. Cito, q̄ ædificaberis a quib⁹ deſtructa fueras: & qui te diſſipauerāt, egredient ex te. Leua in circuitu oculos tuos & uide: omnes iſti congregati ſunt, uenerunt ad te. Viuo ego dicit dñs: qa omnib⁹ his quaſi ornamēto ueſtieriſ: & circūdabis tibi eos q̄ſi monile ſponſæ: qm̄ deſerta tua & quæ diſſipata & quæ corruerunt. Nūc anguſtaberis præ habitatoribus & longe fient a te q te humiliauerāt. Dicent em̄ in auribus tuis, filij tui quos perdidiſti: Anguſtus mihi locus eſt: fac mihi locum ut habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi iſtos? ego

A nunc cœpi? Vt autē sciamus super petram & fundamentū Christi ex utroq; populo ædificari sion: ad credētes Paulus
Ephe.2.d loquit̄: Edificati super fundamentū apostolorū & ꝓpheta/rum, ipso summo lapide angulari, qui est Iesus christus. Ex quo perspicuū est, unū esse fundamētū apostolorū & ꝓphe/tarū, dñm nr̄m Iesum christū. a ¶ Hęc dicit dominus deus ꝛc. Ad id qđ ecclesia dixerat: Ego sterilis atq; captiua: istos quis genuit mihi? Ego destituta & sola: & isti ubi hic erant? Rñdit dñs: Miraris cur ista sint facta? Nequaq; mireberis cū audieris, ꝙ ego ad gentes leuauerim manū meā: De qua &
Ps.138.a sanctus loquitur: Tu formasti me: & posuisti sup me manū tuā.
Iob.10.f Et ipse saluator: Nemo pōt rapere de manu patris mei. Et apo/
1.Pe.5.b stolus Petrus: Humiliamini sub potēti manu dei: ut uos exaltet in tpe uisitationis. Ista manꝰ ad gētes leuata, ipsa ē de q̄ hic idē pro/
Esa.11.c pheta loquitur: Erit radix Iesse: qui exurget, ut princeps sit gentium: in ipsum gentes sperabunt. Nec solum
B manū suā leuabit ad gētes: sed & signū suū exaltabit in populis. Haud dubium quin uexillum crucis, ut impleat illud qđ scriptū
Ps.8.a est: Laudibꝰ eiꝰ plena est terra. Et iterum: In oī terra admirabile nomen eius. Tunc afferent in ulnis, siue in sinu filios sion: & filias eius portabūt in humeris. Qualis
Luc.16.e fuit & Laçarus, omnesq; sancti qui requiescūt in sinu Abrahæ: & animæ credentiū, ad quas Paulus apostolus loque/
1.Co.3.a batur: Lacte uos potaui. Et alibi: Filioli mei quos iterum
Gal.4.f parturio: donec Christus formet̄ in uobis. Et in alio loco:
1.Thes.2.b Quasi nutrix foueat filios suos. Sic desyderātes uos, cupimus impertire uobis: non solum euangeliū Christi, sed & animas nostras: alioquin ridiculum est more iudaico, grandeuos filios & filias in ulnis humerisq; portari. Reges autē nutricij, & reginæ principesq; nutrices: manifeste apostolos & apostolicos ostendunt uiros: Qualis fuit & Abrahā, ad
Gen.23.a quē dicit̄: Rex a deo tuo in nobis es: & quorū cor in manu dei est: qui dicunt credentibꝰ: Quasi modo nati paruuli, rationabiles: & absq; dolo lac desyderate. Princeps quoq; id est, ἄρχουσα, qđ Saræ nomē sonat: Et reginæ siue regina, de qua in quadragesimoquarto psalmo canitur: Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato: quotidie Christi nutrit paruulos, & ad perfectā ducit ætatē: Oīs q; ætas, sexus, & dignitas, adorabūt sion, ꝓpter eum qui habitat in ea. Si em̄ caput ecclesiæ Christus est, caput adorat̄ in corpore: & si ad
Ps.98.a quosdam dicit̄: Exaltate dominū deum nostrū: & adorate scabellum pedum eius: non quo scabellū adorandū sit, sed quo maiestas pedum illius indicetur: cur non adoretur ecclesia quæ totum Christi corpus amplectitur: ut impleatur
Sopho.2.c illud quod scriptū est in Sophonia: Adorabūt eum singuli de loco suo: omnes insulæ gentiū: ut nequaq; more iudaico

HEB. ego sterilis & nō pariens, trāsmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola: & isti a ubi hic erāt? Hæc dicit dō/minus deus: Ecce leuo ad gentes manum meam: & ad ppłos exaltabo signū meū: & afferēt filios tuos in ulnis: & filias tuas super humeros portabūt. Et erūt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ. Vultu in terram demisso adorabūt te, & puluerē pedū tuorū lingent: & scies quia ego dñs sup q̄ nō cōfundent̄ q ex/
b pectāt eū. Nūnqd tollet̄ a forti præda: aut qđ captū fuerit a robusto, saluū esse poterit? Quia hæc dicit dñs: Equidē & captiuitas a forti tollet̄: & qđ ablatum fuerit a robusto, saluabitur. Eos uero qui iudicauerunt te, ego iudicabo: &

filios tuos

SEP. ego autem absq; liberis & uidua: & istos quis enutriuit mihi? Ego derelicta sum sola: & isti ubi erant? Sic dicit dñs deus: Ecce eleuo super gētes manum meā: & super insulas leuabo signū meum: & adducēt filios tuos in sinu: & filias tuas in humeris portabunt. Et erunt reges nutricij tui: & principes fœminæ, nutrices tuæ. Super faciem terræ adorabūt te: & puluerē pedū tuorꝝ lingēt: & scies quia ego dñs: & nō cōfundent̄ qui expectant me. Nūquid accipiet quis a gigante spolia? Et si captiuum duxerit quis inique, saluabitur. Sic dicit dominus: Si quis cœperit gigantem, accipiet spolia: & accipiens a forti, saluabitur. Ego autē iudicium meum iudicabo. Et ego

filios meos

tribus per annū uicibus ueniant in hierusalem: sed in loco suo adorantes dñm, possideant hierusalē. Quodq; sequit̄: Et puluerē pedum tuorū lingent. Hoc significat, ꝙ reges & principes, quicquid in pedibꝰ ecclesiæ, terreni operis adhærerit, suo sermone tergant atq; delingant. Vnde & Apostolis
Matth.10.b præcipit̄: ut excutiant puluerem pedum suorum. Et ad Petrum dicitur: Qui semel lo/
Iob.13.b tus sit, non habeat necesse nisi pedes lauare. Per quæ oīa discit ecclesia, nō esse aliū dñm præter eum, quē qui expectauerint, æternā gloriam possidebunt.
b ¶ Nunquid tollet a forti prędа ꝛc. Dominus noster atq; saluator, qui prius locutus fuerat per Esaiam, ipse in euangelio eundem sensum repetit: Quomodo potest aliquis intrare in domum fortis, & uasa eius diripere, nisi primū ligauerit
Mar.3.d fortem: & tunc domū eius diripiet? Fortis & gigas, diabolus ē: qui oīes gētes, suo subiugarat imperio, audens dicere saluatori: Hæc
Matth.11.b oīa mihi tradita sunt: & dabo tibi ea, si procidens adoraueris me.
Ibi.4.a D Mundus enim in ma/
1.Iob.5.d ligno positus est: quē nullus iustorum uincere potuit: nec iuxta Amos, prædam de ore
Amos.3.a leonis auferre. Propositа igitur quæstione, ꝙ nullus possit fortē & gigantē uincere, nec saluare quod ab eo raptum erat? Respondit dominus suo aduentu omnia perpetranda: quod scilicet captæ prius gentes, a gigante tollantur: & omnis illius suppellex, uniuersaq; familia, apostolis diuidatur. Impleto illo quod scriptum est: Rex uirtutum dilecti: & speciei domus
Ps.67.c diuidere spolia. Iste est enim qui ascēdens in altum, captiuā
Ibidem.d duxit captiuitatem: dedit dona in hominibus: eos uidelicet qui prius capti erant in mortē, recepit in uitam. Vnde manifestius interpretatus est Symmachus: Sed & captiuitas fortis auferetur: & rapina horribilis salua erit: Fortem atq; horribilem, diabolum uolens intelligi: qui domini uirtute superatus est. Ergo dominus iudicans eos qui oppresserant sion: siue iudicans iudicium eius: liberabit filios illius qui capti fuerant a gigante, atq; saluabit: & aduersarias potestates cibabit carnibus suis: & inebriabit quasi musto: ut nequaq; aliorum nece, sed sua morte saturentur. Et qui carnes sunt, quia dei spiritum perdiderunt, suis uescantur carnibus. Quod quidem & sanctus loquit̄
Pro.26.a in psalmis: Cum appropinquarent mihi qui affligebant ut comederent carnes meas. Non enim spiritus qui incorporalis est: sed caro comeditur, ferocium bestiarum morsibus patens. Et tunc dicet sion: immo omnis caro quæ uidebit salutare dei: quod redemptor atq; saluator eius ille sit qui luctatus est cum Iacob, uel auxiliator fuit uirtutis Iacob: ut in passione supereleuatus, crucifigentibus benediceret: Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt.
Luc.23.e

E HEc dicit dominus ꝛc. Post uocationē Ca. L gentiū, & reges ac principes, nutricios & nutrices, & captiuitatē fortis prius atq; robusti: cuius præda apostolis distributa est: & post dæmonū uesaniam, qui suis saturati carnib⁹, suoq; inebriati sunt sanguine: quando omnis cognouit caro, qđ redemptor & fortis ipse eēt de⁹ Iacob: Loquiē ad populum iudæorū sup sion, quæ prius di
5.49.d xerat: Dereliquit me dominus: & domin⁹ oblitus est mei. Putatis mea duritia matrē uestram, terrenā hieru salem esse proiectam: & q; ego mētis rigidæ dederim ei libellum repudij: & nō potius qđ uerum est, intelligitis illam suo a me uitio recessisse? Dicēte eī me ad eam: Quiescite inique agere, discite bonum facere: audire me noluit: sed uertit cōtra me scapulam recedentem. Vñ locutus sum filijs eius: Væ illis qm̄ recesserunt a me. Manifesti sunt, qui impie ægerunt in me: Et ad ipsā: erudiet te absces-
F sio tua: & malitia tua corripiet te: & scies qm̄ malum tibi sit, q; relinqueris me. Sed forsitā libellū repudij ostendere nō potestis: & aliquis creditor me⁹ exigens pecuniā me non habente q; redderem, uos in debiti compensationem suscipit. Nō est ita: sed ego ostendā uobis, quāobrem matrem cum filijs derelinquerim. Scelera uestra atq; pctā uos dæmonibus uendiderūt: ut præsentis sæculi uoluptatib⁹ irretiti, & uos parentē, & illa coniugē derelinqueret: Vnde adulterā matrē uestrā ultra tenere non potui, sed uolentē abire, p̄misi. Q2 autē pctis suis unusquisq; uenundat̄, dum ꝓprio arbitrio derelicti, nostra uoluntate, uel ad bonū
Rom.7.c uel ad malū ducimur: & Paulus ap̄us docet: Ego autē car-
Iob.8.d nalis sum, uenundatus sub peccato. Q ui eī facit peccatū, seruus est peccati. Et quomō auari atq; raptores serui sunt mammonæ: sic oīne peccatū dominat̄ peccatorib⁹. Q uib⁹
Rom.6.b dicit̄: Nō regnet peccatū in mortali uestro corpore. Vt autē sciatis nō a me repudiatā matrē uestrā, sed uoluntate ꝓpria receſſisse: Post multa beneficia humanū corpus assumpsi: & nequaq; per ꝓphetas, sed præsens locutus sum: Veni, & nō erat uir siue homo. Omnes eī uiri & hominis imaginem relinquētes, bestiarū & serpentiū sumpsere imagines. Vñ &
Luc.13.g ad herodē ꝓpter maliciā dicit̄: Ite, & dicite uulpi huic. Et ad
Matth.23.d pharisæos: Genimina uiperarū. Et ad libidinosos: Equi in-
Hiere.5.c sanientes in fœminas facti sunt. Et de uoluptuosis: Nolite
Matth.7.a mittere margaritas uestras ante porcos. Et impudentibus:
Ibidem Nec q; sanctū detis canibus. Et in cōmuni de omnib⁹: Visio
Esa.30.b quadrupedum quæ erant in deserto. Venit itaq; dñs, & nō
Ps.48.d inuenit hominē. Homo eī cū in honore esset, nō intellexit: comparatus est iumētis insipiētib⁹: & similis factus est eis. G
Ps.77.a Vocaui inquit eos quasi rationale animal, & dixi: Inclinate aurem uestrā in uerba oris mei: & non audiuit ppfus meus uocem meam. Clamaui & dixi: Q ui sitit, ueniat ad me &
Iob.7.f bibat. Et in alio loco: Venite ad me omnes qui laboratis &
Matth.11.d onerati estis: & nō erat qui audiret. Vnde eis in euangelio sum locutus: Nec q; speciem dei
Iob.5.f uidistis: nec q; uocem illius audistis: quia nō habetis sermonē eius manentem in uobis.

b C Hunqđ abbreuiata ꝛ paruula ꝛc. Aduersum eos qui putabant dñm nō potuisse liberare populū suū de captiuitate, ponit rationem & exēpla plenissima: Q đ qui mare rubrū fecit peruiū popu-
Exo.14.e Nu.21.d Iosue.3.d lo suo, iordanis fluenta siccauit: & arescentibus in ægypto fluuijs
Exo.7.c pisces uertit in putredinem: & qui tribus
Ibi.10.c dieb⁹ in ægypto tenebras fecit esse palpabiles: ita ut cœlū quasi sacco opertum uideretur & tenebris: utiq; potuerit & populum suum de periculo liberare. Siue quia supra dixerat: Veni & non erat hō: uocaui, & nō erat qui audiret: Illud possum⁹ dicere: q; qui tantorū signorū patrator est: & cœlū terrasq; & maria, suo facit seruire nutui: etiam ipse crucem euadere potuerit, dicēs in euangelio:
Matth.26.c An putatis qa nō possum rogare patrē meū ut exhiberet mihi modo plusq; duodecim legiones angelorū? Iuxta Anagogē, ad increAnago. pationē dñi desertū fit mare: qm̄ oīs hui⁹ sæculi amaritudo siccat̄, & flumina desolant̄: de qb⁹ spiritualis draco dicebat in ægypto: Mea sunt
Ezech.29.a flumia: & ego feci ea. Et de quib⁹ in alio loco legim⁹: Q uid
Hiere.2.d tibi est & uiæ assyriorū, ut bibas aq̄s fluminū? Pisces q̄q, sagena missa in mari cōputrescēt, q a bonis piscib⁹ fuerint separati. Q đq; sequit̄: Induā cœlū tenebris: & q̄si ciliciū erit operimētū ei⁹. Vel oē qđ sup̄ nos est, intelligam⁹ cœlū: sicut uolatilia quæ in aere sunt, appellant̄ cœlestia: & aduersariæ ptātes dicunt̄ eē cœlestes, quæ inter cœlū terrāq; discurrūt. Vel certe induit̄ cœlū tenebris, qm̄ obtexit̄ nubib⁹. Iuxta il-
Ps.146.b lud qđ scriptū est: Q ui operit cœlum nubib⁹: & dat terræ
Deu.28.b pluuiā. Et in cōminatione siccitatis loquit̄ de⁹: Ponā cœlū æneū: & terrā ferreā. Nō q; elemētor̄ natura mutet̄, sed q; p æs & ferrū, pœnarū magnitudo mōstrata sit. Aiunt philosophi: nō amplius decē stadijs a terra nubes in sublime sustolli: & solis splendorē abscōdere. Ergo nō cœlū sacco obuoluitur, sed intercluso cœli lumine aer qui subter est, nubis tenebris obscurat̄. Possum⁹ cœlos obuolutos tenebris & sacco opertos, sic interpretari: ut dicamus oīes esse sub peccato: & sanctos quoq; indigere misericordia dei.

C Commentarij decimitertij in Esaiam finis.

SEP. filios meos eruā: & comedēt, qui tribulauerūt te carnes suas: & bibēt quasi uinū nouū sanguinē suū, & inebriabuntur: & sciet omnis caro: quia ego dñs qui erui te: & adiutorium fortitudinis iacob. C Ca. L

HEB. filios tuos ego salua-
bo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro quia ego dominus saluans te: & redēptor tuus fortis iacob. C Ca. L

a HEc dicit dōmin⁹: Quis est hic liber repudij matris uestræ, q̄ dimisi eā? Aut quis est creditor meus cui uēdidi uos? Ecce in iniqtatib⁹ uestris uēditi estis: & in sceleribus uestris dimisi matrē uestram: Quia ueni, & nō erat uir: uocaui, & nō erat
b qui audiret. Nūnquid abbreuiata est & paruula facta ē man⁹ mea, ut nō possit redimere? Aut non est in me uirtus ad liberādū? Ecce in increpatione mea desertū faciam mare: ponam flumina in siccū: computrescēt pisces sine aqua, & morient̄ in siti. Induam cœlos tenebris: & saccū ponam operimentū eorū.

SIc dicit dñs: Qualis est liber repudij matris uestræ quo dimisi eam? Aut cui creditori & exactori meo uendidi uos? Ecce peccatis uestris uenundati estis: & in iniquitatib⁹ uestris dimisi matrem uestrā: quia ueni, & non erat homo: uocaui, & non erat qui obediret. Nunquid nō potest man⁹ mea liberare, aut non prævalet ut eruat? Ecce cōminatione mea desertum faciam mare: & ponam flumina deserta: & arefient pisces eorum: eo q; non sit aqua, & morientur in siti. Et induam cœlū tenebris: & quasi cilicium ponam operimentum eius.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMQVARTVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

A DOminus qui respicit terram,& facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigabũt: Qui loquitur in Deuteronomĩ cantico: Ego occidam,& ego uiuificabo:percutiã,& ego sanabo:frequẽtibus morbis meam quoq; terrã fecit cõtremiscere: cui dictũ est: Terra es,& in terrã ibis.Et oblitũ conditionis humanæ,crebro admonet,ut hominẽ & senem, etiam iamq; moriturum esse me nouerim. De quo scribitur:Quid gloriatur terra & cinis? Vnde qui me subito languore percusserat, incredibili uelocitate sanauit: ut terreret potius, q̃ affligeret:& emẽdaret magis,q̃ uerberaret.Itaq; sciens ,cuius sit omne qd uiuo:& qd idcirco forsitan mea dormitio differatur: ut cœptum in ꝓphetas opus expleam: totum me huic trado studio:& quasi in quadam specula constitutus, mundi huius turbines atq; naufragia,non absq; gemitu & dolore cõtemplor. Nequaq̃ præsentia cogitans,sed futura: nec hominũ famam atq; rumusculos, sed dei iudicium pertremiscẽs. Tuq; uirgo Christi Eustochium,quæ ægrotantẽ tuis orationibus adiuuisti: sanato quoq; imprecare gratiã Christi: ut eodem spiritu quo prophetæ futura cecinerunt:possim in nubem eorum ingredi,& caliginem, & dei nosse sermonem: qui neq; carnis auribus, sed cordis auditur: & dicere cum propheta: Dominus dat mihi linguam disciplinæ:ut sciam quando oporteat me loqui. Quod testimonium quarti & decimi in Esaiam libri:quem nunc disserere cupio,principium est.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER DECIMVSQVARTVS.

B DOminus dedit mihi linguam eruditam ꝛc. Iudæi hoc capitulum a superioribꝰ separantes,uolũt ad Esaiæ referre personam:q̃ se dicat a domino accepisse sermonẽ:quomõ lassum errantemq; populum sustentet,& reuocet ad salutem: & in morem paruulorum, qui matutinis horis eruditur, a spiritusancto audiat quid loquaꝫ:secq; nõ contradixisse eius imperio,sed dño scisci
3.6.c tante: Quẽ mittam, & quis ibit ad populũ istum: rñdisse ei: Ecce ego,mitte me.Et quia
3.1.c dixerit: Audite uerbũ domini principes sodomorũ:percipite auribus legem dei nostri populus gomorræ: intantum dura perpessum; ut non solum uerborum contumelijs, sed & plagarum doloribus fuerit expositus. Attamẽ se conscientia iubentis dei nequaq̃ esse perterritum:sed iuxta id quod
Eçech.3.b Eçechieli dicit: Ecce dedi faciem tuam ualentiorẽ faciebus eorũ; & frontẽ tuam duriorẽ frontibꝰ eorũ:ut adamantẽ & silicem dedi faciẽ tuam:uniuersos eorũ impetus cõtudisse. Hoc illi dixerint, qui omni ratione conanť de Christo euertere ꝓphetias:& ad peruersam intelligentiã,praua interpretatione torquere: quasi & si hæc de Esaia scripta sint,possint alia super christo auferre testimonia:quæ ita perspicua sunt, ut clarũ sui cunctorũ oculis lumẽ infundant. Ad personam igitur domini in qua & superior finitus est liber: etiam ista referenda sunt: q̃ iuxta dispensationem assumpti corporis eruditus sit:& linguã acceperit disciplinæ: ut sciret qñ deberet loqui,qñ reticere. Denicq; qui in passione tacuit:per apostolos & apostolicos uiros in cuncto orbe nunc loquiť. Magnæq; sciẽtiæ est,dare in tẽpore cõseruis cibaria:& audiẽtiũ cõsyderare psonas. Vñ & apꝰs Paulus: his qui ꝓphetarũ fidem nõ recipiebant,auctorũ suorũ loquiť testimonijs: Si cut quidam de uestris poœtis dixerunt,huiꝰ & genꝰ sumꝰ:Aratũ significãs.Rursumq; de Cõmico:Corrumpũt mores bonos, cõfabulationes malæ.Et Epimenidis uersum hexametrũ: Cretẽses semp mẽdaces,malæ bestiæ, uentres pigri. Qui si metroq; ordinem atq; mẽsurã in trãslatione nõ seruãt:sciẽdũ est in græco eos pedibꝰ currere. Hoc aũt faciebat, quia acceperat linguã disciplinæ:ut sciret qñ oporteret loqui ẏbũ. Cui addita est auris p gratiã,quã per naturã nõ habebat:ut intelligamus nequaq̃ aures

D Act.17.f

1.Co.15.d

Titum.1.c

corporis accipi debere,sed mentis: De quibꝰ & in euãgelio dñs loquebatur: Qui habet aures audiendi,audiat. Quæ disciplina & eruditio, aperuit aures eius,ut sciẽtiã patris ad nos usq; transmitteret. Qui nõ cõtradixit ei:sed factus est obediens usq; ad mortẽ,& mortẽ crucis:Ita ut poneret corpus siue dorsum suũ ad plagas:& pectus dei capax,flagella cõciderẽt:genasq; suas nõ auerteret ab alapis. Qd illum a ministro principis sacerdotũ sustinuisse,nõ dubiũ est:ita ut certatim & iudæorũ populi illuderent. Qui percussus atq; cõsputus,nõ erubuit,sed quasi agnus ductus ad uictimam est: & quasi ouis corã tondente nõ aperuit os suũ. Q̃ autẽ filius iuxta susceptí corporis sacramentum a patre audierit quid loquaꝫ:in euangelio plenius discimus,in quo ipse ait: Et qui misit me pater, mandatum mihi dedit: quid dicam & quid loquar. Et iterum:Sicut audio,sic iudico.

Luc.8.a

phil.2.b

Ioh.17.f
Ibi.5.c

Iuxta est

DOminꝰ dedit mihi linguam eruditã: ut sciam sustentare eũ qui lassus est ẏbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurẽ, ut audiã quasi magistrũ. Dñs deus aperuit mihi aurem:ego autẽ non cõtradico:retrorsum nõ abij. Corpus meum dedi percutientibus: & genas meas uellentibus. Faciem meam

non auerti

DOminꝰ dat mihi linguam disciplinæ:ut sciam quãdo oporteat me loqui uerbum. Posuit me mane:addidit mihi aurem ad audiendũ:& disciplina domini aperit aures meas. Ego autem non renuo neq; contradico. Dorsum meum dedi ad flagella: & genas meas ad alapas.Faciem autem meam

non auerti

E a Iuxta est q̃ iustificat me ꝛc. Si quis (inquit) me putat iu
ste addictũ cruci, & aliqđ fecisse pc̃tũ, resistat mihi. Quis
est q̃ iudicet mecũ: ut nõ potẽtia maiestatis meæ, sed ratio
ne superet? Iudicat autẽ quis cũ dño: nõ auctoritate regnan
tis, sed cõparatione uirtutũ: quõ & apli iudicãt duodecim
tribus isrl̃: & Niniuitæ
ac regina Saba ppm
iudæorũ: Iuxta quem
sensum ad hierusalem
3.16.f dicit: Iustificata est so
doma ex te. Quia igit
nullus potest iustifica
ri præsente dño: omes
ps.101.d quasi uestimentũ uete
rascẽt. Q̃d autem in
ueterascit, perditioni
proximũ est. Et quasi
tinea ait comedet eos:
Conscientia uidelicet
pc̃tõrũ: & çelus gẽtiũ
saluatarum. De q̃ & in
fine huius uoluminis
Infra.66.g dicit: Vermis eorũ nõ
morietur. Et in Michea
contra peruersos prin
Michee.7.a cipes: Auferam bona
eorum quasi tinea ex
comedens: & ambu
lans super regulam in
die speculationis. Et
pro.25.c in Prouerbijs: Tinea
os suũ cor intelligens.
Pro tinea in præsenti
loco: Symmachus, ru
F biginem: Aquila, uer
mem, interpretati sũt.
b Quis ex vobis ti
mẽs dñm ꝛc. Vos me
flagellastis: uos meam
faciem cõspuistis: ego
tamẽ ad pœnitentiam
prouoco persecutores
Ezech.33.c meos. Nolo em̃ mortẽ
populi peccatoris, sed
tantũ ut reuertatur &
uiuat. Et dico: Quis
est inter uos qui time
at dominum: & audi
at uocem serui uel pue
ri, id est filij eius? quo
rum aliud assumptæ carnis est, aliud naturæ. Nec uero pa
rum putemus esse timere dominum: iuxta illud quod in
pro.9.c Prouerbijs dicitur: Principium sapientiæ timor domini.
1.Iob.4.d Perfecta quippe dilectio, foras mittit timorem: quia timor
pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in
charitate. Sed hic timor pro timiditate, & εὐλάβεια ponitur:
pro.28.c de quo & alibi legimus: Beatus qui omnia metuit, propter
εὐλάβειαν, hoc est, propter timiditatẽ: quos uulgo appellant
timoratos in religione dei. Protegit em̃ dominus iter eorũ:
Eccĩ.25.b & uiam timoratorũ custodit. De hoc timore scriptum est:
ps.33.b Timor dñi omnia superat. Et alibi: Non est inopia timẽtib9
eum. Deniq̃ post multos uirtutũ gradus, ad huiuscemodi
timorẽ dñi perueniet. Loquit em̃ sermo diuin9 sub persona
pro.2.a magistri & patris, discipulũ erudientis & filiũ. Si inuocaue
ris sapientiã: & intelligẽtiæ dederis uocẽ tuam: & si quæsie
ris eam quasi pecuniam: & quasi thesauros inuestigaueris
eam: tunc intelliges timorẽ dñi: & scientiam dei repperies.
Iste est timor, qui animas sanctorũ integras ac pudicas pu
ps.18.c rasq̃ conseruat: de quo dicitur: Timor domini sanctus per
manet in sæculũ sæculi. Ad quẽ nos diuina eloquia cohor
Apoc.14.b tant̃: Timete dñm & date ei gloriã. Qui igit sic timet dñm,
audiat uocẽ serui uel pueri eius: qui ambulauit in tenebris,
& non erat ei lumẽ: qui nõ habuit speciem, nec gloriam:
sed in similitudine carnis peccatricis susceptt formam serui, G
ut peccatum in carne superaret. De hoc dicit, q̃ speret in no
mine domini: & innitatur super deum suũ: ut quicquid hu
manæ fragilitatis est, diuina maiestate corroboret atq̃ su
stentet. Hoc iuxta hebraicũ. Cæterũ scd̃m Lxx. de peccato
ribus dicitur: qui nõ
luerunt obedire uoci
filij eius, & in tenebris
gradiuntur erroris: &
idcirco nõ habẽt lucẽ.
Neq̃ em̃ fieri poterat,
ut in peruersam aiam
introiret sapiẽtia. Qui
nescierunt nec intelle
xerunt: & ideo in tene
bris ambulãt: Nõ em̃
fecerũt opera dñi atq̃
mandata: nec semina
uerunt sibi iusticiam:
neq̃ uindemiauerunt
uitam, ut accenderent
sibi lumẽ sciẽtiæ. Qui
em̃ desyderat sapien
tiam, seruet mandata:
& dñs tribuet eam illi.
Vnde & ad deũ dici
tur: Lux præcepta tua. Et alibi: Mandatũ dñi ps.18.c
lucidũ illuminãs ocu
los. Præcipiturq̃ im
pijs ut cõfidant in do
suam quã præsciuit. Et post paululum, cum Heliæ posuisset exemplum, quærentis ad dominum ꝙ solus esset relictus: & audientis ab eo ꝙ reliquisset sibi dñs septem milia uirorum, qui nõ curuassent genua añ Baal, intulit: Sic igit & in hoc tpe reliquiæ scđm electionẽ gratiæ, saluæ factæ sunt. Si autẽ gratia, iam nõ ex opib⁹, alioquin gratia iã nõ est gratia. Quid ergo est, qđ quærebat israel, hoc non est consecutus: electio autem cõsecuta est: cæteri ỹo excæcati sunt. Qui si nõ permanserint in incredulitate, inserẽt. Potẽs est em̃ (inquit) Rom.11.c deus iterũ inserere illos: non contra naturam ex oleastro, sicut gentiũ inserta est multitudo: sed scđm naturã in bonã, id est in suam oliuam. Et ad extremũ posuit, ut ad præsens capitulum peruenirem: Nolo enim uos ignorare fratres mysteriũ hoc, ut non sitis apud uos metipsos sapientes. Quia cæcitas ex parte israel contigit, donec plenitudo gentiũ subintraret: & sic oẽs israel saluus fieret: sicut
ſ.eo. scriptũ est: Veniet ex sion qui liberet & auertet impietates a Iacob: & hoc illis a me testamẽtũ, cũ abstulero peccata eorũ. Hæc idcirco latius prosecuti sumus: ut quicquid repromissionũ, & legim⁹ & lecturi sumus ad sion & ad hierusalẽ: nõ generaliter ad oẽs iudæos, sed specialiter ad eos dici intelligamus, qui in aplis & per aplos electi sunt ex israel.

C
3.Reg.19.b

SEP. Et auertet impietates a iacob: & hoc erit eis a me testamentum dicit dominus. Spiritus meus qui est in te: & uerba mea quæ di in ore tuo, nõ deficient de ore tuo, & ex ore seminis tui: ait dominꝰ ex nunc & in æternum.

¶Commentarij decimisexti in Esaiam prophetã finis.

D

¶DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVMSEPTIMVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

QVanta mysteria septimus post decimum numerus, ad quem nunc explanationũ in Esaiam peruenit liber, in scripturis sanctis contineat: uellem uirgo christi Eustochiũ breui sermone percurrere. Sed quia nõ possum omnia in omnibus locis dicere, hoc strictim admoneo: qđ psalmus qui huius numeri titulo prænotat, sit pueri domini Dauid: & cecinerit uerba cantici, in die qua eripuit eũ dñs de manu oĩm inimicorũ suorũ: & de manu Saul & dixerit: Diligam te dñe fortitudo mea, & reliqua. Puer autẽ dñi ille est, cui pater loquit in Esaia: Magnũ tibi est uocari puerũ meũ. Et in alio loco: Ecce puer meus quẽ elegi: & dilectus meus in q̃ cõplacuit sibi aia mea. Iste puer qui interpretat, fortis manu, in die qua liberauit eum dñs de manu Saul, qui in lingua nostra, expetitũ, uel infernũ sonat: & ab omnibus inimicis suis, qui damauerũt cõtra eũ: Crucifige, crucifige talẽ: qñ ad patrẽ uictor ascẽdit, fuluis uestibus de bosra, inter cætera triumphantis locutus est uerba: Eripe me de contradictionib⁹ populi: constitues me in caput gẽtiũ. Populus quẽ nõ cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Rursumq; de ppło iudæorũ: Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterauerũt & claudicauerunt a semitis suis: quib⁹ & Helias dixerat: Vsq; quo claudicatis utroq; pede? Deniq; qđ difficile in alijs reperit, hic psalm⁹ tam in Samuelis q̃ in dierũ historia cõtinet. Qui de uno numero ad hebdomadẽ p incremẽta ꝓficiẽs, uenit ad uicesimũ octauũ psalmũ: qui & ipse inscribit Dauid, in cõsummationẽ tabernaculi, qñ angelis imperat: Afferte dño filij dei: afferte dño filios arietũ. Et oia baptismi salutaris & eccl̃iæ mysteria cõcinunt: Vox dñi sup aquas: deus maiestatis intonuit: dñs sup aquas multas: uox dñi in uirtute. Et post paululũ: Vox dñi præparantis ceruos: & reuelauit cõdensa: & in tẽplo eiꝰ oẽs dicẽt gloriã. Atq; ut multitudinẽ credẽtiũ demõstraret, intulit: Dñs diluuiũ inhabitare fecit: & sedebit dñs rex in æternũ. Rursumq; octauo addito sacramẽto, triceſimũ sextum psalmũ efficit literatũ, cuiꝰ principiũ est: Noli æmulari in malignãtib⁹: neq;

2 çelaueris

E çelaueris faciẽtes iniqtatẽ. Cui⁹ expositio, nõ præfationis, sed ꝓpriꝝ uoluminis ẽ. Et ne multa nũc replicem⁹, usqꝫ ad quintũ decimũ numerũ ꝓ augmẽta succrescẽs, in q̃ psalmi graduũ sunt: & uas electionis apud Petrũ hierosolymis cõmoratꝰ, centesimũ uicesimũ efficit numerũ: qui primi in Christum fuere credentes: & cum Apostolis cœnaculum fidei cõscenderunt: Descenditqꝫ super eos spiritussanctus: postqꝫ usqꝫ ad septimũ decimũ numerum ordine gradiens: & euangelicam possidens dignitatẽ, præcipiente domino de dextris partibus, centum quinquagintatres pisces magnos capit: & in ecclesia collocat. Cui & nunc Esaias propheta loquitur. G

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Surge illuminare ꝛc. Quid nobis uideretur de instauratione sion & hierusalẽ: & cunctis quæ ei ꝓphetali uaticinio promittunt, in fine superioris libri plenius diximus: ubi interpretati sumus, quid significaret ille uersiculus: Veniet sion redẽptor: & his q redeunt ab iniquitate in Iacob: Nũc breuiter perstringẽdũ est, quid plurimi de hoc loco sentiant: ut errore perspecto, facili⁹ possim⁹ susc ipere ueritatem. Iudæi & nostri semijudæi: qui aureã atqꝫ gemmatã de cœlo expectant hierusalem: hæc in mille annorũ regno futura contendunt: quando omnes gentes seruituræ sunt israel: & cameli madian & epha de saba uenientes, aurum deferent & thus: & omnes oues cedar cõgregent: Arietesqꝫ nabaioth ueniant, ut immolentur super altare templi, quod fuerit extructum: De insulis quoqꝫ & maxime: nauibus tharsis uolare filias illius ut columbas, auri & argenti diuitias conferentes: Et ædificari muros hierusalem ab alienigenis, quibus præsint reges gentium: semperqꝫ apertas fore portas ciuitatis: ut diebus ac noctibus diuitiæ hierusalem & uictimæ deferantur: Et omnia quæ deserta sunt, cypariſſo & pino, & cedro, sectis in libano, construenda: præcipue templũ domini in quo sit lætitia sempiterna: ita ut sugat lac nationum, & regum diuitias comedat: tantamqꝫ abundantiam rerum omnium fore: ut pro ære, aurum habeant: pro ferro, argentum: pro lignis, æs: pro lapidibus, ferrum. Principes quoqꝫ illius æterna pace fruituros: & episcopos præfuturos populis in iusticia: sed & portas futuras anaglyphas. Et qđ his maius est, ꝓ sole & luna, ipsum dominũ æterna luce fulsurum: & pro uno homine habiturã eam mille fortissimos uiros: & ꝓ paruulis, gentes robustissimas possessurã. Hæc illi dicunt, qui terrenas desyderant uoluptates: & uxorum quærunt pulchritudinem, ac numerum liberorum: quorũ deus uenter est, & gloria in confusione eorum: quorum qui sequitur errorẽ, sub nomine christiano iudæorũ se similem cõfitetur. Alij autem asserunt hæc omnia iudæis carnaliter
Ioẽ. 8. b repromissa, si recepissent eum, qui dicit in euangelio: Ego
Ibi.1.a sum lux mundi, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Vt quomodo uictimæ concessæ sunt populo israel: non quo per se bonæ essent, sed ne dæmonibus offerrent: Ita & gulosis Iudæis, nihilqꝫ aliud quærentibus
2 nisi corporum uoluptates, ista dominus polliceꝰ: ut saltem pro carnalibus desyderijs, & opum abundantia, filium dei susciperent: quem quia non susceperunt, repromissiones
Matth. 15. c quoqꝫ irritas fieri. Denicꝫ chananeæ ꝓ filia deprecãti: Non ueni (inquit) nisi ad oues perditas domus israel. Et discipulis suis: In uiam gentium ne abieritis: & in ciuitates samarita- Matth. 10.a
norum ne intraueritis: ite magis ad oues perditas dom⁹ isrl̃. Quã ob causam & apostoli primũ in synagogis dominum nunciabant: quibus non recipientibus euangelium, dicunt ad eos: Vobis quidẽ oportuerat prædicari uerbum: Act. 13.g
sed quia nõ recœpistis salutem, ecce conuertimur ad gentes. Lux ẽm uenit in mundum: & magis iudæi dilexerunt tenebras. Vnde & dominus cum hierusalem fleuisset, adiecit: Si scires etiam tu Luc. 19.f
quæ ad pacẽ sunt tibi: Quã quia non suscepit, intulit: Nunc autẽ ueniet dies super te: & circũdabunt te inimici tui uallo: & coartabunt te: ad terrãqꝫ deducent cum filijs tuis. Nos autem iuxta priorem sensum, ad ecclesiam dici uniuersa credamus: quæ primũ de iudaico populo congregata est: & lumen qđ super eam ortũ fuerat, per apostolos transmisit ad gentes. Cui dicit: Surge illuminare: ut quæ cecidit in increH dulis, surgat in fidelib⁹: quæ cecidit in synagogis, surgat in ecclesijs: & postqꝫ surrexerit, illumineꝰ: ut nequaqꝫ habeant erroris tenebras. Venit ẽm (inquit) lumẽ tuũ: quod omnes ꝓphetæ pollicebant: quod iugiter expectabas. Et gloria domini, quæ quondam fuit super tabernaculũ & templũ eius, orta est super te. De qua dictũ est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ecce ẽm tenebræ operient terrã: eos qui terrena sapiunt. Et caligo populos: siue ut in hebraico legit, tribus: quod proprie refertur ad iudæos: de quibus in alio psalmo scriptũ est: Illuc ẽm ascenderunt tribus tribus dñi testimo- ꝑs. 121.a
nium israel. Super te autem orietur dominus sol iusticiæ: & gloria eius in te uidebitur. De qua scriptum est: Et uidi- Ioẽ. 1
mus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & ueritatis. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Nos omnes ambulabim⁹ in aplorũ luce, quæ lucet in mundo: & tenebræ eam non comprehenderũt. Et reges (inquit) in splendore ortus tui: quando primum in christo nata es: Quod & spiritualiter impleꝰ, & carnaliter: Vt reges, quorũ ꝓ. 21.a
cor in manu domini est: & quibus non regnat peccatum in Rom. 6.b
mortali corpore, ambulent in splendore nascentis ecclesiæ: siue in eo qui ortus est in ecclesia: & ueri regis Christi, fidei colla submittant. Quod quotidie uidemus expleri: quãdo idololatriæ errore sublato & persecutionis rabie, ad fidem ac tranquillitatẽ christi, rhomani principes trãseunt. Sunt qui hæc oñia quæ nos post primũ saluatoris aduentũ usqꝫ ad cõsummationẽ mundi: & ex parte cõpleta, & penitus explenda memoramus, futuro tempore præstolenꝰ: quando subintrante plenitudine gentiũ, saluandus sit omnis israel. Ibi. 11.c
Quorũ nequaqꝫ sententia reprobanda est: dummodo spiritualiter hæc cõplenda, & nõ carnaliter nouerimus. Porro nomen, hierusalem & gentium, quod hic a Lxx. ponitur, in hebraico non habeꝰ: & obelo prænotandum est, aduersum eos, qui asserunt omnia quæ dicuntur dici ad hierusalem.

Leua

Surge illuminare

Surge illuminare, quia uenit lumen tuũ: & gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Sup te autẽ oriet dñs: & gloria eius in te uidebit. Et ambulabũt gentes in lumine tuo: & reges in splendore ortus tui.

Leua

Illuminare

Illuminare ÷ hierusalẽ .. uenit ẽm lumen tuũ: & gloria dñi super te orta est. Ecce tenebræ operient terrã, & caligo sup gẽtes. Sup te autẽ apparebit dñs: & gl̃ia illi⁹ in te uidebit. Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo: & reges in splendore tuo.

Leua

A a Leua in circuitu oculos tuos ꝛc. Dicitur ad ecclesiam, quæ primũ per apostolos cõgregata est in sion: de quib⁹ & Act. 2. a in Actibus apostolorũ legimus: ꝙ de uniuerso orbe terrarũ uiri religiosi fuerint in hierusalem, qui susceperint sermonẽ dei: & linguis suarũ alienarũq; gentiũ, uel audirẽt loquẽtes alios, uel ipsi loquerentur ad cæteros: Et præcipiẽt ut leuent oculos suos in circuitu. Q̃d & dñs præcepit apl̃is, Ioh. 4. c dicens: Leuate oculos uestros, & uidete: quia iam albæ sunt segetes 5. 2. a ad metendũ. De sion eñ, & nequaq; de mõte sina egredietur lex: & uerbũ dñi de hierusalem. Præcipiturq;, ut eleuatis oculis uideat suos filios cõgregatos qui de longe ueniant. Cui & in alio loco dicit: Gaude nimis filia Sopho. 3. c sion, prædica filia hierusalẽ. Ecce ego uenio Zach. 2. c & habitabo in medio tui, dicit dominus. Et uenient gentes multæ ad dñm: & erunt mihi in populũ: & ego ero eis in deum. Nos autẽ sumus filij, qui de longe uenimus ad dñm, peregrini quondã a testamento dei, & repromissionib⁹ eius spem nõ habentes: & absq; deo in mũdo. Sed q̃d Ephe. 2. c dicit Apl̃s: Vos q̃ eratis aliq̃n longe, nunc facti estis prope. Q̃d q; sequit̃: Et filiæ tuæ lac sugent: illud significat, ꝙ animæ in Christo lactentes, & in baptismate paruulorũ: de quibus & Petrus apl̃us 1. Pe. 2. a loquit̃: Quasi modo nati paruuli, rationabile, & absq; dolo lac desyderate: sugant lac apl̃orũ. Quib⁹ paruulis atq; lactantibus loquebat̃ & Paulus: Filioli mei quos iterum parit̃ Gal. 4. c 1. Thess. 2. c donec christus formet̃ in uobis. Et in alio loco: Quasi nutrix fouens filios suos, sic desyderantes uos, cupimus impertire: nõ solũ euangeliũ christi, sed & animas nostras. Q̃d autem ꝙ hoc in Lxx. dicit̃: αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται: id est, Filiæ tuæ sup humeros portabunt̃: diligentius attendendũ est. Filij eñ qui robusti sunt, ipsi per se de longe ueniunt: & ad fidem dñi congregant̃. Filiæ autẽ quæ imbecilliores sunt, & ꝙ fragilitate sexus, necdum in uirum uenere perfectũ, apostolorũ portant̃ humeris: ut deferant̃ in sinus Abraham, Isaac, & Iacob. b Tunc videbis ꝛc. Cum eleuaueris oculos tuos, & filios tuos filiasq; ꝙspexeris, uel per se uenire uelociter, uel sanctorũ humeris deportari: Tunc gaudebis, & in modũ fluuioꝝ, aquis subitis inundaberis: & mirabit̃ ac stupebit: immo dilatabit̃ cor 2. Co. 6. c tuũ, audiẽtis Apostolũ: Os meũ patet ad uos o Corinthij. Ibidem Et iterũ: Dilatamini & uos, ne angustia pectoris nõ possitis Ioh. 14. c habere hospitẽ christũ: Qui dicit in euãgelio: Ego & pater ueniemus: & mansionẽ faciem⁹ apud eum. Q̃d autẽ addit̃ in Lxx. καὶ φοβηθήσῃ. i. & timebis: in hebraico nõ habet̃. Nisi forte post gaudij magnitudinẽ subintrauit timor, ne tanto bono careat. An non est gaudiũ, cernere diuitias & multitudinẽ maris ad se transferri atq; cõuerti: & fortitudinẽ gẽtiũ uenire sibi: ut quicquid in sæculo & orbe terrarũ est, suũ sit, Phil. 4. c & roborata fide gẽtiũ dicat: Omnia possum in eo qui cõfortat me iesu Christo. c Inundatio camelorum operiet te ꝛc. Post diuitias maris & fortitudinẽ gentiũ: greges quoq; camelorũ, & dromades madian & epha promittunt̃ hierusalem: qui omnes uenient de saba, portantes aurũ & thus: & ꝙ his maius est, annũciantes dñi salutare. Vniuersæ quoq; oues cedar cõgregabunt̃ ecclesiæ: & arietes nabaioth uenient: siue ut in hebraico scriptũ est: Ministrabunt & offerentur: siue offerent uictimas super altare dñi, ut domus eius inclyta fiat. Madian & epha, regiones sunt trans arabiam fertiles camelorũ, omnisq; puincia appellat̃ saba. Vnde fuit & Saba regina, quæ uenit 3. Reg. 10. a sapientiã audire Salomonis: Et ipsa deferẽs aurum & thus, pacifico regi multa deportans, & ab eo maiora suscipiens. Cedar autẽ regio sarracenorũ ẽ, q̃ in scriptura uocant̃ Ismaelitæ. Et nabaioth, un⁹ est filiorũ Ismael, ex q̃rũ noib⁹ solitudo appellatur, quæ frugũ inops, plena est pecorum. Per familiaria ergo nomina gentiũ barbararum, quæ uicinæ sunt israeli, toti⁹ mundi conuersio prædicatur. Madian quippe in מִדְיָן hoc loco interpretatur iniquitas. Epha, resolutus, siue effundens: עֵיפָה Saba, cõuersio, uel captiuitas: Cedar, tenebræ: Nabaioth, ,,pphetiæ. Greges igit̃ camelorum, iniquitatis uinculis resoluti: & aniãs suas effundentes deo: operiẽt hierusalẽ muשְׁבָא קֵדָר נְבָיוֹת D neribus: & oẽs de captiuitate ueniẽt: & cõuersione sua, aurũ fidei deferẽtes, & thus sacrificij. Et p̃ hæc munera nequaq; ,ppria salute cõtenti ,pficiẽt: ut etiã cæteris prædicẽt salutare dei. Diues ille q̃ instar cameli portabat in euangelio diuitiarum põdera, & camelus erat: noluit dñi audire consilia, nec exonerari: ut abiecta sarcina, alis columbæ uolaret ad cœlũ: ,ppterea tristis abijt. Et de istiusmodi camelo saluator loquitur: Facili⁹ est camelũ p̃ foramẽ acus transire, q̃ diuitẽ in regna cœlorũ. Difficultatẽ rei ,pposuit, nõ ĩpossibilitatẽ. Denicq; sanctæ memoriæ mater tua Paula, fraterq; Pãmachi⁹, per foramen acus, hoc est, p̃ artã & angustã uiam quæ ducit ad uitam, transierunt ad regna cœlorum: Latam uiam cum sarcinis relinquẽtes, quæ ducit ad tartarũ. Immo quicquid habebant, in domini dona portarũt: implentes illud quod scriptũ est: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Quæ Pro. 13. b eñ apud hoies impossibilia, apud deum possibilia sunt. Ha Matth. 19. d bentes in muneribus principalia, aurum, incensum, & thus odoris optimi, atq; dicẽtes: Dirigat̃ oratio mea sicut incen- Ps. 140. a sum in cõspectu tuo. Et: Christi bonus odor sumus in om- 2. Co. 2. d ni loco: exẽplo uirtutis suæ, quotidie nũciant salutare dñi: ut omnes oues cedar congregentur in ecclesia: & de erroris tenebris ad lucem transeant. Arietesq; ,pphetarũ: de quib⁹ in uicesimooctauo psalmo canit̃: Afferte dño filij dei, afferte dño filios arietũ: ueniant & offerant̃: siue iuxta Theodotionẽ: Offerant se sacrificiũ dño: & placabiles hostiæ fiant: ut Christi glorificetur ecclesia. De huiusce modi ouibus saluator discipulis loquebatur: Ite ad oues perditas domus Matth. 10. a israel. Et iterũ: Meæ oues, meã uocẽ audiunt. Et in Ezechiele Ioh. 10. c plenius: Ecce ego quæram oues meas, & uisitabo illas: sicut Ezech. 34. c quærit pastor gregem suũ. Hæc dicit dñs: Perditã quærã: & errantẽ reducã: & fractam alligabo: & infirmã confortabo: fortemq; custodiam: & pascã eas cũ iudicio. Et ut noss⁹em⁹ quæ essent oues, ponit manifestius: Et scient quia ego sum dñs deus eorum, & isti populus meus domus israel dicit dominus

E dominus deus:& uos oues meæ, & oues gregis mei oẽs estis:& ego dominus deus uester. Si quis ergo in gentibus diues est,saluet ut camelus: non absq; donis,atq; muneribus,quo possit uerbum domini prædicare. Si quis simplicitatis ouium,& auctoritatis arietum: ascẽdat uel offerat in altare domini ab his qui prævalent, ut domus eius glorificetur. Quod autẽ in hebraico scriptũ notauimus: Arietes nabaioth ministrabunt tibi: & offerent super placabili altari meo: ꝓprie super his intelligitur:qui de gẽtibus electi in sacerdotium, ministri sunt saluatoris. Si quis aũt cõtẽtiosus est,& carnaliter hæc promissa contendit. Respõdeamus ei:Nos talem cõsuetudinem non habemus, neq; eccl'ia dei. Illudq; dicamus, quod etiam si carnaliter sunt promissa Iudæis, tñ sub conditione sunt promissa:ut si suscepissent lumen suum quod ad eos missum fuerat:tũc etiam ista sequerent: qđ uidelicet per desyderium auri, & opum abundantiã, rerumq; carnaliũ: quarũ semp
F ista gens capiat illecebris, susciperent ad se missum filiũ dei: quẽ qa nõ susceperũt,universa sublata sunt: & suscipiẽtibꝰ spirituali ter reddita hæreditas.

a ¶ Qui sunt isti qui vt nubes volant ꝛc.

ℨ.19.a Quia dñs ingressus est ægyptum super nubem leuem: & nubi/
ℨ.5.b bus prophetarũ mandauit,ne pluerẽt super israel imbrẽ: ad quos peruenit ueritas dei: Miratur ecclesia de circumcisionis primum populo cõgregata,uolare ad se gentium turbam toto orbe terrarum:Et assumptis alis spiritussancti,festinare, iuxta Symmachum & Theodotionem,ad fenestras suas:iuxta Aquilam,ad catharactas suas: ut ingrediantur ecclesiam: Siue doctores cum discipulis:id est,columbas cum pullis suis uolare ad ecclesiam de insulis gentiũ: quæ iuxta uaticinia prophetarũ expectabant dñm. Naues ąq; תַּרְשִׁישׁ,id est maris :de quibꝰ in uisione Tyri plenius diximus : adducẽt filios ecclesiæ in principio fidei:
Rom.10.b aurum argentumq; portantes. Corde enim creditur ad iusticiam:ore autem confessio fit ad salutem. De quo auro & argento in sexagesimoseptimo psalmo scriptum est: Pennæ columbæ deargentatæ:& posteriora eius in fulgore auri. Et septuagesimoprimo psalmo: Reges tharsis & insulæ munera offerẽt:reges arabum & saba dona adducent. Quæ omnia deferuntur nomini domini dei:& sancto israel qui glorificauit eum. b ¶ Et ędificabunt filij peregrinorũ muros tuos ꝛc. Inter cætera quibus ditatur ecclesia:& urbs saluatoris extruitur: Alienigenæ quoq; & filij peregrinorum ædificant muros eius,ne hostis possit intrare: ne locum inuenire perfidia. Alienigenæ autem & peregrini, proprie significant populum nationũ, qui uere extruxerunt ecclesiam Christi: G

a HEB. Qui sunt isti qui ut nubes uolant: & quasi columbæ ad fenestras suas? Me eñ insulæ expectant: & naues maris in principio, ut adducã filios tuos de longe: argentũ eorũ & aurũ eorꝝ cum eis,noi dñi dei tui & sctõ isrl'qa glorifi
b cauit te. Et ædificabũt filij peregrinorũ muros tuos: & reges eorũ ministrabũt tibi. In indignatiõe enim mea ꝑcussi te:& i recõciliatione mea misert9 sum tui. Et aperient portæ tuæ iugiter,die ac nocte nõ claudent: ut afferat ad te fortitudo gẽtiũ:& reges earũ adducant. Gens eñ & regnum qđ nõ seruierit tibi, peribit:& gẽtes solitudine
c uastabunt. Gloriã libani ad te ueniet: abies & buxus & pinus simul,ad ornandum locum sanctificationis meæ: & locũ pedũ meorũ glorificabo. Et ueniẽt ad te curui filij eorũ q humiliauerũt te:& adorabunt uestigia pedũ tuorũ, oẽs qui detrahebant tibi: & uocabunt te ciuitatẽ domini sion sancti israel.

Pro eo ꝙ

SEP. Qui sũt hi q ut nubes uolãt: & sicut columbæ cũ pullis ad me? Me insulæ expectarũt:& naues tharsis in primis, ut adducant filios tuos de longe: & argentũ suũ & aurũ cũ eis: ꝑpter nomen dñi sctm̃:& qa sctũs isrl' glorificat9 est. Et ædificabũt alienigenæ muros tuos: & reges eorũ assistẽt tibi. Propter iram eñ meã percussi te: & propter misericordiam dilexi te. Et aperient portæ tuæ semper: die ac nocte non claudent, ut introducant ad te fortitudinẽ gẽtiũ: & reges earũ qui adducendi sunt. Gentes eñ & reges qui nõ seruierint tibi,peribunt: gẽtes solitudine desolabuntur. Gloria libani ad te ueniet in cypariſſo & pino,& cedro simul,ut glorificet locus sanctus me9: & locũ pedũ meorũ glorificabo. Et ibunt ad te timentes:filij eorꝝ qui te humiliauerũt, & irritauerũt te: & adorabunt uestigia pedum tuorũ, omnes qui irritauerũt te:& uocaberis ciuitas dñi sion sancti isrl'.

Pro eo ꝙ

intantum ut reges eorum & principes ministrent, siue assistant ei: Qđ uel carnaliter accipiat, uel spiritualiter. Si carnaliter,uidemus Cæsares Rhomanos christi iugo colla submittere, ædificare ecclesias expensis publicis: & aduersus persecutiones gẽtium, atq; insidias hæreticorum legũ scita pendere. Si spiritualiter: quicunq; in eis continentia,elocutia,sanctitate,principes sunt: & animæ imperio carnis subiugant seruitutẽ: Ipsi administrant & assistunt uel auxiliantur ei: quã sæpe propter negligentiam deserit:uel persecutorum percutit uirga: ut rursum propter sui misericordiam diligat. Vel certe hoc dicendum : ꝙ afflictam quondam & captiuitati traditam in populo iudæorum:inuocatione gentium recõciliet sibi : ita ut portæ eius semper apertæ sint: & nec die nec nocte claudantur : & saluari cupientibus, iugiter pateant:id ẽ ut ei in gaudio,& in tribulatione uolentibꝰ credere, introitus nõ negetur: Et inferatur ad eam fortitudo,siue diuitiæ gentium:& reges earũ ministrent siue adducantur ei quasi captiui: cũ intelliges,cum uideris eloquẽtissimos adduci ad fidem christi: & stultam fieri sapiẽtiam 1.Co.1.c
sapientium:ac prudentiam prudentiũ reprobari :ut fatuũ dei sapientius sit hominibus. Gentes autẽ & reges earũ qui seruire ecclesiæ nolucrint,bonã & utilem seruitutem, ut in apostolicam transferant dignitatẽ, peribunt ea perditione, quæ impijs præparata est:& quicquid in eis fuerit,redigetur in solitudinem: qui habere noluerũt hospitem deum. c ¶ Gloria libani ad te veniet ꝛc. Multa desunt in Lxx.quæ ex hebræo sub asteriscis posui: & quod addiderunt,obelo prænotaui. Libanꝰ mons phœnicis est,excelsis arboribus cõsitus. Quas psalmista describẽs ait: Vidi impium superexaltatum: & eleuatum quasi cedros libani. Et ps.36.g
in alio loco: Conteret dominus cedros libani. Multaq; alia Ibi.28.a
quæ studio breuitatis prætereo. De hoc quondam Hyram rex Tyri,Salomoni loppen ligna mittebat ad ædificandum 3.Re.5.c
templũ dei. De quo etiã nunc scriptura promittit,abietẽ & 2.Para.2.b
buxum & pinum : siue iuxta Lxx. cypariſſum & pinum, & cedrum.

H

A cedrũ:aut iuxta Aquilã,abietẽ,thadaar & thaassur:uel iuxta Theodotionem,prati,thadaar,& theassur, simul esse cæden das,ut ædificeẽ templũ sion. Qđ si ita est, ubi erit aurea & gemmata hierusalẽ? Vbi uxor agni? Vbi portæ duodecim gemmarũ uarietate distinctæ? Nisi forte muros habebit,& תִּרְחַר תְּאַשּׁוּר

fundamẽta gẽmata:& templum qđ ornatius esse deberet, lignis ædificabiẽ. Qua ratione cõpellimur omnia spiritualiter accipere: qđ abies, cyparissus, pinus & cedrus, excelsæ quondam libani arbotes, glorificauerint tẽplum dei & locum pedum illius: & inclytũ fecerint. Ac ne longo sermone sensum traham:uir sanctus & eloquentissimus martyr Cyprianus: & nostri temporis cõfessor Hilarius,nõne tibi uidentur excelsæ quondam in sæculo arbores ædificasse eccleſiam dei? Quodq; sequitur: Et ueniẽt ad te curui: siue reuertentes filij eor& q humiliauerũt te: & adorabũt uestigia pedũ tuorũ, omnes qui detraxerãt tibi:de his debemus intelligere:qui non uoluntate,sed necessitate sunt christiani:& mœtu offensæ regnantiũ timẽtib9 animis inclinanẽ. Vel certe qđ prius persecutores,postea crediderint. Qualis fuit & apostolus Paulus,qui persequebaẽ ecclesiam dei: & postea uas electionis est appellatus. Cũ hæc ita fuerint expleta ut intret gentiũ plenitudo, tunc omis israel saluus fiet. Et uocabiẽ ucre ciuitas dñi sion sancti israhel,quæ cõsistit in specula:& de utroq; ppło congregata est. a ¶ Pro eo q fuisti derelicta et odio habita ⁊c. Quæ prius fueras derelicta & odio habita:fractis in te ramis,quia fructũ nõ attulerant: Qui idcirco fracti sunt:quia nullus erat q pertrãsiret, & tibi præberet auxiliũ: De quibus in psalmis dicit: Et non dixerũt qui præteribant bñdictio dñi super uos: Propterea ponam te in superbiam sempiternam: siue in exultationẽ & gaudium duarũ generationũ:pro pristinis ramis,alijs insertis de oleastro nationũ: qui contra naturã exempli afferent fructus:non prioris amaritudinis,sed dulcedinis,quam de radice sumpserunt. Suges quoq; lac gentium:& mammilla regum lactaberis. Qui locus quem sensum habeat, supra plenius exposuimus:differentes illum uersiculum: Filij tui de longe uenient: & filiæ tuæ lac sugent. Siue iuxta Lxx. πλοῦτον ϑ βασιλέων φάγεσαι: id est, diuitias regum comedes. Quæ diuitiæ scđm hebraicam ueritatẽ, ubera sunt regum atq; doctorũ: quibus nascentiũ in Christo eruditur & nutritur infantia. Quæ cum suxeris & perueneris ad solidum cibum:ut diuitias quoq; huiuscemodi regum comedas: Tunc scies q ego sum saluator tuus, qui redemi te fortis iacob.

1.Timo. 1.c

Act.9.c

Ps.128.a

Esa.60.a

B HEB. Prõ eo q fuisti derelicta & odio habita: & nõ erat qui pertrãsiret: ponã te in superbiã sæculorum: gaudiũ in generatione & generatione. Et suges lac gẽtiũ: & mãmilla regũ lactaberis. Et scies quia ego dñs saluãs te: & redẽptor b tuus fortis iacob. Prõ ære afferã aurũ: ꝓ ferro afferã argentũ: & ꝓ lignis,æs: & ꝓ lapidib9 ferrũ: & ponã uisitationẽ tuam pacẽ: & præpositos tuos iustitiã. Non audieẽ ultra iniquitas in terra tua: uastitas & contritio in terminis tuis: & occupabit salus muros tuos: & portas tuas laudatio. c Non erit tibi amplius sol ad lucẽdum per diem: nec splendor lunæ illuminabit te:sed erit tibi dñs in lucem sempiternã:& deus tuus in gloriã tuã. Non occidet ultra sol tuus:& luna tua non minueẽ:quia dñs erit in lucẽ sempiternã: & cõplebunẽ dies luctus tui.

Populus

SEP. Pro eo q fuisti derelicta & odio habita: & non erat qui auxiliareẽ: ponã te exultationẽ æternã,gaudium generationũ in generatiões. Et suges lac gentium: & diuitias regum comedes. Et scies qa ego dñs qui saluũ te feci,& q erui te deus iacob. Pro ære afferã tibi aurũ: & ꝓ ferro dabo tibi argentũ: & pro lignis tribuã tibi æs, & ꝓ lapidibus ferrũ. Et dabo principes tuos in pace: & episcopos tuos in iustitia. Et nõ audietur ultra iniquitas in terra tua:neq; contritio & miseria in finibus tuis:sed uocabuntur salutare muri tui: & portæ tuæ sculptura. Et non erit tibi sol ultra in lucẽ diei: neq; ortus lunæ lumẽ præbebit tibi nocte: sed erit tibi dominus lux æterna: & deus gloria tua. Nõ emi occidet sol tibi: & luna tibi nõ deficiet. Eritq; dñs lux sempiterna: & cõplebunẽ dies luct9 tui.

Populus

C Pro gre afferã aurum ⁊c. Eadẽ res pro locorũ qualitate,alteri genus,alteri species est. Et ne de artibus,rhetorica,ac dialectica dicere quippiam uidear,ponam exempla cõmunia quæ possint simplicem lectorẽ instruere: Filius meus qui ad me species est, & me habet genus, filio suo genus est. Dicã & aliud: qđ alteri maio, alteri minus est. Centurio, gregario milite maior,tribuno minor est. Quinq; pauci sũt ad decem: plures, ad unũ. Ergo in instauratione. spũalis hierm ligna uertentur in æs: & lapides mutabunẽ in ferrum: id est,bruti quondam & insensibiles homies,in eas materias mutabunẽ:quæ utilitatem aliquã præbeãt ciuitati. Ipsumq; æs & ferrũ p augmẽta uirtutũ, in aurum argentumq; mutabuntur: ut nequaq; utilitatis speciem, sed preciũ quoq; habeant ac decorem. De auro & argento quid significent in scripturis sanctis,sæpius dixim9. Ponam inquit principes tuos in pacem:& episcopos tuos in iusticiam. Pro quo in hebraico scriptum est:Ponam uisitationẽ tuam pacẽ: & præpositos tuos in iusticiã. In quo scripturæ sanctæ admiranda maiestas, q principes futuros ecclĩæ,episcopos nominauit: quorum omis uisitatio in pace est: & uocabulũ dignitatis in iustitia: ut nequaq; accipiant psonã in iudicio: nec audiaẽ quippiam iniquum in terra ecclĩæ, neq; cõtritio & infœlicitas in terminis eius. Vbicunq; eim iniquitas est, & iustitia non seruatur,& pax perditur:hæc omnia cõsequentur. Sed pro his(ait)omnibus occupabit salus muros tuos,siue saluator:qui in hebraico legitur יְשׁוּעָה,quod proprie nomẽ domini sonat. Ipse enim fortitudo murorum ecclesiæ, quæ habet portas in laude domini:ut qui ingrediuntur eam,primum discant laudare dominum:& nomen illius confiteri. Quod autem Lxx. pro laude interpretati sunt γλύμμα,id est,sculpturam:hoc possumus dicere,q portæ ecclesiæ cunctis debeant cælatæ esse uirtutibus, per q̃s ingrediamur ad eam. c ¶ Non erit tibi amplius sol ad lucendũ p diem ⁊c. Ex hoc capitulo cogimur omnia quæ dicta sunt & dicẽda, ad ultimũ referre tempus:quando cœlo terraq; nobis,solis ac lunæ cessabit officium. Et erit dominus ipse lumen perpetuum:ut quæ χιλιασαὶ carnaliter asserunt esse complenda, nos spiritualiter futura credam9: in qualitate promissionũ, non in tempore discrepantes. Quibus breuiter respondendum est: q pseudoprophetis & peccatorib9 sol occidat meridie:& econtrario timentibus dominum,semper oritur sol iusticiæ. Quare non semper sanctus ille qui dicit: Ego sum lux mundi: Ioh. 8. b

D

P

E lux mundi: qui lucet in tenebris: & tenebræ eum non com/
Ps. 120. b prehenderunt. Per diem quippe sol non uret nos: neq; luna
per noctem. Quia habem⁹ dominũ lucem perpetuam: &
dies luctus nostri complebuntur: nequaq; plangẽtibus in
Matth. 5. a subuersione hierusalẽ, sed lætantib⁹ in extructione ecclesiæ.
Beati quippe lugẽtes: qm̃ ipsi cõsolabuntur. Beati flentes: quoniã ipsi ridebũt. Beati qui esuriunt & sitiunt iusti ciam: quoniam ipsi saturabuntur. Vt postq; domini fuerint carne saturati, eructent ser/
Ps. 44. a monem dñi: & dicant opa sua regi. a ¶ Populus autem tuus omnes iusti ꝛc. Finitis diebus luctus atq; completis, quãdo tristicia uertetur in gaudiũ: populus sion erit omnis iustus: non ad breue tempus, sed in perpetuũ: & quia iustus est, terram mitium possidebit. Nec mirandum si ad recipienda promissionis bona, terrã mansuetorum teneat, atq; uiuẽtium: quam propheta suspirat di/
Ps. 26. d cens: Credo uidere bona domini in terra uiuentium: cum germẽ plantationis dñi sit: &
F opus manuum ei⁹ ad glorificandum deum.
Matth. 15. b Omnis enim (inquit) plantatio quã nõ plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Siue iuxta Lxx. populus custodiens plantationem dei, & opera manuum dñi: in gloria seruabitur creatoris. De bona plantatione per Hie
Hiere. 2. d remiam loquitur deus: Ego plantaui te uineam bonam, to
Esa. 5. a tam ueram: quæ in Esaia appellat̃ uinea sorek. Et quia Paulus conscientia uirtutum, loquentis in se Christi dicere po/
1. Co. 11. a terat: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: Ideo ad Co
Ibi. 3. b rinthios loquebat̃: Ego plantaui, Apollo rigauit: dominus
Ps. 91. c autem incrementum dedit. Plantati enim in domo domini in atrijs eius efflorescent. Tunc qui paruulus fuit, erit in mi
Luc. 19. c lia: audiens a domino: Esto habens potestatẽ super quinq; uel decẽ ciuitates: ita ut appellet̃ χιλίαρχος: Et qui cũ Apl̃o
Ephe. 3. b dixerat: Mihi minimo omniũ sanctorũ data est gratia hæc: princeps erit magnæ gentis in cœlestibus: Quando tẽpore
Matth. 24. c constituto miserit dominus angelos suos: & cõgregauerint ad eum omnes sanctos: a summitate cœli usq; ad summũ eius: Non solum de israel, sed & de gentium populo, quem
Iob. 10. c significans loquebatur: Et alias oues habeo quæ non sunt de grege isto: & illas oportet me cõgregare: ut fiat un⁹ grex, & unus pastor. Hoc autem subito faciet: ut quando omnia fuerint desperata, tunc in gentem fortissimam congregen̄. Quæ licet ex parte in ecclesia quotidie uideam⁹ expleri, tamen in mundi consummatione plenius complebuntur: & in secundo saluatoris aduentu. ¶ Ca. LXI

Spiritus domini super me ꝛc. Ille qui supra dixerat: Ego dominus in tẽpore cõgregabo eos: Siue iuxta hebraicum: Ego dominus in tempore eius, subito faciam istud: loquitur consequenter: Spiritus domini dei super me: nõ q̃ domin⁹ deus habeat dñm deum, sed q̃ iuxta dispensationẽ carnis assumptæ dicat ea quæ humilia sunt. Ad quem psalmista iam dixerat: Dilexisti iustiPs. 44. b ciam & odisti iniquitatẽ: ꝓpterea unxit te deus deus tuus, oleo exultationis præ cõsortibus tuis. Quando enim consortes nominant̃, naturam carnis intellige: quia deus consortes substantiæ suæ non habet. Et quia erat unctio spiritualis, & nequaq; humani corporis: ut fuit in sacerdotibus iudæorum: idcirco præ consortibus, id est, cæteris sanctis unctus esse memorat̃. Cuius unctio illo expleta est tẽpore: quãdo baptizatus est in Iordane, & spiritus sanctus in specie columbæ descẽdit super eum: & mansit in illo. Iob. 1. e De quo & hic idẽ propheta dicebat: Exiet 3. 11. a uirga de radice Iesse: & flos de radice ei⁹ ascendet: & requiescet super eum spiritus dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. Vñ & saluator cũ uenisset Luc. 4. e in nazareth in q̃ nutritus erat: postq; baptizatus est in Iordane, ingressus est iuxta consuetudinem in die sabbati synagogam eorũ. Cũq; surrexisset ad legendum, datus est ei liber Esaiæ prophetæ: q̃ aperto, inuenit scriptum: Spiritus domini super me: ꝓpter qd̃ unxit me: euãgeliçare pauperibus misit me: prædicare captiuis remissionem: & cæcis ui H sum: dimittere fractos in libertatẽ: prædicare annũ dñi acceptũ. Qñ conuolutum librum reddidit ministro, & sedit: & omnium oculi qui erant in synagoga, attendebant eum: cœpitq; ad eos dicere: Hodie completa est scriptura hæc in auribus uestris: & omnes testimoniũ præbebant ei: & mirabant̃ super sermonibus gratiæ, qui egrediebantur de ore eius. Si ergo illo completa est tempore prophetia: quomodo quidam ad cõsummationis referunt tempora quæ dicuntur: Nisi forte possumus hoc dicere: quod tunc ex parte completum sit: plenius esse complendũ: quando omnis populus dei fuerit iustus? Nunc em̄ ex parte cognoscimus: & ex parte prophetamus: Cum autem uenerit quod perfectum est, ea quæ ex 1. Co. 13. c parte sunt, destruen̄. Vnctus est igitur spiritu sancto, ut annunciaret pauperibus siue mansuetis: dicens eis in euangelio: Beati pauperes spiritu: quoniam eorum est regnum cœ Matth. 5 lorum. Et: Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Et missus est ad sanandos eos, qui corde contriti sunt, & di/ Luc. 4. c cunt: Cor cõtritum & humiliatum deus non despicit. Siue Ps. 50. d iuxta Symmachum & Theodotionẽ, ad alliganda uulnera peccatorũ, prædicare captiuis remissionẽ, cæcis ut uideant: uel clausis apertionem: quod manifestius interpretatus est Symmachus, uinctis solutionem. De quo, immo ad quem supra dicitur: Ecce posui te in lucem gẽtium: aperire oculos 3. 5. e cæcorũ: educere de uinculis alligatos: & de domo carceris sedentes in tenebris. Annum autem acceptabilem, & diem retributionis: omne prædicationis eius quo in carne uersatus est, temp⁹ intellige: Q̃d & apostolus Paulus in primo saluatoris interpretatur aduẽtu dicens: Ecce nunc tempus 2. Co. 6. a acceptabile: ecce nunc dies salutis. De quo supra plenius di 3. 49. c ximus. Sinautem retributio nõ in meritis bonorum, sed in pœnis accipitur peccatorum, iuxta quod dies dicitur ultionis: de iudaico populo sentiendum est: in quẽ post passionẽ eius, statim dei ira peruenit. Cõsolatusq; est omnes lugẽtes dicens: Beati lugentes: quoniã ipsi cõsolabun̄: Vt poneret Matth. 5 lugẽtibus

SEP. Populus tuus omnes iusti, semper possidebunt terram: custodiens plantationem opera manuum suarum in gloriam. Qui paruus est, erit in milibus: & qui minimus, in gentem magnam. Ego dominus in tẽpore cõgregabo eos.

HEB. Pôpulus autem tuus omẽs iusti, in perpetuum hæreditabũt terrã, germẽ plantatiõis meæ: opus manus meæ ad glorificandũ. Minimus erit in mille: & paruulus in gentẽ fortissimam. Ego dñs in tempore ei⁹ subito faciam istud.

b Spiritus ¶ Ca. LXI

Spiritus domini super me, ꝓpter quod unxit me: euangeliçare pauperibus misit me: sanare contritos corde: prædicare captiuis remissionem: & cæcis ut uideant: uocare annum acceptabilem domino, & diem retributionis: cõsolari omnes lugentes: dare lugentibus sion: dare cis

Spiritus ¶ Ca. LXI

Sdñi dei super me, eo qd̃ unxerit me dominus: ad annunciandum mansuetis misit me: ut mederer cõtritos corde: & prædicarem captiuis indulgentiã: & clausis, apertionẽ: & annunciarẽ annũ placabilẽ dño: & diẽ ultionis deo nostro: ut consolarer oẽs lugẽtes. Vt ponerẽ lugentibus

A lugentibus sion: & daret eis gloriam coronamq; ꝓ cinere: De quibus fuit & apostolus Paulus: qui lugebat sion atq;
Rom.9.a dicebat: Tristicia eñ est mihi & dolor cõtinuus. Et iterum:
Ibidem Optabam ego anathema esse a Christo pro fratribus meis & propinquis iuxta carnem, qui sunt israelitæ. Et propterea lugentes atq; plangentes, pro cinere oleum gaudij susceperũt: uidentes de iudæis plurimos credidisse: & stolam accipere mũdissimam, pro lugubri uestimento. a ¶ Et vocabunt in ea fortes iustitię ꝛc. Postq; & apostoli & apostolici uiri, pro cinere & mœroris spiritu, oleum gaudij, & pallium: siue iuxta Lxx. καταστολὴν δόξης: id est, stolã gloriæ laudisq; susceperint: Tunc uocabunt generationes iusticiæ, plantatio domini gloriosa: Vel iuxta hebraicũ, אֵילֵי, per extensam utramq; syllabam: fortes deiq; iusticiæ, aut plantatio domini ad glorificandum: ut cum glorificati fuerint uel ipsi glorificauerint dñm, ædificent desertas a sæculo ciuitates: & ruinas antiquas suscitẽt: tam populi iudæorum, q; cunctarum gentium:

B qui non solum ædificandi & instaurãdi urbes, habebunt scientiam: sed & pastores erunt optimi: ut repulsis antiquis pastoribꝰ, quibꝰ per Ezechielem
Ezech.34.a dixerat deus: O pastores israel, nunquid pascunt semetipsos pastores, & non magis oues: audiant cũ apostolo Petro: Pasce oues
Ioh.21.d meas. Mirũq; in modũ de cœmẽtarijs atq; pastoribꝰ transibunt in agricolas. i. in aratores & uinitores: ut possint cum
1.Co.3.b Apl̃o dicere: Dei ædificatio, dei agricultura sumus. Denicq; scribas & pharisæos, uinitores & agricolas iudæorũ, saluator interrogat:
Matth.21.d qd faciat uinitoribꝰ malis & agricolis: Illisq; respõdẽtibꝰ: Malos male perdet: & uineã dabit alijs agricolis, intulit: Auferet a uobis regnũ dei: & dabit genti facienti fructus eiꝰ. Quæ res interpretatione non indiget. Quotus eñ quisq; ecclesiarũ princeps est de iudæis, & nõ de alienigenis, atq; externarũ gentiũ hoibꝰ? qui ante idolis seruiẽtes: & alieni a testamẽto dei ac peregrini a ꝓmissionibꝰ illiꝰ, spem nõ habẽtes: Et sine deo in sæculo, nunc præsunt ecclesijs: & dura corda gentiliũ, priusq; indomita, ad fructus ferendos aratro fidei edomant: ut sementẽ doctrinæ dñi, bonorũ operum ubertate multiplicẽt. b ¶ Vos aũt sacerdotes dñi ꝛc. Edificatores urbiũ desertarũ & pastores gregũ: qui ipsi sunt aratores & uinitores, hoc est, filij peregrinorum: ipsi quoq; sunt sacerdotes dei: ad quos propheta nunc dicit: Vos autẽ uocabimini sacerdotes domini: & ministri dei nostri, dicet uobis: Haud dubium quin ecclesiarũ principes significet. Vel certe de apostolis intelligendũ est: ut sit ordo: Cum cœmentarij, pastores, aratores, & uinitores de gentibꝰ fuerint ecclesijs ꝓpositi: Vos de quibꝰ dictũ est: Reliquiæ saluæ fient, Et: Nisi dominꝰ sabaoth reliquisset nobis semẽ, quasi sodoma essemus: & similes gomorræ fuissemus: uocabimini sacerdotes & ministri dei: quales erant & filij Dauid. De quibus scriptura dicit: Filij autem Dauid, erant sacerdotes dei. Isti fortitudinem gentium comedent: & in diuitijs earũ admirabiles erunt. Corona enim patrum, gloria liberorum: & profectus populi, epulæ sacerdotum. De istiusmodi diuitijs, Paulus scribebat ad Corinthios: Gratias ago deo meo per iesum Christum: 1.Co.1.a qm̃ in omnibus diuites facti estis in eo: in omni uerbo, & in omni sciẽtia: sicut testimonium christi cõfirmatum est in uobis: ut in nullo indigeatis in ulla gratia. Fortitudo autem gẽtiũ, triumphus est martyrũ: & nos in eorũ gloria superbi sumus: non ea superbia quæ in uitio est: Qui Iacobi.4.b deus resistit, ut humilibus det gratiã: sed ea quæ ꝓ potentia & gña accipit. Vñ & Moysi Exo.34.d cornuta facies erat, q; dicere poterat: In te inimicos nr̃os cornu uentilabim. Et ꝓ supbia Ps.43.b D gloriæ, interpretatꝰ est Aq̃la: κὴ ἡ δόξα αὐτῶν πορφύρα ἐνδύσεσθε: id est, purpura uestiemini: ut insigne regij decoris ostẽderet. Q d̃q; sequit: Pro cõfusione duplici, & pro rubore laudabũt partẽ suam, qd̃ in Lxx. nõ habet: sic, mihi explanãdum uidet. Pro eo q; duplicem habebatis confusionẽ: tã sup ppl̃o iudæorũ, qui a deo recesserat: q; sup nationibus, quæ idolis seruiebant: Videbitis eos cõuersos ad timorẽ dei, laudare partẽ suã: Haud dubiũ quin dñm: de q̃ loquebatur & sanctus: Pars mea dñs. Hoc autẽ nemo potest Ps.72.d dicere, nisi qui aliam partẽ non habet. Quia igitur uos sup eis duplicem habuistis cõfusionẽ & ruborem peccati eorũ, super quo ipsi nõ erubescebant: propterea in terra sua: id est in terra mitium atq; uiuentium, duplicia possidebunt: cum & præsentibus crediderint, & futuris. Et habebũt lætitiam sempiternã. Pro quo in Lxx. legitur: οὕτως ἐκ δευτέρας τὴν γῆν κληρονομήσουσι, id est, sic terrã secundo possidebunt. Et gaudiũ sempiternũ erit super caput eorũ: ut qui possederãt terram in iudææ angustissimis finibus, postea uniuersum orbem possideãt. De qua terra pater loquitur saluatori: Po- Ibi.2.b stula a me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Hoc autem præstitit dominus: qui diligit iudicij ueritatem: & odio habet rapinam in holocausto. Pro quo Lxx. transtulerunt, rapinam de iniquitate: quasi aliqua sit rapina quæ non ex iniquitate cõsistat. Ergo quod dicit, hoc est, magis deus iustorũ diligit paupertatẽ, q; diuitum munera, quæ de rapinis sunt & iniquitate.

sep. eis gloriam pro cinere, unctionem lætitiæ luגentibus, habitum gloriæ ꝓ spiritu mœroris. Et uocabuntur generationes iusticiæ: plantatio domini in gloriã. Et ædificabunt deסertas sempiternas: quæ desolatæ fuerant prius, suscitabunt: & innouabunt ciuitates desertas, desolatas in generationes: & uenient alienigenæ, pascent oues tuas: & aliarum gentium aratores & uinitores. Vos autem sacerdotes domini uocabimini ministri dei nostri. Fortitudinem gentium comedetis: & in diuitias earum eritis admirabiles. Sic terrã secundo possidebũt: & gaudiũ sempiternum erit super caput eorum. Ego enim sum dominus qui diligo iustiסciam: & odio rapinas ex iniquitate. Et dabo laborem eorum iustis: & testamẽtum æternum ponam cum eis.

c ¶ Et dabo opus eorum ꝛc. Deus qui diligit iusticiã atq; iudiciũ:

E iudicium:& detestatur holocausta uiolenta: quicquid enim de rapinis est, quasi mercedem scorti reputat,& precium carnis: ipse eorum qui secundo possederint terram,& quos duplici lætitia coronarit: laborem dabit iustis: siue ut melius habetur in hebraico, in ueritate: ut nequaq; sicut in lege umbra ueritatis, sed ipsa sit ueritas. Et pactum feriet sempiternũ: non quale Moysi dederat, quod præterijt: sed pactum euãgelij: de quo Matth.24.c loquit̃ Christus: Cœlum & terra pertransibunt: uerba autẽ mea non præteribunt. Et tunc scietur in gentib9 semen apostolicum:& oẽs futuræ generationes suscipient sementẽ doctrinæ dei: nequaq; illud dicẽtes: in q̃ ppʒs pri9 circũcisionis errabat, dicens: Quid eñ aliud, nisi semẽ quærit deus? Omnis qui uiderit eos, prima fronte cognoscet: quia semen sit cui benedixerit dominus. Quis eñ ex ordine uitæ, mãsuetudine, continẽtia, hospitalitate, cunctisq; uir-
F tutibus non intelligat populum dei? Et quis non ecõtrario detestetur cruẽtas israelis manus: aduersum quos imprecat̃ propheta di-
Ps.82.c cens: Imple dñe facies eorum ignominia?
a Gaudẽs gaudebo in dño ꝛc. Principium capituli iuxta Lxx. qui dixerunt: Gaudio lætabuntur in domino: fini superioris capituli copulatur. Iuxta hebræos ℣o alterius capitis exordium est: in quo introducit̃ eccle-
sia, Christi respõdere sermonib9: Gaudens gaudebo in domino:
& exultauit anima mea in deo meo. Nequaq; in patribus,
Ioh.8.d sicut Iudæi gloriabantur dicẽtes: Semen Abraham sumus:
& nemini unq; seruiuimus, sed in deo: scriptura dicente:
Act.4.f Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. Redditq; causas lætitiæ: Quia induit me uestimento salutis: & indumento siue tunica iustitiæ atq; lætitiæ: quæ hebraice dicitur בגדי ישע, ornauit atq; circũdedit. Quotquot
Gal.3.d enim in Christo baptiçati sumus, induimur Christo: & ha-
1.Co.1.d bemus tunicam iustitiæ: qui factus est nobis sanctitas, iustitia,& redemptio. Ponitq; similitudinem duorum in ecclesia agminum, perfectorum atq; incipientium. Perfectos, sponsi comparat pulchritudini: incipiẽtes, sponsæ assimilat ornatui. Perfectus erat Paulus, qui quasi sponsus decoratus corona atq; coronãdus: siue ut Aquila transtulit: ἱερατόμιτρος στεφάνω: quod in lingua nostra dicitur, sacerdotij portans coronam, loquentis in se Christi auctoritate dice-
2.Timo.4.b bat: Certamen bonum certaui: cursum consumaui: fidem seruaui: de cætero reposita est mihi corona iustitiæ. Et in
Phil.3.c alio loco: Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Incipiens autem erat, comparatione plenitudinis, quãdo ex persona incipientiũ loquebatur: Cum essem paruulus, sicut paruulus loquebar: sicut paruulus sapiebam: sicut paruulus cogitabam. Et iterum: Ex parte uidemus, & ex parte cognoscimus: donec ueniat quod perfectum est. Et ideo sponsæ assimilatur ornatui, quæ ornatur mundo muliebri: siue ut cæteri transtulerũt: uasis uel monilib9 suis. Ponitq; alterius comparationis exemplaria: quorum prius ad spõsum, sequẽs referẽ ad sponsam. Sicut terra, pfert germen suũ, & cœlestibus pluuijs irrigatur: & sicut hortus semen suũ germinat: qui fontium atq; fluuiorum aquas desyderat: Sic (inquit) dñs germinabit iusticiam atq; læticiam corã cunctis gentibus: Nequaq; coram Israel, ut supercilium decutiat Iudæorũ: sed cunctis gẽtibus, quæ in ecclesia congregantur. Ca. LXII

1.Co.13.t G Ibidem

Propter sion non tacebo ꝛc. Dixerat domin9 atq; saluator: Spiritus Luc.4.t H domini super me, propter qđ unxit me: usq; ad eum locũ ubi scriptum est: Omnes qui uiderint eos, cognoscent: quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Post quam repromissionem, respondit ecclesia: Gaudens Ps.68 gaudebo in domino: quæ in tertio graduũ psalmo, ex persona populi pœnitentis læta cantauit: Lætatus sum Ps.121.a in his quæ dicta sunt mihi: in domũ domini ibimus. Nunc prophetæ introducit̃ persona dicentis: Propter sion nõ tacebo: & propter hierusalem nõ quiescam. Diebus (inquit) ac noctibus ora non claudam: nec mea unq; reticebit oratio: sed tamdiu clamabo & precibus iungam preces, donec ueniat qui promissus est: & splendore suo cunctũ orbem illuminet. Quis est iste quẽ quærit, quẽ uenire desyderat, ponit manifestius: Donec egrediatur ut splendor iustus eius: & saluator eius ut lampas accendatur. Siue iuxta Lxx. Donec exeat sicut lux iusticia eius: & salutare illius sicut lampas ardeat. Quæ dicebat in euangelio: Ego sum lux mundi. Quæ Ioh.8.b cum in sion & in hierusalem fuerit accensa, nequaq; in sola splendebit Iudæa: sed dicetur ad eam: Lumẽ quod in te est, Matth.6.c accensum est: quod egressum ex patre, in tuis cœpit ardere finibus: omnes gẽtes illuminabit. Et cuncti reges uidebũt inclytum tuum. O hierusalem & sion: qui de tua stirpe generatus est: qui in te exaltatus patibulo, omnes traxit ad se: ita ut gentes uideant iusticiam eius. Quia cunctorum creator misertus est gentibus: & reges gloriam illius, qua glorificatus in cruce est: & oñia suo imperio regna subiecit. Denicq; nequaq; uocabitur hierusalem & sion: sed nomen nouũ accipiet, quod ei dñs imposuerit, dicens ad apostolum Petrũ:

HEB. ueritate:& fœdus perpetuũ feriam eis. Et scietur in gẽtib9 semẽ eorʒ: & germẽ eorũ in medio populorũ. Oẽs q uiderint eos, cognoscent eos: qa isti sunt semẽ cui bñdixit dñs. Gãudens gaudebo in dño: & exultauit aníа mea in deo meo: quia induit me uestimẽtis salutis: & indumẽtis iusticiæ circũdedit me: quasi spõsum decoratũ corona: & quasi sponsam ornatã monilib9 suis. Sicut eñ terra, pfert germẽ suũ: & sicut hort9 semẽ suũ germinat: sic dñs de9 germinabit iustitiã, & laudẽ corã uniuersis gẽtibus. Ca. LXII

b Propter sion non tacebo: & propter hierusalẽ nõ quiescam: donec egrediat̃ ut splendor iust9 eius: & saluator ei9 ut lampas accendatur. Et uidebunt gentes iustum tuum: & cuncti reges indytum tuum: & uocabit̃ tibi nomẽ nouũ, qđ os dñi

SEP. cum eis. Et scietur in gentibus semen eorum: & nepotes eorum in medio populorũ. Omnis qui uiderit eos, cognoscet illos: quia isti sunt semen benedictum a deo: Gaudio lætabuntur in domino: exultet anima mea in domino. Induit eñ me uestimẽto salutis: & tunicã lætitiæ circũdedit mihi. Sicut sponsum mitra: & sicut spõsam ornauit mundo muliebri: & sicut terrã efferẽtẽ florẽ suũ: & sicut hortus semina sua germinat: sic domin9 deus profert iustitiã & laudem in cõspectu omnium gentium. Ca. LXII

Propter sion non tacebo: & propter hierusalẽ nõ reliquam: donec egrediat̃ sicut lumẽ iustitia eius: & saluatare illi9 sicut lampas ardebit. Et uidebunt gentes iustitiam tuam: & omnes reges gloriam tuam: & uocabit te nomẽ nouum: qđ os dñi

E a Ecce tu iratus es & peccauimus ꝛc. Ordo præposterus: Nō qa tu iratus es, nos peccauim⁹: sed qa nos peccauim⁹ tu irat⁹ es. Et qa peccauim⁹, nobis irat⁹ es dñe: ꝓpterea errauimus: & rectā reliquimus uiā. Siue iuxta hebraicū: qui semp fuimus in peccatis, tua tm̄ saluabimur misericordia: qui per nos imundi sumus: & quicqd uidemur habere iusticiæ: panno sedentis, siue menstruatæ mulieris cōparatur: Pro quo Theodotio ipsum uerbū hebraicum posuit עֶדִים: qđ Symmachus interpretatus est κυόσωμ: id est, parientiū. Aquila μαρτυρίωμ: hoc est testimoniorū: qñ sanguis in primo coitu maritali uirginis approbatur. Et defluximus, inquit, quasi folia de arboribus: quæ ꝓpter iniquitates nostras, uentorum flatibus disperguntur. In quo cōsyderandū, qđ iusticia quæ in lege ē, ad cōparationē euangelicæ puritatis imundicia nominet. Etem̄ non est glorificatū qđ prius glorificatū fuit, propter excellentē gloriā. Vnde & apl's Paulus, qui scd'm iusticiā quæ in lege est uniuersa cōpleuerat: dicit se omnia duxisse ꝑdam no ut christū lucrifaceret, & ꝓpter eminentē scientiā dñi nostri iesu christi: propter quem cuncta arbitratur quasi stercora ut christū lucrifaciat: & inueniatur in eo nō habens suam iusticiā quæ ex lege ē, sed ꝑ fidē christi quæ est ex deo iusticia. Est eм̄ iustus qui perit in iusticia sua: si post euangelij ueritatem umbras uelit exercere legales: & nō iuste qđ iustū est ꝓsequi. Vnde iuxta sapientissimū Salomonē: Omnis uir uidet sibi iustus cū in lege uersat: ad quos dñs loquit in euangelio: Vos estis qui uos metipsos iustificatis coram hominibus: qđ Paulus fugiens ait: Nihil mihi conscius sum: nec tñ in hoc iustificatus sum: Ex pctō aūt dei iusticia. De q̄ idē Salomon loquit: Intelligite iusticiā ueram. Ergo est alia iusticia quæ nō habet ueritatē: & hæc est uera iusticia: de q̄ rursū in euāgelio dicit: Beati q esuriunt & sitiūt iusticiā. Quā multi ꝓphetæ & iusti desyderauerūt uidere, & non uiderūt. Abraham autē uidit istam iusticiā, & lætatus est: nequaq̄ sequēs occidentē literam, sed spiritū uiuificantē. Nec mirū hæc de hominibus dicere: cum astra quoq̄ dei iusticiæ comparata, non sint mūda: & aduersum angelos suos, peruersum quid excogitauerit. Si quis igitur post euangelīū christi: & aduentū filij dei, pedagogæ legis obseruat cerimonias: audiat populū confitentē, qđ omnis illa iusticia panno sordidissimo cōparet: cui & Hester diadema suū, qđ erat regiæ potestatis insigne cōparat: qđ nequaq̄ uoluntate, sed necessitate portabat: Tu scis necessitatē meā: qm̄ detestor signū supbiæ meæ qđ est sup caput meū in dieb⁹ ostētatiōis meæ: abominor illud sicut pannū menstruum: nec porto in diebus quietis meæ.

Phil.3.b

Eccs.7.c
Luc.16.d
1.Co.4.a
Matth.5.g
Iob.8.g
Iob.15.b
Ibi.4.d
Hester.14.d

a HEB. Eccē tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuim⁹ semper, & saluabimur. Et facti sumus ut imundus omnes nos, quasi pannus menstruatæ uniuersæ iusticiæ nostræ. Et cecidimus quasi folium uniuersi: & iniquitates nostræ quasi uentus abstulerunt nos.

b Nōn est qui inuocet nomen tuū: qui consurgat & teneat te. Abscondisti faciem tuam a nobis: & allisisti nos in manu iniqtatis

c nostræ. Et nūnc domine pater noster es tu: nos uero lutum: & fictor noster tu: & opera manuum tuarum oм̄es nos. Ne iraſcaris domine satis: & ne ultra memineris iniquitatis: ecce respice, populus tuus omnes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta: sion deserta facta est: hierusalem desolata: domus sāctificatiōis nostræ: & gloriæ

b Non est qui inuocet nomen tuū ꝛc. Quia instar foliorum de arboribus fluximus: quæ uentus arefacta dispergit: propterea nullus inuentus est qui inuocaret nomē tuū: & cōsurgens de ruina iniquitatū suarū, apprehēderet uel teneret te: diceretq̄ cū sponsa: Inueni quē quæsiuit anīa mea: Tenebo eū, & nō dimittā illū. Ventus in scripturis tripliciter ponit: Aut in tentationū magnitudine: aut in ꝙsita te doctrinæ: aut simpliciter uētus, quo nubila congregantur, & aer in nubes cogitur. De tēptationib⁹, illud est euangelicū: Venerunt flumina, flauerūt uenti: & impegerūt in domū illam: & nō potuerunt subuertere eā, quia super petrā stabili erat mole fundata. De ꝙsitate doctrinæ, ut: Non circūferamur omni uento doctrinæ in malitia hominū. De uēto simpliciter. Et nō poterāt nauigare: erat enim uentus contrarius: non q̄ & hoc nō possit sentiri Tropologice: sed quo præsenti sensui tm̄ similitudinem præbeat: Auertente eм̄ dño faciē suā a nobis, allidimur in manu iniqtatis nr̄æ: siue tradimur tēptatiōib⁹ ꝓpter pctā nr̄a. Ex q̄ discim⁹ qđ & iniqtas man⁹ habeat, & oīa peccata: quæ nos fortiter strictos tenere desyderāt. Vñ & in manu linguæ mors & uita est: & sanctus præcat: Nō ueniat mihi pes superbiæ. Nos autē quia auertit dñs faciem suam a nobis: sciētes illud qđ scriptū est: Omnis q̄ inuocauerit nomē dñi saluus erit: Inuocemus nomen eius atq̄ dicamus: Peccatū meū notū feci tibi: & iniquitatē meā nō operui. Dixi, ꝓnunciabo aduersum me iniquitatem meam dño: & tu dimisisti impietatē cordis mei. Et statim habebimus dñm respondētem. Deleui sicut nebulam iniquitates tuas: & sicut nubem peccata tua, atq̄ dicimus: Ostēde faciē tuā & salui erimus: ut nequaq̄ simus serui peccati, sed serui tui. Omnis eм̄ qui facit peccatū, seruus eius est. c Et nunc dñe pater noster es tu: nos vero lutū ꝛc. Si nostra consyderemus merita, desperandū est. Si tuam autē clæmentiā: qui flagellas omnē filiū quē recipis: audem⁹ præces fundere. Tu eм̄ pater noster es, q̄ dignat⁹ es dicere: Filius primogenit⁹ me⁹ israel. Et quāq̄ lutū simus & opera manuū tuarum: & fictor noster sis: nec uas figulo ualeat respondere quare sic uel sic factū sit: tamē sciētes esse nos filios audemus dicere: Ne iraſcaris dñe satis: Nō iram uitamus, nec ultra patientiā tuā quærimus: ꝑ quā thesauriçauim⁹ nobis irā in die iræ: Sed hoc quæsum⁹: ne iraſcaris nobis satis: ne tempore ultionis atq̄ uindictæ, memineris iniquitatis nostræ: Sed magis respicias populum tuum: qui quondam tuus appellatus est populus. Et ciuitatis sanctuarij tui miserearis: in qua inuocatum est nomen tuū. Quæ ciuitas appellatur sion & hierusalē: quā fluminis impetus

Caū.3.b
Matth.7.b
Infra
Mar.6.f
Pro.18.d
Pſ.55.d
Ioel.2.g
Pſ.50
Ibi.31.b
ē.44.d
Pſ.79.b
Iob.8.d
Hebre.11.b
Exo.4.f

A impetus lætificat: & in qua ꝙndã fuit ſpecula uirtutũ & pacis contemplatio. Domus quoꝙ tua: id eſt, templũ ſanctificationis noſtræ & gloriæ, in qua laudauerunt te patres noſtri, in ruinas & cineres concidit: & incendio uaſtante deleta eſt: ita ut nequaꝙ in ea offerant uictimæ: nõ paſcha celebretur: nõ quicꝙ fiat de cerimonijs quas tu fieri præcepiſti: ſed oĩa deſyderabilia nr̃a uerſa ſunt in ruinas. Cũ hæc igit̃ ita ſe habeãt: nunquid dñe ſup his continebis miſericordiam tuam & tacebis, aduerſarijs blaſphemantibus: & affliges nos atꝙ humiliabis: non more ſolito: ſed nimis? Quæ oĩa Iudei aſſyriorum & babyloniorũ tẽporibus putant eſſe completa: Nos autẽ iuxta ea quæ ex perſona ſaluatoris ſequũtur: Apparui his qui nõ interrogabant: inuentus ſum ab his qui me non querebant: ad tempus Rhomanæ uictoriæ uniuerſa referimus: quæ Ioſephus iudaicæ ſcriptor hiſtoriæ ſeptẽ explicat uoluminib⁹: qbus impoſuit titulũ captiuitatis iudaicæ. i. περὶ ἁλώσεως, & ſupfluũ eſt ea ſermone diſſerere: quæ oculis pateant, cũ omnia deſyderabilia eorum uerſa ſint in ruinas: & templũ toto orbe celebratum,

HEB. & gloriæ noſtræ, ubi laudauerũt te patres noſtri: facta eſt in exuſtionẽ ignis: & oĩa deſyderabilia noſtra uerſa ſunt in ruinã. Nũquid ſuper his continebis te domine: tacebis & affliges nos uehementer?

SEP. cui benedixerunt patres noſtri: facta eſt igne combuſta: & omnia glorioſa noſtra conciderunt. Et ſuper omnibus his ſuſtinuiſti domine: & tacuiſti & humiliaſti nos ualde.

in ſterqliniũ urbis nouæ quæ a cõditore appellabat̃ Helia: & in habitaculum tranſierit noctuarum: fruſtraꝙ quotidie dicunt in ſynagogis ſuis: Super his omnibus dñe ſuſtinebis & affliges nos, atꝙ humiliabis uehemẽter. Poſſumus hæc referre ad eccleſiã uel ad ſancti uiri animam: quæ recte appellari poteſt ſpecula & uiſio pacis: quando pater & filiꝰ & ſpiritus ſanctus habitauerint in ea: Sin ꝓo uitio uel noſtro uel populi, huiuſcemodi ſion a domino fuerit derelicta: ſtatim patebit incendio ignitarum diaboli ſagittarum. Omnes enim adulterãtes quaſi clibanus corda eorum. Et expulſo pudicitiæ frigore, libidinis in templo dei flamma graſſabit̃: ut qcqd in nobis glorioſum prius & inclytũ fuit, corruat, deleat̃ & peat: Et impleat̃ illud qd̃ in pſalmis dicit̃: Cõbuſſerũt igni ſanctuariũ tuũ: ꝓphanauerũt in terra tabernaculũ nominis tui. Qd̃ ſolus poteſt ille reſtinguere, de cuius uentre fluunt aquæ uiuentis flumina.

Infra. 65. a

C

pſ. 73. b

¶ Commentarij decimiſeptimi in Eſaiam ꝓphetã finis.

¶ DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM OCTAVVM COMMENTARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM VIRGINEM PROEMIVM

B DVodeuiceſimus in Eſaiã immo extremus liber, tuo o filia Euſtochiũ, & ſanctæ matris tuæ Paulæ nomini dedicat̃: ut quas pari honore ſuſpexi, æqua cõmemoratione nũc recolã: præſertim cum & illa dũ uiueret, hoc opus tecũ crebrius poſtularit: & uir eruditiſſimus frater tuus Pammachius: & tunc & poſtea frequentibus ſcriptis cogere nõ deſtiterit: mihiꝙ & præſentium amicorum & abſentium: uirorumꝙ ac fœminarum in chriſto dormiẽtium, eadem religio ſit: id eſt, animorum charitas non corporum. Nec ignoro quanta inter homines ſententiarum diuerſitas ſit. Non dico de myſterio trinitatis: cuius recta confeſſio, eſt ignoratio ſcientiæ: ſed de alijs eccleſiaſticis dogmatibus: de reſurrectione ſcilicet, & de animarũ & humanæ carnis ſtatu: de repromiſſionibus futurorum, quõ debeant accipi: & qua ratione intelligenda ſit apocalypſis Ioannis: quã ſi iuxta literã accipimus, iudaiçandũ eſt: ſi ſpiritualiter ut ſcripta eſt diſſerim⁹, multorꝝ ueterũ uidebimur opinionib⁹ cõtra ire. Latinorꝝ, Tertulliani, Victorini, Lactãtij: Græcorũ, ut cæteros prætermittã, Hirenei tm̃ Lugdunẽſis epiſcopi faciã mẽtionẽ: aduerſum quẽ uir eloquẽtiſſimus Dionyſius, alexandrinæ eccleſiæ pontifex, elegantẽ ſcribit librũ, irridens mille annorũ fabulã: & aureã atꝙ gemmatã in terris hieruſalẽ: inſtaurationẽ templi: hoſtiarũ ſanguinẽ: ocium ſabbati: circũciſionis iniuriã: nuptias, partus: liberorꝝ educationem: epularũ delitias: & cunctarũ gentiũ ſeruitutẽ: rurſuſꝙ bella, exercitus: ac triũphos & ſuperatorũ neces, mortẽꝙ centenarij peccatoris. Cui duobus uoluminibus, reſpondit Apollinarius: quẽ non ſolum ſuæ ſectæ homines, ſed & noſtrorũ in hac parte dũtaxat plurima ſequit̃ multitudo: ut præſaga mente, iam cernã quantorũ in me rabies concitanda ſit. Quibus nõ inuideo, ſi tm̃ amant terram: ut in regno chriſti terrena deſyderent: & poſt ciborũ abundantiã, gulæꝙ ac uentris ingluuiẽ, ea quæ ſub uẽtre ſunt quærãt. De quib⁹ aplus Paulus: Eſca, inquit, uentri: & uenter eſcis: Deus aũt & hũc & illa deſtruet. Et: Nõ eſt regnũ dei cibus & potꝰ. Et dñs atꝙ ſaluator: Erratis, inquit, neſcientes ſcripturas neꝙ uirtutẽ dei. In reſurrectione em̃ neꝙ nubent neꝙ nubent̃: ſed erunt ſimiles angelorũ. Nec hæc dicens aufero corporũ ueritatẽ: quæ incorrupta & imortalia reſurrectura confiteor: ut mutẽt gloriã nõ ſubſtantiã. Sicꝙ recto incedendũ eſt tramite: ut nec ad ſiniſtrã nec ad dexterã declinemus. i. nec iudaicũ nec hæreticũ ſequamur errorem. Quorũ alij

Q qui carnis

E qui carnis sunt,solas diligunt carnes: Alij ingrati beneficiorū dei,habere detrectant,qđ christus & natus habuit,& resurgens. Cum eī apli eū putarēt spiritū,uel iuxta euangeliū,qđ hebræorū lectitāt Naçarei, incorpale dæmoniū,dixit eis: Quid turbati estis:& cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes:quia ipse ego sum. Palpate & cernite:quia spūs carnem & ossa non habet,sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset,ostendit eis manus & pedes. Rursumq; Thomæ locutus est ambigenti: Infer digitū tuū huc:& uide manus meas:& extende manū tuā & mitte in latus meū:& noli esse incredulus,sed fidelis. Deniq; ad ꝓbandā corporis ueritatē,sumpsisse scribit cibos:quos & archisynagogi filiæ iusserat tribui,quā a mortuis suscitauit. Et laçarus,ne resurrectio eius phantasma putaret: cū saluatore narratur inisse cōuiuiū. Non quo post resurrectionē māducemus & bibamus:ut Miliarij nostri uolūt:& imortalia atq; incorrupta corpa,alimonijs sustētāda terrenis sint: Alioqn ubi cib⁹,sequūt & morbi:ubi morbi,adhibēdus est medic⁹:ubi mediti, frequēter interit⁹:rursumq; resurrectio, & noua ex integro cōuersatio:sed ut resurrectiōis fidē cibor; assumptio cōprobaret. Hæc magnopę præcauem⁹ & pīsius loquimur:scientes inter serpētes nobis & scorpiones ambulandū:qui mordēt & feriūt in abscondito. De quibus & Ecclesiastes: Si momorderit,inquit, serpēs in silētio,nihil eo minus habet q occulte detrahit. Et huius pater Dauid: Sedēs aduersus fratrē tuū loquebaris:& aduersus filiū matris tuæ ponebas scandalum. Hæc feci‹sti›, & tacui:existimasti inique qđ ero tui similis. Arguam te & ponā contra faciē tuā:ut quæ in alijs criminaris,ipse habere docearis. Si cui autē explanationum in prophetas displicet longitudo:audiat libere,multo me pauciora dixisse cū rei obscuritas flagitat:& posse unūquēq; de nostra latitudine breues sibi cōmentariolos facere:qui tamen pleno intellectu nō sufficiēt. Neq; eī simplex a ꝓphetis historia,& gestorū ordo narrat: sed ænigmatū plena sunt omnia:aliudq; in uerbis sonant,aliud tenet in sensibus:ut quæ estimaueris plana & inoffensa currere lectiōne, sequētiū rursum obscuritatibus inuoluant. Verū tempus est ut finē imponā uolumini prophetali:in cuius expositione si prolixior solito fuero,extremis partib⁹ concedendū est:quas diuidere nolui,ne librorū numerus augeretur. G

F

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ESAIAM PROPHETAM LIBER DECIMVSOCTAVVS

Quæsierūt me q ante me nō interrogabāt ꝛc. Adoratiōnē populi mixtā quærimonijs, in qua dixerat: Quare nos errare fecisti dñe de uia tua: induraſti corda nostra ut nō timerem⁹ te: Rñdit,ut Iudæi uolūt deus pater: ut nos ꝓbamus,dñs atq; saluator:intantū nō sum rigid⁹ & crudelis: qui malo pœnitentiā pec‹ca›toris cū mortē: nec repello filios pœnitētes:qui tñ sui nominis seruauerint dignitatē:ut etiā alienos saluare uelim. Qui eī me nō quærebant,nec dicere poterāt:quē scripsit moyses in lege & ꝓphetæ inuenimus iesum: ipsis apparui: de quibus & alibi propheta testatus est: Quibus nō est annūciatū de eo,audient: & qui nō audierūt,intelligēt. Vos aūt qui legē dei die ac nocte meditamini,frustra iactatis pœnitentiā,cuius opa nō facitis. Vnde euāgelistæ & apli, semp aduētū dñi,ueteris testamenti cupidētes testimonijs roborare,dicebant: Vt implerēt qđ dictū est p ꝓphetā. Centurio dñm nō quærebat:& audiuit a dño: Nec; in israel tantā fidē inueni. Syrophœnissa mulier, ꝓpherarū eloqa nesciebat:& dñi uoce laudat: Q mulier magna est fides tua. Regulus qui græce dicit βασιλικὸς

3.63.d

Eçech.33.c

Iob.1.f
Esa.53.d

Mat.1.d
Luc.7.a
Mar.7.c
Matth.15.c
Iob.4.f

Quæsierunt me q ante me nō interrogabāt: iuenerūt q non q̄sierūt me: dixi: Ecce ego, ecce ego ad gētē: q̄ nō iuocabat nomē meū. b Expāndi manus meas tota die ad pplm incredulū: q gradit in uia non bona

Apparui nō quærentibus me: inuēt⁹ sū ab his q me nō interrogabāt. Dixi: ecce ego in gēte q̄ nō iuocauit nomē meū. Expādi manus meas tota die ad pplm icredulū & cōtradicētē: q nō ambulauerunt in quē nos de aula regia rectius interpretari possumus palatinū: nō solū filij, sed uniuersæ domus suæ repperit sanitatē. Qđ aūt iuxta hebraicū dicit: Quæsierūt me qui ante non interrogabāt: ad eundē sensum refert: ut prius dei noticiam nō habētes, postea quærāt dñm,& eū reuelatiōe cognoscāt: qui & Paulo dū ecclesiā credentiū psequit reuelatus est. Et apl̄o Petro ait: Beatus es simon bariona: quia caro & sanguis nō reuelauerūt tibi: sed pater meus qui est in cœlis. Hūc quærebat & moyses loquēs deo: Si inueni gratiā apud te: ostē de te mihi manifeste, ut uideam te: Maiores diuitias thesauris ægypti, christi opprobriū præstolās, dū retributionē desyderat futurorū: & inuisibilē deū quasi uideret, animo cōtemplabatur. De quo & in psalmis legit: Spes omniū finiū terræ & in mari longe. Et in genesi: Ipse erit expectatio gētiū. Qđ q; seqt: Dixi: Ecce ego sum ad gentē quæ nō inuocabat nomē meū, Illi sensui cōuenit: Qui est, misit me ad uos. Qui cū in forma dei esset, nō ē rapinā arbitrat⁹ æqlē se esse deo &c. sed totius mūdi ꝓuocās gētes: unā fecit sui noīs gentē christianorū. b Expādi man⁹ meas ꝛc. Hoc qđ sup dictū est: Apparui his q me nō interrogabāt: inuētus sum ab his q me nō quærebāt: Aplus Paulus scribēs ad Rhomanos, cū sup gentiū psona exposuisset, adiecit: Ad israel aūt dicit: Expādi manus meas ad populū incredulū & contradicentē: qui cū beneficijs dñi uinceretur: & ultra hominem signa conspiceret: loquebat

H

Act.9.a

Matth.16.d

Exo.33.c

ps.64.b
Gen.49.b

Exo.3.d
Phil.2.a

Rom.10.d

Luc.13.b Ioh.8.f Ibi.10.f Ibi.9.c loquebaꝫ: Iste nō efficit dæmonia: nisi in beelzebub principe dæmoniorū. Et iterū: Samaritanus es tu, & dæmoniū habes. Et rursum: Cū sis homo, facis te deum. Et alibi: Iste homo nō est a deo qui sabbatū nō custodit: & multa alia quæ longū est texere. Denicꝫ cum ille in cruce extenderet manus ad populū nō credentem & diceret: Pater ignoscе eis: qđ eū faciūt nesciūt: illi e regione dicebāt: Vah q destruit templū: & in tribus diebus ædificat illud: descendat nūc de cruce & credimus ei. Alios saluos fecit, seipsum saluū facere nō pōt. De hoc & simeon in ulnis tenens paruulum ꝓphetabat: Ecce hic positus est in ruinā & in resurrectionem multorū: & in signum cui cōtradicetur. Rhomæ iudæi loquunt ad Paulū: de secta hac notū est nobis, qđ ubicꝫ ei cōtradicaꝫ. Possumꝰ expāsas manꝰ, & ilaritate donātis accipe, qđ nihil eis petētibꝰ denegarit: sed statim rogāti leproso, reddiderit sanitatē: Et cæcus a natiuitate accepit oculos: Et esuriētia in deserto, exceptis pueris ac mulieribꝰ, ꝑpꝫrū satura ta sint milia. Significāt expāsæ manꝰ, & parētis clæmētiā, suos filios in sinu recipe gestiētis. Qui ecōtrario ābulauerūt in uia nō bona, & secuti sunt cogitationes suas. Quibus dominus loquitur per prophetam: Auerte pedem tuum a uia aspera. Dilexerāt eū alienos: & instar meretricis dixerant: Vadam post amatores meos. Et relinquētes uiam bonam quæ dicit in euangelio: Ego sum uia: ambulauerūt per latā & spaciosam uiā, quæ ducit ad mortē: & secuti sunt cogitationes suas, quas propheta deuitans, dominū deprecaꝫ: Ab occultis meis mūda me dñe: & ab alienis parce seruo tuo. Si mei nō fuerint dñati, tūc imaculatꝰ ero. Et Apꝰs eos q nō habuerūt noticiā dei, tradi docet reprobo sensui & opibus malis: ut faciāt ea quæ nō cōueniūt. Nos aūt psalmistæ uoce dicamꝰ: Deduc me in uia recta. a ¶ Populus q̄ ad iracūdiā ꝓuocat me ꝛc. Dicente dño: Nō facies tibi idolū, neꝫ similitudinē omniū quæ in cœlo sunt, & quæ sup terram: Et ꝑ moysen increpante: Faciētes irritauerūt me in dijs alienis: & in abominationibus suis me ad amaritudinē prouocauerūt: Immolauerūt dæmonijs, & nō deo. Illi studio delinquendi quasi irritarent & prouocarent deum: non solum fecerunt qđ non licebat: sed iugiter semperꝫ fecerunt, peccantes in conspectu domini: cuius oculis cuncta patent: uel in tēplo eius idolis hostias īmolantes. Ac ne quid uero deesset sacrilegio, īmolabant in hortis: & adolebant thura super lateres: iungentes idololatriæ luxuriam, & sacrificijs uoluptatem: & pro uno altari qđ impolitis lapidibꝰ dei erat lege cōstructum: coctos lateres & agrorū cespites, hostiarū sanguine cruentabant. Hoc dictum sit iuxta literā: Alioquin scđm intelligentiam spiritualē: omnis hæreticus ad iracundiam prouocat dominū: & in falsitate dogmatum suorum offert īmunda sacrificia: nequaꝫ firma & mansura perpetuo: sed instar hortorū ad breue uirentia, carnis delicijs prouidens.

Luc.23.c Matth.27.e Luc. 2.c Matth.8.a Ioh.9.a Matth.14.c Pro.4.d Oseе.2.a Ioh.14.a Matth.7.f Ps̄.18.d Rom.1.d Ps̄.138.d Exo.20.a Deu.5.a Ibi.32.c

HEB. non bona post cogitationes suas. Pōpulus
a qui ad iracundiam prouocat me, ante faciem meam
semper: qui immolant in hortis & sacrificant super
b lateres. Q̄ui habitant in sepulchris & in delubris idolorū dormiunt: qui comedunt carnem suillam & ius prophanum in uasis suis: qui dicunt, recede a me, nō appropinques mihi: quia immundus es.

Isti fumus

SEP. rūt in uia bona: sed post pctā sua. Populꝰ hic q exacerbat me in conspectu meo: ipsi semp īmolāt in hortis: & adolēt incēsū sup laterē dæmonibꝰ q nō sūt. In sepulchris & in spec ubꝰ dormiūt ꝓpter somnia: q comedūt carnē suillā & ius hostiarū: propha na oīa uasa eorum: qui dicunt, abi longe a me, ne appropinques mihi, quoniam mundus sum.

Isti est

Esa.40.b 3.Reg.21.a

Cui dicitur: Omnis caro fœnum: & oīs gloria eius quasi flos fœni: Aruit fœnum, & flos decidit: uerbum autem dñi qđ in ecclesijs prædicaꝫ, permanet in æternum. Hos hortos ex uinea sua nolēs fieri Naboth, Achab impijssimo regi sanguinē fundit. Neqꝫ eū congruū erat ut paterna periret hæreditas: Et excisis uineis, quæ afferunt fructū, qui lætificat cor hominis: in loco uirtutū, delitiarū atqꝫ uitiorum holera nascerent. Fertur sapientissimi apud græcos merito celebrata & laudata sententia: Q̄ui omnes sæculi uoluptates, & pompam mundi atqꝫ luxuriā celeriter transeuntē, hortos Adonidis uocat. Sacrificant quoqꝫ hæretici super lapides: quādo errores suos & exquisita mēdacia, dialectica nitunt̄ arte firmare, & in quadrū extruere: & ἐγκομίοις ut aiūt γράμμασις id est, secti in latere puluēris atqꝫ descripti lineis roborare. Qđ autem in Lxx. legitur: Dæmonibus q̄ non sunt: & in hebraico nō habeꝫ: illo sensu accipiēdum: qđ iuxta lr̄am & iuxta spm̄, nec dæmonia subsistāt: qa iā a deo q uere est, exciderūt: nec sectæ hæretico corum quæ nullam retinent ueritatē: sed in umbrarū similitudinē transeūt atqꝫ intereūt. Vnde & Hester loquit̄ ad dñm: Ne tradas hæreditatē tuam his qui non sunt. Et sanctus præcatur in psalmo: Ignosce mihi ut refrigerer, priusq̄ abeam & ultra nō subsistam. Q̄ui em̄ dum in hoc uiuit corpore, ueniam peccatorū nō fuerit cō secutus, & sic de uita excesserit, deo perit & esse desistit: licet sibi subsistat in pœnis. b ¶ Q̄ui habitant in sepulchris ꝛc in delubris idolorū ꝛc. Nihil fuit sacrilegij qđ israel populus prætermitteret: non solum in hortis īmolans, & super lateres thura succēdens: sed sedens quoqꝫ uel habitans in sepulchris, & in delubris idolorū dormiens: ubi stratis pellibus hostiarū incubare soliti erāt, ut somnijs futura cognoscerēt. Qđ in phano Esculapij usqꝫ hodie error celebrat ethnicorum multorūqꝫ aliorū: quæ nō sunt aliud, nisi tumuli mortuorū. Nec hoc erant impietatis fine cōtenti: sed porcorum quoqꝫ carnibus uescebant̄, qđ lege prohibitū erat: & ius hesternū qđ græci uocant ἔωλον, auidis faucibus deuorabāt: Vnde tam ipsi qꝫ uasa eorum immunda erant: & intm̄ procacitatis ac superbiæ augmenta capiebant: ut quicūqꝫ non simili duceret̄ errore, eum arbitrarent̄ īmundū, contactūqꝫ eius fugerēt: quēadmodū Samaritani & iudæi nobis faciūt; omnesqꝫ hæretici: Q̄uales nuper sub magistro cerebroso in gallia pullularūt: qui basilicas martyrū declinātes, nos qui ibi orationes ex more celebramus, quasi īmundos fugiūt. Hoc autē non tam illi faciunt qꝫ habitātes in eis dæmones; fortitudinē & flagella sancti cineris nō ferentes. Q̄uis autē hæreticorū non requiescit in memorijs: nō dormit in specubus magistrorū? Q̄ualis fuit Marcion & Valētinus: & nup Eunomius, mentis īmunditiā leprosa carne cōtestans: qui lumen sancti spiritus relinquentes, & cœnaculū in quo apostoli uersabātur, in diaboli tenebris cōmorant̄ & speluncas diligūt: quas Hieremias mystico sermone condēnat. Facta est hæreditas mea mihi q̄si spelūca ὑαίνης: quā nr̄i hyenam uocant: qđ animal semp cadaucra persequit̄: & uiuit succo ac sanie corporū mortuorum. Aduersum hos qui habitant in speluncis: & Habacuc lamentabili uoce dicebat: Væ qui potū dat ꝓximo amico suo potionis turbidæ: & inebriat eū ut respiciat ad speluncas suas. De his speluncis & dominus loquebatur: Scriptum est: domus patris mei domus orationis uocabitur: uos autem fecistis eam spelūcam latronū: in quibus animas interficitis deceptorum: ut non uideatis in eis uisiones. De quibꝰ idem saluator ait: Ego uisiones multiplicaui, & in manibus ꝓphetarū assimilatus sum: Et alius ad eum: Locutus es inquit in uisione filijs tuis: sed somnijs creditis & phantasmatibus, qbus præcepit dñs nō esse credendū. Isti porcorū carne uescunt̄: de quibus dicit̄: Ne miseritis margaritas uestras ante porcos. Et ius ꝓphanū comedunt: quod in libris eorū hæretica arte conditū est: Q̄uorū uasa īmunda sunt oīa: tam scilicet corpa qꝫ doctrinæ: & in

Luc.13.b Ioh.8.f Ibi.10.f Ibi.9.c Luc.23.c Matth.27.e Luc. 2.c Matth.8.a Ioh.9.a Matth.14.c Pro.4.d Oseе.2.a Ioh.14.a Matth.7.f Ps̄.18.d Rom.1.d Ps̄.138.d Exo.20.a Deu.5.a Ibi.32.c Esa.40.b 3.Reg.21.a

Hester.14.c Ps̄.38.c Hiere.12.b Abacuk.2.b Matth.21.b Oseе.12.c Leui.11.a Matth.7.a

E tantã dementiã ueniũt: ut quicũq; eorũ nõ fuerit similis, eũ quasi pditũ detestẽt. a Isti fumus erunt in furore meo ignis ardẽs tota die. Propter opa uestra, & incredibilẽ mẽtis arrogantiã: ut ĩmundi, mundos putaretis ĩmundos: eritis fumus, ignis ardens, q de meo furore succẽsus est. Furorem autẽ, obliuionẽ, iram, pœnitudinẽ, ita in deo debemus accipe: quõ pedes, manus, oculos, aures, & cætera membra quæ habere dicit incorporalis & inuisibilis deus. Non quo his pateat perturbationibus q eas dono gratiæ suæ extinguit in
Roma.2.a nobis: sed quo per nostra ẏba, dei erga nos intelligamus affectũ: Neq; eñ ira, quæ ẽ ultionis libido, ita definitur in deo, ut in hominibus: quæ materiam habet in nostris uitijs, non in domini uolũtate: qui thesauriçam[9] nobis iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei: ut tribulos nostros & spinas: & çi
1.Co.3.c çania quæ pro semine dei attulimus: ligna quoq; fœnum & stipulam quæ super fundamentũ Pauli ædificauimus, sapiens flamma consumat. De hoc
Deu.32.c F igne perpetuo: & in Moysi cantico legimus: Ignis accensus est de furore meo: & ardebit usq; ad infernum deorsum. Deuorabit terrã & genimina eius: comburet fundamẽta montiũ: & sagittæ meæ consumẽt eos. Cuius testimonij sensus est: qd ignis dei atq; uindicta, semper ardeat peccatoribus, & eos usq; ad inferos persequat: Qualis erat & diues ille in
Luc.16.e euangelio purpuratus: q requescẽte Laçaro in sinu Abrahã, æternis torquebat ardoribus. Terrã q̃q;: id est, carnẽ nostrã: & genimina eius: id est, carnis desyderia, eadem flãma comburet: & fundamenta montiũ quæ se eleuant cõtra scientiã dei. Ipsos quoq; montes dei iacula disperdent: ut humiliati in pœnis, montes esse desistant. Ecce, inquit, scriptum est coram me. Omnia enim nostra peccata dei patent oculis: & in
Dañ.7.c his scripta sunt libris: de quibus in Daniele legimus: Throni positi sunt: & libri aperti sunt. De quib[9] in alio loco dicitur: Super terram scribãtur: & nequaq; ultra reticebit. Qui
ẽ.42.c prius dixerat tacui: nunquid semper tacebo dicit dñs? sed reddet unicuiq; qd operatus est in sinu eius: hoc est, in cordis arcano: ut eos ꝓpria torqueat cõscientia. De qua & Oseæ
Osee.7.d propheta uaticinatur: Cadent in gladio principes eorũ propter indisciplinationẽ linguæ eorum. Hæc est detractio ipsorum in sinu eorum: quæ de uniuscuiusq; corde procedit. Si
Pro.5.d mile q̃d & in Prouerbijs scribit: In sinu reddunt suo iniqs omnia. Qui sinus ꝓpter animæ principale, alio nomine ap
Ezech.9.b pellat caput: Vias eorum dedi in capita eorũ. Et alibi: Con
Pš.7.d uertetur dolor eius in caput eius: & super uerticẽ illius iniq tas eius descendet. Est autẽ & bonus sinus q sanctitate frue
Ibi.54.b tur conscientiæ: de quo psalmista dicebat: Et oratio mea in sinum meũ conuertetur. Intelligit sinus in quẽlibet & affectus atq; dilectio: qñ ad maritum sermo dirigit uxoris quæ est in sinu tuo: & ad parentem adducent filios tuos in sinu.
Vnde & omnes qui patrem habent Abraham, & uirtutum
r.Luc.16.e eius similes esse meruerunt, requiescũt in sinu eius. Neq; eñ patres, quorum nũc iniquitates nobis & peccata reddũtur, eos debemus accipe, de quorũ semine nostra nata sunt cor
Exo.20.a pora. Alioquin & ipse moyses qui dixerat: Peccata patrum filijs esse reddenda in tertiã & quartam generationem his qui oderunt deum, interpretatur sententiam suam dicens: G
Deu.24.c Nõ morient filij ꝓpter peccata patrũ: sed unusquisq; in suo peccato morietur. Eandẽ Ezechiele approbante sententiã, qꝝ nequaq; dicatur illa parabola: Patres uuam aceruã come-
Ezech.18.a derunt: & dentes filiorũ obstupuerunt: Sed eius tantũ dentes obstupescere, qui comederit, & perire animã peccatricẽ: nec externa luere peccata. Ex quo intelligimus uel in bonam partem uel in cõtrariã, eos accipiendos patres: quibus unusquisq; apponit cũ de hac uita excesserit. Sacrificauit autem super
Osee.4.c mõtes & colles israel: qñ in bethel & dan aureos uitulos posuit: Et exprobrauit deo ſup præceptis suis, dũ eius neglexit cerimonias: & cultũ dei dæmonibus tribuit: quoꝝ opera reddenda sunt in sinu eorũ. Omnisq; hæreticus cõtẽnens ecclesiasticã simplicitatem, sacrificat in mõtibus: & exprobrat deo, dũ eius præcepta contemnit. b Hec dicit dominus: quõ si inueniatur granũ in botro ꝛc.

a HEB. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardẽs tota die. Ecce scriptũ est corã me, nõ tacebo: sed reddam & retribuã in sinu eorum iniquitates uestras: & iniq tates patrũ uestrorum simul dicit dñs: qui sacrificauerunt super montes: & sup colles exprobrauerũt mihi: & remetiar opus eorũ primũ in sinu eorum.
b Hec dicit dominus: quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur: ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter seruos meos: ut non disperdam totum.

Et educã

SEP. Iste est fumus furoris mei: ignis ardet in eo cunctis diebꝰ. Ecce scriptũ est in cõspectu meo: Non tacebo, donec reddã & retribuam in sinu eorũ peccata sua: & patrũ suorum dicit dñs: qui adolebant incensum super montes & super colles: exprobrauerunt mihi: reddam opera eorũ in sinum eorum. Sic dicit dominus: quomodo si inueniatur acinũ in botro, & dicatur: ne contingas illud quia benedictio est in eo: sic faciam propter seruum meum: ut non disperdam omnes.

Et educã

Dixerat dñs israel esse periturum, & omia peccata illius, suis H
patere conspectibus, & redditurũ se opera singulorum in sinu eorum. Post hæc infert similitudinẽ & cõparationis exẽplũ, quo doceat unũquẽq; suo perire peccato: & etiã si peccã tiũ sit plurima multitudo, unum iustum cunctorũ uitio nõ perire. Si quis ait in botro & uua, quæ ad maturitatẽ pueni re nõ potuit: & acescentes attulit fructus: uel aliquo aeris ac terræ corrupta est uitio: unũ granũ repperit illesũ, qd spem habeat adhuc maius fieri: & ad maturitatem solitam peruenire: dicat alteri: ne tangas illud, sed dimitte ut crescat: qa benedictio domini est: ut intãta acinorũ multitudine solũ euaderet siccitatẽ: Sic inqt de iudæorũ innũerabili multitudine quæ offẽdit deũ, si paucos iustos inuenero, liberabo eos de interitu plurimorũ. Et hoc faciã ꝓpter seruos meos abrahã, Isaac, & Iacob: ad ꝗs facta est repromissio: siue ꝓpter eos, q inter plurimos peccatores seruiũt mihi. Tale q̃d & in
Gen.18.d Genesi legimus: qñ de qnquaginta usq; ad decẽ paulatim
Ibi.19.f quærunt iusti q de peccato liberẽt ciuitatẽ: & Lot de sodomis cũ filiabꝰ suis solus iustus eripit. De ꝗ in canonica epi-
2.Pe.2.b stola scribitur: qd cruciaret anima ipsius uidentis nefanda cõmitti: & aniæ iudiciũ, corporis habitudine demonstraret.
Gen.5.b Enoch quoq; inter peccantiũ plurimã multitudinem solus
Ibidem.7.2 raptus ad deum est: Et Noe cum liberis suis propter declinantem omnem carnem a dñi seruitute, diluuiũ delere non
Ibidem.11.d potuit: Sed & Abraham de igne chaldæorum, fidei integritate seruatus est. In quẽ sensum & Hieremiæ uerba ex persona domini dicentis consentiunt: Quasi calidum in deserto, inueni israel cũ occisis gladio. Cum eñ, inquit, omnis mundus idololatriæ gladijs uulneratus iaceret exanimis: inueni israel in abrahã habere calorẽ fidei: quasi medicus, qui post prælium inter cadauera mortuorũ: ubi quẽ senserit pulsantibus uenis aliquid habere uitale: adhibet curam uulneribus ut restituat sanitatem. Pro eo qd scriptum est ὡς θερμὸν hoc est, quasi calidum: latinus interpres uerbi ambiguitate decœptus, lupinũ interpretatꝰ est: in ꝗ & grecorũ plærisq; erat: & tñ sciendũ in hebraico ꝓ calore scriptum esset חוֹרֵח

) qd interpretat

A qđ interpretatur gratia: qđ scilicet gratia dei,& non merito operū suorū saluatus sit israel. a ¶ Et educam de iacob se-
ℨ.65.b men ⁊c. Quem supra uocauit granū botri siue acinū: aut u multi uolunt racemū: hunc nunc appellat semen iacob & iu da: qui possideat montes siue montem eius. Semen iacob & iuda: plærique christū in telligūt: de quo in Ge-
Gen. 49 nesi dicit: Iuda, te lau/dabunt fratres tui &⁊c. Nulli em dubiū quin saluator de iudæ stir/pe generatus sit. Alij autē apostolos intelli/gi uolunt: de quibus
ℨ.10.e sæpe dixim⁹: Reliquiæ
Rom. 9.f saluæ erūt. Et: Nisi dns
ē.1.c sabaoth reliquisset no bis semen, quasi sodo/ma essemus: & similes gomorræ fuissemus. Isti possiderūt montē dñi, conscientia habitā/tis in se christi, loquen-
Hebre.12.f tes: Accessim⁹ ad sion montem, & ciuitatem dei uiuentis hierusalē cœlestem: Siue mōtes eius: de qbus in psal/-
ps. 124.a mis canitur: Montes in circuitu eius: & dns in circuitu populi sui.
Ibi.86.a Et: Fundamenta eius in montibus sanctis. Possidebunt autē sion electi dñi: & inhabita bunt in ea serui eius.

B De quibus in eodem
ps.104.a uolumine scribitur: Semen abrahā serui ei⁹: filij iacob electi eius.

a HEB. ¶ Et edūcam de ia/cob semen: & de iuda pos/sidentem montes meos: & hæreditabunt eam ele/cti mei: & serui mei inhabi tabunt ibi: & erunt campe/stria in caulas gregum: & uallis achor in cubile ar/mentorum populo meo
b qui quæsierunt me. Et uōs qui dereliquistis dominū: & obliti estis montē san/ctum meum. Qui ponitis fortunæ mensam & liba/tis super eam. Numera/bo uos in gladio: & oēs in
c cæde corruetis. Prō eo q̄ uocaui, & nō rndistis: locu tus sum, & nō audistis: sed fecistis malum in oculis meis: & q̄ nolui elegistis.

Propter

SEP. ¶ Et educā de iacob semen, & de iuda, & hære/ditabit montem sanctum meum: & hæreditabunt electi mei & serui mei ha/bitabūt ibi: & erunt in sal/tu ouilia gregum: & uallis achor in requie armento/rum populo meo qui re/quisierūt me. Vos autem q̄ dereliqstis me: & obliti estis mōtis sācti mei: & pa ratis fortunæ mensam: & impletis dæmoni poti/onem: ego tradam uos in gladium, omnes inter/fecti corruetis. Quia uoca/ui uos, & nō audistis: locu/tus sum, & contēpsistis: & fecistis malū in conspectu meo: & q̄ nolebā elegistis.

Propterea

Quicūq; ergo adhuc semen est, nec format⁹ in filiū: iste ser/
Iob. 8.c uus est dñi, cui dicit in euangelio: Scio quia semen abrahæ estis, sed necdum filij: Si enim semen essent abraham: opa utiq; abraham facerent. Qui autem filius, iste & electus est dñi. Vnde, electus possidet hierusalē & serui habitāt in ea:
Rom.8.c & de filiorum ac seruorū differētia dicit: Non accepistis spi/ritū seruitutis iterū in timorē, sed spm adoptionis. Et erunt inquit, campestria siue saltus in caulas gregum. Pro campe stribus in hebræo שָׁרוֹן ponitur. Omnis regio circa Lyd/dam, ioppē & Iamniā apta est pascēdis gregibus. De q̄ & in
Act.9.f actibus apostolorū scriptū est. Saltus autē uertentur in oui/
ps.28.b lia: iuxta illud qđ in psalmo canit: Vox dñi p̄ficiētis ceruos: & reuelabit salt⁹ siue cōdensa syluarū: ut latrones ibi latita/re desistant: & bestiæ uenenataq; animalia: & loca quondā insidiarū & sanguinis, in ecclesias dñi transeant: & pascant ibi greges ab eo, qui posuit animā pro ouibus suis. De quo
Ezech.34. scriptū est: Ipse pascet nos in sæcula. Ista uox dñi perficiens ceruos & reuelans condensa syluarū: per Ioannē clamabat
Matth.3.c in eremo: Iam securis ad radicem arborū posita est. Omnis arbor quæ non facit fructū bonum, excidet & in ignē mit/
Luc.3.a tetur. Et iterū: Omnis uallis implebit: de qua & nunc dicit: Et uallis achor in cubile armētoꝝ & in requiē populo meo qui requisierunt me. De qua & in libro Iesu filij naue legi/
Iosue. 7.d mus: qđ ibi interfectus sit Achā: qui furatus est de anathe/mate, & de spolijs hiericho: & cū oīi domo sua interfectus: atq; ex eo qđ turbauerit populū, locus ipse in quo hoc acci/
עכור dit, Achor, id est turbationis ac tumultus nomen accepit. Vallis igit Achor in q̄ q̄ndā maledictio fuit atq; suppliciū,
1.Co.9.b erit in armētorū requiē. Qua Paulus edisserēs ait: Nunqd de bob⁹ cura est deo? an utiq; de nobis dicit: Quia debet in spe qui arat, arare: & qui terit areā, terere eā in spe ut partici/
Osee.2.c petur. De hac ualle, & in Oseæ mystice scriptum est: Loquar ad cor eius: haud dubiū q̄n hierusalem: & dabo possessores illius inde: & uallē achor, ut aperiat intelligentiā illius. Idcir/co em̄ uallis achor in possessionē tradit armentorū populi dei, & saltus uertunt in caulas gregū: ut aperiat intelligētia: & dñi ueritas cognoscat. b ¶ Et vos qui dereliquistis do/minū ⁊c. In locis quondā siluestribus atq; turbarū: in locis gentilium, erūt caulæ ouiū: id est, ecclesiæ de toto orbe credentium. Vos aūt o populе isrl, qui dereliqstis dñm: & ad iracundiā ꝓuo/castis sanctū israel: qui obliti estis montē san/ctū ei⁹: de q̄ crebro di/xim⁹, uel dñm saluato rē: qui montiū mons est, & sanctorū omniū sanctus: uel montem sion, & ciuitatē dei ui/uētis hierl̄m cœlestē: qui hæc & hæc facitis tradā gladio: ut oēs interfecti, pariter cor/ruatis. Qui sit gladi⁹, dicemus postea. Poni tis, inqt, fortunæ mē/sam: & libatis sup eā. Siue iuxta Lxx. Para/tis fortunæ mensam: & ipletis dæmoni po/culū. aut κέρασμα, qđ omnes similiter trāstu lerunt: id est mixtā po tionē. Est aūt in cūctis urbib⁹: & maxime in ægypto: & in Alexan/dria idololatriæ uetus cōsuetudo: ut ultimo die anni & mensis eo/rū qui extrem⁹ est, po/nant mensam refertā uarij generis epulis, & poculū mulso mixtū: uel præteriti anni uel futuri fertilitatē auspicātes. Hoc aūt faciebāt & israelitæ, omniū simulacrorū portēta uenerantes: & nequaq̄ altari uictimas: sed huiuscemodi mensæ liba fundebāt. Qđ q̄ Lxx. trāstulerūt τῷ δαιμονίῳ. i. dæmoni: In hebraico habet גְּדוּד, qđ Symmachus interpretatus est, absq; me: ut sit sensus: Qui paratis fortunæ mēsam: & im/pletis absq; me potionē: ut doceat non sibi fieri, sed dæmo/ni. Gladi⁹ autē quo interficiūtur, pro supplicio accipiet. Neq; em̄ omnis populus israel gladio tradit⁹ est: quorū uidemus quāta milia in toto orbe dispsa sint: sed pœnis atq; cruciati bus captiuitati & ultimæ seruituti: iuxta illud qđ alibi di/cit: In gladio morient oēs pctōres ppli mei: & in Deutero/
Deu.32.f nomij cantico: Inebriabo sagittas meas in sanguine: & gla/dius me⁹ comedet carnes uulneratorū. Haud credibile esse potest, sagittas dñi inebriari sanguine, & gladiū illius uulne ratoꝝ saturari carnib⁹? De his sagittis quæ Iob p singula ho rarū momenta pungebāt loquit: Sagittæ dñi in corpe meo
Iob.6.a sunt: quarū furor ebibit spiritum meū: cū em̄ cœpero loqui stimulāt me. Iuxta Tropologiā autē hoc dicēdū est: qđ oēs
Tropo. qui ecclesiā deserūt & obliuiscunt montē sanctū dei: & se tra dūt spiritib⁹ erroris: & doctrinis dæmoniorū: isti parāt for/tunæ mēsam, nihil ad deū p̄tinere credentes: sed uel stellarū cursu uel uarietate fortunæ oīa gubernari: quos Paul⁹ in/crepat dicēs: Nō potestis mēsæ dñi p̄ticipari: & mēsæ dæmo
1.Co.10.c niorū. Non potestis calicem dñi bibere: & calicem dæmo/niorū: qa æternis tradent suppliciis: ita ut null⁹ eorū cædē & ruinā possit euadere. c ¶ Dico eo qđ vocaui & nō respō/distis ⁊c. Gladio ait estis traditi: qa non solū reliqstis me: & obliti estis mei: & fortunæ poculū miscuistis: sed cum essem
Iob.1 emmanuel. i. nobiscū de⁹: de q̄ & Ioānes scribit: Verbū ca/ro factū est, & habitauit in nobis: p̄ns uos uocaui: Reuerti/
Hiere.3.c mini ad me filij reuertētes. Et: Venite ad me oēs q̄ laboratis
Matth.11.d & onerati

Mar.14 & onerati estis:& respondere noluistis.Locutus sum in pa/
E rabolis,& omnia feci quæ facere debui:& non audistis me,
5.50.a imo & contẽpsistis:Ego eñ sum q & supra dixi:Veni,& nõ
erat homo:uocaui,& nõ erat q obediret.Nec uobis hæc suf
ficiebat impietas ut me præsentẽ cõtẽneretis:& missum ad
uos occideretis hære/
dem: sed fecistis malũ
in conspectu meo:&
quæ nolebã elegistis:
& blasphemastis filiũ
dei:ut peteretis uobis
Barrabbã latronẽ,ho/
micidij & seditiõis au
ctorẽ:& adhuc aude/
5.65.a tis dicere:Quare nos
errare fecisti a uia tua?
5.65.a Si eñ q me nesciebãt
inuenerũt me:& q me
non inuocabant,susce
perũt me:quibus uos
digni eitis cruciatib⁹,
q missum ad uos atq;
Matth.15.c dicentẽ:Non ueni nisi
ad oues perditas do/
mus israel: suscipere
noluistis:sed insup af/
fixistis cruci?Cõsyde/
randũ quid significet
Esa.65.c qđ ait:Et quæ nolebã
elegistis:aut quæ sit uo
luntas filij dei: qui lo/
Matth.7.c quit in euangelio:Nõ
oñis q dicit mihi,dñe,dñe,ingredi℮ in regnũ cœlorũ:sed q
facit uolũtatẽ patris mei q est in cœlis.De q̃ & ipse dicit de⁹:
Ps.39.b Vt facerẽ uolũtatẽ tuã uolui.Hæc ẽ uolũtas de q̃ & ipse dñs
Act.13.d loquebat℮:Inueni dauid filiũ iesse,uirũ iuxta cor meũ:q faci/
at omnes uolũtates meas.Vnde & sanctus præcat℮ & dicit:
Ps.142.c Doce me ut faciam uoluntatẽ tuam,quia deus meus es tu.
1.Co.6.c Omnia eñ licent,sed non omnia expediunt.Et de uirgini/
Ibi.7.e bus narrat Apostolus se domini non habere præceptũ:uult
F tamen nos esse sicut seipsum.Ex quo ostẽdit nequaq̃ indul
gentiam magistri sectandã esse,sed uoluntatẽ:& ea nos de/
bere eligere quæ expediunt, non quæ licent: ut illud est de
Titum.2.a digamia.Volo adolescentulas nubere,filios procreare,ma/
trẽsfamilias esse: Ponitq̃ causas, cur ista cõcedat:Iam enim
quædã abierunt retro post satanam.Ergo non est uoluntas
pura secundi matrimonij,quæ fornicationis comparatione
uilescit. a ¶Propter hoc hec dicit dñs deus: Ecce serui
mei comedẽt ℟c. Non solum gladio corruetis uos qui dereli
quistis dñm,& fecistis malum in conspectu eius,& presentẽ
noluistis audire:sed multam inter uos & gentium multitu/
dinem cernetis differentiam. Illi eñ qui serui erunt mihi,co
medent & bibent:lætabũtur & laudabunt præ exultatione
cordis.Vos autem econtrario,esurietis atq; sitietis:confun/
demini & præ dolore cordis & contritione spiritus ululabi/
tis:Quæ omnia χιλιασὰι in mille annis putant esse cõplen
da,cibũ & potum,regnũ dei esse credẽtes:nec intelligẽtes il/
Iob.6.d lud qđ scriptum est:Operamini,nõ cibum qui perit:sed pa
nem uitæ & ueritatis & carnem christi & fructum ligni uitæ
Ibidem.e comedere cupiẽtes.De quo saluator loquitur: Ego sum pa/
Pro.20.b nis qui de cœlo descendi.Et Ecclesiastes:Aperi oculos tuos
Ps.36.e & saturare panib⁹:Et psalmista:Iuuenis,inquit,fui & senui:
& non uidi iustum derelictum:neq; semen eius quærẽs pa
nem.Tota die miseretur & fœnerat:& semen eius in benedi
ctionẽ erit.De isto pane & cõuiuio spirituali, discipulos in/
Luc.22.c struebat:Vos qui perseuerastis mecũ in tẽptationibus meis
edetis in mensa patris mei in regno cœlorum.Quod si
de simplici pane accipiam⁹:quomodo illud explanare pote/
rimus,Non interficiet famæ dominus animam iustam: Et
Ps.36.c iterum:Cognoscit dominus uias immaculatorum:& hære
ditas eorum erit in sempiternum: Non confundentur in
tempore pessimo: & in diebus famis saturabũtur: Quan/
ti enim sancti in persecutione moriuntur famæ & ægestate

a HEB. ¶ Propter hoc hæc di
cit dominus deus:Ecce ser/
ui mei comedent: & uos
esurietis.Ecce serui mei bi
bẽt:& uos sitietis.Ecce ser/
ui mei lætabuntur, & uos
confundemini.Ecce serui
mei laudabunt præ exul/
tatione cordis: & uos da/
mabitis p̃ dolore cordis:
& præ contritionis spiri/
b tus ululabitis.Et dimittẽ/
tis nomen uestrum in iu/
ramento electis meis: &
interficiet te dominus de⁹:
& seruos suos uocabit no/
mine

confecti: quanti iusti esuriunt: & impij cruditatibus disten
duntur?Potus autem ille accipiendus est qui hauritur de G
fontibus israel: quem qui biberit: habebit in se fontem Iob.4.b
aquæ salientis in uitam æternam. Quem & saluator in re/ Luc.22.b
gno patris se bibiturum cum apostolis pollicetur:qui lætifi
cat cor hoïs, ita ut bi/
bentes possint dicere:
Dedisti lætitiã in cor/ Ps.4.b
de meo.De hoc cibo
& potu inter octo bea/
titudines dicit℮: Beati Matth.5.b
qui esuriunt & sitiunt
iusticiã. Et mater dñi
plena sancto spiritu p̃
phetabat: Esurientes Luc.1.c
impleuit bonis,q pri⁹
cibum domini nõ ha/
bebãt:& diuites dimi
sit inanes, qui dati sũt
pro sepultura eius: &
quem prophetæ pro/
miserant, respuerunt.
De quibus & in alio
loco psalmista decan/
tat:Diuites eguerunt Ps.33.a
& esurierũt: id est, po/
pul⁹ iudæor⁹:Qui au
tem quærũt dominũ,
hoc est turba gentiliũ,
non egebunt omni bo
no. Cũq; seruientes
christo & credentes ei
lætati fuerint:& laudauerint deum præ exultatione cordis
& gaudio:tunc illi confundentur,uidentes in suũ locũ alios
succesisse:& clamabunt præ dolore cordis,implentes illud
quod scriptum est:Ibi erit fletus & stridor dentiũ: quando Matth.13.
steterint agni gentiũ atq; iustorũ ad dexterã,& hædi iudæo/
rũ atq; impiorũ a sinistris:alijs recipiẽtibus æterna præmia,
alijs æterna supplicia. Cõtritio aũt spũs p̃ dolore cordis, in
telligẽda in cõsciẽtia pctõrũ:iuxta illud qđ scriptũ est: Cog Ps.50.d
noscent errantes spiritu intelligentiã, Et: Cor contritũ & hu H
miliatum deus non despiciet. Conteritur spiritus quando 4.Reg.17.
fuerit eleuatus: quod de rege inimico israel scribitur: Indura 2.para.36.
uit dominus spiritum eius.Et de babyloniorum principe:
quãdo eleuatum est cor eius, & induratus spiritus: ut super
biens diceret: Hæc est babylon & ego feci eam. b ¶Et mit/ Dañ.4.
tetis nomen uestrum in iuramento electis meis ℟ interfi
ciet ℟c. Pro πλησμονὴς : id est saturitate:quæ hebraice dicit℮
שִׂבְעָה cæteri iuramentum interpretati sunt : qđ uerbũ
multas habet intelligẽtias:& pro diuersitate accẽtuũ uariat℮.
Intelligit℮ eñ & iuramẽtũ & saturitas,& satietas,& plures,&
septem. De quo in libro geneseos diximus: & in hoc uolu/
mine:ubi septem mulieres apprehenderunt unum uirum. 5.4.a
Rursum pro eo qđ Lxx.transtulerunt: τὸ ἀληθινὸν,id est,ue
rum:& in hebraico dicitur אֱמֶת. Aquila uertit πιστωμέ/
νως:id est fideliter. Quod autẽ dicit: hoc est:alijs in uestrũ
succedentibus locũ:nomen uestrũ erit in iuramentũ electis
meis:ut pro malorum exemplo uos habeant & detestentur
talia sustinere:& iurent sic:non hæc patiar quæ passus est po
pulus iudæorum.Siue nomen uestrum erit in satietatẽ:qđ
in his dici solet,quorũ odiosa est recordatio & memoria:&
qui usq; ad saturitatem nauseamq; uenerunt. Vel certe hoc
dicendum,quod nomen suum derelinquant electis domi/
ni:ut pro illis gentium turba succedat: & ipsi appellentur
filij abraham & israel.De quibus Paulus loquitur: Pax su/ Gal.6.d
per eos : & super israel dei . Neq; enim qui ex israelitis sunt Rom.9.b
israel: nec qui semen abraham omnes filij,ad quos dicitur:
Si filij essetis abraham,opera abraham faceretis.Et quia se/ Iob.8.c
men sunt abraham,& non filij:de quorum differentia supra
diximus: Propterea eos increpat baptista Ioannes dicens:
Et ne uelitis dicere patrem habemus abrahã:potens est eñ Matth.3.b
deus de lapidibus istis suscitare filios abrahæ. Quõ enim

SEP. ¶ Propterea hæc dicit
dñs:Ecce serui mei come/
dẽt: uos aũt esurietis.Ecce
serui mei bibẽt: uos aũt si/
tietis.Ecce serui mei gaude
bũt:uos aũt cõfundemini.
Ecce serui mei exultabunt
in gaudio:uos aũt clama/
bitis p̃pter dolorẽ cordis
uestri: & p̃pter contritio/
nem spiritus uestri ulula/
bitis.Relinquetis eñ no/
men uestrum in saturitatẽ
electis meis. Vos autem
interficiet dominus:seruiẽ
tib⁹ autẽ mihi uocabit℮ no/
men

possunt

Hiere.2.f Gal.3.b A possunt huius esse filij qui dixerunt ligno & lapidi: tu genuisti me: Cum ecōtrario: qui ex fide sunt, hi appellentur filij Abrahæ: Vos autem (inquit) interficiet dominus: ut ne quaq̄ appellemini circumcisio, sed concisio: ut uita careatis
Iob.14.a æterna: ut nō habeatis eum qui dicit: Ego sum uita. Seruos autem (ait) suos: uocabit nomine alio, siue nouo, qđ in toto orbe celebrabitur. Et erit benedictum: intantū, ut qui illo nomine fuerit appellatus, benedicat in domino: & signum ueræ circūcisionis accipiat amen. Quo sæpe in approbationē eorum quæ dicta sunt, dñs utitur in euange-
Ibi. 5. c lio: Amen amen dico uobis. Nomen autem nouū siue aliud, nullū est, nisi quod ex Christi nomine deriuatur: ut nequaq̄ uocet populus dei Iacob, & Iudas, & Israel, & Ephraim, & Ioseph, sed christianus. Quicūq̄ em iurauerit in terra, nequaq̄ iurauerit in idolis & falsis dijs, sed in deo: quæ sententia rursum, amen signaculo comprobatur. Porro
B iuxta Lxx. qui p amē, uerum deum interpretati sunt, ut benedicatur deus uerus: & qui iurant sup terrā, iurēt deum uerū: nō scđm errorem Arrianorum referim⁹ ad personam
Iob.17.a tm̄ dei patris: de quo scriptum est: Vt cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti iesum Christum: sed ad filiū,
1.Iob.5.d qui & ipse uerus deus est: dicente euangelista Ioanne: Venit filius dei & dedit nobis mentem: ut cognoscamus uerum, & simus in uero filio eius iesu christo. Iste est uerus deus &
Iob.14.a uita æterna. Si enim saluator de se loquitur: Ego sum ueritas, consequenter uerus deus a ueritate nomen accepit: ut nequaq̄ scđm falsos deos appelletur deus: sed scđm uerū deum patrē & ipse sit uerus deus. Alioquin si nō est uerus, erit idolo similis: quod redundat in capita eorum qui christum uerum deum negant. Hoc est autem nomen nouum,
Apoc.2.c quod ei in apocalypsi super calculo scribitur, cui in toto orbe benedicitur. a ¶ Quia obliuioni traditę sunt angustię priores ꝛc. Causa lætitiæ & confessionis dei ueri est: quia æterna angustiarum priorum succedet obliuio: ut nequaq̄ idolorū meminerint & erroris pristini, sed ad lucem de tenebris transeant: ut æterna beatitudine perfruantur. Obliuiscentur enim pristina mala: nō obliuione memoriæ, sed bo-
Eccl.11.c norum successione: iuxta illud quod scriptum est: In die bo-
Ibidem.d na, obliuio malorum. Et alibi: Afflictio horæ, obliuionē facit delitiarum: eo q̄ in angustijs constituti, nequaq̄ uoluptatibus pristinis iuxta errorem Epicuri animo perfruantur. Licet possit & hoc dici, quod in cœlo nouo & in terra noua, omnis conuersationis pristinæ memoria deleatur: ne hoc ipsum pars malorū sit, prioris angustiæ recordari. Cœlum autē nouum & terram nouam, qui putant omnia interire
Matth.24.c quæ cernimus, euangelij interpretant testimonio. Cœlum
2.Co.4.d & terra transibunt. Et Pauli apostoli: Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna. Porro qui nouitatem, cōmutationem in melius, & nō elementorū
Ps. 101. d arbitrant interitū, illo utuntur exemplo: A principio terram tu fundasti domine: & opera manuum tuarū sunt cœli. Ipsi peribunt: tu autem permanes: & omnes sicut uestimentum ueterascēt: & quasi amictum inuolues eos & mutabuntur. In quo perspicue demonstratur perditionē & interitum: nō abolitionem in nihili, sed cōmutationem sonare in melius. C

Neq̄ enim illud quod in alio loco scriptū est: Luna fulgebit ut sol: &
Esa.30.f sol septuplum lumen accipiet: interitum significat pristinorum, sed cōmutationem in melius: Qđ ut possit intelligi, nostræ conditionis ponamus exempla: Infans cū in puerum creuerit: & puer in iuuenem, & iuuenis in uirū, & uir in senē: nequaq̄ per singulas ætates perit. Idē em est qui prius fuit, sed paulatim immutat: & ætati pristinæ perisse dicitur. Qđ intelligens & Paulus apostolus loquebatur: Præterit em
1.Co.7.f figura huius mundi. Cōsyderem⁹ quid dixerit: Figura præterit, non substantia. Hoc idem significat & Petrus: Latet eos hoc uolentes: quoniam cœli
2.Pe.3.b D erant ab initio: & terra de aqua: & per aquam dei sermone subsistit: per quæ prior mūdus inundatus diluuio perijt. Cœli aūt qui nūc sunt & terra, eadem ratione seruant igni: qđ quo sensu accipiendum sit, postmodum docet. Nouos autē cœlos, & nouā terrā uidebimus, & repromissionē eius: non dixit, alios cœlos & aliā terrā uidebim⁹, sed ueteres & antiquos in meli⁹ cōmutatos. Possum⁹ & hoc dicere, q̄ cōuersi ab idololatria: & pristino errore deserto, nouos cœlos & nouam terram uideant: Nequaq̄ arbitrantes elementa deos, & ea quæ nascunt ex terra. Nunc cōfitemur cœlum & terram opera esse manuum dei: Illo autem tempore, seruos & creaturam uenerabamur obsequio dei: quod & Dauid sen-
Ps. 8. a tiens cantat in psalmo: Videbo cœlos opera digitorū tuorum: non quo eo tempore cœlos non uiderit cum ista dicebat: sed quo per singula augmenta uirtutū & futurorū scientiam nouos uideat, quos ueteres iam uidebat. Qđ autē in fine huius testimonij dicitur: Quæ ego creo, a Lxx. prætermissum est. b ¶ Quia ecce ego creo hierl̄m exultationē ꝛc. Gaudere (inquit) & exultare debetis lætitia sempiterna in creatione nouorū cœlorū & terræ nouæ, & priorū penitus non meminisse: ne qua uobis recordationis antiquæ oriatur tristicia: quia non solum cœlos nouos & terrā nouā, sed hierusalem quoq̄ creabo in exultatione: & populū eius in gaudio. Haud dubium quin uniuersæ terræ: ut quæ uetus uni genti gaudiū erat, noua cunctis nationibus lætitiæ sit. Intantū autē exultatio erit omniū, atq̄ lætitia super urbe & pplo dei: ut ego q̄q̄ cōditor ei⁹ exultē & gaudeā sup hierusalē, & sup pplo meo: qui comedet & bibet & lætabit, & exultabit in ea: & qui in noīe nouo fuerit appellatus. c ¶ Et nō audiet in ea ꝛc. Neq̄ enim congruū erit ut in ciuitate hierusalē & populo dei, qui exultationis & gaudij æternā suscipiet creaturā: audiat ultra uox fletus & clamoris: quando abierint dolor, mœror, & gemitus. Contraria quippe simul esse nō possunt. Et ubi exultatio est, & gaudiū qui fruct⁹ est

E ſpirituſſancti: ibi fletus & planctus non poteſt commorari, qui aptus eſt lamentantibus atq; lugentibus: & præcipue
Ephe. 4. g clamor quem de eccleſia credentium Paulus expellit: ne in ſimilitudinē iudæorū, pro iudicio faciamus clamorē. In tali urbe diuerſæ ætates nō erunt, infans & ſenex, paruus & magnus, qui nō impleat
Ibi. c dies ſuos: ſed quaſi filij reſurrectionis, omnes perueniēt in uirū perfectum: in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: ut nec deſint alicui annorū ſpacia, nec ſupſint: & alio necdū ſolidas habēte uires, alius deſinat eſſe qđ fuerit: & decrepita ætate marceſcat. Perueniētq; oēs ad centenarium numerum:
Geñ. 21. a qualis fuit Abraham, qui promiſſionem filij Iſaac, hac ætate ſuſcepit. De cuius numeri laudibus, non neceſſe eſt plurima memorare, nc ſuperflua ſit diſputatio. Hoc tm̄ dicimus, q̄ decē decadis æqualia habeat latera: & quadræ formæ poſſideat firmitatem. In repromiſſionibus quoq; pro his quæ contempſimus, multiplicata nobis centuplum dominus pollicetur: & in bonam terram ſementis cadens, primū habet uberrimæ frugis numerū centenariū. Deniq; & Iſaac unam ſementem iaciens fidei, hoc numero laboris ſui opera multiplicata ſuſcepit. In illo igitur tempore, quādo ætas fuerit una cunctorum: & ſanctus & peccator erunt ſimili reſurrectione perfecti: nec inter ſe uariabunt tēpore: ſed alius ad præmia, alius
F ad ſupplicia pertrahetur: Et in eo peccator maledictus erit, q̄ incorrupto corpore pœnas patiet̄ æternas. Illud quoq;
Apoc. 20. d quod in apocalypſi Ioannis legimus: poſt reſurrectionē exhiberi præſentiæ iudicis paruos & magnos: nō ætatum, ſed meritorū ſignificat differentias. Qui enim paruus eſt, iuxta
Sapieñ. 6. a ſententiam Salomonis, dignus eſt miſericordia: Potentes autē potenter tormenta patientur. In quē ſenſum & domini
Luc. 12. f uerba conſentiunt: Seruus qui ſcit uoluntatē domini ſui & non facit eam, uapulabit multis. Qui vo neſcit & fecerit digna, plagis uapulabit paucis. Beatus apls Paulus Chriſto
Roma. 4. b in ſe loquēte, ſcripturā ueterē ediſſerēs: Abrahā patriarchā non ſolum circūciſionis, ſed præputij aſſerit patrem: hoc eſt, duos ex eo populos eſſe generatos: & eum qui iuxta carnē natus fuerat, centenarius, propter chriſtū, qui de Abraham ſtirpe generatus eſt: in quē ille miſerit manus, maledictio/
ni perpetuæ ſubiacere. Hanc figuram docent euangelia: in
Mar. 5. c quibus fertur tūc hæmorrouſam ægrotare cœpiſſe, quādo nata eſt filia archiſynagogi: & qñ iſta ſanata ſit, ſtatim illam eſſe mortuam: uno atq; eodē annorū ſpacio, nouū populū in iuuentute perſiſtere: & ueterē in infidelitate mori, & eſſe maledictum. Hoc iuxta Lxx. interpretes diximus: quorum æditio toto orbe uulgata eſt: ne in loco famoſiſſimo uidere/
mur ad hebrææ linguæ arcem confugere. Q̄d ſiue poſt reſurrectionē intellexeris in ſecundo ſaluatoris aduentu: ſiue poſt baptiſmum in prima reſurrectione credendū, non abhorret ab eccleſiæ fide. Hebræi hæc ante reſurrectionem in mille annorū regno ſup terrā futura cōtendunt: & tā longa futuræ uitæ ſpacia repromitti, ut centū anni reputentur infantiæ: peccatorē autē centeſimo ætatis ſuæ anno eſſe moriturum: ne uidelicet paratis opibus perfruatur: ſed ob peccatum, maledictum eſſe ſe nouerit. Q̄d ſi ita eſt, ubi erit beatitudo perfecta, quæ peccato uiolatur atq; corrumpitur: & peccatū immatura morte punitur? a ¶ Et ędificabunt domos ⁊c. De his domibus, & in ſexageſimooctauo pſalmo ſermo propheticus pollicet̄ dicens: Quia deus ſaluā faciet ſion: & ædificabunt̄ ciuitates Iudæ, & habitabunt ibi: & hæreditate acquirent illam: & ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea. Quæ omnia iudæi accipiūt carnaliter: ut hieruſalē urbeſq; Iudææ reſtituantur in priſtinum ſtatum. Quod ſi eis dederimus: audiant non ſolum hoc hieruſalem, ſed & ſodomæ repro/
mitti: dicēte Eçechiele: Reſtituet̄ ſodoma in antiquū. Ergo Eçech. 16. g
domus in quibus habituri ſunt qui ædificant eas: uel ỳtutes intelligēdæ ſunt, uel diuerſæ māſiones apud patrem: quas iugiter poſſidebit, qui eas ædificauerit: Quales ſibi ædificaſſe & obſtetrices dicunt̄ in Exodo: Exo. 1. d
quæ timebant deum: licet ſcriptum ſit in hebraico, a deo eis ædificatas domos: quia timuerūt eum. Et Iacob quia ſimplex erat: ſiue ut græce dicitur ἄπλαστος. i. nequaq; fictus: nec talis quales in Petri epiſtola cōdemnantur: de quibus ait: In 2. Pe. 2. a
auaricia fictis ſermonibus de uobis negociant̄: Idcirco habitabat in domo: quam Eſau qui feris delectabat̄ & ſyluis, poſſidere non potuit. Talem domum & ſaluatoris in euangelio uerba deſcribunt: Omnis qui uenit ad me, & audit ſermones meos & facit eos: ſimilis erit uiro prudenti: qui ædificauit domū ſuam ſuper petrā: & reliqua. Alioquin iuxta literā, multi ſancti ædificant domos: & non habitant in eis: uel peregrinatione, uel alterius rapina, uel morte ſubtracti. Matth. 7. d
Qualis fuit Iob, qui diues carne & ſpiritu: in tantam dedu/
ctus eſt paupertatē, ut in ſterquilinio ſederet extra portam Iob. 2. c
H ciuitatis. Econtrario diues ille in euāgelio purpuratus, ædificauit domum & habitauit in ea: cui rectiſſime dici poterat: Stulte, hac nocte auferetur anima tua a te: quæ autem Luc. 12. c
præparaſti, cuius erunt? Non ſolū autē ait: Edificabunt domos & habitabunt in eis, ſed plantabunt quoq; uineas: & ipſi comedent fructum earum. Iuxta illud quod in Michea dicitur: Requieſcet unuſquiſq; ſub uinea ſua, & ſub ficu ſua, Michee. 4. b
& non erit qui exterreat. Hæc eſt uinea quæ in euangelio lo
quebat̄: Ego ſum uitis, & uos palmites: & pater meus agri/ Ioh. 15. a
cola. Omnis qui nō facit fructum, excidetur & in ignē mit/ Matth. 3. c
tetur. Huius fructus comedunt̄ & bibunt̄: & lætificant cor hominis: & inebriant amicos ſponſi: & in regno dei bibuntur quotidie. Sub ficu autē requieſcit, & nullius inſidias reformidat: qui dulcedine ſanctiſpiritus fruit̄: & illius fructibus ſaturat̄ charitate, gaudio, pace, fide, cōtinentia, patiētia,
De huiuſcemodi dicit̄ plantatore: Qui plantauerit ficū, co Amos. 9. d
medet fructus eius. Qui tales ædificauerit domos, & plantauerit uineas: de quibus & Apoſtolus gloriat̄: Ego plan/ 1. Co. 3. b
taui, Apollo rigauit, deus incrementū dedit: comedet labo/ Pſ. 127
res manuum ſuarū: & ſeminans in ſpiritu, de ſpiritu metet Ioh. 4. c
uitā æternā: nec diaboli & ſatellitū eius fraudib⁹ ſupplantabitur. b ¶ Secūm dies eñ ligni ⁊c. Eterna erit habitatio, atq; plantatio iuſtorū: ut dies uitæ ppli mei, dieb⁹ uitæ ligni comparent̄: de quo in pſalmis dicit̄: Iuſtus ut palma florebit: quotidie triumphās de aduerſarijs: & inſigne uictoriæ Pſ. 91. f
præferēs. Sin autē iuxta Lxx. legim⁹ dies ligni uitæ: qui magis ſenſum ex hebræo uertere q̄ uerba: Lignum uitæ intelligimus: qđ in paradiſo ſitum eſt. Ad qđ ne extēderet Adam manū ſuā ut uiueret, eiectus eſt de paradiſo. In cuius cuſto/ Geñ. 3. d
diam cherubim, id eſt, ſcientiæ multitudo, & ignita framea poſita eſt: ut ſeruarēt uiam ligni uitæ: ne in peccato poſitus Adam: & necdū ſua delicta cognoſcēs, comederet ex eo: & impœnitentiæ deſperationiſq; ac ſuperbiæ morte moreret̄. Q̄d ſit hoc lignū uitæ, Salomon exponit manifeſti⁹: qui de ſapiētia dei diſputans ait: Lignū uitæ eſt oñib⁹ qui accedūt Pro. 3. c
ad eam: & qui innitunt̄ ſup illā, q̄ſi ſup dñm firmitas. Nec dubiū quin uerbū dei ſignificet, qui ipſe ē uita atq; ſapiētia:

& de ſe

Iob.11.c & de se loquit: Ego sum uita. Et de quo propheta decantat:
Ps.103.c Omnia in sapientia fecisti: repleta est terra creatione tua. Et
1.Co.1.d apostolus Paulus: Christus dei uirtus, & dei sapiētia. Ope-
A ra quoq; populi dei non ueterascent, sed innouabunt quo-
Rom.7.b tidie: ut non ambulent in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus: Vt quō per inobedientiā unius hominis, peccatores constituti sunt plurimi: sic per obediētiam unius hominis, iusti constituant multi. Vel certe hoc dicendū, q; opera eorū ueterascant: quorum domus fundata super petrā, permanet in æternū: & qui ædifi-
1.Co.3.c cauerunt super fundamentum christi, aurū, argentum, lapides pretiosos: Et ecōtrario eorum opera dispereant: quorum domus fundata super arenam, subita tēpestate subuertitur: & qui ædificauerunt sup fundamentū christi, ligna, fœnum, stipulam. An non tibi uidetur quotidie inueterare opera sua, qui præteritorū oblitus, in futurū extenditur? Vnde & uetus & nouum dicitur testamentū: non quo uetus pereat, sed quo nouo aliud non succedat. Hoc quoq; iuxta hebraicum dici potest: q; opera populi & in Christo credentium fructus sint apostolorum:
Matth.20.b id est electorū dei: & in thesauris eorum recondant. Multi
B enim uocati, & pauci electi. Isti nō laborabūt frustra: ut q̄ndā laborauere Iudæi: sed labores manuū suarū manducabūt: neq; generabunt in cōturbatione, siue in maledictione: & ut in hebraico expressius ponit εἰς ἀνυπαρξίαν, qđ lingua eorum dicitur לְבֶהָלָה, hoc est, ut esse desistant: & finem substantiæ suæ habeant: p quo Aquila, Symmachus, & Theodotio, festinationem interpretati sunt: ut nequaq; festinent
Iob.1.g absq; ratione credere: sed imitentur Nathanael, qui domini uoce laudatus est: Ecce uere israelita in quo dolus non est:
Ibidem qui Christum auctoritate scripturarū quærebat: & de prophetis cupiebat agnoscere dicens: De naçareth potest aliquid boni esse? Et est sensus: Quomodo mihi Messiam adducitis de galilæa: & naçareth quē ego de bethlehem Iuda scio esse promissum? Apostoli igit & apostolici uiri, ita filios generabunt, ut de scripturis sanctis instruant: ut nō imitentur maledictionem iudæorum: sed cum propheta dicant:
s.26.c A timore tuo domine in utero cōcepimus, & parturiuimus
Luc.1.e & peperimus. De his em dictum erat: Benedicta progenies
Iob.8.e uteri tui. Tales sunt filij Abraham, qui faciunt opera eius: & in ueteri historia appellantur filij prophetarum: quales &
Act.16.a in nouo instrumēto apostoli genuerūt: Paulus, Timotheū, Lucam, & Titum, multosq; alios. Petrus, Marcum euangelistam: & cæteri, cæteros: quorum benedictum semen est: & hucusq; benedicitur: & permanēt filij filiorum. De quibus
Ps.111.a propheta dicit: Beatus uir qui timet dominū: in mandatis
Ibi.127.a eius uolet nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Et alibi: Filij tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Econtrario de iuda dicitur proditore,
Ibi.108.a & omnibus qui similes eius sunt: Fiant filij eius pupilli: &
Iob.15.d uxor eius uidua. Commoueant & transferantur filij eius: & mendicent: eiciantur de domibus suis. Generationis enim malæ, finis est pessimus. Qui concipiunt dolorem, &
Ps.7.d pariunt iniquitatem. De quorū scriptum est principe: Ecce parturijt iniusticiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Si autem hoc de impijs dicitur: quomodo Samuel uir
1.Reg.8.a beatus & iustus, filios pessimos genuit: qui non ambulaue-

HEB. neq; generabunt in cōturbatione: quia semen benedictorū domini est: & nepotes eorum cum eis. Eritq; anteq; damēt, ego exaudiam: adhuc illis dicentibus, ego exaudiam. Lupus & agn⁹ pascent simul: & leo & bos comedēt paleas: & serpenti puluis panis eius. Non nocebūt, neq; occidēt in omni monte sancto meo dicit dominus. Ca. LXVI

Hæc dicit dns

runt p uiam patris? Et Dauid, de cuius semine, duos genuit filios, Amnō & Absalon: quorū alter fratris, alter patris extitit parricida? Ex quibus omnibus discimus, filios & nepotes scd̄m id intelligi debere quod diximus. Iuxta quod & Paulus filios parturit: donec Christus formet in eis: & Onesimū in uinculis generat. Qui cū clamauerint, statim exaudiuntur: & illis loquētibus, dicet dominꝰ: adsum. Quæ omnia etiam iuxta literam in Actibus apostolorum cernimꝰ esse cōpleta. Neq; em potuissent omnes gentes in tam breui tempore credere, nisi signorum miraculis, fides eorum quodammodo esset extorta. Loquentibus enim & clamantibus apostolis & apostolicis uiris, dominus signorum magnitudine respōdebat: ut Dorcas ad preces Petri surgeret: ut Publij pater in insula Meleta

SEP. neq; filios generabūt in maledictionē: quia semen benedictū a dño est: & nepotes eorū cū eis. Et erit anteq; damēt, ego exaudiā eos: adhuc loquēti-
bus illis dicā, qd est: Tunc lupi & agni pascent simul: leo autē quasi bos comedet paleas: & serpēs terrā quasi panē. Nō nocebunt, neq; corrumpent in monte sancto meo dicit dominus. Ca. LXVI

Hæc dicit dns

C
2.Re.13.e et.15.d.16.c
Gal.4.c
Act.9.g
Ibi.28.b

febribus & dysenteria: qui morbi inter se cōtrarij sunt, Pauli precibus sanaret: & ut eos totus orbis, deos inter homines diceret ambulare. Tunc lupus & agnus pascebantur simul: persecutor Paulus, & Ananias discipulus. Ille lupus
Ibi.9.c de quo scriptū est: Beniamin lupus rapax, mane comedet
Gen.49.d prædā: & ad uesperā dabit escas: siue ut in hebraico dicit: diuidet spolia. Cuius doctrina cibus fuit credentiū: & qui in toto orbe de superatis aduersarijs triumphauit. Agni autem credendi sunt omnes, qui in uestibus candidis sequun
Apoc.14.a tur agnum quocunq; uadit: Quos dominus Petro tradidit ad pascendum dicens: Pasce agnos meos. Leo quoq; ut
Iob.21.d bos comedet paleas, quando uiri disertissimi, & quondam apud sæculum potentes, scripturarū se tradunt rusticitati: ut nequaq; sæcularia pascantur eloquētia: quæ instar mellis stillat de labijs meretricis: sed uilitatem & paleas sequanē historiæ: donec multo labore atq; industria mereantur ad frumentū sensuum peruenire. De quibus paleis & frumento Hieremias loquitur: Quid paleis ad triticum dicit do-
Hiere.23.f minus? Et consyderandum, q; non bos uertatur in rabiem: sed leo mutetur in mansuetudinem. Serpens etiam qui obseruabat hominis calcaneum: & cuius ab homine obserua-
Gen.3.c batur caput, nequaq; aliorū nutrietur interitu: sed terram siue puluerē quasi panem comedet. Aut certe sic intelligendum: q; diabolus qui prius hominum mortibus pasceba-
tur: eos tantum comedat, qui puluis ac terra sunt: Per quæ omnia, demonstratur malorum in bonum commutatio: qui innoxij erunt antiqua feritate depositi: non foris, sed in monte sancto domini, hoc est, in ecclesia & in confessione eius montis, a quo uulneratus est princeps Tyri: & qui excisus de monte sine manibus, creuit in montem magnum:
Dañ.2.g & impleuit orbem. Interrogemus in hoc loco Iudæos: & omnes qui sub nomine Christiano adhuc paleas comedūt scripturarū: quæ uentilabro domini a tritico separatæ, uento tradent & flāmis: quæ beatitudo sit æstimāda, ut in mille annorū regno in sion monte ciuitate Christi præsentis hierusalem: & in templo augustissimo, lupi & agni, leones & boues, serpētes & homines simul comedant: pariterq; commorent? & hi tm innoxij sint, qui in monte sancto domini habitauerint. Ex quo intelligimus omnes qui extra montē fuerint occidendos. Nudabit ergo lupis, leonibꝰ, ursis, pardis, atq; serpētibꝰ, & cæteris bestijs uniuersus orbis: & immēsi saltꝰ, & ægyptiæ uastitas solitudinis, quæ uenenatorū animantiū fertilis est: & p summa fœlicitate ciuitas sancta:

nō solum

E non ſolum hominū: ſed & beſtiarū ac ſerpentium erit habi-
Ꝫ.11.b taculum: ut iuxta ſuperiorē pphetiam: Habitet lupus cum agno, & pardus cum hædo: uitulus & leo, & oues cum urſis ſimul morentur: & puer paruulus regat eos: & infans ab ubere mittat manum in foramen aſpidis: & in cauerna ſua interficiat regulū. Cauſaq; ſit tantæ fœlicitatis: quia repleta eſt omnis terra ſcientia domini.

Ca. LXVI

HEc dic̄ dominus ꝛc̄. Ne montē ſanctū intelligerem⁹ ſion: & iudaico operiremur errore: qui putant extrudam hieruſalem: & omnia quæ dñs polliceatur ibi explenda carnaliter: aufert nobis hanc ſuſpitionē: & ponit teſtimoniū, q̄ uſus eſt Stephanus primus martyr ī chriſto aduerſum iudaicā cōtentio-
Act.7.f nem. Salomō ædificauit ei domū: haud dubium quin deo: ſed nō in manufactis excelſus habitat: ſicut pro-
Ibidem pheta ait: Cœlū mihi thronus eſt: terra autē ſcabellum pedū meorum. Et Paulus in eodem uolumine: Deus qui fecit mūdū & quæ in eo ſunt, nequaq; in
F tēplis manufactis habitat. Si enim inſtar ſedentis in ſolio atq; regnantis, cœlum thronus eius eſt: & terra ſcabellum pedum illius: Quomō paruo claudet̄ loco, qui complet omnia: & in quo ſunt omnia? Vnde & Moyſes: Ne dicas (inquit) in corde tuo, longe
Deu.4.f eſt: Deus enim in cœlo ſurſum: & ſuper terram deorſum: &
Pſ.138.b non eſt alius præter eum deus. Et pſalmiſta: Quo ibo a ſpiritu tuo: & a facie tua quo fugiam? Si aſcēdero in cœlū, illic es: ſi ad inferna deſcendero, ades. Cui & Hieremias exper-
Hiere.23.e ſona dei congruit dicens: Deus appropinquans ego: & nō de longe deus. Nunquid latere quis poterit in abſconditis, & ego nō uidebo eum? Nonne cœlū & terrā ego impleo? In
Act.17.f ipſo em̄ oēs ſumus, & mouemur. Hoc autē dicit, ut iudaicū cōuincat errorē: qui putant inuiſibilē & incorporalē, & incō
prehēſibilē deū, tēplo hieruſalē poſſe cōcludi. Q̄d quidē &
3.Reg.8.c ipſe Salomō extructor tēpli, in oratione ſua ad dñm prolixius confiteť. Ac ne arbitremur cœlo q̄q; & terra dei magnitudi-
ꝫ.40.c nem metiēdā: In alio loco de eo legim⁹: Qui tenet cœlū palmo, & terrā pugillo. Per quæ oſtendit deus & forinſecus & intrinſecus, & infuſus & circūfuſus, dū & ſolio ambiēte nō cōcludit: & pugillo cōcludit ac palmo. Qui nō ſolū cœli & terræ, ſed & inuiſibiliū creator eſt angelorū, & archangelo-
Col.1.b rum, dominationū, poteſtatū, & cunctorū hominū: De qui-
Iob.10.b bus Apoſtolus loquit̄: Quæ oīa dei manus operata eſt.
Pſ.118.k De qua & Iob & pſalmiſta cōmemorāt: Man⁹ tua fecit me:
Iob.1 & plaſmauit me. Omnia em̄ p ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factū eſt nihil. De quo rurſum Ioannes: In mūdo (ait) erat:
Pſ.32.b & mundus p ipſum factus eſt. Ipſe em̄ dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Et hoc q̄d ſcriptura Geneſeos myſtico ſermone demōſtrat: Dixit deus: & fecit deus. Ver-
Pſ.32.b bo em̄ dñi cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius oīs uirtus eorū. Nulluſq; locus eſt requietionis dñi, niſi iſte quē propheta ſubnectit. b Ad quē autē reſpiciā ꝛc̄. Sublato altari temploq; terreno, q̄d humana cōſtruxerat manus: recte auferunt̄ & uictimæ iudæorū, ne forſitan dicerēt: Non tam

a HEc dicit dominus: Cœlum ſedes mea: & terra ſcabellum pedum meorum. Quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi: & quis eſt iſte locus requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit: & facta ſunt uniuerſa iſta dicit dominus.

b HEB. Ad quē̄m autē reſpiciam, niſi ad pauperculū & cōtritū ſpū̄, & tremētē ſermones meos? Qui īmolat bouē, q̄ſi q̄ interficiat hominē. Qui mactat pecus, q̄ſi q̄ excerebret canē. Qui offert oblationē, q̄ſi q̄ ſanguinē ſuillum offerat. Qui recordat̄ thuris, q̄ſi q̄ bn̄dicat idolū. Hæc ōm̄ia elegerunt in uiis ſuis: & in abominationib⁹ ſuis aia eorū delectata eſt. Vnde & ego eligam illuſores eorum: & quæ timebant, adducā eis.

Quia uocaui

SEP. Et ſuper quem reſpiciam, niſi humilem & quietum, & trementem ſermones meos? Iniquus autem qui immolat uitulū, quaſi percutiens uirum: Sacrificans de grege, quaſi qui occidat canē: Qui offert ſimilam, quaſi q̄ ſanguinē ſuillum: Qui dat thus in memoriale, quaſi blaſphem⁹. Et ipſi elegerūt uias ſuas: & abominatiōes ſuas anima eorum uoluit: & ego eligam illuſiones eorum: & peccata retribuam eis.

Quia uocaui

G Iuxta illud Apli: Vos autē eſtis templū dei: & ſpiritusſanctus habitat in uobis. Si quis uiolat tēplū dei, uiolabit illū deus. Templū enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Quicunq; ergo humilis eſt & quietus, & tremens ſermones dei, ipſum reſpicit dominus: & de ipſo dictū intelligi poteſt, qd̄ ſub terræ noīe prophetat̄: Terra tremuit & quieuit, cū reſurgeret ad iudicium de⁹: Habitatores em̄ ei⁹, p qb⁹ μεΤωνυμικῶς terra dicit̄: cōſyderantes iudiciū dei, quietē agunt a malis operibus: & ſedentes in domo æterno, requieſcūt ſabbato, ne moueant ſe ad opus ſeruile peccati: ſicut ædificatores turris mouerūt quondam de oriente pedes ſuos: & ortum ueri luminis reliquerūt: Nec audierunt illud quod ad Cain dicit̄: Peccaſti, quieſce. Sed iuxta
H prouerbia Salomonis: Qui audit deū, habitabit cōfidens: & quieſcet abſq; timore & omni malo: Iſte eſt humilis atq; pauperculus: & cōtritus ſpū̄, tremenſq; ſermones dñi: de q̄
Matth.5.a ſcriptū eſt in euāgelio: Beati pauperes ſpū̄: q̄m ipſorū eſt re-
Pſ.40.a gnum cœlorū. Et alibi: Beat⁹ qui intelligit ſup egenū & pau-
ꝫ.61.a perē. Et rurſum: Spūs dñi ſup me, ꝓpter q̄d unxit me, euangeliçare paupib⁹ miſit me. Q̄d q; ſequit̄ in æditione uulgata: Iniquus aūt, in hebraico nō habet̄: ſed ſimpliciter iungit & dicit: Qui īmolat bouē, q̄ſi q̄ interficiat hominē. Q̄d &
Oſee.6.b in alio ſcriptū eſt loco: Miſericordiam uolo, & nō ſacrificiū: ſcien-
Malachi.1 tiam magis dei, q; holocauſtū. Et p Malachiā: Omnia quæ oderā, faciebatis: operiētes lachrymis altare meū: nunquid dignū eſt ut reſpiciā ad ſacrificiū ueſtrū: & ſuſcipiā placabile q̄d de manib⁹ ueſtris? Audiant Iudæi q; deus nō quærat ſacrificia, ſed offerētiū animū. Et qui mactat (inquit) pecus,
Deu.23.c quaſi qui excerebret canē. Vñ & p Moyſen ſcriptū eſt: Non offeres mercedē meretricis: neq; preciū canis in domo dei tui. Pulchreq; canis & meretrix copulant̄: quia utrūq; aīal pronū eſt ad libidinē. Simulq; cōſyderemus q; nō dixerit: Qui īmolat arietē, q̄ſi qui īmolat canē: ſed occidat (inquit) canē: Q̄d uerbū nō poniť in ſacrificijs, ſed in his quæ trucidant̄ illicite. Qui offert oblationē & ſacrificiū, q̄ſi q̄ ſanguinem ſuillū offerat. Q̄d & ipſum lege ꝓhibet̄: tales ſunt ceremoniæ iudæorū. Qui thus tribuit q̄ſi blaſphemus: īmo q̄ſi bn̄dicēs idolo. Pōt autē & hic eſſe ſenſus: Poſt filiū meū qui uenit māſuetus & paup, ſedēs ſup pullū aſinæ: nolo carnes: uictimas deteſtor: ſacrificia iudæorū, umbras legis reprobo: q̄a delectabilis mihi ē ṽitas euāgelij. Sin aūt hoc dicit̄: q; poſt fulgur euangelij, uetus religio ceſſet in nube: Quid reſpondebūt, qui credētes ex iudæis arbitrant̄ abſq; noxa ſui poſſe carnaliter offerre ſacrificia? c Hæc oīa elegerunt ꝛc̄. Immolare bouē, mactare arietē, offerre ſacrificiū, thura ſuccēdere: quæ ita habet de⁹, q̄ſi homicidiū, & oblationē canis: & ſuillum ſanguinē atq; blaſphemiā ipſi elegerūt: & ut talia

colerent

A colerẽt,eorũ arbitrij fuit:Iuxta qđ dicit p Eçechiel:Dedi eis iustificationes nõ bonas, & præcepta nõ bona:& in uijs inquit suis ambulauerũt,nõ in uia dñi:Et abominatiões suas aĩa eorum uoluit:ut amatores magis essent sui,q̃ amatores dei. Quã ob causam illis eligentibus uias suas:& nõ eum
Ioh.14.a qui dicit:Ego sum uia: & dominꝰ elegit illusiones siue illusores eorũ: quæ hebraice dicunt̃ הַעֲלִילֵיהֶם .i. ἐμπαίκται ut cõstituat principes pessimos:& oñia mala eorum: siue quæ timebant, pariter adducat. Causasq̃ reddit, cur traditi sint scribis & pharisæis illusoribꝰ suis:de quibus primꝰ psalmꝰ iuxta hebræos canit: Et in cathedra illusorum non sedit: quos appellant Lxx. pestilentes: quales fue
1.Reg.2.c runt filij Heli, filij pestilẽtiæ:p q̃ in hebraico scriptũ est בְּלִיַּעַל, hoc est,diaboli. Quia (inquit) uocaui, & nõ erat qui respõderet: locutus sum, & non audierũt: fecerũtq̃ malum in oculis meis: & quæ nolui, elegerunt. Quos uersus secũdo ponit in præsenti loco

HEB. Quia uocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierũt: fecerũtq̃ malum in oculis meis: & quæ nolui, elegerunt. a Audit̃ uerbum dñi qui tremitis ad sermonem eiꝰ. Dixerũt fratres uestri qui oderunt uos:& abiecerunt propter nomẽ meũ: Glorificet̃ dñs: & uidebimus in læticia uestra: ipsi autẽ confundent̃.

SEP. Quia uocaui eos,& non obaudierunt:locutus sum,& non audierunt. Et fecerunt malũ in cõspectu meo:& quæ nolebam,elegerunt. Audite uerbũ domini, qui tremitis sermonem eius. Dicite fratribus uestris qui oderunt uos,& abominantur: ut nomen glorificetur domini:& appareat in læticia eorum:& illi confundantur.

b Vox fremitus de ciuitate, uox de templo, uox domini reddentis retributionem inimicis suis.

c HEB. Antẽq̃ parturiret, peperit:antẽq̃ ueniret partus eius, peperit masculũ.

SEP. Antẽq̃ parturiẽs pariat: antẽq̃ ueniat dolor parturiẽtiũ effugiat & peperit

B 3.65.b & supra,ubi dicit̃: Numerabo uos in gladio: & oẽs in cæde corruetis. Quia uocaui,& nõ respondistis:& cætera similiter. Qđ testimoniũ,q̃ sensu accipi debeat,ibi dictũ est. a ¶ Audite ꝟbũ dñi ꝛc. De quibꝰ ante iam dixerat: Sup quẽ respiciam,nisi sup humilẽ & quietũ, & tremẽtẽ sermones meos: ipsis præcipit ut contẽptis uictimis Iudæorũ,& omni scriba rum ac pharisæorũ tumore despecto, transeant ad eius cultum:quem uocantem illi audire noluerunt,atq̃ cõtempserunt:& fecerunt malum in cõspectu eius.Nec hoc præcepto rum fine contentus est:sed imperat eis mandatũ euangelij:
Luc.6.d ut diligant inimicos suos : benefaciant his qui oderunt se: & orent pro persecutoribus suis: & imitentur clæmentiam
Matth.5.g patris: Qui oriri facit solem suũ super iustos & iniustos: ut uidentes(inquit) opera uestra, glorificẽt patrem uestrũ qui in cœlis est. Quod post generalem intelligentiã spiritaliter apostolis præcipitur & apostolicis uiris,ut diligant iudæos persecutores suos:& eos qui se abominantur,in loco fratrũ
Act.2.d habeant,dicentes cum Petro : Viri fratres & patres audite.
Rom.9.a Et Paulo apostolo:Tristicia mihi est:& cõtinuus dolor cordi meo pro fratribus meis qui sunt israelitæ. Glorificaẽ autem nomẽ domini, quando uiderint homines persecutorũ ferociam nostra frangi patientia:& uerberantẽ manum alterius,malæ obuersione confundi. Quibus in euangelio præ
Matth.5.b cipitur:Luceat lumẽ uestrum coram hominibus:ut uidentes bona opa uestra, glorificẽt patrẽ uestrũ qui in cœlis est.
Apoc.14.b Et in apocalypsi Ioannis : Timete deum,& date ei gloriam.
1.Co.6.d Paulus quoq̃ scribit ad Corinthios,prouocãs eos ad continẽtiã : Vt glorificetis deum in corpore uestro. Et rursum:
Ibi.10.g Siue comeditis,siue bibitis,oñia in gloriã dei facite. Vnde
1.Pe.2.d & dominus maledicentibus non remaledicebat: Et pro per
Luc.23.e secutoribus precabatur. Quod autem præcipit: Dicite fratribus uestris:nõ simpliciter accipiendũ est: alioquin multi fratres uocant,& in corde non retinent charitatem: de qui
Titum.1.d bus scribit Apostolus: Deum confitentur se scire, operibus
Matth.7.c autem negant. De quibus & dominus loquebat̃:Non omnis qui dicit mihi:domine,domine, intrabit in regnum cœlorum:sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est.
1.Co.12.a Sicq̃ stare potest illa sententia:Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritusancto. Nam cum hæretici dicant dñm Iesum, & multi in resurrectione dicturi sunt: Dñe,nõne in noie tuo
Matth.7.c prophetauimus : & uirtutes multas fecimus: Respondebit eis dominꝰ: Recedite a me, nescio uos operarij iniquitatis. Ergo dicere non sermone,qui facilis est,sed affectu & operibus comprobatur. Ex quibꝰ discimus, eundem esse utriusq̃ testamenti dominum :qui
Luc.14.a præcipit: ut si uideri mus iumentũ inimici nostri cadere sub onere suo:nõ transeamus, sed leuemꝰ cũ eo : & si
Matth.18.b bouem aut asinum in uenerimus errantem, reddamus ei. Hæc iuxta Lxx. Porro iuxta hebraicũ, hic mihi sensus uidet̃: Audite apostoli , audite discipuli mei qui tremitis uerbum domini:narrabo quid dixerint fratres uestri qui oderunt, & separant uos , & arbitrantur alienos : non ꝓpter mala uestra,sed propter nomẽ meum: qui immũdos existimant cunctos de sua in me gente credẽtes, & dicũt: Recede a me: quia immundus es. D
Quid ergo est quod eos dixisse commemorat: Glorificetur dominus:& uidebimus in læticia uestra. Cuius uersiculi hic sensus est: Quid nobis humilẽ introducitis deum: quid crucifixũ & uirum dolorũ,& scientem ferre infirmitates: uolumus eum in sua (ut dicitis) maiestate conspicere regnantẽ: suspiciemus & in sua gloria triumphantem : humilem atq̃ deiectum uidere non possumus. Statimq̃ infert : Ipsi autem confundentur: subauditur,qui loquunt̃ talia:qui non intelligunt mysteria scripturarũ: malisq̃ suis sentient eius potentiam,quẽ ꝓ humilitate contempserant. b ¶ Vox fremitus de ciuitate ꝛc. Lxx.pro fremitu,clamorem posuerunt : & cætera similiter. Volumus scire quæ sit confusio iudæorũ,qui dixerũt: Glorificetur dñs:ut uestrã læticiã uideamꝰ, & triumphos regis uestri:nequaq̃ cassis promissionibus,sed oculis contemplemur. Vox (inquit) clamoris de ciuitate : Haud dubiũ quin hierusalem significet rhomano exercitu circundatam : & in tres partes intus seditione diuisam:quãdo unus templum obtinuit, & omnia prius sancta possedit : forinsecus contra hostes: intrinsecus contra ciues dimicans. Eo tempore & in urbe,& in templo ,tam sacerdotũ & leuitarũ ,q̃ uulgi ignobilis, mulierumq̃ ac puerorum ululatus auditus est:quando reddidit dominus retributionem inimicis suis,implens cõminationẽ qua dixerat: Relinquet̃ uobis domus uestra
Luc.13.g deserta: Et illam ꝓphetiam: Dereliqui domũ meam:quando præsides tẽpli cõsona angeli uoce dixerunt : Transeamꝰ ex his sedibus. De quibus non solũ Iosephus iudaicæ scriptor historiæ,sed multis prius sæculis psalmista testatur dicens: Vidi iniquitatẽ & contradictionẽ in ciuitate: quæ cir
Ps.54.b cumdedit muros eius tota die & tota nocte:ita ut subuerteretur ciuitas,& implereꝫ aliud uaticinium: Sion quasi ager
Michee.3.d arabitur:& hierusalẽ quasi casula in cucumerario relinquetur. c ¶ Antẽq̃ parturiret/peperit ꝛc. Clamore resonante de hierusalẽ & tẽplo eius,qñ obsessa atq̃ subuersa est: & inimicis Christi qui deum regem suscipere noluerũt: recipientibus pro impietate sua atq̃ blasphemijs æterna supplicia: ecclesia in nomine dñi cõgregata,de qua in psalmo dicitur:
Ps.86.a Homo natus in ea : & ipse fundauit eam altissimus : antẽq̃ parturiret,peperit;antẽq̃ ueniret partus eiꝰ genuit masculũ.

Non enim

E Non enim multo tempore, ut populus iudæorum per Abrahã, & Isaac, & Iacob, & duodecim patriarchas: & rursum per liberos eorũ ac nepotes creuit in maiꝰ: sed ad euãgelicã prædicationẽ statim omnis mundus cõcepit, & parturiuit, & peperit masculum, quem Pharao & Herodes conabantur occidere: qui & in Moyse & in christo saluatus in ægypto est. Deniq; Abrahã & Isaac masculos habuere liberos: & Iacob multorum filiorum pater, unã genuit filiam, ꝑ qua dura perpessus ẽ.

Geñ.34.c Nu.27.b Quod si filiæ salphaad dei sententia recipiunt hæreditatem patris: Hoc consyderandum est, ꝙ pater earũ in peccato suo mortuus sit: qui nullum filium genuit: & Moyses nihil sup eis ausus fuerit iudicare: sed retulit ad dñm, qui eas ne inopes ꝑmanerent, iussit fratribꝰ copulari. Geneseos åq; narrat liber: ꝙ postq; cœperũt

Geñ.6.a hoies multi fieri: qui numerus semper in uitio est, & filiæ eis natæ sunt: acceperũt eas: nõ angeli, sed filij dei: de quibꝰ orti sunt gigantes: Siue ut in hebræo scriptum est, נְפִילִים: id est, ἐπιπίπτοντες: id

F Ps.127.a est, irruentes. Ecõtrario ad sanctũ dicit: Vxor tua sicut uitis abundãs in lateribꝰ domꝰ tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. Et iterũ: Videas filios filiorum

Ibidem tuorũ. Peperit igit sion, hoc est, reliquiæ exisrl & aplorũ credentiũ fidel, masculũ dñm saluatorẽ: qui in toto simul orbe generatꝰ, ꝙ nullus audiuit, qd nulla narrat historia, aut alicuius doctrina: ut oẽs in breui tpe crederẽt nationes. Et de uniuersis gẽtibꝰ, una gens fieret christianorũ: de qua & Pau

2.Co.5.d lus loquit. Si q̃ in Christo noua creatura: uetera transierũt:

Ps.21.f ecce facta sunt noua. Iuxta illud qd alibi scriptũ est: Et adorabũt in cõspectu eiꝰ oẽs familiæ gentiũ: quia dñi est regnũ: & ipse dominabit gentium. Omnes enim (ait) gentes quas fecisti, uenient & adorabunt coram te: & glorificabunt nomen tuum: de quo dicit Iacobus: Ipse est expectatio gentiũ.

Geñ.49.b Et psalmista: Spes omnium finium terræ. Et idem Esaias quem nunc edisserimus: Erit radix Iesse: & qui surget, ut

s.11.c princeps sit gentium: in ipso gentes sperabũt: Implentibus

Matth.28.d apostolis quod præceptum est: Docete omnes gentes, baptiçantes eas in nomine patris & filij & spiritussancti: ut nascatur nouus populus, de quo & uicesimusprimus psalmꝰ

Ps.21.g canit: Annunciabunt cœli iusticiam eius, populo qui na-

Ps.101.c scetur quem fecit dominus. Et iterũ: Populus qui creabit, laudabit dñm. Hic autem populus, uno creatus est die, quẽ

Esa.60.d illustrat sol iusticiæ, dicẽte scriptura: Erit tibi dñs lux sempiterna. Possumus hoc qd dicit: Orietur gens simul: quia parturiuit & peperit sion filios suos: Et ad illud tempus referre,

Act.2.g qñ una die tria milia & quinq; milia de iudaico populo crediderunt. Dicitur quoq; in eodem actuum apostolorum li

Ibi.a bro: ꝙ de uniuersis gentibus quæ sub cœlo sunt, fuerint in hierusalem: qui audiebant uarijs linguis loquentes magnalia dei. Quodq; sequitur iuxta Lxx. Ego autem dedi expectationẽ hanc: & nõ recordata es mei dicit dominus: Nonne ego parientẽ & sterilem feci dixit deus tuus: Manifestius in hebraico ponitur: cui & reliqui interpretes congruunt: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero ait dominus deus tuus: sc̃dm illud quod alibi dicitur: Qui plantauit aurem, non audiet: qui finxit oculum, non cõsyderat: qd scilicet qui oẽs hoies creauit ex nihili, possit de uniuersis gentibus unam partem in se credentium ecclesiam facere. Deniq; in uicesimooctauo psalmo, ubi nos legimus: Vox domini cõcutientis desertũ: in hebræo scriptum est: Vox domini parere faciẽs desertum: ut deserta priꝰ eccl̃ia generet: & perficiantur cerui apertis saltibus atq; contritis. Porro iuxta Lxx. hic sensus est, ꝙ uno tempore ad prædicationẽ euãgeliorũ, una gens totius orbis oriatur. Per multos prophetas sæpe promisi: & non meministi promissionis meæ. O urbs quæ clamoribus es plena, O templũ quod a domino derelictum est, O populе cui reddidi uicissitudinem suam: Nonne ego inquit feci parturientem & sterilem: quæ prius fuerat sterilis: postea parturiuit & peperit. De qua

Ps.112.a in psalmo scribit: Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Vel certe rerum ordo cõuersus est: Pariens facta est sterilis: & quondam sterilis peperit plurimos: quia domini ista sententia est. a ¶ Lætamini cum hierusalẽ ꝛc. Apostolis præcipit & apostolicis uiris: qui diligũt utramq; hierusalem: & eam quæ corruit plangentibus atq; lugentibus: & illam quæ surrectura est, omni desyderio præstolantibus, ut gaudeant cum ea & in ea, quæ ædificata sit uiuis lapidibus, qui uoluuntur super terram: & in rotarum cherubim similitudinẽ, sequuntur spiritum præcedentem: non in his qui in æternos cineres dissoluti sunt. De quibus dominus loquebatur: Amen, amen dico uobis: non permanebit Matth.24.a lapis super lapidem, donec compleantur omnia hæc. Gaudete (inquit) cũ ea gaudio, uniuersi qui lugetis eam. Quales supra Petrum & Paulum apostolos docuimus: & omnes qui expectabãt redemptionẽ israel: ut sugant & replentur uberibus consolationis eius. Nec; enim poterat fieri: ut quæ genuit masculum, & erat puerpera, careret lactis abundantia in educationẽ eius gentis & paruulorum, qui simul nati fuerant: ut præberet eis duo ubera: nequaq;, ut prius in ægypto fracta & iacẽtia, sed integra & uirginali decore stantia uteris ac noui instrumẽti ad præbendum rationale lac. De quibꝰ sponsus ad eã loquit: Bona ubera tua sup uinũ. Matth.5.a Isti erãt, de quibꝰ specialiter dicebat: Beati lugẽtes: qm̃ ipsi cõsolabunt. Et hoc notandũ ꝙ qui paruuli sunt, cõsolationis indigẽt lacte: & adhuc in mortali uersant loco. Qui ꝙo post lac cõsolationis ad solidũ ꝓfecerint cibũ, delitijs affluent ueritatis: & scientia omnimodæ gloriæ, quæ hebraice dicitur יְרוּ שָׁלֵם. Pro qua Lxx. introitũ: Symmachus, pinguedinẽ: Theodotio, multitudinẽ interpretati sunt. Hoc diximus, ut psalmi septuagesiminoni uerbũ pandere mꝰ ambiguũ, in q̃ scriptũ est: Vastauit eã aper de sylua: & singularis ferus depastus est eã. Pro eo em̃, ubi in nr̃is & græcis codicibꝰ legit, μόνιος ἄγριος, id est, singularis ferus: in hebraico scriptũ est יְרוּ שָׁלֵם. Qd Aquila transtulit πανοδαπὴν χώρας, hoc est, omnimodum regionis: ut significaret non solum a rho-

manis

manis,sed a cunctis gẽtibus israelem esse uastatã. Introitus autẽ glorioſus eccleſiæ,ille intelligendus eſt: de quo ſcribit Ioannes apoſtolus:Et in duodecim portis erant duodecim margaritæ:& plateæ ciuitatis auro mũdo ſicut uitrũ perſpicuum. Iſtas margaritas prohibet dominus mitti ante porcos: quas negociator bonus cum inprophetis inuenerit & apoſtolis, pergit ad unũ pretioſiſſimũ margaritũ: non priores abiſciens, ſed p illas quærẽs pretioſius. a ¶ Quia hæc dicit dominus ꝛc. Extructa p apoſtolos hierusalem, & inſtaurata in priorẽ ſtatũ: poſtq̃ filij & habitatores eiꝰ uberibus fuerint conſolati: & lactis abundantia ad delitias peruenerint ueritatis: per quas peruenit ad gloriam dei:Tunc dominus declinabit ſup eã fluuium pacis,de quo crebro diximus: Flumen dei repletum eſt aquis:Et:Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei:ut pace omnia poſſidẽte,& nationũ ceſſantibus bellis: de quibus ſcriptura dicit: Diſſipa gentes quæ bella uolunt: torrẽs doctrinarũ dei irriget arua credentium. Tunc filij eius ſiue paruuli (ut Lxx. tranſtulerunt)in humeris portabuntur:& ſuper genua conſolationẽ accipient in humeris. De quibus & in priori prophetia dictum eſt: Et quos Iacob imprecatur filio ſuo Iſachar: Quia ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum: & uocatus eſt uir agricola. Sudore enim & labore nimio ad ubertatem fructuum peruenimus. Vnde & ad ſion per Hieremiam dicitur: Da cor tuum in humeros tuos: ut a mandatis intelligat dominũ,imitans eum de quo ſcriptum eſt: Ieſus cœpit facere & docere:ut non ocioſa ſit fides, ſed per opera currat ad præmium. Genua autem & ſinus quid ſignificent: & ſupra breuiter expoſui: & nunc Abraham exemplum docere nos poterit: in cuius ſinu Laçarus requieſcit: & omnes de oriẽte & occidẽte ueniẽtes,qui accumbẽt cũ Abrahã, Iſaac, & Iacob. b ¶ Quõ ſi ꝛc. Et cognoſcet manꝰ dñi ſeruis eiꝰ: et indignabit inimicis ſuis. Lxx. p ſeruis, poſuerũt timẽtes: p inimicis,incredulos:cætera ſimiliter. Miſcꝯiam creatoris in creaturas ſuas,exẽplo matrũ diſcimus: quæ liberos amore in ſinu nutriẽtes,oẽm ſuperãt charitatẽ. Denicꝯ uolẽs deus oſtendere,quomõ diligat quos creauit: Nunquid obliuiſcetur (ait) mulier,ut miſereatur ſobolis uteri ſui: ſed & ſi illa fuerit oblita,ego tamen non obliuiſcar tui. Quem ſenſum & illud habet euangelicum, in quo dominus loquit ad hierusalem: Quotiens uolui congregare filios tuos,ſicut galli/na congregat pullos ſuos ſub alas ſuas,& noluiſti. Et Deuteronomium in quo tale quid reſonat: Sicut aquila protegetnidum ſuum: & pullos ſuos deſyderauit: Expandens alas,ſuſcepit eos:& portauit in humeris ſuis. Aiunt qui de animantium ſcripſere naturis, omnium quidem beſtiarũ, & iumentorum,& pecudum auiumq̃ ingenitũ eſſe in filios pulloſq̃ ſuos affectum: ſed maximum eſſe amorem aquilarum, quæ in excelſis & inacceſſis locis nidos collocant: ne coluber fœtus uiolet: Amethiſten quoq̃ inter pullos eiꝰ lapidem reperiri,quo omnia uenena ſuperent. Si hoc uerum eſt, recte affectus dei in ſuas creaturas aquilis comparatus eſt:qui omni cuſtodia protegit liberos ſuos, ne draco & coluber antiquus,diabolus & ſatanas obrepat nouellis fœtibus: ut ad nomen lapidis qui ponitur in fundamẽtis ſion, omnes aduerſariorum frangantur inſidiæ. Hæc autem hierusalem in qua conſolabunt a matre filij,& in genibus palpabuntur: illa eſt de qua ſcribit Apoſtolus: Quæ autem ſurſum eſt hierusalem libera eſt,quæ eſt mater omnium noſtrum. Cuius conſolationis lacte ſaturatus, conſolabatur cæteros, qui eius ſermonibus indigebant,dicens: Benedictus deus,pater miſericordiarũ: & deus omnis conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione:ut & nos poſſimus conſolari eos qui in omni ſunt tribulatione per conſolationẽ qua ipſi conſolamur a deo:qui poſtq̃ fuerint cõſolati, dicet ad eos: Et uidebitis & gaudebit cor ueſtrũ: & oſſa ueſtra quaſi herba germinabunt ſiue orient: aut iuxta Symmachũ, florebunt. Videbunt autem haud dubium quin deum, quæ uera lætitia eſt. De quibus dominus loquebatur: Beati mundo corde: quoniã ipſi deum uidebunt. Cuius uiſio perfectum eſt gaudiũ, qd in plenæ fidei corde uerſatur: & oſſium germinatio ſubſequitur. De quibus antea diximꝰ. Quorũ ſi lector oblitus eſt, recurrat ad explanationem priſtinam: Melius eſt enim illum ſcripta relegere, q̃ nos dicta replicare. Et nota (inquit) erit manus domini ſeruis eius, uel timentibus eum: & cõminabitur inimicis, ſiue incredulis ſuis. Manus autem uel pro potentia accipit, q̃ poſſit deus oẽm facere quæ promittit: iuxta illud quod ex perſona dei Moyſes loquitur ad Pharaonem: Nunc mittam manum & percutiam te: & populum tuũ interficiam: & deleberis de terra. Et rurſum ipſe ad eundem tyrannum: Ecce manus domini erit ſuper iumẽta tua: de qua ad deum pſalmiſta dicebat: Manus tua gentes interfecit: & plantaſti eos. Aut certe manus domini,chriſtus intelligendus eſt: de quo & ſupra legimus: Manus mea fecit hæc omnia. Quã notam faciet dominus ſeruis ſuis & timentibus ſe:& cominabitur incredulis & inimicis ſuis:ut alijs ꝓmittat præmia,alijs ſupplicia cõminetur. In quo conſyderanda uerborum proprietas, q̃ nõ dixerit: Inferet inimicis ſuis:ſed cominabitur:ut per cõminationem deterriti,& ipſi ad domini tranſeant ſeruitutem. c ¶ Quia ecce dñs in igne ueniet ꝛc. Manus domini quæ nota fiet ſeruis eius & timẽtibus eum, ipſa cõminatur incredulis ſiue inimicis eius: ut ſi non ægerint pœnitentiã,ſuſtineant quæ ſequunt: Ecce em (inquit) dominus in igne ueniet, & quaſi turbo ſiue tẽpeſtas currus eius: Quas debemꝰ intelligere angelicas poteſtates,quando uẽturus eſt dominus in gloria patris cum angelis ſuis, iudicare uiuos & mortuos: non quo dominus ignis ſit, ſed quo ſuſtinentibus pœnas eſſe ignis uideatur. Et licet Moyſes dixerit,idipſum Apoſtolo confirmante: Deus ignis conſumens eſt: Attamen ſaluator exprimens diuinitatis ſubſtantiam,ait:Spiritus eſt deus. Inter ſpiritum autẽ & ignem ſcꝯm intelligentiã corporalem, multa diuerſitas eſt. Qd ſi ignis,aut ſpiritus eſt: quomodo oculos,& aures,& manus, & pedes,& uentrem,& cætera corporis membra habere dicitur: cum hæc ſpiritus igniſq̃ nõ habeant? Ignis ergo conſumens appellatur deus: ut quicquid in nobis uitiorũ eſt, fœnum,ligna,ſtipulamq̃ conſumat:& ſpinas,id eſt ſollicitudines ſæculi huius, quas pro bono ſemine terra attulit infœcunda: de qua ad Hebræos dicitur: Quæ autem affert ſpinas & tribulos,reproba eſt & maledicto proxima: cuius finis conſumptio eſt. De hoc igne & in euangelio dominus loquebatur: Ignem ueni mittere ſuper terram. Et ſupra legimus: Ardebit ſicut ignis iniquitas:& ſicut gramen aridum conſumetur igni:& omnia çiçania quæ inimicus homo ſuperſeminauit,dormiente patrefamilias. De q̃ & in epiſtola Iacobi

a HEB. Quiã hæc dicit dñs: Ecce ego declino ſup eam quaſi fluuiũ pacis:& quaſi torrentẽ inundantẽ gloriã gentiũ quã ſugetis,ab ubere portabimini: & ſup genua blandientur uobis.

SEP. Quia hæc dicit dominus:Ecce ego declinabo ad eos quaſi fluuius pacis: & quaſi torrẽs inundans gloriam gentiũ. Paruuli eorũ in humeris portabunt: & ſup genua cõſolabunt.

b Quõmõ ſi cui mater blãdiat,ita ego cõſolabor uos: & in hieruſalẽ conſolabimini. Videbitis, & gaudebit cor ueſtrũ:& oſſa ueſtra ſicut herba germinabũt. Et cognoſcetur manus dñi ſeruis eiꝰ: & indignabit inimicis ſuis.

c HEB. Quiã ecce dominus in igne ueniet:& quaſi turbo quadrigæ eiꝰ, reddere in indignatione

SEP. Ecce dominus quaſi ignis ueniet:& quaſi tempeſtas currus eiꝰ, reddere in furore

Iacobi.5.a Iacobi scribit: Paruus ignis q̄ grandem succendit materiā.
Pro.26.c Et in Prouerbijs: In multis lignis uiget ignis. Quāq̄ in eo
Eccī.28.b quod prouerbiū est, aliud possit intelligi. Hunc puto ignē se-
Act.2.a disse super linguas apostolorū omniūq̄ credentiū, quando linguis uarijs loquebantur: & omnes erroris fugabat tene-
bras: & illuminabat corda eorum, qui reci-
piebant sermonē dñi. Quod autem sequit: Quasi tempestas cur-
rus siue quadrigæ ei⁹: psalmorū edisseremus exēplis: in quibus scri-
Ps.49.a ptum est: Deus mani-
feste uenīet: deus no-
ster & nō tacebit. Ignis ante eum ardebit: & in circuitu ei⁹ tempestas
Ps.67.d ualida. Et alibi: Cur-
rus dei decem milib⁹ multiplex milia lætan-
tium. His curribus &
4.Reg.6.d equis Helisæus erat cir-
cundatus: quos puer ei⁹ uidere non poterat. Vnde ait: Dñe, aperi oculos pueri huius ut uideat. Et apertis (in-
quit) oculis, uidit cur-
rus, & quadrigas, & equos p circuitū. Hoc
4.Re.2.b curru igneo & Helias raptus ad cœlū est, qñ clamabat Heli-
seus: Pater mi, pr̄ mi, currus isr̄l & auriga ei⁹. Hæc autē uni-
uersa narrant: nō q̄ deus aut currus habeat, aut quadrigas,
Ps.103.a aut equorū uelocitate portet: de q̄ alibi scriptū est: Qui am-
F bulat super pennas uentorū: Sed quō in solio sedere dicit, qñ assumit habitū iudicantis: sic qñ ad uindictam uenit, ut debellet aduersarios suos, in habitu uictoris & triumphan-
tis ostenditur. De furore domini crebro diximus, quod sic accipi debeat: quomodo obliuio eius, & pœnitentia, & con-
tristatio, & affectus cæteri, qui dei non cōueniunt maiestati. Et in hoc igit̄ igne & furore, in his currib⁹ & in flāma ignis iudicabitur omnis caro, siue ipse dominus cum creaturis suis: ut non potentia, sed iudicij ueritate uideatur ferre sen-
tentiam: iuxta illud quod in Michea prolixius, & in quin-
quagesimo psalmo breuius dicitur: Vt iustificeris in sermo-
nibus tuis: & uincas cum fueris iudicatus. Gladius autem quo omnis caro est iudicanda, ille accipiēdus est: de quo & prius diximus: & nunc dicemus ex parte. Nisi conuersi fue-
Ps.7.c ritis, gladium suum uibrabit. Hunc gladium punitorē car-
nis peccatricis omniumq̄ uitiorū, israelitæ in manus Pha-
Exo.4.d raonis datum querunt̄: Dicuntq̄ Moysi & Aaron: Videat deus uos & iudicet: quia abominabilem fecistis odorē no-
strum coram Pharaone: ut daretur gladius in man⁹ eius &
Amos.9.c interficeret nos. De hoc gladio & in Amos scriptū est: Gla-
dio interibunt omnes peccatores populi: cum utiq̄ & alia sint genera pœnarū. Quicquid ergo pungit, & percutit, & torquet, & cruciat: in scripturis sanctis, gladius appellatur: quo gladio uulnerabunt̄ siue interficient̄, qui dei non fece-
rint uoluntatē: & omisso lumine ueritatis, tenebris se erro-
Hiere.11.d ris inuoluerint. De quibus scriptū est in Hieremia: Si mu-
Soph.2.c tauit æthiops pellem suā. Et in Sophonia: Et uos æthiopes uulnerati siue interfecti gladio meo eritis. Omnē loci istius cōtinentiam: quo sensu accipienda sit, Apostolus prolixius
Rom.2.a edisserit, scribens ad Rhomanos: Iuxta duritiam autē tuam & impœnitēs cor, thesauriças tibi iram in die iræ, & reuela-
tionis iusti iudicij dei: qui reddet unicuiq̄ scd̄m opera sua. His quidem qui iuxta patientiam operis boni, gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus uitam æternam. Qui autem ex contentione & increduli sunt ueritati, acqui-
escunt autem iniquitati, ira, & furor, tribulatio, & angustia super omnes homines qui operantur malum: Iudæi pri-
mum & ethnici. a ¶ Qui sanctificabant̄ ꝛc. Symmachus & Theodotio hūc locū ita interpretati sunt: Qui sanctifica-
mini & lustramini in hortis alter post alterū inter eos q̄ co-
medūt carnē suillā & abominationē & murē, simul deficiēt dicit dominus: Volentes ostendere, nō ipsos comedere car-
nem suillam, & abominationem & murem qui sanctifican-
tur in hortis alter post alterum: sed eos qui lu-
strantur uersari cū eis qui comedūt quæ pro-
hibita sunt. Arguit au-
tem sermo diuinus po-
pulos iudæorū, immo scribas & pharisæos: quos & dñs arguebat dicēs: Vos estis qui iu- Luc.16.d
stificatis uos metipsos corā hominib⁹: deus autē scit corda uestra: quoniam quod in ho-
minibus excelsum est, abominatio est apud deū. Vnde increpabat eos atq̄ dicebat: Væ Matth.23.
uobis scribæ & phari-
sæi, hypocritæ: q̄ mun-
datis qd̄ foris est cali-
cis & parapsidis, & in-
tus pleni estis immun-
dicia. Et iterum: Qui Ibidem
estis sepulchra dealba-
ta: intus autem pleni
Ps.61.a estis ossibus mortuorum, & omni spurcitia: qui ore suo be-
nedicebant, & corde suo maledicebant: qui dño loqueban-
tur pacifica: & molliebant uerba sua super oleum: ipsi autē erant iacula: de quibus rectissime dicebatur: Populus hic labijs me honorat: cor uero eius longe est a me. Præceperat Esa.29.d
autem per Moysen deus: ut si quis præuentus fuisset in pec-
cato: uaccæ rufæ aspersus cinere, & alijs expiationis mo-
dis, per sacrificia & uictimas rediret ad templum: quod illi negligētes, in locis delitiarū & uoluptatū, hoc est, in hortis amœnissimis: uel baptisteria extruebant, uel piscinas ad areolas irrigandas: adulteria & omnē libidinū turpitudinē, simplicibus aquis abluere se putātes: quib⁹ rectissime illud aptabitur: Et noctem flumine purgant. Nec alicui uideatur incongruum: si quæ geruntur turpiter, manifestius expli-
centur in correctionem eorum, qui talia cōmittere non eru-
bescunt: quæ turpe est & dicere, dum scortis adhærent in modum canum: & masculi in masculos exercent turpitudi-
nem, retributionem peccati in semetipsos recipientes: qui hæc opera faciunt, uoluntate & sceleribus, cum his sunt qui Leui.11
carnē suillam comedunt: & omnia quæ lege prohibentur & murē, quē nos glirem uocamus: uel iuxta orientis prouin-
cias μυόξους. Et illi igit̄ qui hæc comedūt, & hi qui exercētes omnē turpitudinē, talia agunt quæ ethnici forte nō faciunt, pariter cōsument̄. Scd̄m Tropologiā possum⁹ dicere: Om- Tropo.
nes uoluptatis magis amatores, q̄ amatores dei, sanctifica-
ri in hortis & in liminib⁹: quia mysteria ueritatis nō ualent introire & comedere cibos impietatis: dum non sunt sancti corpore & spiritu: nec comedunt carnem iesu, neq̄ bibunt sanguinem eius. De quo ipse loquitur: Qui comedit car- Ioh.6.f
nem meam & bibit sanguinem meum, habet uitam æter-
nam. Etenim pascha nostrū immolatus est Christus. Qui 1.Co.5.c
non foris, sed in domo una & intus comeditur. b ¶ Ego autem opera eorum et cogitationes eorum ꝛc. Priusq̄ expo-
nam quid significet enumeratio gentium plurimarum: bre-
uiter de interpretationis uarietate dicendum est: Tharsis lin- תַּרְשִׁישׁ
gua hebræa, mare appellatur: & (ut aiunt) Indiæ regio: licet Iosephus litera commutata, tarsum putet nuncupari pro
tarsis urbem ciliciæ: ad quam Ionas de Ioppe fugiens, ire Ione.1
cupiebat. Phud autē siue phul, libies, omnisq̄ aphrica usq̄ יוּל
ad mare mauritaniæ, in qua fluuius hodie qui phud dicit̄: & cuncta circa eum regio phutensis appellatur. Lud autem lydos uocant: quorum Coloni hetrusci, qui nunc thusci
appellant̄,

HEB. in indignatione furorem suum: & increpationem suā in flamma ignis. Quia in igne dominus diiudicatur: & in gladio suo ad omnē carnem: & multiplicabunt̄ interfecti a domino. Qui sanctificabant̄ & mundos se putabant in hortis: post ianuā intrinsecus qui comedebāt carnē suillā, & abominationē & murē, simul cōsument̄ dicit dñs. Egō aūt opa eorū & cogitatiōes eorū uenio ut congregem

SEP. in furore ultionem suam: & increpationem in flamma ignis. In igne em̄ domini iudicabit̄ omnis terra: & in gladio illius cadet uniuersa caro: multi uulnerati erūt a domino. Qui sanctificantur & purificantur in hortis & in minibus: comedentes carnem porcinam: & abominationes & murem, simul consumentur dicit dñs. Et ego opera eorū & cogitationes eorū noui: & uenio congregare

G

H

A appellantur: quondam mittendarum sagittarū peritissimi: & nunc dicuntur tendentes sagittam. Pro quo in hebraico legit מֹשְׁכֵי קֶשֶׁת, qđ absq; Lxx. omnes similiter transtulerunt, tendentes arcum: Et Lxx. posuerunt μοσόχ, nomen pro uerbo interpretantes: Qđ si accipiatur, cappadocas significat: quorum metropolis Maçaca, quæ postea a cæsare Augusto, cæsarea nomē accepit. Qui nescio quid uolētes, etiā in genesi, Genē.10.d ultimū filium Aram, id est syrorū damasci, qui appellaī Mes, interpretati sunt μοσόχ: pro q̄ nos rectius meonas trāsferim⁹. Thubal autem siue thobel, תּוּבַל aut Italia interpreta/tur: aut Iberia, hoc est, hispania, ab Ibero flumine: unde & hodie hispaniarum regio appellatur celtiberia. De quibus pulchre Lucanus: Gallorum celtæ miscentes nomen Iberi: quos nos possumus gallohispanos dicere. Græci autem qui sermone hebraico appellantur יָוָן Iauan, Ionas significant: unde & græci Iones, & mare Ioniū. Et hoc cōsyderandū, q̄ maxime orientales de Iapheth posuerit nationes, uno filiorū Noe: licet in tharsis & phud, Sem quoq; & Cham, id est Indiæ & aphricæ noīm fuerit recordatus, ut totum orbē ostenderet. Venit ergo dñs, ut opera & cogitationes congreget singulorum. Ex quo discimus nō solum opera, sed & cogitationes esse in die iudicij iudicandas. Matth.5.d Qui enim uiderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam in corde suo. De quibus dicit: Nunc circumdederunt eos cogitationes suæ: quando iudicabit dominus absc̄dita hominum scđm euangelium iesu christi: Rom̄.2.c ut illud quod Apostolus scribit, ueritate iudicij comprobetur: inuicē cogitationibus accusantibus & satisfacientibus, B in die qua iudicabit deus abscondita hominum: ut cogitationes nostræ omnes uno tempore congregatæ, iusto iudice probentur: dum aut accusat nos nostra conscientia: aut satisfacit pro delicto, utrum plura sint peccata, an bona opera: & utrum uetera an noua: utrum deleta pœnitentia, an Osee.4.b nouis sceleribus instaurata, quando dicit dominus: Vias eorum dedi in capita eorum: & cogitationes eorū reddam Pš.32.c eis. Qui finxit sigillatim corda eorum, & intelligit omnia 2.Para.6.f opera eorum. De quibus & in alio loco legimus: Tu cognos 1.Co.2.c scis corda hominum solus. Nemo enim scit quæ sint in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo. Vnde & per Hiere- Hiere.23.e miam loquitur deus: Ego deus appropinquans, & non de longe dicit dominus: Nunquid abscondet se in abscōditis Luc.16.d homo, & ego ignorabo? Deniq; ad scribas dicit & ad pharisæos: Vos estis qui iustificatis uos metipsos coram hominibus: deus autem cognoscit corda uestra. In quo consyderandū, q̄ non dixerit, pater, iuxta hæreticorū blasphemias, ne filium uideretur excludere, sed deus: quod patri filioq; Ioš.1 cōmune est. In principio enim erat uerbum, & uerbum erat Ibi.8.c.10.e apud deum, & deus erat uerbū: hoc erat in principio apud deum. De quo idem Ioannes scribit: Ipse autē iesus nō credebat se eis, quia sciebat omnes: & non habebat necesse, ut aliquis testimonium daret ei de homine: Ipse enim nouerat Luc.6.b quid esset in homine. Cui & illud cōgruit: Sciēs autē iesus Matth.22.b cogitationes eorū. Et in alio loco: Sciens autē iesus maliciā eorum. Ac ne aliqua sit dubitatio hæreticis calumniam facientib⁹ de uerbo dei, qđ nouerit omnia: in epistola quæ ad Hebre.4.c Hebræos scribitur, prolixius dicit: Viuens enim sermo dei, & euidens & acutus super omnē gladium bicipitem: & diuidens usq; ad partitionem animæ & spiritus: artuum quoq; & medullarum & iudex cogitationum & sensuum cordis. Nullaq; est creatura inuisibilis in cōspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis illius, de quo nobis sermo est. Postq; autē omnes cogitationes in unum fuerint congregatæ, accusantes nos uel defendentes: tunc omnes gentes & linguæ cum cogitationibus suis pariter adducentur in medium. Linguas autem iuxta apostolum Paulum: nō solum 1.Co.13.a hominū legimus, sed & angelorum. Ex quo intelligi datur, omnes creaturas a dño iudicandas: non solum super terram, sed in aere & in cœlestibus: iuxta quod ipse in superioribus dixerat: Inebriatus est gladius meus in cœlo ad terrāq; descendet. Venient autē omnes, ut uideant gloriam dei: & ponet in eis signū quod in Eçechiele principio sub ת literæ hebraicæ interpretatione monstraī: Quo signo qui fuerit impressus, manus percutientis effugiet. Hoc & postes domorum in ægypto signabantur: quando Exo.12.b pereunte ægypto, solus israel mansit illæsus. De hoc signo quod Achaç rex Iuda nolebat accipere, Esaias propheta testatur: Propterea dabit dominus uobis signum: Ecce ē.7.b uirgo in utero concipiet & pariet. Vnde & propheta quod promissum fuerat, deprecatur: Fac mecum signum in bo- Pš.85.c num. Et in alio loco: Dedisti metuentibus te significationē, Ibi.59.a ut fugerent a facie arcus. Hoc nobis ad patrem ascendens dominus dereliquit, siue in nostris frontibus posuit, ut libere diceremus: Signatum est super nos lumen uultus tui Pš.4.b domine. Quod autem sequitur: Et mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes: & singulas enumerat: uidetur expositioni nostræ esse cōtrarium. Si enim de die iudicij dicitur: Quomodo rursum ad primum recurrit saluatoris aduentum, quādo apostoli diriguntur ad gentes, & audiunt a domino: Ite docete omnes gentes baptiçantes eas in nomine Matth.28. patris & filij & spiritussancti? Qđ ita soluitur: Iudicij prædicatur dies, immo cōminatur: ut mœtu futuræ pœnæ, recipiant saluatoris aduentum, & apostolorum euangelium: qui ante mittendi sunt. Pulchre autem dixit: Et mittam ex eis qui saluati fuerint. Nisi enim dominus nobis reliquisset ē.1.c semen: quasi sodoma essemus, & similes gomorræ fuissemus. Et Apostolus: Reliquiæ (inquit) saluæ factæ sunt. Isti Rom̄.9.f mittuntur ad gentes in tharsis, & phud, & lud, & mosoch, & thobel, & græcias, & insulas plurimas quæ longe sunt: & quæ non audierunt nomen domini: neq; uiderunt gloriam eius. De quibus iuxta historiā supra diximus: Nunc strin- ē.52.d genda est Anagoge. Tharsis interpretaī, exploratio gaudij: Anago. ut cōsyderemus non ea quæ in præsenti sunt, sed quæ in futuro: & audire mereamur: Quia in paucis fuistis fideles, Matth.25.b ingrediemini in gaudium domini uestri. De quo & Petrus apostolus scribit: Exultate gaudio ineffabili & glorioso: ut 1.Pe.1.b laudemus deum dicentes: Impletum est gaudio os nostrū: Pš.125.a & lingua nostra exultatione. Quodq; sequit: Phud, interpretatur, oris exclusio: ut omnē excludentes blasphemiam, ea loquamur quæ bona sunt, atq; dicamus: Os meum an- Ibi.70.c nunciabit iusticiam tuam domine: tota die salutare tuum. Et rursum: Non abscondi in corde meo ueritatem tuam, & Ibi.39.c salutare tuū dixi. Lud quoq; in lingua nostra, utilitas uertitur: & Mosoch, extensio: & Thubal siue Thobel, ductus ad luctū, uel cōuersus ad uniuersa: quæ omnia uocationi gentium congruunt: ut utilitatē sequantur per confessionē animæ suæ: & præteritorum obliti, ad futura extendantur. Lugeantq; antiqua peccata: & trahantur ad luctum atq; tristiciam, quæ ducit ad uitam. Beati quippe lugētes: quoniam Matth.5 ipsi ridebunt. Et cōuertantur omnes ad dominū: ut postea transeant ad gratiam, & sciant dictum ab Apostolo: Gloria Rom.2.b

SEP. congregare omnes gentes & omnes linguas: & uenient & uidebunt gloriam meam. Et dimittam super eos signum: & emittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in tharsis, & phud, & lud, & mosoch, & thobel, & in græciam, & in insulas longe, qui non audierunt nomen meū, neq; uiderunt gloriam meam. Et annunciabunt

HEB. ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & ueniēt & uidebunt gloriam meam. Et ponam in eis signū: & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mari, in aphricā, in lydiā tenētes sagittam, in italiam & græciam, ad insulas longe: ad eos qui nō audierunt de me: & nō uiderunt gloriam meam. Et annunciabunt

C D

E & honor & pax omni operanti bonum: iudæo primum & græco: quoniam non ſolum iudæorũ deus, ſed & gentium. Porro illud quod dicitur: Et inſulis procul, quæ non audierunt nomen meum, neq; uiderunt gloriam meam: Illis conuenit de quibus ſupra legimus: Quibus non eſt nunciatũ de eo, uidebunt: & qui non audierunt, intelligent. Et iterum: Apparui his q me nõ interrogabãt: inuẽtus ſum ab his qui me nõ quærebant. Dixi: Ecce adſum, his qui non inuocabant nomẽ meum. Inſulas autẽ ſignificari, uel totius orbis gentes, uel eccleſias in toto orbe diſperſas, crebro diximus. a ¶ Et annunciabunt gloriam meam gentibus ꝛc. Hi qui ſalui fuerint & miſſi ad uarias nationes: & ad eos qui nõ audierant primum: neq; uiderant gloriam domini: Annunciabunt eam cunctis gentibus: & adducẽt fratres populi iudaici: quorum reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, munus domino de uniuerſis gentibus: uel ipſos qui idololatriæ errore contempto, ueri dei noticiam ſunt ſecuti: uel qui de toto orbe ex iſrael populo crediderunt: Ad quos ſcribit & apoſtolus Petrus. Adducent autem eos in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis. Pro carrucis, quas ſolus interpretatus eſt Symmachus: quem nos in hoc loco ſecuti ſum⁹: Aquila, Lxx. & Theodotio, mulos, tranſtulerunt. Et ubi poſuere Lxx. cũ umbraculis, quæ nos dormitoria interpretari poſſumus, uel baſternas: Alĩ uoce cõſona trãſtulerũt φορεῖα, quæ nos uarij generis interpretamur uehicula. Vbi autẽ Lxx. & Theodotio dixerũt, lampenas: ꝓ quib⁹ Symmachus, lecticas interpretat⁹ eſt: Aquila, F σκέπασα poſuit: qđ & ipſum lecticas opertas pellib⁹ ſignificat. Hoc de uarietate tranſlationũ dictũ ſit. Equos autẽ, & quadrigas, & lecticas, & mulos, atq; carrucas, & diuerſi generis uehicula, angelica poſſumus intelligere miniſteria: de quib⁹ alibi ad deũ dicit̃: Aſcẽde ſup equos tuos: & equitatio tua ſalus. His equis, currib⁹, & quadrigis, Helias raptus ad cœlum eſt: & Heliſeus circundari ſe atq; ſeruari, neſciẽti puero demonſtrauit. Et Zacharias uidit in nocte: Ecce uir aſcẽdens ſuper equũ rufum: & iſte ſtabat in medio duorum montium umbroſorum: & poſt eum equi rufi, & ſturnini, & uarij, & albi: & dixi inquit: Quid ſunt iſti dñe? Et ait ad me angelus qui loquebatur in me: Ego oſtendam tibi quid ſint iſti. Et reſpõdit uir qui ſtabat in medio montium, & ait ad me: Iſti ſunt quos miſit dominus, ut perambulent terrã. Ioannes quoq; in Apocalypſi hæc ſe uidiſſe teſtatur: Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper eum, uocabatur fidelis & uerus, & iuſticia iudicans, & bellator: Oculi autẽ eius quaſi flamma ignis: & ſuper caput eius diademata plurima: habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe: & amictus erat ueſte aſperſa ſanguine: & uocabatur nomẽ eius uerbum dei: & exercitus in cœlo ſequebatur eum in equis albis, ueſtitus byſſo albo atq; mundiſſimo: & de ore eius egrediebatur gladius acutus: ut in ipſo percuteret gentes. Equo rufo ſedebat dñs atq; ſaluator, humanum corpus aſſumẽs: cui dicit̃: Quare rubra ſunt ueſtimenta tua? Et: Quis eſt iſte qui aſcẽdit de edom, fulua ueſtimẽta ei⁹ de boſra? Et ſequebant̃ eũ uariorũ colorũ equi: uel in martyrio rubri, uel ſturnini, in uolatu: uel uarij, in uirtutibus: uel candidi, in uirginitate. Equo autẽ ſedebat albo, qñ poſt reſurrectionẽ, imortale & incorruptũ corp⁹ aſſumpſit. Et quicunq; eum ſequebant̃, candidis utebantur equis: incorruptis uidelicet immortalibuſq; corporibus. Longũ eſt, ſi uelimus utrũq; explanare teſtimoniũ: hoc ſolum dicam: quod diuerſa uehicula, quibus homines adducuntur ad fidem, angeli ſint, uel ſancti uiri qui de hominib⁹ in angelos

Rubric: 5.52.d 5.65.a 2.Pe.1.a Abac.3.b 4.Re.2.b Zach.1.b Apoc.19.b 5.63.a

a HEB. Et annũnciabunt gloriam meã in gẽtibus: & adducent oẽs fratres ueſtros de cunctis gentibus donũ dño: in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montẽ ſanctũ meũ hieruſalẽ dicit dñs. Quomodo ſi inferant filĩ iſrael munus in uaſe b

SEP. Et annunciabunt gloriam meam in gẽtibus: & adducẽt fratres ueſtros de cunctis nationibus donũ domino: cũ equis & redis, in lampenis mulorũ, cum umbraculis in ſanctã ciuitatem hieruſalẽ dicit dominus. Quomodo ſi oferant filĩ iſrael uictimas ſuas

profecerunt. Quod autem unuſquiſq; noſtrum habeat angelos, multæ ſcripturæ docẽt: e quibus illud eſt: Nolite contemnere unum de minimis iſtis: quia angeli eorum uident quotidie faciem patris, qui eſt in cœlis. Et puella Rode Petrum apoſtolum nunciante, alĩ angelum ipſius eſſe credebant. Sin autẽ hoc de minimis dicitur, & de uno homine: quanto magis de omnibus ſanctis? Et præcipue de apoſtolis ſentiẽdũ eſt: quorũ angeli quotidie uident faciem patris: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Circumdat angelus dñi in circuitu timẽtium eum. Et Iacob de ſe loquit̃: Angelus qui liberauit me. Iſti ſunt qui aſcendunt & deſcendunt ſuper filium hoĩs. Qui ueloces ſunt in fide, equis uehuntur: qui multiplices in gratia, quadrigis: qui conſolatione indigent, tectis lecticis & umbraculis, ut audire mereantur: Per diem ſol non uret te: neq; luna per noctem. Mulos autem in ſcripturis ſanctis dupliciter accipimus: Vel in ſterilitate & continentia: qualibus ſedit David & Salomon: quorum alter interpretatur, fortis manu: alter, pacificus. Vel in mala parte, de quibus dicitur: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Quibus præpoſitus erat Dohec. Carrucæ autem, ꝓ quibus (ut ſupra diximus) Lxx. tecta uehicula, cæteri uehicula ſimpliciter tranſtulerunt: illi intelligendi, de quibus Apoſtolus loquitur: Inuicem onera ueſtra portate. Porro lampenæ, ſplendentia ſanctorum intelligenda ſunt corpora, & animæ fide domini illuminatæ: quibus dici poteſt: Vos eſtis lux mundi. Hic autẽ omnis apparatus illo proficit, ut ingrediamur ſanctam ciuitatem dei, ſiue ſanctum montem domini hieruſalem: non illam quæ occidit prophetas: & quæ lapidat miſſos ad ſe, ſed hieruſalem cœleſtem: De qua crebro diximus: Quæ autem ſurſum eſt hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Et iterum: Sed acceſſiſtis ad ſion montem & ciuitatem dei uiuentis hieruſalem cœleſtem. Quod uel de præſenti eccleſia poſſum⁹ intelligere: quæ toto orbe per apoſtolos congregata eſt, uel de futura: ut impleatur illud quod Apoſtolus ſanctoſpiritu prophetauit: Rapiemur in nubibus obuiam domino in aere: & ſic ſemper cum domino erim⁹. Iudæi & iudaici erroris hæredes Hebionitæ, qui pro humilitate ſenſus nomen pauperum ſuſceperunt: omneſq; mille annorũ delitias præſtolantes: equos & quadrigas, & redas, & lecticas, ſiue baſternas, & dormitoria, muloſq; & mulas, & carrucas, & diuerſi generis uehicula, ſic intelligunt ut ſcripta ſunt: Quod uidelicet in conſummatione mundi, quando Chriſtus hieruſalem regnaturus aduenerit: & templum fuerit inſtauratum: & immolatæ iudaicæ uictimæ, de toto orbe reducantur filij iſrael: nequaq; aſſumptis alis: ſed ſarraco gallico, couiniſq; bellicis & equis cappadociæ atq; hiſpaniæ, ac redis Italiæ, & matronæ eorum lecticis referantur atq; baſternis: nequaq; ſuper equos, ſed ſuper mulos numidiæ. Qui autẽ ſenatoriæ fuerint dignitatis, & locum principũ obtinuerint: de britannis, hiſpanis, galliſq; extremis hominum morinis, & ubi bicornis finditur Rhenus, in carrucis ueniant, occurrentibus ſibi cunctis gentibus, quæ eorũ ſeruituti fuerint præparatæ. b ¶ Quo modo ſi inferant filĩ iſrael ꝛc. Qui ad gentes (ait) directi fuerint, & annunciauerint eis gloriam meam: Sic adducent fratres ueſtros de uniuerſis nationibus munus domino: cum equis, & quadrigis, & lecticis, & mulis, & carrucis, & diuerſis uehiculis in montẽ ſanctũ hieruſalem: quomodo ſolebant filij iſrael, dum eorum ſtaret religio: & templi ceremoniæ ſeruarentur, offerre uictimas cum pſalmis in domo domini. Siue ut habetur in hebræo: & omnes uoce conſona

Rubric: G Matth.18.b Act.12.c Pſ.33.b Gal.4.d Pſ.112.b Pſ.51.c 1.Reg.21.c Gal.6.a Matth.5.b H Gal.4.d Hebr.12.d 1.Theſſ.4.d

/ tranſtulerunt

A transtulerunt, in uase mundo: quod & usq; hodie offerunt in domo dei, quæ est ecclesia, filij israel qui mente cõspiciũt deum, hostias spirituales cũ fructibus atq; uirtutibus animæ suæ in uasis mundis, hoc est, in sanctis corporibus. De
1.Co.3.c quibus Apostolus scribit: An ignoratis quia templum dei estis: & spiritus sanctus habitat in uobis? Et sumam (inqt) ex eis sacerdotes & leuitas dicit dñs: ut qui saluati fuerint, gentibus prædicarent. De quibus
1.Co.4.a unus loquebatur: Sic nos reputet hõ quasi ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Et Lucas euãgelista: Sicut tradiderunt (inquit) nobis, qui a principio uiderunt & ministri fuerũt
ſ.61.b sermonis. De quibus & supra legimus: Vos autẽ eritis mihi sacer-
Rom.2.d dotes domini. Quomodo enim in abscondito Iudæus est, qui spiritu circumciditur:
Pbil.3.a de quo scriptum est: Nos sumus circumcisio, qui spiritu deo seruimus: & offerimus spirituales uictimas placentes deo: psallimusq; spiritu & sensu: Sic & sacerdotes & leuitæ in abscondito sunt: qui non seriem generis sequuntur, sed ordinem fidei. Vel certe nõ dicit de apostolis & apostolicis uiris: qui principes fuerunt ecclesiæ ex populo iudæorum: sed de enumeratis supra gentibus: de mari, de aphrica, de libya, de cappadocia, de italia, de græcia, de cunctis insulis: quarum habitatores primum non audierant dominũ: nec
B uiderant gloriam eius: & postea uertentur in sacerdotes: ut qui fuerant cauda, sint caput: & qui caput, uertantur in caudam. a ¶ Quia sicut cęli noui et terra noua &c. Quando dicit: Assumã ex eis in sacerdotes & leuitas: ostendit uetus sacerdotium prætermissum: quod tribui leuiticæ debebat: ubi non est electio, sed ordo naturæ: & series est familiæ per posteros descendens. Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat: & electio ad eos pertineat: quibus nequaq; iuxta sanguinẽ, sed iuxta merita atq; uirtutes sacerdotium defertur: qui uenient de insulis gentium, & gloriã domini nunciabunt: Et adducent in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis. Quomodo autem cœlum nouum, & terra noua erit, & noua hierusalem, ut
Matth.24.c nequaq; dicatur: Cœlum & terra pertransibũt: Et iterum:
Apoc.6.d Inuoluetur cœlum quasi liber: & corruptione dissipabitur terra: Sic in omnibus nouis, nouus fiet & populus dei: di-
ſ.43.c cente scriptura: Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia no-
2.Co.5.d ua. Et in alio loco: Si qua in Christo noua creatura: eritq; & populus nouus: Primitiæ enim christus. Deinde qui sunt christi in aduentu eius cœlumq; & terra noua: de quibus
Matth.5 inter octo beatitudines dicitur: Beati pauperes spiritu: qm̃ ipsorũ est regnũ cœlorum. Beati mites: qm̃ ipsi possidebũt terrã. Si quidẽ omnis creatura nunc subiecta est uanitati in
Rom.8.d spe, propter eum qui subiecit eam. Liberabunt autẽ a seruitute corruptionis in gloria filiorũ dei, qui fient de hominibus filij eius: & stabunt in cõspectu illius semper: & nomẽ eorũ iugiter permanebit: ut nequaq; illis gens succedat alia, qđ factum est in iudæis: sed maneant in æternũ. Et erit (inquit) mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: ut de carnalibus sabbatis mensibusq; fiant spiritualia sabbata delicata, qui sabbatismus dei populo reseruat: Et mensis spiritualis, qm̃ a puncto usq; ad punctum luna cõplebitur: & suo curret ordine, ut efficiat mensem: id est, kalendas, quæ græce appellantur νεομηνίαι, hoc est, mensis noui exordium: apud quos initium kalendarũ, non iuxta solis cursum, & diuersa mensium spacia, sed iuxta lunæ circuitum incipit & finitur. Hæc

HEB. uase mundo in domum domini. Et assumã ex eis in sacerdotes, & leuitas dicit dominus. Quiã
a sicut cœli noui & terra noua: quæ ego facio stare coram me dicit dominus: sic stabit semen uestrũ, & nomen uestrũ. Et erit mensis ex mense: & sabbatum ex sabbato: ueniet omnis caro, ut adoret coram facie mea dicit dominus.

Et egredient

SEP. suas mihi cũ psalmis in domo dñi: & ex eis sumam sacerdotes & leuitas dicit dñs. Sicut em̃ cœlum nouum & terra noua quæ ego facio pmanere in conspectu meo dicit dñs: sic stabit semẽ uestrum & nomen uestrũ. Et erit mensis ex mẽse: & sabbatũ ex sabbato: ueniet oms caro ut adoret in cõspectu meo in hierusalẽ dñm.

Et egredient

est luna de qua in laude ueri Salomonis dicitur: Et permanebit cum sole & ante lunam in generationes generationũ. ps.71.a
C
Quæ in canticocanticorũ appellatur electa: Quæ est hæc quæ, processit quasi diluculũ: pulchra ut luna: & electa ut sol admirabilis? Aiunt Physici, & quorum curæ est de cœlestibus disputare: lunam non habere proprium lumen, sed solis radijs illustrari. Ab ea enim semp orbis parte completur & fulget, a qua soli uicinior est: nec umbra terræ obscuratur: qđ & Poeta uno uersiculo demonstrauit: Nec fratris radijs obnoxia surgere luna. Sic hoc uerum est: & nos Tropologice possumus dicere: ecclìam quæ pace & persecutionib⁹ crescit atq; decrescit: & oppressa temptationũ tenebris, rursum pristinum lumen assumit: habere splendorem a sole iusticiæ: & hoc esse quod dicit: Splendebit luna quasi sol: habitatoresq; eius iustos fulgere quasi solem in regno patris sui! Et per hos menses semen domini, quod instauratum est in æternũ, uenire ad solennitates suas: quas sanctus mystico ore resonabat dicens: Annos æternos in mente habui, & meditatus sum. De sabbato autem quod significat requiem, pleno sermone tractauimus, in eunuchorũ & aduenarum prophetia: Et nunc breuiter est dicendum, eos uenire in neomenijs & in sabbatis: qui sex diebus in quibus factus est mundus, transcẽsis atq; præteritis, festinant ad septimũ diem, id est sabbatũ: in quo uera est requies. De his solẽnitatib⁹, credẽtes Paulus apl̃us
D
instruebat dicẽs: Ymbrã em̃ habẽs lex futurorũ bonorũ. Et
Hebre.10.a iterũ: Ne quis ergo uos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quæ sunt umbræ futurorũ. Si autem hæc in umbra futurorum bonorum, & in imagine præcesserũt: omnis lex spiritualiter intelligenda est: de qua idem dicebat Apl̃us: Scimus quia lex spiritualis
Rom.7.c est: cuius mysteria & Dauid nosse cupiebat: Reuela oculos
ps.118.c meos: & consyderabo mirabilia de lege tua. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna.
2.Co.4.d De quibus omnia celeri disputatione percurrere, non est huius tẽporis. Si enim nec oculus uidit: nec auris audiuit:
ſ.64.d nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus dili-
et 1.Co.2.b gentibus se: quomodo nos totius legis quasi uniuersi orbis descriptionẽ in breui tabella conamur ostendere? Quod q; sequitur: Veniet omnis caro ut adoret in conspectu meo in hierusalem. Sciendum q; in hebraico non sit scriptum, hierusalem: ut decutiamus supercilium iudæorum: sed tantũ in conspectu meo, ut sermo domini compleatur, dicentis in
Ioh.4.c euangelio: Amen amen dico uobis: quoniam ueniet hora quãdo neq; in monte isto, neq; in hierosolymis adorabitis patrem. Et iterũ: Spiritus est deus! Et eos qui adorant eum,
Ibidem.d in spiritu & ueritate oportet adorare. Et illud Apostoli:
1.Timo.2.c Leuantes sanctas manus in omni loco. Omnis autẽ caro non populum iudæorum, sed omne hominũ significat genus: iuxta illud quod supra dictum est: Videbit omnis caro sa-
ſ.40.b lutare tuum. Et in Ioele: Effundam de spiritu meo super
Ioel.2.g omem carnem: & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ. Et in Zacharia: Timeat omnis caro a facie domini. Et in
Zach.2.d psalmis: Ad te omnis caro ueniet. Qđ alijs uerbis in alio
ps.64.a psalmo dicitur: Omnes gentes quas fecisti, uenient & ado-
Ibi.85.b rabunt in conspectu tuo: & glorificabunt nomen tuum domine. Mensem ex mense, & sabbatũ ex sabbato: in quibus ueniet omnis caro, ut adoret deum: ridicule interpretantur χιλιασαὶ, quos nos dicere possumus miliarios: ut qui

E in uicino sunt, omni sabbato ueniant in hierusalem: qui longius, per menses, id est kalendarū orbe completo: qui ualde procul, per annos singulos, hoc est, diebus paschæ siue tabernaculorū: Iuxta illud quod in Zacharia dicitur: Ascendent ab anno in annum, ut adorent dominum regem exercituum: & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et ut maiorem risum præbeant audientibus: quod in ultimo eiusdem ꝓphetæ uolumine scribit: Et nō erit mercator ultra in domo domini exercituum in die illo: Sic interpretant: ut negociatores in misse annis esse desistant, quia omnia nascantur in omnib⁹ locis: quo scilicet nec nos indigeamus folio amomo, & pipere, nec Indi a nobis puleium desyderent. a ¶ Et egredientur et videbunt cadauera virorum ꝛc. Omnis caro quæ adoratura est in conspectu domini, uel in hierusalem cœlesti, uel in omni loco in quo leuantur mundæ manus: egredietur, ut uideat cadauera hominum mortuorum, qui præuaricati fuerint in deum. Quod uel de Iudæis intelligi potest, de quibus dictum est: Filios genui & exaltaui: ipsi autem me spreuerunt. Vel de omnibus qui habentes noticiam dei in cordibus suis: auersi sunt in uanitatem: ut adorent creaturam potius ꝙ creatorem. Egredientur autem non loco, sed intelligentia. Necꝫ enim cadauera mortuorum possunt in tus esse cum domino. Quod si omnis caro adoratura est dominum: & ecōtrario cadauera uirorum, qui præuaricati sunt in domino, æternis tradent ardoribus: in utrancꝫ partem, ueræ carnis erit resurrectio. Vermis autem qui nō morietur, & ignis qui non extinguetur, a plærisꝫ cōscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in supplicijs constitutos: quare uitio suo atꝫ peccato caruerint electorū bono: iuxta illud quod dicitur: Versatus sum in miseria, dum infigitur mihi spina. Et in Prouerbijs: Tinea ossium cor intelligens. Et iterum sub obelo: Sicut tinea, uestimentum: & uermis, lignum: sic mœror excrutiat cor uiri: Ita dumtaxat, ut non negent præuaricatorum, & dominum negantium, æterna supplicia: Dicente domino in euangelio: Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Et in alio loco: Ligate manus ei⁹ & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Si manus auferimus & pedes, & tenebras exteriores, quæ oculorū pœna est lumen deo nō uidentiū: & fletum: qui utiqꝫ & ipse ad oculos pertinet, & stridorē dentiū: Miror quosdam aereum corpus: & paulatim in auras tenues dissoluendum post resurrectionem introducere: quia dominus potentia maiestatis suæ, ad apostolos clausis ingressus est ianuis: Qui certe & ante resurrectionem pendulo super mare ambulauit incessu: & hoc ipsum apostolo præbuit Petro: ut qui fide ambulabat, infidelitate postea mergeret: cui dictū est: Quare dubitasti modicæ fidei? Ignis quoꝫ iuxta id accipiendus, qd' & uermis: qui tam diu succenditur, ꝙ diu habet materiam, qua uorax flamma pascatur. Si quis igitur habeat in cōscientia sua çiçania, quæ inimicus homo dormiente patrefamilias superseminauit: hæc ignis exuret: hæc uorabit incēdiū: Et omnium sanctorum oculis eorum supplicia monstrabuntur: qui pro auro, & argento, & lapide precioso, ædificaueruntsuper fundamētum domini, fœnum, ligna, stipulam, ignis pabulum sempiterni. Porro qui uolunt supplicia aliquando finiri: & licet post multa tempora, tamen terminum habere tormenta, his utuntur testimonijs. Cum intrauerit plenitudo gētium, tunc omnis israel saluus fiet. Et iterum: Concluſit deus omnia sub peccato, ut omnibus misereat. Et in alio loco sanctus loquit: Iram domini sustinebo: quia peccaui ei, donec iustificet causam meam: & auferat iudiciū meum: & educat me in lucem. Et rursum: Benedicam te domine: quoniam iratus es mihi. Auertisti faciem tuam a me, & misertus es mei. Dominus quoꝫ loquitur ad peccatorem: Cum ira furoris mei fuerit, rursum sanabo. Et hoc est quod in alio loco dicitur: Q̄ grandis multitudo bonitatis tuæ domine: quam abscondisti timētibus te. Quæ omnia replicant, assequerare cupientes: post cruciatus atꝫ tormenta, futura refrigeria: quæ nunc abscōdenda sunt ab his quibus timor utilis est: ut dum supplicia reformidant, peccare desistant. Quod nos dei solius debemus scientiæ derelinquere: cuius non solum misericordiæ, sed & tormenta in pondere sunt: & nouit, quē, quemodo, aut ꝙdiu debeat iudicare. Solumꝫ dicamus, quod humanæ conuenit fragilitati: Domine ne in furore tuo arguas me: necꝫ in ira tua corripias me. Et sicut diaboli & omnium negatorū atꝫ impiorum, qui dixerunt in corde suo: Non est deus, credimus æterna tormēta: Sic pctōrū atꝫ impiorū & tñ christianorū, quorū opera in igne probanda sunt atꝫ purganda, moderatam arbitramur & mixtam clæmentiæ sententiā iudicis.

a Et egrēdientur & uidebunt cadauera uirorum qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. Et erunt usꝫ ad satietatem uisionis omni carni.

¶ Commentariorum in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORVM HIEREMIAE AD EVSEBIVM PROEMIVM

A POst explanationes duodecim prophetarum, Esaiæ, Danielis, & Ezechielis, ad extremū in Hieremiā manum mittimus: tibi frater Eusebi eosdē cōmē/tariolos dedicantes: ut euāgelicū uirum, Matthæo euangelistæ copules: quē ante annos plurimos strictis sensibus te hortante differui. Et quia uolumen longissimū est, & in plærisq; manifesta historia texitur: illud prudentiā tuā admoneo: ne quæras in hoc latā explanationē: sup his maxime, quæ iam & in prophetis alijs dicta sunt: & per se patens intelligentiæ. Sicq; conabor notariorū manu scribere: ut nihil desit in sensibus, cum multū desit in uerbis. Stamina tibi atq; subtegmia & licia præpabo: tu pulcherrimā uestē ipse cōficito: ut nō solū nos audire, sed etiā docere possis & alios. Libellū autē Baruch, q uulgo æditioni Lxx. copulat: nec habet apud hebræos, & ψευδόγραφον epistolā Hieremiæ, nequaq; cessui disserēdā, sed magis Hieremiæ ordinē, librariorū errore cōfusū: multa q; quæ desūt, ex hebræis fontib⁹ digerere, ordinare, deducere, ac cōplere: ut nouū exueteri, uerū q; p corrupto atq; falsato pphetā teneas: puipēdens obtrectatorū rabiē, q nō solum uerba, sed syllabas quoq; nostrorū uerborū calumniant: in eo se scire aliquid arbitrantes, si de alienis operibus detrahant: ut nuper indoctus calumniator erupit: qui comentarios meos in epistolā Pauli ad Ephesios reprehēdendos putat: Nec intelligit nimia stertens uecordia, leges cōmentariorū: in quibus multæ diuersorum ponuntur opiniones, uel tacitis uel expressis auctorum nominibus: ut lectoris arbitrium sit quid potissimum eligere debeat decernere: quāq; & in primo eiusdem operis libro præfatus sim, me uel propria uel aliena dicturū: & ipsos cōmentarios, tam ueterū scriptorū esse q; nostros. Q d' nō uidens præcursor eius Grūnius, olim nisus est carpere. Cui duob⁹ respōdi libris, quæ iste quasi sua profert: & alio iam calūniante purgata sunt: ut prætereā cōtra Iouinianū uolumina: in qbus dolet uirginitatē nuptijs: & nuptias digamiæ, digamiam polygamiæ esse prælatam. Nec recordatur stolidissimus & scortorū pultibus prægrauatus nos in ipso dixisse opere: Nō damno digamos: imo nec trigamos: & si fieri potest octogamos: plus aliquid inferam, etiam scortatorē recipio pœnitentē: quicquid æqualiter licet, æquali lance pensandum est. Legat eiusdem operis Apologiam: quam ante annos plurimos aduersus magistrū eius, gaudēs rhoma suscepit: & tūc animaduertet alienis se uocibus blasphemare: & in tantū esse imperitum: ut ne maledicta quidem habeat propria: sed inimicorū etiam olim sepultorum contra nos utatur rabie. Sed iam propositū opus aggrediendum est.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM LIBER PRIMVS

B VErba Hieremię filij Helkię de sacerdoti/b⁹ ꝛc. Cæteri prophetæ ut esaias, Oseæ, Ioel, fuerunt ante captiuitatē decē tribuū isrl: siue duarū tribuū, iudæ & beniamin. Alij post captiuitatē: ut Daniel, Aggeꝰ & Zacharias. Hieremias aūt & Ezechiel īmineñte captiuitate uaticiniū texuerūt: sed alter eorū in terra iuda: alter in babylone. Hieremias cū esset adhuc puer, pphetare cœpit anno tertiodecio Iosie filij Amon regis iudæ. Prophetauitq; in impio eiꝰ ānis decē & nouē: & postea sub Ioachim filio eiꝰ annis undecim: & sub Sedechia, q ultimus fuit regum iuda, annis undecim, usq; ad quintū mensem, quando a babylonijs capta ē hierusalē. Ioachaz uero & Iechoniæ terni mēses: (quorum alter in ægyptum: alter cū matre ductus est in babylonem) in supradictis annis computantur: ac per hoc ab exordio pphetiæ suæ usq; ad captiuitatem hierusalem, in qua & ipse captus est, pphetauit annis q̄draginta & uno: præter illud tē pus quādo ductus est in ægyptū. Ibiq; pphetauit in taphnis, ut hoc ipso uolumine cōtinetur. Pro uerbis Hieremiæ: Lxx. posuerūt uerbū dei qd factū est ad Hieremiā: hoc uidelicet sensu, q uerba Hieremiæ ꝟbū sit dñi. Fuit autem de genere sacerdotū qui habitabāt contra septētrionē hierlm in tertio miliario in uiculo anathot. Simulq; admirabilis clæmētia dñi, q iā captiuitate uicina & babylonio

C

VErba Hieremie filij hel/kie de sacerdotib⁹ q fuerūt in anathot in terra beniamin: qd factū est uerbum dñi ad eū in dieb⁹ Iosie filij Amon regis iuda in tertiodecimo anno regni eius. Et factū est in diebus Ioachim filij Iosie regis iuda, usq; ad cōsumationē undecimi anni Sedechie filij Iosie regis iuda, usq; ad trāsmigrationē hierlm in mense quinto.

Et factum est

E exercitu uallãte hierusalẽ: nihilominus populũ ad pœnitentiã ꝓuocat: malens saluare cõuersos, q̃ꝑdere delinquẽtes. Pro trãsmigratione q̃ oẽs alij uoce cõsona trãstulerũt: Lxx. posuere, captiuitatẽ. Post exordiũ aũt uaticinationis Hieremiæ, tricesimoqnto, ꝓphetiæ ei⁹ anno, Eçechiel in babylone his q̃ cũ eo capti fuerãt exorsus est ꝓphetare.

a ¶ Et factũ est verbũ dñi ad me dicẽs: Priusq̃ te formarem in utero noui te: & antecq̃ exires de uulua sanctificaui te: prophetã gentibus dedi te.

b HEB. Et dixi: ăh ah ah domine deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. SEP. Et dixi o domine deus nescio loqui, quia iuuenis sum.

c Et dixit dñs ad me: Noli dicere, puer sum: qm̃ ad oẽmia quæ mittã te ibis: & uniuersa quecũq̃ mãdauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eor̃ qa ego tecũ sũ: ut eruã te

d dicit dñs. Et misit dñs mãnũ suam & tetigit os meũ: & dixit dominus ad me: Ecce dedi uerba mea in ore tuo.

e Ecce egõ constitui te hodie sup gentes & super regna: ut euellas & destruas, & dissperdas, & dissipes, & ædifi-

f ces, & plantes. Et factũm est uerbum domini ad me dicens: Quid tu uides Hieremia? Et dixi uirgam uigilantem ego uideo. Et dixit dominus ad me: Bene uidisti: quia uigilabo ego sup uerbũ meũ ut faciam illud.

Et factum est

Rom.4.c qđ Aplus loq̃t: Qui uocauit ea q̃ nõ erãt q̃si ea quæ essẽt. Qđ autẽ sanctificatur in utero: iuxta illud Aplĩ de

Gal.1.c bemus accipe: Postq̃ aũt placuit ei q̃ me segregauit de utero matris meæ, & uocauit p gratiã suã ut reuelaret filiũ suũ in me: ut euãgeliçarẽ illũ in gẽtib⁹.

Luc.1.b Ioãnes quoq; baptista sanctificaẽ in utero: & sanctũ spm̃ accipit, & mouẽ in uulua, & per os matris loq̃t. Qđ

Hiere.1.a autem dixit: ꝓphetam gentibus dedi te: illud uult intelligi, qđ in ipso postea propheta lecturi sumus, quod non solum hierusalem, sed & multis in circuitu gentibus prophetarit. Quidam hunc locum super saluatore intelligunt: qui

F proprie ꝓpheta gentiũ fuit: & per aplos uocauit omnes nationes. Iste enim uere priusq̃ in utero uirginali formaret & antecq̃ exiret de uulua matris, sanctificat⁹ in utero est: & nutus patri: quippe qui semper in patre, & in q̃ semp est pater.

b ¶ Et dixi ab/ab/ab/dñe deus ecce ꝛc. Detestaẽ officium qđ pro ætate non potest sustinere: eadem uerecundia qua

Exo.4.c.6.b & moyses tenuis & gracilis uocis esse se dicit. Sed ille q̃si magnæ robustæq̃ ætatis corripiẽ: huic pueritiæ daẽ uenia: quæ uerecũdia & pudore decoraẽ: c Et dixit dñs ad me: noli dicere q: puer sum ꝛc. Ne ætatẽ inqt cõsyderes: alio eñ ꝓphe-

Sapien.4.b ta loquẽte didicisti: Cani hominis sunt, sapiẽtia eius: tuæ sit tm̃ uoluntatis ut ꝓgas: me habebis comitẽ: quo cũcta adiu-

ꝑs.80.b uante cõplebis: aperi os tuũ & implebo illud. Nec cõsyderes mĩtitudinẽ eor̃ ad ꝙs & cõtra ꝙs locutur⁹ es: sed me q̃ tecũ sum, ut eruã te dicit dñs. Liberat autẽ dñs, non quo ꝓpheta psecutiõib⁹ careat & angustijs: quippe cũ legamus eũ multa ppessum: sed ut patiẽs omnia supet, nec cedat angustiæ.

d Et misit dñs manũ suã ꝛ tetigit os meũ ꝛc. Notãdũ q̃ hic manus mittaẽ dei quæ tãgat os ꝓphetæ, & dicaẽ ei: Ecce de-

Esa.6.b di ẏba mea in ore tuo. In Esaia aũt scriptũ sit: Et missus ẽ ad me un⁹ de seraphim, & in manu habebat carbonẽ quẽ forcipe tulerat de altari: & tetigit os meũ & dixit: Ecce tetigit iste labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua mũdabit Ibi eñ qa solidæ & pfectæ ætatis erat: & ipse simpliciter cõfitetur q̃ ĩmunda labia habeat: & habitet in medio populi polluta labia habẽtis: mittitur unus de seraphim, q̃ nõ manu, sed forcipe & carbone tãgat os ei⁹: & iniqtates auferat & mũdet peccata. Hic aũt ipsius dei manus mittiẽ, ꝑ quã cun-

Esa.44.d cta opatus est: & quæ in alio loco brachiũ dicit: nõ ut peccata auferat quæ p pueritiã multa nõ fecerat: sed ut loquẽdi

Eçech.2.d gratiã tribuat. Porro Eçechiel librũ deuorat & intus & foris scriptũ: tã sacramẽta diuina, q̃ simplicẽ historiã continentẽ. Hieremiæ os tangit & dñi uerba tribuunt, ut cõfidẽtiã accipiat prædicãdi. Pulchreq̃ iuxta lr̃am man⁹ mittit, ut humanorũ artuũ uidẽs similitudinẽ, tactũ manus nõ reformidet.

e ¶ Ecce ego cõstitui te hodie sup gentes ꝛc. Hoc qđ nos de hebraico addidimus, dissipes siue deponas: in Lxx. non habetur. Et consyderandũ q̃ quatuor tristibus duo læta succedant. Neq̃ eñ ædificari poterant bona, nisi destructa essent mala: nec plãtari optima nisi eradicarent̃ pessima. Oẽmis eñ plãtatio quã nõ plãtauit cœlestis pater eradicabit̃: & ædificatio q̃ sup̃ petrã nõ habet fũdamẽtũ: sed ĩarena extructa est, sermone dei suffodit̃ atq̃ destruit̃. Illam autẽ quã consumet iesus spiritu oris sui: & destruet aduẽtu præsentiæ suæ omnẽ scilicet sacrilegã puersamq̃ doctrinã, disperdet in ꝓpetuũ. Porro ea quæ eleuant̃ contra sciẽtiã dei: & in sua confidũt sapiẽtia: quæ apud deũ stultitia ẽ, dissipabit atq̃ deponet: ut ædificent̃ ꝓ his humilia, & in locũ superiorum quæ destructa sunt & euulsa, extruantur atq̃ plantentur quæ ecclesiastica conueniunt ueritati: & impleatur illud qđ dicit Apostolus: Dei ædificatio, dei agricultura estis. Multi hunc locum sup̃ per-

Matth.15.b

1.Co.3.b

יִרְמְיָהוּ

sona christi ĩtelligũt: Hieremias eñ interpretaẽ excelsus dñi: qui destruxit regna diaboli: quæ sibi in montis ostenderat excelso: aduersarias perdidit potestates: delens chirographum errorum in cruce. De quibus & in psalmo post historiæ ueritatem προφητικῶς loquitur: Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ & principes cõuenerũt in unum. Pro his euulsis destructis & perditis & in inferiora detractis, ædificatur atq̃ plantatur ecclesia dei. Super Hieremiæ autem persona nulla dubitatio est. Legimus enim in consequentibus, qđ in manu accipiat calicem meri plenum: & propinare iubeatur cunctis in circuitu nationibus. f ¶ Et factum est verbum domini ad me dicens: Quid tu vides hieremia? Et dixi: virgam vigilantem ꝛc. Pro uirga uigilante: Lxx. baculum nuceum trã stulerũt. Laborandum igitur nobis est, ut breuiter hebræã etymologiam latinus lector intelligat. שָׁקֵד nux dicitur: uigilia autem uel uigil siue uigilare appellatur שָׁקַד: unde & in posterioribus, pardus uigilans hoc nomine appellaẽ. Ab eo igitur qđ dicitur nux: propter uerbi similitudinem ad uigilis intelligentiam nomen allusit: qđ quidem & in Daniele iuxta Theodotionem scriptum est: ut ab arboribus χίνου & πρίνου, ilice uidelicet & lentisco: scissio atq̃ serratio adulteris presbyteris decernatur. Alioquin & in principio Geneseos a uiro qui dicitur אִישׁ, mulier appellatur אִשָּׁה: quasi quædam uirago, eo qđ de uiro sumpta sit. Pro baculo nuceo, uirgam uigilantem, Aquila & Symmachus: Theodotio uero amygdalinam transtulerunt. Vigilat autem uirga, cuncta populi peccata consyderans: ut percutiat & corripiat delinquẽtes. Vnde & Apostolus scribit peccantibus: Quid uultis? in uirga ueniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Ista est uirga uel baculus de qua Dauid loquitur: Virga tua & baculus tuus: ipsa me cõ solata sunt. Pulchreq̃ posuit, consolata sunt. Ad hoc enim dominus corripit ut emendet. Et quomodo nux siue amygdalum amarissimam habet corticem, & testa durissima cingitur: ut detractis austerioribus & duris, fructus dulcissim⁹ reperiatur: sic omnis correptio & labor continentiæ, amara quidem uidetur ad præsens: sed fructus parit dulcissimos: Vnde & uet⁹ illa sentẽtia est: Literarũ radices amaræ, fructus dulces.

Infra.25.d

1.Co.4.d

ꝑs.22.b

ꝑs.2.a

Esa.11.c

Ezech.24.c

Apoc.8.

ꝑs.38.

Gen.47.

2.Pet.1.

Pro.25

Iob.

Luc.

4.Reg.

Matth.

Iob.40.

ꝑs.57.

Ephe.5.

A dulces. Quidam uirgã uigilantem atq; nuceã: intelligũt dominũ: de quo dicit Esaias: Exiet uirga de radice ieſſe. Vnde & uirga aaron quæ putabatur emortua, in reſurrectiõe dñi floruiſſe narratur. a ¶ Et factũ eſt verbũ dñi ſecundo ad me dicẽs: qd tu vides? & dixi ollã ſuccẽſam ꝛc. Quibuſdam gradib⁹ peccãtib⁹ tormẽta tribuunt: ut paulatim ueniãt ad ſalutẽ. Qui noluerit pcutiẽte uirga emẽdari, mittũt in ollã æneã atq; ſuccẽſam: de q̃ plenius ſcribit Eçechiel: quæ a facie aqlonis accẽdit, babyloniorũ regẽ ſignificãs & urbẽ hieruſalẽ. Pulchreq; inferẽt: Ab aqlone exardeſcẽt mala ſup oẽs habitatores terræ: uel terræ iudæ: uel certe uniuerſæ terræ: de qbus in Apocalypſi ſcriptũ eſt: Væ ſuper oẽs habitatores terræ. Sancti em̃ nõ ſunt habitatores terræ: ſed aduenæ atq; pegrini: quorũ unus dicit: Aduena ego ſum ſup terrã: & pegrin⁹ ſicut oẽs patres mei. Et ali⁹: Parui ſunt & peſſimi dies mei qbus ego pegrinor in terra. Vnde & Petrus catholicã epiſtolam ſcribit aduenis atq; pegrinis põti, galatiæ & cappadotiæ. Et iuxta myſticos intellectus Salomon loquit: Aquilo durus uẽtus: noie aũt dexter uocat, ab his uidelicet q eius obriguere frigore & calorẽ fidei perdiderũt.

Esa. 11. a

Eçech. 24. a

Apoc. 8. d

ps. 38. c

Geñ. 47. b

1. pe. 1. a

B

Pro. 25. d

b ¶ Quia ecce cõuocabo omnes cognationes regnorũ ꝛc. Nulli dubiũ, multas gentes & ſingularũ gentiũ reges, babylonio regi fuiſſe ſubiectos: qui obſeſſa hieruſalẽ poſuerunt in circuitu, & maxime in exitibus portarũ thronũ ſuũ atq; tentoria: ne quis eorũ qui clauſi erãt poſſet erũpere: & nõ ſolũ hieruſalẽ, ſed & omnes urbes iudæ ſimili obſidione uallataſ. Cũq;, ait, capta fuerit ciuitas: tunc loquar ad eos recta fuiſſe iudicia mea: & recepiſſe ſingulos quæ merebant: non ꝓ cæteris uitiis qbus ſubiacet humana cõditio: ſed maxime ꝓ idololatria, ꝓ quã deſerẽtes me, adorauerũt opa manuũ ſuarũ. Quidã hunc locũ in bonã partẽ accipiũt, qd uidelicet hi qui in olla ænea excocti fuerint per cruciatus atq; purgati, poſtea principes ſint hieruſalem: & poſtq; miſertus eorũ fuerit dñs, tunc exprobret eis quia ſe deſerto, ſimulacra uenerati ſunt. Sed hæc uiolẽta & praua interpretatio eſt: ne calũniã faciat tractator indoctus. c ¶ Tu ergo accinge lũbos tuos ꝛc. Et Iob præcipitur ut accingat lũbos ſuos: & apoſtolis, ut accinctis lumbis: quos Helias & Ioannes baptiſta çonis mortificauere pelliceis, lucernas teneant in manibus ſuis, prædicationis uidelicet euangelicæ. Quicũq; igitur ſermones locutus eſt dei: debet accingere lumbos ſuos, ſciens q diaboli omnis uirtus in lumbis ſit: & iuſtus dicat in pſalmis: Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Cũq; accinxerit lumbos, audiat illud qd ſcriptũ eſt: Surge qui dormis & eleuare: & illuminabit te chriſtus: ut ſemp uigilans & de ſomno conſurgens, loquat quæ ſibi præceperit deus. d ¶ Ne timeas a facie eorũ: nec em̃ timere te faciã vultũ eorum. Siue ut Lxx. & cæteri habent interpretes: ne forte timere te faciam. Et eſt ſenſus iuxta tranſlationẽ noſtrã. Noli timere a facie eorũ: me em̃ adiutore, eos timere nõ poteris. Iuxta Lxx. Noli timere a facie eorũ, habeto meæ cõfidentiã iuſſionis. Si em̃ nõ obtuleris qd habes: ut timere deſinas, derelinquã te, & tradam timori: & qdãmõ uidebor timere te facere: dum relinq formidini. Hoc autem ſignificat, q ſẽp amanda ſit ueritas: nec timẽda hominum multitudo: qui increpati correptionẽ nõ ſuſtinẽt, ſed inſidias tendũt ei a q corripiunt. Qd q iuxta Lxx. ſequit: quia tecum ſum ut liberem te dicit dñs: in hebraico nõ habet. Et eſt ſenſus: Eruam te nõ in eo ut tibi nullus inſidiet: ſed in eo ut patiens inſidias nõ delinquas. e ¶ Ego quippe dedi te hodie ſiue poſui ꝛc. Deſcribit ſermo diuinus cur ꝓpheta timere non debeat. Ego inqt poſui ſiue dedi te hodie: hoc eſt in præſenti uita donec uocat hodie, quaſi ciuitatem firmiſſimã: nõ ut unã domũ nec turrem aut aliqua mœnia: ſed oẽm ciuitatẽ quæ ſita ſuper montẽ latere non põt: De qua ſcriptum eſt: Gloriosa dicta ſunt de te, ciuitas dei. Et: ego ciuitaſ firma ciuitaſ quæ oppugnat. Et in colũnam inquit ferreã: de qua ſcribit Apoſtolus: Colũna & firmamẽtũ ueritatiſ. Vñ Petrus & Ioãnes q putabant colũnæ eccleſiæ: dextras dederũt Paulo & Barnabæ cõmunionis. Nec hoc ſufficit: ſed in murum, ait æneũ q nulla uiolat rubigine, nec ceſus imbribus deperit: ſed uetuſtate fit fortior. Eris autẽ talis contra reges & principes & populũ: nõ cuiuſlibet loci, ſed terræ: q terrena ſapiũt & cœleſtia nõ nouerũt: q habẽt imaginẽ χοϊκοῦ & nõ cœleſtis. Hi inqt bellabũt aduerſum te: & non prævalebũt. Cur quæſo? Quæ eſt tantæ fortitudinis cauſa: ut nec reges nec principes nec ſacerdotes nec ppli aduerſus unũ prævaleãt? Seq: Quia tecũ ego ſũ ait dñs: ut liberẽ te. Si q̃ reges iuda quæ interpretat, confeſſio, & principes eius & ſacerdotes & ppli: epiſcopi uidelicet & preſbyteri & diaconi: & uulg⁹ uile atq; ignobile cõtra ſanctũ uirũ cõſurgere uoluerit: habeat ſi dei firmitatẽ: & timere deſiſtat: qa dño auxiliãte ſuperabit.

Iob. 4. a

Luc. 12. d

4. Reg. 1. b

Matth. 3. a

Iob. 40. b

ps. 57. b

Ephe. 5. d

C

a Et factũ eſt ✠bũ dñi ſecũdo ad me dicẽs: qd tu uides? & dixi, ollam ſuccẽſam ego uideo: & faciem eius a facie aqlonis. Et dixit dñs ad me: ab aquilone aperient (ſiue b exardeſcent) mala ſup oẽs habitatores terræ. Quia ecce cõuocabo oẽs cognationes regnorũ aquilonis ait dñs. Et ueniẽt & ponẽt unuſquiſq; ſoliũ ſuũ in introitu portarũ hieruſalẽ: & ſup oẽs muros eius in circuitu: & ſuper uniuerſas urbes iudæ. Et loquar iudicia mea cũ eis ſup omni malicia eorũ: q dereliquerũt me, & libauerũt dñs c alienis: & adorauerũt opus manuũ ſuarũ. Tu ergo accinge lũbos tuos: & ſurge, & loquere ad eos oẽia quæ d ego præcipio tibi. Nẽ timeas a facie eorũ: nec em̃ timere te faciã uultũ eor: (qa tecũ ſum ut liberẽ te dicit dñs.) e Ego qppe dedi te hodie (ſiue poſui ecce te in hac die) in ciuitatẽ munitã, & in colũnã ferreã, & in murũ æneũ ſup oẽm terrã: regib⁹ iuda, principibus ei⁹, & ſacerdotib⁹ & ppl̃o terræ. Et bellabũt aduerſum te, & non ꝓualebũt: Eqa tecũ ego ſum ait dñs ut liberẽ te. ¶ Ca. II

Ier. 1. a

f ET factũm eſt uerbum domini ad me dicẽs: Vade & clama in auribus hieruſalem dicens:

A sculptili, qui de suo corde simulacra confinxit: Falsumq; est qđ conflauit. Si autem stultus est omnis homo a scientia: stultum est omne falsumq; qđ fecit. Et non est spiritus in eis. Notandū q; & in isto capitulo, uentus & spiritus, uno apud hebræos nomine appellatur רוּחַ. Spiritū autē sancti ficatiōis uocat, qui in hæreticorū mentibus nō potest inueniri. Vana sunt & opus risu dignum. Quis em̄ non rideat cum hæreticoꝝ simulacra perspexerit? Aut enim rustica sunt quæ dicunt̄, & lignū est: aut pulchro sermone cōposita, & reperiēt argentum: aut certe de proprio simulata sensu: & frustra auri imaginem pollicentur. In tēpore uisitatiōis suæ peribunt. Ad tempus ualet hæresis, ut electi quiq; manifesti fiant & pbati sint. Cū autē uisitatio dei uenerit & oculꝰ eiꝰ stulta pspexerit, omnia conticescūt. Nō est similis his pars iacob, eorū qui supplā tauere iudæos & quotidie destruunt hæreticos. Pars autē sanctorum deus est: de quo propheta dicit: Pars mea dn̄s. Qui em̄ formauit omnia, ipse est:

B Qui fecit omnia atq; plasmauit, tam in animo q; in corpe. Et isrl̄ uirga hæreditatis eius est. Omnis q directus in deo est, uel sensu cernit deū, sceptrū est hæreditatis eius. Cuiꝰ nomen dn̄s oīpotēs est siue uirtutum: hoc em̄ sonat dn̄s exercituum: qđ in hebraico scriptū est, dominus sabaoth.

1.Co.11.d

ps.72.d

falsum est qđ conflauit, & non est spiritus in eis: uana sunt, & opus risu dignum: in tempore uisitationis suæ pibunt. Non est his similis pars iacob. Qui em̄ formauit omnia ipse est: & israel uirga hæreditatis eius, dominus exercituum nomen est illi.

a HEB. Cōgrega de terra confusionē tuam quæ habitas in obsidione: quia hæc dicit dominus: Ecce ego longe proīciam habitatores terræ in hac uice: & tribulabo eos ut inueniantur. b Væ mihi supēr contritione mea pessima plaga mea.

SEP. Congregauit de foris substantiā suam quæ habitat in munitione. Quia hæc dicit dominus: Ecce ego supplantabo habitatores terræ huius: & tribulabo eos ut inueniantur. Væ super contritione tua, pessima plaga tua.

c Ego autem dixi: plane hæc infirmitas mea est, siue uulnus meum: & portabo illam, siue apprehendit me. Tabernaculū meū uastatum est: omnes funiculi mei disrupti sunt (siue omnes pelles meæ concissæ sunt): filij mei exierunt a me (siue oues meæ): & non sunt: non est qui extendat ultra tentorium meū (siue non est locus ultra e tabernaculo meo): & qui erigat pelles meas. Quia stulte egerunt pastores: & dn̄m nō quæsierunt: propterea nō f intellexerunt & omnis grex eorum dispersus est. Vox auditionis ecce uenit, & cōmotio magna de terra aqlonis: ut ponat ciuitates iuda in solitudinē: & habitaculū g draconū: siue cubile struthionū. Sciō dn̄e quia nō ē hominis uia eiꝰ: nec uiri ē ut ābulet & dirigat gressus suos.

Corripe me

omnes funiculi mei disrupti sunt ꝛc. Subuersionē urbis suæ tam facilē plangit hierusalem: ut nequaq; muros & mœnia omnia funditus eruta, sed tabernaculi atq; tentorij ablationē putes. Tabernaculū inquit, hoc est, habitatio mea, repēte sublata est: Omnes funiculi mei disrupti sunt. Seruat tabernaculi metaphorā: siue omnes pelles meæ cōciſſæ sūt, Filij mei exierunt a me: siue pecora mea: qđ a Lxx. additum, non stat iuxta historiam. In longa em̄ obsidione quomodo oues & pecora auferri poterant de hierusalē, quæ etiam si fuissent, fames consumpserat? Et non, inquit, subsistūt siue nō sunt. Neq; enim translati sunt in chaldæam: sed magna pars eorum interfecta penituſq; deleta est. Non est qui extendat ultra tentorium meū: non est qui me instauret: & murorum meorū iaciat fundamenta: qui ad solum usq; prostrati sunt. e **Quia stulte egerūt pastores ꝛ dn̄m nō ḡsierunt ꝛc.** Per translationem pastorum atq; ouium, principū culpa & dispsio populi describitur: Quia enim principes stulte egerūt, nec quæsierunt dominū quem toto debuerant corde pqrere: idcirco & mala uenientia non uiderunt: siue non intellexerūt dominū: & omnis multitudo hierusalem huc illucq; dispersa est. f **Vox auditionis ecce venit ꝛc. et habitaculum draconū siue cubile struthionū:** Et ut Symmachus interpretatus est, sirenarum: pro quo in hebraico תַּנִּים positum est. Verba prophetæ. Ecce, inquit, sonitus & fremitus babylonij uenientis auditur: magnaq; commotio siue terremotus de terra aquilonis: ut omnes urbes iudeæ habitatoribus interfectis redigat in solitudinem: & faciat pro hominibus dracones habitare: & cuncta animātia uenenata, siue struthiones: quod & ipsum animal solitudinis familiare est: & in desertis nascitur ac nutritur. Aut certe sirenas, monstra quædam & dæmonum phantasmata possumus intelligere. Hæc omnia quæ & præteritus & præsens sermo descripsit, ad persecutionis ecclesiæ referamus tempora: quando tabernacula domini subuertuntur: & omnis habitatio ecclesiæ redigitur in solitudinem. Et ut ista uniuersa ueniant, culpa pastorum est: qui stulte egerunt & dominum non quæsierunt nec intellexerunt eum: & idcirco grex oīs dispsus est. g **Scio dn̄e quia non est hominis via eiꝰ: nec viri est vt ambulet ꝛ dirigat gressus suos.** Erubescant noui prædicatores, qui aiunt, unūquēq; suo arbitrio regi: cū & hic propheta dicat: nō est hominis uia eius: Et Dauid in lyrico canat carmine. A domino gressus hominis dirigentur: & uiam eius uolet nimis. Siue hic sensus est: Quod a babylonijs sustinemus, nō est eorum fortitudinis: sed nostri meriti & indignationis tuæ.

ps.36.d

Corripe me dn̄e

C

D

a **Cōgrega de terra cōfusionē tuā quę habitas in obsidione ꝛc.** Præcipitur hierusalē, ut quicqd habet foris substātiæ, in urbem munitissimā congreget: & longe obsidioni paret alimenta. Se em̄ nequaq; ut prius de futuro & longo tpe cōminari: sed iā de uicina captiuitate, quæ iamiā q; uētura sit. Congrega, inquit, & de foris & de terra, hoc est ex agris substantiā tuā siue cōfusionē: Quicqd em̄ habes, cōfusione dignū est: quæ licet præpares hæc, sup his dn̄i dicta cognosce. Ecce ego in hac uice in isto tpe, proīciā siue instar fundæ iaciā longe habitatores terræ huiꝰ. Pro quo Lxx. interpretati sūt: supplātabo & cadere faciā. Pro q̄ uerbo hebraico סוֹלֵעַ Aquila & Symmachus interpretati sunt σφενδονήσω. Et est sensus: Instar fundæ cum omni impetu abīciam, & sic eos obsideri faciā: sicq; tribulabo & coangustabo, ut omnes in urbe reperiant̄, & effugere nequeant malū. b **Væ mihi super cōtritione mea/pessima plaga mea.** Iuxta hebraicū ipsa hierusalē loquitur, q; uehementer afflicta sit & plagam sustineat insanabilē. Iuxta Lxx. uero propheta loquitur ad hierusalem: & plangit eam super cōtritione & plaga sui. c **Ego autē dixi/plane hęc infirmitas mea est ꝛc.** Ipsa loquitur hierusalem: quicqd patior, mea culpa patior: intelligo uulnus meum qđ apprehēdit me: siue iram domini sustinebo, quoniam peccaui ei. d **Tabernaculum meum vastatum est:**

E a ¶ Corripe me dñe ꝛc. Hunc locū & in psalmo legimus: Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et est sensus. Meremur qdē oīa quæ sustinemus, & multo meremur maiora q̄ patimur. Verūtamen hoc obsecro: ut quasi pater me corripias, nō quasi aduersarius: ut me emendes q̄si filiū, & non punias q̄si inimicū. Castigas eī omnē filiū quē recipis: & p oēm dolorē ac flagellū emēdas hierm. Hostes aūt qui nō nouerūt te, & ꝓuinciæ siue regiones quæ nō inuocauerūt nomē tuū: nequaq; tuū debent sentire iudicium, sed indignationē. Tradidisti eī nos ut emēdaremur. Illi autē aggrauauerūt iugū suū: Seni non pepercerunt: & paruulos afflixerūt: comederūt nos & penitus deuorauerūt: & in tātā solitudinē redegerūt hierm: ut & publicarū & priuatarum ædiū oīa dissiparēt: & populū tuū interficerent. ¶ Ca. XI

Ps.6.ct.37. Hebre.12.b Ps.78.b

VErbū qđ factū est ad Hieremiā a dño dicens: Audite ꝟba pacti ꝛc. Non qdē est positū in titulo, sub quo tpe, uel sub q̄ rege & q̄to anno eius, hæc ꝓphetia facta sit: sed intelligim⁹, uel priori ꝓphetiæ & tēpori hæc esse iungēda: uel certe post aliqđ tpis iteruallū prioris ꝓphetiæ hūc dñi ad ꝓphetā factū esse sermonē. Notādum est aūt q̄ uerbū בְּרִית Aqla & Symmachus semper pactū: Lxx. & Theodotio, testamentum interpretati sunt. Proprie autem nūc ad hierm & ad uiros tribus iudæ sermo dirigitur. c ¶ Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius ꝛc. Non propter generis priuilegia: non propter circūcisionis iniuriam & ocium sabbati: sed propter obedientiam, & deus efficitur populi israel, & israel populus eius. Et hic qdē quasi ad seruos loquitur ut placeāt deo. In euangelio uero dominus ad discipulos. Vos, inquit, amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio uobis. Iam non dicam uos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quecunq; audiui a patre meo nota feci uobis. Cūq; amici mei fuerint, de amicis transeunt in filios. Quot quot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Vnde amicis & filijs præcipit: Estote ꝑfecti sicut & pater uester perfectus est: similitudinem imperans, non æqualitatem. Et ibi obedientia mādatorū est: hic similitudo dei. Q đq; ait: In die qua eduxi eos de terra ægypti de fornace ferrea atq; succensa, tribulationis & pœnæ significet magnitudinem: non aliquē locum pœnæ ferri materia preparatum. d ¶ Vt suscitē iuramentū qđ iurauī patribus vestris daturū me eis ꝛc. Patres uident accipere, quando accipiunt filij, & abrahæ promissio completur in posteris. Terram autem lacte & melle manantem, Hyperbolice debemus accipere pro rerum omnium abundātia: ut est illud: Mel Virgil. la fluāt illis, ferat & rubus asper amomum. Et iterum. Et passim ruis, currentia uina repressit. Aut certe Tropologice, terram lacte & melle manantē, christi ecclesiam sentiam⁹: in qua paruuli atq; lactentes educamur per fidē, ut possim⁹ solidū cibū cape. e ¶ Et respondi ꝛ dixi: Amen dñe. Pro quo Lxx. Fiat dñe (hoc eī amen significat) trāstulerūt. Dixerat dñs, iurauī patribus uestris daturū eis terrā lacte & melle Exo.3.b manantē, sicut rebus ipsis hodie comprobatur: Propheta diligens populū suū, occupat uocem dñi: & cupit uera esse & in perpetuū permanere quæ data sunt. Vnde ait: Vere dñe implesti qđ pollicitus es, siue fiat dñe: hoc est semp maneat qđ dedisti. f ¶ Et dixit dñs ad me vociferare vel lege ꝛc. Clamētissimus deus frequēter futura prædicit: ut tandē durus ad credē dū animus molliatur. Prædicit autē tā in urbe hierusalē q̄ foris in agro: ut quorū cōmune discrimē ē, eadē pœnitudo sit. g ¶ Quia contestans cōtestatus sum patres vestros ꝛc. pacti huius quod præcepi ut facerent. Hucusq; in Lxx. non habetur. Qđq; sequit: Et non fecerunt: ab eis posi-

F

G

H

tum est, & cum superioris capituli fine sociatū: in quo scriptū est: audite uerba pacti huius: & facite illa & nō fecerunt. Quid sit aūt de mane cōsurgere, & dei uerba p ꝓphetas eis frequēter ingerere, & educere eos de ægypto, & sæpius amonere & dicere: audite uocē meā: & illos abijsse post prauitatē cordis sui: & postea eis reddere quæ merent & accipe: ante iam diximus. h ¶ Et dixit dñs ad me: inuēta est cōiuratio in viris iuda ꝛc. Pro cōiuratione, quā nos iuxta Symmachū interpretati sum⁹: Aquila, & Lxx. & Theodotio συωδ'εσμὸν transtulerunt: quā nos colligationē possumus dicere. Vnde & Athalia cū in tēplo sibi parari insidias deprehēdisset: eodē 4.Reg.1 uerbo locuta est, Coniuratio, cōiuratio. Propriе aūt hoc uerbo scriptura abutit quādo nō subito fortuitoq; peccato: sed paratis insidijs & cōiuratione tenditur ad delictum, & parimente unoq; studio id agunt, ut dei mandata contemnant: Dicitq; & patres & filios una mēte pariq; sententia, neglecto deo idola ueneratos: tam israel uidelicet q̄ domū iuda: hoc

Jut seruirent

Jest tam

A est, tam decem tribus q̄ duas, quarū imperium erat in hie/
rusalem: ut quorum in contemptu dei unum studium fuit:
par sit in sustinenda captiuitate supplicium. a ¶ Quāobr̄
hec dicit dñs: Ecce ego induco sup eos mala de q̄bus exire
nō poterūt: r clamabūt ad me r nō exaudiā eos rc̄. Nō exau/
dit deus in tēpore ne/
cessitatis & angustiæ:
quia & illi audire uocē
dñi noluerunt. Q d̄ &
1.Reg.28.a Saul passus est. Cum
eñ philistim agmina
reformidās, uerbū dñi
non meruisset accipe:
cōuersus est ad phitho
nissam, ut ab idolis di/
sceret, q̄ instātia oratio
nis ac fletuū a dño de/
buit extorquere. Per
quæ discimus, etiam si
dñs non exaudierit, ne
quaq̄ esse cessandum
nec confugiendum ad
dæmones, q̄ cultores
suos adiuuare nō pos/
sunt: sed ad dñi auxi/
liū, qui cito iratus fle/
ctit̄: & mutat sententiā
si & hi q̄bus irat⁹ fue/
rit cōmutēt̄. Totū aūt
q d̄ nūc dicit̄, ad tribū
iuda ptinet, & urbem
hierusalē, q̄b⁹ instat ca
ptiuitas. b ¶ Scōm
B eñ numerū ciuitatum
tuarū erant dij tui iu/
4.Reg.21.a da rc̄. Legamus Regū
2.para.33.a & Paralipomenon li/
bros, & inueniem⁹ iu/
dā & hierusalē multo
q̄ israel peiora feciſ/
se: ut q̄t habebant ur/
bes, tot haberēt & ido
lorū species. Et quot
erant in urbe hieruſa/
lem plateæ & uiarū ca
pita: tot haberent aras
in confusionē suam in
quibus idolis baalim
uictimas īmolarent.
c ¶ Tu ergo noli ora/
re pro populo hoc rc̄.
Præcipit̄ Hieremiæ ne
uelit pro eis dñm de/
prēcari, in quos iam est consumata sentētia: ne uideatur ora
tio eius infirma: & propriis sceleribus nō exaudiri. Noli, in/
quit, orare pro eis nec laudem assumere: ut replicando uete/
ris historiæ clæmentiā, qua eis semper misertus sum: & lau
dando, meam nitaris mutare sententiam. Et si enim hoc fece
ris, non exaudiam eos: qui me necessitatis tēpore rogare co/
gūtur. Ex quibus discimus, frustra aliquem rogare ꝓ alio,
cū ille nō mereatur accipere ꝓ quo rogat̄ deus. d ¶ Quid
est q̄ dilectus meus in domo mea fecit scelera multa rc̄. Di/
lectum & amantissimum uocat populum iuda: qui in tem/
plo eius posuit & ueneratus est idola: & in eo se putat iram
dei placare, si multas hostias immolet: & gloriatur in sacrifi/
ciorum multitudine, quæ malitias peccatorum auferre non
possunt. Cōparat autē hierusalē siue omnē populū iudæorū
oliuæ pulchræ atq̄ fructiferæ: quæ exaltata per supbiā: ne/
quaq̄ egit humiliter: nec intellexit creatorem & dominato/
rem suum: sed elata per superbiam, & locuta granditer, do/
mini igne succensa est: ita ut comburerentur & redigerētur
ad nihilum rami siue frutetæ eius: id est omnis populus ad/
uersariorum gladio deleretur. Hic sensus & in alio loco est:
ut seruirent eis. Irritum fecerunt domus israel & domus
iuda pactum meum q̄d pepigi cum patribus eorum.
a Quāobrem hæc dicit dominus: Ecce ego induco super
eos mala: de quibus exire non poterunt: & clamabunt
ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates iuda &
habitatores hierusalem: & clamabunt ad deos quibus
libant: & non saluabunt eos in tempore afflictionis eo/
b rum. Scd̄m ēnim numerum ciuitatum tuarum erant
dij tui iuda: & scd̄m numerum uiarum hierusalem po/
c suistis aras confusionis ad libandum baalim. Tu ergo
noli orare pro populo hoc: & ne assumas pro eis lau/
dem & orationem: quia non exaudiam in tempore cla/
moris eorum ad me: in tempore afflictionis eorum.
d Quid est q̄ dilectus meus in domo mea fecit scelera
multa? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malicias
tuas in quibus gloriata es? Oliuam uberem, pulchram,
fructiferam, speciosam uocauit dominus nomē tuum:
ad uocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combu
e sta sunt fruteta eius. Et dominus exercituum qui plan/
tauit te locutus est sup te malū, pro malis dom⁹ israel &
domus iuda quæ fecerunt sibi ad irritandum me, liban/
f tes baalim. Tu autem domine demōstrasti mihi, & cog
noui: tu ostendisti mihi studia eor: & ego quasi agnus
mansuetus qui portatur ad uictimam: & non cognoui
quia super me cogitauerunt consilia. Mittamus lignum
in panem eius: & conteramus eum de terra uiuentium:
& ne memoretur nomen eius amplius. Tu autem do/
mine sabaoth qui iudicas iuste: & probas renes &
cor: uideam ultionem tuam ex eis; tibi enim reuelaui
causam meam.

Propterea

ubi dicitur ad hierusalem: Ego te plantaui uineam frugi/ 3.2.d
feram: omnem ueram: quomodo conuersa es in amari/ C
tudinem uitis alienæ? Quando destruuntur maceriæ illius
& uastat eam aper de sylua: & omnes bestiæ deuorant fru/ ps.79.b
ctus illius: dicamus istud capitulū principibus ecclesiarum,
quid est q̄ dilect⁹ me⁹
in domo mea fecit sce/
lera mlta? Vel certe di/
uitibus, qui cum alie/
na diripiant & non au
ferant malicias cordis
sui, putāt se dei clæmē
tiam mereri: Nūquid
carnes sāctæ auferēt a
te malicias tuas in q̄b⁹
gloriata es? At nūc pu
blice recitantur offerē/
tium nomina: & redē/
ptio peccatorum mu/
tatur in laudem: nec
meminerunt uiduæ il
lius in euangelio: quæ Mar.12.d
in gaçophylatiū duo
æra mittendo, omniū
diuitū uicit donaria.
e ¶ Et dominus exer/
cituum qui plantauit
te rc̄. Oliuam, inquit,
uberē, pulchram, fru/
ctiferā uocauit te dñs
tuus atq̄ plātauit. Sed
quia ad uocem loque
læ, grādis dei in te flā/
ma descēdit & cōsum/ D
psit oēs ramos tuos:
Propterea q̄ te plātaue
rat, nūc locut⁹ est sup
te malū: nō iniqtate sē/
tētiæ, nec subita prauī
tate sermonis: sed pro
malis quæ fecerūt sibi
dom⁹ israel & domus
iuda, & studiose egerūt
libātes baalim ut me
ad iracūdiā ꝓuocarēt.
Cūq̄ possit de⁹ facere
quæ uult, reddit cau/
sas ne facere uideat̄ in/
iuste: scd̄m illud q d̄ ps.50.
scriptū est: Vt iustifice
ris in sermonib⁹ tuis
& uincas cū iudicaris.
f ¶ Tu aūt dñe demō
strasti mihi r cognoui rc̄. Omniū eccleſiar̄ iste est cōsensus:
ut sub p̄sona Hieremiæ, a christo hec dici itelligāt, q̄ ei pater
monstrauerit quō eū oporteat loq, & ostēderit illi studia iu/
dæorū: & ipse q̄si agn⁹ duct⁹ ad uictimā, nō aperuerit os suū:
& nō cognouerit, subaudit̄ peccatū. Iuxta illud q d̄ ab Apl̄o
dicit̄: Qui cū nō cognouisset peccatū, ꝓ nobis pctm̄ factus
est: & dixerint: Mittam⁹ lignū in panē ei⁹: crucē uidelicet in
corp⁹ saluatoris. Ipse est em̄ q̄ ait: Ego sum panis q̄ de cœlo Iob.6.e
descēdi. Et eradicem⁹ siue cōteram⁹ eū de terra uiuētiū. Hoc
eñ scelus animo cogitauerūt: ut nomen eius delerent in per
petuū. Sed ecōtrario iuxta assumpti cōporis sacramentum
loquitur filius ad patrem: & imprecatur iudiciū eius dū lau
dat iusticiā: & inspectorē renis & cordis inuocat deū: ut ipse
reddat populo q d̄ mereā̄: & dicit: Videā ultionē tuā ex eis:
eorum uidelicet qui in scelere pseuerant: & non eorum qui
uertunt̄ ad pœnitentiā. De illis ait in cruce: Pater ignosce il Luc.23.c
lis, q d̄ enim faciunt nesciunt. Reuelatq̄ patri & aperit cau/
sam suam: quia nullo suo merito, sed scelere populi cruci/
fixus est dicēs: Ecce uenit princeps mūdi hui⁹ & inuenit in Iob.14.d
me nihil. Iudæi & nostri iudaiçātes hæc ex p̄sona Hieremiæ
dici intelligunt

E dici intelligũt: qui ꝓpter uaticiniũ futurorũ, & ingruentia captiuitatis mala, hæc eũ a populo ſuſtinuiſſe cõfirmãt. Sed neſcio quomodo poſſint approbare crucifixum eſſe Hieremiam, cũ hoc ſcriptura non memoret: niſi forte cogitauerint & nõ fecerint. a¶ Propterea hęc dicit dñs ad viros anathot ꝛc. Videtur hoc ſuperiori ſententiæ contraire: qua uolumus approbare ex perſona chriſti dicta eſſe quæ dicta ſunt: & non ex Hieremiæ: qui proprie habitabat ī uiculo anathot: qui ab hieroſolymis tribus diſtat milibus. Sed ſi inteſſexerimus etymologiã opidi Anathot, qđ interpretatur obedientia: liquido monſtrabitur uiros Anathot, qui quondã domini præceptis obtemperarunt: omnes dici iudæos & maxime habitatores urbis hieruſalem, in quos extrema uenit ſentẽtia: ut obſidionis malis, gladio, fame, & peſte interirent. Vt autẽ nos omni interpretatiõis moleſtia liberemur, illam ſequamur regulam: Q̃ omnes prophetæ in typum domini ſaluatoris plæraq; geſſerint: & quicquid iuxta præſens tẽpus cõpletũ ſit in Hieremia, hoc in futurũ de dño ꝓphetari.

a Propterea hæc dicit dñs ad uiros anathot qui quærũt animã tuã: & dicũt: Nõ ꝓphetabis ī noie dñi: & nõ morieris in manib⁹ noſtris. Propterea hæc dicit dñs exercituũ: Ecce ego uiſitabo ſup eos: iuuenes morient in gladio: filij eorũ & filiæ earũ morient in fame: & reliquiæ non erunt ex eis. Inducam enim malum ſuper uiros anathot, annum uiſitationis eorum.

עֲנָתוֹת ¶Commentarij ſecundi in Hieremiam prophetã finis.

¶DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORVM HIEREMIAE AD EVSEBIVM PROEMIVM

LErnæum anguẽ, fabulæ ferunt, multis ex medio capite pullulaſſe ſerpẽtibus: & Scyllam Siculi monſtrum freti: facie quidem uirginali: ſed ſuccinctam canibus, miſerorũ laceraſſe naufragia: iũcto in eodẽ littore ſirenarũ mortifero carmine: quæ ut uitaret Vliſſes Homericus, clauſiſſe aures dicitur: & malũ inexuperabile, prudẽti uitaſſe cõſilio. Hoc ego cum facere cuperem & hæreticorum rabiem declinare: & iuxta Hiſmeniam, míhi canens & meis, illud q; ꝓpheticũ reuoluerem: ¶Cũ conſiſteret aduerſum me peccator, obmutui & H
F ſilui de bonis: non eſt paſſus diabolus me optata quiete cõtentũ, ſcripturarũ ſanctarũ explanationi inſiſtere: & hominibus linguæ meæ, hebræorum, grecorum q; eruditionem tradere: ſed id agit diebus & noctibus: & aperte & per inſidias: ueris falſa miſcendo, immo uniuerſa mẽdacia ſubdolo melle circũliniens: ut qui audit uerborum dulcedinẽ, uenena pectoris non formidet: pacem pollicetur, ut grauiora bella exerceat: ridet, ut mordeat: manũ offert, ut ex improuiſo ſimplicẽ interficiat Abner. Nimirũ hoc illud eſt qđ & Apl̃us loquebat: Non eĩm eius ignoramus aſtutias. Hic tacet, alibi criminatur: mittit in uniuerſum orbẽ epiſtolas biblinas: prius auriferas, nunc maledicas: & patientiã noſtrã de chriſti humilitate uenientẽ, malæ conſciẽtiæ ſignũ interpretat: Ipſeq; mutus, latrat p alpinũ canẽ, grandẽ & corpulentũ: & q calcib⁹ magis poſſit ſæuire q̃ dentibus: Habet eĩm progeniem Scoticæ gentis, de Britannorum uicinia: qui iuxta fabulas poetarũ inſtar cerberi ſpirituali percutiẽdus eſt clauo: ut æterno cũ ſuo magiſtro Plutone ſilentio conticeſcat. Verum hoc alias. Nunc in Hieremiam tertium aggrediar librum: in quo conabor frater Euſebi, latiſſimos explanationis campos, anguſta cõmẽtariorũ ſemita coartare.

¶COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM LIBER TERTIVS

IUſtus quidẽ es tu dñe: ſi diſputem tecũ ꝛc. Cõtra oĩes quidẽ inique agẽtes iſta diſputatio eſt: & ſe ptuageſimi ſecũdi pſalmi breuiter ſentẽtia cõprehendit: in qua propheta ait: Q̃ bon⁹ de⁹ iſrael, his qui recto ſũt corde. Mei autẽ pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt gréſſus mei: quia ęlaui in peccatoribus, pacẽ peccatorũ uidẽs &c. Sed proprie cõtra hæreticos dicit. Qui cũ ſint impij, uia eorũ ꝓſperat: generãtq; filios eos quos in hæreſi deceperũt: & præuaricãt & inique agunt: ita ut eccleſiã ſpolient: & dũ in prauitate ſentẽtiæ pſeuerãt, iactant ſe a deo eſſe plãtatos, & radicẽ miſiſſe: generaſſe filios & attuliſſe fructũ: qui cũ chriſti nomẽ ſæpi⁹ replicẽt, habitatorem ſuũ nõ habẽt deũ: iuxta illud Eſaiæ: Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eius lõge eſt a me. c¶Et tu domine noſti me: vidiſti me ꝛc. Nullum inquit ſcandalũ eſt q̃ impij ſiue omnes hæretici ꝓ tempore floreant: Tu eĩm domine noſti me, & uidiſti me: & ꝓbaſti cor meũ

b Iuſtus quidẽ es tu dñe: ſi diſputẽ tecũ ſiue qa ſatisfaciã tibi): uerũtamen iudicia loquar ad te. Quid eſt q̃ uia impiorũ ꝓſperat: bene eſt omnibus q præuaricãt & inique agũt? Plãtaſti eos & radicẽ miſerũt: ꝓficiũt ſiue generauerũt filios, & faciũt fructũ: ꝓpe es tu ori eorũ: c & lõge a renib⁹ eorũ. Et tũ dñe noſti me: uidiſti me: & ꝓbaſti cor meũ tecum: congregabo eos quaſi gregẽ ad uictimam

Eſa.29.a

Pſ.72.a

Geñ.19.g

Ioẽ.19.c

A Luc.10.d

cor meum tecum. Quem ita nouit pater deus quomodo filium suum? Nemo enim cognoscit filium nisi pater: & nemo cognoscit patrem nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Licet, inquit, proficiant, licet filios generent & faciant fructum hæretici, & propesis tu ori eorum: & longe a renibus eorũ: id est, cõsciẽtia: tñ non parua est consolatio q̃ quasi pecora saginãt ad uictimã. Cõgrega eos in urbẽ hierusalem siue in sua cõciliabula: ut quasi uictimæ cædant in mortem: & tunc sanctificẽtur. cũ ecclesiastico fuerint mucrone iugulati Interfectio enim hæreticorũ, salus eorum est qui decepti fuerant.

a ¶ Vsq; quo lugebit terra & herba oñis regionis siccabitur &c. Quicqd in mũdo uel bonoꝝ accidit uel malorum: non absq; prouidẽtia & fortuito casu accidit: sed iudicio dei. Terra nunc sterilis est, herba siccatur. Vis noscere rationẽ? Malitiæ habitatoꝝ eius hoc faciunt: ita ut & animalia sup terrã & uolatilia cœli cõsumant, qa in usus hominũ hæc creata sunt oñia: q̃ in tãtã cõsurrexere blasphemiã: ut dicerẽt deũ ignorare uias suas: & nescire qd unusquisq; passurus sit. Qd aũt dicit, usq; q̃: illud significat pmanere irã dei: qa anim⁹ peccãtiũ nõ flectebat ad pœnitentiã. b ¶ Si cũ peditibus currẽs &c. Si inqt te crebra uicinarũ gentium captiuitas fatigauit, moabitarũ & ammonitarum, philistim & idumæorũ: quid facies ad longam captiuitatem quæ te chaldæam usq; ductura est? Et cõparat pedites equitibus, quia re uera & iuxta historiã omnis Persis & uniuersa Chaldæa & regionũ illarum exercitus gaudet equitatu. Istæ autẽ gentes, quas supra memoraui, propter difficultatem locorũ, nõ tam pugnæ aptæ sunt q̃ latrocinio. Seruatq; metaphorã & dicit: Si cum peditibus currẽs lassitudine defecisti, quid facies si equis cursum tuum uolueris coæquare? Et si in terra tua aliquã habuisti fiduciam, quid actura es cum iordanẽ trãsieris & illius gurgites sustinueris? c ¶ Nã & fratres tui & dom⁹ patris tui etiã ipsi pugnauerũt aduersum te &c. Intãtũ inquit grauissimis iordanis opieris fluctibus: & equitũte de longe uenientiũ multitudo uastabit: ut fratres q̃q; tui Genñ.19.g idumæi & domus patris tui q̃ de Lot stirpe nati sunt, moab & amon, etiam ipsi tpe necessitatis & angustiæ dimicẽt contra te & insultẽt tibi. Vnde caue ne uelis eis credere: & spem habere cõsanguinitatis, per quã maiori in te q̃ hostes odio desæuiant. Potest hoc & de saluatore accipi, q̃ fratres eius & Ioñ.19.c domus patris eius pugnauerint cõtra eũ, & clamauerint plena uoce dicẽtes: Crucifige, crucifige eũ: non habemus regẽ

& probasti cor meũ tecum: cõgrega eos quasi gregem
a ad uictimã: & sanctifica eos in die occisionis. Vsq; quo
lugebit terra & herba omnis regionis siccabit̃: propter
malitiam habitãtium in ea? Consumptũ est animal &
uolucre, quoniã dixerunt: Non uidebit nouissima no-
b stra: Siue nõ uidebit deus uias nostras). Si cũ peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cũ
equis? Si in terra pacis confisa es: quid facies in supbia,
c siue fremitu iordanis? Nã & fratres tui & domus patris tui etiam ipsi pugnauerunt aduersum te: & clamauerunt post te plena uoce: ne credas eis cum locuti fue-
b rint tibi bona. Reliq̃ui domũ meam: dimisi hæreditatẽ meam: dedi dilectam animã meã in manũ inimicorũ eius. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me uocem: ideo odiui eam.

c HEB. Nũnquid auis discolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta p totum? uenite congregamini omnes bestiæ terræ: pperate ad deuorãdum.

SEP. Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi? an spelũca in circuitu eius sup eã? Pergite, cõgregate oñes bestias agri: & ueniant & comedãt eam.

f Pastores multi demoliti sunt siue disruperunt uineam meam: conculcauerunt, siue polluerunt, partem meam: dederunt portionem meam desyderabilem in desertum solitudinis, siue inuiam. Posuerunt eam, siue po-
g sita est in dissipationem: Luxitq; super me, siue perijt:

HEB. Desolatione desolata est omnis terra: qa nullus est qui recogitet corde.

SEP. Propter me dissipatione dissipata est terra. Sup oñes uias deserti uenerũt uastatores: qa gladius dñi deuorauit ab extremo terræ usq; ad extremũ ei⁹: nõ ẽ pax uniuersæ carni.

Seminauerũt

B

C Iob.14.d Luc.13.g

Reliqui domũ meam/dimisi hereditatẽ meã &c. Qui in euãgelio locutus est: Surgite abeamus hinc. Et iterum: Relinquet̃ uobis domus uestra deserta: hic etiã in ꝓpheta eadem cõminatur: & qd̃ facturus est, fecisse se dicit: Hæreditas enim dñi israel & funiculus hæreditatis eius. Qd̃ aũt ait: Dedi dilectam animã meã in manũ inimicorũ eius Illud est: potestatẽ habeo ponendi animam meam: & potestatẽ habeo resumendi illam. Facta est autem hæreditas quondã domini populus iudæorũ contra eũ quasi leo in sylua: quando pariaduersus illum in passione uoce clamauit. Et qa dedit contra eum uocem suã: ideo eã odio habuit & abiecit: & q̃ q̃ndã fuit dilecta atq; charissima, nũc appellat̃ odiosa. e ¶ Nunquid auis discolor: hereditas mea mihi &c. Auem discolorem tinctamq; per totum, iuxta literam pauum uocat. Tantã, inquit, habuit pulchritudinem israel, & tantis fuit hierusalem distincta uirtutibus: ut nihil esset bonorum qd̃ non cerneret̃ in ea. Quia igit̃ mihi facta est hæreditas quondam mea: id est popul⁹ israel quasi leo in sylua: & dedit cõtra me uocem suam: & eam omni odio detestatus sum: idcirco uenite & congregamini cõtra eam omnes bestiæ terræ, diuersarum gẽtium multitudo: & deuorate eã quæ suũ dominum non cognouit. Sin autem ut Lxx. & alij interpretes transtulerunt legatur: Nũquid spelunca hiænæ hæreditas mea mihi: referam⁹ ad ĩmundiciã nocturnæ bestiæ: quæ uiuit cadauerib⁹ mortuoꝝ: & de sepulchris solet effodere corpa: nihilq; est ĩmũdiciæ q̃ non uescat̃. Talis est isrl̃ offendẽs dñm suũ & omniũ bestiarũ morsib⁹ traditus.

D

f ¶ Pastores multi demoliti sunt siue disruperunt vineam meam: conculcauerunt &c. Audiant hæc qui principes uolunt esse populorũ, qd̃ non solum pro se, sed & pro cõmissis sibi gregibus reddituri sunt rationem in die iudicij. Propter illos enim pars domini conculcatur atq; polluitur: ut ubi quondam dei erat hospicium: ibi sit habitaculũ bestiarum. Alij uero non præpositos plæbis & sacerdotes, sed hostium intelligunt principes: qui hierusalem: id est, uineam domini dissiparũt. g ¶ Luxitq; super me siue perijt: desolatione desolata est omnis terra &c. Hoc qd̃ posuim⁹: luxitq; super me: iuxta hebraicum priori uersiculo copulatur: ut sit sensus. Posuerunt eam in dissipationẽ: hoc est hæreditatem meã: Luxitq; super me, meo auxilio destituta. Iuxta Lxx. uero loquit̃ deus, q̃ ꝓpter illũ terra sit dissipata & redacta in solitudinẽ: quia nullus sit qui corde recogitet, nec ulla pax

V uniuersæ

E uniuersæ carni. a ¶ Seminauerũt triticũ & ſpinas meſſuerunt &c. Meliora, inquit, expectauerũt, & uenerunt peſſima: ſperabant proſpera, & aduerſa perpeſſi ſunt: acceperũt a domino rerum omniũ abũdantiã, quæ eis nõ proderit. Iuxta Lxx. uero, omnes hæretici quaſi triticũ ſeminant, & ſpinas metũt: expectante domino ut facerent fructũ, & non fecerunt iudiciũ, ſed clamorẽ. Dicitur aũt hoc & eccleſiaſticis: qui uerba dñi & doctrinam eius mala cõuerſatione diſperdunt. De quibus infertur: Cleri eorũ nõ proderunt eis. Quid ẽm eos iuuare poterit epiſcopi nomẽ & præſbyteri, uel reliquus ordo eccleſiaſticus, cum magis grauẽtur dignitatibus ſuis: & potẽtes potenter tormenta patiantur: & quanto eis plus creditum fuerit, tanto plus requiratur ab eis? b ¶ Confundemini a fructibus &c. Dicit ad eos qbus cleri ſui & eccleſiaſtici ordo nõ pderit: ut cõfundãt a gloriatiõe ſua & ab opprobrio corã domino. Quodq; infert: Aduerſum oẽs uicinos meos peſſimos. Iuxta literam uicini terræ ſanctæ, idumæi ſũt, philiſtim, Moab & Ammon. Iuxta Tropologiam uero, omnes hæretici qui ſub nomine chriſti cenſentur, & uicini magis ſunt q̃ habitatores terræ ſãctæ: qui tangunt hæreditatem dei & deuaſtant eã: diciturq; de eis qd' auferant de medio terræ & dom' iuda tollat de medio eorũ. Qui cũ euulſi fuerint: & de hæreticoꝝ faucibus liberati, conſequent miſericordiam dei: & reducentur in hæreditatem & in terram ſuam.

Sapiẽ. 6.a

Tropo.

F

c ¶ Et erit ſi eruditi didicerint uias populi mei &c. Si tranſlati de hæreſi in eccleſiã, didicerint uias populi dei: & iurauerint in nomie dñi: & nõ in noĩe idoloꝝ, quæ de ſuo corde finxerũt: ædificabunt a domino, & erũt pars populi ei'. Qd' ſi trãſlati in eccleſiam, puerſorum dogmatum reliquas tenuerint: & nõ audierint uerba domini: euelletur gens illa de medio populi dei, euulſione & perditione perpetua: ut neq; eis ullus locus pœnitentiæ relinquat. Hæc quotidie cernimus & rebus ꝓbamus: qd' ideo hæretici fidei ſimulẽt ueritatẽ: ut ſimplices quoſq; decipiãt: & non ipſi conuertãtur ad fidẽ, ſed fideles trahant ad infidelitatẽ. ¶ Ca. XIII

a HEB. ¶ Seminãuerũt triticũ, & ſpinas meſſuerũt: hæreditatẽ acceperunt, & nõ eis proderit.

SEP. ¶ Seminaſtis triticum, & ſpinas meſſuiſtis: deri eorum non proderunt eis.

b Cõfundemini a fructibus Siue a gloriatione ueſtra): propter iram furoris domini Siue ab opprobrio in conſpectu domini). Hæc dicit dominus aduerſum omnes uicinos meos peſſimos: qui tangunt hæreditatem quã diſtribui populo meo iſrael: Ecce ego euellam eos de terra ſua: & domum iuda euellam Siue eĩjciam) de medio eorum. Et cum euulſero eos, conuertar Siue reuertar & miſerebor eorum: & reducam eos, ſiue habitare faciam, uirum in hæreditate ſua, & uirum in terra ſua. Et erit ſi eruditi didicerint uias populi mei, ut iurẽt in nomine meo uiuit dominus: ſicut docuerunt populum meum iurare in baal: ædificabuntur in medio populi mei. Quod ſi non audierint, euellam gentem illam euulſione & perditione dicit dominus. ¶ Ca. XIII

c

d HEc dicit dõminus ad me: Vade & poſſide tibi lũbare, ſiue cinctoriũ lineum: & pones illud ſuper lumbos tuos, & in aquam nõ inferes illud, ſiue per aquam nõ tranſibit. Et poſſedi lumbare iuxta uerbum domini: & poſui circa lumbos meos. Et factus eſt ſermo domini ad me ſecundo dicens: Tolle lumbare ſiue cinctoriũ qd' poſſediſti, qd' eſt circa lũbos tuos: & ſurgens uade ad euphratem, & abſconde ibi illud in foramine petræ. Et abĳ & abſcondi illud in euphrate ſicut præceperat mihi dñs. Et factum eſt poſt dies plurimos dixit dominus ad me: Surge & uade ad euphratem, & tolle inde lumbare ſiue cinctorium qd' præcepi tibi ut abſconderes illud ibi. Et abĳ ad euphratem & fodi: & tuli lumbare de loco ubi abſconderam illud: & ecce computruerat lumbare ſiue cinctorium: ita ut nullo uſui aptum eſſet. Et factum eſt uerbum domini ad me dicens: Hæc dicit dominus: ſic putreſcere faciam ſuperbiam, ſiue iniuriam iuda: & ſuperbiã hieruſalem multam: & populum iſtum peſſimũ qui nolunt audire uerba mea, & ambulant in prauitate, ſiue in directione, cordis ſui peſſimi: abieruntq; poſt deos alienos ut ſerui rent eis & adorarent eos: & erunt ſicut lumbare iſtud, quod nullo uſui aptum eſt. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos uiri: ſic agglutinaui mihi omnem domum iſrael: & omnem domum iuda dicit dominus: ut eſſet mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt.

Dices ergo

G

H

HEc dicit dñs ad me vade & poſſide tibi lũbare ſiue cinctoriũ lineũ &c. Cinctoriũ ſiue lũbare qd' dei renibus iũgit: populꝰ iſrael eſt: qui in lini ſimilitudinẽ aſſumptus de terra & illotus, nec mollitudinem habuit, nec candorem: & tamen per illius miſericordiam adhæſit deo. Cũq; peccaſſet, rationale qppe eſt huiuſcemodi linũ atq; lũbare, ductus eſt trãs euphratẽ: id eſt, in aſſyrios: & ibi abſcõdit, hoc eſt magnitudine magnarũ & innumerabiliũ gentiũ quodãmodo abſorptus, & nihili reputatus. Poſt multũ autẽ tempus, ipſe propheta in typũ dei liberat populũ de captiuitate: qui nihilominus & poſt reditũ dei præcepta nõ fecit: ſed ſecutus deos alienos, ad extremũ etiã in dei filium miſit manus, & æterna ꝓditione contabuit. Omnis quoq; uir ſanctus lũbare dei eſt: qui aſſumptus de terra & de terræ limo, dei conſortio copulatur: & quodãmodo quæ in eccleſia eius uidẽtur obſcena, maiori diligentia operit atq; circũdat: ne gẽtiliũ & hæreticoꝝ morſibus pateant. Qd' lũbare ſi aquã tetigerit, & euphratis fluẽta trãſierit: ita ut aſſyriæ regionis humoribꝰ imbuat: perdit priſtinam fortitudinẽ, & cõputreſcit atq; diſſoluitur: Et quãuis in uſum dei rediat, tamen priſtinam pulchritudinẽ habere nõ poteſt: non duritia dei ſed ſuo uitio: qa nolũt audire uerba eius: & ambulant in prauitate cordis ſui: ſiue qd' ſibi rectũ uidet hoc faciũt. Sed & ipſe ſermo diuinus cur hanc poſuerit ſimilitudinẽ exponit dicens: Sicut eĩm adhæret lũbare ad lũbos hominis

Rom. 7.d

Ibidem

Ibidem

Pſ. 142.a

1.Reg. 16.b

A bos hominis:sic agglutinaui & adhærere mihi feci omnē do
mū iſrael,& oēm domū iuda: decē uidelicet & duas trib⁹: ut
ps.72.d eſſent mihi in populū noīatū,& in laudē & in gloriā:& ꝓ his
omnibus non audierūt me:ſed ſua uitia ſunt ſecuti. Caueat
ergo qui poteſt dicere:Mihi autē adhærere deo bonū eſt:ne
forte ꝓ negligentiā ab illius renibus ſeparet: & trāſeat euphratē, &
det in poteſtatē regis aſſyrij: & nequaq̄ in ſolidiſſima petra, ſed
in foramīe petræ corru ptæ atq̄ uitiatæ:hoc ē hæreticorū ſordib⁹ &
uitijs occupet: & in tā tā ueniat putredinē ut in uſū & in cinctoriū
dñi ultra redire nō poſ ſit. a ¶ Dices ergo ad
eos ſiue ad ppl'm ſer
monē iſtū. Hec dicit
dñs de⁹ iſrl: Omis la
gūcula ſiue uter imple
bit uino ꝛc. Verbū he
braicū נֵבֶל, Aqlæ pri
ma æditio,lagūculā:ſe
cūda ipſū נֵבֶל: Sym
mach⁹,craterem. Lxx.
utrē: Theodotio uas
īterpretati ſūt:qd oīe
nō oleo,nō aq̄,nō mel
le,nō lacte,nō alia q̄li
bet materia liquentis
elemēti: ſed uino & e
brietate cōpleꝛ: oſten
dēs nos uas eſſe fragi
B le, iuxta Ap'm dicētē:
2.Co.4.b Habem⁹ theſaurū iſtū
in uaſis fictilibus: nec
poſſe fieri, ut nō illud
īpleat in nobis qd ſcri
Rom.7.d ptū eſt:Nō em̄ habitat
in carne mea bonū. Et
Ibidem itez: Nō em̄ qd uolo
Ibidem bonū hoc facio:ſed qd nolo malū hoc opor. Ac deinde:Mi
ſer ego hō,q̄s me liberabit de corpe mortis hui⁹? Hac autē
ebrietate q̄ obliuiſcimur præceptoꝝ dei, & uitijs atq̄ pctis
ps.142.a oīs implet humana cōditio: dicēte propheta:Non iuſtifi
cabit in conſpectu tuo omnis uiuens:nō ad cōparationem
dei(ut ueteres & noui hæretici uolūt & patroni hæreticoꝝ):
1.Reg.16.b ſed ad ſcientiā eius:Homo em̄ uidet in facie,deus in corde:
& qd nobis interdū mundū uidetur, illius oculis ſordidū
deprehendit: nō ſolum uulgus ignobile uiliſq̄ plæbecula:
ſed reges eccleſiarū de ſtirpe ſiue filij dauid:qui ſedent reſu
pini erectaq̄ ceruice & protento aqualiculo ſuper thronum
eius: ſacerdotes quoq̄ ipſi, ſecūdus in eccleſiaſtico honore
gradus:& prophetæ qui uident habere ſcientiā ſcripturarū:
& omnes habitatores hieruſalē,pro uarietate peccatorū cō
plent:ſiue iuda, ut addidere Lxx. Cūq̄ ebrij fuerint, diſper
gunt a ſocietate ſui: patreſq̄ a filijs,& filij a patribus ſeparā
tur,ut diuerſis polluant hæreſib⁹:& ſub chriſti nomīe inter
ſe digladient,& dimicent contra matrē ſuā quæ eos genuit
eccleſiā. Vnde dicit:Non deſyderabo eos: ſed odio habebo
ſempiterno:non parcam & non concedā neq̄ miſerebor:nō
crudelitate ſententiæ,ſed ueritate iudicij. Qui enim meos
populos trucidarūt,ipſi in æternū peribūt. Poteſt hoc & iu
xta hiſtoriā ſimpliciter accipi,q̄ reges,ſacerdotes & ꝓphetæ
& omnis populus hieruſalē inebriandus ſit calice babylo
nio, & captiuitatis obruendus malis. b ¶ Audite ꝛ auri
bus percipite ꝛc. Quia ſupra dixerat:omnis uter implebit
uino:ita ut reges quoq̄ & ſacerdotes & prophetæ & oīes
habitatores hieruſalē implerent ebrietate:propterea iungit
& dicit: Audite & auribus ꝓcipite,tam extrinſecus q̄ intrin
ſecus,tam mēte q̄ corpore:& nolite eleuari per ſupbiā,cogi
tantes fragilitatē ueſtrā: & qd nullus ſit qui pro qualitate
peccati hac ebrietate careat. Vnde diſperdit atq̄ corrumpit
& dei miſericordia indignus eſt,eleuans ſe aduerſus eū per
ſupbiā. c ¶ Date dño deo veſtro gloriā anteq̄ cōtenebre
ſcat ꝛ anteq̄ offendant pedes veſtri ꝛc. Eos
quibus dixerat ſermo
diuinus: Audite & au
ribus ꝓcipite,& nolite
eleuari: nūc prouocat
ad pœnitentiā: ut pri
uſq̄ ducant babylo
nē & offendant pedes
eorū ad montes caligi
noſos ſiue tenebroſos
dent gloriā deo. Vnde
& peccatorib⁹ ſæpe di
citur: Date gloriā deo. ps.67.g
Qd autē babylon &
omnis regio chaldæo
rū, montes caliginoſi
ſiue tenebroſi appellē
tur:in principio Eſaiæ
contra babylonē legi
mus,ubi ſcriptum eſt:
Sup montē caligino Eſa.13.a
ſum leuate ſignū, qd
hebraice dicitur נְסוּ
Hoc itaq̄ præcipit: ut
anteq̄ ducant in capti
uitatē & ſeruitutis ma
la ſentiant,agant pœ
nitentiam. Cūq̄ expe
ctēt lucē, ſeſſuri ſint in D
tenebris. Sin autē,in
quit,me audire nolue
ritis in abſcondito:iu
xta Aquilā in tenebriſ
plorabit anima ueſtra:
ſiue iuxta Lxx. a facie
ſupbiæ:ut ne gemitus
quidē & plorat⁹ liber
ſit:ne uictorum offen
dātur oculi. Poſſumus autem & ſic locū iſtum interpretari:
Saluator loquit: Operamini dū dies eſt:ueniet nox quādo Ioh.9.a
nullus ultra poteſt opari. De hoc tēpore & Eſaiæ uaticiniū
eſt. Stellæ em̄ cœli & orion & omnis ornatus cœli lucē non Eſa.13.b
dabunt:& tenebrabunt orto ſole,& luna non dabit lucem.
Sophonias quoq̄ in eadē uerba conſentit dicens: Dies tri Soph.1.d
bulationis & anguſtiæ:dies miſeriæ & perditionis: dies te
nebrarū & turbinis: dies nubis & caliginis. Prius ergo q̄ iu
dicij tempus aduenīat, & offendant pedes ueſtri ad mōtes
tenebroſos,aduerſarias ſcilicet fortitudines, quæ tormētis
& cruciatibus præpoſitæ ſunt,agamus pœnitentiā:ne expe
ctantes lucem, noctis tenebris inuoluamur: ſciamuſq̄ niſi
hoc fecerimus,ploraturā animā,uel dei uel prophetæ a facie
noſtræ ſuperbiæ, dei uerba audire nolentium: Vnde & ipſe
propheta dicit. d ¶ Plorans plorabit hieruſalē ſiue plora
bit ꝛc. Omnis autem cauſa cruciatuū eſt, q̄ captus ſit grex
dñi. Dicamus iudæis & noſtris iudaiçātibus, qui ſimplicē
tantū & occidentē ſequunt hiſtoriā:niſi audieritis abſcōdi
te: hoc eſt in myſterio ſiue in tenebris quas poſuit deus la ps.17.b
tibulū ſuum: & iuxta Salomonem, ut intelligant parabolā
& tenebroſum ſermonē:plorabit anima prophetæ ſiue ipſo
rum a facie ſuperbiæ:dum per contumaciam reſiſtunt deo.
Vnde & fletus erit iugis lachrymæq̄ perpetuæ: eo q̄ a uero
nabuchodonoſor captus ſit grex domini atq̄ corruptus.
e ¶ Dic regi ꝛ dominatrici,ſiue dicite regi ꝛ potētibus: Hu
miliamini,ſedete ꝛc. Prophetæ præcipitur,ut loquatur regi
Ieconiæ & matri eius:quā dominā & dominatricē ſiue regi
nam appellat:ut humilientur & in puluere ſedeant: perdi
diſſe em̄ eos regiam dignitatē & regi tradendos babylonio.

a Dicēs ergo ad eos Siue ad populū)ſermonē iſtum. Hæc
dicit dñs deus iſrael:Omnis laguncula Siue uter)imple
bitur uino. Et dicent ad te:Nunquid ignoramus quod
oīs laguncula ſiue uter impleat uino? Et dices ad eos:
Hæc dicit dñs: Ecce ego implebo omnes habitatores
terræ huius:& reges qui ſedent de ſtirpe Siue filios)Da
uid ſuper thronum eius: & ſacerdotes & prophetas &
omnes habitatores hieruſalem ebrietate:& diſpergam
eos:uirū a fratre ſuo:& patres & filios pariter ait dñs.
Non parcam Siue nō deſyderabo): & nō concedā neq̄
b miſerebor,ut nō diſperdam eos. Audite & auribus per
c cipite: Nolite eleuari quia dominus locutus eſt: Date
dño deo ueſtro gloriā anteq̄ contenebreſcat:& anteq̄
offendant pedes ueſtri ad montes caliginoſos,ſiue te
nebroſos. Expectabitis lucē,& ibi umbra mortis: & po
nent in tenebris. Siue iuxta hebraicū: & ponet eā in um
brā mortis & in caliginē. Q d ſi nō audieritis in abſcōdi
to:plorabit anima ueſtra a facie ſuperbiæ ſiue iniuriæ.
b Plōrās plorabit hierl'm Siue plorans plorabit: & dedu
cet oculꝰ meꝰ lachrymā:qa captꝰ eſt grex dñi:(dolorēq̄
e meū tacitis gemitibꝰ diſſimulare nō poſſū). Dic rēgi &
dñatrici Siue dicite regi & potētibꝰ):Humiliamini,ſede
te:quoniā deſcēdit Siue ſublata eſt) de capite ueſtro co
rona gloriæ ueſtræ. Ciuitates auſtri clauſæ ſunt: & non
eſt qui

E Ciuitates austri clausæ sunt: id est tribus iudæ & hierusalē: quæ iuxta solitudinē ad austrū uersa est: & nō est qui aperiat obsidione circūdatas. Translata est omnis iudæa siue oīs iuda transmigratione perfecta: siue recepit qđ merebatur, & completū est in ea: ait eī Lxx. transtulerunt. Delyrat in hoc loco: qui regē, christum: & potētes, angelos uel apostolos intelexerit, ut assumāt corpus humilitatis, & in puluere sedeāt: & amittant: uel rex uel potentes de capite suo coronam & gloriam fortitudinis. Ciuitates q̄q austri clausas, interpretatur infernum & quæ nulli aperiantur: omnēq; gloriā iudæ esse translatam: quādo in passione completū est:

Ps.13.a Omnes declinauerūt, simul iutiles facti sūt: non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Verbū hebraicum גְּבִירָה, Aquila & Symmachus dominatricem, & dominam interpretati sunt: qđ Lxx. putauerunt גִּבּוֹרוֹת potentesq; dixerunt. a ¶ Leuate oculos uestros ⁊ uidete qui uenitis ab aquilone ⁊c. Præcipitur habitatorib⁹ hierusalē ut eleuent oculos suos, & uideant chaldæos ab aquilonis parte uenientes: interrogaturq; ipsa ciuitas & dicit ei: Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Vbi est populus tuus quem a deo acceperas? Vbi illa tanta & inclyta multitudo, ut totius prouinciæ turbam in unum locum crederes congregatam? Quid dices cum te uisitauerit dominus in uirga sua: & babylonijs tradiderit hostibus: q̄s aduersum te, uel in caput tuū, uel a principio ipsa docuisti: ut ad eorum auxilia confugeres, & ipsorum idola sectareris? qui sub occasione amicitiæ tuæ didicerūt per qđ iter ad te uenire deberēt. Audiat hoc ecclesia negligens, qđ ipsa doceat aduersarios suos quomodo eam possint spiritali captiuitate comprehendere: & pecus eius bestiarum crudelitate lacerare. b ¶ Nunquid non dolores apprehendēt te quasi mulierem parturientē ⁊c. Dum nescis: quasi mulierē partus subitus: ita te captiuitas repentina cōprehēdet. Qđ si causari uolueris & quærere cur tradita sis hostib⁹: audi manifeste multitudinē hæc tibi fecisse iniquitatis tuæ: ut quasi mulieris meretricis sublatis uestibus, reuelaretur ignominia tua: & ostenderentur publice fornicationes tuæ. Per quæ discimus, quādiu fuerint minora peccata, agere dominū patienter, & expectare pœnitudinem nostram. Sin autem uolueritis delictis copulare delicta, & cumulū facere peccatorū: reuelabūtur pudenda nostra: & ostendentur cunctis plantæ

Matth.10.c nostræ, uel in præsenti sæculo uel in futuro. Nihil est eī occultum qđ non reueletur: quando implebitur illud Danie-

Dañ.12.a lis: Isti resurgent in uitam æternam: & illi in opprobrium & confusionem sempiternam. c ¶ Si mutare potest ethiops pellē suam: aut pardus uarietates suas ⁊c. Hoc testimonio utunt aduersus ecclesiam, qui diuersas cupiūt asserere naturas: & tantam dicunt esse uel nigredinē uel uarietatē peccatorum: ut in candorem, & unius coloris pulchritudinē transire non possint: non attendentes hoc qđ sequitur: Et uos

F poteritis benefacere cum didiceritis malum. Quicquid eī discitur, nō naturæ est, sed studij & propriæ uolūtatis: quæ nimia cōsuetudine & amore peccandi q̄dāmodo in naturā cōuertit. Sed hoc qđ hominib⁹ ipossibile est, deo possibile est: ut nequaq; æthiops & pardus suā uideātur mutare naturam: sed ille qui in æthiope operat & pardo, dicente Apostolo:

Phil.4.c Omnia possum in eo qui me confortat christo. Vnde & in alio loco: Amplius, inquit, illis omnibus laborauī: nō ego autem, sed gratia dei quæ in me est.

Gal.2.c Et uiuo iam non ego, uiuit uero in me christus. Et iterum scriptū

1.Co.4.b legimus: Quid habes qđ nō accepisti? Si aūt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quas ob causas

8.9.a nō glorietur sapiēs in sapientia sua: neq; fortis in fortitudine sua: nec diues in diuitijs suis: nec pudicus in sua pudicitia, sciens q; in omnibus his christi uirtus sit, nō eorum qui in suis uirtutibus gloriātur. d ¶ Et dissemināb̄o eos quasi stipulā quę vēto raptat in deserto ⁊c. Quia nimia consuetudine malorum non potuerunt mutare naturam, non uitio cōditoris, sed studio inoliti sceleris: propterea quasi stipulam uento raptatā dispergam eos in solitudinē: iuxta illud qđ alibi scriptū est: Tanq;

Ps.1.b puluis quem proiecit uētus a facie terræ. Facitq; apostrophā ad ipsam hierusalē: q; hæc sit sors eius: & ista pars quā ipsa sibi elegerit, mensuram cumulatam atq; perfectam, & super

Luc.6.f effundentem: siue partem inobediētiæ suæ: qua noluit deo acquiescere. In qua enim mensura mensurauerit, remetietur

Matth.7.a illi. e ¶ Quia oblita es mei ⁊ cōfisa es siue sperasti in mendacio ⁊c. Causa dispersionis hierusalem, q; oblita sit dei & confisa uel sperauerit in mēdacijs. Qui præter deum in rebus confidit sæculi, obliuiscitur dei. Vnde reuelātur fœmora uel posteriora eius: ut uideat ignominiam suam: & quæ retro esse deberent, fiant in prioribus: Cernatq; ipsa qđ fecit: & appareat ignominia eius: non tantū ipsi, sed & omnibus. Adulteria, inquit, tua & hinnitus tuus: non solum libidinem, sed insaniam ostendit libidinis: equarum more quæ ad coitum gestiunt: ut est illud Vergilij: Hippomanes uero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine uirus. Rogemus iesum, ut nec in præsenti nec in futuro sæculo reuelet fœmora & posteriora nostra: sed ut deleat omnes iniquitates nostras & omnia scelera apparere nō faciat.

f ¶ Super colles in agro uidi abominationes tuas: Væ tibi hierusalem ⁊c. Non solum in media urbe hierusalem: sed in omni colle cunctisq; regionibus uidi idola tua: unde dicitur ad eam: Væ tibi hierusalem: quia non es mūdata post me: ut cum mea te iactares sequi uestigia: & cōfessionē mei nominis uentilares: tamen nunq; purgata sis: quia oblita es mei & sperasti in mendacijs. Vnde increpat eam & dicit Vsq; q̄ adhuc? Et est sensus: quādiu te expectabo? quādiu feram? usq; quo obliuiscaris mei in finem: & mea præcepta contemnes? Fornicatur in collibus & in agris, & nunq; mū datur qui erecta ceruice per superbiam nō humiliatur sub

potenti

G Amos.8.

H

potenti manu dei: sed in suis sceleribus uitijsq confidit.

Amos.8.c

¶Quod factum est verbum dñi ¶Ca. XIIII ad Hieremiã de sermonibus siccitatis. Iræ dei

Quod dant lumen suũ. Putandũq est obsidionis tempore pluuias non fuisse: ut sterilitatem obsessi sustinerẽt aquæ. Vno quippe fonte siloe: & hoc non perpetuo utitur ciuitas: & usq in præsentem diem sterilitas pluuiarũ, non solum frugum: sed & bibendi inopiam facit.

b ¶Luxit iudea siue iuda ꝛ porte eius corruerunt ꝛc. Tẽpore siccitatis, quãdo famem patitur multitudo audiendi & discendi sermonem dei: luget iudæa, cultum dei prius habere se iactans, & cõfessionẽ ueræ fidei: portæq eius: uel uacuantur uel corruũt: quas ad sensus referre debemus, per quos animæ concipitur disciplina. Tunc obscurãtur omnia: & inuoluũtur tenebris: & nequaq in hierusalẽ ratio regnat & sermo doctrinæ: sed clamor atq confusio. Maiores ꝺq q debẽt ipsi ꝓgere ad hauriendas aq̃s, mittũt iuniores in qb⁹cani non sũt sapiẽtiæ: & idcirco ueniunt ad puteos, & nõ inueniũt aq̃s quas patriarchas inuenisse narrat historia. Reportãt uasa sua uacua: iuniores uidelicet: nõ ꝙ aquæ nõ fuerint: sed ꝙ illi inuenire nõ potuerint. Cõfusi sũt & afflicti, siue erubuerunt & operuerũt capita sua:

2.Co.5.d qa nõ poterãt dicere cũ Apło: Nos autẽ reuelata facie gloriã dñi contẽplamur. Proprer terræ uastitatẽ, siue & terræ opera defecerunt: per quæ ad dei noticiam pergimus. Causaq

Esa.5.b perspicua: quia non uenit inquit pluuia super terram. Mandatum est quippe nubibus ne pluerent super eam imbrem.

1.Co.3.b Agricolæ quoq, quorũ unus loqr̃: Dei agricultura estis, dei

3.Iob.b ædificatio estis. Et in alio loco: Dei coopatores sum⁹: operiũt caput suum: & confunduntur: intelligẽtes sine dei gratia & adiutorio frustra se tendere. c ¶Nam ꝛ cerua siue ceruę in agro peperit siue pepererũt ꝛc. Grandis sterilitas, quãdo & ceruæ in agro pariunt & relinquunt fœtus suos, quia non sit herba uel fœnũ: ut quæ odore nariũ serpẽtes extrahũt de cauernis & uenenata interficiũt animãtia: cibo gratiæ nõ utãtur. Onagri quoq de quibus scriptum est Iob tricesimono: Quis dimisit in solitudine onagrum liberum: plana & campestria relinquẽtes: stent in rupibus & currere nequeãt: & attrahant uentũ in similitudinẽ draconũ: deficiãtq oculi eorũ, & clarã lucẽ cernere nequeãt, rationabilibus subtractis cibis. Siccitas hæc sæpe accidit in ecclesijs, qñ cerui & onagri inueniũtur in populis: & magistrorũ penuria contabescũt. Sunt qui possunt discere: & non sunt qui possunt docere.

d ¶Si iniqtates nostrę respõderint siue restiterint nobis ꝛc.

a Quod factum est uerbum domini ad Hieremiam de sermonibus siccitatis. b Luxit iudæa (Siue iuda): & portæ eius corruerunt (Siue uacuæ factæ sũt): & obscuratæ (Siue cõtenebratæ sunt) super terram: & clamor hierusalem ascẽdit. Maiores eius miserũt minores (siue iuniores) suos ad aquã: uenerunt ad hauriendum (siue ad puteos), & non inuenerunt aquam: reportauerunt uasa sua uacua. ¶Confusi sunt & afflicti, (Siue erubuerunt): & operuerunt capita sua propter terræ uastitatem: (siue & opera terræ: quoniam defecerunt: quia non uenit, siue non erat, pluuia super terram: confusi sunt agricolæ: operuerunt capita sua. c Nam & cerua (Siue ceruæ) in agro peperit (Siue pepererunt) & reliquit (Siue reliquerunt) quia non erat herba. Et onagri steterunt in rupibus: traxerunt uentum quasi dracones: defecerunt oculi eorum: quia non erat herba (siue fœnum). d Si iniquitates nostræ responderint (Siue restiterint) nobis: domine fac propter nomen tuum: quoniam multæ sunt auersiones nostræ uel peccata nostra. Tibi peccauimus expectatio israel: saluator eius in tempore tribulationis.

e HEB. ¶Quare futurus es quasi colonus in terra: & quasi uiator declinans ad manẽdum? Quare futurus es uelut uir uagus aut fortis q nõ potest saluari? f Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatũ est sup nos: nẽ derelinquas nos: (Siue ne obliuiscaris nostri). g Hec dicit dñs populo huic: quia dilexit (Siue dilexerunt) mouere pedes suos: & non quieuit (Siue nõ pepercerunt): & domino nõ placuit: (Siue & de⁹ nõ placuit sibi in eis):

SEP. ¶Quare factus es sicut aduena in terra: & quasi indigena, diuertens ad manẽdum? nunquid eris quasi homo dormiens & q̃si uir q saluari nõ possit?

Si dubitamus quare nõ descendant pluuiæ super terrã: quare cuncta arditate marcescãt. Audiamus, iniquitates nostræ restiterunt nobis: propterea dñe, non scd̃m opera nostra, sed scd̃m sanctũ nomen tuũ uince multas auersiões nr̃as. Tibi em̃ peccauim⁹: quẽ cordis secreta non fallũt: & te p̃stolamur q uera spes & expectatio es isr̃l: & saluas eos in tpe tribulatiõis, iuxta illud qd̃ scriptum est: Ad dñm cũ tribularer clamaui & exaudiuit me. Dicamus & nos in tempore siccitatis, aquarũq penuria: Tibi peccauimus, & malum corã te fecimus: tuũ prestolamur aduẽtũ: qui saluas israel, nõ suo merito, sed tua clæmẽtia. e ¶Quare futurus es quasi colon⁹ in terra ꝛ q̃si uiator ꝛc. Iudæi hunc locũ sic intelligũt. Quare segregas te a populo tuo: & q̃si uiator, ꝓpter unius horæ refrigeriũ nõ curas quali utaris hospitio: sed ad alia transiturus nõ saluas populũ tuũ, & templũ quondã inclytum deseris? Nostri uero de futura christi dispẽsatiõe dici putant: ꝙ futurus sit peregrinus in terra: & paruo tempore terræ usurus hospitio: & q̃si uir pertrãsiẽs ac robustus, relicto isr̃l tendat ad gentiũ multitudinẽ: ut de loco ad locũ, de populo ad populũ, de templo ad ecclesiam transeat. Qd̃ autem iuxta Lxx. dicitur: Nunquid eris quasi homo dormiens, & quasi uir qui saluari non possit: similitudinem ponit & non rei ueritatem, scd̃m illud qd̃ scriptum est: Surge cur dormis domine? non qd̃ dominus dormiat: de quo dicitur: Non dormitabit neq dormiet qui custodit israel: sed ꝙ his uideatur dormire quos deserit. Denicq in sequẽtibus non scribitur: uir dormiens qui saluari non possit: sed quasi uir: in utroq ἀνθρωπάθως scribitur. f ¶Tu autem in nobis es domine ꝛc. Qui apud iudæos quasi aduena futurus es & uiator, & uir uagus: & antiquã deserens mansionem in nobis habitas: & nomen tuum inuocatum est super nos, ut appellemur christiani: idcirco ne derelinquas nos: & ne obliuiscaris nostri, quibus de futuro aduẽtu tuo, omniũ prophetarum ora cecinerunt. g ¶Hec dicit dñs populo huic: quia dilexit siue dilexerunt mouere pedes suos ꝛc. Dicente populo: q̃re factus es ut aduena & uiator & uagus: ut

p̃s.119.a

p̃s.50.a

p̃s.120.a

E tuam deseras mansionẽ? Respondet dominus populo quondam suo. Vis nosse rationem, ausculta qđ dicitur: Quia dilexit populus mouere pedes suos, & nõ abstulit eos de compede peccatorum, siue non quieuit & stare non potuit: idcirco & ego deserui eum: & nulla est in illo mihi complacẽtia. Qui igitur diu distulit & per patiẽtiam noluit punire peccantes: quia in scelere permanserunt, recordabit᷑ iniquitatum eorum: & quasi ægrotantium & deum non sentiẽtium peccata uisitabit, ut ultra peccare desistant. Notandum autem in scripturis sanctis: qđ semper peccatorũ moueantur pedes: & sanctis dicatur cum Moyse: Tu uero hic sta mecum. Et alibi scriptum sit: Laudate serui domiNeu. 5. d
Ps. 134. a
nũ: qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.

a ¶ Et dixit dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonũ. Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum ꝛc. Stultum est orare pro eo qui peccauerit ad mortem, dicẽte Ioanne: Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est: & est peccatum non ad mortẽ. Ieiunia & præces & uictimæ, & holocausta tunc proficiunt, cũ recedimus a uitijs: & flemus antiqua peccata. Sin autem in sceleribus permanentes, putauerimus, uotis at qꝫ sacrificijs redimere nos: uehementer erramus, iniquum arbitrantes deum. Qui enim semel gladio & fami & pesti fuerit destinatus: nullis præcibus erui potest. Vnde & prophetæ dicitur: ne frustra roget quod impetrare non possit. b ¶ Et dixi ah ah ah domine deus meus: siue qui es domine deus: prophete dicunt eis: non videbitis gladiũ ꝛ fames non erit in vobis ꝛc. Audiant hæc magistri, qui peccantibus & in suis uitijs permanentibus prospera pollicentur: qui dicunt diuitibus: non uidebitis gladium tormentorum dei, & fames non erit in uobis. Saturabimini quippe sermonibus dei: & pacem dabit uobis dominus ueriſſimam in loco ecclesiæ siue hieruſalem. Quod autem dixit iuxta hebraicũ tertio אחה a a a: ad priora respondit, ubi dñs fuerat cõminatus dicens: Gladio, & fame & peste ego consumam eos. Quia igitur prophetæ, immo pseudoprophetæ falsa polliciti sunt: ideo dominus locutus est per Hieremiam: Nolite audire uerba pseudoprophetarum: qui non a me missi sunt: sed sua uoluntate uenerunt. Vnde nequaqꝫ prophetæ, sed diuini sunt appellandi: qui seductionem populo loquuntur. Multo enim melius est timore pœnarum emendare peccata: qꝫ spe prosperorum diuinæ sentẽtiæ subiacere. c ¶ Ideo hec dicit dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo quos ego non misi dicẽtes: gladius ꝛ fames ꝛc. Caueant pseudoprophetæ qui prospera promittendo supplantant populum dei: ne & ipsi pereant, & decoꝑtus populus simili delea-
1. Ioh. 5. d
F
tur interitu: iaceantqꝫ in uijs hieruſalem, & domini præcepta calcantes, fame & gladio pereant: & non sit qui sepeliat eos: nec ignominiam eorum pluere operiat pœnitentiæ. Et ipsi enim prophetæ & populus, uxoresqꝫ eorum & filij & filiæ omnisqꝫ generatio absqꝫ ullo pollinctore in sterquiliniũ erit. Quãti iacent in uijs hieruſalem: quot cernimus insepultos recipere mala sua: quæ domino effunden te patiuntur?

d ¶ Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lachrymam, siue deducãt oculi uestri lachrymas ꝛc. Dupliciter hic locus intelligitur: uel qꝫ ipse deus plangat populũ suum & oculi eius flere non cessent: uel certe imperet ut populorum oculi lachrymis fluant: nec leue esse qđ plangendum sit: cum uirgo filia populi sui cõtritione maxima & plaga intolerabili percussa sit. Alij ex pſona ꝓphetæ hæc dici arbitrantur. e ¶ Si egressus fuero ad agros ecce occisi gladio: ꝛ si introiero in ciuitatẽ: ecce attenuati fame ꝛc. Iusta causa plangẽdi, qđ uirgo contrita sit: filia percussa: populusqꝫ deletus. Si enim inquit foras exire uoluero, interfectos uidebo: si ingredi ciuitatem, attenuatos & ossibus uix hærentes, famis necessitate conspiciam. Et quid mirum hoc de plæbe & ignobili uulgo dicere: cum prophetæ quoqꝫ & sacerdotes qui alijs prospera prophetabant, & qui debebant legis aperire mãdata: ipsi ierint in terram quã ignorabãt: & captiuitatis sustinuerint malum. Audiant hoc nostri prophetæ & sacerdotes, qđ nec intus nec foris propter negligentiam eorum sit ulla securitas: qđ & eos scandaliçent qui foris sunt: & eos q intus fame interire patiantur: & qui auctores fuerint peccandi, sint cruciatuum socij. f ¶ Numquid proiiciens abiecisti iudam aut sion abominata est anima tua: quare ergo percussisti nos ita vt nulla sit sanitas: Expectauimus pacẽ ꝛc. Miratur prophetа qđ iudã & hieruſalẽ, duarũ tribuũ uidelicet regnũ, in quo erat religio dei, & templi cerimoniæ: dominus tam repente proiecerit & tanta percusserit plaga: ut nulla possit

adhiberi

sibi in eis): nunc recordabitur iniquitatum eorum: &
a uisitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonũ. Cum ieiunauerint, nõ exaudiam præces eorum: & si obtulerint holocausto-
mata & uictimas, non suscipiam eas: quoniam gladio,
b fame & peste ego consumam eos. Et dixi ah, ah, ah, domine deus meus: Siue qui es domine deus): prophetæ dicunt eis: non uidebitis gladium, & fames non erit in uobis: sed pacem ueram dabit uobis in loco isto. Et dixit dominus ad me: falso prophetæ uaticinantur in nomine meo: non misi eos & non præcepi eis: neqꝫ locutus sum ad eos uisionem mendacem: & diuinationem fraudulentam: & seductionem cordis sui prophe-
c tant uobis. Ideõ hæc dicit dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo quos ego non misi: dicentes, gladius & fames non erit in terra hac: gladio & fame consumentur prophetæ illi: Et populi quibus prophetarunt, proiecti erunt in uijs hieruſalem præ fame & gladio: & non erit qui sepeliat eos: ipsi & uxores eorum: filij & filiæ eorum: & effundam super eos malum
b suum, Siue mala sua). Et dices ad eos uerbum istud: Deducant oculi mei lachrymam Siue deducant oculi uestri lachrymas) per diem & noctem: & non taceant, siue non cessent: quoniam contritione magna contrita est
e uirgo filia ppli me, plaga pessima uehementer. Si egressus fuero ad agros: ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem: ecce attenuati fame siue dolore famis. Prophe ta quoqꝫ & sacerdos abierunt in terram quam ignora-
f bant. Nũnquid proiiciẽs abiecisti iudam: aut sion abominata est anima tua: quare ergo percussisti nos ita ut nulla sit sanitas: Expectauimus pacem, & non est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio.

Cognouimus dñe

A adhiberi medicina. Expectauimus (inquit) pacem & tempus curationis: & nullum est bonum, sed econtra turbatio: ut ubi prius fuerat cultus dei atq; tranquillitas, ibi seditionibus & hostili fremitu omnia complerentur. Si ergo quando q; nostra sion nosterq; Iuda abiicitur, & abominat illum anima dei: nequaq; miremur, sed magis dicamus qđ sequitur:

a ¶ Cognouimus domine impietates nostras, & iniquitatem patrum nostrorum: quia peccauimus tibi. Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum: neq; facias nobis contumeliam. Soliꝫ gloriæ tuæ recordare: ne irritum facias fœdus tuum nobiscū. Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant: aut cœli possunt dare imbres? Nonne tu es domine deus quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

¶ Ca. XV

b ET dixit dominus ad me: Si steterit Moyses & Samuel coram me Siue contra me): non est anima mea ad populum istum. Eiicé Vel emitte) illos a facie mea & egrediantur. Quod si dixerint ad te: Quo egrediemur? Dices ad eos: Hæc dicit dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et uisitabo super eos quatuor species dicit dominus: gladium, ad occisionem: & canes, ad lacerandum: & uolatilia cœli & bestias terræ, ad deuorandum & dissipandum. Et dabo eos in feruorem, Siue commotionem) & angustias uniuersis regnis terræ: propter Manassen filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in hieruſalem. Quis enim miserebitur tui hieruſalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandū pro pace tua? Tu dereliquisti me dicit dominus: retrorsum abiisti. Et extendam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogatus Siue rogans: (pro quo Lxx. transtulerūt: nequaq; ultra dimittā eos). Et dispergā eos uentilabro in portis terræ, Siue populi mei). Interfeci & perdidi populū meū: & tñ a uiis suis nō sunt reuersi. Multiplicatæ sunt mihi uiduæ eius super

B arbitremur tēplum iudææ, qđ sæpe destructum est, sed omnem sanctū: iuxta illud qđ scriptum est: Thronū eius in terram allisisti. Tunc alliditur atq; destruitur, quando multitudine peccatorū offenderit deum: sed tamen qui sua culpa perijt, domini clæmētia sustentatur: quæ mutatur seueritate sententiæ, si irritum faciat dominus pactum suum: quo nos saluos futuros esse pollicitus est.

c ¶ Nunqđ sunt in sculptilibus gentium qui pluant ꝛc. Post multos uariosq; sermones, redit ad titulum prophetiæ, in quo scriptū est: q; factum est uerbum domini ad Hieremiam de sermonib⁹ siccitatis. Ergo quod dicit, hoc est: quia dæmonum simulacra nō possunt pluere: nec cœli per se dare imbrem suū: ideo tu domine deus noster quem semper expectauimus: in quem spes nostras conuertimus & uota, tu da pluuiam tuam. Tua enim sunt omnia: & quicquid boni est, sine te cuius est, dari non potest. Dicamus hoc & contra hæreticos, qui pluuiam doctrinarū tribuere nō possunt. Et cum se cœlos esse promittant: & de se scriptum glorientur: Cœli enarrant gloriam dei: tamen imbres non possunt donare doctrinæ. Solus est enim deus qui suū instruat populū, & diuersitates gratiæ tribuat expectantibus se.

Ibi.18.a

¶ Ca. XV

ET dixit dñs ad me: Si steterit moyses et samuel coram me ꝛc. Hos em̄ legimus iræ dñi, p ppō restitisse: & iā impēdentē auertisse sententiā. Et si (inquit) illi steterint uel in cōspectu meo, uel cōtra me: q̄rū uni dixit deus: Dimitte me, & percutiam populū istum: tñ

Exo.32.c

C Eiice vel emitte illos a facie mea et egrediantur. Non loco recedunt a deo peccatores, sed uoluntate: quamq; legamus & Adam & Cain electos esse a facie dei. f ¶ Qđ si dixerint ꝛc. Qui ad mortē, ad mortem ꝛc. Quatuor plagas quibus traditus est populus iudæorū, etiam Ezechielis, pphetia demonstrat: gladium, pestilentiam, famem, bestias & captiuitatem. Inter bestias autem, canes q; & uolatilia intelligē: quib⁹ lacerāda & deuoranda & dissipanda corpora tradita sunt. Neq; em̄ fieri poterat, ut creatore neglecto, non uniuersa creatura cōsurgeret in peccatores. g ¶ Et dabo eos ꝛc. p propter manassen ꝛc. Legimus in diuerum uolumine, Manassen post captiuitatē & pœnitētiam reuersum in hieruſalem atq; regnasse. Sed quō sanctorum merita descendunt ad posteros, sicut Dauid & cæterorum: sic peccatorū flagitia, si liberi nepotesq; similia gesserint, ad posteros perueniūt. Q̄d autē dicit: Dabo eos in feruorē siue cōmotionē & angustias uniuersæ terræ: & sub babylonijs ex parte completum est: & nunc expletur in toto: quādo pessimū regē: & qui reppleuerit hieruſalem a porta usq; ad portam cruore iustorū, ppfus imitatus est impi⁹. Ex quo discimus, regū ac principum & præpositorū scelere, populos plærumq; deleri.

C

Gen.3.d.4.b

Ezech.14.g

2.Para.33.a

D

h ¶ Quis em̄ miserebitur tui hieruſalē ꝛc. Nullus em̄ potest offenso deo, p flagitijs rogare peccantiū: quia nec tam clæmēs potest creatura q; conditor esse: nec ita alienus externis, quō dñs suis parcere. i ¶ Tu dereliqsti me ꝛc. Causa redditē quare nullus misereat hieruſalem: nec cōtristet, p ea: nec p pace illius obsecret: q; cū iuxta Apl̄m posteriorū obliuiscēs, ad priora se extendere debuerit: econtrario retrouersa sit, & ægyptias carnes desyderarit. k ¶ Et extendam manū meam sup te ꝛc. Manus extenta, percutientis indicium est: interfectio peccatorū, iram significat consumatam. Q̄d autem intulit: Laboraui rogatus siue rogans, duplicem habet sensum: q; iam defecerit deus, crebro eis ignoscendo: & lassus sit semper eos prouocans ad salutem. l ¶ Et dispergam eos ventilabro ꝛc. Quid prodest sæpius me rogari, cum a uiis suis pessimis nō reuertant nec agant pœnitentiam? Dispersi em̄ eos quasi uentilabro, ut purgarē aream meā. Et dispersi in portis terræ, ut inferni quodāmodo calcarēt limina. Et interfeci & perdidi populū meum, ut coacti malorum necessitate, impendentia uitarent mala. m ¶ Multiplicatę sunt mihi viduę ꝛc. Diuersis medicaminibus cupit deus saluare peccantes: ut qui contempserant

Phil.3.c

E

blandiẽtẽ, timeãt cõminantẽ. Viduæ multiplicatæ ſunt ſup arenã maris: interfectis uiris, matres perditis liberis ſenſere uaſtantẽ: nõ in nocte & p inſidias, ſed clara luce: ut oſtẽdat apertã uim aduerſarij fortioris. Miſi (inquit) ſup ciuitates, Haud dubiũ quin Iuda & populi pctõris, repẽte terrorẽ: ut quãto fuit ſubitũ malum, tãto difficiliꝰ eſſet effugium. a ¶ Infirmata eſt / ſiue abiecit: aut vacua facta eſt quę peperit ſeptẽ / ſiue plurimos ꝛc. Sæpe diximus ȳbũ hebraicũ שִׁבְעָ, uel ſeptem, uel iuramentũ ſonare, uel plurimos. Vnde & diuerſa eſt interpretatio, Aquila, Lxx. & Theodotione, ſeptem tranſferẽtibꝰ, Symmacho, plurimos. Quæ igitur erat dies liberiſ, orba ſubito facta eſt: & clara luce diſperijt: & confuſa eſt in ſolitudine ſui. Reliquum autem (ait) populum tradam gladio: ut mortem & iram dei nullus effugiat. Alij ad ſynagogã referunt quæ infirmata eſt, ut eccleſiæ creſceret multitudo: iuxta illud quod ſcriptũ eſt:

F

1.Re.2.a Sterilis peperit ſeptem

eius ſup arenã maris: induxi eis ſup matrẽ adoleſcentis uaſtatorẽ meridie: miſi ſuper ciuitates repente terrorẽ.
a Infirmata eſt Siue abiecit, aut uacua facta eſt) quæ peperit ſeptem Siue plurimos): defecit anima eius: occidit ei ſol: cum adhuc eſſet dies, aut medius dies. Confuſa eſt & erubuit: & reſiduos eius in gladium dabo in conſpectu inimicorũ eorum ait dominus. Væ mihi mater
b mea, quare genuiſti me uirum rixæ Siue iudicij): uirum
c diſcordiæ Siue qui iudicet in uniuerſa terra)? Non fœnerauí, nec fœnerauit mihi quiſq; : omnes maledicũt mihi.
d Dicit dominus: ſi non reliquiæ tuæ in bonum: ſi non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis & anguſtiæ aduerſus inimicum.
e HEB. Nunqd fœderabit ferrũ ferro ab aquilone & æs? SYM. Nunqd nocebit ferrũ ferro ab aquilone & æs? Lxx. & Theo. Si cognoſcet ferrũ & operimẽtũ æneũ?
f Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo: gratis Siue abſq; precio) in omnibus peccatis tuis: & in cunctis

G

num: ſi nõ occurri tibi in tẽpore afflictionis, et in tpe tribulatiõis & anguſtię aduerſus inimicum. Poſſunt hæc & ex pſona Hieremiæ accipi: qui peſſimo tempore & iam imminente captiuitate prophetare compulſus eſt: & dura perpeti a populo nõ credente. Ad id qđ ſupra dixerat: Væ mihi mater, ut quid me genuiſti uirum qui iudicer & diſcernar omni terræ: & reliqua, Reſpondit dominus: Noli conſyderare præſentia, ſed futura: reliquiæ eñ tuæ & nouiſſima erunt in bonum. Deniq; & in præſentiarũ cum te cuperẽt inimici opprimere, affui tibi, & meo es ꝓtectus auxilio. Hoc autem tam ad Hieremiã, q̃ ſcđm diſpẽſationem carnis aſſumptæ, referri poteſt ad ſaluatorem. Pro eo quod nos iuxta hebraicum interpretati ſumus: Omnes maledicunt mihi, uſq; ad eum locum ubi ſcriptum eſt: In tempore tribulationis aduerſus inimicum: in æditione uulgata ita ſcriptum reperi: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi, fiat domine dirigentibus illis, ſi non aſtiti tibi in tempore afflictionis eorum: & in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum. Et eſt ſenſus: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi. Non enim intelligunt uirtutem meam, quæ in infirmitate perficitur: & quanto plus mihi maledixerint, tanto mea in illis plus deficit fortitudo. Iungitq; uel ꝓpheta uel dominus, & ait: Fiat domine dirigentibus illis, hoc eſt, eueniant mihi maledicta quæ loquuntur inimici: & illi dirigantur in bonũ, ſi non in tempore tribulationis eorũ & anguſtiæ: qñ eos uaſtabat inimicus, & capere feſtinabat: ſteti in conſpectu tuo: & rogaui te pro illis, & dixi: Pater, Luc.23.d
ignoſce eis: quod enim faciunt, neſciunt. Sed & Hieremiam ſæpe deprehendimus in hoc uolumine rogaſſe ꝓ populo.

Malach.4.a

Ioñ.9.g

Luc.2.c

Michee.7.a

Ibidem

¶ Infirmata eſt / ſiue abiecit: aut vacua facta eſt quę peperit ſeptẽ / ſiue plurimos ꝛc. Sæpe diximus ȳbũ hebraicũ שִׁבְעָ, uel ſeptem, uel iuramentũ ſonare, uel plurimos. Vnde & diuerſa eſt interpretatio, Aquila, Lxx. & Theodotione, ſeptem tranſferẽtibꝰ, Symmacho, plurimos. Quæ igitur erat dies liberiſ, orba ſubito facta eſt: & clara luce diſperijt: & confuſa eſt in ſolitudine ſui. Reliquum autem (ait) populum tradam gladio: ut mortem & iram dei nullus effugiat. Alij ad ſynagogã referunt quæ infirmata eſt, ut eccleſiæ creſceret multitudo: iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Sterilis peperit ſeptem ſiue plurimos: & quæ multos habebat liberos, infirmata eſt. Vnde & occidit ei ſol iuſticiæ: in cuius pennis eſt ſanitas: & idcirco æterna cõfuſione cooperta eſt, perdens populum ſuũ gladio ſpirituali. b ¶ Væ mihi mater mea quare genuiſti me virũ ꝛc. Poteſt hoc σωεκδοχικῶς de Hieremia intelligi: qđ non in toto orbe terrarum, ſed in terra Iudæa ſit iudicatus. Vere autem domino cõpetit ſaluatori, qui loquitur in euangelio: In iudicium ego in iſtum mundum ueni: ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant: de quo ſcriptum eſt: Ecce hic eſt poſitus in ruinam, & in reſurrectionem multorum in iſrael: & in ſignum cui contradicetur. Quis enim philoſophorum, quis gentilium, quis hæreticorum non iudicat Chriſtum, ponentium ei leges natiuitatis, & paſſionis, reſurrectioniſq; ſuæ & ſubſtantiæ? Nec mirum iuxta aſſumpti corporis ueritatem, Chriſtum dicere: Væ mihi mater mea: cum & in alio loco perſpicue perſonæ eius conueniat quod dicitur: Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe: & ſicut racemum in uindemia: non habens ſpicam, ut comedat primitiua. Et ne putemus gemituum uilitatẽ referri ad uerbum dei: qui ſit iſte qui plangat, ſtatim ſequit: Væ mihi anima: quia perijt reuerens a terra: non qđ diuidamus perſonas, ut impij faciunt: ſed quo unus atq; idem filius dei, nunc iuxta carnẽ, nunc iuxta uerbũ loquat dei. c ¶ Non fœneraui nec fœnerauit mihi quiſq; : omnes maledicunt mihi. Pro quo Lxx. Non profui / neq; profuit mihi quiſq;. Theodotio: Non debui / neq; debuit mihi quiſq;. Quorum omnium hic ſenſus eſt ex perſona Chriſti: Nullus ſe præbuit qui digne mea æra ſuſciperet: nec fœnerauit mihi quiſq; in ſanctis atq; paupertibus confouendis, me ſibi faciens debitorem. Siue non profui nec profuit mihi quiſq;. Nullus enim tantum uoluit accipere, quantũ ego tribuere deſyderaui. Nec profuit mihi quiſq;. Salus enim creaturæ, lucrum eſt creatoris. Aut certe non debui, nec debuit mihi quiſq;. Nemo dedit mihi quantum accipere cupiebã: nec me ſibi fecit in aliquo debitorẽ. Quodq; infert: Nec debuit mihi quiſq;, hunc habet ſenſum. Quomodo enim poterat mihi uſuram debere, qui fœnus non eſt dignatus accipere? Omnes (inquit) maledicunt mihi. Quis enim hæreticorum, atq; errantium non maledicit Chriſto peruerſa credendo: & peruerſiora blaſphemans? d ¶ Dicit dominus: ſi non reliquię tuę in bonum: ſi nõ occurri tibi in tẽpore afflictionis, et in tpe tribulatiõis & anguſtię aduerſus inimicum. Poſſunt hæc & ex pſona Hieremiæ accipi: qui peſſimo tempore & iam imminente captiuitate prophetare compulſus eſt: & dura perpeti a populo nõ credente. Ad id qđ ſupra dixerat: Væ mihi mater, ut quid me genuiſti uirum qui iudicer & diſcernar omni terræ: & reliqua, Reſpondit dominus: Noli conſyderare præſentia, ſed futura: reliquiæ eñ tuæ & nouiſſima erunt in bonum. Deniq; & in præſentiarũ cum te cuperẽt inimici opprimere, affui tibi, & meo es ꝓtectus auxilio. Hoc autem tam ad Hieremiã, q̃ ſcđm diſpẽſationem carnis aſſumptæ, referri poteſt ad ſaluatorem. Pro eo quod nos iuxta hebraicum interpretati ſumus: Omnes maledicunt mihi, uſq; ad eum locum ubi ſcriptum eſt: In tempore tribulationis aduerſus inimicum: in æditione uulgata ita ſcriptum reperi: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi, fiat domine dirigentibus illis, ſi non aſtiti tibi in tempore afflictionis eorum: & in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum. Et eſt ſenſus: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi. Non enim intelligunt uirtutem meam, quæ in infirmitate perficitur: & quanto plus mihi maledixerint, tanto mea in illis plus deficit fortitudo. Iungitq; uel ꝓpheta uel dominus, & ait: Fiat domine dirigentibus illis, hoc eſt, eueniant mihi maledicta quæ loquuntur inimici: & illi dirigantur in bonũ, ſi non in tempore tribulationis eorũ & anguſtiæ: qñ eos uaſtabat inimicus, & capere feſtinabat: ſteti in conſpectu tuo: & rogaui te pro illis, & dixi: Pater, Luc.23.d
ignoſce eis: quod enim faciunt, neſciunt. Sed & Hieremiam ſæpe deprehendimus in hoc uolumine rogaſſe ꝓ populo.
e ¶ Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab aquilone et æs? Varietatis cauſa perſpicua eſt. Verbum enim יָרַע quod in præſenti loco ſcriptum eſt, pro ambiguitate enunciationis, & amiciciam ſonat & maliciam: quod ſi pro ר litera, quæ ד literæ ſimilis eſt, legatur ד, ſcientiam cognitionemq; ſignificat. Quod autem dicit, ſic intelligendum eſt: Ne doleas quod populus inimicus tuus ſit: te enim dura nunciante, non poteſt te amare qui durus eſt. Siue babylonij qui ab aquilone ueniunt, ſuntq; ferrum duriſſimum: huic populo duriori, & in æris ſimilitudinem indomito, non poterunt amicicia copulari: Siue ferrum duriſſimum, hoc eſt, populus iſrael dei cognitione indignus eſt: qui in tantam peruenit maliciam: ut duriori metallo ære circundatus ſit.
f ¶ Diuitias tuas et theſauros tuos in direptionem dabo: gratis / ſiue abſq; precio in omnibus peccatis tuis ꝛc. Omnem (inquit) ſubſtantiam tradam inimicis tuis abſq; ullo precio propter peccata quæ feciſti in cunctis terminis tuis. Propterea adducam inimicos tuos: ſiue ſeruire te faciam, in terra

Ps.25.a

Ps.140.

A in terra chaldæa: quia ignis meus qui ſemel in meo furore ſuccenſus eſt, in te ardebit: & extingui non poterit. Tu enim præbuiſti materiam ardoris tui: ut meus ignis, tua quæ in te ſunt ligna conſumat, & fœnum, & ſtipulam: ac per hoc non eſt cauſa ardoris in domino, ſed in his qui fomenta incendio miniſtrarunt,

a ¶ Tu ſcis domine: recordare mei et viſita me: et tuere me ab his qui perſequuntur me ꝛc. Hoc quod diximus: Tu ſcis, in Lxx. nō habetur. Fœlix eſt autem illa conſcientia, quæ pro deo ſuſtinet opprobriū. Vnde dicit: Inuenti ſunt ſermones tui, quos meo ore loquebaris. Et comedi eos, hoc eſt, in cibū mihi uerſi ſunt: ſiue iuxta Symmachū: Suſcipiebam eos, ut mihi in læticiam uerterent: qui dudum fuerant in opprobrium. Vnde & babylonij cōfitent impleta, quæ Hieremias futura prædixerat. Siue hic ſenſus eſt: Senſi anguſtias: miſerias pertuli populi perſequētis: ſed tñ gauiſus ſum me tuis paruiſſe præceptis: & propter nomē tuum dura perpeſſus ſum. b ¶ Nō ſedi in concilio ludentium ꝛc. Hæc Hebræi exp̄ſona hieruſalē dici arbitrant: ꝙ ſola ſederit, & amaritudine repleta ſit, & factus ſit dolor eius perpetuus: & quomō aquæ pertrāſeunt, ſic uerba prophetarum, quib⁹ ſibi proſpera pollicebant tranſiſſe mendaciter. Melius autē, ut ex perſona ꝓphetæ hæc dici accipiamus, ſermonibus ſancti uiri: qui nō ſederit in concilio ſiue ſecreto ludentium: ꝙ timuerit impendentē ſibi manū dei: ſiue magis gloriatus ſit ſe malorum nō habere conſortium. Solus inquit

B

cunctis terminis tuis. Et adducā inimicos tuos Siue ſeruire te faciā inimicis tuis) de terra quā neſcis: quia ignis
a accēſus eſt in furore meo, ſup uos ardebit. Tū ſcis dñe: recordare mei, & uiſita me: & tuere me ab his qui perſequunt me. Noli in patientia tua ſuſcipere me: ſcito qm̄ ſuſtinui pro te opprobrium. Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos: Siue ab his qui reprobant ſermones tuos conſume eos). Et factum eſt mihi, Siue erit mihi) uerbum tuum in gaudium & læticiam cordis mei: quoniam inuocatū eſt nomē tuum ſuper me domine deus
b exercituum. Nōn ſedi in concilio ludentium: & gloriatus ſum, Siue metuebam) a facie manus tuæ: ſolus ſedebam: quoniam amaritudine repleſti me. Quare factus eſt dolor meus perpetuus, Siue quare qui cōtriſtant me confortantur): & plaga mea deſperabilis renuit curari? Siue plaga mea fortis, unde curabor)? Facta eſt mihi quaſi mēdacium aquarum infidelium, Siue quaſi aqua
c mendax non habens fidem). Prōpter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertā te: & ante faciem meam ſtabis. Et ſi ſeparaueris precioſum a uili, quaſi os meum eris. Conuertentur ipſi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æneum fortem: & bellabunt aduerſum te, & nō præualebunt: quia ego tecum ſum, ut ſaluū te faciam: & eruam dicit dominus. Et liberabo te de manu peſſimorum: & redimam te de manu fortium, Siue peſtilentium). ¶ Ca. XVI

b ET factū eſt uerbū domini ad me dicens: Noli accipere uxorem: & non ſint tibi filij & filiæ in loco iſto: Quia hæc dicit dominus, ſup filios & filias quæ generantur in loco iſto: & ſuper matres eorū quæ genuerunt eos: & ſup patres eorū, de quorū ſtirpe nati ſunt in terra hac: Mortibus egrotationū morient: nō plangent, & nō ſepelient: in ſterquiliniū ſuper faciē terræ erunt: & gladio & fame cōſument: & erunt cadauera eorum in eſcam uolatilibus cœli & beſtijs terræ.

Hæc enim

C labuntur: ſic & omnis impetus inimicorum te adiuuante præterijt. Vtinā dominus præſtet & nobis nō ſedere in concilio ludentium, & eorum qui futura non cogitant: nec aduerſis cedere, ſed ſemper dei ſentētiam formidare, & dicere cum propheta: Solus ſedebam: quia amaritudine repletus ſum. Gaudeat igitur in præſenti tēpore, nequaq̄ cōcilium ſapientium, ſed arcanum ſecretumq̄ ludentium: mihi adhærere deo bonum ſit, ponere in deo ſpem meam: ſaturari opprobrijs: & iudicis mei expectare ſententiam: quæ cū finis aduenerit, opere monſtrabit omnē triſticiā & amaritudinē inſtar aquarū fluentium pertranſijſſe. c ¶ Propter hoc hec dicit dominus: Si cōuerteris conuertam te: et ante faciē meam ſtabis ꝛc. Manifeſtum eſt ꝙ ſuperiora nequaq̄ hierusalem, ſed ꝓpheta dixerit. Cui reſpōdit dominus: Si conuerteris a peccatis populū, & ego de tribulatiōe conuertam te in læticiam: & ſtabis ante faciē meam, ſicut angeli ſtant in conſpectu dei, quotidie uidentes faciem illius. Et ſi ſeparaueris precioſum a uili, quaſi os meū eris: Ne putes, inquit, boni operis nō eſſe mercedē, ſi ſanctoſ quoſq̄ meos de numero peccantium tuis ſermonibus ſegregaris: eris quaſi os meū, & meis præceptis copulaberis. Debent em̄ illi tui imitatores eſſe, & non tu eorum. Nec reformides, & dicas: Quare factus eſt dolor meus perpetuus: & plaga mea fortis ſiue deſperabilis: ut me deſperem poſſe curari. Dabo em̄ te quaſi murum æneum atq̄ fortiſſimum: ut cōtra aduerſarium omni reſiſtas robore: & me habeas adiutorem: & liberem te de manu peſſimorum ſiue peſtilentium: & redimam te, uel meo ſanguine, uel in præſentiarum meo auxilio. Conſyderem⁹ quantam mercedem habeat ſermo doctoris, ſi ualuerit aberrore quempiam liberare: & de peccantium numero educere. ¶ Ca. XVI

ET factum eſt verbum domini ad me dicens: Noli accipere vxorem / et non ſint tibi filij nec filiæ ꝛc. Si tempore imminentis captiuitatis uetatur ꝓpheta uxorē ducere, ne tribulationē carnis habeat: & ſuper dolorem propriū, uxoris quoq; ac liberorū miſerijs torqueatur: quanto magis Apoſtolus iubet: quia abbreuiatum tempus 1.Co.7.e
eſt: & imminet cōſumatio: ut etiā qui habēt uxores, ſic ſint

quaſi nō

ꝑs.25.a ſedebam, ſcdm illud quod ſcriptum eſt: Non ſedi cum concilio uanitatis: & cum iniqua gerētibus nō introibo. Odiui eccleſiam malignantium: & cum impijs non ſedebo. Et in
ꝑs.140.c alio loco: Solitarius ſum ego, donec pertrāſeam. A facie (inquit) manus tuæ, ſolus ſedebam: dum te timeo: dum impendentem mihi manum tuam ſemper expecto. In concilio ludentium ſedere nolui: ſed meam amaritudinem deuorabam, ut in futuro mihi gaudium præpararem. Nec habui interualla doloris mei: ſed iugi miſeria deprimebar, ut nulla expectarem remedia. Præualuerunt enim qui contriſtabant me: & facta eſt plaga mea fortis. Sed in hoc habui conſolationem, ꝙ fuerit quaſi aqua mendax, atq̄ præteriens. Sicut enim aquæ prætereuntes dum fluunt, uidentur & di-

E quasi nō habeāt? Vnde superflua noui hæretici reprehēsio: qua docuimus digamiā & trigamiā nō ex lege descendere, sed ex indulgentia. Aliud est em̄ facere, qđ per se bonum sit: aliud ideo concedi, ne peiora faciamus. Dicit em̄ & ipse cau
1 Timo. 5. c sas, cur uelit adolescentulas uiduas nubere: inferens: Iam em̄ quædā earū abierunt retro post satanā. Simulq; præceptor cōtinētiæ & perpetuæ castitatis, & æqualem se blasphemans deo, laudat terna quaternaq; coniugia: quæ ego nō tam cōiugia dicam q̄ miseriarum solacia, & extremā tabulā naufragorum: nisi forte tribuit indulgentiam amaçonibus suis: ut usq; ad decrepitā senectutem bella libidinū experiantur. Cur autē ꝓpheta arceat uxorē ducere, causa perspicua est: qđ obsidione uicina, pestilētia & gladio & fame uniuersi intereant: & tantus sit numerus morientium, ut sepulturæ uincatur officiū: sed instar sterquilinij iaceāt cadauera, uolatilibꝰ bestijsq;
F laceranda. Et hoc notandum, q̄ egrotationibus & longa infirmitate tabescere, dei
2 Par. 21. c ira sit. Vnde & Ioram filius Iosaphat infirmitate cōsumit̄. Et Apo-
1 Co. 11. b stolus docet egrotare eos & tabescere & mori qui sancta uiolarint.

a ¶ Hęc em̄ dicit dñs: Ne ingrediaris domū conuiuij ꝛc. Apostolus præcipit, cum his
1 Co. 5. b qui auersent̄ deū, nec cibum quidem esse sumēdum. Et amplius,
2 Iob. d nec aue quidē huiusmodi dixeritis. Et saluator apostolis interdicit, ne quēq; in itinere salutent. Vnde & Heliseus pergenti
Luc. 10. a
4 Reg. 4. e ad sanandum puerum Giezi salutationē interdicit. Moris autem est lugentibus ferre cibos, & præparare conuiuium: quæ græci περιδειπνα uocant: & a nostris uulgo appellant̄ parentalia: eo q̄ parentibus iusta celebrentur. Dicit & alibi
Pro. 31. a scriptura diuina: Date uinum & his qui in luctu sunt: ut uidelicet obliuiscantur doloris. Præcipitur ergo prophetæ, ne ullum de populo consoletur: ne se misceat inimicorū dei conuiuijs: ne iusta celebret super funeribus defunctorum. Aliud est em̄ mori cōmuni lege naturæ: aliud dei occidisse sententia. Abstuli (inquit) pacem meam de populo isto: & misericordia indigni sunt: nulliq; ætati parcam: sed & grandes & parui pariter interibūt: ita ut sepultura quoq; careāt. Nec se incident, inquit, neq; caluicium fiet pro eis. Mos hic fuit apud ueteres, & usq; hodie in quibusdam permanet iudæorum, ut in luctibus incidant lacertos, & caluicium fa-
Iob. 1. d. 22. b ciant: quod etiam Iob fecisse legimus. Vnde & prophetæ dicitur: ne frangat inter eos panem: nec ingrediatur ad consolandum pro mortuo: neq; potum tribuat: neq; ingrediatur domum conuiuij: & ne misceatur eis qui dei sententiæ præparati sunt. Si autem hoc de lugentibus dicitur, quid fiet de hæreticis: quorum sermo serpit ut cancer: & quotidie prosternunt in ecclesia funera deceptorum? b ¶ Quia hęc dicit dñs ꝛc. uocē gaudij ꝛ uocē lętitię ꝛc. Quando peccauerit ecclesia, aufertur de ea omne gaudiū & uniuersa lætitia: de qua Apostolus dicit: Gaudete: iterū dico gaudete: Vox sponsi & uox sponsæ: de quo
Phil. 4. a
Iob. 3. d scriptum est: Qui habet sponsam, sponsus est. Si aūt, inquit, interrogauerit te ꝓpl̄us, cur ista patiatur: & causas miseriarū suarū quæsierit? Respondebis ei: Quia dereliquer̄t me patres uestri ait dominus: qui uobis præsunt in ecclesijs: & abierunt post deos alienos, quorū deus uenter est: & auaricia, & luxuria, & gloria in confusione eorum: & seruierunt eis. A quo em̄ quis uincitur, eius & seruus est. Et adorauerunt eos: Adorat em̄ unusquisq; quod diligit. Et me dereliquerunt: & legem meam non custodierunt. Sacerdotum est proprie
H non solū docere, sed & facere legē: ut nequaq; uerbis subiectos sibi populos & creditum gregem, sed exemplis doceāt. Ac ne forte dicerent: iniusta est sen-
Infra. 33. Ezech. 18 tentia: patres comedere uuam acerbam: & dentes filiorum obstupescere, infert: Sed & uos peius operati estis q̄ patres uestri: ut super his qui patribus peiora peccauerint, iusta supplicia deferant̄.

c ¶ Ecce em̄ ambulat unusquisq; post prauitatē cordis sui mali ꝛc. Semel a domino derelicti, faciunt ea quæ non competunt: ut uadant post desyderia cordis sui mali: de quo exeunt cogitationes pessimæ: & idcirco de ecclesia seperantur, ut uadant in terram longinquam: quam nec ipsi, nec patres eorū nouerant priusq; peccarent: ut ibi seruiant dijs alienis, qui non sunt dij: sed eorum putantur errore qui eos colunt. Qꝛ autē intulit: Die ac nocte: perpetuā peccantiū ostendit in scelere perseuerantiā: dum & in dieb⁹ flagitijs, & in noctibus, libidini seruiunt. Qui nō dabunt (inquit) uobis requiem. Haud dubium quin falsos deos significet, de quibus dixit: Et seruietis ibi dijs alienis. Quicquid ergo peccamus, quicquid die & nocte facimus: & malorum operum perpetramus: imperium est dæmonum, qui nunq; nobis dant requiem, sed semper impellunt delictis augere delicta: & cumulum facere peccatorum. d ¶ Propterea ecce dies ueniunt dicit dominus: et non dicetur ultra viuit dominus qui eduxit filios ꝛc. Manifeste futura populi israel restitutio prædicitur: & post captiuitatem, misericordia: quæ iuxta literam sub Zorobabel & Iesu pōtifice & Esdra ex parte completa est: iuxta intelligentiā spiritualē uerius atq; perfectius

a Hæc ēnim dicit dñs: Ne ingrediaris domum conuiuij: neq; uadas ad plangēdū, neq; cōsoleris eos: quia abstuli pacē meam a populo isto dicit dominꝰ: misericordiam & miserationes. Et morientur grandes & parui in terra ista: non sepelientur neq; plangent̄: & non se incident, neq; caluicium fiet pro eis. Et non frangent inter eos luGenti panē ad cōsolandū super mortuū: & non dabunt eis potū calicis, ad cōsolandū super patre suo & matre. Et domū conuiuij non ingredieris, ut sedeas cum eis, &
b comedas & bibas. Quiā hæc dicit dominus exercituū deus israel: Ecce ego auferā de loco isto in oculis uestris & in diebus uestris uocem gaudij, & uocem lætitiæ: uocem sponsi, & uocem sponsæ. Et cum annunciaueris populo huic oīa uerba hæc, & dixerint tibi: Quare locutus est dominꝰ super nos omne malum, grande istud? quæ iniquitas nostra, & quod peccatū nostrum quod peccauimꝰ dño deo nostro? Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres uestri ait dominus: & abierunt post deos alienos & seruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerūt, & legem meam non custodierunt. Sed &
c uos peius operati estis q̄ patres uestri: Ecce em̄ ambulat unusquisq; post prauitatē cordis sui mali, ut me nō audiat. Et eiciam uos de terra hac in terram quā ignoratis uos & patres uestri: & seruietis ibi dijs alienis
d die ac nocte: qui nō dabunt uobis requiem. Propterea ecce dies ueniunt dicit dominus: & non dicetur ultra: Viuit dominus qui eduxit filios israel de terra ægypti: sed uiuit dominus qui eduxit filios israel de terra aquilonis, & de uniuersis terris ad quas eieci eos: & reducā eos in terram suam quam dedi patribus eorum.

Ecce ego

A in Christo complenda describitur. Veniet (inquit) tempus quando nequaq̃ dicet, q̃ populus reductus sit de ægypto per Moysen & Aaron: sed reductus de terra aquilonis, Cyro rege Persarum laxante captiuos. Et de uniuersis (inquit) terris: qđ nequaq̃ Cyri tempore, sed ultimo fine cõplebit: atq; dicẽdũ est: Domine refugium factus es nobis: in gene- ps.89.a
ratione & generatione. Et in alio loco: Qui habitat in adiu- Ibi.90.a
torio altissimi: in protectione dei cœli commorabitur. Dies C
autem tribulationis siue malorũ, illa intelligẽda est: de qua
dicit & Apostus: Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam: Gal.1.a
& redimẽtes tempus, quoniã dies mali sunt.

Rom.11.d dicente Apło: Postq̃ subintrauerit plenitudo gentiũ, tunc omnis israel saluus fiet. Possumus hoc & de persecutionibus, quæ nostro accidere populo a diebus Neronis, de quo
2.Timo.4.d scribit Apostolus: Et liberat⁹ sum de ore leonis, usq; ad Maximini tempora dicere: quomodo dominus misertus sit populo suo: & reduxerit eos in terrã suam: Haud dubium quin in ecclesiam quã dedit patrib⁹ eorum, apostolis & apostoli- cis uiris. a ¶Ecce ego mittam piscatores multos ꝛc. Diuersa huiꝰ capituli interpretatio est. Iudæi enim autumant significari chaldæos, qui sub piscatorum nomine describunt: & postea rhomanos, qui uenatoribus comparant: & de
B montibus collibusq; & cauernis petrarum, infœlicẽ populũ sunt uenati. Hoc autem dominus fecisse se dicit: Quia respexerit uias eorũ: & reddiderit iniquitates, quibus contaminauerant terram, simulacra uenerantes: & abominationibus idolorũ pollue-
5.eo. rint hæreditatem eius. Nostri autem rectius & melius, hæc de futuro uaticinatũ prophetam putant. Quia enim supra dixerat: Reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorũ: nunc ostendit quomõ reducẽdi sint: qđ primũ mittat
Matth.4.c apostolos, quib⁹ saluator dixit: Venite post me, & faciã uos piscatores hominũ: Et postea uenatores, quos uel ecclesiasticos uiros, uel angelos possumus accipere: qui postq̃ consummationis tempus aduenerit, uenentur sanctos quosq; de montib⁹ dogmatũ excelsorũ, & de collibus bonorũ operũ: & de cauernis petrarum, apostolis & apostolicis uiris. Non
1.Co.10.b solum eñ Christus petra, sed & apostolo Petro donauit, ut
Matth.16.c. uocaretur petra. In cuius sensibus requiescẽtes, recte dicuntur translati esse de petra: Ostenditq; uel apostolos, uel eos qui postea uenandi sunt, habuisse peccata: & recepisse du-
Luc.12.f plices iniquitates suas. Seruus eñ qui scit uoluntatem domini sui & non facit eam, uapulabit multũ. Sciendũq; q̃ in hebraico positum sit, primũ: & in Lxx. æditione prætermissum. Quando autẽ dicit: Reddam primũ duplices iniquitates, & peccata eorum: suboſtendit: qđ postq̃ receperint mala, recepturi sint & bona. Hi autẽ qui postea transferendi sunt, contaminauerunt terrã domini in morticinis idolorũ suorũ: & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem eius: ut omnis mundus subditus fiat deo: & nequaq̃ suo merito, sed illius misericordia cõseruetur. Quod hic de hebraico posuimus: Nõ sunt abscõdita ea a facie mea: in Lxx. non habetur. b ¶Domine fortitudo mea ꝛc. Omnis hominum fortitudo, sine dei uirtute quæ Christus est, imbecilla reputatur & nihili. Vnde cõfugiendum est ad dominũ

a Eccẽ ego mittam piscatores multos dicit dominus, & piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos uenatores: & uenabunt eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarũ: quia oculi mei super omnes uias eorum. Nõ sunt abscõdita ea a facie mea: & nõ fuit occulta iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primũ duplices iniquitates & peccata eorum: quibus contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorũ: & abominationibus suis impleuerũt hæreditatẽ meã.
b Dõmine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis Siue malorum).

c HEB. Ad tẽ gentes uenient ab extremis terræ, & dicẽt: Vere mendaciũ possederunt patres nostri: uanitatem quæ eis nõ profuit.
SEP. Ad te gentes uenient ab extremis terræ, & dicẽt: Quomodo falsa possederunt patres nostri idola: & non est in eis utilitas?

d Nũnquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij?
e Idcircõ ecce ego ostendã eis per uicem hanc: ostendã eis manum meam & uirtutem meam: & scient quoniam nomen mihi dominus. ¶Ca. XVII

f PEccatũm Iuda scriptũ est stilo ferreo in ungue adamantino: exaratum super latitudinem cordis eorum, Siue in pectore cordis eorum): & in cornibus altarium Siue ararum)eorum.

Cum recordati eis per uicem hanc: ostendã autẽ manifeste, & non ut prius, in umbra & in imagine, & uaticinio futurorũ: ut postq̃ cognouerint, sciant nomẽ meum: audiantq; a filio: Pater, ma- Iob.17.a
nifestaui nomẽ tuum hominibus. ¶Ca. XVII
PEccatũ Iuda scriptũ est stilo ferreo ꝛc. De gẽtibus quæ ad dñm cõuersæ fuerant, supra dictum est: Ecce ego ostendã eis per uicẽ hanc, ostendam eis manũ meam & uirtutẽ meam: Nunc de israel qui abiectus est, loquit: Peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino, & cætera. Quod cur a Lxx. prætermissum sit, nescio: nisi forsitan pepercerũt ppło suo: sicut & in Esaia eos
fecisse manifestũ est: Quiescite ergo ab homine, cuius spiri- Esa.2.d
tus in naribꝰ eius: quia excelsus reputatus est ipse: multaq; huiuscemodi: quæ si uoluero cuncta digerere, non dicam libro, sed libris opus erit. Gentium peccata deleta sunt: quia conuersæ ad dominum ab extremis terræ audierunt illud: Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes po- ps.116.a
puli. Quia confirmata est super nos misericordia eius: & ueritas domini manet in æternum. Et de quibus dixerat ad Moysen: Dimitte me, ut interficiam populum istum: & fa- Exo.32.c
ciam te in gentem magnam. Peccatum autem Iudæ inde- Deu.9.c
lebile: & (ut ita dicam) nulla ratione abolendum, scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino: qui hebraice dicitur שָׁמִיר: non quo ullus unguis sit qui appelletur שָׁמִיר sed quo lapis adamãtinus: ex eo q̃ indomitus sit & infrangibilis, hoc nomen accepit: tantum nitorem habeat & leuitatem, ut absq; ullo impedimento in eo scribi possit stilo ferreo: ut dura ferri materies, scribat in duriori tabula adamantina: & duret quod scriptum est, imperpetuum. Ipsi

enim

E enim dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Vnde exaratum siue insculptum est in cornibus altarium, siue ararum eorū: ut opera sacrilega, in æternā memoriam perseuerent. Si autem hoc ita est: ubi illud quod anus delyra confingit: posse hominē sine peccato esse si uelit: & facilia dei esse mandata? Matth. 27. c

a ¶ Cū recordati fuerint filij eorū ararū suarum ꝛc. Et hæc in Lxx. non habent: eadē (ut reor) causa quam supra diximus: ne scilicet æterna in eos sententia permaneret. Relinqueris (ait) sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis, in terra quā ignoras: uel sub babylonijs, uel ut est uerius sub rhomanis. Ipsi em̄ succenderunt ignem: & clæmentissimum dñm in furorē puocarunt: qui ignis furoris eius ardebit in æternū. Pudet me cōtentionis nostrorum, qui hebraicā arguunt ueritatē. Iudæi cōtra se legunt: & quid pro se sit, nescit ecclesia. Vnde nos qui sumus filij apostolorū, recordamur iniquitatum prioris populi, & iuste eos perpessos esse testamur. Possunt aūt excelsa quæ hebraice dicunt בָּמוֹת & contra hæreticos accipi, q̄ posuerūt in excelsum os suū: & lingua eorū transiuit sup terram.

a Cum recordati fuerint filij eorum ararū suarum: & lucorum lignorūq; frondentiū in montibus excelsis: sacrificantes in agro fortitudinē tuam, & omnes thesauros tuos in direptionē dabo: excelsa tua propter peccata in uniuersis finibus tuis. Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniā ignē succendistis in furore meo, usq; in æternū ardebit. Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit (Siue spem habet) in homine: & ponit carnem brachium suū: & a domino recedit cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto: & nō uidebit cū uenerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto: in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus uir qui confidit in dño: & erit dñs spes (Siue fiducia) ei⁹: & erit quasi lignū qd̄ transplantatū est (Siue fructiferū) super aquas, qd̄ ad humorē mittit radices suas: & non timebit cum uenerit æstus: & erit foliū eius uiride (Siue ramusculi ei⁹ frondētes): & in tpe (Siue anno) siccitatis nō erit solicitus (Siue nō timebit) nec aliquando desinet facere fructum.

b HEB. Prāuum est cor omnium, & inscrutabile, quis cognoscet illud? SEP. Profundum est cor super omnia: & homo est: quis cognoscet eum? Ego dñs scrutans cor & probans renes: qui do unicuiq; iuxta uias suas, & iuxta fructum adinuētionū suarum.

Perdix

F

Qui em̄ hoc agit, a dño recedit cor eius: asserēs se posse qd̄ non potest. Et erit quasi myrice, quæ hebraice dicit עֲרֵעֵר: siue ut interpretatus est Symmachus, lignū infructuosum in solitudine. Et nō uidebit cū uenerint bona: q̄ uisura ē gentiū multitudo: sed habitabit in siccitate in deserto. Hoc dicitur de populo iudæorū qui habitāt in deserto fructusq; nō faciunt: & sunt in terra salsuginis, quæ nullos fructus faciat: & inhabitabili, quæ hospitē non habet deum, nec angelorum præsidia, nec spiritus sancti gratiā, nec scientiā magistrorum.

G

Iob. 3.c diuersa. Ad exponendū illū locū, ut quidā uolunt: Qui nō credit, iā iudicatus est: Iudicatus quidē est in eo q̄ nō credidit: sed ipsi q̄ nō credūt inter se, diuersis afficient̄ supplicijs. Iudicat̄ ipse cum omni carne, ut nullus iniudicatus abeat. Impios autē, hoc est, q̄ domino nō credunt, tradit gladio sempiterno. Allegorici interpretes iuxta Lxx. hunc locum sic ediſſerunt: ut ad bonā partē referāt, apertā dñi cōminationem. Dñs (inquiunt) de excelso responsum dabit, his uidelicet q̄s saluaturus est: Et de loco sancto suo dabit uocem suam: respondebitq̄ sermonē in loco suo. Illi autē quasi uindemiātes pleni fructibus, illius sentētiæ respōdebūt: Sup omnes habitatores terræ ueniet interit⁹: nō sup uniuersam terram, sed super partē terræ, eorū uidelicet qui non credunt. Iudicium enim erit in gētibus: & ipse iudicabit̄ cū omni carne. Impij autē tradent̄ gladio. a ¶ Hæc dicit dñs exercituum ꝛc. Erubescant q̄ uim scripturæ sanctæ facere conantur: in bonā partē ea quæ cōminationis plena sunt, disserētes. De hoc aūt loco puto
Luc. 21. b dixisse & dñm: Consurget gens aduersus gentē: & regnū contra regnū: & cætera quæ in ipsius euangelij sententia cōtinent̄. Intelligamus autē hæc facta iuxta hiſtoriam, quādo a rege babylonio cunctæ nationes in circuitu subiugatæ sunt: & imperium eius sensere crudele. Vel iuxta prophetiam longo post tēpore in cōsummatione mundi futura. Dicunturq̄ interfecti a dño: non q̄ dominus ipse percutiat, sed quo in interitu pessimorum uoluntas & imperium domini compleatur.

b ¶ Vlulate siue iubilate ꝛc. Notandū q̄ in hoc tantū loco Lxx. iubilum, in malam partē posuerūt: pro quo alij interpretes, ululatū (ut in hebræo scriptum est) transtulere. Inter pastores & arietes siue optimates gregis ista distantia est: q̄ pastores rationalium sunt: arietes autē & optimates referunt̄ ad diuites, qui & ipsi pars gregis appellant̄. Q̄dq̄ infert: Cōpleti sunt dies uestri, ut interficiamini. Tunc cōplebuntur dies eorū, quando fuerint peccata cōpleta: & dispergent̄ & cadent, sicut uasa preciosa: ut confracta nō ualeant instaurari: & quanto ante fuere preciosa: tanto maius eorū in confractione sit damnū: siue quasi arietes electi, ut pinguis hoſtia sit deuorare cupiētiū. Peribit (inquit) fuga a pastoribus, quando non egerint pœnitentiam. Denicq̄ dicitur ad pha-
Ibi. 3. b riſæos: Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere a
Pſ. 141. b uentura ira? Et in psalmis legimus: Periit fuga a me. Et salUatio (inquit) ab optimatib⁹ gregis siue arietib⁹ ἀπὸ κοινοῦ, subauditur, peribit. c ¶ Vox clamoris pastorū & vlulatus optimatū gregis, siue iubilū arietū ꝛc. Et hic notandum q̄ apud Lxx. iubilum pro ululatu positum sit. Inter pastores autem & arietes, ista diuersitas est: q̄ pastores putentur in ecclesia, qui præsunt gregi cum sapientia & eruditione atq̄ doctrina. Arietes ꝩo qui principes quidem uidentur in populo: sed nihil habent in se doctrinæ atq̄ sapientiæ: & per nimiam simplicitatem, propemodum stulticiæ uicini sunt. Quando autē habuerimus pacem & non intellexerimus, uel bona, uel speciosa pacis: sed luxuriæ nos & ocio & uoluptatib⁹ dederimus, tunc conquiescent siue contescent bona pacis: & auferentur a nobis propter iram furoris domini: & implebit̄ illud qđ scriptum est: Cum dixerint, pax & securitas: tunc repētinus eis superueniet interitus: quo ueniente, omnia cōticescent. d ¶ Dereliquit quasi leo umbraculum ꝛc. Dominus de quo supra dixerat: de excelso rugiet: & de habitaculo sancto suo dabit uocem suā: Rugiens rugiet super decorē suū: ipse derelinquet tabernaculū suū: de q̄ scriptū ē: Factus est in pace, siue in salē locus ei⁹: & habitatio eius in sion. Ipse relinquet sedē suā: & cōplebit qđ p eundē hunc pphetā locut⁹ est: Dimisi domū meā, dereliqui hæreditatē meā. Reliquit autem quasi leo cubile suum: ut omnes bestiæ, uastandi terram ei⁹ habeant potestatem. Leone em̄ custode & præside, nullus ad eandem audet accedere. Facta est inquit terra eorū, haud dubium quin uel populi iudæorum, uel certe uniuersarum gentium in desolationem: & in inuium a facie iræ columbæ. Non mirabitur columbam domini intelligi nabuchodonosor: qui supra eum uocari seruum domini legerit. Pro quo Lxx. transtulerunt, gladium magnū: Licet columbam & in persona hierusalem possimus accipere: q̄ irascatur & tristis sit se leonis sui perdidisse custodiam: & terram suam ueniſſe in desolationem.

Peruenit sonitus Siue interitus) usq̄ ad extrema Siue super partē) terræ: quia iudiciū dño cū gētibus: iudicat̄ ipse cum omni carne: impios tradidit gladio dicit dñs.
a Hæc dicit dominus exercituū: Ecce afflictio Siue malū) egredietur̄ de gente in gentē: & turbo magnus Siue tempestas) egredietur a summitatib⁹ Siue extremis) terræ. Et erunt interfecti domini Siue uulnerati a dño) in die illa a summo terræ usq̄ ad summū eius. Non plangentur, & non colligentur, neq̄ sepelientur: in sterquiliniū
b super faciem terræ iacebunt. Vlulatē Siue iubilate) pastores: & clamate & aspergite uos cinere optimates gregis, Siue plangite arietes ouiū): quia completi sunt dies uestri ut interficiamini: & dissipationes uestræ: & cadetis quasi uasa preciosa Siue quasi arietes electi). Et peribit fuga a pastoribus: & saluatio ab optimatibus Siue
c arietib⁹) gregis. Vox clamoris pastorū & ululatus optimatum gregis Siue iubilum arietum): quia uastauit dominus pascua eorum. Et cōticuerūt arua, Siue speciosa)
d pacis a facie iræ furoris dñi. Dereliquit quasi leo umbraculum Siue cubile) suum: Et ut uerius est, tabernaculum: hoc enim סֻכּוֹ hebraicum sonat. Quia facta est terra eorum in desolationē Vel inuia) a facie iræ columbæ Siue a facie gladij magni) & a facie furoris dñi. ¶ Ca. XXVI
e IN principio regis ioakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est uerbū istud a domino dicens: Hæc dicit dominus: Sta in atrio domus domini: & loqueris ad omnes

G A

Luc. 20. b

B

Pſ. 2. b

2. para. 3.

A occasionē orationis dñi,& adorādi eum: sermones ꝓphetæ audire coganť. Noli(inquit)subtrahere uerbū:licet triſte ſit; licet aduerſum te audientiū rabies conciteť,tamē dicito qđ tibi imperatum eſt: non formidans perſecutiones eorū qui aduerſum te cōcitandi ſunt, ſed domini iubentis imperiū. Forſitan (inquit) audiant & cōuertantur. Verbum ambiguum, forſitan, maieſtati dñi nō poteſt cōuenire,ſed noſtro loquiť affectu: ut liberum homini ſeruetur arbitrium:ne ex præſciētia eiꝰ,quaſi neceſſitate uel facere qd uel nō facere cogatur. Non eñ ex eo ꝙ deus ſcit futurū aliquid,idcirco futurum eſt: ſed quia futurū eſt, deus nouit: quaſi præſcius futurorū. Et tñ ſciēdū iuxta hunc eundē Hieremiā: & ſi mala prædixerit dñs, & egerit ꝓplus pœnitētiā, ꝙ & ipſe actuꝰ ſit pœnitētiam ſup his quæ facere cōminatus eſt. Et ſi proſpera pollicitus fuerit: & egerit populus negligēter, mutet deꝰ ſententiā:& pro bonis mala inferat. Tale qđ & illud in euāgelio eſt: Mittam filiū meum, forſitā uerebunť eum. Qđ utiq; ex perſona dei omnipotentis dicitur. Deniq; & in præſenti ait: Si forte audiant & cōuertanť unuſquiſq; a uia ſua mala:ut cum illi conuerſi fuerint: & meæ ſententiæ me pœniteat:& nō faciā qđ eis facere cogito. Cogito aūt facere ꝓpter malicias ſtudiorum illorū:quæ ſi fuerint īmutatæ, & mea ſententia cōmutabiť. Legamꝰ hiſtoriā Ionæ & Niniuæ. a ¶ Et dices ad eos ꝛc. In noſtra ergo poſitum eſt poteſtate,uel facere quid uel non facere: Ita dumtaxat ut quicquid boni operis uolumus,appetimus,explemus,ad dei gratiam referamus: qui iuxta Apoſtolum dedit nobis & uelle & perficere. Sin autē ſufficit ſemel ambulare in lege quæ nobis data eſt per Moyſen:ut ſtulta hæreſis ſuſpicať:quomō addidit: Vt audiatis ſermones ſeruorū meorū ꝓphetarū? Qui utiq; poſt legem miſſi ſunt: & nō ſemel,ſed frequenter:nec ocioſe & a ſecuro,ſed ſemper & a ſollicito. Miſi (inquit) ad uos ſeruos meos prophetas quotidie,& de nocte conſurgens: quos ſi audire nolueritis,dabo domū iſtam,hoc eſt, templum dei: ſicut ſilo,ubi fuit tabernaculum. Cumq; templū deſtructū fuerit, cōſequenter & ciuitas erit in maledictionem cunctis gētibus terræ. Sicut autē extructo templo in area Ornæ, & in monte Moria,hoc eſt,uiſionis : in quo Abrahā filiū ſuū Iſaac obtuliſſe narratur, ceſſauit religio Silo : nec poſtea ibi ſunt celebrata ſacrificia: ſic extructa eccleſia & ſpiritualibus in ea uictimis immolatis,ceſſauerūt legis cerimoniæ:& data eſt urbs Iudæorū in maledictionē cunctis gētibus terræ: de qua nos dominus liberauit,dicente Apoſtolo: Christus redemit nos de maledictione legis,factus pro nobis maledictio. b ¶ Et audierūt ſacerdotes et ꝓphetę ſiue pſeudoꝓphetę ꝛc. Sacerdotes & prophetæ,quos pſeudoprophetas manifeſtius Lxx. tranſtulerunt: iraſcuntur Hieremiæ ꝙ uera prædicat:& ſubuerſo templo & ciuitate deſerta, ſit peritura religio,& lucra ex religione uenientia:idcirco apprehendūt eum: & conſentiente ſibi populo,morti deſtinant: quare dixerit in nomine dñi ſicut ſilo erit domus hæc: & urbs deſolabitur,eo ꝙ non ſit habitator. Si quando igitur ꝓpter mandata domini, & fidei ueritatem,uel ſacerdotes nobis uel pſeudoprophetæ,uel deceptus populus iraſcitur, non magnopere curemus:ſed exequamur ſentētiam dei, nequaq; præſentia mala,ſed futura bona animo cogitantes. c ¶ Et congregatus eſt omnis populus adu erſus hieremiam ꝛc. Hieremias in templo uerba dñi ꝓphetabat: & dixerat: domū iſtā, ſicut ſilo,& urbē hanc in maledictionē dabo cūctis gentibus terræ: ſtatimq; a ſacerdotibꝰ & ꝓphetis & ꝓplo ſeditione cōmota, oīs uulgus aduerſus prophetam cōgregatur in tēplū ubi erat ꝓpheta: & ſacerdotū ac ꝓpharū uulgiq; manibus tenebať. Qđ cū audiſſent principes ciuitatis, qui in domo regia uerſabanť, trāſierūt ſiue aſcēderūt de domo regis in domum dñi. Notādumq; ꝙ ire ad domum dñi, ſemper aſcēſus ſit. Sederūtq; in introitu portæ dñi nouæ. Principū eñ erat officiū ſedere in porta domus dñi : & ibi negociſ & ſeditionis cognoſcere ueritatē. Noua autē porta diciť : quia qui ſedebant in ea & iudicio præerant:ſacerdotū & pſeudoprophetarū calūniæ reſiſtebant. d ¶ Et locuti ſunt ſacerdotes ꝛ ꝓphetę ꝛc. Sedētibꝰ urbis principibꝰ in porta tēpli & in porta noua:qui de regis palatio ad templū cucurrerāt:ut ſeditio ppli ſedareť:& cōtione ppli cōgregata,accuſant ſacerdotes & pſeudoprophetæ Hieremiam:perieratq; propheta, quantū fuit in ſacerdotibꝰ & ꝓphetis,ſi accuſatores ipſi habuiſſent iudiciſ poteſtatē. Ex quo intelligimus,crudeliores fuiſſe in prophetam per inuidiam ſanctitatis, qui religioni uidebantur dediti: cū qui neceſſitatibus publicis præerant. e ¶ Et ait hieremias ad omnes ꝓincipes et ad uniuerſum populū dicens ꝛc. Cum præſente populo ſederent in porta ciuitatis principes:& accuſarēt ſacerdotes & ꝓphetæ Hieremiam ꝓphetā:& mortis crimē intenderēt: Hieremias ad principes loquitur, & ad uniuerſum populum quos ſacerdotum & pſeudoprophetarū factio cōcitauerat, prudenter

ad omnes ciuitates Iuda,de quibus ueniunt ut adorēt in domo dñi uniuerſos ſermones, quos ego mandaui tibi ut loquaris ad eos:Noli ſubtrahere uerbū: ſi forte audiant, & cōuertanť unuſquiſq; a uia ſua mala:& pœniteat me mali Siue quieſcam a malo):quod cogito facere eis, ꝓpter malicias ſtudiorū eorū. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus: Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea quam dedi uobis: ut audiatis ſermones ſeruorū meorum prophetarū,quos ego miſi ad uos de nocte cōſurgens & dirigens, & non audiſtis:dabo domum iſtam ſicut ſilo : & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. Et audierunt ſacerdotes & prophetæ Siue pſeudoprophetæ),& omnis populus Hieremiam loquentē uerba hæc in domo domini. Cumq; cōpleſſet Hieremias loquens omnia quæ præceperat ei dominus ut loqueretur ad uniuerſum populū: apprehenderūt eum ſacerdotes & prophetæ Siue pſeudoprophetæ):& omnis populus dicēs: Morte moriaťur: quia ꝓphetauit in nomine domini dicēs: Sicut ſilo erit domus hæc:& urbs iſta deſolabiť,eo ꝙ non ſit habitator. Et cōgregatus eſt omnis populus aduerſus Hieremiam in domum domini: & audierunt principes Iuda uerba hæc: & aſcenderūt de domo regis in domum domini:& ſederunt in introitu portæ domini nouæ. Et locuti ſunt ſacerdotes & ꝓphetæ ad principes & ad omnem populum dicentes:Iudicium mortis eſt uiro huic: quia prophetauit aduerſus ciuitatē iſtam,ſicut audiſtis auribus ueſtris. Et ait Hieremias ad omnes principes & ad uniuerſum populum dicens: Dominus miſit me ut ꝓphetarem ad domum Siue ſuper domū) iſtam: & ad ciuitatē Siue ſuper ciuitatem)hanc omnia uerba quæ audiſtis.

Lue.20.b

Phil.2.b

2.para.3.a

Gal.3.b

E pariter & humiliter, atq; cõstanter. Prudenter, q; a domino missum esse se diceret: ut contra templum & ciuitatẽ loqueretur, daretq; consilium: q; si eius uellent audire consiliũ, & agere pœnitentiã, dominus quoq; suam sententiã cõmutaret. Humiliter autẽ in eo quod ait: Ecce in manibus uestris sum: facite mihi, ut bonum & rectum est in oculis uestris. Porro constanter: In ueritate misit me dominus ad uos, ut loquerer in auribus uestris oĩa uerba hæc. Alĳsq; sermonibus loquitur: Si irascimini q; contra templum & urbem domini sim locutus: & curæ uobis est, salus urbis & templi: cur augetis peccata peccatis: & sanguinis mei tam urbem q̃; habitatores eius reos facitis? Si qñ igitur & nobis pro necessitatis angustĳs, humilitate opus est: sic eam assumam⁹, ne ueritatem, & cõstantiam deseramus. Aliud est enim superbe cõtumeliam facere iudicanti, qđ signũ stulticiæ est. Aliud sic impendens uitare discrimẽ: ut de ueritate nihil subtrahas. a ¶ Et dixerunt principes & omnis populus ad sacerdotes & pphetas ꝛc̃. Populus qui prius a sacerdotibus & pseudoprophetis fuerat supplãtatus, iungit̃ principib⁹ ciuitatis: & pro Hieremia loquitur, q; nequaq̃ reus mortis sit: sed in noĩe dñi & ex ore illi⁹ prophetarit. Cito em̃ uulgus indoctũ accepta ratione mutat sententiã. Dolor autẽ accusantiũ, præcipue sacerdotum, & pseudoprophetarum non potest immutari. Et ideo illis accusantib⁹, & in accusatione pseuerantibus, populus cõmutatur: quod spem eis dederat indulgẽtiæ dominus, si bonas facerent uias suas, & audirent uocẽ domini dei sui: ut & dominus suam sententiam flecteret. b ¶ Surrexeruntq; viri de senioribus terrę et dixerunt ꝛc̃. Principes ciuitatis & populus, intelligunt iudicĳ ueritatem. Senes autem quorum proprie erat nosse uetera, replicant historiam: & pphetiam Micheæ de morasthi: qui pphetauit sub rege Eçechia, comparant pphetiæ Hieremiæ, p qua ei mortis discrimẽ intenditur: ostendunt q; illum dixisse grauiora: & tamen a iusto rege Eçechia nihil esse perpessum: sed cõuersos ad pœnitentiam, domini in bonam partem uertisse sentẽtiam. Micheas enim dixit: Sion quasi ager arabitur: & hierusalẽ in aceruũ lapidum erit: & mons domus in excelsa syluarum. Porro Hieremias: Dabo (inquit) domũ istam sicut silo: & urbem hanc dabo in maledictionẽ cunctis gentibus terræ. Dantq; consilium putantes nequaq̃ futurum, quod Micheas prædixerat: quia multo tempore non sit factum propter populi pœnitentiam. Et hoc quoq; quod Hieremias locutus est, nequaq̃ fore, si iuxta consilium eius bonas faciãt uias suas, & studia sua: & audiant uocem domini dei sui, ut dominus non inferat malum qđ eis fuerat cõminatus. Simulq; frangũt accusatorũ rabiem: & se miscẽt cum eis dicentes: Itaq; nos facimus malũ grande cõtra animas nostras: non q̃ facere debeant: sed quia si fecerint, nequaq̃ noceant accusato, sed animabus suis: quas mutatione sententiæ potuerint liberare. c ¶ Fuit quoq; vir prophetans in nomine dñi Vrias filius semei de cariathiarim ꝛc̃. Et audiuit vrias et timuit: fugitq; et ingressus est ęgyptũ. Qđ q; sequitur: Et misit rex Ioakim uiros in ægyptum, Elnathan filiũ Achabor, & uiros cũ eo in ægyptũ. In Lxx. nõ habet̃. Quærit̃ cur cũ Vrias fili⁹ Semei de oppido cariathiarim, eadẽ quæ Hieremias pphetarit timore perterritus, fugerit in ægyptũ: & inde retractus, occisus sit, Hieremias potuerit euadere: qui certe non fugerat, sed audacter in priori sententia perseuerãs, liberatus sit: tã uulgi principũq; iudicio q̃; consilio seniorum aduersum accusatores, sacerdotes, & pseudoprophetas. Ad quod breuiter respondendum: nequaq̃ dei sciri posse iudiciũ, dum eadẽ causa, eademq; sententia alius punitur, & alius liberat̃. Nisi forte hoc respõdere possumus, q; Vrias in condemnationem accusatorũ & populi, trucidatus sit: Hieremias autẽ reseruatus iudicio dei, ut reliquĳs infœlicis populi prædicaret: & eos retraheret ad pœnitudinem. Quod quidẽ & in Apostolorũ actibus legimus, Iacobum apostolum statim Herodis pertulisse sententiã: & martyrio coronatum: beatum autem Petrum & cæteros apostolos, doctrinæ domini reseruatos. Et animaduertenda constantia pphetalis: q; ne de ægypto quidem retractus Vrias mutauerit sententiam: sed uidens sibi intentari mortem, nihilominus sit locutus quæ præceperat dominus. Quodq; timuit & fugit & ingressus est ægyptum: non infidelitatis, sed prudentiæ indicium est: ne frustra nos offeramus periculis

audistis. Nunc ergo bonas facite uias uestras, & studia uestra: & audite uocem domini dei uestri: & pœnitebit dominum mali quod locutus est aduersum uos: Siue & quiescet dominus a malis quæ locutus est contra uos). Ego autem ecce in manibus uestris sum: facite mihi ut bonum & rectũ est in oculis uestris Siue ut expedit uobis). Verũtamẽ scitote & cognoscite, q; si occideritis me, sanguinẽ innocentẽ tradetis cõtra uosmetipsos: & contra ciuitatẽ istam & habitatores eius. In ueritate enim misit me dominus ad uos, ut loquerer in aurib⁹ uestris
a omnia uerba hæc. Et dixẽrunt principes & omnis populus ad sacerdotes & prophetas: Non est uiro huic iudicium mortis: quia in nomine domini dei nostri locu-
b tus est ad nos. Surrexeruntq; uiri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnẽ cœtum populi loquentes: Micheas de morasthi fuit pphęta in diebus Eçechiæ regis iudæ: & ait ad omnẽ populũ iudæ dicẽs: Hæc dicit dominus exercituum: Sion quasi ager arabitur: & hierusalem in aceruũ lapidum erit: & mons dom⁹ in excelsa syluarũ. Nunquid morte cõdemnauit eum Eçechias rex iudæ, & omnis iuda? Nunquid non timuerunt dominum, & deprecati sunt faciem domini? Et pœnituit dñm mali, q; locutus fuerat aduersum eos. Itaq; nos facimus ma-
c lum grande contra animas nostras. Fuit quoq; uir prophetans in nomine domini Vrias filius Semei de cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersum terram hanc, iuxta uniuersa uerba hieremiæ. Et audiuit rex Ioakim & omnes potentes & principes eius uerba hæc: & quæsiuit rex interficere eũ: & audiuit Vrias & timuit: fugitq; & ingressus ẽ ægyptũ. Et misit rex Ioakim uiros in ægyptũ: Elnathan filium achabor & uiros cum eo in ægyptum. Et eduxerunt Vriam de ægypto, & adduxerunt eum ad regem Ioakim, & percussit eũ gladio: & piecit cadauer ei⁹ in sepulchris uulgi ignobilis. Verũtn̄ manus ahikam filĳ saphan erat cum hieremia ut nõ traderet̃ in man⁹ ppli & interficerẽt eũ.

In principio

Micheæ.3.d

Allego

Act.12.d

Luc.4.e Ioh.8.g Matth.7.c A

cultis. Alioquin & dominum ſaluatorem de manibus perſequentium lapſum legimus: & præcipiente apoſtolis: Cum uos perſecuti fuerint in hac ciuitate, fugite ad aliam. Quæritur quoq; quomodo Ioakim rex Iuda parui imperij & debilitati, & iam iamq; perituri, mittendi in ægyptum habuerit poteſtatem: & inde Vriam educẽdi. Qđ facile ſoluitur, ſi conſyderemus eum a rege ægypti Nechao principem conſtitutum: & hanc ꝓphetiã factam eſſe in principio regni eius. Quamq; autem Hieremias domini adiutorio liberatus ſit: tamen & illi reputat in mercedem, per quem prophetã ſuum dominus liberauit, Achikã uidelicet filio Saphan: quod in poſterioribus lecturi ſumus: quãdo de ciſterna luti Abdemelech Spadonis conſilio atq; præſidio, Hieremias de mortis periculo liberatur.

Infra.38.b

Ca. XXVII

IN principio regni Ioakim filij Joſię regis Iuda factũ eſt verbum ꝛc. Hoc in æditione Lxx. non habetur. Et multi putant ſequentis capituli eſſe principium: quod neq; ita eſt, ſed iungendum ſuperiori: ut quicquid dictum refertur & factũ, in principio regni Ioakim factum eſſe credamus. Vnde & mittendi in ægyptũ, quaſi ad amicũ regẽ habuit poteſtatẽ. Videntur autẽ mihi Lxx. titulum iſtum hac ratione ſiluiſſe, ne ſecundo dicere uiderent. Iam enim in principio poſuerant: In principio regis Ioakim filij Joſiæ regis Iuda, factũ eſt uerbum iſtud ad Hieremiã a domino dicens: b **Hęc dicit dñs ad me: fac tibi uincula et catenas.** Siue χλοιους, qui hebraice appellant מוטות: & ſermone uulgari Boias uocãt. c **Ponesq; eas in collo tuo: et mittes eas ad regem edom ꝛc.** Præterita uiſio in principio facta eſt ad prophetam regni Ioakim filij Joſiæ régis Iuda. Hæc autem ſub Sedechia, qui extremus regnauit in hieruſalẽ: & ſub quo urbs capta eſt atq; ſubuerſa. Præcipitur q; Hieremiæ, ut catenas ſiue furcas ligneas: quæ hebraice ut dixim⁹, appellant מוטות: imponat collo ſuo, & mittat eas ad reges Edom, Moab filiorũ Ammon, Tyri, Sidonis, per legatos, qui uenerant ad Sedechiã: & præcipiat ſuis dominis nunciare, q; regi Nabuchodonoſor ſeruire debeant: & audire quæ ſequens ꝓphetæ ſermo proſequit. Ac ne forſitan legati & reges iſtarum gentium reſponderent: cur hoc tuo populo non præcipis? Sedechiæ quoq; regi ſimilia loquitur, & ſacerdotibus ac prophetis. Hunc locum allegoricus ſemper interpres & hiſtoriæ fugiens ueritatem, interpretatur de cœleſti hieruſalẽ, q; debeant habitatores eius ſponte aſſumere corpora, & deſcendere in babylonem: id eſt confuſionem mundi iſtius, qui in maligno poſitus eſt: & ſeruire regi babylonio: haud dubiũ quin diabolo. Qđ ſi hoc facere noluerint, nequaq; eos grauia corpora portaturos: ſed perituros gladio, & fame, & peſte: & nequaq; homines futuros, ſed dæmones. Hoc ille dixerit, ne defenſores eius nobis calumniam faciant. Cæterũ nos ſimplicem & ueram ſequamur hiſtoriam: ne quibuſdam nubibus atq; præſtigijs in-

B

Allego.

a IN principio regni Ioakim filij Joſiæ regis Iuda: factum eſt uerbum hoc ad Hieremiam a domino,
b dicẽs: Hæc dicit dñs ad me: Fac tibi uincula &
c catenas. Pone q; eas in collo tuo: & mittes eas ad regẽ Edom, & ad regem Moab, & ad regẽ filiorũ Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis per manũ nunciorum: qui uenerunt hieruſalem ad Sedechiam regem Iuda. Et præcipies eis ut ad dominos ſuos loquantur: Hæc dicit dominus exercituum deus iſrael: hæc dicetis
d ad dominos ueſtros: Ego feci terram, & hominem, & iumẽta, quæ ſunt ſuper faciem terræ in fortitudine mea magna, & in brachio meo extẽto: & dedi eam ei cui pla-
e cuit in oculis meis. Nunc itaq; ego dedi omnes terras iſtas in manu nabuchodonoſor regis babylonis ſerui mei: inſuper & beſtias agri dedi ei ut ſeruiant illi. Et ſer-
f uient ei omes gẽtes, & filio eius, & filio filij eius: Donec
g ueniat tẽpus terræ ei⁹ & ipſius. Et ſeruiẽt ei gẽtes mul-
h tæ, & reges magni. Gens autem & regnum quod non ſeruierit nabuchodonoſor regi babylonis: & quicunq; non curuauerit collum ſuum ſub iugo regis babylonis in gladio, & fame, & peſte: uiſitabo ſup gẽtem illam ait
i dominus, donec cõſumam eos in manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas ueſtros & diuinos & ſomnia-

tores

uoluamur. d **Ego feci terram et hominẽ et iumenta ꝛc.** Licet ἀνθρωποπάθως hæc ſcriptura loquat, quomodo nos homines loqui poſſumus & intelligere: tamẽ fortitudo dei & brachium eius ille eſt, de quo & Apoſtolus loquit: Chriſtus dei uirtus, & dei ſapientia. Et Eſaias: Domine quis credidit auditui noſtro: & brachium domini cui reuelatum eſt? Scribit & Ioannes euãgeliſta: Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil. Dauid quoq; in ſuo carmine loquitur: Verbo domini cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius oẽs uirtus eorum. Quod autem ait: Dedi eam ei cui placuit in oculis meis: hoc ſignificat, q; oẽia humano generi per dei gratiam ſint tributa. Ego (inquit) feci terram, & hominẽ, & iumenta. Ordo contrarius. In geneſi enim primũ fiunt animãtia, & extrem⁹ homo: ſed hic prius hominẽ nominat: & poſtea quæ ſubiecta ſunt homini.

1.Co.1.d Eſa.53.a Ioh.1 pſ.32.b Ibi.35.b Geñ.1

e **Nunc itaq; ego dedi oẽs terras iſtas in manu nabuchodonoſor regis ꝛc.** Cuius infœlicitatis eſt iſrael, quãdo comparatione ei⁹ Nabuchodonoſor ſeruus dei appellatur. Scriptũ eſt in euangelio: Mundus p ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit. In propria uenit, & ſui eum non receperunt. Recte itaq; conditor creaturam ſuam tradit cui uoluerit. Denicq; & diabolus in cuius typum præceſſit nabuchodonoſor, confitet: hæc omnia mihi tradita ſunt. Quod autem intulit: Inſuper & beſtias agri dedi ei ut ſeruiant illi: uel ſimpliciter omne genus animaliũ intelligere debemus: Cum homine enim & ea traduntur quæ ei ſubdita ſunt: Aut certe beſtias, feras gẽtes accipiamus: q; etiã illæ ſeruiãt quæ prius ſeruire nõ nouerant. Filiũ autẽ eius, & filiũ filij, iuxta hebraicũ Balthaſar uocat, & Euilmerodach: de quibus ſcribit Daniel.

Ioh.1

D

f **Donec ueniat tẽpus terrę eius et ipſius.** Pulchre ne perpetuũ Nabuchodonoſor putaretur imperiũ: & ipſum dicit a Mœdis Perſiſq; capiendum. Hoc eſt eñ qđ ſignificat: Donec ueniat tempus terræ eius & ipſius: ſed nec hoc habetur in Lxx. g **Et ſeruient ei gentes multę et reges magni.** Non dixit, oẽs: hoc eñ ꝓprie Chriſti debet imperio: quamq; iuxta Symmachum non legatur: Seruient ei gẽtes multæ, & reges magni: ſed ſubijciẽt eũ ſeruituti gẽtes multæ & reges magni: ut ipſe q; ſeruiat Mœdis & Perſis, cui ante omnes gentes ſeruierãt. Hoc quod ex hebraico poſuimus: Dedi ei ut ſeruiant illi: & ſeruient ei, omnes gentes & filio eius, & filio filij eius: donec ueniat tempus terræ eius & ipſius: & ſeruituti eum ſubijcient gentes multæ, & reges magni, in Lxx. (ut iam diximus) æditione non legitur. h **Gens autẽ et regnũ ꝛc.** Non ſolũ dñs peccatrices gentes ſubijcit Nabuchodonoſor, ſed Apoſtolus de pctõribus loquit: Quos tradidi ſatanæ, ut diſcant non blaſphemare. Et in alio loco: Tradidi huiuſmodi ſatanæ in interitũ carnis ut ſpiritus ſaluus fiat. Poteſtatibus q; obediendũ monet: nõ ſolũ ꝓpter irã, ſed & ꝓpter cõſciẽtiã, ne condẽnemur ab eis.

1.Timo.1.d 1.Co.5.b

i **Vos g nolite audire ꝓphetas vros ꝛc.** Delyrat & in hoc loco

E in hoc loco allegoricus interpres: & hortatur in cœlesti positos hierusalē, ne audiant ꝓphetas suos atq; diuinos & somniatores, & augures, & maleficos: sed ut potius seruiant nabuchodonosor: & corpus humilitatis assumant, infantium uagitus, & incunabula paruulorum. Si enim hæc fecerint, expleto famulatu, & conditione mortalitatis humanæ, reuersuros eos ad terrā suam & habitaturos in ea: & operaturos quæ prius operati sunt. Dicitq; se suspicari eos qui dei præcepta contempserint, humanis corporibus prægrauari, futuros dæmones, & immundos spiritus: & sedem pristinā nequaq; recepturos. Nos autē simpliciter exponam⁹: & ꝓphetas esse in gentibus, qui simulent se diuino spiritu futura prædicere: & diuinos: de quibus & uulgare ꝓuerbium est: Aiunt diuinare sapientes: Et somniatores, qui imitantur Ioseph & Daniel: Et augures, q uolatu auium, & oscinū uocibus, faciēdū quid uel nō faciendum denūciant: Et maleficos, ꝙs uel ueneficos possumus appellare: uel dæmonū phātasmatibus seruiētes, q hebraice dicuntur בַּשָּׁבַי Omnes isti inquit decipiunt uos atq; supplantant: ne seruiatis regi babylonis. Multo em̄ meli⁹ est seruitutē spōte suscipere, & amicū habere cui seruias, tis & genitalē terrā colere: q̄ ui & necessitate seruire captiuos.

a ¶ Et ad sedechiam regē iuda locutus sum ſm omnia ꝟba hęc ꝛc. Post uniuersas gētes, transit ad Sedechiam regem Iuda: & hisdem quibus gēribus comminatus est sermonibus loquit̄. Neq; em̄ meretur priuilegium gētis israeliticæ, qui cæteris gentibus, aut similia, aut maiora peccauit. Denicq; quia audire contēpsit populus perduellis, gladio, fame, & peste, consumptus est. Obseruandum autē in scriptura sancta, q̄ pro pseudoprophetis appellet ꝓphetas, qui uaticinentur in nomine domini mendaciter. Hoc autem (inquit) faciunt, ut efficiant uos: & pereatis tam uos q̄ prophetæ, qui uaticinantur uobis. Et eorum igitur qui decipiuntur: & eorum qui decipiunt, similis interitus est. Hoc quod de hebraico posuimus: Sub iugo regis babylonis: & seruite ei, & populo eius, & uiuetis: Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste: sicut locutus est dominꝰ ad gentē, quæ seruire noluerit regi babylonis: nolite audire uerba prophetarum dicentium uobis: in Lxx. non habetur. Et idcirco admoneo, ut prudens lector intelligat quantum desit per singula græcis codicibus & latinis. G

tores, & augures, & maleficos, qui dicunt uobis: Non seruietis regi babylonis: quia mendacium prophetant uobis, ut longe faciāt uos de terra uestra: & eiiciant uos & pereatis. Gens autem quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis babylonis, & seruierit ei: dimittam eam in terra sua dicit dominus: & colet eam, & habitabit in a ea. Et ad Sedechiam regem Iuda locutus sum secundū omnia uerba hæc, dicēs: Subiicite colla uestra sub iugo regis babylonis: & seruite ei & populo eius, & uiuetis. Quare moriemini tu & populus tuus, gladio, & fame, & peste: sicut locutus est dominꝰ ad gentē, quæ seruire noluerit regi babylonis? Nolite audire uerba ꝓphetarum dicentiū uobis: Nolite seruire regi babylonis: quia mēdaciū ipsi loquunt̄ uobis: quia nō misi eos, ait dns: & ipsi ꝓphetāt in noie meo mēdaciter: ut eiiciant uos: & pereatis tā uos, q̄ ꝓphetæ qui uaticinant̄ uobis. Et b ad sacerdotes, & ad populū istū locutus sum, dicēs: hæc dicit dns: Nolite audire uerba prophetarum uestrorū qui prophetant uobis dicentes: Ecce uasa domini reuertentur de babylone nunc cito: mendacium enim prophetant uobis. Hoc quod posuimus, nunc cito, in Lxx. non habetur. Et illud quod sequitur: Nolite audire eos, sed seruite regi babylonis ut uiuatis. Quare datur hæc ciuitas in solitu- c dinem? Et si ꝓphetæ sunt, & est uerbum domini in b eis, occurrant Dōmino exercituum: ut nō ueniant uasa quæ derelicta fuerant in domo domini, & in domo regis Iuda, & in hierusalem, & in babylonem. Quia hæc dicit dominus exercituum: ad columnas, & ad mare, & ad bases. Pro quibus in hebraico scriptum est מְכֹנוֹת: & ad reliqua uasorum, quæ remanserūt in ciuitate hac: quæ nō tulit nabuchodonosor rex babylonis, cum transferret Iechoniam filium Ioakim regem Iuda a hierusalem in babylonem, & omnes optimates Iuda & hierusalem. Quia hæc dicit dominus exercituū deus israel ad uasa quæ derelicta sunt in domo domini, & in domo regis Iuda & hierusalem: In babylonem transferentur: & ibi erunt usq; ad diem uisitationis suæ dicit dominus: & afferri faciam ea, & restitui in loco isto. ¶ Ca. XXVIII Et factum est

b ¶ Et ad sacerdotes et ad populū istum locutus sum ꝛc. Post gentes autem & regem, sacerdotib⁹ loquitur & ꝓphetis: qui iam prophetis supra interitū nunciauerat dicens: ut eiiciam uos & pereatis: tam uos q̄ prophetæ, qui uaticinant̄ uobis. Loquitur autem eadē quæ locutus fuerat regi & gentibus: ne audiant uerba prophetarum suorū: & dicant uasa templi domini reportanda iam, quæ cum Iechonia principibusq; & matre eius fuerant asportata: monetq; ut deseruiant regi babylonis & uiuāt: & ciuitas spōte subiecta, nequaq; tradatur incēdio: Et in hoc clementia domini, leuiori pœnæ tradere, ne sustineant grauiorem.

c ¶ Et si ꝓphetę sunt, et est uerbū domini in eis, occurrant. Quę q̄ sequitur: & subdituri sumus usq; ad finem huius capituli, in Lxx. nō habet. d ¶ Dño exercituum ut non ueniant uasa quę derelicta fuerāt in domo domini ꝛc. Hæc (ut diximus) in Lxx. non habent̄: sed de hebraica ueritate translata sunt: pro quo aliud q̄ scriptum nō erat, posuere dicētes: Mihi quia sic dixit dominus: Et reliqua uasa quæ nō tulit rex babylonis, qm̄ transtulit Iechoniā de hierusalē in babylonē intrabunt dicit dominus: sensum magis q̄ uerba ponentes: forsitan irrationale arbitrati, ut deus loqueretur ad colūnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua uasa quæ remanserant in hierusalem: quasi nō legamus: Et uermi matutino increpuisse dominū: & mari locutū: Tace & obmutesce. Quodq; ait: Occurrant mihi siue domino exercituū: illud ostendit, uerum prophetam posse domino precibus resistere: sc̄dm q̄ & Moyses stetit in percussione contra dominum, ut auerteret iram furoris eius. Samuel quoq; idem fecit. Et dominus ad Moysen: Dimitte me (ait) ut percutiam populū istum. Quando autē dicit: Dimitte me, ostendit se precibus sanctorū posse retineri. Occurrant (inquit) ꝓphetæ: & quæcūq; prædicunt, Iopere

Ioꝛ 14 Mat. 4 Exo. 32 Ioſ. 5. c 1. Reg. 7 Michee. 2. c Ione. 3. b

opere completa demonstrent: & tunc ueritate uaticinium comprobabitur. Columnas autem & mare, & bases, & reli/
4.Reg.ult. qua uasorum, in Malachim, & in extremo huius prophetæ uolumine legimus. Et enumerantur uasa quæ translata sint in babylonem: quando captus est Sedechias: & incensa ciui/tas templumq; subuer/sum. ¶Ca. XXVIII

¶Et factum est in anno illo in principio regni Sedechiæ regis Iuda in anno quarto &c. Quos hebraicum ,pphetas, hoc est, נביאים, Lxx. pseudoprophetas in/terpretati sunt: ut ma/nifestiorem facerēt in/telligētiam. Denicq; & in præsenti loco pro/pheta dicitur, hoc est, נביא, & non pseudo/propheta. Fit autem sermo domini sub re/ge Sedechia, in quarto anno regni eius, & in mense quinto: necdū propheta Ezechiel ua/ticinante in babylone ad eos qui cum Iecho/nia fuerāt transmigra/ti: habetq; fiduciam in templo domini lo/qui cōtra prophetam: quia prospera populo polliceť: & libenter au/diunť mēdacia, præser/tim quæ læta promit/tunt. Hieremias dixe/rat etiā cætera uasa uel tēpli, uel dom' regiæ & uniuersi ppli, quæ Na/buchodonosor dimise/rat, trāsferēda babylo/nē. Hic autē ecōtrario, etiā ea quæ trāslata fu/erant, referēda promit/tit. b ¶Que trāstulit Nabuchodonosor rex babylonis de loco isto: et transtulit ea in baby/lonem: & Iechoniā filiū Ioakim regem Iuda / et omnē trāsmigrationē Iudę &c. Pro quibus Lxx. trāstulerūt: Iechoniā, & trāsmigra/tionē Iudæ: quia cōteram iugum regis babylonis: breuiter hebraicæ ueritatis sensum, magis q; uerba ponētes. Pollice/tur autem Ananias, qui prophetes tunc populo uidebatur: non solum uasa, sed & regem Iechoniam reducendum esse hierusalem: & iugum regis babylonis conterendum, hoc est, destruendum eius imperium: & hoc necdum comple/to futurum biennio: ut gaudij magnitudinem, uicinum tempus repromissionis augeret. c ¶Et dixit hieremias propheta ad Ananiam propheta/m in oculis sacerdotum et in oculis omnis populi qui stabat in domo domini. Et ait hieremias propheta: Amen / sic faciat dominus &c. Optat fieri quod pseudopropheta mentitur: hoc enim signifi/cat Amen: quo uerbo sæpe dominus utitur in euangelio:
Iob.5.c Amen amen dico uobis: Et cupit, p rerum prosperitate, ma/gis illum q; se uera dicere. Vnde & alius propheta testatur
Michee.2.c dicens: Vtinam non essem uir habens spiritum: & menda/
Ione.3.b cium potius loquerer. Econtrario Ionas contristatur quare mentitus sit: & arguitur a domino, utilius prophetæ esse mendacium, q; tantæ ruinæ multitudinē. Ac ne uideretur pseudoprophetæ comprobare uaticinium, sub aliorum ex/emplo absq; iniuria mentientis asserit ueritatem. d ¶Ve/runtamen audi verbū hoc quod ego loquor in auribus tuis/ et in auribus vniuersi populi &c. Poterat Hieremias Ananiæ dicere: Falsum loque/ris: decipis ppm: non es propheta, sed pseu/dopropheta. Q. d' si di/xisset, poterat & pseu/dopropheta in Hiere/miam eadē retorque/re: ergo non facit iniu/riam. Et quasi ad pro/phetam loquitur. Nō solum inquit ego sum propheta & tu, sed fue/runt ante te & me mul/ti alij: q̄rū fuit Esaias, Osee, Ioel, & Amos, & cæteri. Prophetaue/runt (inquit) cōtra ter/ras multas: & regna nō parua, sed magna: bellum illis & aduer/sa, & rerum omnium penuriam nūciantes. Et econtrario fuerunt alij, qui pacem pollice/rentur & ,pspera. Vtro/rumq; sententia: non adulatione mendacij, sed rerum exitu com/probata est. Sub alio/rum ergo exemplo de se loquitur & Anania: quod cum rerum fi/nis aduenerit, tūc pro/phetarū ueritas ostēn/datur. Hoc idem & do/minus locutus est per Moysen, quod ,ppheta uaticinij fine mon/stretur. Et hoc animad/uertendum q; nō mi/naciter, non truculen/ter, sed fiducia uerita/tis increpet mentien/tem: & differat in futu/rum: ut qui audiunt, rerum exitum præsto/lentur. e ¶Et tulit Ananias propheta cā/tenam vel furcam / de collo hieremię propheta et confregit eam &c. Duos annos nō transtulerūt Lxx. prophetā quoq; nō dixere Ananiam: ne scilicet prophetā uiderentur dicere, qui propheta non erat: quasi non multa in scripturis sanctis dicantur iuxta opinio/nem illius temporis, quo gesta referunť: & non iuxta quod rei ueritas continebat. Denicq; & Ioseph in euangelio, pater domini uocatur: & ipsa Maria quæ sciebat se de spiritusan/cto concepisse: & respōderat angelo: Quomodo erit istud: Luc.1.d
quoniam uirum non cognosco? loquitur ad filium: Fili, Ibi.2.g
quid fecisti nobis sic? ecce ego & pater tuus dolentes quære/bamus te. Simulq; consyderanda prudentia Hieremiæ, & humilitas atq; patientia. Pseudopropheta rebus facit iniu/riam: & arreptam furcam de ceruice eius conterit: q̄d utiq; in ferrea facere nō poterat. Iste tacet, doloremq; dissimulat: necdum enim ei a domino quid loqueretur fuerat reuela/tum: ut tacite sancta scriptura demonstret, nequaq; prophe/tas suo tm̄ arbitrio loqui, sed ex dñi uolūtate: maxime de fu/turis: quorum solius dei noticia est. Abijt (inquit) & recessit in uiam suam, quasi uictus: & illud implens propheticum:

Et factum est

Ps. 57. c Factus sum quasi homo non audiens: & non habens in ore suo increpationes. a ¶ Et factum est verbum domini ad hieremiam ꝛc. vt seruiant nabuchodonosor regi babylonis. Quodꝙ sequit: Et seruient ei: insuper & bestias terræ dedi illi: In Lxx. nō habetur. Et in præsenti loco iuxta Lxx. Ananias ꝓpheta nō scribitur, & in cōsequētib⁹: ne scilicet (ut pri⁹ dixi) pseudoprohetā appellare uiderent prophetam. Sed quid ad hebraicā ꝟitatē? Postꝙ abijt Hieremias prophetes in uiam: & iniuriā silētio deuorauit, factus est sermo domini ad eum: ut non suis uerbis ꝓpheta loqueretur ad pseudoprophetam mēdacio gloriantem, sed diceret: hæc dicit dñs: ꝙꝙ & Ananias confringens furcam ligneam: eadē auctoritate in conspectu domini sit locutus: hæc dicit dominus. Imitatur em̄ semper mendacium ueritatem. Quodꝙ intulit: Furcas ligneas contriuisti: & facies siue fecisti ꝓ eis catenas ferreas: hoc ostendit, ꝙ minorem renuens pœnam, maioris supplicij causa fuerit in populo. Delyrat & in hoc loco allegoricus interpres, furcas & catenas ligneas, ætherea appellans & aerea corpora, dæmonum uidelicet, & aduersariarum potestatū. Furcas autē siue catenas ferreas, nostra corpora crassiora, quæ neruis & ossibus carnis uenisꝙ cōtexta sint: ut qui noluerint de cœlesti hierusalem pro qualitate peccati, minores subire cruciatus: in catenas nostrorum corporū condemnent: & infantiæ uagitus, pannorum uincula sordescꝙ sustineant: & seruiant diabolo regi babylonis: id est, mundi huius: dicente scriptura: Mundus in maligno positus est cum bestijs terræ, quæ in brutorū animātiū corpora sint relegatæ. ¶ Cōpulit me tractator indoctus, & sectator calūniæ Grunnianæ, aperte ponere aliena uitia quæ prius cū dissimulatione dicebā, lectoris prudentiæ derelinquēs. b ¶ Et dixit hieremias ꝛc. Quodꝙ sequit: Quia aduersum dñm locut⁹ es: et mortuus est Ananias ꝓpheta in anno illo/in mēse septimo: In Lxx. nō habet. Pro q̄ tm̄ posuerūt: Et mortu⁹ est mēse septio. Et hic in Lxx. Ananias ꝓpheta nō dicit, cū scd̄m hebraicū scriptura sctā ꝓphetā uocet: licet in eo qd̄ arguit eū Hieremias, dicēs: Audi Anania, nō misit te dñs: ꝓphetā tacuerit. Quō em̄ ꝓphetam poterat appellare, quem missum a dño denegabat? Sed historiæ ueritas & ordo seruat: sicut prædixim⁹: nō iuxta id qd̄ erat, sed iuxta id qd̄ illo tpe putabat. Decepisti (inquit) pp̄m mēdacio, ne dei sentētiæ acquiesceret. Vñ scias te hoc anno esse moriturum. Si quando morimur, de carceribus corporum liberamur: scd̄m illud testimonium quod male interpretantur hæretici: Educ de carcere animam meam: quomodo nunc pseudoprophetæ pro supplicio mors irrogatur? Sed hoc loco notandum, ꝙ Hieremias a pseudopropheta passus iniuriam: necdum ad se facto sermone domini silet: postea ꝟo missus a domino, audacter arguit mētientē, & mortem propinquā nunciat. Quodꝙ in mēse septimo mortuus est, qui semper interpretari solet requiem: sub hoc numero demonstrari: forsitan eum idcirco mense septimo, mortuum mentient: ut de malis corporis liberaretur: iuxta illud quod scriptum proferunt: Mors uiro requies. Nos autem nouimus corpora credentium templa esse dei: si tamē spiritussanctus habitat in illis. Eccl. xxx

a Et factum est uerbum domini ad Hieremiam postꝙ confregit Ananias ꝓpheta catenā (ꝟel furcam) de collo Hieremiæ prophetæ dicēs: Vade & dices Ananiæ: hæc dicit dominus: Catenas (ꝟel furcas) ligneas cōtriuisti: & facies (siue faciam) pro eis furcas ferreas. Quia hæc dicit dominus exercituum deus israel: Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut seruiant Nabuchodonosor regi babylonis: & seruient ei: insuper & bestias terræ dedi illi. b Et dixit Hieremias propheta ad Ananiam prophetam: audi Anania: Non misit te dominus: & tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Idcirco hæc dicit dominus: Ecce mittam (siue ejiciam) te a facie terræ: hoc anno morieris. Quodꝙ sequit: quia aduersum dominum locutus es. Et mortuus est Ananias propheta in anno illo, in mense septimo, In Lxx. non habetur.

¶ Ca. XXIX

c Et hæc sunt uerba libri quē misit hieremias propheta de hierusalē, ad reliquias seniorū transmigrationis: & ad sacerdotes & ad ꝓphetas: & ad omnem populum quem traduxerat nabuchodonosor de hierusalem in babylonē. Postꝙ egressus est Iechonias rex, & domina (siue regina) & eunuchi, & principes Iudæ & hierusalem, siue optimates & artifices de hierusalem, in manu Ellassa filij Saphan, & Gamariæ filij Helchiæ: qs̄ misit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonosor regē babylonis in babylonē dicēs: Hæc dicit dominus exercituum deus israel: Omni transmigrationi quam transtuli de hierusalem in babylonem ædificate domos & habitate: siue plantate hortos (siue pomaria) & comedite fructum eorū. Accipite uxores & generate filios & filias: date filijs uestris uxores: & filias uestras date uiris: & pariant filios & filias: & multiplicemini: & nolite

F

G Ps. 141.a

H

Eccl. xxx Ca. XXIX Et hæc sunt ꝟba libri quē misit Hieremias ꝓpheta de hierusalē ꝛc. Hæc epistola immo libellus Hieremiæ ꝓphetæ, per legatos Sedechiæ Elassa & Gamaria mittit in babylonē, ad eos qui cū Iechonia & matre eius translati fuerant a Nabuchodonosor: ut per occasionē legationis regiæ, suum quoꝙ opus ꝓpheta compleret: & moneret populū trāsmigratū quæ sibi a dño fuerāt imperata. Pulchreꝙ dixit: Egressus ē Iechonias rex, & domina, & Eunuchi, & principes, Iudæ, & cæteri: Et, hæc dicit dominus exercituū deus israel: omni transmigrationi quā transtuli de hierusalem in babylonē: ut nō potentia regis babylonis, sed domini uoluntate translati esse uideant. Et primo ad senes: deinde ad sacerdotes: tertio ad prophetas: quarto ad omnē populum dei sermo dirigit: ut scd̄m ordinē ætatis, ꝓphetæ quoꝙ ad eos qui monebant literæ peruenirēt. Monet autē eos nō suis uerbis, sed dñi: ut ædificent domos & habitent in eis: & plantent hortos siue pomaria, & comedant fructum eorū: accipiant uxores & generent filios & filias: & multiplicent in loco transmigrationis: & non sint pauci numero: quærantꝙ pacē ciuitatis siue terræ: ad quā eos trāstulerit dñs: & orēt ꝓ eis ad dñm. Causasꝙ reddens (ait) quia in pace illius terræ erit pax uobis. Hieremiæ quia post breue tempus erat hierusalem secutura captiuitas imperat, ne accipiat uxorem, nec faciat filios. Vñ & nobis ꝓ Apl̄m dicit: Tempus breue est: superest, ut qui habent uxores, tanꝙ nō habentes sint. Quodꝙ si propter angustiam temporis habētib⁹ usus uxorū tollitur: quanto

1 Co. 7

magis

A magis nō habentibus ne accipiant imperaſ: Hoc autē totū præcipit uaticiniū ꝓphetale, ne acquieſcant pſeudoprophe/tis, qui eis poſt breue tempus in hieruſalē reditū promitte/bant: ſed ut ſciant multo ſe in babylone tēpore moraturos: ita ut uxores accipere: plantare pomaria: hortoſq; ſerere: ædificare domos: & generare filios debeāt. Q d̄ꝙ intulit: Quæ/rite pacē ciuitatis, ſiue terræ. Et iterū: Quia in pace illius erit pax uobis: illud Apoſtoli/cum cōprobaſ, in quo iubet: Obſecro igitur primū omniū fieri ob/ſecrationes, orationes, poſtulationes, gratia/rum actiones, ꝓ omni/bus hominibus, ꝓ re/gibus & cunctis, qui ſunt in ſublimitate: ut quietā & tranquillam uitam agamus in oīmi pietate & caſtitate. Por ro ſcd̄m myſticos in/tellectus, poſtq; de hie ruſalem. i. eccleſia, pro pter pcā noſtra electi fuerim⁹: & traditi Na/buchodonoſor: de q̄ dicit idem Apoſtolus: Tradidi huiuſcemodi ſatanæ in interitū car/nis, ut ſpiritus ſaluus fiat in die dn̄i. Et iterū: Quos tradidi ſatanæ, ut diſcant nō blaſphe/mare: nō debem⁹ eſſe ſecuri, nec torpētes ocio ſalutē penitus deſperare, ſed primū ædificare domos: nō ſuper arenam, ſed ſuper petrā: & tales domos, quales ædificauerunt obſtetrices in Exodo: quia ti/mebant dn̄m. Deinde plantare hortos ſiue pomaria: qualē & dn̄s plantauit paradiſum in Eden: & poſuit in eo lignum uitæ: de q̄ ſcriptū eſt: Lignū uitæ eſt his qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus. Tertio accipere uxores, quarū una eſt ſapiētia: de qua ſcribit Salomon: Ama illam, & ſeruabit te: circunda illam, & exaltabit te. Et in alio loco: Hanc exquiſiui ſpōſam accipe mihi: & amator factus ſum decoris eius. Nec ſufficit nobis una cōiunx ſapiētia, niſi ha/beamus & reliqua: fortitudinē, temperantiā atq; iuſticiā: ut plures ex eis generemus filios. Filias quoq; noſtras demus uiris: ut & fidei ueritas quæ interpretaſ in filijs, bonis operi bus copuleſ: quæ referunſ ad filias: & opera bona iunganſ fidei ſanitati: taleſq; filios generātes & filias, multiplicemur in numero: ut deſtruentes ea quæ paruuli ſunt, & in perfe/ctum creſcētes uirū, audire mereamur: Scribo uobis patres: quoniā agnouiſtis eum, qui ab initio eſt: & cum Apō dica/mus liberis noſtris: In Chriſto eī ieſu per euangelium ego uos genui. Quæramus quoq; pacē eccleſiæ ciuitati & terræ noſtræ: ut ad eam redire mereamur: de qua domini iudicio tranſlati ſumus, ut habitarem⁹ in confuſionis errore. Si eī illa ſuſceperit nos, habebimus pacē. Simulq; cōſyderanda clæmētia dn̄i: orare præcepit ꝓ inimicis noſtris: & bn̄facere his qui perſequunſ nos: ut nō ſimus noſtra tm̄ ſalute con/tenti, ſed inimicorū quoq; quæramus ſalutē. a ¶ Hęc eī dicit dn̄s exercituū deus iſrael: Non vos ſeducant ꝓphetę veſtri ⁊c̄. Prophetas, immo pſeudoprophetas, & diuinos & ſomniatores fuiſſe in babylone, inter eos quos Nabucho/donoſor cū Iechonia & matre eius adduxerat, Eçechiel pro/pheta teſtaſ ſcribēs cōtra eos: quib⁹ Hieremias quoq; præ/cipit nō credendū. Nec dum autē eo tpe q̄ hæc epiſtola diri/gebaſ Eçechiel in babylone cœperat ꝓphetare. Hic eī ſer/mo in principio Sedechiæ regis mittiſ. Eçechiel aūt quinto anno tranſmigrationis Iechoniæ, exorſus eſt ꝓphetare: qui idem annus regni Sedechiæ erat. Porro ſcd̄m Tropologiā pſeudoprophetas eos debemus accipere: qui aliter ſcriptu/rarum uerba accipiunt q̄ ſpiritusſanctus ſonat. Et diuinos eos, qui coniecturam mentis ſuæ, & incerta futurorū quaſi uera ꝓnunciant abſq; diuinorum auctorita/te uerborum. Somnia tores quoq; , qui non audiunt illud ſcriptū: Nec dederis ſomnium oculis tuis: neq; dor/mitationem palpebris tuis: de quibus Iudas apoſtus loquitur: Simili ter: & hi ſomniantes, carnem quidem ma/culant: dominationē autem ſpernunt: quo/rum mens nequaq; ui gilat, ſed arrogantiæ & ſoporis errore depreſ/ſa, noctis horrore cir/cūdatur: quib⁹ loqui/tur & apoſtolus Pau/lus: Eleuare quid dor/mis: & exurge a mor/tuis: & illuminabit te Chriſtus. b ¶ Quia hęc dicit dn̄s: Cū cępe rint ipleri in babylone ſeptuaginta anni ⁊c̄. Nolite, inquit, credere pſeudoprophetis, di/uinis & ſomniatorib⁹ ueſtris, qui uobis uici num in hieruſalem re/ditum pollicenſ. Niſi enim ſeptuaginta anni expleti fuerint, Cyro rege Perſarum laxante captiuos, nequaq; in patriam reuertemini: & tunc mea promiſſa complebo, ut reducam uos ad locum iſtum: Ego enim ſcio cogitationes, quas cogito ſuper uos (ait) do/minus. Se dicit noſſe quid cogitet: illos autē cum ſuis pro/phetis, diuinis & ſomniatoribus ignorare. Futurorū igitur ſcientia ſoli deo competit. Vt dem uobis (ait) finē & patien/tiam. Finem captiuitatis: & patiētiam laborum præſentium ſiue ſpem futurorū. Tunc inuocabitis me, & ibitis hieruſa/lem: & orabitis & exaudiam uos. Certe abſq; inuocatione & oratione captiuorū poterat implere dominus quod pro/miſerat, ſed hortatur eos ad preces: ut quod promiſſum eſt, mereantur accipere. Quæretis me & inuenietis, cum quæ/ſieritis in toto corde ueſtro: iuxta illud euangelicum: Petite & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperieſ uobis. Scd̄m Anagogen: tamdiu in ſæculi huius confuſione uerſa mur: q̄diu requiem ſeptenarij numeri mereamur accipere: & accepta pœnitentia deus impleat quod promiſit: & redu/camur ad locum noſtrū eccleſiam. Idcirco enim dominus percutere uiſus eſt, ut ſanaret: dabitq; nobis finem laboris noſtri atq; patientiæ, & inuocabimus eum: & reuertemur in eccleſiam: & orabimus, & exaudiemur: quæremus, & in/ueniemus eum: cum toto corde quæſierimus illum: & tunc apparebit nobis. Quidam ſeptuaginta annos, iuxta illud interpretanſ qd̄ ſcriptū eſt: Dies annorū noſtrorū in ipſis ſeptuaginta anni: qui cū fuerint expleti, tunc ad dn̄m reuer tamur in toto corde noſtro & exaudiamur: & finis ſit labo/ris noſtri atq; patiētiæ: nunc eī in umbra nos oia & in ima gine poſſidere. c ¶ Et reducam captiuitatē veſtrā ⁊c̄. quā emiſi de hieruſalē in babylonē. Hucuſq; in Lxx. non habeſ: quæ aſteriſcis prænotaui: Cætera eī in quibus uel ſinguli uerſus, uel pauca ab eis prætermiſſa ſunt ꝓba, uictus tedio, annotare nolui: ne faſtidiū legētib⁹ facerē. Polliceſ autē do/minus his qui erant in tranſmigratione, q̄ poſt ſeptuaginta annos captiuitatis redire eos faciat de uniuerſis gentibus:

E & de cunctis locis, ad quæ expulerit eos: & captiuitate laxata, priſtinū ſtatum & patriā recipere. Et cū ego hæc (inquit) mea ſponte facturus ſim, & certo tempore redituros uos, fruſtra decipimini: & putatis uos habere prophetas in babylone, qui uobis falſa promittunt. Ita autē ſciatis nequaq̄ uos reditum nunc ſperare debere: ſed ædificare domos: plantare pomaria: accipere uxores: & generare filios: & multiplicari numero: & tempus expectare promiſſum. Audite quid dñs loquatur ad Sedechiam, qui nunc regnat in hieruſalē: & ad omnes habitatores urbis eius. i. ad fratres ueſtros qui noluerunt meæ obedire ſentētiæ, & babylonē migrare uobiſcum: ꝙ nequaq̄ captiuitatē poſſint effugere: ſed gladio, & fame, & peſte morianť. Et ponam eos q̄ſi ficus malas: q̄s Theodotio interpretatus eſt ſudrinas: ſecūda, peſſimas: Symmachus, nouiſſimas: quæ hebraice appellanť שׂעֹרִים: ſed ſcriptorū uitio ꝙ media ſyllaba ſiue litera ע græcum ℵ inoleuit: ut pro ſuarim, legatur ſudrim. Quō autem cophinꝰ ſiue calathus qui habebat ficus bonas, primitiuaſ habuiſſe dicť: ſic alter cophinus qui habebat ficus malas, habuiſſe ficus nouiſſimas ſcribiť. Et perſequar (inquit) eos qui nunc in hieruſalē urbe uerſanť: gladio, fame, & peſtilentia: ut primū obſidione, cōfeſtim qui remanere & effugere potuerint, diſperganť in uniuerſas terras: & exēplo ſint omnibus maledictionis, ſtuporis, & ſibili, & opprobrij: ad quos ego eijciam eos: quia nō audierunt uerba mea dicit dñs: quæ per ſeruos meos locutus ſum ad eos de nocte cōſurgēs, & mittēs: & nunq̄ monere ceſſaui, ut imitarentur uos qui nunc in tranſmigratione ſecuro ocio perfruimini: donec promiſſio dñi cōpleať. Vos autē qui meæ obediſtis ſententiæ, & regi uos babylonio tradidiſtis: audite quæ dicturus ſim. Et in hoc loco delyrus interpres ſomniat ruinā cœleſtis hieruſalē: & ad eos ꝓphetiā dirigi ſuſpicatur, qui in huius mundi babylonia regione uerſanť: qđ bene fecerint in hæc corpora ſponte deſcendere: & in terra chaldæorum ædificare domos: plantare pomaria: accipere uxores: filios generare: boniſq̄ operibꝰ reſtitui poſt ſeptuaginta annos in locū priſtinū, & in cœleſtē hieruſalē. Illos autem qui noluerint ꝓpria uoluntate ad terrena deſcendere: hæc paſſuros, quæ dñs Sedechiæ & eius populo cōminať: Qui noluerint imitari fratres ſuoſ, nec uenire in babylonē: ꝙ mittat in eos gladiū, & famem, & peſtem, hoc eſt, rerū omnium penuriā: & ponat quaſi ficus peſſimas, quæ penitus comedi nō poſſunt: & perſequať eos gladio ſempiterno: & det in uexationē uniuerſis regnis terræ: quo ſcilicet nequaq̄ homines, ſed dæmones fiant aeriæ poteſtates: & ſint apud cunctos angelos qui præſint ſingulis prouinciſ in maledictionē, & in ſtuporē, & in ſibilū, & in opprobriū, cūctis gentibus: Et hoc eos idcirco paſſuros: quia uerba ꝓphetarū in cœleſti hieruſalē audire noluerint, qui eos hortabanť, ut ad terrena deſcēderēt: & corpus humilitatis aſſumerēt: & acta pœnitentia poſt uerū ſabbatiſmū, locū priſtinū poſſiderēt. Hæc ille dixerit. Quæ cum audiīt diſcipuli eius, & Grunnianæ familiæ ſtercora, putant ſe diuina audire myſteria. Noſq̄ qui iſta cōtemnimus, quaſi ꝓ brutis habēt animātibus: & uocant πλουσιώτας: eo qđ in luto iſtius corporis conſtituti, non poſſimus ſentire cœleſtia.

a Hęc dicit dñs exercituū deus iſrael ad achab filium colię ⁊c. Aiunt hebræi hos eſſe præſbyteros, qui fecerint ſtulticiam in iſrael & mœchati ſunt uxores ciuiū ſuorū: quorū uni loquitur Daniel: Inueterate dierum malorum: & alteri: Semē Chanaan, & nō Iuda: ſpecies decœpit te: & cōcupiſcētia ſubuertit cor tuū. Sic faciebatis filiabꝰ iſrael: & ille metuentes loquebantur uobiſcū: Sed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem ueſtram. Qđq ꝓpheta nunc loquiť: Et locuti ſunt uerbum in nomine meo mēdaciter, qđ nō mandauit eis: illud ſignificari putant, qđ miſeras mulierculas quæ circūſerunť omni uento doctrinæ: ſic deceperint, q̄ dicerent eis: quia de tribu erāt Iuda, Chriſtum de ſuo ſemine eē generandum: quæ illectæ cupidine, præbebant corpora ſua, quaſi matres futuræ Chriſti. Sed illud quod in præſentiarū dicitur: quos frixit rex babylonis in igne: uidetur Danielis hiſtoriæ contraire. Ille em̄ aſſerit eos ad ſententiā Danielis a populo eſſe lapidatos: hic ꝙ ſcriptum eſt ꝙ frixerit eos rex babylonis in igne. Vnde & a plæriſq̄ ac pene omnibus hebræis, ipſa quaſi fabula nō recipiť: nec legitur in ſynagogis eorū. Qui em̄ (inquiunt) fieri poterat, ut captiui lapidandi principes & ꝓphetas ſuos haberēt poteſtatē: Et magis hoc eſſe uerū affirmāt, ꝙ ſcribit Hieremias, cōuictos quidē eſſe preſbyteros a Daniele: ſed latā in eos ſentētiā a rege babylonis: qui in captiuos ut uictor & dñs habebat imperium. Quanti & de noſtro grege ſimiles Achab & Sedechiæ, prophetant in nomine domini mendaciū: & faciunt ſtulticiam in iſrael: & mœchanť uxores ciuiū ſuorū: qui in eadē eccleſiæ ſunt urbe generati: quos uerus Nabuchodonoſor friget in igne peccati, dicēte Oſee propheta: Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquēte. Fœlix qui tollit iugum ab adoleſcētia ſua & ſedet ſolus: quia amaritudine repletus eſt: poteſtq̄ dicere cū Dauid: Non ſedi in cōcilio malignantium: & cū iniq̄ gerētibus nō introibo. Qđ ꝙ intulit nunc ꝓpheta: Ego ſum iudex & teſtis dicit dñs: hunc habet ſenſum: Hæc quæ dico de duobus pſeudoprophetis qui loquuntur uerbū in nomine meo mendaciter, quod nō mandaueram eis, nequaq̄ opinione cognoui: ſed ipſe ſcio uera eſſe quæ celare nemo poteſt, nec effugere mei iudicij ꝟitatē.

dñs prophetas in babylone. Hæc em̄ dicit dñs ad regē qui ſedet ſup̄ ſolium Dauid: & ad omnē populū habitatorem urbis huius: & ad fratres ueſtros qui non ſunt egreſſi uobiſcū in tranſmigrationē. Hæc dicit dñs exercituū: Ecce ego mittam in eos gladiū, famem, & peſtem: & ponā eos q̄ſi ficus malas: quæ comedi nō poſſunt: eo ꝙ peſſimæ ſint. Et ꝓſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilētia: & dabo eos in uexationē uniuerſis regnis terræ: in maledictionē, & in ſtuporē, & in ſibilum, & in opprobriū cunctis gentibus: ad quas ego eijciā eos: eo ꝙ non audierunt uerba mea dicit dñs, quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas, de nocte cōſurgens, & mittens: & nō audiſtis dicit dñs. Vos ergo audite uerbum domini omnis tranſmigratio quā emiſi de hieruſalem in babylonem. Hæc dicit dñs exercituū deus iſrael ad Achab filiū Coliæ: & ad Sedechiam filiū Maaſiæ: qui ꝓphetant uobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonoſor regis babylonis: & percutiet eos in oculis ueſtris. Et aſſumetur ex eis maledictio omni tranſmigrationi Iudæ, quæ eſt in babylone dicentium: Ponat te dñs ſicut Sedechiam & ſicut Achab: quos frixit rex babylonis in igne: pro eo ꝙ fecerūt ſtulticiam Siue iniquitatem) in Iſrael: & mœchati ſunt uxores amicorum Siue ciuium) ſuorum: & locuti ſunt uerbum in nomine meo mendaciter: quod non mandaui eis: ego ſum iudex & teſtis dicit dominus.

Et ad

F

3. 24. b

G

H

Dañ. iij

4. Reg. ii. d

1. Para. 23

1. Ioh. 4. a

Luc. 16. b

Oſee. 7. a

Treno. 5. c

Ibidem

Pſa. 25. a

Et a

A a ¶ Et ad ſemeiam neelamitem dices ꝛc. Semeias de loco neelami, qui interpretat torrens, cum rege Iechonia ductus fuerat in babylonē: & prophetabat populo mēdaciter, eo ꝙ celeriter eſſent hieruſalem reuerſuri. Fuiſſe autem eum pſeudoprophetā, ſequentia Hieremiæ uerba demonſtrant: Hæc dicit dominus ad ſemeiam neelamitē, pro eo ꝙ prophetauit uobis Semeias: & ego nō miſi eum. Quia igitur Hieremias ad eos qui erant in babylone literas miſerat dicēs: Edificate domos & habitate: plantate hortos & comedite fructꝰ eorū: accipite uxores & generate filios: Et poſt alia iunxerat: Nō uos ſeducant prophetæ ueſtri qui ſunt in medio ueſtri, & diuini ueſtri: Ac deinde: quia iſti falſo prophetāt uobis in nomine meo, & nō miſi eos dicit dñs: intelligens Semeias ſub cōmuni nomine pſeudoprophetarum cōtra ſe ſcriptum: mittit literas hieruſalem ad Sophoniam filiū Maaſiæ ſacerdotē: & ad reliquos

B ſacerdotes contra Hieremiam: quare non increpet a Sophonia ſacerdote: cuius officiū eſt diſcernēdi inter ꝓphetas: qui ſpiritu ſancto loquātur, qui contrario: & recludi iubeatur in carcerem, ut mēdacij ſui pœnas luat: & populū ultra ſupplā

4.Reg.11.d tare deſiſtat. Ioiade ſacerdos fuit, qui Ioias

2.Para.23 poſt interfectionē Athaliæ imperium tradidit: & interfecit ſacerdotes baal. Hoc eſt ergo qđ ſcribit: Quare non imitaris Ioiadem ſacerdotem & interficis Hieremiā pſeudoprophetā? Dominus enim te pro Ioiade conſtituit: ut habeas curā tēpli: & præcipue diſcernas qui ſancto ſpū loquanē, qui dæmoniaco. Diſcretiones autē ſpirituū diui-

1.Ioh.4.a næ eſſe gratiæ: & Apoſtolus memorat. Cur inquit nō increpuiſti Hieremiā anathotitē? Qđ ipſe merebat quaſi pſeudoprophetā, refert in prophetam: & præuenit mendacio ue-

Luc.16.b ritatem. Vnde & prudentiores putantur filij tenebrarum filijs lucis in generatione hac. Nobiſcū agentibus patienter & expectantibus miſerorū ſalutem, præueniunt hæretici, & nos ſuo appellant nomine, ducentes cæci cæcos in foueam. Miſit, inquit, ad nos in babylonē, dicens: Longe eſt. Hoc eſt omne qđ dolet: quare aduerſum ſuum mendacium Hieremias ſcripſerit ueritatem: longe eſſe reditū: & poſt ſeptuaginta annos redituros in hieruſalem: unde debere eos ædificare domos: plantare pomaria, & comedere fructus eorum: accipere uxores: & facere filios, quæ præteritus ſermo narra uit. Quas literas cū accepiſſet ſophonias ſacerdos, ad cuius ſpecialiter nomen ſcriptæ erāt: legit Hieremiæ, quodāmodo ſuggillans eum: & ipſa increpans lectione, quare auderet in babylonem talia ſcribere. b ¶ Et factum eſt verbum dñi ad Hieremiā dicens: Mitte ad oēm trāſmigrationē dicēs: Hæc dicit dñs ad ſemeiam neelamitē ꝛc. Pſeudopropheta Semeias uere neelamites, qui de torrēte alienas & turbidas aquas ſumpſerat, iraſcitur cōtra mendacium ſuum uera ſcripſiſſe Hieremiam: & ad ſophoniā ſacerdotem mittit epiſtolas: cur auſus ſit ꝓpheta ſcribere ueritatē: & cupit eū recludi in carcerem ne loquatur. Sophonias quoq; prophetam latenter accuſat dum legit epiſtolā mentientis: & accuſationem eius habere ſe iactitat. Quāto magis ſceleris rei ſunt, qui defendunt pſeudoprophetas: & mentientes fouent: & ad aliorum male inuenta, ſua faciunt eſſe peccata? Au-

D diat itaq; pſeudoprophēta, intelligat ſacerdos quid per eum & ipſe audire mereatur: Hæc dicit dñs: Ecce ego uiſitabo ſuper Semeiam. Hoc dominus loquitur, non prophetā, ꝙ uiſitet ſuper Semeiam neelamitē, non in remediū, ſed in ſupplicium mētientis: iuxta illud qđ ſcriptū eſt: Viſitabo in uirga iniquitates eorum: & in flagellis peccata eorum. Nec ſolū ſuper pſeudoprophetam uiſitat: ſed & ſuper ſemen eius, oēs diſcipulos quos ſuo errore decœpit. Non erit inquit uir ſedens in medio populi huius. Deleat de ſanctorū cōciliabulo ſtirps peſſima: nec ſedeat in medio quieſcētium: qui cum ſtantibus ſtare non potuit: nec audiuit illud Si ſtetiſſet in ſubſtantia mea. Cūq; dominus perfectionem uirtutum omnium finito ſeptenario tempore promittat: ille non uidebit bonum quod ſibi in præſenti tempore uendicabat. Hoc autem totum fiet, quia præuaricationē locutus eſt aduerſus dominum, ut diceret iam ſoluta peccatorum captiuitate: reuerſuros eſſe in hieruſalē: quibus Apoſtolus cōminatur: Iam ſaturati eſtis: iam diuites facti eſtis: ſine nobis regnaſtis: & utinam regnaretis ut & nos regnaremus uobiſcum.

pſ.88.c

1.Co.4.b

a Et ad ſemeiam neelamitem dices: Et qđ ſequitur: Hæc dicit dominus exercituum deus iſrael: Pro eo ꝙ miſiſti in nomine tuo libros ad omnem populum qui eſt in hieruſalem: In Lxx. non habetur. Rurſumq; addidere de ſuo: Non miſi te in nomine meo. Et conſequenter iuxta ordinem: Et ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem: Et iterū de hebræo & ad oēs ſacerdotes: ac deinde hiſtoria texit: Dominus dedit te ſacerdotem pro ioiade ſacerdote: ut ſis dux Siue præceptor & epiſcopus) in domo domini ſup omnem uirum arrepticium & prophetātem: ut mittas eum in neruū & in carcerē Siue in cuſtodiam & in catarecten quem Symmachus μόχλον. Aquila ipſum uerbum hebraicum poſuit צִינוֹק. Et nunc quare nō increpuiſti Hieremiā anathotitē, qui ꝓphetat uobis. Quia ſup hoc miſit ad nos in babylonem dicens: longum eſt: ædificate domos & habitate: & plantate hortos & comedite fructꝰ eorū. Legit ergo Sophonias ſacerdos librum iſtum in

b auribus Hieremiæ prophetæ. Et factū eſt uerbū domini ad Hieremiam dicens: Mitte ad omnem tranſmigrationē dicens: Hæc dicit dominus ad ſemeiam neelamitem: pro eo ꝙ ꝓphetauit uobis Semeias, & ego non miſi eum: & fecit uos confidere in mēdacio: Idcirco hæc dicit dñs: Ecce ego uiſitabo ſuper ſemeiam neelamitem & ſuper ſemen eius. Nō erit ei uir ſedens in medio populi huius: & non uidebit bonum qđ ego faciam populo meo ait dominus: quia prævaricationē locutus eſt aduerſus dominum.

¶ Commentarij quinti in Hieremiam ꝓphetam finis.

Z 4

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM COMMENTARIORVM HIEREMIAE AD EVSEBIVM PROEMIVM

E PRolixitas uoluminis Hieremiæ prophetæ,uincit noſtrum propoſitum:ut q̃uis breuiter,tamen multa dicamus. Vnde & præſens ſextus liber cõmentariorũ in Hieremiã, repromiſſiones myſticas cõtinebit:quas iudæi putant & noſtri iudaiçantes,in conſumatione mũdi eſſe complendas: necdum enim ſub Zorobabel poſſunt expletas conuincere. Nos autem ſequẽtes auctoritatem apoſtolorũ & euangeliſtarũ & maxime ap̃li Pauli:qcquid populo iſrael carnaliter repromittit̃:in nobis ſpũaliter cõpletũ eſſe mõſtram⁹: hodieq; cõpleri:nec inter iudæos & chriſtianos ullũ aliud eſſe certamẽ niſi hoc:ut cũ illi noſcq; credam⁹ chriſtũ dei filiũ repromiſſum:& ea quæ ſunt futura ſub chriſto:a nobis expleta,ab illis explẽda dicant̃. Qui igit̃ chriſtũ ueniſſe iã credim⁹: neceſſe eſt ut ea quæ ſub chriſto futura dicunt̃ expleta doceamus. Noſcq; eſſe filios abrahã de quibus ſcriptum eſt:Potens eſt deus de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios abraham:ad quẽ facta eſt repromiſſio :Et in ſemine tuo benedicentur omes gẽtes. Quã bñdictionẽ uas electionis in chriſto expletã docẽs: nõ dixit,inqt,in ſeminib⁹: ſed in ſemine qui eſt chriſtus. Ora igitur frater Euſebi dominum ieſum chriſtum:ut eodem labore & ſpiritus gratia quo aliorum prophetarũ,& præcipue Eſaiæ repromiſſiones interpretati ſumus: etiã huius ꝓphetæ explanare ualeamus. Qui quantũ in uerbis ſimplex uidet̃ & facilis:tantũ in maieſtate ſenſuum profundiſſimus eſt.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HIEREMIAM PROPHETAM LIBER SEXTVS

HOc verbũ qð factũ eſt ad Hieremiã a dño dicẽs: hæc dicit dñs deus iſrael: Scribe tibi. Pro/mittẽ/tib⁹ in baby/lone pſeudoprophetis cito populũ qui cum Iechonia capt⁹ fuerat reuerſurũ:& Anania filio Açur in hieruſalem eadẽ prædicante: Hie/remias propheta & il/lud quidẽ futurũ aſſe/ruit:nõ intra bienniũ, ut illi mentiebant̃, ſed finitis ſeptuaginta an/nis. Et nũc iubetur in libro ſcribere & me/moriæ tradere quæ dominus uẽtura prænũ/ciet. Ex quo manifeſtũ eſt,nequaq; uicinũ tẽpus eſſe uaticinij, ſed multa poſt tẽpora hæc explenda:quãdo iſrael & iuda reuerſuri ſunt in terrã ſuã:& iplẽdũ illud qd̃ Eçechiel ꝓphetauit:duas uirgas ſibi pariter copulãdas: & imperaturũ dauid regem:de quo ſcribit:Et ſeruus meus dauid rex ſuper eos:& paſtor unus erit omniũ eorũ. Si quid igitur in illa ꝓphetia diximus:etiam in præſenti loco intelligendum eſt: præſertim cũ eadẽ & eo tẽpore Eçechiel in babylone:& Hieremias in hieruſalẽ ꝓphetauerint. b ¶Et hæc verba q̃ locutus eſt dñs ad iſrl̃ & ad iudã:qm̃ hæc dicit dñs: vocẽ terroris ꝛc̃. Primũ triſtia annũciãt̃, ut poſt maloꝝ magnitudinẽ,læta ſuccedãt. Gratior qppe eſt ſanitas egrotatiõe depulſa: & doloris magnitudo,in magnitudinẽ uertit̃ gaudioꝝ. Qd̃ aũt dicit, hoc eſt:tãtus erit timor,tãtaq; formido:ut fugata pace,bellis & ſanguĩe oĩa cõpleant̃: & uiros q̃q; (q̃rũ ꝓpriũ eſt cõtra aduerſarios dimicare) muliebris timor obtineat: manuſq; nequaq; ad arma,ſed ad renes tenẽdos cõferãt:q̃ſi ſi mulier pariẽs ilia lũboſq; cõtineat. Vñ & cũctorũ facies uertent̃ in auruginẽ:pauorẽ cordis,uult⁹ pallore teſtãteſ. Quidã hũc locũ ſcm̃ Tropologiã ſic interpretant̃:ut puteẽt illud teſtimoniũ:Ab timore tuo dñe cõcepimus & parturiuim⁹ & peperim⁹:ſpm̃ ſalutis tuæ feçim⁹ ſup terrã:& illud aplicũ in q̃ dicit:Filioli mei q̃s iterũ parturio donec chriſtus formet̃ in uobis: huic exẽplo cõparari: qd̃ manifeſtũ ẽ nõ ad terrorẽ,ſed ad gaudiũ ptinere,cũ pñs ſcriptura uaſtatiõis iſrl̃ & ruinæ tempus ſignificet.

Tropa G Eſa.26.c Gal.4.c Ioel.3.

c ¶Væ quia magna dies illa nec eſt ſimilis eius ꝛc̃. Prædicit tẽp⁹ miſeriæ,ut inferat tẽp⁹ gaudij. Cũ inqt tanta præceſſerint mala, ut dolor uirorũ omnium dolori parturientis fœminæ cõparet̃: tñ tẽp⁹ tribulatiõis iacob,hoc eſt populi dei:mutabitur in ꝓſpa : & ex ipſo quoq; ſaluabit̃,ſubaditur tempore:de quo ſermo proceſſerat. Iacob autem duodecim tribus intellige:quæ nequaq; ſub Zorobabel,ut nonnulli falſo putant:ſed de euangelica uocatione ſaluatæ ſunt.

Eſech.37.d Ibidem g

d ¶Et erit in die illa ait dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo:ꝛ vincula illius diſrumpam ꝛc̃. Iſte eſt Dauid: cuius & euangelium meminit,daturum ſe nobis ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi. In ſanctitate & iuſticia coram ipſo,omnibus diebus noſtris. Quomodo enim primus Adam & ſecundus Adam ſcribunt̃ iuxta corporis ueritatẽ:ſic & dauid

Luc.1.g

) dñs atq;

A dñs atq; saluator: qa iuxta carnē ex Dauid, totū in eo sancta Maria conferēte quicqd fuit ex stirpe dauid, & habēte originem atq; cōceptū de spiritusancto. Qd q; ait: Conterā iugum eius de collo tuo: & uincula illius disrumpā: Non dubiū quin sub typo nabuchodonosor de diabolo sentiendū sit. a ¶ Tu ergo ne timeas serue meus iacob ait dñs ꝛc. Hæc περικοπή in Lxx. nō habet: & in plærisq; codicib⁹ uulgatæ ædītiōis, sub asteriscis de Theodotione addita est. Pollicet autem sermo diuinus & familiarem uocat seruum suum iacob & israel: sicut abraham, Isaac & Iacob uocantur serui dei. Moyses quoq; & alij prophetæ & apostol⁹ Paulus in principio epistolarum suarum hoc titulo gloriatur, ut duæ & decem tribus: id est duodecim sciant se de terra longinqua esse saluandas: & soluendam captiuitatem reddendamq; pacem: & omni eas replendas abundantia: iuxta illud qd in psalmo dicitur. Fiat pax in uirtute tua: & abundantia in turribus tuis. Hoc autē erit quia præsentia domini perfruentur: quando & gentes aduersariæ quæ eos coꝑerant disperibūt: & isti liberabuntur ex gētibus. Docetq; eos nequaq; pœnæ, sed eruditioni traditos, ut iudicarētur quasi prosiliens: non pderent quasi alieni. Qui enim nō credit, iam iudicatus est: hoc est præiudicatus in interitū. Quod autē intulit: Vt non tibi uidearis innoxius, siue iuxta Symmachum: & mundans non mundabo te: uel iuxta Aquilā: cum te erudiero per iudicium, nequaq; innocētem faciam: illud significat, qd omnis mundus indigeat misericordia dei: & nullus cuius sanctus sit, securus pergat ad iudicem: cōtra nouā ex ueteri hæresim, quæ putat in isto sæculo & in ista carne mortali, anteq; corruptiuū hoc induat icorruptionem: & mortale induat immortalitatem: perfectionem esse in quoq;: & omnes simul iustum posse implere uirtutes.

b ¶ Quia hæc dicit dñs: insanabilis fractura tua: pessima plaga tua: non est qui iudicet iudicium tuū ꝛc. Quasi ad speciosam mulierem loquitur: cui supra dixerat: Castigabo te in iudicio, ut non tibi uidearis innoxius siue innoxia: & per metaphoram ad hierusalem: quod dei iudicio pessime uulnerata sit: & nequaq; alio nisi ipso qui percusserat possit curante sanari. Non est, ait dominus, qui iudicet iudicium tuū: nec altissimo uulneri ualeat cutē cicatricis obducere. Quocūq; te conuerteris, utilitas non est tibi: quia offendisti eum qui uerus & solus est medicus. Omnes amatores tui obliti sunt tui: uel sacerdotes uel principes, aut certe angelorū præsidia: quibus priusq; offenderes dominum uallabaris. Te non quærent, facientes contra Apostolum, qui quærebat credentes, & non ea quæ erant credentiū. Plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli. Aliter amicus, aliter inimicus percutit: aliter pater, aliter hostis. Ille cedit ut corrigat: iste percutit ut occidat. Vnde & propheta lachrymabiliter dicit: Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Hoc autem factum est: quia propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta sūt peccata tua. Qd q; sequitur: Quid clamas super contritione tua: insanabilis est dolor tu⁹ ꝓpter multitudinē iniqtatis tuæ: in Lxx. nō habet: uidelicet qa secūdo dicit, ꝓpter multitudinē iniq tatis tuæ & dura peccata tua: & qui scribebant, a principio additum putauerūt. Et est sensus: ut inimici te plaga percuterem, & cederem castigatione crudeli, fecit multitudo iniquitatis tuæ, & dura peccata tua: quæ sanari non poterant: nisi mordacissimo puluere & ardenti cauterio & ferro acutissimo quo putridas carnes & insanabiles amputarem: Et tamen propter multitudinē iniq tatis tuæ, & dura peccata tua feci hæc tibi: non mea uolūtate, sed medicinæ ratione cogēte. c ¶ Propterea omnes qui comedunt te deuorabūtur: & uniuersi hostes tui in captiuitatē ducentur ꝛc. Et sub Zorobabel hęc facta cognoscim⁹, qñ assyrios, hoc est, Niniuen uastauere babylonij atq; chaldæi: & rursum babylonios & chaldæos: medi, Persæq; cœperūt, & babylon destructa est. Tunc sion cœpit habere dominū requirentem & obducta est cicatrix uulnerib⁹ illius: & sanata est a plagis suis: qd plenius atq; pfecti⁹ cōplebit in christo. d ¶ Hęc dicit dñs: Ecce ego cōuertā cōuersionē tabernaculorū iacob ꝛc: Quorum typus præcessit in Zorobabel & Esdra: quando reuersus est popul⁹, & cœpta est ædificari ciuitas in excelso suo: templiq; obseruari religio: & cætera quæ ipsius Esdræ uolumine continentur. Plenius autē atq; perfectius in dño saluatore apostoliscq; completū est: quando ædificata est ciuitas in excelso suo: de qua scriptū est: Non potest abscondi ciuitas quæ in monte sita est: & templum iuxta ordinem suum, cerimoniasq; fundatum: ut quicquid in priori populo fiebat carnaliter, in ecclesia spiritualiter compleretur. Tunc egressa est laus siue gratiarūactio: Hoc enim significat תודה, ut omnes apostoli dicerent: Gratia uobis & pax: Voxq; ludentium, non illo ludo quo mādducauit populus & bibit & surrrexit ut luderet: sed eo quo corā arca domini lusit Dauid. Et multiplicati sunt & non imminuti: ut totus orbis crederet in dñm saluatorē: & glorificati sunt, ut ipleret qd scriptū

Et multiplicabo

Ps.121.b

Iob.3.c

Is.10.d

2.Co.12.c

C

Ps.6.37

Matth.5.b

1.Co.1.a

Exo.32.b

2.Re.6.a

D

pō.86. a) qđ scriptū est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Fuerūtq; filij eius: hoc est apostoli sicut fuerūt a principio, Abrahā, & Isaac & Iacob, principes generis israelitici. Tūc uisitauit dñs aduersum oēs q tribulauerūt populū dei: aduersarias uidelicet potestates. Et fuit dux eius ex eo: Haud dubiū quin dñs & saluator scđm carnem ex genere israel. Et princeps de medio eius ꝓductus est. Applicauit eum pater ad se & accessit ad eū: ut
Ioh.14.b diceret filiꝰ: Ego in patre, & pater in me: quia nullus pōt sic cor suū applicare deo, nec ita ut filius patri esse coniunctus. Qđq; dicit iuxta Lxx. Et eritis mihi in populum, & ego ero uobis in deū: cernimus opere cōpletū ex ꝑte in israel: & ex toto in gentiū multitudine. a ¶Ecce turbo dñi furor egrediēs ꝛc. Turbo furoris dñi & procella ruens atq; tempestas, requiescet in capite eorꝝ, uel dæmonū uel eorꝝ qui dei filium blasphemauerūt: & nō auertet irā indignationis suæ, donec faciat & cōpleat cogitationē
F cordis sui: & circūdet exercitu hierusalem & penitus deleat. Quō autem artifex non potest intelligi nisi opere completo: nec medicinæ īdustria nisi postq; fuerit sanitas consecuta: ita cum euersio fuerit hierusalem & prioris ppli abiectio: tunc intelligent credētes q repulsio iudæorū, nostræ salutis occasio sit.

¶Ca. XXXI

In tempore illo dicit dñs ero deus vniuersis cognationibus israel ꝛc. Nisi cogitatio dñi fuerit impleta, & furor eius requieuerit super impiorū caput: uniuersitatis dominus, cognationibus israel deus esse non poterit. Hoc autem dicit reliquis, quæ saluæ factæ sunt. Qđ si opponit nobis id qđ dictū est: Ero deus generi israel: siue uniuersis cognationibꝰ israel: assumamus exemplum, Si filij essetis abrahæ, facere-
Ioh.8.e tis opera patris uestri. Et Apls scribit: Videte israel scđm
1.Co.10 carnem. Ex quo docet esse alium israel scđm spiritū. Ille igitur israel est, qui mente cernit deum: siue rectissimus domini est: & huiuscemodi israel erit populus dei. c ¶Hęc dicit dominus: Inuenit gratiam in deserto ꝛc. Ridicule latini codices in hoc loco, ambiguitate uerbi græci, pro calido lupinos interpretati sunt: græcū em̄ θερμὸν utrūq; significat: Quod & ipsum nō habetur in hebræo. Est enim scriptum חן qđ Aquila, Symmachus & Theodotio χάριν, hoc est, gratiam interpretati sunt. Soli Lxx. posuerunt calidum, putantes ultimam literam ד esse. Si enim legamus חן per literam ן, gratia dicitur: si per ד, calor interpretatur. Est autē sensus iuxta hebraicum. Cum populus iudæorum qui rho mano remansérat gladio: uel certe iram furoris domini potuerat euitare, inuenit gratiā in deserto gentiū: ut intra tur-
G bā nationū in ecclesia saluet: unde uadet & inueniet requiē suam israel: quā semper sperauerat: quā ei prophetarū promiserant uaticinia. Porro iuxta Lxx. hæc intelligentia est:

Et multiplicabo eos & non minuentur. Quodq; sequit: Et glorificabo eos & non attenuabūtur: in Lxx. nō habet: Et erūt, inquit, filij eius sicut a principio: & cœtus eiꝰ coram me permanebit: & uisitabo aduersum omnes qui tribulant eum. Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius ꝓducetur. Et applicabo eum & accedet ad me. Quis enim iste est qui applicet cor suum: ut appropinquet mihi ait dominꝰ? Rursumq; & hoc in hebraico nō habet. Et eritis mihi in populum & ego ero uobis in deum.
a Eccē turbo domini furor egrediens: & ꝓcella ruens, in capite impiorum conquiescet. Non auertet iram indignationis dominus: donec faciat & compleat cogitationem cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis ea.

b IN tempŏre illo dicit dominus: ¶Ca. XXXI ero deus uniuersis cognationibus israel: Siue genери israel): & ipsi erunt mihi in populum.

c HEB. Hæc dicit dŏminus: Inuenit gratiam in deserto populus qui remansérat gladio: uadat ad requiem suam israel.

SEP. Sic dicit dominus: Inueni calidum in deserto cum his qui perierant gladio. Ite & nolite interficere israel.

b Lŏnge dominus apparuit mihi Siue ei): & in charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. Rursumq; ædificabo te, & ædificaberis uirgo israel: adhuc ornaberis tympanis tuis Siue assumes tympana tua): & egredieris in choro ludētiū: adhuc plātabis uineas in montibus samariæ: plantate plātaria & uindemiate: etenim dies in qua clamabunt custodes in monte ephraim. Surgite & ascēdamus in sion ad dominū deū nostrū.
e Quia hæc dicit dñs: Exultate in lætitia iacob: & hinnite

contra caput

Dominus inuenit calidos atq; uiuētes apostolos & socios eorum in deserto gentiū, inter eos q infidelitate sua interfecti fuerant, nec habebant calorē uitæ: Vnde præcipitur angelis & his qui in ministerio dei sunt, ne omnes interficiant, ne israel penitus deleatur: dicitur eis: Ite & nolite interficere israel: Sint aliqui qui uiuāt: Sint q caleant ardore fidei: sint qui frigus infidelitatis & mortis effugiant, quos dominus inueniat in deserto.
b ¶Longe dñs apparuit mihi siue ei: ꝛ in charitate ꝑpetua dilexi te ꝛc. Quia offenderat israel dominum, & dixerat: Nō habemus regem nisi cæsarē: Et: Venite & interficiamꝰ eum & nostra erit hæreditas: & longe recesserat a deo: propterea dominus post multū tēpus apparuit ei: non tēpore Zorobabel & Esdræ, postq; rursum capti sunt: sed in charitate perpetua dilexit eum: quæ nullo fine delebitur. Et attraxit eum miserās. Nequaq; enim merito, sed clæmētia saluatus est. Rursumq; ait: Edificabo te, & ædificaberis uirgo israel. Hoc ꝓprie intelligamus in ecclesia. Delyrant enim qui auream atq; gemmatā
Ioh.19.c
Mar.11.a
H
suspirant hierusalē, suam auariciā in mysterio urbis dñi consecrantes. Adhuc ornaberis tympanis tuis, ut canas dño in ecclesijs: omni in te malorum operum carne consumpta. Et egredieris in choro ludentiū cum gētium turbis: plantabis uineas in montibus samariæ. Nequaq; in uallibus & humilibus locis, sed in montibus samariæ: qui post captiuitatē populi israel ab alienigenis possessi sunt: quibus dicit: plantate plātaria & uindemiate. Tūc fuit dies dñi, in qua clamauerūt custodes, apli uidelicet & aplici uiri in mōte samariæ & in monte ephraim: quorū alterū custodiam: alterū ubertatē sonat. Quid uero dicūt custodes samariæ: immo quid clamāt in mōte ephraim? Surgite q iacetis: humilia relinqte: uictimarū hostias spernite: Sacrificiū dño spūs cōtribulatꝰ. Ascēdamꝰ in sion: hoc ē in ecclesiā ubi est speculatio & intuitus dei. Cūq; fuerimꝰ in sion imo ascēderimꝰ ad eā, ascēdamus pariter ad dñm deū nostrū. e ¶Quia hęc dicit dñs: Exultate in lętitia iacob ꝛ hinnite ꝛc. Significāter nō totus saluat israł, sed reliquiæ israł: præcipiēte dño atq; dicēte: Exultate ī lætitia q estis de iacob: & hinnite, ad caput gētiū referētes cūcta: qa cauda ǫndā ꝕsa ē in caput. Personate, canite &

שמרון
אפרים
pō.125
pō.50.d
Ioh.9.

dicite.

A dicite. Quid est illud qđ iubẽtur dicere? Saluũ fac domine populum tuũ. Quem populũ? Vtiq; reliquias israel: quæ scđm electionẽ saluæ factæ sunt. De quibus & Paulus assumẽs testimoniũ Esaiæ loqr̃: Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semẽ, sicut sodoma facti essem⁹: & sicut gomorra similes fuissemus. a ¶ Ecce ego adducã eos de terra aquilonis ⁊ cõgregabo eos ab extremis terrę. Qđ q̃ sequitur. In solẽnitate phasę ⁊ generabit filios multos: In hebraico nõ habetur: sed in Lxx. tantũ legit̃: pro quo apud hebræos scriptum est: b ¶ Inter quos erũt cęcus ⁊ claud⁹ ⁊c. Cõgregantur reliquiæ populi israel per aplos & aplicos uiros: de q̃bus supra legim⁹: Clamabunt custodes in monte: & quibus præcipit̃, Personate, canite & dicite: ut saluæ fiant reliquiæ israel. Ipse quoq; dñs pollicetur se reducturum eos de terra aquilonis, qui est uentus durissimus, nomine autem dexter uocatur: de incredulitate, de frigore dominicæ charitatis: & congregare eos ab extremis terræ: non in alio tempore, sed in solẽnitate phasæ: hoc est feriis dominicæ passionis: quãdo crucifixus dominus est, impletũq; illud qđ ipse in euangelio repromisit: ¶ Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me. Tunc generauit multum populũ, ut illud impleretur Esaiæ: Quia nata est gens semel. Vno eñ die tria milia, altero quinq; milia hominũ crediderũt. Qđ q̃ in hebraico scribit̃: inter q̃s erũt cæcus & claud⁹, & pregnãs & pariẽs simul, ecclesia magna reuertẽtiũ huc: quãq; & iuxta literã impletũ sit qđ cæci uiderint: claudi ambulauerint: tamen melius iuxta Anagogen intelligi potest, q; qui prius erãt cæci perfidia: postea crediderint saluatori: & qui claudi, quibus quondam loquebatur Helias: Vsq; q̃ claudicatis utroq; pede: postea ambulauerint: & populus qui sedebat in tenebris & umbra mortis, magnum lumen aspexerint: claudiq; cucurrerint: & pregnans pepererit filios, ecclesiam magnã reuertentium ad fidem. Iudæi putãt hoc esse completũ: quãdo sub Esdra post diem phasæ egressi sunt de babylone ut reuerterent̃ hierusalem: in quo typus fuit & non ueritas. Neq; eñ in illo tẽpore uniuersa quæ legimus & lecturi sumus, fuisse cõpleta poterũt approbare. c ¶ In fletu uenięt siue egredient̃ ⁊c. Si iuxta hebraicũ legerim⁹, in fletu ueniẽt: hoc eñ indicat בְּבֶכִי: Dicemus q; interdũ & nimij gaudij fletus indiciũ sit: iuxta illud: lachrymor gaudio. Sin autẽ iuxta Lxx. qui dixerũt: In fletu egredient̃ & in misericordia siue in consolatione reducam eos: illum sensum ponemus, qui & in psalmis dicitur: Euntes ibant & flebant, mittẽtes semia sua: Veniẽtes aũt uenięt cum exultatione, portantes manipulos suos. Fleuerunt enim, quãdo captiui ducti sunt: & consolationem maximã receperũt, quãdo misericordia domini sunt reducti. Et adduxit eos dominus per apostolos & apostolicos uiros, plenos aquarum & largissimi fluminis: in uia recta, uidelicet fidei, non in perfidia iudæorũ. Et nõ inquit, impingent in ea: quia cæci esse cessarunt: quibus quondã dictum est: Si cæci essetis, non haberetis peccatum: Nunc uero quia dicitis uidemus, peccatum uestrũ manet. Possumus uiam rectam & christũ intelligere: in qua quicũq; ambulauerit, non impinget. Factus sum, ait, israel pater, qui reductus est: & ephraim primogenitus meus est. Vbi enim quondam abundauit peccatum, superabundauit gratia. Ephraim autem in typo esse populi de gẽtibus cõgregati, scriptura testatur. Fuit eñ posterior filius ioseph, & surripuit primogenita manasse: q; natura primitiuus erat: sed in mysterio crucis decussatis manibus, qui stabat ad sinistram iacob, dextræ man⁹ ei⁹ suscepit benedictionẽ. Et q; steterat ad dexteram, sinistra benedictus, in secundũ reductus est gradũ. Et quõ Iacob Esau: sic Ephraim manasse rapuit primogenita. Oñisq; populus decẽ tribuũ uocatus est ephraim: qa Hieroboam filius Nabath, ex hac tribu regnum prim⁹ obtinuit in samaria. d ¶ Audite verbũ domini gẽtes: ⁊ annũciate in insulis quę procul sunt ⁊ dicite ⁊c. Perspicue uocatio gentium demonstratur, scriptura dicente: Audite uerbum domini gentes, & annũciate in insulis quæ ꝓcul sũt & dicite. Quid annunciãt insulis quæ procul sitæ sunt? Qđ dominus qui dispersit israel, ipse congregabit eũ. Nequaq; ergo ut dispergerent̃ potẽtiæ fuit aduersariorum, sed domini uoluntatis. Et custodiet eum sicut pastor gregem suum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Quia redemit dominus Iacob, prætio sanguinis sui: & liberauit eum de manu potentioris siue fortioris. Per quæ ostendũtur fortiores aduersariæ potestates natura fragilitatis humanæ. Et quãtũ in utriq; uiriũ est: illas fortiores esse natura, sed nos fortiores fide: si tñ mereamur liberari ab eo q; põt alligare fortẽ & domũ ei⁹ diripere. Et ueniẽt, inqt, haud dubiũ qn liberati de manu potentiũ: & laudabunt liberatorem suum in monte sion, hoc est, in ecclesia: & confluent ad bona domini: rerum omniũ abundãtiam: quę nõ in frugib⁹ & cibis carnis istius: sed in uirtutũ uarietate sentitur. Super frumẽto, inquit, & uino & oleo, de quo conficitur panis domini, & sanguinis eius impletur: typus & benedictio sanctificationis ostenditur: dicente scriptura: Vnxit te deus deus tuus oleo læticiæ præ cõsortibus tuis. Et fœtu pecorum, qui in ecclesia simplices sunt: & armentorum, quæ cornuta sunt, & aduersarios uentilant. Vt autẽ sciamus benedictiones has nequaq; ad corpus, sed ad animã ptinere, sequitur: Eritq; anima eorum quasi hortus irriguus, siue quasi lignum fructiferũ, qđ plantatum est secus decursus aquarũ & paradisus domini in delitijs. Et ultra, ait, non esurient. Nequaq; ea esurire: de qua scriptũ est: Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam: sed ea quæ saturitate mutatur, & rerum omnium excludit penuriam. Tunc lætabitur uirgo in choro, de qua scribit Apostolus: Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere christo. Et iuuenes, ad quos loquitur Ioannes: Scribo uobis iuuenes, quoniam uicistis malignum. Et senes, ad quos idem mystico sermone testatur: Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Et conuertam, inquit, luctũ eorũ in gaudiũ, ut quos terruerat crux, lætificet resurrectio. Et consolabor eos & lætificabo a dolore suo: iuxta illud q; dñs

& consolabor

loquitur:

Rom. 9. f
Esa. 1. c
Ioh. 12. c
Act. 2. g. 4. a
Anago.
3. Reg. 18. d
Esa. 9. a
Psa. 125. a
Ioh. 9. g
Rom. 5. d
Gen. 48. b
Ibi. 27. b
Psa. 44.
Esa. 40. e
Ioh. 10. b
Matth. 5
2. Co. 11. a
1. Ioh. 2. b

& consolabor eos:& lætificabo a dolore suo.Et inebria/bo animam sacerdotũ pinguedine Siue filiorum leui): & populus meus bonis meis adimplebitur ait dñs.

a HEB. Hæc dicit dñs:Vox in excelso audita est lamẽtationis, fletus & luctus, rachel plorãtis filios suos: & noluit consolari super filijs suis quia non sunt.

SEP. Sic dixit dominus: Vox in rhama audita est: lamentatio & fletus & luctus rachel plorantis filios suos:& noluit conquiescere quia non sunt.

b Hæc dicit dominus:quiescat uox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis: quia est merces operi tuo ait dñs. Et reuertẽtur de terra inimici Siue inimicorum):& erit spes nouissimis tuis ait dominus:& reuertentur filij ad ter/c minos suos. Audiens audiui ephraim transmigrantem Siue lamentãtem):castigasti me,& eruditus sum sicut iuuencus indomitus Siue sicut uitulus, & nõ didici): conuerte me & conuertar:quia tu dominus deus meus. Postq̃ enim conuertisti me Siue captus sum): egi pœnitentiam.Et postq̃ cognoui Siue ostendisti mihi):percussi fœmur meum Siue ingemui):confusus sum:& erubui Siue ex die confusionis, & ostẽdi te):quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.

Si filius deus q̃ ephraim dicẽtẽ audierit & lamẽtantẽ. Nulli aũt dubiũ quin decẽ tribꝰ significet, q̃bus primꝰ imperauit Hieroboam filius Nabath: qui & uitulos aureos fecit in dan & bethel: ut hoc populus errore seductus, deũ israel colere & adorare desisteret. Castigasti me,inquit, & castigatus sum. Omnis correptio ꝓficit in salutẽ:quæ ad præsens uidet esse tristiciæ:& postea fructus affert pacificos. Q̃d̃ q̃ ait: Quasi iuuencus indomitus siue sicut uitulus & non didici: hoc significat, q̃ multo labore atq̃ uerberibus eruditus sit: ut ad pœnitentiã conuertereť,& non profecerit. Conuerte,inquit,me:& cõuertar. Ergo idipsum q̃d̃ agimus pœnitẽtiã, nisi dei nitamur auxilio,implere nõ possumus.Postq̃ enim cõuerteris me,& ad te cõuersus fuero:tũc cognoscã,quia tu dñs deus meus es:& nequaq̃ errores mei atq̃ peccata interficient me. Et postq̃ conuertisti me,egi pœnitentiã. Vide quantũ sit auxiliũ dei & q̃ fragilis humana cõditio: ut hoc ipsum q̃d̃ agimus pœnitentiã,nisi nos dñs ante conuerterit,nequaq̃ implere ualeamus. Et postq̃ inquit ostẽdisti mihi:uel ipsam pœnitentiam uel tui noticiam:siue cognoui te: percussi fœmur meũ. Quod dolentis & plangentis & sup errore pristino plorantis indiciũ est: ut fœmur manu percutiat,& stultũ se ante fuisse fateatur. Confusus inquit sum,& erubui, siue ex die confusionis. Q̃d̃ enim tempus non est confusionis nostræ:si recordemur antiqua peccata,& omnium quæ male egimus capiamus memoriam? Quodq̃ dixere Lxx.& ostendi te:significat q̃ postq̃ ingemuit & sua delicta cognouit:tunc intantum profectum uenerit, ut etiã alijs ignorantibus deum ostenderit : iuxta id q̃d̃ Dauid pœnitens loquitur : Docebo iniquos uias tuas : & impij ad te conuertent. Et q̃d̃ dicit: Q̃m sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ : per ætatis ignorantiam peccasse se dicit:ut facilius ueniam consequatur; iuxta illud q̃d̃ Dauid canit.

Delicta

E loquitur. Beati lugentes:quoniã ipsi consolabuntur.Et inebriabo animã sacerdotũ qui habent scientiã dei: de quorũ ore interrogant legem dñi qui credunt in eum:ad quẽ pro/
ps.108 pheta canit: Tu es sacerdos in æternũ scd̃m ordinẽ melchisedech. Q̃d̃ autẽ sequit iuxta Lxx. Filiorũ leui:in hebraico nõ habet. Et ꝓspicuũ est,nequaq̃ id dici de his sacerdotibus qui sũt filij Leui:sed de his in quorũ typũ præcessit melchisedech.Ebrietas autẽ sacerdotũ & in apostolis cõprobat: quãdo feruebãt fide,
Act.2.b & musto pleni,dicebãtur. Vnde & locus in quo cõprehensus dñs
Matth.26.d est,uocatur gethsemani,qd̃ in lingua nostra uallẽ pinguedinis sonat. Cũq̃ sacerdotes
Gen.43.44 pingues fuerint doctrina dñi: & inebriati in conuiuio Ioseph dixe/
ps.22.b rint: Calix tuus inebriãs q̃ præclarus est: tũc erit & hoc q̃d̃ nũc dominus pollicet: Et populus meus bonis meis adiplebit. Quæ omnia nũc ex parte tribuuntur : tunc autem dabunt in pleno:quãdo uiderimus facie ad faciẽ,& corpus humilitatis nostræ fuerit re/
F surrectionis gloria cõmutatũ. a Hæc dicit dñs. Vox in excelso audita est ɔc. Nec iuxta hebraicum,nec iu/
Matth.2.c xta Lxx.Matthæus sũpsit testimoniũ. Legimꝰ em̃ in eo post descriptionẽ infantiũ necis: Tunc impletum est q̃d̃ dictum est per Hieremiã ꝓphetã dicentẽ: Vox in rhama audita est, ploratus & ululatus multus: rachel flentis filios suos:& noluit consolari quia non sunt. Ex quo perspicuum est,euangelistas & apostolos, nequaq̃ ex hebræo interpretationem alicuius secutos:sed quasi hebræos ex hebræis q̃ legebant
Gen.35.c hebraice,suis sermonibus expressisse. Rachel mater Ioseph cũ ueniret bethlehem, subito partꝰ dolore correpta, peperit filiũ:quem obstetrix quia moriebat pariẽs,uocauit benoni:
בֶּן־אוֹנִי hoc est filius doloris mei.Pater autẽ Iacob mutauit uocabu
בִּנְיָמִין lũ,& appellauit eũ beniamin,hoc est,filius dextræ. Querit itaq̃ quõ Matthæꝰ euãgelista testimoniũ ꝓphetæ ad interfectionẽ trãstulerit puuloꝝ:cũ ꝓspicue de decẽ tribubꝰ scriptũ sit:q̃rũ priceps fuit ephrata: & nequaq̃ sit in tribu ephraim, sed in tribu iuda:ipsa est em̃ & bethlehẽ Δωνυμῶς; Vnde & nomina utriusq̃ concordãt. Bethlehem uocat domus pa/
בֵּית־לֶחֶם nis. Ephrata καρποφορία,quã nos ubertatẽ possumus dicere. Quia igitur Rachel in ephrata:hoc est in bethlehem cõ/
אֶפְרָתָה dita est:sicut & scriptura sancta & titulus sepulchri eius hodieq̃ testant: flere dicitur pueros q̃ iuxta se & in suis regionibus interfecti sunt. Quidã iudæorũ hunc locũ sic interpretant: q̃ capta hierusalẽ sub Vespasiano,q̃ hanc uiam Gaçã & Alexandriã infinita milia captiuorũ rhomã directa sint. Alij ꝙ,q̃ ultima captiuitate sub Hadriano:q̃n & urbs hierusalẽ subuersa est,innumerabilis populꝰ diuersæ ætatis & utriusq̃ sexus,in mercato terebinthi uenundatus sit. Et idcirco execrabile esse iudæis mercatum celeberrimũ uisere. Dicant illi q̃d̃ uolunt:nos recte testimoniũ sumpsisse dicimus euãgelistã Matthæũ: ꝓ loco in quo rachel condita est: & uicinarum in circuitu uillarum filios,quasi suos fleuerit.

b Hæc dicit dñs:Quiescat uox tua a ploratu ɔc. Hoc iuxta literam necdum factum est:Neq̃ em̃ decem tribus quæ in ciuitatibus medorũ exulãt atq̃ persarum, reuersas in terram iudæam legimus: sed iuxta spiritum,& in passione dñi cõpletũ est: & hucusq̃ cõpleť:q̃n de toto orbe saluat israel: & Rachel dicit: Quiescat uox tua a ploratu & oculi tui a lachrymis. Et est sensus: Plorare desiste: priora em̃ opera tua respexit dñs: Et reuertentur filij tui de terra inimici: ne præsenti dolore tenearis.Est em̃ spes nouissimis tuis ait dñs. Et reuertentur filij tui ad terminos suos: ꝙs habuerũt patres eorũ Abraham,Isaac, & Iacob. Melius autem de paruulis intelligimus, q̃ mercedem habeant effusi sanguinis ꝓ christo:& ꝓ terra Herodis inimici,teneant regna cœlorum: & reuersuri sint in sedem pristinã, quãdo ꝓ corpore humilitatis,corpus recꝑerint glorioſum.Ista est spes nouissima,q̃n Sapiẽ.3.b iusti fulgebũt sicut sol: & infantes q̃ndã puuli atq̃ lactentes, absq̃ ætatũ incremẽto & iurijs ac labore corporeo resurgẽt in uirum perfectum,in mensuram plenitudinis christi Ephe.4.c sti. c Audiens audiui ephraim trãsmigrãtem siue lamentãtem: castigasti me ɔc. Loqẽ
H deus q̃ ephraim dicẽtẽ audierit & lamẽtantẽ. Nulli aũt dubiũ quin decẽ tribꝰ significet, q̃bus primꝰ imperauit Hieroboam filius Nabath: qui & uitulos aureos fecit in dan & bethel: ut hoc populus errore seductus, deũ israel colere & adorare desisteret. Castigasti me,inquit, & castigatus sum. Omnis correptio ꝓficit in salutẽ:quæ ad præsens uidet esse tristiciæ:& postea fructus affert pacificos. Q̃d̃ q̃ ait: Quasi iuuencus indomitus siue sicut uitulus & non didici: hoc significat, q̃ multo labore atq̃ uerberibus eruditus sit: ut ad pœnitentiã conuertereť,& non profecerit. Conuerte,inquit,me:& cõuertar. Ergo idipsum q̃d̃ agimus pœnitẽtiã, nisi dei nitamur auxilio,implere nõ possumus.Postq̃ enim cõuerteris me,& ad te cõuersus fuero:tũc cognoscã,quia tu dñs deus meus es:& nequaq̃ errores mei atq̃ peccata interficient me. Et postq̃ conuertisti me,egi pœnitentiã. Vide quantũ sit auxiliũ dei & q̃ fragilis humana cõditio: ut hoc ipsum q̃d̃ agimus pœnitentiã,nisi nos dñs ante conuerterit,nequaq̃ implere ualeamus. Et postq̃ inquit ostẽdisti mihi:uel ipsam pœnitentiam uel tui noticiam:siue cognoui te: percussi fœmur meũ. Quod dolentis & plangentis & sup errore pristino plorantis indiciũ est: ut fœmur manu percutiat,& stultũ se ante fuisse fateatur. Confusus inquit sum,& erubui, siue ex die confusionis. Q̃d̃ enim tempus non est confusionis nostræ:si recordemur antiqua peccata,& omnium quæ male egimus capiamus memoriam? Quodq̃ dixere Lxx.& ostendi te:significat q̃ postq̃ ingemuit & sua delicta cognouit:tunc intantum profectum uenerit, ut etiã alijs ignorantibus deum ostenderit : iuxta id q̃d̃ Dauid pœnitens loquitur : Docebo iniquos uias tuas : & impij ps.50.c ad te conuertent. Et q̃d̃ dicit: Q̃m sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ : per ætatis ignorantiam peccasse se dicit:ut facilius ueniam consequatur; iuxta illud q̃d̃ Dauid canit. Ibi.24.d

ps.24.d Delicta iuuētutis meæ: & ignorātias meas ne memineris.
A Vnde & in consequētibus deus paruulū eum uocat & delitijs affluentē. Hoc autē dicit propter diuitiarū magnitudinē & terræ fertilitatē, qua ephraim tribus usq; hodie luxuriat.
a ¶ Si filius honorabilis siue dilect⁹ mihi ephraim ⁊c. Pœnitētiā agēte ephraim & dicente: In principio erudisti me, & erudi/tus sum q̄si iuuencus indomitus: Et in fine: Q̄m̄ sustinui oppro/briū adolescētiæ meæ. Respondit dñs: & plena ad se mente conuersum, tali sustentat ora/culo. Fili⁹ dilect⁹ mihi ephraim: quē intantū dilexi ab initio, ut fra/
Gen.48.b tri præferrē Manasse. Filius honorabilis, q̄ contra naturæ ordinē honorem primogeniti dñi dignatione susce/pit. Puer delicatus: de
ps.77.b q̄ scribit: Filij ephraim intendentes & mittentes arcū, conuersi sunt in die belli. Cōtra quē & ad quē, tot⁹ Oseæ liber ē ꝓphetæ, cui bñdicit Iacob. Delitias aūt in hoc loco iuxta illud accipiam⁹, q̄d in psalmo dicit: Delectare in
B dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Pro quo in græco & in hebraico habet, delitijs
Ibi.36.a affluе. Vnde & paradisus in eden, delitiarum paradisus appellatur. Quia, inqt, fuerūt uerba mea in eo: recordatiōe memor ero ei⁹ adhuc. Ne putaret gratuita bñdictio & ex indulgentia poti⁹ largitoris q̄m merito ei⁹ in quē cō ferebatur esse collata: ideo ait: Recordabor ei⁹: qa ꝟba mea fuerūt in eo. Nō in ore ei⁹: nō in labijs, sed in imo cordis affectu. Propter quā causam & cōturbata sunt uiscera mea sup eo. ¶ Cui loquit & p
Osee.6.b et.11.c Oseæ, Quid tibi faciā ephraim? qd tibi faciā israel? q̄si adamā ponā te & q̄si seboim: Conuersum est in me cor meū: cōturbata sunt uiscera mea: Non faciā furorē iræ meæ & non disperdā ephraim. Miserās miserebor eius ait dñs. Fuerunt q̄dē sermōes mei in eo: & oīa mādata mea auido suscepit animo: & in suo corde seruauit: Sed tamen miserans miserebor eius, ait dñs, ut ostenderet omnem hominū iusticiā indigere misericordia dei. b ¶ Statue tibi speculas: pone tibi amaritudies ⁊c. Vsq; quo delitijs dissolueris filia vaga ⁊c. Vbi nos diximꝰ, usq; quo delitijs dissolueris: Symmachus posuit: Vsq; q̄ demergeris in ꝓfundū. Vtrāq; aūt æditionē ex toto posui, ut caput obscurissimū & ecclesiæ cōtinēs sacramēta: a Lxx. siue q̄s alius hūc ꝓphetā interpretatus est: aut ignoratū aut obmissum ostēderē. Verbū hebraicū צִיּוּנִים uel in speculatores uel in speculas uertit: ut Aquila & Symmachus interpretati sunt. Vnde miror q̄d sibi uoluerit uulgata æditio: ut pro צִיּוּנִים, hoc est pro speculatoribus, sion poneret: turbaretq; lectoris ītelligētiā, q̄ putaret post ephraim ad sion & ad tribū iuda repēte dei factū esse sermonē: cū ꝓpetua oratio sit ephraim: cui supra locut⁹ est: Audiēs audi/ui ephraim: Et, Fili⁹ honorabilis mihi ephraim siue puer de/licat⁹: cui & nūc loq̄t: Statue tibi speculas siue speculatores, q̄ tibi p̄nūciēt aduenire tātā rerū omniū fœlicitatē. Q̄d q̄ sequitur, amaritudines, quæ hebraice dicuntur תַּמְרוּרִים pro quibus Symmachus interpretatus est, transmutatiōes: hoc indicat, q̄ flere debeat, uel antiqua peccata: uel gaudij magnitudine, & tota ad dominū mente cōuerti: & ponere siue dirigere cor suum in uiam per quā profecta est: inde em̄ illam esse rediturā: Q̄d q̄ pro hoc dixere Lxx. Da cor tuum in humeros: illud significat, q̄ cogitationes debeat op⁹ iungere si/ue humeros contemplari portantium se, de captiuitate reducē/tium. Q̄d Esaias plenius exequit in cameIsa.60.a lis & currib⁹ ac basternis eos asserēs reducēdos. Reuertere, inqt, uirgo israel, reuertere ad ciuitates tuas quas captiu⁹ deseruisti: usq; quo negligentia dissolueris: & ꝓfundo erro/re uagaberis? Respice
D quid dicturus sum: & unde tibi tanta beatitudo expectāda sit diligenter attende. Audi q̄d nunq; ante cognoueras. Nouā rem creauit dñs super terram. Absq; uiri semīe absq; ullo coitu atq; conceptu: fœmina circūdabit uirum gremio uteri sui: qui iuxta incrementa quidē ætatis ꝓ uagitus & infantiā ꝓficere uidebit sapiētia & ætate: sed pfect⁹ uir in uentre fœmineo solitis mēsib⁹ cōtinebit. Vnde Symmachus & Aqla iuxta nostrā æditionē interpretati sūt. Quid sibi autē in loco hoc uoluerit æditio uulgata, possem dicere: & sensum aliquem reperire: nisi de uerbis dei humano sensu argumentari esset sacrilegū. Theodotio autē & ipse uulgatæ æditioni consentiens, interpretatus est: Creauit dñs salutem nouā, in salute circuibit homo: singulare ponens pro plurali. Simulq; & hoc notandū q̄ natiuitas saluatoris atq; conceptus dei, creatio nuncupet. c ¶ Hęc dicit dñs exercituū deus israel: Adhuc dicent verbū istud in terra iuda ⁊c. Iuxta hebraicū manifestū est q̄ in reditu israel: & in terrā suā captiuitate cōuersa habitēt urbes iuda: & dicat eis per singula: Benedicat tibi dominus qui est uere pulchritudo iusticiæ & mons sanctus: in quo qui habitauerit, nullas timebit insidias: Et habitabit absq; iniquitate iudas in ciuitatib⁹ suis: erūtq; agricolæ & pecorum multitudo: q̄d ex parte uidet sub Zorobabel & Esdra esse completū. Plenitudo autē uaticinij ad christi tempora referatur: uel in primo aduentu, q̄n spiritualiter hæc facta sunt: uel in secundo uniuersa complētur: Iuxta nos spiritualiter: iuxta iudæos & nostros iudaiçātes carnaliter. Porro iuxta Lxx. hic sensus est. Adhuc sermo iste dicetur in terra iuda & in ciuitatibus eius, quando conuertero captiuitatē eius. Quid dicet? benedictus dñs super iustum montē sanctū eius. Mons qui iusticiæ & sanctitatis

a Si filiꝰ honorabilis siue dilect⁹) mihi ephraim: si puer delicat⁹: qa ex q̄ locut⁹ sum de eo siue uerba mea in eo): recordās recordabor eius adhuc: idcirco cōturbata sunt uiscera mea sup eo: miserans miserebor eius ait dñs.

b HEB. ¶ Statue tibi speculas: pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in uiā directam in qua ambulasti. Reuertere uirgo israel: reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsq; quo delitijs dissolueris filia uaga? quia creauit dominus nouum super terram: fœmina circundabit uirum. Hęc dicit dominus exercituum deus israel: Adhuc dicent uerbum istud in terra iuda, & in urbibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum: benedicat tibi dominus pulchritudo iusticiæ, mons sanctus. Et habitabunt in eo iudas & omnes ciuitates eius simul: agricolæ & minantes greges.

c SEP. ¶ Statue tibi speculatores: fac pœnam: da cor tuū in humeros tuos: uiā in qua ambulasti. Reuertere uirgo israel: reuertere in ciuitates tuas lugens. Vsq; quo conuerteris filia despecta? quoniā creauit te dominus salute in plantationem nouam: in salute tua circuibūt homines. Sic dixit dominus uirtutū deus israel: Adhuc dicent sermonē istū in terra iuda & in urbibus eius, quādo reduxero transmigrationem eius: benedictus dominus super iustum montem sanctum eius & qui habitant in terra iudæa & in omni ciuitate eius cum agricola: & eleuabitur in grege.

Quia inebriaui

Quia inebriaui

E mereaꝫ ſignificationē accipe: nullus eſt aliꝰ niſi ſaluator. Cæterū ſtultū eſt irrationalē & inſenſibilē montē, errore iudaico iuſtū & ſanctū credere. Ipſe eſt de q̄ & in cōſequētibꝰ ſcribit: Et in oīi ciuitate eius, ſubaudit ſaluatoris: cū agricola, nō
Iob.15.a dubiū quin dn̄m ſignificet: de q̄ in euāgelio ſcriptū eſt: Ego ſum uitis, uos palmites: pater meus agricola. Vnde & Apl̄us lo/
1.Co.3.b quitur: Dei agricultura eſtis: dei ædificatio eſtis. Q d'cꝫ ſequit: Et eleuabit in grege: hoc oſtendit: cꝫ in ſingulis gregibus iuſtus & ſanctus & agricola ipſe dn̄s eleuetur: in ſeruis ſuis atcꝫ credentibus ad excelſa conſcēdat.

a ¶ Quia inebriaui animā laſſam ⁊c. Mutatio pſonarū, facit obſcuram intelligentiam prophetarū. Dixerat dn̄s: adhuc dicent uerbum iſtud in terra iuda & in urbibus eius cum cōuertero captiuitatem eorū. Quid autē dicēt? Haud dubiū quin hoc q̄d ſeq̄t: Bn̄dicat tibi dn̄s pulchritudo iuſticiæ mōs ſanctus &c̄. Rurſumcꝫ illis iſta dicētibus, reſpōdit dn̄s: Quia inebriaui animā laſſam ſiue ſitientem, & omnē
F animā eſurientē ſaturaui. Illocꝫ iſta dicēte: reſpōdit populus qui de captiuitate uenerat: Ideo expgefactus ſum & uidi: & ſomnꝰ meus dulcis fuit mihi. Quia dn̄s inebriat
Iob.7.f animam laſſam ſiue ſitientem: & dicit in euangelio: Qui ſitit ueniat ad me & bibat. Et qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ: Et omnem animā eſurientem ſatiat atcꝫ ſitientem. De qua ſiti & eſurie-
Matth.5.a idem in euangelio teſtatur: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam: quoniā ipſi ſaturabunt. Notandūcꝫ cꝫ ebrietas in hoc loco in bonam partē ponatur: de qua & in Cantico dicitur:
Cañ.5.a Comedite amici: bibite & inebriamini chariſſimi. Qua
Geñ.43.g ebrietate & Ioſeph inebriatus eſt cū fratribꝰ ſuis in meridie. Inebriati autem atcꝫ ſaturati hīj qui laſſi fuerant atcꝫ eſurierant: agunt gratias reſpondentes: Expergefactus ſum & uidi, dominū ſcilicet ſuſcitantē atcꝫ dicentem: Surge qui dormis & eleuare a mortuis, & illuminabit te chriſtus. Et ſomnus, inquit, meꝰ dulcis fuit mihi, ut imitarer dn̄i mei uerba
Pſ.3.b dicētis: Ego dormiui, & ſoporatus ſum: & exurrexi: qm̄ dn̄s ſuſcepit me. b ¶ Ecce dies ueniūt dicit dn̄s: ⁊ ſeminabo domū iſrael ⁊ domū iuda ſemine hominū ⁊c̄. Domū & domū: id eſt domū iſrl̄ & domū iuda: in Lxx. nō habet: ſed tm̄ iſrl̄ & iudam: ut ſic: & ſeminabo iſrael & iudā. Quodcꝫ intulit:
5.1.b Semine iumentorū, ad rationales & ſimplices referre debemus. Et ſicut i principio Hieremiæ dictū eſt ad eū: Ecce cōſti tui te hodie ſup gētes & ſup regna: ut euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes: & uigilaui ſup eos ut facerē qd̄ minatꝰ ſum: ſic, inqt, uigilabo nūc ſup eos
1.Co.3.b ut ædificem & plantem. Dei enim agricultura, dei ædificatio eſtis. Oīnes huiuſcemodi repromiſſiones iuxta iudæos & noſtros iudaiçantes, in mille annorū regno putantur eſſe
Ibi.3.b complendæ. Nos autē dicēte Apoſtolo: Ego plantaui: apol-
Eſa.58.d lo rigauit: ſed deus incrementū dedit: Et Eſaia ꝓpheta, cꝫ ſaluator ædificator ſæpium & domorū eſſe memoretur: in primo aductu chriſti ſpiritaliter impleta defendimus: & impleta ex parte, nō ex toto: quia nunc in ſpeculo uidemus & in ænigmate: & neſcimus ſicut oportet nos ſcire. Cum autē
G 1.Co.13.d qd̄ perfectum eſt uenerit: tunc qd̄ ex parte eſt deſtrueꝫ. Aut certe in ſecūdo complenda credimus: quando in ſua maieſtate dominus apparebit, & ſubintrauerit
Rom.11.c plenitudo gentium ut omnis iſrael ſaluus fiat: & nequacꝫ ex parte ꝑ ſingulos, ſed ſit deus
1.Co.15.d omnia in omnibus. Quodcꝫ infertur: In diebus illis non dicēt ultra, patres comederunt uuam acerbā: & dentes filiorum obſtupeſcent, & reliqua: in explanationibus Eçechielis pleniꝰ diſſeruimus: quādo interpretati ſumus illum locū: Filīj hominis quid uobis & ꝓpabolæ iſtæ inter filios iſrael dicentium: Patres comederūt uuam aceruam & dentes filiorum obſtupuerunt: Viuo ego dicit dominus: ſi fuerit ultra hæc parabola in iſrael: quia omnes animæ meæ ſunt: ſicut anima patris, ſic & anima filīj. Anima quæ peccauerit, ipſa morieꝫ. Per quæ diſcimus mortē nō facere dominū, ſed peccatū. Anīa eī quæ peccauerit, ipſa morietur. Hoccꝫ in præſenti loco dicitur, qd̄ neH quacꝫ peccatis patrū in æternū offenderit iſrael, ſed propriis meritis: & fide in chriſtū poſt tpa multa ſalueꝫ. Et obſeruādum cꝫ uitia atcꝫ peccata uua acerba dicatur: ut comedentium dentes obſtupeſcant, & non poſſint eius ſuauitatē ſentire: de quo dicitur: Guſtate & uidete quoniā ſuauis eſt dn̄s. Pſ.33.b
Quicūcꝫ ſcripturas nō ita itelligit ut rei ueritas habet, uuā acerbam comedit. Vnde omnes hæretici peruerſa credētes, panē de cœlo deſcendentē comedere nō poſſunt: ſed obſtupeſcunt dentes eorum, nō ciborū auſteritate, ſed uitio dentium. c ¶ Ecce dies ueniunt dicit dn̄s: ⁊ feriam ſiue diſponam domui iſrael ⁊ domui iuda ꝓpactum ſiue teſtamentū nouum ⁊c̄. Hoc teſtimonio apoſtolus Paulus, ſiue quis alius ſcripſit epiſtolam, uſus eſt ad Hebræos: oīneſcꝫ deinceps eccleſiaſtici uiri, in primo ſaluatoris aduentu dicunt uniuerſa completa: & nouum teſtamentū: hoc eſt euangelium, ſucceſſiſſe ueteri teſtamēto: a quo legem literæ, lege ſpiritus cōmutatam: ut omnia quocꝫ ſacrificia & circūciſio & ſabbatum ſpiritualiter complerent. Quod autem pactum pro teſtamento ponimus, hebraicæ ueritatis eſt: licet teſtamētum recte pactum appelletur: quia uoluntas in eo atcꝫ teſtatio eorum qui pactum ineunt continetur. Qñ eductus eſt iſrael de terra ægypti, tanta dei in illo populo familiaritas fuit: ut manum eorū apprehendiſſe dicatur, & dediſſe pactum, qd̄ illi fecerūt irritum: & propterea dominus neglexit eos. Nūc autē in euangelio poſt crucem, reſurrectionem & aſcenſionē dare ſe pactum nō in tabulis lapideis: ſed in tabulis cordis carnalibus pollicetur. Cumcꝫ ſcriptum fuerit domini teſtamentum in mente credentium: ipſum eſſe eis in deum, & illos eſſe in populum: ut nequacꝫ iudaicos quærant magiſtros & traditiones & mandata hominum: ſed doceantur a ſpirituſancto: ſi tamē audire mereantur: Templum dei eſtis 1.Co.6.d
& ſpiritus

eorum ſcribā

A & ſpiritus dei habitat in uobis. Spiritus autē ſpirat ubi uult & diuerſas habet gratias. Noticiaq; unius dei, omniū uirtutum poſſeſſio eſt. Et hoc, inquit, fiet quia propitius ero iniquitati eorū: & peccati eorū nō recordabor amplius. Ex q̄ perſpicuū eſt, ſcd̄m huiꝰ περιοχὴν intelligentiā, ſupiora in primo intelligēda ſaluatoris aduentu: q̄n uterq; populus ſibi, iſrl̄ & iuda copulatꝰ eſt. Si cui aūt ſcrupulū facit q̄re dixerit: Diſponam domui iſrl̄ & domui iuda, paētū ſiue teſtamētū nouū, nō ſcd̄m pactū qd̄ pepigi cū patribus ueſtris: intelligat primū eccleſiam chriſti ex iudæis: & ad illos uenireſe dn̄m ſaluatorē atq; Matth.15.c dixiſſe: Non ueni niſi ad oues pditas domꝰ iſrael: & idipſum Apoſtolos cōfirmaſſe: Vo- Act.13.g bis quidē primū oportebat loqui uerbū dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce cōuertimur ad gētes. Nō em̄ oportebat Matth.15.c panem filiorum dare canibus: ſed quia filiꝰ patrem in ſua uenientem ſuſcipe noluerūt: dedit omnibus potēſtatem: ut qui recepe- rint eum, fiant filij dei.

B a ¶ Hec dicit dn̄s qui dat ſolē in lumine diei: ordinem lunę & ſtellarū in lumie noctis &c.

Geñ.1.b Et in Geneſis principio legimus ſolem in cœlo poſitum in lumine diei: lunam quoq; & ſtellas in lumine noctis. Et in Ps.18.a pſalmo: Dies diei annūciat uerbū: & nox nocti indicat ſciētiam: quod inuicem ſibi nox dieſq; ſuccedant. Quomodo inquit, rerum & maxime cœleſtium aſtrorum non poteſt ordo mutari: & ſonantis maris fluctus uoluūtur ad litora: fragorq; gurgitū & undarū intumeſcentiū terribilis auditur: nec poteſt ultra procedere quā dei iuſſione præceptum eſt: Ibi.10.3.b iuxta illud: Terminū poſuiſti quē nō tranſibūt: neq; conuertent operire terrā: Sic inquit ſemen & genus iſrael, dn̄i erit uoluntate perpetuum, nec aliquando deficiet. Leges autem hic non moſaice ſunt intelligendæ: ſed conſtitutio & ordo naturæ. Interrogemus iudæos, ſi cœli peribunt: & omnes Ibi.10.1.d quaſi ueſtimentū ueteraſcent: & ad dominū dicitur: Tu autem idem ipſe es & anni tui non deficient: quomodo ſemen iſrael poteſt eſſe perpetuū? Aut em̄ pereuntibus cœlis, peribit & ſemen iſrael: aut ſi fuerit perpetuū: ergo nec cœli peribunt. Qd̄ ſi ſcriptura mentiri nō poteſt: & perituri ſunt cœli: peribit igitur & ſemen iſrael: maxime cum & iacob loqua- Geñ.49.a tur ad filios: Venite & annunciabo uobis quid futurum ſit in nouiſſimis diebus. Quando autem dicitur, in nouiſſimis diebus: ergo mūdus eſſe ceſſabit, & alia fiet rerū diſpoſitio. Hoc aduerſum illos. Cæterū noſtris mundū iſtum nō Matth.24.c eſſe perpetuū, etiam euangeliū demonſtrat dicens: Cœlum Ibi.ultimo & terra tranſibūt. Et: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſumationē ſæculi. Dicamus & aliter: Quādiu mundus iſte fuerit, ſemen iſrael & gentem iudaicam permanſuram: non in his qui nunc increduli ſunt: ſed in his qui cum apoſtolis, & per apoſtolos crediderunt: ut reliquiæ ſaluæ fierent. b ¶ Hec dicit dn̄s: ſi menſurari potuerint cœli ſurſum &c. Multum in hoc loco diſtat hebraicum ab æditione uulgata. Dicamus primū iuxta hebraicum. Si menſu

eorum ſcribam eam: & ero eis in deum: & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebunt ultra unuſquiſq; proximum ſuum: & unuſquiſq; fratrem ſuum dicens: cognoſcite dominū: quia omnes ſcient me a minimo eorum uſq; ad maximū, ait dn̄s: quia propiciabor iniquitati eorum: & peccati eorum non ero memor amplius.

a Hec dicit dominus qui dat ſolem in lumine diei: ordinem lunæ & ſtellarum in lumine noctis: qui turbat mare & ſonant fluctus eius: dominus exercituum nomen illi. Si ceſſauerint leges iſtæ Siue ſtatuta hæc) coram me dicit dominus: tunc & ſemen iſrael deficiet: ut non ſit gens coram me cunctis diebus.

b HEB. Hec dicit dominus: Si mēſurari potuerint cœli ſurſum: & inueſtigari fūdamenta terræ deorſum: & ego abiiciam uniuerſum ſemen iſrael: propter omnia quæ fecerunt dicit dominus.

SEP. Hæc dicit dominus Si eleuatum fuerit cœlum ſublimius: & ſi humiliatū pauimentum terræ deorſum: & ego non reprobabo genus iſrael dicit dominus pro omnibus quæ fecerunt.

c Eccé dies ueniunt dicit dominus: & ædificābitur ciuitas domino: a turre hananeel uſq; ad portā anguli: & exibit ultra

C

Matth.19.e

Ibi.25.e

D

Apoc.21.e

Ioſ.18.a

ꝑpter omnia quæ fecerunt. Qd̄ ſi ita eſt, reprobabiť genus iſrael. Quomodo em̄ cœlum nō poteſt eo qd̄ eſt, eſſe ſublimius: nec terra humilior eſſe eo qd̄ eſt: ſic & genus iſrael nequaq; poterit reprobari. Si uiderimꝰ iudæos iuxta hebraicū hoc teſtimonio ꝓbari, aſſentiamur eis q̄ nō ſit abiectū uniuerſum ſemē iſrl̄. Nō em̄ oēs abiecti ſunt: ſed hi tātū q̄ fuerunt increduli. c ¶ Ecce dies veniūt dicit dn̄s: & ędificabiť ciuitas dn̄o a turre bananeel uſq; ad portā anguli &c. Quia mille annorū in terra iudæa regnū chriſti recipiūt, iudæi uidelicet & nr̄i iudaiçātes: conanť oſtēdere turrē hanancel & portā anguli: & collē gareb & goatha & uallē phagarim & oēm aſſademoth: & torrentem cedron & locum anguli portæ equorū orientalis: & ibi dicunt ſanctuariū dn̄i: id eſt templum eſſe condendū, manſurumq; in perpetuū. Qd̄ quia poſt captiuitatem temporibus Zorobabel & Eſdræ nō poſſunt monſtrare completum: tranſeunt ad chriſti tempora: quem in conſumatione mundi dicunt eſſe uenturum: ut aurea atq; gemmata iuxta Apocalypſim Ioannis deſcēdat hieruſalem: & hoc terræ ſpacio: id eſt ab illo loco uſq; ad illum locū ædificetur per circuitū: Suſpitioniſq; ſuæ hanc aurulā capiūt, qd̄ a turre anathot quæ hodie appellatur Hieremiæ, tribus a hieruſalem milibus ſepatata: uſq; ad torrentem cedron qui ſcribitur in euangelio: & eſt in ualle ioſaphat, ubi hortus erat, in quo & Iudas proditor tradidit ſaluatorem, ciuitatis fundamenta iaciantur. Lecturi inquiunt ſumus in conſequētibus hanameel filiū Sallum patruelē fuiſſe Hieremiæ: cuius emit agrum: & hec eſt turris hanameel: ignorātes hebraicā ueritatē. Hic em̄ iuxta hebraicū ſcribitur, a turre Hananeel חנמאל per ג uidelicet mediā literā: ibi autē, Ecce חנמאל hanameel filius ſallū patruelis tuus ueniet ad te, per mediā מ literam. Inuocantes igitur dn̄m ſaluato-

Erem, qui habet clauē Dauid: q aperit, & nemo claudit: qui
Esa.22.f claudit & nemo aperit: qui signatū quoq; Esaiæ librū & om
Apoc.3.b niū prophetarū aperuit: & adorauerunt uigintiquatuor se
niores tenētes citharas: q; solus potuerit diuina reserare my
steria. Aggrediamur ædificium ciuitatis ad quā ꝓpheticus
ps.86.a sermo dirigit: Glorio
sa dicta sunt de te ciui
Ibi.45.a tas dei. Et: Fluminis
impetus lætificat ciui
tatē dei. Edificat itaq;
ecclesia a turre ob edic
tiæ: siue gratiæ & do
norum dei: hoc enim
interpretat hananeel,
usq; ad portam an
guli: quæ licet uide
atur initium habere
sublime q̄diu in ista
carne subsistimus: re
ctā ueritatis lineā nō
possum⁹ possidere: sed
in angulo stam⁹ & fra
ctis lineis: exitq; ultra
funiculus mēsuræ con
tra eam: id est portam
anguli, super collem
גַּרֵב gareb, qui in lingua
nostra uertitur aut in
colatus, aut scabies: ut
doceat nos aduenas es
se atq; pegrinos, & nō
auribus prurientes: &
F ad nouitatem dogma
tum pessimorū facile
non præbere consen
sum. Et circuibit, in
גַּעְתָּה quit, goatha pro quo
interpretati sunt Lxx.
per gyrū, electis lapidi
bus, q uoluunt̄ sup̄ fa
cie terræ: & angulari la
1.Pe.2.a pide cōstringunt̄: dicē
te apō Petro: Et ipsi tā
q̄ lapides uiui supædi
ficamini domos spūa
les, sacerdotiū sanctū, offerētes spūales hostias & acceptabi
ps.101.b les deo per iesum christum. Et omnē, inquit, uallem phaga
גַּלְגְּרִים rim, quod interpretatur ruinarum: & cineres, subauditur
Esa.24.d circuibit: ut quāq; nobis uideamur in collibus, tamen sem
per timeamus ruinas & consyderemus cineres: & pœniten
tes dicamus cū dauid: Quia cinerem quasi panē manduca
ui: & poculū meū cum fletu miscebā. Vnde & iacētibus di
citur: Nunqd qui cadit nō resurgit dicit dñs? Et uniuersam
inquit sademoth שְׁדֵמוֹת qđ nos uertimus in regionem
mortis: unū nomen in duo uerba diuidētes: sade שְׂדֵ q di
citur regio: & moth מוֹת q interpretatur mortis: pro quo
Aquila uertit suburbana siue arua & rura. Regio autē mor
tis, regio peccatorū est: & suburbana regio uoluptatū: quæ
Iob.18.a pergit usq; ad torrentem cedron: ubi traditus est dominus:
קִדְרוֹן qui interpretatur tenebræ. Vide quāta habeat loca ecclesia:
& quō illud apostolicū: Vt sit sine macula & ruga, in futuro
& in cœlestibus seruet̄. Audis angulos, audis scabiem, au
dis ruinas & cineres: & regionem mortis & tenebras: & de
tua uirtute & impeccātia gloriaris? Deniq; sequitur: Et usq;
ad angulū portæ. Et hic angulus ne ulla uera iusticia, ne cer
ta uictoria in isto sæculo demonstretur: Ipse quoq; angulus
portæ quāq; sit orientalis unde lumen egredit̄, tamen equo
Abac.3.b rum appellatur: ut indigere nos doceat cursu atq; certami
ne: & tandem cum domino audire mereamur: Ascendisti
equos tuos: & equitatio tua salus. In porta oriētali, in porta
quadrigarum, sanctificatio domini est. Et tūc nos perfectos
arbitremur, quando dixerimus ad dominum: Currus dei ps.67.
decem milium multiplex milia lætantium: dominus in eis G
in sina in sancto. Istiusmodi ædificatio quæ super fundamē
tum christi posita est: de qua loquitur & Apostolus: Vt sa- 1.Co.3.
piens architectus fundamentū posui: nunq; destruetur: sed
permanebit in perpe
tuum. Obscura & dif
ficilia latius disserēda
sunt: ut manifesta bre
uius percurramus.

¶Ca. XXXII

VErbū qō factū est ad hiere
miā a do
mino in anno decimo sedechię regis iuda ꝛc̄.
Non solum uerba, sed & opera prophetarum nobis exemplo sunt ad uirtutem. Poterat Hieremias ꝓspera nū ciare: & regis sedechiæ frui amicitia: sed ma lebat deo magis obe dire q̄ hominibus: & Matthe. ei qui potest & ani mam & corpus perde re in gehennam: q̄ il li qui tm̄ in corpus ha bere poterat potestatē. Et hoc consyderandū q; decim⁹ annus erat regni Sedechiæ, obses sa iam hierusalē: & gla H dio, fame & peste con sumpta & captiuitate uicina: & tamen Sede chias perstat in senten tia: & ex parte aliqua il lius clæmentia demon stratur: qđ nequaq̄ eum in carcere, sed in uestibulo recludi iusse rit carceris, libera ui delicet custodia, ne pos set effugere: quasi non omnis hierusalem clausa munitioni bus cōmunis carcer fuerit habitantium. Ipse annus est duo deuigesimus regni Nabuchodonosor: qui quarto anno re gis Ioakim cœpit imperiū. Omnis autē causa iræ regis ista est: cur loquatur ex dei nomine quæ ei fuerant imperata.

a ¶VErbū qđ factum est ad hieremiam a domino, in anno decimo sedechiæ regis iuda: ipse est annus octauus decimus Nabuchodonosor: Tunc exercitus regis babylonis obsidebat hierusalem: & Hieremias propheta clausus erat in atrio carceris qui erat in domo regis iuda. Clauserat enim eum Sedechias rex iudæ dicens: Quare uaticinaris dicens:

b Hæc dicit dominus: Ecce egō dabo ciuitatem istam in manu regis babylonis & capiet eā. Et sedechias rex iuda non effugiet de manu chaldæorum: sed tradetur in manu regis babylonis: & loquetur os eius cum ore illius: & oculi eius oculos illius uidebunt. Et in babylonem ducet sedechiam: & ibi erit donec uisitem eum dicit dominus. Qđ si pugnaueritis contra chaldæos: nihil

c prosperum habebitis. Et dixit Hieremias: factum est uerbū domini ad me dicens: Ecce Hanameel filius sellum siue sallom

turus sit

set effugere: quasi non omnis hierusalem clausa munitionibus cōmunis carcer fuerit habitantium. Ipse annus est duodeuigesimus regni Nabuchodonosor: qui quarto anno regis Ioakim cœpit imperiū. Omnis autē causa iræ regis ista est: cur loquatur ex dei nomine quæ ei fuerant imperata.

b ¶Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis babylonis ꝛc̄ capiet eam: ꝛ Sedechias rex iuda non effugiet de manu chaldęoꝝ ꝛc̄. Hæc erat causa iræ regiæ: quare præferret mendacio ueritatem: & tam urbem hierusalem q̄ Sedechiā regem diceret esse capiendum: quodq; grauius est, uisurum eum ora regis babyloniį: & locuturū humilem atq; captiuū cum potentissimi regis insania. Grauior enim terror est uidere quem timeas: & ante increpationem uerborum, q̄ pœnarum sustinere cruciatum. Et in babylonem, inquit, ducet Sedechiam & ibi erit. Pro quo Lxx. transtulerunt: & babylonem ingredietur: quorum alterum inuitum trahi: alterū uoluntate pergere significat. Et ibi, inquit, erit. Verbum ponit ambiguum: ne uideatur cruciatus & miserias propheta re. Quodq; sequitur: Donec uisitem eum ait dominus: & si pugnaueritis aduersus chaldæos nihil prosperum habebitis: in Lxx. non habetur. Prudenterq; sententiam temperauit: quæ ad bonam & ad malam partem referri potest. Visitatio enim ut sæpe dixi, & consolationem significat & supplicium. **c ¶Et dixit hieremias: factum est verbū dñi ad me dicens: Ecce hanameel filius sellum ꝛc̄.** Occultū ad Hieremiam dei factum esse sermonem, nemo scire poterat, nisi ipso indicante ad quē factus fuerat: & prædicitur ei q uen

turus sit ad eum Hanameel patruelis suus, & possessionem agri qui suus fuerat delaturus: esse autē ipsum locū in anathot, de suburbanis quæ sacerdotibus per singulas tribus & ciuitates dabantur ex lege: nec licitum erat possessionem de tribu trāsire ad tribum: nec de familia ad aliam familiā.

Nu.27.b Vnde & filiæ Salphaad accipiunt sortem inter fratres suos: ꝑcipueq; Leui.25.c suburbana sacerdotū nulli alij poterant uenundari, usq; ad annū remissionis: nisi ei quē propinquitas sangui/nis expetebat. Venit ergo ad eum patruelis pater suus, & offert emptionē quæ illi ex ꝓpinqtate debeꝫ. Helchias & Sellū frēs fuere germani. Helchiæ filius Hieremias. Sellū hanameel. Helchias interpretaꝫ, pars domini. חִלְקִיָּהוּ Hieremias, sublimitas domini. Recteq; altitudo dñi de parte domini nascitur. יִרְמְיָהוּ Sellum uero in linguā nostram uertitur pax siue pacificus. שַׁלּוּם Hanameel donū uel gratia dei. Nec mirabimur q̄ sibi pax iūganꝫ & gratia: cū etiā epistolarū apostolicarum hoc principiū sit: B Roma.1.a Gratia uobis & pax. חֲנַמְאֵל Primum ergo pacem mereamur dei: & post pacē nobis gratia nascitur: quæ non in possidentis, sed in arbitrio donantis est. Defert autem emptionem gratia dei, illi qui in sublimibus collocatus est: ut quāuis uideatur excelsus, tamen gratia dei indigeat: illud qđ Cañ.5.c in Cātico sæpe cātaꝫ a sponsa: Fratruelis meus. i. ὁ ἀδελφιδός μου. in hebraico דּוֹדִי dicitur: ergo non fratruelis sed πατράδελφος. i. patruelis dicēdus est. Fuisse autē Hieremiā filiū Helchiæ de sacerdotib⁹ q̄ erāt in anathot in terra beniamin: & uoluminis huiꝰ testaꝫ exordiū. a ¶ Et venit ad me Hanameel filius patrui mei ꝼm verbū dñi ad vestibulū ⁊c. Quđ futurū prophetæ uerbum dñi nunciarat, statim opere completum est. Venit, inquit, ad me Hanameel gratia dei, filius patrui mei: hoc est, filius pacis. Venit autem in uestibulo carceris: dixitq; ad me ea quæ dominus ab eo dicenda prædixerat. Ager autē iste sacerdotalis, cuiꝰ emptio atq; possessio hieremiæ deferebaꝫ, in anathot est, in terra beniamin: quorum prius obedientiam: secundum filium dexteræ sonat. Et consequēter eius appetit emptionem, in quo obediētia & uirtus domini uersabantur. Pro quo Lxx. πρεσβύτερον, id est seniorem interpretati sunt: qđ loco huic non cōuenit. b ¶ Intellexi autē q̄ verbum dñi esset: ⁊ emi agrum ab hanameel filio patrui mei ⁊c. Durum quidem erat & prope inconsequens risuq; dignum: eū qui iam iamq; capiendā prophetabat hierusalem: & omnes ducendos esse captiuos uel gladio, fame & peste perituros: agrum in anathot emere quem nō erat possessurus. Sed intellexi, inquit, uerbum domini esse: & emptionem meam argumento & uaticinio domini coaptandam: & ideo acquieui præcepto eius ut emerē: nec frustra ad me super huiuscemodi re dei factum esse sermonem. Et appendi argenti decem & septem siclos, quos nos in statheres uertimus. Siclus autem uiginti habet obo/ Ezech.45.a los: ut in Ezechielis extremo uolumine scribitur. Emitq; ꝓpheta decem & septem siclis: in quo numero cantauit puer domini Dauid, in die qua eruit eū dominus de manu ōnium inimicorū eius: & de manu Saul, & dixit: Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum & refugiū meū & liberator meus: Deus meus, adiutor meus & sperabo in eū: ꝓtector meus & cornu saluti s meæ. Denarium esse mysticum numerum, ostendit decalogus qui scriꝑ fuit in tabulis lapideis digito dei: & dies ieiunij & propiciationis mensis septimi. Septem quoq; in quo uerus est sabbatismus & requies, esse sanctum: multis scripturarū testimonijs cōprobamꝰ. de quibus saltem pauca posuissem, nisi ocio/sum esset docere quæ nota sunt. In hoc igit numero a propheta & sacerdote emitur possessio: scribituրq; in libro atq; signaꝫ: & adhibentur testes, argentūq; diligenter appenditur: ut omnia uenditionis & emptionis iura seruentur: & sit certa possessio, stipulationibus & sponsionibꝰ roborata. Vel hoc aūdiāt: qui falsa testamē/ta, & interdum ne testa D menta quidem sibi adhibitis testibus uindicare conātur. c ¶ Et dedi libꝝ possessionis baruch filio nerie filij Maasię ⁊c. Quāq; statim esset possessio relinquenda, immo emenda posteris: & ab eo emenda qui filios non habebat: neq; enim uxorem acceperat: tamē obediens imperio domini, omnia rite celebrat. Signatūq; librū possessionis dat Baruch filio Neri filij Maasiæ. Baruch in lingua nostra, benedictus dicitur: qui erat filius Neri, qui interpretatur lucerna mea, dicēte ꝓpheta: Lucerna pedibus meis uerbū tuum, & ps.118.o lumen semitis meis ardens. Neri, quoq; pater Baruch filius Maasiæ, i. facturæ & operis dñi. Aniaduertamꝰ ergo, quātis uirtutū priuilegijs, discipulus baruch hieremiæ ministrauerit, dicēte dauid: Ambulans in uia īmaculata hic mihi ministrabat. ps.100.b Vnde & Heliseus minister heliæ intātū placuit deo, 4.Reg.2.b ut post translationē magistri etiā duplicem spiritū mereretur accipe. Hoc dico ad cōmonitionē eorū qui malorū hominū abutunt ministerijs: & non audent abijcere eos, quos malæ conscientiæ norunt sibi glutino copulatos. Traditur autē liber Baruch tanto & tali uiro uidente Hanameel, qui uendiderat & testibus qui subscripserāt, & quorū nomina in emptionis uolumine tenebant. Et in conspectu, inquit, omniū iudæorū qui sedebant in atrio carceris: qui uidelicet uel ad prophetam uenerant cosolandū: uel studio timoris dei, dñi uerba audire cupiebant. d ¶ Et pręcepi baruch coram eis dicens: Hęc dicit dñs exercituū deus israel: sume libros ⁊c. Cunctis quos præteritus sermo narrauit præsentibus & uidentibus, Baruch ministro præcipitur & discipulo: non sermonibus præceptoris, sed dei iubētis imperio: ut assumat libros, unū signatū, alterum apertū: quæ emptionū consuetudo hucusq; seruaꝫ: ut qđ intrinsecus clausum signacula cōtinent: hoc legere cupiētibus apertum uolumen exhibeat: utrūq; in uaso fictili, ut ꝓmanere possint diebus multis. Firma igit erat & lōgo post tpe futura possessio: quæ tāta custodia seruabaꝫ: ne uel foris emptiōis libri positi, paterēt rapinæ: uel humo cōditi, humore terræ soluerent. Hoc aūt totū fit ut intelligāt q̄ uidebāt rursum habitādā hierlm & possi/

ut ꝓmanere

C ps.17.a Exo.31.d

בָּרוּךְ ps.118.o

E dēdos agros: qđ licet absq; sermone Hieremiæ debuerāt p se itelligere: tñ dñi sermonib⁹ cōmonēt: & dicit ad eos: Hæc dicit dominus exercituum deus israel: Adhuc possidebuntur dom⁹ & agri & uineæ in terra ista. Hoc est illud qđ Hieremias dudum dixerat: Intellexi uerbum esse domini: & idcirco emit agrum quē possessurus non erat.

a ¶ Et oraui ad dñm postq; tradidi librum possessiōis baruch filio nerie dicēs: Heu heu heu domine deus ꝛc. Post emptionem agri iure celebratā: & post sententiā domini qua pollicitus est domos, agros, & uineas dein ceps possidendas, orat propheta ad dñm, & dolorem cordis gemitibus exprimit dicens: Heu, heu, heu dñe de⁹ Pro quo Lxx. transtulerūt. ὁ ὢν. i. qui es domine deus: iuxta illud
Exo. 3. d qđ moysi dicitur: Vade dic populo israel: Qui est, misit me ad uos. Non quo nō sint alij: sed aliud est creatoris esse beneficio qđ subsistat: aliud æternitate naturæ. Laudat dominum & ex creaturis prædicat creatorem: Primūq; potentiam eius & misericor
F diam: atq; iusticiam in omne hominū genus eleuat uocibus: Deinde transit ad israel: & quanta ei prestiterit, celebri sermone describit. Et post tanta beneficia dicit eos īmemores bonorū illius, clæmentiam in amaritudinem prouocasse: ita ut obsideatur ciuitas: & anteq; hostiū in eā fiat irruptio, fame & gladio & peste cōsumpta sit. Hæc autem uniuersa præmisit, ut consequēter illud inferret qđ in reprehensionem diuinæ sententiæ facere uidebatur. Et tu dicis mihi domine deus, eme agrum argento: & adhibe testes: cum urbs data sit in manus chaldæorū? Hæc interim tota loci istius continet pericopæ. Nunc ad singula reuertamur. Tu fecisti cœlum & terram in fortitudi-
Iob. 1 ne tua magna. Et Ioannes dicit de filio: Omīa p ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nihil qđ factū est. Hæc est em̄ dñi
1. Co. 1. d fortitudo Apostolo comprobante: Christus dei uirtus & dei sapientia. Et in brachio tuo extento siue excelso: quorum utrūq; percutientis indicium est. Hoc est autem brachium
Esa. 53. a de quo Esaias loquit: Et brachiū dñi cui reuelatū est? Non
Matth. 19. c erit tibi difficile om̄e uerbū: Quæ em̄ apud homīes impossibilia, apud deū possibilia sunt: siue cui nihil est absconditū:
ps. 138. b iuxta illud psalmographi dicentis: Quia tenebre non obscurabuntur a te: & nox sicut dies illuminabitur. Qui facis misericordiam in milibus: & reddis iniquitatem patrum in sinu filiorum eorum post eos. Grandis clæmentia creatoris: misericordiam suam in mille generationes extendere: & iusticiam statim in altera generatione monstrare: quæ tamen & ipsa est mixta misericordiæ. Non enim statim punit delinquētem: sed expectat pœnitudinem: ut si liberi imitati fuerint parētū uitia, diu dilata pœna reddatur. Fortissime, magne, potens, dominus exercituum siue uirtutum nomen tibi. Ista noīa potentiā indicāt creatoris. Cæterū proprie nomen dei pater est: qđ in euangelio per dominum reuelatur dicentem: Pater, manifestaui nomen tuum hominibus. Ma
Ioh. 17. a gnus cōsilio. Et audet se quisq; domini inserere secreto & de illi⁹ iudicijs iudicare? Et incomprehēsibilis cogitatu. Quē nō cōprehendit cogitatio: q modo pōt sermo comprehēdere? Cui⁹ oculi aperti sunt super omnes uias filioꝝ adam. Frustra ergo homo se putat dei celare noticiā. Qđ q; infert: Vt reddas unicuiq; scđm uias suas: & scđm fructum adinuentionum suarum: hoc indicat q interdum pro nimia sapientia, iudicia eius uideātur iniusta. Quē locum Apostolus pleni⁹ explicat ad Rhomanos. Ignoras qm̄ be-
Rom. 2. a nignitas dei ad pœnitentiam te hortatur? Scđm duritiam autē tuam & cor impœnitens, thesauriças tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. Quanto igitur serior uindicta peccātiū est: tanto iustior: in similitudinem pharaonis: qui decem plagis admonitus, non punitus, & in duritia
H perseuerans, ad extremum rubri maris fluctibus obrutus est.
Exo. 14
b ¶ Qui posuisti signa & portenta in terra egypti usq; ad diem hanc ꝛc. De generali transit ad speciale: & quid proprie præstiterit israeli, breui sermone percurrit. Qui posuisti, ait, signa & portenta in terra ægypti: quibus afflicta est ægyptus usq; ad diem hanc: & in israel & in hominibus siue terrigenis. Hoc qđ dicit, usq; ad diem hanc: posterioribus copulandū est: ut legamus, & in israel & in cunctis mortalibus quotidie tua signa complentur. Siue aliter: signa atq; portenta nō solum in ægypto perpetrasti: sed usq; hodie eadem tuæ misericordiæ fortitudo saluauit populum tuum: & uniuerso genero humano creatoris subuenis potestate. Et hoc notādum, q; israel ab hoībus sepat atq; terrigenis: iuxta illud: Fili⁹ me⁹ Ibi. 4
primogenit⁹ israł. Et fecisti tibi nomē sicut dies hæc. Laudes, inqt, tuæ toti⁹ orbis sermōe celebrāt. Et eduxisti ppłm tuū israel de terra ægypti. Pulchre dixit, ppłm tuū: eo em̄ tpe q educt⁹ est, dñi impio seruiebat. Eduxisti aūt in signis & portētis qb⁹ pcutiebat ægyptus: & in manu robusta & in brachio extēto, & in terrore magno: qñ mare rubrum transeunti populo israel uiam præbuit, & ægyptium oppressit exercitum. Et dedisti eis terram hanc quam iurasti patribus eorū ut dares eis: Abrahā uidelicet Isaac & Iacob. Ergo nō suo merito terrā repromissionis sed patrū accepe uirtutib⁹. Terrā fluentē lacte & melle. Necdū em̄ solidū poterāt cibū capere: sed melle & lacte nutriebāt infantiæ. Vel certe lacte & melle rerum omnium ubertate & abundantia. Et ingressi sunt & possederunt eam. Statimq; inter possessionē & inobedientiā

nihil fuit

Ecce munitiones ut permanere possint diebus multis. Hæc enim dicit dominus exercituum deus israel: Adhuc possi-
a debuntur domus & agri & uineæ in terra ista. Et ōrauī ad dominum postq; tradidi librum possessionis Baruch filio nerie dicens: Heu, heu, heu, domine deus Siue qui es domine deus? Ecce tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna: & in brachio tuo extento Siue excelso): non erit tibi difficile Siue impossibile) omne uerbū: Vel iuxta Lxx. Nihil apud te est absconditum). Qui facis misericordiam in milibus: & reddis iniquitatem patrum in sinu filiorum eorum post eos: fortissime, magne, potens qđ hebraice dicitur גִּבּוֹר: dominus exercituū Siue uirtutum) nomen tibi. Magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu. Cuius oculi aperti sunt super omnes uias filiorum adam Siue hominū): ut reddas unicuiq; scđm uias suas: & scđm fructum
b adinuentionum suarum. Qui posuisti signa & portenta in terra ægypti usq; ad diem hanc: & in israel & in hominibus Siue terrigenis): & fecisti tibi nomen sicut est dies hæc: & eduxisti populum tuum israel de terra ægypti: in signis & in portentis & in manu robusta & brachio extēto & in terrore magno. Et dedisti eis terram hanc quā iurasti patribus eorum: ut dares eis terram fluentē lacte & melle. Et ingressi sunt & possederunt eam & non obedierunt uoci tuæ: & in lege tua nō ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis ut facerent, nō fecerūt: & euenerūt eis uniuersa mala hæc.

A nihil fuit medium. Vbertas enim, securitatem: securitas, negligentiam: negligentia, contemptum parit. Et non obedierunt (inquit) uoci tuæ: & in lege tua non ambulauerunt.
Exo.19.b Frustra ergo promisere in eremo dicētes: Omnia quæcūq; dominus præcepit, faciemus. Non enim in sponsione, sed in opere præmiū est: ad retundendam eorum impudentiam: qui putant hominem omnia posse complere, quæ se facturū esse pollicitus est. Oīa quæ māda/sti eis ut facerent, non fecerunt: & certe facturos se promiserant. Et euenerūt eis uniuersa mala hæc. Mala, patiē/tibus: cæterū iuxta domini sentētiam bona, quæ reddit unicuiq; secundum uias suas.

a ¶ Ecce munitiones extructę sunt aduersus ciuitatem cē. Decimo annus erat regis Sedechiæ: ita enim scriptū est: Verbum quod factum est ad Hieremiā a domino anno decimo Sedechiæ regis Iuda: tunc exercitus regis babylonis obsidebat hierusalem: & Hieremias propheta clausus erat in atrio carceris. Rectęq; nunc dicitur: Ecce munitiones sunt extructæ aduersus ciuitatē, ut capiatur: & urbs tradita est in manus Chaldæorū: nec habēt quos uincant, aut quos capiant: Iam enim gladio, fame, peste consumpti sunt: & quæcunq; dixisti, uidemus esse completa: quomodo ergo mihi dicis domine, eme agrum argento: & adhibe testes: cum urbs data sit in manu chaldæorum? Igitur non reprehendit, sed interrogat: nec tam sibi, q̄ alijs uult discere, qui sedebant in atrio carceris, & forsitan taciti reprehendebant, quomodo idem ꝓpheta quē uerum nunciare credebant: & urbem dicat esse capiendā: & agrum emat quasi possessurus.

B

a Ecce munitiones extructæ sunt aduersus ciuitatem, ut capiatur: & urbs data est in manus chaldæorū, qui præliantur aduersus eam a facie gladij, & famis, & pestilentiæ. Et quæcunq; locutus es, acciderunt: ut ipse tu cernis: Et tu dicis mihi domine deus, eme agrum argento: & adhibe testes, cum urbs data sit in manus chaldæorum? b Et factū est uerbum domini ad Hieremiam, dicens: Ecce ego dominus deus uniuersæ carnis. Numquid mihi difficile Siue impossibile) erit: ut abscondatur a me omne uerbum? Præterea hæc dicit dominus: Ecce ego tradam ciuitatem istam in manū chaldæorū: & in manu regis babylonis, & capiet eam. Et uenient chaldæi & ingredient prælianteſ: Siue uenient chaldæi aduersus urbē hanc): & succēdent eā igni, & comburēt eam: & domos in quarū domatibus sacrificabant baal: c & libabant dijs alienis libamina ad irritandū me. Erānt em̄ filij Iuda, & filij israel iugiter Siue soli) faciētes mala b in oculis meis ab adolescētia sua. Filij isrl qui usq; nunc exacerbant me in opere manuū suarū dicit dominus.

In furore

& in creatorem contumelia facere uiderentur. Quomodo autem periturus scribitur mundus: iuxta illud quod scriptum est: Cœlum & terra pertransibunt, eo ꝙ in maligno positus sit: sic & domus ipsæ & loca in quibus flagitia perpetrata sunt, iræ dei subiacent. Sunt qui contentiose illud qđ scriptum est: Locus in quo crucifixus est dominus atq; saluator, spiritualiter gomorra & ægyptus uocat̄, ad ipsa loca referant. Alij ꝙo uniuersum mundum sub nomine ægypti & gomorræ significari putant. Vt enim gomorra diuino igne deleta est: ita & mundum iudicio dei concremandum. c ¶ Erant enim filij iuda et filij israel iugiter siue soli facientes mala in oculis meis ab adolescētia sua. Verbū hebraicū ו Aquila interpretatus est πλήν: quod coniunctionem significat ueruntamen. Symmachi prima æditio, & Lxx. & Theodotio, solos iterpretati sunt. Secūda qppe Symmachi uertit ἀπόλου: quem & nos in præsentiarum secuti sumus, ut diceremus iugiter. Dicamus igit̄ primū iuxta hebraicū: Filij israel, & filij Iuda facientes iugiter malū. Et decē inquit & duæ tribus malum sine cessatione fecerunt: & iugis fuit eis in pessimis operibus perseuerantia. Si autē iugis & semper in toto populo, ubi est iusticia sempiterna? Porro iuxta Lxx. qui dixerunt: Soli facientes malum, oritur quæstio: Num & aliæ gentes eo tēpore quo israel Iudasq; peccabant, malum non fecerunt? Quod sic soluit̄: Qui habet notitiā dei & recedit ab eo, solus peccat in oculis dei: qui ꝙo increduli permanserint: quasi illo non uidente & negligente delinquunt. Vnde & Dauid uir sanctus quia corruerat in peccatum uxoris Vriæ, Bethsabeæ, agens postea pœnitētiam, loquitur: Tibi soli peccaui: & malum coram te feci, id est in conspectu tuo. Denicq; iungitur: Soli facientes malum in oculis: & in conspectu meo ab adolescentia sua. Quodq; sequit: d ¶ Filij israel qui usq; nunc exacerbant me in operibus manuum suarum dicit dominus: In Lxx. nō habetur, & de hebraico additum est. Qui autem ab adolescentia sua usq; ad præsentem diem iugiter deliquerunt: ideo iusta sententia dei est: & merito scriptura contexit:

C

D

Matth.24.c

2.Reg.12.d Psa.50.

E a ¶ In furore et in indignatione mea facta est mihi ciuitas hęc ꝛc. Si ex eo tẽpore quo ciuitatis iacta sunt fundamenta, usq; ad hanc diem, quando capta est atq; succẽsa & sublata de cõspectu domini, fuit semper in uitio: & indignationem cõtra se domini prouocauit: Vbi est (ut sæpe iam diximus) peccatorum quies?

b ¶ Propter malicią inquit filiorũ israel / et filiorũ iudę ꝛc. Quia supra dixerat: In furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc: a die qua ædificauerũt eam usq; ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo: & nullum generaliter absq; pctõ fuisse monstrauerat: nunc p partes enumerat, & reges & principes, & sacerdotes, & prophetas eorũ, & cuncta uno sermone cõprehendẽs: Viri inquit Iuda & habitatores hierusalem. Pulchreq; nõ dixit: Reges mei, & principes mei, & sacerdotes mei, & pphetæ mei: sed qa peccauerũt reges eorũ, & principes eorũ, & sacerdotes eorũ, & pphetæ eorũ. c ¶ Et verterũt ad me terga / et non facies: Iuxta illud quod

F Zach.7.c alibi scriptum est: Et uerterũt contra me scapulam recedentẽ. Qui enim precat, inclinata ceruice in terrã prono fundit: q̃ ꝟo tergũ uertit, ipso gestu corporis indicat negligere se cõminantem. Et hoc ait, faciebant. d ¶ Cum docerem eos diluculo et erudirem ꝛc. Fugatis erroris tenebris, & omni idolorum cultu, mea sententia confutata, quotidie corda eorũ illuminare cupiebã: & docere quæ recta sunt. Et ut liberũ seruaret arbitrium: iungit & dicit: Et nollent audire ut acciperent disciplinam. Sequit: e ¶ Et posuerũt idola sua in domo ꝛc.

Eçech.8.b Non solum eo tempore Iudas posuit in templo dei statuam idoli, quam in Eçechielis principio legimus: sed usq; hodie in domo dei, quæ interpretat ecclesia: siue in corde animaq; credentium ponitur idolum, quando nouum dogma con-

Deu.4.c stituitur: & iuxta Deuteronomium adoratur in abscõdito.

1.Co.3.d Nescitis (inquit) quia templum dei estis: & spiritus dei habitat in uobis? f ¶ Et ędificauerunt excelsa siue aras baal: quę sunt in valle filij ennom / vt initiarẽt ꝛc. Pro initiarent, in hebraico scriptum est עֲבִיר : qđ Aquila & Symmachus transducerẽt: Lxx. & Theodotio interpretati sunt, offerrent. De ualle filiorũ ennom, quæ hebraice dicit גֵּיא חִנֹּם, supra plenius diximus: qđ subiaceat siloe fontibus & amœnitate sui: quia locus irriguus est, populũ prouocauerit ad luxuriam quã idolorũ cultus sequitur. Notandũ quoq;, q̃ aræ & excelsa, hebraico sermone appellant בָּמוֹת : propter eos qui in Samuelis & Regũ uolumine quid significet hoc uerbũ dubitant. Moloch idolum ammonitarũ est, q̃ in regẽ uertitur. Significat autẽ scriptura diuina q̃ non solum Baal idolo, sed & Moloch cunctisq; dæmonibus in ipso loco populus seruierit. g ¶ Quod non mandaui eis ꝛc. Proprie tri-

a In furõre & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc: a die qua ædificauerunt eam usq; ad diem istam,
b qua auferetur de cõspectu meo. Prõpter malicią inquit, filiorũ israel, & filiorũ Iudæ, quã fecerũt ad iracũdią me puocãtes: ipsi & reges eorũ: & principes eorũ: sacerdotes eorũ, & pphetæ eorũ: uiri Iuda & habitatores hie-
c d rusalem. Et uẽrterunt ad me terga, & nõ facies: Cũm docerem eos diluculo, & erudirẽ: & nollent audire, ut acci-
e perent disciplinam. Et põsuerunt idola sua in domo in qua inuocatum est nomẽ meum ut polluerent eam. Et
f ædificauerunt excelsa Siue aras) Baal: quæ sunt in ualle filij ennom: ut initiarent filios suos, & filias suas idolo
g moloch. Quõd nõ mandaui eis: nec ascẽdit in cor meũ, ut facerẽt abominationẽ hanc: & in peccatũ deducerẽt
h Iudam. Et nũnc propter ista hæc dicit dñs deus israel ad ciuitatẽ hanc, de qua uos dicitis: q̃ tradatur in manu re-
i gis babylonis in gladio, & in fame, & in peste. Eccẽ ego congregabo eos de uniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo: & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locũ istum: & habitare eos faciam confidẽter. Et erunt mihi in populũ: & ego ero eis in deum. Et dabo eis cor unum, & uiam unam: ut timeant me uniuersis diebus: & bene sit eis & filijs eorũ post eos. Et feriam eis pactũ sempiternũ: Siue disponã testamentũ æternũ) & nõ desinam eis benefacere: & timorẽ meum dabo in corde eorum, ut non recedant a me. Et lætabor super eis

G 3.Reg.11.q

Ios.10.a

Esa.1.

Ps.35.

Luc.16.b

H

cerit confidenter: & fuisse eos in populum dei: & dominum fuisse in deum eorum: & cætera quæ scriptura contexit. Sed quomodo hoc possit illi tempori coaptari: Habitare eos faciam confidenter: & feriam eis pactum sempiternum: siue disponam illis testamentũ æternum: penitus non potest approbari: quippe quos legerimus, & sacra narrat historia: nõ solum a uicinis gentibus, sed a Persis quoq; & Macedonibus, & ægyptijs rhomanisq; sæpe captos, & hucusq; seruire. Omnia igitur ad aduentum referenda sunt saluatoris: quæ nostro & fidei tẽpore uidemus expleta: & electio iuxta Apostolum reliquiarum salua facta est. Et qui in Christo habi- Rom.9.f
tant cõfidenter: datum est illis cor unum, iuxta illud quod scriptum est: Multitudinis autẽ credentium erat cor unum, Act.4.f
& anima una. Et uiam inquit unam, illũ qui dicit: Ego sum Iob.14.a
uia, ueritas & uita. Vt timeant me uniuersis diebus. Princi- Pro.9.c
pium enim sapientiæ, timor domini. Vniuersis ait diebus: Qđ si iudæis nõ cõpetit, de nostro populo accipiendũ est: cui & bene fuit, & est, & erit: nõ solum ipsis, sed & filijs eorũ post eos. Nobiscũ em pactũ pepigit sempiternũ: nec desinet nobis ultra bene facere. Quodq; sequit: Et timorẽ meum dabo in corde eorũ, ut non recedant a me. Sic liberũ donat arbitriũ, ut tamẽ ipse timor qui tribuitur, gratia permaneat Luc.15.b
largitoris. Cumq; (inquit) eis benefecero, lætabor. Gaudet quippe quia uidet creaturã suã esse saluatã. Vnde & gaudiũ angelorũ est in cœlis sup uno peccatore pœnitentią agente.

Et plantabo

A Et plantabo inquit eos in terra iſta in ueritate: ſiue (ut Lxx. tranſtulerunt) in fide: ut proprie ſignificet populum chriſtianum, cuius religio fides eſt. In toto corde meo, & in tota anima mea. Si dñi uerba ſunt ſaluatoris, recte cor & anima
Ioh.10.d eius credit: qui dicit in euangelio: Poteſtatē habeo ponendi animā meā: & poteſtatem habeo iterum ſumēdi illam. Sin aūt ex perſona dei patris accipimus: ſcd'm illud intelligendum eſt:
Eſa.1.d Neomenias ueſtras & ſabbata & dies feſtos odit anīa mea. a Quia hęc dicit dñs: Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum hoc grande: ſic adducā ſuper eos omne bonum quod ego loquor ad eos. Et poſſidebuntur agri in terra iſta: de qua uos dicitis q̄ deſerta ſit: & q̄ nō remanſerit homo & iumentum: & data ſit in manum chaldæorū. Agri pecunia ementur: & ſcribentur in libro: & imprimetur ſignaculum: & teſtis adhibebit in terra beniamin, & in circuitu hieruſalem: in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtrib⁹ Siue ſephela): & in ciuitatib⁹ negeb, hoc eſt, quæ ad auſtrū ſunt: quia cōuertam captiuitatē eorū ait dñs, ſuper eis, cum eis benefecero: Siue & uiſitabo eos, ut eis benefaciam). Et plantabo eos in terra iſta in ueritate, Siue in fide): in toto corde meo, & in tota anima mea.

a Quia hæc dicit dominus: Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum hoc grande: ſic adducā ſuper eos omne bonum quod ego loquor ad eos. Et poſſidebuntur agri in terra iſta: de qua uos dicitis q̄ deſerta ſit: & q̄ nō remanſerit homo & iumentum: & data ſit in manum chaldæorū. Agri pecunia ementur: & ſcribentur in libro: & imprimetur ſignaculum: & teſtis adhibebit in terra beniamin, & in circuitu hieruſalem: in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtrib⁹ Siue ſephela): & in ciuitatib⁹ negeb, hoc eſt, quæ ad auſtrū ſunt: quia cōuertam captiuitatē eorū ait dñs.

Ps.35.b Luc.16.c B & homines & iumenta reducti ſunt in eccleſiam: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Homines & iumenta ſaluos facies domine: rationales quiq̄ & ſimplices. Tunc agri empti ſunt pecunia: ut faceremus nobis amicos de iniquo mammona, qui nos reciperent in æterna tabernacula. Et ſcripti in libro, haud dubium quin uiuentium. Et impreſſum eſt ſignum uexilli dominicæ crucis atq̄ uictoriæ: & teſtes adhibiti ſunt martyres, & omnis ſanctorum chorus. In terra Beniamin, ubi eſt domini fortitudo: & in circuitu hieruſalē, in qua eſt uiſio pacis, & æterna ſecuritas: in ciuitatibus Iuda, in quib⁹ eſt Chriſti uera confeſſio. Et in ciuitatibus montanis, de quibus una eſt de qua dicitur: Non poteſt ciuitas abſcondi in monte poſita. Et in ciuitatibus campeſtrib⁹, quæ hebraice appellantur שְׁפֵלָה: ut de profundis atq̄ depreſſis, per camporū æqualitatem ad ſumma gradiamur. Et ciuitatib⁹ quæ ad auſtrum ſunt: qđ nageb, Lxx. tranſtulerūt: ubi eſt meridies & plena lux ueritatis. Cum autem hæc oīa facta fuerint, implebitur quod ſcriptū eſt: Conuertam captiuitatem eorum ait dominus: de quo ſcriptū eſt: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Accepit ſiue (ut Apoſtolus ait) dedit dona hominibus.

Matth.5.b נֶגֶב

Ps.67.d Ephe.4.b

C

D

Commentarij ſexti in Hieremiam prophetam finis.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN LAMENTATIONES HIEREMIAE AD EVSEBIVM PROEMIVM.

Habes in lamētationibus Hieremiæ quatuor alphabeta: e quibus duo prima quaſi ſapphico metro ſcripta ſunt: quia tres uerſiculos qui ſibi connexi ſunt, & ab una tm̄ litera incipiunt, heroici coma concludit. Tertiū uero alphabetum trimetro ſcriptum eſt: & a ternis literis, ſed eiſdem trini uerſus incipiunt. Quartum alphabetū ſimile eſt primo & ſecundo. Prouerbia quoq; Salomonis extremū cōcludit alphabetum: quod tetrametro iambico ſuppuratur, ab eo loco ubi ait: Mulierem fortem quis inueniet? Quomodo autem in his noſtris literis non poteſt quis ad legenda uerba texendaq; procedere: niſi prius ab elementis cœperit: ita in ſcripturis diuinis non ualemus ea quæ maiora ſunt noſſe: niſi ab æthica in ipſas habuerimus exordiū: ſcd'm illud quod propheta dicit: A mandatis tuis intellexi: Quod uidelicet poſt opera cœperit habere ſcientiam ſecretorum. Verum iam complendum eſt quod petiſti: ut ſenſum uniuſcuiuſq; elementi interpretatio annexa ſignificet. אָלֶף Aleph, doctrina interpretatur: בֵּית Beth, domus: גִּימֶל Gimel, plenitudo: דָּלֶת Daleth, tabularum: הֵא He, iſta: וָיו Vau, &: זַיִן Zain, hæc: חֵית Heth, uita: טֵית Teth, bonū: יוֹד Iod, principiū: כַּף Caph, manus: לָמֶד Lamed, diſciplinæ, ſiue cordis: מֵם Mem, ex ipſis: נוּן Nun, ſempiternum: סָמֶךְ Samech, adiutorium: עַיִן Ain, fons, ſiue oculus: פֵּא Phe, os, ab ore, non ab oſſe: צָדִיק Zadik, iuſticiæ: קוֹף Coph, uocatio: רֵישׁ Res, capitis: שִׁין Sin, dentium: תָּו Thau, ſigna. Ecce intellige, ne literarum ambiguitate fallaris. Poſt interpretationem elementorum, intelligentiæ ordo dicendus eſt. Aleph, Beth, Gimel, Daleth, prima connexio eſt: doctrina domus, plenitudo tabularum: q̄ uidelicet doctrina eccleſiæ quæ domus dei eſt, in librorum reperiatur plenitudine diuinorum. Secunda cōnexio eſt, He, Vau, Zain, Heth, iſta & hæc uita. Quæ enim alia poteſt eſſe uita ſine ſcientia ſcripturarum: per quam etiam ipſe Chriſtus cognoſcitur, qui eſt uita credentiū? Tertia

connexio

connexio habet, Teth, Iod, bonum principium: quia q̄uis nunc ſciamus uniuerſa quæ ſcripta ſunt: tamen ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus: & nunc per ſpeculum uidemus in ænigmate. Cū aūt meruerim⁹ eſſe cū Chriſto, & ſimiles angelis fuerimus: tunc librorū doctrina ceſſabit. ¶ Quarta connexio eſt, Caph, Lamed, manus cordis, ſiue diſciplinæ. Manus intelligun/tur in opere: cor & diſciplina interpretantur in ſenſu: quia nihil facere poſſumus, niſi quæ prius facienda ſint fecerimus. ¶ Quinta connexio eſt, Mem, Nun, Samech, ex ipſis ſempiternum ad/iutorium. Hoc explanatione non indiget: ſed omni luce manifeſtius eſt, ſcripturis æterna ſub/ſidia miniſtrari. ¶ Sexta connexio habet, Ain, Phe, Sade, fons ſiue oculus oris iuſticiæ: ſc̄d'm illud quod in tertio numero expoſuimus. ¶ Septima cōnexio eſt quæ & extrema: quo & in ipſo quoq; ſeptenario numero ſit myſticus intellectus, Coph, Res, Sin, Thau, uocatio capitis den/tium ſigna. Per dentes articulata uox promitur: & his ſignis ad caput omniū (qui eſt Chriſtus) itur: per quē uenitur ad regnū ſempiternū. Verum hæc idcirco inſeruimus: ut inſtruant lectorē: quo ſciat nō fruſtra iuxta ſeriem literarū a ꝓpheta hæc eſſe ædita: ſed uniuerſa quæ ſcripta ſunt, ad Chriſti & eccleſiæ pertinere ſacramēta. Qd' em̄ lamētationes prædictæ, nō ſolum ſuper urbis hieruſalē uaſtatione & iudaici populi captiuitate: ſed etiā ſuper Ioſiæ regis occaſum conſcriptæ ſint: liber uerborū dierum demonſtrat, ubi ita legit' : Mortuus eſt rex Ioſias, & ſepultus in mau/ſoleo patrū ſuorū: & uniuerſus Iuda & hieruſalē luxerūt eum. Hieremias maxime, cuius omnes cantores atq; cantatrices uſq; in præſentem diem, lamētationes ſuper Ioſiam replicant: & quaſi lex obtinuit in iſrael. Vnde primū iuxta hiſtoriam in explanatione retexemus. Deinde Allego/riam per congrua loca: ſiue ad Ioſiam, qui interpretatur ſalus domini, uel fortitudo domini: ſiue ad iudæos, hoc eſt, confitentes pertinent, inſeremus. Opportunius ergo multo nunc a nobis, q̄ tunc a propheta dei lamentat': licet non urbes multæ, non gens integra, ſed anima hominis chri ſtiani multis gentibus nobilior, multiſq; urbibus precioſior. Nam ſeruus qui facit uoluntatem dei, melior eſt q̄ multitudo iniquorum. Melior erat anima quondam fidelis in qua deus inha/bitabat, q̄ multitudines iudæorum: qui ingrati beneficijs dei, ſemper contraria agebant. Vnde legiſlator eorum perfidiam exprobrando, taliter ad eos loquitur dicens: Ego enim ſcio conten/tionem ueſtram cōtra dominum. Et Stephanus: Dura (inquit) ceruice: & incircumciſi cordibus ueſtris. Si quis templum corporis, hominis dei contemplatus eſt tunc, cum caſtitatis ſplendore refulgeret: paruam profecto & ualde inferiorem illam propheticam lamentationem putabit: in qua barbaricæ manus ſancta ſanctorū polluiſſe deflentur: & ſacras ædes ignem populaſſe ho/ſtilem: ubi contaminata cherubim: & arca ac propiciatoriū, tabulæq; duæ lapideæ: & urna aurea lamētantur. Hæc lamētatio quā nos deflemus, tanto illa durior & amarior eſſe probatur: quan/to uerius cuncta hæc & euidentius in fideli anima q̄ intra illius templi parietes erant. Hoc ſan/ctius multo fuit, qd' in ea erat templum. Non enim auri & argēti metallo, ſed uirtutibus animi radiabat: habebat enim arcam intra ſe: & duo cherubim, id eſt fidem patris & filij & ſpirituſſan ctī ſitam. Sed nunc nihil eorum apparet. Ablata ſunt hæc cuncta, nudata eſt domus dei omni/bus ornamētis ſuis, cunctiſq; quæ diuinitus cōſecuta fuerat ſpoliata muneribus, remanſit defor/mis ac turpis: perijt ab ea omne munimen, omniſq; cuſtodia. Et iam non dauditur oſtium: in ea nō ſeruatur, ſed patet ingreſſus omnibus malis ſpiritibus ad corruptelam animæ feſtinantibus: nulla inde turpis cogitatio, nulla cupiditas fœda repellitur. Sed ſi uenerit fornicationis ſpiritus, ingreditur: ſi iactantiæ, ſi auariciæ, & ſi horū nequiores & impuriores uenerint: nemo prohiber, nemo propellit: nullus enim cuſtos, nullus remanſit æduituus. Nam prius ſicut ad cœli ſecreta nul lus huiuſcemodi malis indulgebatur acceſſus: ita nec puriſſimam mentem huiuſcemodi pene/trare poterat ulla cogitatio. Sed iam nunc quomō textus ipſius hiſtoriæ incipiat, uideamus.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN LAMENTATIONES HIERE MIAE LIBER PRIMVS.

QVomodo sedet sola ciuitas plena ppło ⁊c̄. Deplorat ꝓpheta ruinam peruersi populi: & subuersionē perfidæ ciuitatis: quæ semper contraria dño suo sentiebat: & præceptis suis aduersabatur: ingrata beneficiorū dei, ꝓphetas eiꝰ persequebaꝫ: ipsumq; hæredē nouissime trucidabat. Vñ in manus hostiū tradita, deuastata est: ita ut quæ prius diuersis gētibꝰ & prouincijs impabat, postmodū dura seruitute præmereꝫ. Qđ tamē ante aduentū domini sub chaldaica captiuitate exparte gerebaꝫ: nunc autē post incarnationē dominicā, passionem, resurrectionē, & ascēsionē Christi ad cœlos, pleniꝰ factū est: cum per Vespasianum & Titum, rhomanos principes, in ultionē dñici sanguinis urbe succēsa, tota gēs simul, partim occisa, partim in captiuitatem ducta est: iuxta illud qđ in Danielis uisione scriptū est, ubi angelus ad ꝓphetam ita loquitur dicēs: Post hebdomadas sexagintaquatuor occideꝫ Christus: & nō erit eius populus qui eum negaturus est: & ciuitatē & sanctuariū dissipabit populus cū duce uenturo: & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Et paulopost: Vsq; ad cōsummationē (inquit) & finē perseuerabit desolatio. Mystice aūt plangiꝫ anima fidelis hominis, quæ quondā plena fuit numerositate uirtutū: & imperabat diuersis affectibus, dominans cōcupiscētijs carnis: postea autē a malignis spiritibus flammis libidinis succēsa, destituta angelorū solatio, & carens diuino cōsortio: tot seruit scelestris dedita quot uitijs.

Dañ. 9. g

Mystice

b ¶ Plorans plorauit in nocte ⁊c̄. Adueniente tribulatione captiuitatis ꝓpter idololatriam & enormitatē scelerū, plæbs iudaica sero doluit: cum sæpius ꝓphetarū attestationibꝰ cōuenta, satius illi esset præuaricationis noxam cauere, q̄ post cōmissa pœnaliter lugere. Falsa ergo numina quæ diuersæ gentes in simulacris colebant causæ fuerūt illi scandali & decœptionis: cū relicto ꝟo deo, falsis dijs in idolorū cultura seruierint, qui eis nihil in tempore uindictæ profuerūt, immo plurimū nocuerūt: intantū ut eos ludibrio & cōfusione dignos, inter hostes constitueꝛent. Hinc quoq; per Eçechielē peccanti Iudææ dicitꝫ: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos cōtra te: de quibꝰ satiata est anima tua: & cōgregabo eos aduersum te in circuitu: & agent tecum in odio: & tollent omnes labores tuos: & dimittent te nudam & ignominia plenam. Iuxta Allegoriam ꝟo decœpta anima diabolica suggestione, in noctem uenict futuræ perditionis, ubi gemitū dabit perpetuū sine ulla consolatione. Ipsi em̄ spiritus maligni qui eam ante p illecebras uoluptatū in diuersa trahebant: tandē in tenebris exterioribus cōstitutā, perpetuis cruciatibus punire non cessant. Vt ergo hunc dolorē maximū deuitet, necesse est q̄ in præsenti salubriter doleat: quatenꝰ immensa bonitas dei ꝓ fletu præsentis temporis, consolationē illi præbeat sempiternā. Beati qui lugent: quoniā ipsi cōsolabunt̄. Maxilla quippe sancti prædicatores sunt: de qua nunc dicitꝫ: Plorans plorauit in nocte: & lachrymæ eius in maxillis eius: quia in aduersitate ecclesiæ, illi ampliꝰ plangūt, qui uitā carnaliū cōfringere prædicādo nouerūt. Per ipsos quippe sancta ecclesia, iniq̄s a uitijs cōterit: & quasi glutiēs in sua mēbra cōuertit. Vnde ipsi quoq; primo prædicatori uelut maxillæ ecclesiæ dicitꝫ: Occide, & māduca. **c ¶ Migrauit iudas ꝓpter afflictionē ⁊ multitudinē seruitutis ⁊c̄.** Migrauit ergo iudæorum populus in dispersionē gentium, ꝓpter afflictionē captiuitatis: & q̄ ante regni principatui multis nationibꝰ præerat: postea inter diuersas gentes seruitio laborabat: quia scelerū suorū merita, uindicta eos inueniebat. Spiritalis aūt Iuda ideo de terra sua migrauit: quia peccando, dñm irritauit: & iniquitatibꝰ suis eū ad uindictā, puocauit: De quo ipse p Esaiam ꝓphetā locutꝰ ait: Seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborē in iniquitatibus tuis. Vñ inter gentes deputata, & sordibus eorum polluta, libertatē perdidit: & in hostiū suorū manus incidit: qui eam p diuersos errores ducētes, nequaq̄ requiescere, uel paululū respirare cōcedebant.

Act. 10. b

Esa. 43. d

d ¶ Viæ sion lugēt ⁊c̄. Vias sion dicit lugere, hoc est, lugubres existere: eo q̄ nō sint qui ueniant ad solēnitatē: ut festiua gaudia celebrēt: uel sacerdotū officia in tēplo expleant: quia tēplo succēso, muri ciuitatis funditus diruti, & portæ destructæ sunt. Vñ oīs decor eius squalescit: & ipsa oppressa amaritudine in filijs suis fortiter gemit. Mystice autē uiæ sion lugent: q̄ñ animæ quondā in arce mentis deū speculantis actiones exteriores, post lapsum peccati, turpes atq; lugubres apparēt: eo q̄ nō pristino more affectus eius ad interna gaudia celebrāda occurrant: Sed quinq; sensibꝰ corporeis, qui portarū noīe hic notant̄, p desidiā destructis, patescat aditus uarijs delictis: ecclesiasticū q̄q; officiū uilescat: & cōtinentiæ uirtus mollescat. Vñ spiritussancti suauitate priuata, tota in amaritudine uitiorū uersaꝫ.

Mystice

e ¶ Facti sunt hostes eius in capite ⁊c̄. Facti sunt hostes hierusalē in capite, q̄ñ inimici illiꝰ superiores effecti, uniuersam gentem diuitijs spoliando, uinculis captiuitatis subiecerūt: & in alienā terrā simul cū mulieribꝰ & paruulis ire cōpulerūt: dño cui peccaucrūt, iustū iudiciū eis retribuente. Animæ ꝟo decœptæ, hostes fiunt in capite: q̄ñ maligni spiritus eius gaudent dominatione: qui spoliantes eam uirtutibꝰ, paruulos cogitatus eius per uaria desyderia huc illucq; trahendo, nullam quietē eam in animo habere permittūt.

f ¶ Et egressus est a filia sion oīs decor eius ⁊c̄. Obsessa hierusalē ab hoste extrinsecus, omnē decorē iocunditatis suæ perdidit intrinsecus: maxime cum fame, & pestilentia laborās, nullius ope sustentabaꝫ: q̄m principes & rectores illius dissolutis uiribus, pauido corde, nō defensionē ciuium, sed fugam inertem meditabantur. Mystice autem filia sion reliquit decorē suū, q̄ñ per incuriam cogitationū, uirtutū perdidit ornamentū: nec ei subueniebant principes sui, hoc est, rationabiles tractatus: cū quibꝰ resistere debuit inimicis persequētibus, sed defecto robore fortitudinis coram hoste persequēte, propulsa est in foueam decœptionis.

Mystice

Hac etiam

E Hac etiã sententia arguunt negligẽtes rectores ecclesiæ dei, ob quorũ incuriam perit oĩs decor populi christiani: cũ nec in meditatione legis diuinæ, nec in cultu pietatis, neq; in sacrarũ ỹtutũ exercitio laborare conãt: sed in luxu uoluptatũ p uaria scelera, iuxta suggestionẽ hostis cogẽtis, abducunt. Cui⁹ piculi malũ, illos maxie respicit, q̃ i loco regiminis cõstituti, potius sæcularia desyderia, cũ mandatorũ dei sequi uestigia elegerũt. Vñ cœlestis regni gloriã cũ sctis doctorib⁹ nõ merent accipe: sed cũ diabolo & angelis ei⁹, pœnã gehennæ cogẽt recipe: de q̃ & subdit: a ¶Recordata ẽ hierl'm afflictiõis suæ ꝛc. Non solũ em̃ hierusalẽ illa terrena doluit se perdere iocunditatẽ suã, & delitiarũ affluẽtiã inter hostes cõstituta, sed etiã hæc mystica: & maxio dolore torquet, cũ in pœnis constituta, iã sero dolet se tunc negligentẽ fuisse, quando per bona opera & rectam conuersationem potuit sibimetipsi subuenire. Non em̃ cũ sanctis angelis nõ exultat, sed in inferno cũ dæmonib⁹ cruciata infructuose præterita pctã deplorat: iuxta illud qd̃ scriptura teste, impĩj in inferno dicturi sunt: Ergo errauim⁹ a uia ueritatis: & iustitiæ lumẽ non luxit nobis: & sol nõ est ortus nobis: lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis: & ambulauimus uias difficiles: Viam autẽ dñi ignorauim⁹. Quid nobis profuit superbia: aut quid diuitiarũ opulẽtia cõtulit nobis? Transierũt oĩa illa tanq̃ umbra mortis: in malignitate autẽ nostra cõsumpti sumus. Tunc & ipsi spiritus maligni deridẽt ociũ, qd̃ negligẽtes inutiliter duxerũt p præsentis uitæ spaciũ. Vñ & nunc per ꝓphetã dicit: Viderũt eam hostes: & deriserũt sabbata eius. Præcepto etem̃ legis, ab exteriori opere in sabbato cessat. Hostes em̃ sabbata uidentes irridẽt. Cũ maligni spiritus uacationis ocia ad cogitationes illicitas pertrahũt: unaquæq; anima quæ remota ab externis actionibus seruire deo credit: eo magis eorũ tyrannidi illicita cogitando famulat. Sancti autẽ uiri qui mundi operibus nõ corpore, sed uirtute sopiunt: laborioſius dormiũt, q̃ uigilare potuerũt: quia in eo q̃ actiones hui⁹ sæculi desserentes superãt, robusto cõflictu q̃tidie cõtra semetipsos pugnant: ne mẽs p negligẽtiã torpeat: ne subacto ocio ad desyderia ĩmunda frigescat: ne ipsis desyderijs bonis plus iusto inseruiat: ne sub districtionis specie sibimet parcẽdo, a perfectione langueſcat. Agit hæc, & a mũdi huius inquieta cõcupiscentia se penitus subtrahit: ac terrenarũ actionũ strepitũ deserit: & p quietis studiũ, uirtutib⁹ intẽta uigilans dormit. Nec em̃ ad cõtemplanda interna perducit: nisi ab his quæ exterius implicant, studiose subtrahat. Hinc est em̃ qd̃ p semetipsam ueritas dicit: Nemo põt duob⁹ dominis seruire. Hinc Paulus ait: Nemo militans deo implicat se sæcularibus desyderijs. b ¶Peccatũ peccauit hierl'm ꝛc. Causam uindictæ expressit in principio huius sentẽtiæ: quia ob magnitudinẽ scelerũ, hierusalẽ promeruit trãsmigrationis excidium: ipsiq; qui eã deridebant, nec cõdolentes illi, gemitui eius ullam cõsolationẽ præbebant. Hinc est qd̃ per Esaiam plæbi iudaicæ dñs dicit: Populo meus qui beatũ te dicunt, ipsi te decipiunt: & uiam gressuũ tuorũ dissipant siue cõturbant. Scribæ & pharisæi, q̃s ante idem ꝓpheta exactores appellauerat, nõ magistros: & supra illusores: qui ꝓpter munera quæ excæcant oculos etiã sapiẽtiũ: nõ solũ peccatores in ppło nõ corripiebant, sed p diuitijs atq; cõpendijs effere bant laudibus: & ipsi ecõtrario, beatos uocabant eos: & columnas domus dei, & cætera quæ solent adulatores dicere. Sed tales fautores, nullam in die tribulationis laborãtibus cõsolationẽ præbebant: immo cõfusionẽ scelerũ eorũ denudabant: & cordis ignominiam manifestabant. Ille est ergo doctor ecclesiasticus: qui lachrymas, nõrisum mouet: qui corripit pctõres: qui nullũ beatũ, nullũ dicit esse fœlicem: nec præuenit sententiam iudicis sui: dicente scriptura sancta: Ne beatũ iudices quemq̃ hominẽ ante mortem. Sed & in alio loco legimus: Qui benedicit amico mane grandi uoce, a maledicente nihil differt. Vñ spernẽtes hominũ iudicia, nec laudib⁹ eorũ extollamur: nec obtrectationibus contristemur: sed ingrediamur rectam uiam: & tritas a sanctis prophetis semitas. Audiam⁹ hunc ꝓphetam alio loco dicentẽ: State in uijs: & uidete, & iterrogate semitas dñi sempiternas: quæ sit uia bona, & ambulate in ea. c ¶Sordes eius in pedibus eius: nec recordata est ꝛc. Sordes gestat in pedib⁹, q̃ gressum cõuersatiõis suæ malis polluit opib⁹: nec recordat finis sui, & tpis iusti iudicij dei. Vñ deposita uehemẽter & hostiũ manibus tradita, nullũ consolatorem habet: quia tempore opportuno, cultu pietatis honorare noluit suum auctorem. Solus in ea dominator inimicus: quoniam deus uerus eam deseruit amicus. Vnde maximo dolore contrita, miserabiliter ad dominũ clamat: Vide domine afflictionẽ meam: quoniam erectus est inimicus. Nullo enim sibi resistente, hostis de uictoria gaudet iniquus: & de potentia sua contra dominum erigitur superbus: propriſs hoc deputans uiribus, non iusto iudicio dei: quoniam iuxta psalmistam: Non est deus in cõspectu eius: polluuntur uiæ eius in omni tempore: auferunt iudicia dei a facie eius. d ¶Manum suam misit hostis ad omnia desyderabilia eius ꝛc. Propter peccata populi, hostilis exercitus deuastat templũ domini: & omnẽ ornatũ eius deiecit: quod nec ingredi, nec in aliquo contingere debuit. Repulit enim dominus tabernaculum suum in quo habitauit inter homines: & tradidit in captiuitatẽ uirtutes eorũ: & pulchritudines spreuit. Sed & nos si non obseruauerimus diligenter clauſtra cordis nostri: & per aliquem sensuum nostrorũ hostis antiquus patentem inuenerit introitum, ingreditur per suggestiones prauas & illicitas concupiscentias in sacrarium animæ nostræ: ubi sancta trinitas p fidem ueram habitare consueuit: & spoliat illud decore sapientiæ, & ornatu uirtutum: erimusq; miserabiles, & omni confusione dignissimi. e ¶Omnis populus eius gemẽs & quærẽs panẽ ꝛc. Quanta mala passa sit gens iudæorũ in fame, pestilentia, & clade: diuini exponunt libri, & Iosephi nõ tacet historia. Spiritualiter ỹo pro pane iocunditas humanæ delectationis recipitur. Vnde & nunc propheta, cum synagogæ perditos mores defleret dixit: Omnis populus eius gemens & quærens panẽ. Praua quippe hominũ multitudo affligit: quia non ad uotum de præsentis uitæ iocunditate satiat. Sed & preciosa quæq; pro cibo dat: quia uirtutes mentis in appetitu transitoriæ delectationis inclinat: & refocillari animam nititur: quia peruersis suis desyderijs satisfacere conat. Vnde bene mox ex uoce illius electæ multitudinis subditur: Vide domine & consydera, quoniam facta sum uilis. Vilis quippe plæbs dei efficitur, quãdo prauorũ numero crescẽto

a ℵ Zain. ¶Recordata est hierusalẽ afflictionis suæ, & præuaricationis oĩm desyderabiliũ suorũ: quæ habuerat a diebus antiquis, cũ caderet pplus eius in manu hostili: & nõ esset auxiliator. Viderũt eam hostes: & deriserũt sabbata eius. b ח Heth. Peccãtũ peccauit hierusalẽ: ꝓpterea instabilis facta est. Omnes qui glorificauerũt eã, spreuerũt illã: quia uiderũt ignominiã eius: ipsa autẽ gemẽs cõuersa est retrorsum. c ט Teth. Sordes eius in pedib⁹ eius: nec recordata est finis sui: depositа est uehemẽter, nõ habẽs cõsolatorẽ. Vide dñe afflictionẽ meã: quoniam eiectus est inimicus. d ¶Manũ suã misit hostis ad oĩa desyderabilia eius: quia uidit gẽtes ingressas sanctuariũ suũ: de quib⁹ præceperas, ne intrarẽt in ecclesiam tuã. e ב Caph. Omnis pplus eius gẽmẽs, & quærẽs panẽ: dederũt preciosa quæq; ꝓ cibo ad refocillandã aiam. Vide dñe & cõsydera: q̃m facta sum uilis.

Sapiẽ. 5. a

Matth. 6. c
2. Timo. 2. a
Esa. 3. b
Deu. 16. d
Psa. 9. e
Infra. 1. c
Prouer. 5. d
Matth. 5. d
1. Co. 15. d

A in eis:non ſumma cœleſtia,ſed abiecta & terrena ſectatur. a ¶ O vos omnes qui tranſitis per viã/attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus &c. Propriũ hoc eſt dolentiũ:ut laborẽ ſuũ eo maiorẽ cæteris æſtimẽt, quo aliorũ paſſionẽ nõ cognoſcũt:quia quãto plus dolorẽ ſuũ ſentiũt,tanto minus aliorũ huic adæquari nõ ſentiũt. Vindemiare in die iræ furoris ſui illos dñm dicit: quia iuſticiæ norma dictante,laboris ſui fructũ iã eos metere decreuit. Sed hoc conſyderãdũ eſt,quarę eos tantũ q tranſeũt uiã ad aſpiciẽ dũ dolorẽ ſuũ inuitet. Qui em̃ præſentẽ uitã nõ quaſi uiã trãſeũt ſed quaſi ad patriã tendunt:luctũ cordis electorum cõſyderare neſciunt. Illos em̃ ut dolorẽ ſuũ conſyderẽt exqrit:quos in hoc mundo cõtingit animã nõ fixiſſe. Hinc per Salomonẽ dicit: Aperi os Prouer.31.d tuum mutò: & cauſis omniũ filiorũ qui pertranſeunt. Muti enim dicuntur, qui prædicatorũ uerbis cõtradicẽdo minime reſiſtunt. Qui etiã pertranſeuntes ſunt: quia intentionem mentis in amore uitæ præſentis dedignantur figere.

a ל Lamed. ¶ O uõs omnes qui tranſitis per uiã,attendite & uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus: qm̃ uindemiauit me,ut locut⁹ eſt dominus in die iræ furo is ſui.
b מ Mem. ¶ De excelſo miſit ignẽ in oſſib⁹ meis,& eruditi me. Expandit rete pedibus meis:conuertit me retrorſum. Poſuit me deſolatã tota die mœrore cõfectã.
c נ Nun. ¶ Vigilauit iugũ iniquitatũ mearũ in manu eius: conuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo. Infirmata eſt uirt⁹ mea: dedit me dñs in manu de qua nõ potero
d ſurgere. ס Samech. Abſtulit oẽs magnificos meos dñs de medio mei:uocauit aduerſũ me tẽpus ut cõtere
e ret electos meos. Torcular calcauit dñs uirgini filiæ iu-
f da. ע Ain. Idcirco ego plorãs,& oculus meus deducens aquã:qa lõge factus eſt a me cõſolator,cõuertẽs animã meã. Facti ſũt filij mei pditi:qm̃ ualuit inimic⁹. פ Phe.
g Expandit ſion manus ſuas:nõ eſt qui conſoletur eam. Mandauit dñs aduerſum iacob:in circuitu eius hoſtes eius. Facta eſt hierl'm quaſi polluta mẽſtruis inter eos.

Zadik. Iuſtus

B b de excelſo miſit ignẽ in oſſibus meis &c. Qd̃ de cœlo miſiſſe ignẽ in oſſibus eius ait:ſupnã uindictã eſſe inſinuat: quæ eos interius cruciãdo caſtigauit, quatenus agnoſcerẽt cui omni modo ſubijci deberẽt. Rete pedibus ſuis expãdit, quia eos uoluptatẽ ſuã uſq; ad finẽ uitæ ſequi nõ permiſit. Conuertit eos retrorſum: ut dolorẽ pro luxuria ſentirent: & deſolati amicorũ ſolatio,malũ qd̃ fecerãt omni tẽpore uitæ inter hoſtes plangerent. Myſtice autẽ anima peccatis obnoxia: dũ pro iniqtatib⁹ ſuis a dño corripit, ſi introrſus rediens ſalubri dolorẽ cõpungit abſtinẽdo ſe a peccatis,oẽm luxũ priſtinũ in lachrymas uertit: & tanto fortius conſtringendo ſemetipſam plangit: quãto laxius p uaria deſyderia ſe diutius erraſſe recolit. c ¶ Vigilauit iugũ iniquitatũ mearũ in manu eius &c. Vigilare iugũ iniquitatũ ſuarũ in manu dñi dicit: quia tẽpus diu dilatæ uindictæ tandẽ in eã aduenit. Quaſi dormire em̃ eſt, in corpore neqtiæ ſecure & impunite quieſcere: & quaſi uigilare eſt, p cõmiſſo piaculo pœnas ultionis ſentiendo ſuſtinere. Vnde cõuolutas & impoſitas collo ſuo iniquitates ſuas aſſerit:pro quo uigor uirtutis eius defecerit:quia cumulũ peccatorũ quẽ diuturno tẽpore
Prouer.5.d uarijs tranſgreſſionibus collegit, opprimere ſe & infirmũ facere ſentit. Vnde ſcriptũ eſt: Funibus peccatorũ ſuorũ unuſquiſq; tenet:quia diſtrictus iudex,facinus qd̃ per pœnitentiã nõ corrigit:inultũ eſſe nequaq; patit. De qdam etiã in Iob legitur: Nullũ peccatũ deus impunitũ dimittit. Qd̃ aũt ſequitur: Dedit me deus in manu de qua nõ potero ſurgere: hoc ſiue ualidã captiuitatẽ chaldæorum, ſiue rhomanorũ nimis iudæos opprimentẽ oſtẽdit. Spũaliter autẽ indicat, qd̃ extrema ultio omnib⁹ impijs & peccatoribus infinitæ calamitatis ſit,nec aliqñ a cruciãdi moleſtia ceſſet: qa in exterioribus
Matth.5.d tenebris uermis impiorũ nõ morit, & ignis non extinguit. Vbi qui ſemel ingredit, ulterius iã egredi nõ pmittit. Qd̃
1.Co.15.d ipſa ueritas in euãgelio oſtẽdit,dicẽs: Eſto cõſentiẽs cũ aduerſario:& reliqua uſq; ad nouiſſimũ quadrantẽ. Quẽadmodũ ibi intelligit, ubi dictũ eſt: Oportet eũ regnare donec ponat oẽs inimicos ſuos ſub pedib⁹ ſuis: ſemp illũ regnaturũ, qm̃ ſemp illi erunt inimici ſub pedibus: ita & hic accipi

C poteſt dictũ: Non exies inde donec ſoluas nouiſſimũ quadrantẽ: ſemp non exiturũ eſſe, quia ſemp ſoluat nouiſſimũ quadrantẽ dũ ſempiternas pœnas terrenorũ peccatorũ luit.
d ¶ Abſtulit oẽs magnificos meos &c. Abſtulit dñs magnificos plæbis iudaicæ in tpe captiuitatis ſuæ: qñ pphetas & ſacerdotes,quorũ ope & doctrina maxie ſuſtẽtati ſunt, ppter malicia eorũ & ſcelerũ multitudinẽ apud illos habitare nõ pmiſit: ſicut ppheta Daniel in oratione ſua teſtat dicẽs: Dñe non eſt in tempo Dañ.3.d re hoc princeps,nec ppheta & dux, neq; holocauſtum, neq; ſacrificium,neq; incenſum neq; locus primitiarum coram te: ut poſſimus inuenire miſericordiã. Sic & ab ania diabolica fraude decepta: poſtq; eã inimic⁹ intus captiuã a ſtatu rectæ fidei & bonæ cõuerſationis in confuſionẽ erroris abduxerit,ſanctor⁹ prædicatorũ doctrinã & exẽpla ab aſpectu cordis eius per obliuionẽ aufert: quaten⁹ eã ſpoliatam uirtutibus, facilius in terra aliena poſſideat: ne per recordationẽ ſani dogmatis & meliorationẽ uitæ ad ſtatũ priſtinũ reuertat. e ¶ Torcular calcauit dñs uirgini filię iuda. Dicendũ eſt itaq; de torculari, qd̃ iuxta ſcripturæ ſanctæ cõſuetudinẽ: interdũ pro ultione atq; ſupplicijs ponitur peccatorũ. Interdũ in congregatione nouorũ fructuũ, pro pœnis ponit atq; tormẽtis:ut Hieremias in præſenti lamẽtatiõe plãgẽs euerſionẽ hieruſalẽ loqt: Torcular calcauit dñs uirgini filiæ iuda:idcirco ego ploro. In bonã ptẽ ſcribũt pſalmi p torcularib⁹, q octauus, octogeſimuſtertius. In q torculari, & malis ſupplicia, & bonis præmia a dño ſaluatore calcant. Solus ipſe calcauit nullũq; habuit adiutorẽ. Neq; em̃ angeli,aut archãgeli,throni, dñationes,aut ulla cœleſtiũ poteſtatũ humanũ corpus aſſumpſit,& pro nobis paſſa eſt, & calcauit aduerſarias poteſtates atq; cõtriuit: ſed ille ſolus q loquitur in pſalmo: Saluũ me fac dñe qm̃ defecit ſanct⁹: Pſ.11.a intantũ qd̃ etiã confidẽtiſſimus & in fide firmiſſimus apls Petrus timore pterritus fugeret imo dñm negaret. Torcular Matth.26.f ergo calcauit dñs uirgini filiæ iuda: qñ uiti infructuoſæ iudæorũ & diu ſterili pmanẽti: cui per Eſaiã dicit: Expectaui Eſa.5.b ut faceret uuas & fecit labruſcas:captiuitatis oppreſſionem præparauit. Myſtice aũt aniæ uirtutib⁹ infœcũdæ,& bonis operibus uacuæ,nec fidei fructũ gignenti,dñs torcular calcat:quãdo eam pro ſterilitate ſua & ocioſitate inimica, pœnas cõdignæ uindictæ luere fecit. Vñ ſequit: f ¶ Idcirco ego ploras &c. Ideo quoq; fletus ingẽs aniæ dolentis deſcribit: quia poſt uanã læticiam huius mũdi, omnis conſolatio præſentis uitæ illi auferẽ: fructus malorũ operũ diſſipat: & ſolus inimicus in tormẽta uaria illius dñat. g ¶ Expãdit ſion manus ſuas/ & nõ eſt qui cõſolet eã &c. Circũdata ſion captiuitate chaldæorũ, quæſiuit ſe cõſolantẽ, & nõ inuenit: eo qd̃ dñm peccatis exigẽtibus uerũ nõ meruit habere conſolatorẽ: qui eã tradidit hoſtibus ſuis ad puniendum. Ita & ania hominis credẽtis quæ quondã erat ſpeculũ dei & ſupplantatrix uitiorũ, cũ pro malis meritis tradit ſpũalibus nequitijs, fruſtra forinſecus quærit cõſolatorẽ: quæ ſpiritalẽ interius pdidit cõſolationẽ. Facta eſt inquit hieruſalẽ quaſi polluta menſtruis inter eos. Polluta hieruſalẽ dicit mẽſtrua fœditate: qa ſanguinolẽta opa & carnalia deſyderia noluit

E uitare in praua cõuersatione. Menstrua em̃ fœditas est: cum per singulos menses grauia atq; torpentia mulierũ corpora imũdi sanguinis effusione releuanť. Quo tpe si uir coierit cũ muliere: dicunť cõcepti fœtus uitiũ seminis trahere: ita ut leprosi, & elephãtiaci ex hac cõceptiõe nascanť: & fœda in utroq; sexu corpora paruitate uel enormitate membrorũ sanies corrupta degeneret.

Leui. 15.c Præcipitť ergo in lege dñs uiris: ut nõ solũ in alienis mulieribus sed in suis quoq; (quibus uidenť legaliter cõiungi, scriptura dicẽtc: Crescite & multiplicamini & replete terram) certa cõcubitꝰ nouerint tpa: qñ coeundũ, qñ ue ab uxoribꝰ abstinẽdũ sit.

1. Cor. 7. e Q d' quidẽ & Apłus & Ecclesiastes sonant:

Eccl. 3.a tẽpus amplexãdi, & tẽpus longe fieri ab amplexibus. Caueat ergo & uxor ne forte uicta desyderio coeũdi, alliciat uirũ: & maritꝰ ne uim faciat uxori, putãs oñi tpe subiectã sibi esse debere cõiugis uoluptatẽ. Vñ & Paulꝰ ait: Vt nouerit unusq;sq; suũ uas possidere.

1. Tes. 4.a a ¶ Justus ẽ dñs: qz os eiꝰ ad iracũdiã ꝓuocaui ẽ. Quærimonia flebilis producitť ad agnitionẽ sẽtẽtiæ iusti iudicis. Postq; em̃ lamẽtatrix calũniã enumerauit, merito se hanc pati cõmemorauit: quia iustus iudex nõ aliã ferre potest quã iustã sentẽtiã. Iustꝰ est, inquit, dñs: quia os eius ad iracundiã ꝓuocaui: hoc est iustũ iudicẽ & natura clæmentẽ, meis prauis meritis cõpuli durã cõtra me ferre sententiã. Mẽbra em̃ hominis sicut & affectꝰ

F humani, tropice deo asscribunť nõ proprie: quia incircũscriptum lumen, & imensa maiestas, liniamẽtis corporis circũscribi nõ nouit. Audite, ait, uniuersi & uidete dolorẽ meũ, qa uirgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatẽ. Plurimos ad uidendũ dolorẽ suũ inuitat: quia calamitatẽ suam ultra modũ grãdẽ esse existimat: ut aliorũ cõpassione, anxietatẽ suã quodãmodo leuiget: dum consolatores & subleuatores angustiæ suæ sibi adhibet. Talis est em̃ humanus affectus, ut doloris sui siue gaudij alios quærat esse participes: ẽtenus eorũ solatio, illatũ onus tristiciæ siue læticiæ facilius

Luc. 15.b portet. Vñ in euãgelio ille q ouẽ perditã reqsiuit: seu mulier quæ drachmã perditã iuenit: cõuocat amicas & uicinas: ut testes assistant & gaudij eorũ participes fiant. Q d' ergo uirgines & iuuenes abire in captiuitatẽ deplorat, ostendit se inde maxime dolere qd' spem status sui uidit subito corruisse Q ñ em̃ sobolem suã subito interire conspexit: spem futuræ generationis amisit. b ¶ Vocaui amicos meos: z ipsi decęperunt me ẽ. Quærẽdũ est quõ amici dici possint qui amatoribus suis decipulam parauerunt. Verus em̃ amicus & fidelis, ut scriptura testatur, protectio est fortis: medicamentũ uitæ & imortalitatis. Vnde patet qd' p antiphrasim iste amicus dicatur qui decœptor esse probať. Sunt em̃ qui dicunť amici: sed magis ostendunť esse inimici: quia egrediuntur ad inimicitiã, odium, & rixam, & cõuitia denudant: cõuiuæ fiunt, & socij mensæ: sed non permanent in die necessitatis. Tales sunt qui hodietenus carnaliter uiuentes, suis executoribus blandiũtur: ut uoluptatũ amatores magis sint q̃ dei. Et dum hoc consentiũt, in peccati uoraginẽ eos secũ trahũt: ita ut sceleris sui consortes, cruciatus æterni faciant illos esse participes. Quãta autẽ uis ueræ amicitiæ sit: ex hoc intelligi maxime potest: qd' ex infinita societate generis humani, quã cõciliauit ipsa natura, ita cõtracta res est & adducta in angustũ: ut omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungereť. Est em̃ amicitia, ut qdã ait: nihil aliud nisi omniũ diuinarũ humanarũq; rerũ cum beneuolentia & charitate consensio. Vnde recte scriptũ est: Amico fideli nulla est com

paratio: & nõ est digna ponderatio auri & argẽti cõtra boni Eccl. 6.b
tatẽ fidei illius. Q d' autẽ dicit: Sacerdotes & senes in urbe G
consumptos: ostendit quia ob tenuitatẽ uictus fame & siti perierũt. Sicut in obsidione hostiũ in hierosolymis (ut historiæ tradũt) sæpiꝰ cõtigit. Mystice aũt ania q̃ uoluptatibꝰ & desyderijs innitiť: sacerdotij dignitatẽ & maturitatẽ cõsilij ꝓpter indigẽtiã sapiẽtiæ & inopiã uirtutũ ꝓdit. Mundus em̃ trãlit & cõcupiscẽtia eius. Egyptus uane auxiliabiť, & baculus arũdineus atq; confractus innitentes lacerat ac manũ eorũ perforat: nec unq; pfectam prosperitatẽ suis amatoribꝰ cõferre põt.

1. Joh. 2.c c ¶ Vide dñe qm̃ tribulor ẽ. Quid est qd' ꝓpheta ex ꝓsona plæbis loquens, ad uidendũ tribulationẽ suam dñm inuitat: nisi qd' anxietatẽ suã nimiã & imẽsam agnoscẽs, ipsiꝰ solũmodo opẽ & misericordiã subuenire exoptat. Sciẽdũ est qd' in sacro eloqo uẽtris uel uteri noie, mens solet intelligi. Hinc est em̃ qd' per Salomonẽ dicitť: Lucerna dñi spiraculũ hominis: quæ inuestigat oñia secreta uẽtris. Lux em̃ gratiæ quæ desup uenit spiraculũ hois prestat ad uitã. Quæ uidelicet lux, omnia secreta uẽtris inuestigare dicitť: quia occulta mentis penetrat: ut ea quæ de ipsa ledebãt animã ante eius flendo oculos reducat. Hinc ipse Hieremias in anterioribus H
ait: Ventrẽ meũ doleo: qui ut uentrẽ suũ quid dixisset ostenderet, adiũxit: Sẽsus cordis mei turbati sunt. Vteri utiq; nomine, mẽs recte accipitť: quia sicut proles in utero concipitť, sic cogitatio in mente generatť. Et sicut in uẽtre cibi, ita continentť in mente cogitatiões. Fidelis em̃ ania tẽptatiõibus uarijs fatigata, merito se intꝰ foris q; morte simili attritã deplorat. Quia foris ꝓsecutionibus, & intus angustijs lacerari se nõ ignorat. Sæpe em̃ foris flagellis atterimur: & intus carnali suggestione fatigamur. Vnde nũc hieremias in præsenti lamẽtatione deplorat dicens: Foris interficit gladius: & domi mors similis est. Foris em̃ gladius interficit: cũ nos exterius feriẽs uindicta conficit. Sed domi mors similis est: quia & flagella quidẽ sustinet: & tm̃ intus cõsciẽtia a tẽptationis sordibus consentiẽdo mũda nõ est. b ¶ Audierũt qz ingemisco ego: z nõ est q̃ consoleť me ẽ. Anxiãti animæ & laboribꝰ afflictæ, hoc uideť esse augmẽtũ doloris, qd' ille in quo spem habuit consolatiõis, differt opẽ afferre solatij. Necnõ & hoc maxie illi dolorẽ ingerit: qd' eã inimici deridẽt: quasi spe frustrata, a dño suo hanc haberet calũniã. Tale est illud psalmistæ: Qui custodiebãt animã meã, consiliũ fecerũt in unum. Pã. 70.b
Et in euãgelio iudæi dñm in cruce suspensum irridebant dicẽtes: Alios saluos fecit. Sed talis loquela, manifesta est blas- Matth. 27.
phemia: quæ nõ ledit periclitantẽ, sed interficit blaspheman tẽ. Nõ em̃ est in ullo reprehẽdendũ iudiciũ dei: qd' semp iustum est, & iuste disponit oñia: sed uenerandũ atq; timendũ, quia oñia quæcũq; uult facit in cœlo: cũ sit iustus in omnibus uijs ipsius: nec derelinquat oẽs sperãtes in se, imo orationes eoꝝ exaudiat, & saluos faciat eos. Sed cũ iuste dñs unicuiq; scd'm opa sua retribuit, uidendũ est qd sequať: Adduxisti inquit diẽ cõsolatiõis & fient similes mei. Consolatio ergo quæ iniuste oppressis a domino confertur: & pœna quæ oppressoribus eorũ merito infligiť, ex iusto iudicio dei procedunt: ut recipiat unusquisq; propria corporis prout gessit, siue malũ siue bonũ: pœna est reproborum qui aliena fœlicitate cruciantť. Adducit ergo diuina clæmẽtia postilatã seruis suis flagelli correptionẽ piæ cõuersationis paternam consolationẽ: ut post diuturnũ laborẽ, habeant respirãdi potestatẽ: & ecõtrario tortoribus eorũ post uanam mũdi

læticiam

A

læticiã,iustæ damnatiõis reddet diuturnæ calamitatis mœ/
sticiã,ut recipiant in semetipsis qđ inique gesserant in pro/
ximis. Sicq; fit ut patiẽtia sc̃tõr coronet̃ : & iniusticia inim̃/
rũ puniatur. a ℂ Ingrediatur omne malũ coꝝ te: & vinde/
mia eos sicut vindemiasti me ꝛc̃. Hoc quippe orat fidelium
turba, ut rememoret̃ in cõspectu dei pſecu/
torũ suorũ plaga:qua/
tenus eos p condignã
uindictã iustũ iudiciũ
dei corripiẽdo humi/
liet:qui supbiẽdo mul
tiplici pſecutione non
timuerunt confessores
dei fatigare. Vindemia
re enim est unũquẽq;
operũ suorũ fructum
metere. Vindemiat em̃
dñs hostes suos q sanc
tos eius uindemiaue
rũt,qñ pro cõtritione
tẽporali qua illos ap/
probatiõe opprimere
pmissi sunt, in futuro
iudicio ppetuã faciet
recipere ultionẽ. Sed
hoc intimãdũ est, qđ
quando sancti uiri de
precatorio more cõtra
hostes suos rogãt: nõ
uoto maliciæ, sed spiri
tu prophetiæ, hoc qđ
eis præsciũt futurum
prædicũt: uel etiã con/
tra spiritales nequitias orant: quas incorrigibiles esse sciũt,
ut iustam a dño recipiãt sententiã. Hinc est illud qđ in psal/
Ps.34.a mo ,ppheta dñm contra nocentes se præcat̃ dicens: Iudica
dñe nocẽtes me. Assumpta pro nobis clamat infirmitas: ut
damnẽt̃ nocẽtes:id est diabolus cũ ministris suis, qđ noue
rat esse uẽturũ. Malos em̃ iudicari dãnari est:quia nequeũt
in disceptatione liberari,qui semp prauis actionibus ,pban
tur impliciti. Sed hoc,ut dictũ est,ad diabolũ ptinet cũ se/
quacib9 suis:per quos ,puenit iudaicæ uolũtatis iniquitas.
Nã cũ ipse præcipiat, ,p inimicis uestris orate : hominibus
hæc nõ põt cõuenire sentẽtia. Ipsos ergo debere petit dam/
nari,quos uirtute præsciẽtiæ suæ nouit ad pœnitudinis re/
media nõ uenire. Nam & in subsequẽtibus ubi uenit ad ho
Pã.39.d mines,cõuerti eos desyderat,nõ perire:ut est illud: Confun/
dant̃ & reuereant̃ qui quærũt mihi mala. Hic iam ubi uenit
ad homines corrigibiles, non maledictio fundit̃,sed correc/
tio postulat̃. Confundi,est facta sua erubescere,& in melio
rem sententiã cõmutari. Nam & illi confusi dicunt̃,q cõuin
cunt̃ ad pœnã. Sed ut hoc magis ad conuersionẽ intelligere
debuisses, addidit:reuereant̃:id est emẽdati colãt quẽ perse
quendũ esse putauerant. ℂ Ca. II

Quomodo obtexit caligine in furore suo dñs filiã
sion: ,piecit de cœlo in terrã inclytã israel ꝛc̃. Ven
tũ est ad secundũ alphabetũ, ubi sub primo ob/
stupescendo hierosolymitanæ urbis iprouisam
ruinã & plæbis iudaicæ insperatũ casum ,p
pheta deplorabat: sicut etiã nũc admirãdo
quæritat,quõ pulcherrima habitatio sion & inclyta israelita
rũ gens:quæ angelico ministerio suffulta,per ipsius dñi du/
catũ,de terra ægypti p mare rubrũ translata est:& in deserto
multis miraculis ac diuinis solatijs diutissime per moysen
& Aaron educata: ita ut uocabulo scabelli pedũ dñi, ,pter
statũ diuini cultus q in ipsa plæbe tũc præcipu9 erat, merito
nuncupare̊t: nunc de summa fœlicitate in maximã miseriã
in die furoris dñi & uindictæ in eam prolatæ quasi de cœlo
in terrã proiecta & conculcata sit. Mystice autẽ anima pecca
trix quæ quondã habuit lumen scientiæ : & speculũ diuinæ
contẽplatiõis,qñ pedes dñi,hoc est uestigia præceptoꝝ eius
in cordis illius secreta consistebant:nunc propter cæcitatem
cordis & nequitiã prauæ actionis de culmine uirtutũ in fœ/
ditatẽ terrenorũ desyderiorũ prolapsa:iusto iudicio dei spre
ta atq; derelicta ab hostib9 conculcat̃. Vnde ,ppheta merito
eius deflet ruinã:quia a summo honore ad maximã deuo/
luta est miseriã,per quã omniũ iam despectui patet & irrisio
ni. c ℂ Præcipitauit
dñs nec pepcit/omnia
speciosa iacob ꝛc̃. Pro/
pter peccata em̃ iudæo
rũ & trãsgressiones q/
bus transgrediẽtes le/
gẽ dei testimonia eius
nõ custodierũt seruiẽ/
do dijs alienis: & ado
rãtes idola & simula/
cra eorũ uenerãtes, ad
similitudinẽ gentium
quæ circa eos erãt: irri
tat9 dñs tradidit ipsũ
populũ suũ in manus
gentium,& dñati sunt
eorũ qui oderunt eos:
omniaq; speciosa iacob
quæ habebat in orna/
tu famosissimi templi,
& cultu celeberrimo:
quo se nobiliores cæte
ris gentibus esse crede
bant:dñs præcipitauit
& destruxit in furore
suo, munitiões urbiũ
iuda, statũ murorũ ac
turriũ in terrã deijciẽs:
polluitq; honorem re/
gni & principatũ eius:ita ut nobiliores eorum,hostes capti/
uos ducentes in seruitutẽ sui redigerent:& eunuchos facerẽt
atq; deformes: Sicut liber Esaiæ testatur, ubi ipse ,ppheta ad
regem Ezechiã locutus est dicẽs: Ecce dies uenĩt & auferen
tur omnia quæ in domo tua sunt: & quæ thesauriçauerunt
patres tui usq; ad diem hanc in babylonẽ:non derelinquet̃
quicq; dicit dñs:& de filijs tuis qui exibunt de te quos ge/
nueris,tollent & erunt eunuchi in pallatio regis babylonis.
Mystice autẽ destruit dñs speciosa iacob:cum decorẽ aniæ
diabolica arte decœpt̃ aspernit:& munitionẽ doctrinæ,sæcu
lari sapiẽtia cõditæ,in qua maxiẽ cõfidebat diruit: & polluit
honorẽ regni & principatũ eius quẽ habuit in pceptione ba
ptismatis & sacri unctione chrismatis:ita ut iã nõ mereat̃ cũ
cæteris fidelib9 ab apõ Petro audire: Vos estis gen9 electũ: 1.Pe.2.b
qñ diuersis seruit uitijs:& obtẽperat hostis antiq suasionib9
malignis:de q̃ & subdit̃: d ℂ Confregit in ira furoris omne
cornu israel ꝛc̃. Non solũ em̃ uniuersum regnũ iudæoꝝ dñs
destruxit,& defensionẽ dexteræ suæ ab eis auferẽs,terrã eoꝝ
in manus hostiũ ad deuastãdũ tradidit: sed & hierusalẽ my
sticã: qñ a dño recesserit & dijs alienis in diuersis sceleribus
seruierit, defensiõe cœlestis auxilij priuatã, flãmæ libidinis,
& furori hostiũ ad succẽdendũ tradidit. Dextera em̃ dei pa/
tris unigenitus filius est:p quẽ & solatiũ & defensionẽ fideli
bus suis prestat. Sed qñ offenso illo nõ meremur ab inimi/
cis liberari, q̃si traditi uidemur, cũ defensorẽ nullũ habem9
Vñ & ,ppheta q̃si desertũ a dño populũ iudæoꝝ cõquestus,
in psalmis ait: Vt qđ auertis faciẽ tuam de medio sinu tuo? Pã.73.c
Quasi offenso, q̃si irato dño dicit,q nolit pctõres pplos in/
tueri:ut adhuc in sua uideantur permanere nequitia. Ille em̃
q̃s dispẽsatiõe mirabili placat9 attẽderit,corrigit: q̃s ,ppicius
intuet̃ emẽdat. Q đ aũt dicit,dexterã tuã de medio sinu tuo
in finẽ: significat qđ sicut moysi manus dextra dñi iussu de
sinu ,plata leprosa cõspecta ẽ,iterũq; in sinũ retracta curata:
ita ppls iudæoꝝ exiẽs a dño christo ĩmũdus fiat:ad eũ uero
cõuersus,ad pristinã redeat sanitatẽ. e ℂ Tetẽdit dñs arcũ
suũ quasi inimicus ꝛc̃. Tetendit dñs arcum suũ quasi inimi/
cus,& dexteram suam quasi hostis firmauit:cum dimican/
tes contra hierusalem chaldæos siue rhomanos superiores
fecit: data illis potestate ut incenderẽt tẽplum:& destruerent

E muros ciuitatis, eo qđ ipse irat⁹ nō parceret illis: q̄ aliq̄n pa tribus eorū placatus, terrā diuersarū gentiū ad possidendū distribuit: sicut psalmista testat̄ ad dn̄m dicēs: Manus tua gētes dispdidit. Ne em̄ putarēt hebræi se triūphatores suis urbib⁹ extitisse: ꝓfitet̄ illos nō in suo gladio fuisse uictores: nec terrā gentium sibi propria fortitudine uē dicasse. Brachium pro robore dicimus: qm̄ ipso dimicāte pugnat̄ Sed illud brachiū non eos ab inimicis suis li/berare prævaluit, q̄s spūaliter uirt⁹ diuina saluauit: sic dū hebræo rū actus exponit̄: hu/mano generi proficua doctrina prestat̄. De/xtera em̄ significat pro sperā partem: brachiū fortitudinē: illumina/tio consiliū: quæ dn̄s præliātib⁹ confert, q̄n uictoriā donare digna tur. Sed ne dicerēt, pa/tres nostri suo merito placuerūt, ideo tāta sūt a dño cōsecuti, intulit, nō meritis da tū, sed qa ita sit deo placitū: cui⁹ est gratuitū oīne qđ prestat. Cōplaceat etiā in illis q̄n de toto mūdo sola gēs electa ē: de q̄ saluator dn̄s aduenire t q brachiū uictoria & fortitudo est nr̄a. Cui si peccauerim⁹ & diuti⁹ p patiētiā ei⁹ expectati, ad eū p pœnitētiā reuerti noluerim⁹: tēdit arcū iudicij sui cōtra nos, & dextera potētiæ suæ qcqd ornat⁹ sciētiæ uel uir: utū uisi sum⁹ habere, totū dissipat: & exercet in nobis uindictā indignatiōis suæ: eo qđ noluerim⁹ intelligere misericordiā & bn̄ficentiā immēsæ clæmētiæ suæ. a ¶ Fact⁹ est dn̄s ve/lut inimic⁹ ꝛc̄. Fact⁹ est dn̄s uelut inimic⁹ synagogæ iudæoꝝ q̄n cā hostili gladio deuastari fecit. Deiecit mœnia & destru xit munitiōes ei⁹: & repleuit in ipso ppło humiliatū & hu/miliatā: hoc est, utrūq̄ sexū multiplici cōfusione despicabilē reddidit. Iuxta allegoriā ꝟo, sicut mœnia in urbib⁹, p orna/mēto sūt, munitiōes ꝟo in defensionē: ita alia sūt dona quæ nos muniūt, alia quæ ornāt. Prophetiæ qppe doctrina, gene ra linguarū, curationū uirtus, q̄si q̄dā mœnia mētis sūt: quæ etsi q̄sq̄ nō habeat, stare munit⁹ p fidē & iusticiā pōt: q̄uis ornatus uirtutū altitudine minime esse uideat̄: fides uero spes & charitas, nō nostra mœnia, sed munitiōes sunt: quæ si habere negligim⁹, hostiū insidijs patem⁹. De iudæa ergo quia ꝓphetiā atq̄ doctrinā uel miraculoꝝ signa abstu lit, mœnia præcipitauit. Quia uero fidē, spem atq̄ charita/tē, ꝓpter ei⁹ duritiā auferre pmisit: munitiōes ei⁹ dissipare studuit. Rect⁹ ꝟo ordo seruat⁹ est, ut pri⁹ mœnia & post mu nitiōes dissipare dicerēt̄: qa cū peccatrix anīa relinq̄t̄: pri⁹ ab ea uirtutū dona (quæ ad manifestationē spūs data fuerūt) & post fidei, spei atq̄ charitatis fundamēta destruūt̄. Quæ cūcta dn̄s a pfidis ablata, gentilitati tribuit: atq̄ ex his quæ infidelibus abstulit, mentes fideliū ornauit. Vnde & scriptū est: Speciei domus diuidere spolia. Cum em̄ uirtutū spolia a iudæis abstulit: domui cordis gētiliū: quā p fidē inhabitare dignatus est, specie donorū dedit. Q. d̄ uidelicet gestum est, cū uerba dei & iudæorū populus ad solā litterā quæ occidit accipet: & cōuersa gētilitas per spiritū qui uiuificat penetra/ret. b ¶ Et dissipauit quasi hortū tentorij suū ꝛc̄. Propter peccata em̄ israelitarū dissipauit tentoriū suū quasi hortum: demolitus est tabernaculū, in obliuionē tradidit festiuitates & sabbata: & totā gentē spernēs simul cū regib⁹ & sacerdoti bus in opprobriū captiuitatis dedit: In tentorij em̄ nomine & tabernaculi, q̄uis unū uideat̄ sonare, eo qđ tabernacula iudæ sint dicta: qđ cortinæ distentæ funibus tabernaculis intra stantibus appenderent̄, quæ tentoria sustinerēt: tn̄ in tentorio illud tabernaculū qđ moyses in deserto fabricauit, & in tabernaculo hoc templū qđ Salomon in terra repro/missionis ædificauit, possumus accipere: quæ utraq̄ ꝓpter

F

ה He. Factus ē dn̄s uelut inimic⁹: p̄cipitauit isrl̄: p̄cipi
a tauit oīa mœnia ei⁹: dissipauit munitiōes ei⁹: & repleuit
ו in filia iuda humiliatū & humiliatā. ו Vau. Et dissipā
b uit q̄si hortū tētoriū suū: demolit⁹ est tabernaculū suū
Obliuioni tradidit dn̄s in sion festiuitatē & sabbatū:
& in opprobriū & indignationē furoris sui regē & sacer
c dotē. ז Zain. Repulit dn̄s altare suū: maledixit san
ctificationi: tradidit in manus inimici muros turriū ei⁹
Vocē dederūt in domo dn̄i sicut in die solēni. ח Heth.
ט Cogitauit dn̄s dissipare murū filiæ sion: tetēdit funicu/
lū suū: & nō auertit manū suā a perditione: luxitq̄ ante
murale, & murus pariter dissipatus est.

Thet. Defixæ sunt

ne tanta suauitate & iocūditate priuati, in amaritudinē & fœ ditatē pueniamus sempiternā. Dicit em̄ Corinthijs manife ste Paulus ap̄lus: Nescitis quia templū dei estis. Si q̄s autē templū dei uiolauerit, disperdet illum deus. Templū enim dei sanctū est qđ estis uos. Et idē: An nescitis qa mēbra ue/stra templū sunt spūssancti quē habetis, & non estis uestri? Empti enim estis præcio magno: glorificate ergo & portate deū in corpore uestro. c ¶ Repulit dn̄s altare suū ꝛc̄. Alta/re suū repulisse & sanctificationi suæ maledixisse dn̄s dicit: qa hostias scđm legē oblatas quas salutares ibidē appellat: & altare in quo eedē hostiæ offerebant̄, spreuit: diripiēdaq̄ hostiū manibus tradidit, simul cū urbe atq̄ propugnaculis eius: clamorēq̄ blasphemiæ. i. hostes in domo dn̄i dederūt, ubi quondā laudes in solēnitatib⁹ uarijs p diuersa organa, sacerdotes & leuitæ templo & ritu inuiolato canebāt. Q. đ olim Esaias ꝓpheta deplorat, dicens: Ecce respice, populus tuus oīes nos, & ciuitas sancti tui facta est deserta sion. De serta facta est hierl̄m: dissoluta est dom⁹ sanctificatiōis nr̄æ & gloriæ nostræ, ubi laudauerūt te patres nostri: facta est in exustionē ignis, & omnia desyderabilia nostra uersa sunt in ruinas. Mystice aūt repulit dn̄s altare suum: qn̄ peccatis no/stris exigētibus, quasi ingratā despicit arā cordis nostri: & auertit faciē suā a nobis unde salui fieri debueramus: sicut scriptū est: Ostēde nobis faciē tuā & salui erim⁹: nec præces nostras attēdit, necq̄ oblatiōes recipit. Maledicit sanctifica/tioni suæ: qn̄ christianū nomen in quo gloriabamur & qđ in sacro baptismate p sancti chrismatis unctionē suscepim⁹ pollutū duxerit: qa facinora nostra & praui actus nostri hoc ꝓmeruerūt. Tradidit in manus inimicorū nostrorū omnia arma nostra & munitiōes in qbus cōfidebam⁹: qm̄ in oīm conuersatione nr̄a ad nihilū redacti sumus: nec præpositos necq̄ defensores iā utiles habere meremur: qa in domo dn̄i ubi laus, honor & gloria cōfessionis sonare debuit: ibi cla/mor & blasphemiæ resultant, & negociatio terrena exercet̄: pro q̄ irritat⁹ dn̄s flagellū de funiculis faciēs, oēs eiecit de tē/plo, & nūmulariorū effudit æs. d ¶ Cogitauit dn̄s dissipa re murū filię sion. Vrbs ista cui⁹ dn̄s cogitauit dissipare mu/rū, tetēditq̄ funiculū, hoc est rectā & cōdignā mercedē neq/tiæ suæ reddere ei disposuit, synagoga est iudæorū: quæ sem/per supbe & cōtentiose agebat cōtra dn̄m: ꝓphetas eius & nūcios ad se missos p̄sequēs: nouissime uero ipsum hæredē hoc est, unicū filiū eius interfecit. Vnde & ipse dn̄s iustus iu dex & iusticiā diligēs: nō auertit manū suā a pditione eius: sed terrā illius funiculo metiens, hostibus partiendam di/uidit. Murū & antemurale dissipauit, cū angelorū custodiā & defensionē quā dn̄i pietate & patrum suorū merito olim habuerāt ab ipsa secedere fecit. Ecōtrario uero alibi est urbs illa: de qua

G H

Ps. 77.8
Hiere. 14.b
Deu. 18.d
Esa. 64.
Ps. 79.b
Iohan. 2

A illa: de qua in Esaia scriptū est: post cōtritionē moab canticū
Esa.26.a celebre cōpositū esse, ubi ita legitur: In illa die cantabit canti
cū istud in terra iuda: Vrbs fortitudinis nostræ saluator po/
Ibidem net in ea: bonorū operū murus & antemurale. Aperite por/
tas & ingrediat̄ gens iusta custodiēs ueritatē. a Defixę sūt
in terra portę eius ꝛc̄.
Hoc describit sermo ꝓpheticus qđ̄ destructa
hierusalē terrena imo synagoga iudæorū: do
ctores eius & defenso/
res, quos portarum & ue
ctiū noīa denotāt, con
triti sunt atq; dissipati:
reges ei⁹, & principes,
atq; ꝓphetæ iā nō sint
in illa: sed nec legē in/
uiolatā habeant: neq;
uisionem & ꝓphetiā a
dño mereant̄ habere:
qa ipsum uerū legisla/
torē: & dñm propheta
rū præsentialiter ad se
uenientē recipe dedi/
gnabant̄. Ipse em̄ finis
est legis ad iusticiā om
ni credenti, ueruscq; ꝓ/
pheta paternā & suam
credētibus annūcians
uoluntatē. De q̄ moy/
ses olim israelitis ait:
Deu.18.d Prophetā uobis susci/
tabit dñs de fratribus
uestris, tāq; meipsum
audietis. Et erit oīs

a ט Thet. Defixæ sunt in terra portæ ei⁹: ꝓdidit & cōtri
uit uectes ei⁹: regē ei⁹, & principes ei⁹ in gētib⁹. Nō est
lex, & ꝓphetæ ei⁹ nō inuenerūt uisionē a dño. י Iod.
b Sederūt in terra: cōticuerūt senes filiæ sion: cōsperserūt
cinere capita sua: accinctæ sunt cilicijs: abiecerūt in terra
c capita sua uirgines hierusalē. כ Caph. Defecerunt
præ lachrymis oculi mei: cōturbata sunt uiscera mea:
effusum est in terra iecur meū sup cōtritione filiæ po/
puli mei: cū deficeret paruulus & lactēs in plateis op/
d pidi. ל Lamed. Matribus suis dixerūt, ubi est triti
cū & uinū: cū deficerēt q̄si uulnerati in plateis ciuitatis:
cū exhalarēt anias suas in sinu matrū suarū. מ Mem.
e Cui cōparabo te: uel cui assimilabo te filia hierl'm: cui ex/
æquabo te: & cōsolabor te uirgo filia sion. Magna em̄
uelut mare cōtritio tua: quis medebit tui? נ Nun.
f Prophetæ tui uiderūt tibi falsa & stulta: nec apiebant
iniquitatem ut te ad pœnitentiam prouocarent. Vide/
runt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones.
Samech. Plauserūt

B quicūq; nō audierit ꝓphetā illū, exterminabit̄ ania eius de
populo suo. b Sederūt in terra: conticuerunt senes filię
sion ꝛc̄. Sederūt in terra qui terrena non cœlestia secuti sunt
desyderia. Conticuerūt senes etiā, quia nō habuerunt spiri/
tualem scientiā legis dei: unde nec iam deserta ueritate con/
silium utile auditoribus suis præbere ualebāt. Filiæ sion cō/
sperserunt cinere capita sua: accinctæq; cilicijs, lugubri in/
dutæ sunt tegumento: quoniā ornatū uirtutum & sapiētiæ
spūalis quo ad cœlestis regni thalamū se percingere debue/
rant, non seruauerunt: idcirco abiecerunt in terra capita sua
uirgines hierusalē: cum mētes tristicia terrena grauatas in
ima depresserunt: nec iam ad cœleste gaudium ullo modo
aspirare præsumpserunt. Hæc ergo omnia admonēt nos ne
simus segnes & tepidi ad discendā diuinam sapientiā, & uir
tutum opera exercēda: ne forte ꝓpter inertiam nostrā sper/
nendo deserat nos auctor noster: destituamurq; omni sola/
tio: nec habeamus iam portis & uectib⁹ destructis reges &
principes q nos ducāt in uiā iusticiæ: nec iā lex dei, & ꝓphe
tarū oracula illuminēt corda nostra: sedeamusq; in terra car
nis nostræ desyderijs quasi cinere polluti: & uitiorum setis
amicti, totā gloriā quā in cœlesti regno habere potueramus
perdamus: iaceamusq; in terra donec caro nostra in pulue/
rem unde sumpta est reuertat̄: & finis fiat interitus sempiter
nus. c Defecerunt prę lachrymis oculi mei ꝛc̄. Videns
propheta nimiā contritionē gentis suæ, tēplūq; incensum,
& ciuitatē deuastatam, nulliq; sexui uel ætati hostes in nece
parcere: ingenti dolore turbatus, fletu maximo deplorat: ita
ut oculi præ lachrymis deficiāt: & oīs iocūditas desyderij
uertat̄ in anxietatē cordis. Quid em̄ magis dolendū fuit:
q̄q; qđ̄ natio antiqua & semen patriarcharū atq; amicorū dei
diuinis legibus erudita: & prophetarū oraculis sæpius con/
fortata: in tantam apostasiam uenerit, ut dei sui oblita, pro/
pter immanitatem scelerum traderetur in manus hostium,
dei nomen blasphemantiū? Sed & nūc pari modo deflenda
est ruina animarū quondā fideliū, quæ præcioso sanguine
christi redēptæ, & unda baptismatis a sorde peccatorū ablu
tæ: mystricaq; unctione consecratæ: iterū nunc in cœnum &
sordes uitiorum deuolutæ sunt; ita ut hi qui innocentiam
& simplicitatem paruulorū uidebant̄ imitari: in plateis mū
di & sæculi desyderijs ab hostibus spiritualibus enecentur.
d Matribus suis dixerunt ubi est triticum & uinum ꝛc̄.
Frustra tunc auditores negligentes quærunt a doctoribus
suis triticum & uinum uerbi gratiæ spiritalis: cum in terre/
nis negocijs & uolu/
ptatibus sæculi ad effe
ctum uenerint præ/
sentis uitæ: & sub ipso
magistroꝝ nutrimine,
tēpus indultū perdide
runt in praua cōuersa
tione. Non em̄ tunc tē
pus est remedij sed ul/
tionis: quando distri/
ctus iudex ueniet sin/
gulorū actus & uitam
discutere, per discretio
nem iusti examinis.
e Cui cōparabo te: vel cui assimilabo te filia hierl'm ꝛc̄. Magna
em̄ dignitate synago/
ga iudæorū, tēporib⁹
legis & ꝓphetarū sub
regibus & sacerdotib⁹
multis gētibus & na/
tionib⁹ excellebat: cui
lex diuina, regni duca
tus, & cultus pietatis
erat: cuiq; ꝑ angelicā
ostensionē & ꝓpheticā
uisionē secreta sua ipse
dñs reuelauit: & q̄ ui/
tāda q̄ ue agēda erant
suo oraculo demonstrauit. At postq; deseruit deū, & uano
errore delusa ad idololatriā declinauit: ualida collisione cō/
trita est, & fluctibus ꝓsecutionū quasi maris tēpestatib⁹ con
quassata atq; submersa est. Similiter & aniæ christianæ, cui⁹
a statu rectæ fidei & celsitudine uirtutū immēsa ruina fuit:
nullius est miseriæ coæquāda: quæ ex cōsortio diutno & so/
cietate sanctorū angelorū in malignorū spirituū decidit do/
miniū: qui eā uarijs uicijs atq; scelerib⁹ captiuatā, huc illuc/
q; per sæculi undātes luxus ac casus uertēdo, in foueā ꝓdi/
tionis propellūt, in baratrūq; gehēnæ perpetualiter punien/
dā præcipitare cōtendunt. Hinc ergo unde tanta mala sup/
uenerint, ꝓpheta subiūgendo ostendit dicēs: f Prophe
tę tui viderūt tibi falsa & stulta ꝛc̄. Sicut em̄ quondā pseudo
prophetæ falsis uaticinijs & mēdacibus ꝓmissis gentem iu/
dæorū seducebāt: ita & nunc hæretici atq; schismatici fictis
opinionib⁹ & dolosis argumētatiōib⁹ corda simpliciū a ue
ritate rectæ fidei & statu bonorū operū subuertere certant.
Hoc attestante Petro apostolo, qui in epistola sua ita ait: Fue 2.Pet.2.a
runt uero pseudoprophetæ in populo, sicut & in uobis erūt
magistri mendaces, qui inducent sectas perditionis: & eum
qui emit eos dñm negant, superducentes sibi celerē perdi/
tionē: & multi sequent̄ eorū luxurias ꝑ quos uia ueritatis
blasphemabit̄: & in auaricia fictis uerbis de uobis negocia/
bunt̄, qbus iudiciū iā olim nō cessat & ꝓditio nō dormitat.
Hinc & ꝑ Esaiā dicit̄: Væ q̄ dicitis malū bonū & bonū malū Esa.5.e
ponētes tenebras lucē, & lucē tenebras: ponentes amarū in
dulce, & dulce in amarū. Qui em̄ peccāti & iniqs opib⁹ at/
tendēti ꝓmittit īpunitatis securitatē: ꝓpheticæ maledictioni
subiacebit. Similiter & ille q bonū actū ꝑ inuidiā detrahit,
& bñfacienti cōtradicēdo aduersat̄: uæ sempiternū si nō se
correxerit habebit. Vñ cauēdū est ne ꝑ ỳitate seq̄mur mēda
ciū: ne ꝑ lumine tenebras. Multæ em̄ sunt uiæ q̄ uidenť ho/ Pro.14.b
minib⁹ rectæ, & nouissima eorū pueniūt in ꝓfundū inferni.
Est quoq; periēs in iusticia sua: cui dicit̄: Ne sis iust⁹ multū. Eccl.7.c
Quas ob causas israel ꝓmittit se uia ambulaturū regia: nec
ad dexterā nec ad sinistrā declinaturū. Et ut loquar qđ̄ sen/
tio, difficile hoc maledicto qs carere pōt: cū & malis frequē
ter adulemur ꝓpt̄ potētiā: & bonos despiciam⁹ ꝓpt̄ inopiā.

E a Plauserũt sup te manibus omnes transeũtes p viã ꝛc. Gaudiũ exprimit inimicorũ quo lætati sunt de casu israelitarũ: qui plaudẽtes manibus, ore sibilãtes, caputq; mouẽtes, in manus inimicorũ de summa fœlicitate eos decidisse cũ irrisione insultabãt. Motus autẽ capitis ad consuetudinem pertinet nimis irascentiũ, & inuidia æstuantiũ. Nam quotiẽs furore succendimur, turbulẽta cõmotione capitis cõminamur. Vñ est illud qd' iudæi dominũ christũ in cruce pendentẽ prætereũtes blasphemabãt. Ad eũdẽ sensum respicit hoc quod subiungitur.

Matth. 27. e

b Aperuerũt sup te os suũ omnes inimici tui ꝛc. En ista est dies quã expectabam⁹: inuenimus / vidimus. Illã em̃ diẽ hostes semp de syderabant inuenire q̃ liceret eis totam simul gentẽ iudæorũ gladio occisionis & uastationis deuorare. Sed qa hoc minĩe euenire ita potuisset, nisi pro multitudine impietatũ suarum dñs hoc iusto iudicio fieri pmisisset: cõtinuo ꝓpheta subiungit: c Fecit dñs q̃ cogitauit: cõpleuit sermonẽ suũ quẽ p̃cepat a diebus antiquis ꝛc. Sæpius ergo synagoga iudæorũ dñm irritans iamdudũ iustam pœnã ꝓmeruisset, nisi eam conditoris sui bonitas diu tollerasset, ac pie & patiẽter sufferret. Sed qm̃ conuerti noluit, & cessare a cœpta nequitia renuit: tandẽ scd̃m merita sua, condignã ultionẽ recepit: sicut olim ad moysen famulũ suũ qñ populo ad idolatriã cõuerso orabat: dñs rñdit dicẽs: Dimittã iuxta uerbum tuũ: uerũtamẽ in die ultionis uisitabo & hoc peccatũ eorũ. Vnde nũc dicit: Fecit dñs quæ cogitauit: cõpleuit sermonẽ suũ quẽ precepat a dieb⁹ antiqs: destruxit & nõ pepcit. Q̃m plagas quas in ꝓphetis & lege frequẽter cõminando prædixerat, tandẽ ad iracundiã ꝓuocatus sup eos indubebat. Igit̃ si hæc corpales inimici cõtra hierusalẽ terrenam tunc fecerũt: quid spũales nequitiæ & ministri antiq hostis facturi sunt erga spũalẽ hierusalẽ: hoc est, animã christianã: qñ eam pro suis iniqtatibus sibi à dño traditã undiq; pœnis, undiq; doloribus circũdant: nec eam quicq; tunc iuuat qd' in præterita ætate aliqd de terrena fœlicitate habuerat?

Exo. 32. g

Vñ eã dñs sub typo pituræ ciuitatis defleuit dicẽs: Si cognouisses & tu.

Luc. 19. g

d Clamauit cor eorũ ad dñm sup muros filię sion. Clamor hic intẽtionẽ mẽtis nõ exaltationẽ uocis significat. Clamãt em̃ puersi homines siue neqtiæ spiritales corã dño sup muros filiæ sion: cũ potestatẽ q̃n minanẽ plæbi uel aniæ peccatrici suæ ascribũt potẽtiæ nõ iudicio pmissionis diuinæ: quorũ blasphemia qua contra dñm clamãt, cõdigna nõ euadet tormẽta. Cũ em̃ expleuerint supni arbitri in aduersarijs suis secreta iudicia: tunc & ipsi reatus sui iusta recipiẽt præmia. Nulli em̃ psonæ parcũt: qa omnibus qbus possunt & quantũ pmittunt̃ nocere cupiũt, eosq; pditionis suæ cõsortes habere quærũt.

e Deduc quasi torrentẽ lachrymas p diẽ ꝛ p noctẽ ꝛc. Omni tpe lachrymas p cõpunctionẽ cordis effundere debem⁹: qui auctorẽ nostrũ nostris offensum iniqtatibus nõ ignoramus. Nõ dissoluamur pigra inertia, nec p desidiã & uanã securitatẽ cessẽt a lachrymis oculi nostri pupilla: præoccupemus faciẽ ei⁹: laudemus p singulas noctes lectũ nostrũ, lachrymis stratũ nostrũ rigemus: misericordiæ opibus insistam⁹: & elemosynã pauperib⁹ largiter tribuam⁹: & tã p nobis q̃ p proximis nostris, & nobis cõmissis: misericordiã dñi deprecemur. Vñ seq̃t:

F f Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarũ ꝛc. Consurgit in nocte, q in tribulatione præsentis uitæ torporẽ a se excutit negligẽtiæ. Laudat in principio uigiliarũ: q in omi cõuersatiõe sua strenuũ se adhibet & cautũ: & qcqd aduersitatis patitur: totũ ad confessionẽ laudis dei cõuertere nititur. Sed effũdit sicut aquã cor suũ ante cõspectũ dñi: q ex itimo affectu cordis ꝓducit lachrymas cõpũctiõis. Sacrificiũ em̃ deo spũs cõtribulatus, cor cõtritũ & humiliatũ de⁹ nõ spernit. Leuat ad dñm manus suas p aniabus paruulorũ suorũ, q defecerũt fame in capite omniũ cõpitorũ: q opationẽ misericordiæ p humilibus & paruulis christi mẽbris, fame & siti uscq; quaq; in terminis mũdi laborãtib⁹, curã adhibet ex syncera dilectione. Nullũ em̃ munus deo acceptabilius est, q̃ cõpũctio cordis ꝓlata ex radice ueræ di

Psal. 50

G

H

lectiõis. Hinc ẽ illud qd' in euãgelio dñs cũ ingressus domũ pharisæi ad prãdiũ discubuit, magis lachrymas mlieris peccatricis q̃ delitias epularũ pharisæi ꝓbauit, ubi ita legit̃: Ingressus domũ pharisæi discubuit: & ecce mlier q̃ erat in ciuitate peccatrix ut cognouit qd' recubuisset in domo pharisæi attulit alabastrũ unguẽti: & stãs retro sec⁹ pedes dñi, unguẽto ungebat: uidẽs aũt pharisæ⁹ &c. Igit̃ postq; ꝓpheta ciuitatẽ miserã ad pœnitẽtiæ & oratiõis lachrymas ꝓuocauit: ad ipsũ dñm si quõ a uindicta eũ placaret ẏba deprecatiõis cõuertit dicẽs:

Luc. 7. d

g Elide dñe ꝛ pspydera ꝛc. Inter cætera q̃q; mala q̃ miseræ gẽti iudæoꝝ accidere: illud q̃q; cõtigit qd' mulieres eoꝝ puulos ifantes & fructũ uteri sui ꝓpt̃ famis inopiã comederint. Vñ ẽ illud qd' in obsidiõe samariæ mlier ad Ioram regẽ clamauit, p occisiõe filij sui: quẽ cũ uicina sua comedit expetẽs ut ipsi⁹ fili⁹ simil̃ ad cõmestionẽ ambab⁹ daret̃. Sic q̃q; & in captiuitate ultima rhomanorũ sub Tito & Vespasiano principib⁹ mulier quædã ex plæbe trãs iordanẽ habitãtiũ incolarũ maria noĩe: eleaçari filia: genere ac diuitijs nobilis: cũ alia multitudine fugiẽs hierosolymã recepta cũ cæteris obsidebat̃: ubi cũ a raptorib⁹ reb⁹ oñib⁹ & uictualibus expoliata fuerat: ad extremũ necessitate famis cogente ꝓpriũ filiũ lactentẽ interfecit, ptẽq; ei⁹ coquẽs comedit: ptẽ uero in futurũ ad comedendũ reseruauit: unde & nidore assatæ carnis ipsi raptores excitati, cũ factũ repissent, nimis exhorrescẽtes recesserũt. Q̃d' aũt in sanctuario dñi sacerdotes & ꝓphetæ, pueri & senes, iuuenes & uirgines, gladio cecidirũt: historiæ diuinæ, necnõ & libri Iosephi hystoriographi de excidio urbis hierosolymæ manifeste docẽt. Mystice autem mulieres fructũ suũ comedẽt: qñ aniæ peccatrices iusto iudice deo retribuẽte, operũ suorũ condignã mercedẽ recipient. Occidit̃ sacerdos & ꝓpheta in sanctuario dñi: cũ ipsi ministri altaris & prædicatores uerbi dei: propter negligentiam suam atq; desidiam, de suo officio unde coronari debuerant meritam pœnam ultionis sortiuntur.

Iacuerunt

Sin. Iacuerũt

Luc. 7. d

Psal. 89. c

4. Reg. 6

1. Reg. 2. b

A a ¶ Iacuerunt in terra foris puer et senex ꝛc. Iacent in terra foris puer & senex, cū illi qui innocētiā puerilē simulabant, ut illi qui uidebanť cōsilio plæbē regere, terrenis desyderijs incumbētes, ꝓpter facinorosam uitā de ciuitate dñi electi, terræ cui animo inhæserant coæquabunť: puluisq; puluerireddetur. Similiter & qui continentiā uirgineam uidebanť habere: & robur iuuentutis in operatione bona exercere: ꝓpter hypocrisim quam coram oculis hominū gesserant, gladio futuræ damnationis occidentur. Interficit enim uindicta cœlestis in die furoris domini fictos simulatores, non ueros executores sacrarum Matth.2.a uirtutū. Vnde in euāgelio, uirgines stultæ in aduētu sponsi leguntur mendicantes extra ianuam nuptiarū foris remanps.77.g sisse: & in psalmis scriptū est: Iuuenes ignē comedisse: & uirgines earū lamentatas nō esse. b ¶ Vocasti quasi ad diem solennē ꝛc. Quasi ad diem solennem hostes uocati sunt ad subuersionem perfidæ ciuitatis: quia id qđ desyderabant, dño permittēte eueniebat. Interitū em̄ iudæorū qui appetebant, cōspicere meruerūt. Aliter. Hostes quasi uocati ad solennitatē ueniunt: cum maligni spiritus in die iudicij ad puniendos peccatores exultantes conueniunt. Gaudent illi de ruina animarū: quia non ignorant ad suppletionē supernæ ciuitatis, unde illi corruerant creatū esse humanum genus: & ob hoc se priuatos æterna fœlicitate conspicientes, homines ne paradisum habeāt, toto nisu per inuidiam præcipitare festināt. Hoc tm̄ nō sine grandi dolore sancta ecclesia sustinet: cū filios suos quos baptismate genuit: & sacramentis diuinis imbuit: sub inimicorum manu per diuersa scelera quotidie cadere uidet. Quod in sequentis libri initio satis lucidē demonstrabit: quoniam præsentem librum hic finire censemus.

a ש Sin. Iacuerūt in terra foris puer & senex. Virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfeciſti in b die furoris tui: percussisti, nec misertus es. ת Thau. Vocasti quasi ad diem solennē, qui terreret me de circuitu: & nō fuit in die furoris dñi qui effugeret & relinqueret. Quos educaui & enutriui, inimicus meus cōsumpsit eos.

¶ Commentarij primi in lamētationes Hieremiæ finis.

¶ IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM LAMENTATIONVM HIEREMIAE PROEMIVM.

B PRimam partem lamētationis Hieremiæ, quæ duobus alphabetis quasi sapphico metro scripta constat: quia tres uersiculos, qui sibi cōnexi sunt, & ab una litera tm̄ incipiunt, heroici coma concludit: sicut iam supra ostensum est, exponendo transcurrimus. Recte ergo ad secūdam partē, ubi tertium alphabetum quod trimetro scriptum est: & a ternis literis, sed eisdem terni uersus incipiunt, explanandam ueniamus. Hoc in primis uolentes sciri, qđ hæc pars primum calamitatē gentis Iudææ, seu potius humani generis deflendo pronunciat: deinde sacramentū dominicæ incarnationis ac passionis manifeste exprimit: ubi Iudæorum persecutio, & innocentis Christi pœna ac mors describitur. D

¶ COMMENTARIORVM IN LAMENTATIONES HIEREMIAE LIBER SECVNDVS.

EGo uir uidens paupertatē meam ꝛc. Conquerit ergo populus fidelis paupertatē suā in correptione indignationis dñi: quia plurimos a statu rectæ fidei & studio bonorū operum in tenebras erroris, & uitiorū barathrū cernit deuolui. Multi em̄ sunt uocati: pauci ꝓo electi. b ¶ Deminauit et adduxit in tenebras/ ꝛ nō in lucē. Hoc est, in tribulationem cadere permisit: & nō in prosperitatem seruauit. c ¶ Tm̄ in me uertit ꝛ conuertit manū ꝛc. Hoc enim sentit iusti iudicis sentētia decernēte sibi iuxta merita sua euenire, qđ se recolit propriis actionibus promereri. Illud tamen consyderandū est qđ dicit: Tantum in me uertit & cōuertit manum suam. Cōuertere em̄ sæpe in scripturis ponit, ꝓ placare: ut ē illud: Ps.89.c Cōuertere dñe aliquantulū: & deprecabilis esto sup seruos tuos. Vertit em̄ dñs manū suā, qñ iuste in reos debitā ultio 1.Re.2.b nem imittit. Et conuertit manū suā, qñ misericorditer a uindicta sententiā suspēdit. Scriptū est em̄ de illo: Dñs mortificat, & uiuificat, humiliat, & sublimat. Et in Deuteronomio dicit: Ego occidā, & ego uiuere faciā. d ¶ Uetustā fecit pellem meā ꝛc. In pelle & carne, exteriora & mollia quæq; exprimit: in ossib9, robur internū. Uetustā ergo fecit dñs pellem iudæorū & carnē, qñ in exteriorib9 rebus ꝓ indigentiā fecit deformem. Contriuit ossa eoꝝ, qñ duriciam mētis eorum comminuit. Hinc q̄q; ꝓ beatū Iob dicit: Cutis mea denigrata est sup me: & ossa mea aruerunt præ caumate. e ¶ Edificauit in gyro meo ꝛc. Quid est ædificare in gyro, nisi undiq; præsuris coartare? Et quid est circūdare felle & labore, nisi amaritudine & labore repletū coangustare? Vñ & subdit: f ¶ In tenebrosis collocauit me/ quasi mortuos sempiternos. In tenebrosis collocat q̄si mortuos sempiternos, qñ omni solatio destitutos, nullā sinit de præsenti uita cōsolationē sperare afflictos. De quo adhuc subiungit: g ¶ Circūędificauit aduersum me ꝛc. Cū aduersum se obsidionē uallo & aggerib9 circūædificatā cōspicit, cōpedē suū aggrauatū asserit: quia ei9 exitū quō calamitatē euadat, nō inuenit. Qđ sanctus Iob similibus uerbis expressit dicēs: Semitam meam circumsepsit: ita ut transire non possim: & Iob.19.a

a Ego uir uidens paupertatē meā in uirga indignationis eius. ח Aleph. Me
b minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem.
c ח Aleph. Tantū in me uertit & cōuertit manū suam
d tota die. ב Beth. Vetustam fecit pellem meam: con-
e triuit ossa mea. ב Beth. Edificauit in gyro meo, & cir
f cumdedit me felle & labore. ב Beth. In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. ג Gimel.
g Circumædificauit aduersum me, ut non egrediar: aggrauauit compedem meum.

Gimel. Sed & cum

E in calle meo tenebras posuit. Qđ ad infirma quoq; mẽbra sanctæ eccleſiæ nõ incõgrue inferẽ, qñ p hoc qđ praue ſeſe egiſſe meminerũt, a bono opere retardanẽ: & ex infirmitate ꝓpria timidi, bona cõtra hæc fortia aggredi nõ præſumũt. Timẽt em̃ magna bona incipere, qui ſe in ſuis actibus infirmos eſſe meminerẽt. Et cũ plærũq; etiã bonũ qđ eligant, neſciũt: q̃ſi in calle ſuo poſitas tenebras perhorreſcunt. Nã ſæpe ita de ſuo ope fit animus incertus: ut ignoret oĩno quid uirtus, quid culpa ſit. In calle ergo ſuo tenebras inuenit, qui in hiſ quæ agere appetit, qđ elige re debeat neſcit. Quia igitẽ ſæpe infirmitate, nõnunq; ꝙo ignorantia peccatẽ: ex infirmã/tibus mẽbris dicit: Semitam meã circũſepſit, & trãſire nõ poſſum. Ex eis ꝙo quæ ad ipſum opus bonum qđ eligunt, caligant, ſubditur: Et in calle meo tenebras poſuit. Ea pœna etem̃ culpa eſt, uidere bonũ qđ agere debeat, & tñ implere nõ poſſe: & rurſum ex grauiore pœna culpa eſt qđ agere debeat, nec uidere. Vñ & cõtra hæc utraq;, pſalmiſtæ uoce dicitur: Dñs illuminatio mea, & cætera. Contra ignorãtiæ em̃ tenebras, illuminatio: cõtra infirmitatẽ ꝙo ſalus eſt dñs: qñ & oſtẽdit quid debeat ad agendũ appeti, & uires præbet, ut qđ oſtẽderat, poſſit implere. a ¶ Sed ꝛ cũ clamauero ꝛc. Omipotẽs deus qđ nobis ꝓfuturũ eſſe ualeat ſciens, diſſimulat exaudire dolentiũ uocẽ, ut augeat utilitatẽ, ut purgẽt uita p pœnam: & quietis tranquillitas, quia hic inueniri non ualet, alibi quærat. Sed hanc diſpenſationis gratiã nõnulli etiã fideliũ ignorant. Ex q̃rũ etiã pſona ad beatũ Iob alibi dicit: Ecce clamabo uim patiẽs, & nemo audiet: uociferabor, & nõ eſt qui iudicet. Nõ eſt em̃ qui iudicare dicit, qñ iudicare diſſimulat ipſe qui eſt: quia cauſam noſtrã contra aduerſariũ præter eũ qui iudicet nõ eſt: nec tñ hoc ſine iudicio nõ eſt, qđ iudicium differũt: quia & cum hæc beatus Iob diceret: & ſancti uiri merita, & aduerſarij pœna creſcebat. Hoc ipſo ergo iudiciũ iudicis differre fuit, ut ſinguli iuxta merita ſua cõdignã mercedẽ reciperẽt. b ¶ Cõduſit uias meas lapidib⁹ q̃dris ꝛc. Vt oſtenderet ſe ualidis tribulationib⁹ coartatã, lapidib⁹ quadris ſe clauſam dicit: & ſemitã greſſuũ ſuorũ ſubuerſam: qa petræ ſolidã formã quadratã habẽtes ubicũq; poſitæ fuerint, fixæ iacẽt: nec alibi relabi poſſunt. Myſtice aũt electorũ ppłus lapidib⁹ q̃dris apud iniquũ cõcludit: cũ ei⁹ caro antiqui hoſtis pſecutionib⁹ tpaliter dat. Cuius ſemitã ſubuertit: quia tormẽta ſua eũ euadere nõ permittit: nec cõtẽtus eſt ſolũmodo carnẽ cruciatib⁹ affligere: immo etiã dolo & inſidijs eius animã fundit⁹ quærit ſubuertere. Vñ ſubiungit: c ¶ Vrſus inſidians ꝛc. Per duas beſtias ferociſſimas, nimis doloſam & crudelẽ pſecutionẽ antiqui hoſtis exprimit: qui p miniſtros ſuos, aliũ blandimẽtis, aliũ minis, aliũ ꝙo ſupplicijs a ſemita rectæ fidei ſubuertit: & a ſpe cœleſtis auxilij q̃ſi deſolatos atterere cupit. Vñ ſequit: d ¶ Semitas meas ſubuertit ꝛc. De hui⁹ leonis inſidijs ꝓpheta in pſalmis teſtatur dicẽs: Sedet in inſidijs cũ diuitibus in occultis. Actus antichriſti, latronũ cõſuetudini comparauit: qui occultas uias inſident, ut interficiant innocẽtes. e ¶ Tetẽdit arcũ ſuũ: ꝛ poſuit me q̃ſi ſignũ ad ſa. Hoc eſt, ſententiã iudicij ſui in me detexit: & certo ictu caſtigationis corripuit. Arcus aũt noĩe in ſacro eloquio aliqñ malorũ inſidiæ, aliqñ dies iudicij, aliqñ ꝙo ipſa eadẽ ſacra eloquia deſignanẽ. Per arcũ quippe, inſidiæ figuranẽ: ſicut p pſalmiſtã dicit: Intẽderũt arcũ, rem amarã. Per arcũ q̃q; iudicij dies deſignat: ſicut p eundẽ rurſum pſalmiſtam dicit: Oſtẽdiſti ppło tuo: potaſti nos uino cõpunctionis. Dediſti metuẽtib⁹ te ſignificationẽ, ut fugiãt a facie arcus. In arcu em̃ quanto longius trahit corda, tanto de eo diſtrictior exit ſagitta. Sed nimirũ ſic extremi iudicij dies, quanto longe differẽ ut ueniat: tanto cũ uenerit de illo diſtrictior ſentẽtia procedit. Idcirco autẽ diuerſis nunc cladibus percutimur: ut his correcti, paratiores tunc inueniri ualeamus. Vñ illic præmiſſum eſt: Oſtendiſti ppło tuo dura: flagella uidelicet ſæculi: quæ ſecuturũ grauius iudicij diem præcurrũt. Potaſti nos uino cõpunctionis, ut terrena gaudia, in lachrymis uerterentur. Dediſti metuẽtibus te ſignificationem, ut fugiant a facie arcus: ac ſi diceret: hoc tempus miſericordiæ eſt, illud iudicij erit. Per iſta ergo hui⁹ tpis flagella ſignificãs: quõ tunc perſecutur⁹ es, qñ nõ parcens iudicas: qui ſic diſtricte modo percutis, qñ parcis? Aliqñ autẽ per arcũ etiã ſacra ſcriptura deſignatur. Ipſa quippe arcus eccleſiæ, ipſa arcus dñi: de quo ad corda hominũ ſicut ferientes ſagittæ, ſic terrentes ſentẽtiæ ueniunt. Vñ recte p pſalmiſtã dicit: Arcũ ſuũ tetendit, & parauit illũ: & in eo parauit uaſa mortis: ſagittas ſuas ardẽtibus effecit. Arcũ nãq; ſuũ dñs tetendit: quia cunctis peccatorib⁹ per ſcripturã ſacrã minas exhibuit. In quo arcu ſcilicet uaſa mortis præparat: quia ſcđm eloquij ſui ſententiam, eos qui nunc corrigi negligũt, reprobos damnat. In q̃ etiã ſagittas ſuas ardẽtib⁹ effecit: quia ad eos q̃s per terrorẽ corrigit, accenſas uerborũ ſententias emittit. Et poſuit me (inquit) quaſi ſignũ ad ſagittã. Conſtat nimirũ qđ idcirco ſignũ ponit, ut ſagittarũ emiſſione feriat. Fidelis itaq; ꝓpłs in ſignũ hoſti ſuo eſt poſitus: quia eum ſemper ſuis ictibus impetit, eum ſuis pſecutionib⁹ affligit. Qui em̃ in hac uita aſſidue mala tolerat, uelut in ſigno poſitus, ictus ſuſcipit ferientis. Vñ & prædicator egregius, cũ perſecutionũ mala toleraret, atq; ſub pſecutione aduerſariorũ gemeret: tenerã diſcipulorũ mentẽ de ſuis afflictionib⁹ cõſolans ait: Ipſi enim ſcitis q in hoc poſiti ſumus: ac ſi eis aperte dicat: Quid in hoc tempore uulnera noſtra miramini: qui ſi æterna gaudia quærimus, huc ad hoc uenimus ut feriamur? f ¶ Poſuit me ſignũ ad ſagittam. Filias pharetræ ſuę. Filias pharetræ, ſagittas dicit. Miſit ergo in renibus filias pharetræ, cũ carnalia deſyderia in hominib⁹ iuxta modũ diſpẽſationis ſuæ cõgrua caſtigatione corripuit. De hac quippe pharetra in Iob ita ſcriptum eſt: Pharetrã enim ſuam aperuit & afflixit me. Quid per pharetrã dei, niſi occultũ iudiciũ, uel conſiliũ deſignat? Sagittã ꝙo de pharetra dñs eĳcit: qñ de occulto iudicij cõſilio apertã ſententiã emittit. Quia em̃ flagellat quiſq;, agnoſcimus: ſed ex qua cauſa flagellum ueniat, ignoramus. Cũ ꝙo poſt flagella uitæ correctio ſequit: & ipſa conſilij uirtus aperitur. Pharetra igitur clauſa, eſt cõſilium occultum. Sed aperta pharetra affligimur, quando per id quod poſt flagellum ſequitur: quo cõſilio flagellamur, uidemus. Cum peccata dominus uidet, & tamen manum ad uindictam non cõmouet: quaſi clauſam pharetram tenet: ſed feriendo indicat: quantum ei in nobis diſplicuit, hoc quod diu uidendo tolerauit. g ¶ Factus ſum in deriſum omni populo meo/canticum eorum tota die. Deriſionem populi ſui propheta paſſus eſt: quando uerbis eius non crediderunt: immo repugnabant dicentes ad eum: Mendacium tu loqueris: non miſit te dominus deus noſter. Aut his uerbis illud ſanctæ eccleſiæ tempus exprimitur, quo publice reprobis irridetur: quando iniquis creſcentibus in opprobrium fides & ueritas erit in crimine. Tanto quippe unuſquiſq; deſpectior erit, quanto iuſtior eſſe potuerit: tanto abominabilis, quanto laudabilis. Sancta quippe electorum eccleſia afflictionis tempore prouerbiũ prauis efficitur: quia cum bonos mori per tormenta conſpiciunt, ab eis ſimilitudinẽ maledictionis ſumunt. Quo enim tranſitoriam mortem uident, ſed permanentem uitam non uident: tanto magis

ꝛ Gimel. Sed & cum clamauero & rogauero, excluſit
b orationẽ meã. ꝛ Gimel. Cõduſit uiãs meas lapidib⁹
quadris, ſemitas meas ſubuertit. ד Daleth. Vrſus inc ſidiãns factus eſt mihi, leo in abſcõditis. ד Daleth. Sed mitãs meas ſubuertit & cõfregit: poſuit me deſolatam.
e ד Daleth. Tetendit arcum ſuum: & poſuit me quaſi
f ſignũ ad ſagittam. ה He. Miſit in rẽnibus meis filias
g pharetræ ſuæ. ה He. Factus ſum in deriſum omni
populo meo, canticum eorum tota die.

He. Repleuit me

Iob.19.b
Pſ.26.a
Iob.19.a
Pſ.36.c
Eſa.59.a
Pſ.9.e
Hiere.31.e
Hiere.45.a
Cañ.4.a
Actu.10.b
Iob.30.b

A deridendo mala præsentia fugiunt, quanto per intellectum intrinsecus ad bona permanẽtia nõ pertingunt. Sed sancta ecclesia scit in passionibus crescere: atq; inter opprobria honorabilem uitam tenere. Scit nec de aduersis deiici, nec de prosperis gloriari. Nouit circa prospera mentẽ suam in dete

a ℸHe. Rẽpleuit me amaritudinibus: & inebriauit me
b absinthio. ℸ Vau. Cõfrẽgit ad numerũ dentes meos:
c cibauit me cinere. ℸ Vau. Et rẽpulsa est aia mea: obli-
tus sum bonorũ. ℸ Vau. Et dixi: Perijt finis meus: &
d spes mea a dño. ℸ Zain. Rẽcordare dñe paupertatis, & transgressionis meæ, absinthij, & fellis. ℸ Zain.
e Mẽmoria memor ero: & tabescet in me anima mea.
ℸ Zain. Hæc recolens in corde meo, in deo sperabo.
f ℸHeth. Misericordiæ domini quia nõ sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius.

Heth. Noui

ctione sternere: nouit contra aduersa, animũ ad spem superni culminis exaltare. Scit bona sua misc'iæ redẽptoris: scit mala sua iusticiæ retribuere iudicis: q; & bona illo largiente habeat: & mala illo permittente patiatur. a ¶Repleuit me amaritudinibus ꝛc. Amaritudine repletũ se propheta asserit: quia non tam de sua calamitate, q; de cõtritione populi sui dolore anxiatus est. Vnde trahit ad similitudinem potionis amarissimæ herbæ: quia ualdẽ afflictum se uidet inimicorũ deuastatione. Mystice autem Hieremias totius in se humanæ cõuersationis speciem tenens, per lamentũ quæriẽ dicẽs: Inebriauit me absinthio. Ebrius quisq; quod patitur, nescit. Qui ỹo absinthio inebriatur, & hoc q' sumpsit, amarũ est: & tñ nõ intelligit eandẽ amaritudinẽ qua repleẽ. Humanũ q; genꝰ recto dei iudicio in calamitatibus suis sibi dimissum: atq; per easdẽ uoluptates spontaneis tribulationibꝰ traditũ, absinthio est ebriũ: quia & amara sunt, quæ ꝓ huiꝰ uitæ amore tolerat: & tñ eandem amaritudinẽ cæcitate cupiditatis q̃si insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi em̃ gloriã sitiens, dũ multas ꝓ ea tribulationes reperit, amarũ est q' bibit: sed quia hoc nimis inaniter sumpsit, eiusdẽ amaritudinis malum discernere iam præ ipsa ebrietate nõ sufficit. Amant em̃ peruersi hoies pro huiꝰ mũdi gloria & tribulationes, cunctisq; ꝓ ea sudoribus libẽter seruiũt: & grauiũ laborũ iugo, deuotissime colla submittunt: de q̃ adhuc subdiẽ: b ¶Cõfregit ad numerũ dentes meos ꝛc. Hoc est, abstulit mihi usum edendi, & pauit pastu inutili. Mystice autẽ in scriptura sacra, dentes aliq̃ prædicatores: aliq̃ ỹo interni accipi sensus solent: de sanctis

Can.4.a em̃ prædicatoribꝰ, sponsæ dictũ est: Dentes tui sicut greges tonsarũ, quæ ascenderũt de lauacro. Vñ & uni eorũ ostensis

Actu.10.b in figura gentibꝰ dicit: Macta & manduca. i. uetustatẽ earũ cõtere: & in corpus ecclesiæ uidelicet, & tua mẽbra cõuerte. Rursum quia dentes, interiores sensus accipi solent, Hieremias ꝓpheta nunc testatur dicẽs: Fregit ad numerũ dentes meos. Per dentes etem̃ cibus frangit ut glutiat. Vñ nõ immerito dentibus internos sensus accipimꝰ: qui singula quæ cogitãt q̃si mãdunt & cõminuũt: atq; ad uentrẽ memoriæ transmittunt. Quos ꝓpheta ad numerũ fractos dicit: quia iuxta mẽsurã uniuscuiusq; peccati, intelligẽtiæ cæcitas generatur in sensibꝰ: & sc'm q' quisq; egit exteriꝰ, in eo obstupescit q' interius atq; i iuisibilibꝰ intelligere potuit. Vñ re-

Hiere.31.e cte & scriptũ est: Qis hõ qui comederit uuam acerbam, obstupescũt dentes eiꝰ. Quid namq; uua acerba, nisi peccatũ est: Vua quippe acerba, est fructus añ tẽpus. Quisquis em̃ præsentis uitæ delectationibꝰ satiari desyderat, q̃si fructus ante tẽpus comedere festinat. Qui igit uuam acerbã comedit, dentes eiꝰ obstupescũt: quia qui præsentis mundi delectatione pascit, interni eius sensus liganẽ: ut iam spiritualia mãdere. i. intelligere nequeat: quia unde in exterioribꝰ delectati sunt, inde in intimis obstupescũt. Et dũ pc̃tõ anima pascit, panẽ iusticiæ edere nõ ualet: qm̃ ligati dentes ex peccati cõsuetudine, iustum q' intus sapit, edere nequaq; possunt. Hoc igit loco, dentes (ut diximꝰ) internos sensus accipimus. Cõsyderare magnopere quid agere iusti soleant, debemus: qui plærũq; si q̃ in se quomodolibet carnalia esse deprehendũt, hæc internis sensibꝰ retrectantes, uæhemẽter in semetipsis insequunt. Afflictione se conterunt magnisq;

cruciatibus, uel minima in se praua dijudicant, atq; hæc per pœnitẽtiã damnãt: q' idcirco agunt, ut in cõspectu æterni iudicis, & ipsi inueniri inq̃tũ est possibile, irreprehensibiles debeant: & hi qui eos sic se iudicare cõspiciunt, emẽdare semetipsos a culpis grauioribꝰ inardescant. Cibauit (inquit) me cinere, hoc est, fragili & minꝰ utili sustentabat me ciborũ admiculo. c ¶Et repulsa est anima mea ꝛc. Si hæc iuxta historiã consyderentur, magna angustia Iudaici populi exprimit: qui se repulsum ab oñi fœlicitate terrena: & oblitum bonorũ præteritorũ propter iminentẽ captiuitatis tribulationẽ asserit: nec iam finẽ præsentis tribulationis ullũ, uel cõsolationis spem habere se dicit. Iuxta

mysticos ỹo intellectus, electoꝝ cœtus repulsum se a sæculi ꝓsperitate fatet: & oblitũ bonorũ præsentiũ: nec ꝓ præsenti labore trãsitoriũ præmium a dño, sed futurã cœlestis regni gloriã ostendit se quæsiturũ. Mundus em̃ perit & concupiscentia eius: qui autẽ facit uoluntatẽ dñi, manet in æternũ. 1.Ioh.2.c
Hinc ꝓ beatũ Iob dicit: Elegit suspẽdiũ anima mea, & mortem ossa mea: desperaui nequaq; ultra iam uiuam. Quid ꝓ Iob.7.c
animã, nisi mẽtis intentio: quid ꝓ ossa, nisi carnis fortitudo designat? Omne autem q' suspẽdit, proculdubio ab imis eleuat. Anima ergo suspẽdium elegit, ut ossa morianẽ: quia dum mẽtis intentio ad alta se subleuat: omnẽ in se fortitudinem uitæ exterioris necat. Sancti em̃ uiri certissime sciunt: quia habere in hac uita requiem nequaq; possunt: & idcirco suspendiũ eligunt: quia nimirũ desyderia terrena deserẽtes, ad alta animũ tollunt. Suspensi autẽ mortẽ suis ossibus inferũt: qui amore supernæ patriæ in uirtutũ studijs accincti: hoc quo fortes prius in mundo fuerãt uinculo humilitatis insequuntur. d ¶Recordare dñe paupertatis ꝛc. Mutata locutione ad ipsum dñm ꝓ ppli calamitate, ꝓpheta oñis uerba cõuertit: ut ipse qui flagella peccãtibꝰ iuste intorsit, afflictis opem misericorditer impẽdat. Propter trãsgressionẽ ergo ad paupertatẽ ueneruũt: & amaritudinẽ uastationis & captiuitatis, quæ absinthij & fellis noĩa exprimũt, pati meruerunt. Sed quia diuinitatis natura clæmẽs est & pia, magisq; ad indulgẽtiã q̃ ad uindictã prona: quia nõ uult mortẽ peccatoris, sed ut cõuertat & uiuat: si quis post lapsum pc̃tõrũ ad uerã pœnitentiã se cõuertit, cito a misericorde iudice ueniam impetrauit: q' & ꝓpheta in sequẽtibꝰ ostendit, cũ dicit: e ¶Memoria memor ero ꝛc. Qui em̃ semetipsum diligenter inspicit: & ꝓ peccatis suis carnẽ macerare: & desyderia mortificare nõ despicit: nõ solũ ueniam delictorũ, sed & supernũ præmium a uero saluatore & clæmẽtissimo iudice sperare debebit: qui oẽs hoies uult saluos facere. Misericors Exo.34.a
& miserator dñs, patiẽs & multũ misericors. Ideo & ꝓpheta hanc inuestigabilẽ ꝓfunditatẽ bonitatis dei cõsyderans, & populi sui reatũ, & proterua nõ ignorãs uitia, subdidit dicens: f ¶Misericordię dñi ꝛc. Totiens em̃ gens praua & peruersa Iudæorũ, dñm ad iracundiam ꝓuocãdo irritauit: ut si eam sc'm iudiciũ uellet iudicare: & nõ per misc'iam eligeret patienter sufferre: iamdudũ pœnis deficeret: nec restaurationis spem ullam haberet: q' Esaias ostendit dicẽs:
Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, Esa.1.a
filijs sceleratis: dereliquerũt deum: blasphemauerũt sanctũ Israel: abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam uos ultra, addentes præuaricationẽ. Omne caput languidum: & omne cor mœrens: a planta pedis usq; ad uerticẽ, non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumẽs nõ est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Et post paululum: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi sodoma fuissemus: & quasi gomorra similes essemus.

Noui diluculo,

E a ¶ Nouí diluculo ꝛc. Loquit ergo ꝓpheta ad primitiuam in hierusalē ecclesiam, laudans speciē ei⁹: quæ post diluculū resurrectionis Christi, ueterē hominē exuēs, noui hominis pulchritudinē ortu suo declarabat: cui⁹ etiā multa est fides: quia ꝑ gratiā sanctiſpūs cōfortata uerbo prædicationis, & uirtutum signis, plurimos ad societatē fidei, & religionē christianā cōuocabat. Vñ in actibus Apl̄orū scriptum

Actu.6.b est: Verbū dñi crescebat: & multiplicabaſ numerus discipulorū in hierusalem ualde, & multa turba sacerdotū obediebat fidei. Et rursum: Multitudinis aūt

Ibi.4.f credētiū erat cor unū: nec quisq̄ eorum quæ possidebat aliquid suū esse dicebat: sed erant illis oīa cōmunia. Et uirtute magna reddebāt apl̄i testimoniū resurrectionis Iesu christi dñi nostri: & gr̄a magna erat in oīb⁹ illis. Vñ ipse cōsequēter dicit: b ¶ Pars mea dñs ꝛc. Nā portio dñi, ecclesiasticus est ppl̄s sanguine Christi redēptus: de q̄ in cantico

Deu.32.b Deuteronomij Moyses ait: Pars dñi, ppl̄s ei⁹ Iacob: funiculus hæreditatis ei⁹ isr̄l. Vel potius ipse dñs pars ei⁹ est, cui⁹ amore oīa terrena despicit: & ipsum solū præ oīb⁹ habere elegit: ad cui⁹ aspectū futurū & se peruēturū sperat. Ex cui⁹

Ps.72.c ꝑsona ꝓpheta in psalmis ait: Defecit cor meū & caro mea: deus cordis mei, & pars mea deus in sæcula. Defect⁹ dictus est, qm̄ deest illi effectus: & iure cogitatio carnalis defecerat, quæ se erraſſe noscebat. Sed illi cōfitet̄, cui culpā reuelare remedium est, delicta cōfiteri securitas. Et notandū q̄ in uno uersu, cor & in bono ponit̄ & in malo. Defecit cor utiq̄ ma

F la cogitatio: deus autē cordis, hoc ē, auctor boni intellectus: quia eū sine ei⁹ gr̄a nemo habet. Illi⁹ ℣o hois deus est pars, qui se maiestati ipsius & credulitati consociat, & probabili actione cōmendat. In sæcula ℣o q̄ addidit, semp̄ se ipsi adhærere, pmisit: qđ reuera perfectorū est, nunq̄ ab illo uelle discedere, sine q̄ cōtingit semper erraſſe. c ¶ Bon⁹ est dñs sperātib⁹ in eū ꝛc. Bon⁹ est itaq̄ dñs sperātib⁹ in eum: quia bñplacitū est dño sup̄ timētes eum. Quē qui quærit, inue-

Ps.68.g niet, & ad beatā uitā perueniet. Vñ elicit psalmista: Quæri-

Esa.40.g te dñm, & uiuet aīa uestra. De q̄ & Esaias ait: Sancti qui sperant in dño, mutabūt fortitudinē: assumēt pēnas: ut aquilæ uolabūt, & nō deficient. Sed quia bonū est illi qui sperat in dño, & ad futurā uisionē peruenire certat: ut patienter oīa aduersa sustineat: ut sine molestia aliorū præsentē uitam du-

Esa.42.a cat, imitās illū de q̄ scriptū est: Ecce seruus meus, suscipiam eū: electus meus, cōplacuit sibi in illo aīa mea. Dedi spiritū meū sup̄ eum, iudiciū gētib⁹ ꝓferet. Nō clamabit, neq̄ accipiet ꝑsonā: neq̄ audiet̄ foris uox ei⁹. Calamū quassatū nō cōteret: & linum fumigans non extinguet. Propterea dicit: d ¶ Bonū est prestolari cū silentio salutare dñi. Omnis em̄ bonorū uita tranquilla est & placida: inter superbos ℣o sem-

1.Tes.4.a per iurgia sūt. Idcirco Paulus Thessalonicēsib⁹ ait: Rogam⁹ autē uos fratres, ut abundetis magis & operā detis, ut quieti sitis: & ut uestrū negociū agatis: & operemini manib⁹ uestris, sicut præcepim⁹ uobis: & ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desyderetis. Q̄d quia nemo perfecte agere ualet, nisi qui se a mundi cōcupiscētijs & sæculi negocijs sequestrat, subsequit̄ dicere: e ¶ Bonū est uiro cū portauerit iugū ab adolescētia. Militū ergo Christi perfectio, est exutā mentē habere a cūctis terrenis negocijs,

2.Timo.2.a & tumultu sæculi: iuxta illud Apostoli: Nemo militans deo implicat se negocijs sæcularib⁹, & cætera: eamq̄ quantū humana imbecillitas sinit, festinat unire cū Christo. Quā quidem speciem conuersationis boni eremitæ & monachi, qui uoto monasticæ disciplinæ obligati sunt, imitari cōtēdunt: sed rara est: & pauciſſimis dono dei hæc ꝓfectio concessa. Is em̄ uere & nō ex parte ꝓfectus est: qui & in eremo squalorē solitudinis: & in cœnobio infirmitates fratrū æq̄li magnanimitate sustētat. Et ideo in utraq̄ ꝓfessione ꝑ oīa cōsumationem inuenire difficile est: quia nec Anachorita cōtemptū ac priuationē materialiū rerū: nec cœnobita Theoricā ad integrum pōt assequi puritatē. Sed tñ quantū superexcellat serenitas trāquillæ uitæ turbulentiā sæcularis conuersationis, nouit qui hanc expertus est: & dominicū iudicium in euangelio dñs inter duas mulieres cernit ad Martham dicens: Martha Martha sollicita es, & turbaris circa

Luc.10.c plurima: Maria optimam partē elegit quæ nō auferetur ab ea. Et beatus Dauid solum hoc necessariū hoī esse diſiniens, deo iugiter adhærere desyderat di-

a ח Heth. ¶ Nōui diluculo, multa est fides tua. ח Heth.
b Pars mea dñs dixit anima mea: propterea expectabo
c eum. ט Teth. ¶ Bon⁹ est dominus sperantib⁹ in eum,
d animæ quærenti illum. ט Teth. ¶ Bonū est præstolari
e cum silentio salutare dñi. ט Teth. ¶ Bonū est uiro cum
portauerit iugum ab adolescētia sua. י Iod. Sedebit
f solitari⁹, & tacebit: quia leuauit se sup̄ se. י Iod. Pōnet
g in puluere os suū, si forte sit spes. י Iod. ¶ Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. ב Caph.

Quia non

cens: Mihi autē adhærere deo bonū est: ponere in dño deo spem meā. Et alibi: Vnā petij a dño, & cætera. Vna ergo & sola est Theorica. i. cōtemplatio dei: cui merito oīa iustificationū merita, uniuersa uirtutū studia postponunt̄. Actiua etem̄ uita cū corpe deficit: cōtēplatiua autē uita hic incipit̄, ut in cœlesti patria perficiat̄: quia amoris ignis qui hic ardere inchoat: cū ipsum quē amat uiderit, in amore eius amplius ignescit. Cōtemplatiua ergo uita minime auferet̄: quia subtracta præsentis sæculi luce perficit̄: sed ante oīa, humilitas & patientiæ custodia seruis dei necessaria est: quia qui se exaltat, humiliabit̄: qui autē in patientiæ uirtute perseuerauerit, hic saluus erit. Vñ subiungit̄: f ¶ Ponet in puluere os suū ꝛc. Ille quippe in puluere ponit os suū, qui humiliter sentiēs, fragilem se cognoscit: & de puluere se factū, iterū in puluerē reuersurū fatet̄: dicēs cū patriarcha Abraā: Loquar

Gen.18.c ad dñm meū, cū sim puluis & cinis: cui & spes erit futuræ resurrectionis: qui cū semp̄ pœnitētia castigando carnē macerat, spiritū remissionis & futuræ gloriæ per dñi miscḱiam habere debebit. Hinc est qđ beatus Iob sapiētes dñi audiēs, se cognoscēdo nō esse sapientē, semetipsum reprehendit dicens: Ideo insipienter locutus sum: & quæ ultra modū exce-

Iob.42.a derent scientiā meā. Sed quia nulla est cognitio reprehensionis, si non sequit̄ & lamētatio pœnitudinis eorū quæ fecit, post reprehensionē subdit̄: Et ago pœnitentiam in fauilla &

Ibi. cinere. In fauilla em̄ & cinere pœnitētiā agere, est contēplata summa essentia nihil aliud q̄ fauillā cinerēq̄ se cognoscere. Vnde & ciuitati reprobæ in euangelio dñs dicit: Si in Tyro

Matth.11. & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitētiā egissent. In cilicio quippe asperitas & cōpunctio pctōrū: in cinere autē puluis ostenditur mortuorū. Et idcirco utrūq̄ hoc adhiberi ad pœnitētiā solet: ut in cōpunctione cilicij, cognoscam⁹ quid ꝑ culpam fecimus: & in fauilla cineris perpēdam⁹, qđ ꝑ uitium facti sum⁹. Cōsyderem̄ ergo in cilicio pungētia uitia: cōsyderem̄ in cinere ꝑ mortis sententiā subsequens iusta pœna uitioꝝ. Quia em̄ post peccatū carnis cōtumeliæ surrexerūt, uideat hō in asperitate cilicij superbiēdo quid fecit: uideat in cinere usq̄quo peccādo peruenit. Pōt q̄q̄ cilicio ipsa in reprehensione atq̄ pœnitētia dolorū cōpunctio designari. Nam hoc qđ ait beatus Iob: Ipse me reprehēdo, q̄si quodā cilicio pun-

Iob.42.a gitur, dum in mēte sua asperis redargutionū stimulis cōfricat̄. In cinere aūt agit pœnitentiā: quia ex primo pctō quid per iustum iudicium factus sit, solerter attendit dicēs: Ago

Ibi. pœnitentiam in fauilla & cinere: Ac si aperte dicat, de nullo auctoris dono superbio: quia sumptus ex puluere, ꝑ illatæ mortis sententiam ad puluerē me redire cognosco. Et quia necessarium est ut humilitatem comitetur patientia, ostendit præsens propheta dicens: g ¶ Dabit percutienti se maxillam / saturabitur opprobrijs. Vt impleat euangelicum uirum cui dicitur: Qui te percusserit in unam maxillam,

Matth.5.f præbe ei & alteram. Quod illi quoq̄ in culpa sint qui red-

dunt

A dunt malum pro malo: & dentem pro dente: oculum pro
Ps.7.b oculo, ostendit Dauid dicēs: Si reddidi retribuentib⁹ mihi
mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Quapro-
pter illa apostolica sententia magis tenenda est, quæ dicit:
Ro.12.d Si esurierit inimicus tuus, ciba illū. Et quoniā post calamita-
tem huius mundi, mi-
sericordia dñi, electos
suos de præsenti tribu-
latione subleuabit: se-
quitur: a ¶ Quia nō
repellet dñs in sempi-
ternum ꝛc̄. Non em̄ in
sempiternū dñs repel-
let eos qui se corrigere
uolunt, & cohibere a
peccatis: quia si abiecit
ad tēp⁹, & digne corri-
pi ab hostib⁹ reos per-
misit: iterum cōuersis
scd'm multitudinē mi
sericordiarū suarū be-
neficia præstat. Huic si
mile est illud quod in
Ps.102.b psalmis Dauid ait: Nō
in finem irascet dñs:
nec in æternum indi-
gnabit. Nō scd'm pec
cata nr̄a fecit nobis, &
cætera. b ¶ Non
em̄ humiliauit ex corde suo ꝛc̄. Non em̄ ita despexit deus ex
corde suo gen⁹ humanū, & abiecit a ꝓcuratione solacij sui,
ut ultra ꝓpter trāsgressiones, nolit eorū curā habere, & ope
suæ pietatis sustentare: sed ꝓpter bonitatē suā sustinet eos
in multa patientia sua: ut de uasis iræ, efficiat uasa miscd'iæ.
Ps.144.a Quia misericors & miserator dñs, patiens & multū miseri
Sap.11.d cors. De q̄ alia scriptura ait: Misereris oīm dñe, quia oīa po-
B tes: & dissimulas pc̄ta hoīm, ꝓpter pœnitētiā: diligis oīa
quæ sunt: & nihil odisti horū quæ fecisti: nec odiēs aliquid
cōstituisti. Quō em̄ posset aliquid pmanere, nisi tu uoluis-
ses: aut qd̄ a te uocatū nō esset, cōseruaret? Parcis autē om-
nibus, q̄m tua sunt dñe: qui aīas amas. Bonus & suauis est
dñe spūs tuus in oīnib⁹: ꝓpter qd̄ hos qui exerrāt partib⁹
corripis: & de qbus peccant, admonēs alloqueris, ut relicta
malicia credant in te dñe. Proinde nullo modo existimādū
est, ꝙ creator clæmētissim⁹, causa sit perditionis hominū ini
quorū: qui ad eum p̄ pœnitētiam nolunt cōuerti: sed unus-
Prouer.5.d quisq; in peccato suo interibit. Funiculis em̄ pc̄tōrū suorū
Ezech.18.a unusquisq; cōstringit. Et anima quæ peccauerit, morietur.
c ¶ Et contereret sub pedib⁹ suis omnes vinctos terre. Nec
Eccl̄s.7.c plangit eos qui peccare cœperāt, statimq; desierant. Nō est
em̄ iustus sup̄ terrā qui faciat bonū, & aliq̄n non peccet: sed
qui longo funiculo pc̄tā ꝓtraxerāt. Vñ & in Numeris legi
Nu.19.a mus uaccam rufam, cui⁹ cinis expiatio est populi, non aliter
imolari & offerri ad altare dñi, nisi quæ terrena opa nō fece-
rit: iugumq; nō traxerit: nec uinculis iugi nabuchodonosor
fuerit alligata. Et in Esaia propheta, p cingulo ueritatis filiæ
Esa.3.d.5.e sion cingunt̄ funiculo. Achitophel q̄q; & Iudas: q̄rum alter
2.Re.17.f Dauid, alter dñm ꝓdiderūt, fune longissimo trahētes pc̄tā
Matth.27.a sua perire suspēdio, putātes malū cōsciētiæ præsenti morte
finiri, & nihil esse post mortē. Dñi em̄ iudiciū nullo mō erra
bit: nec aliquid fit in terra sine causa: neminē iniuste dānat,
neminē spernit, neminēq; indebite relinquit: qa oīa nume-
ro, mēsura, & pondere disponit, ordinat, atq; gubernat. Nec
ullo mō credendū est, ꝙ aliqd p̄ ignorātiā authoris sui con
tingat in reb⁹ humanis: qd̄ sequēs sentētia sonare uidetur.
Iob.22.b d ¶ Ut declinaret iudiciū viri ꝛc̄. Huic q̄q; simile est qd̄ in
libro Iob in Eliphaz uerbis legit̄: ubi ita scriptū est: An cogi
tas ꝙ deus excelsior cœlo & sup̄ stellarū uertices sublimet̄?
& dicis: Quid em̄ nouit deus: & quasi p̄ caliginē iudicat,
nubes latibulū eius: nec nostra cōsyderat: & circa cardines
cœli perambulat. Sunt plærisq; ita hebetes, ut formidare ne-
sciant, nisi qd̄ corpaliter uident: unde fit ut deū nō metuant
quē uidere nō possunt. e ¶ Quis est iste ꝛc̄. Fuerūt em̄ hæ

a Quia nō repellet dñs in sempiternū. ב Coph. Quia si
abiecit, & miserebit scd'm mltitudinē miscd'iarū suarū.
b ב Coph. Non em̄ hūmiliauit ex corde suo: & abiecit
c filios hoīm. ל Lamed. Vt cōtēreret sub pedibus suis,
d oēs uinctos terræ. ל Lamed. Vt dēclinaret iudiciū
uiri in conspectu uultus altissimi. ל Lamed. Vt per-
uerteret hoīem in iudicio suo dñs ignorauit. מ Mem.
e Quis ē iste qui dixit, ut fieret dño nō iubēte? מ Mem.
Ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala.
מ Mem. Quid murmurauit hō uiuēs, uir ꝓ peccatis
f suis. נ Nun. Scrūtemur uias nostras, & quær am⁹: &
reuertamur ad dñm. נ Nun. Leuem⁹ corda nostra cū
g manib⁹ ad dñm in cœlos. נ Nun. Nos inique egim⁹:
& ad iracundiā ꝓuocauim⁹: idcirco tu inexorabilis es.
Samech. Operuisti

C
Esa.45.b
Gen.1.d
Eccl̄s.3.b

retici qui dixerūt deū nō facere mala: cōtra illud qd̄ scriptū
est: Ego dñs formans lucē, & creans tenebras: faciens pacē,
& creans malū. Ecōtrario fuerūt alij qui dixerūt deū creasse
mala: contra id qd̄ scriptū est: Fecit deus oīa bona. Fuere itē
alij qui dixerūt duas naturas, & duas substantias ab initio
fuisse. i. bonā & malā: cū omnis creatura aut
creator sit, aut creatu-
ra. Vñ falsum est ꝙ na
tura ulla mala sit: cum
creator summus & op
timus, creauerit bo-
nam creaturā. Quia
uidit deus cūcta quæ
fecit, & erant ualde bo
na. Tropice igit̄ deus
dicit̄ facere mala, hoc
est, aduersa meritis
infligere. Iuxta illud
qd̄ in Esaia scriptū est:
Ego dñs, & non est al-
ter, formās lucē, & cæ-
tera. Mala quæ nulla
sua natura subsistunt,
a dño nō creantur: sed
creante se mala dñs iu
dicat: cū res bñ condi-
tas, nobis male ageri-
tibus, in flagellum for-
mat: ut ea ipsa & per dolores quo feriunt, delinquentibus
mala sint: & per naturam qua existunt bona. Venenū qui-
dem mors scilicet est homini: sed tamē uita serpēti. Amore
enim præsentium ab authoris nostri dilectione recessimus:
& peruersa mens, dum delectatione creaturæ se subdidit, a
creatoris se societate disiūxit. Ex his ergo ab authore ferien-
da erat, quæ errans authori præposuerat: ut unde homo cul
pam nō timuit superbus admittere, inde pœnam corrigen-
dus inueniret: ut tanto ocius respiceret ad illa quæ perdi-
dit, quanto doloris pœnam esse conspiceret quæ quæsiuit.
f ¶ Scrutemur vias nostras: & quæramus: & reuertamur ad
dominū ꝛc̄. Sciendum uero est, qd̄ quisquis a præceptis do
minicis discordat opē: quotiēs ea uidet corde suo reprehen-
ditur, atq; cōfunditur: qui id quod fecerit, memorat̄. Nam
in quo se errasse consyderat, ipsa se conscientia latenter accu
sat. Vnde Dauid propheta deprecat̄ dicens: Tunc non con Ps.118.a
fundar, dum perspexero in omnibus mandatis. Grauiter
namq; unusquisq; confunditur, quando mandata dei uel
legendo, uel audiendo respicit, quæ uiuendo contempsit.
Hinc enim Ioannis uoce dicitur: Si cor nostrum non repre- 1.Ioh.3.d
henderit nos, fiduciam habemus ad dominū: & quicquid
petierimus ab eo, accipiemus. Ac si diceret: Si id quod præ-
cipit, facimus: id quod petimus, obtinemus. Valde namq;
apud dominum utraq; hæc sibi necessario congruunt: & ut
oratione operatio: & operatione fulciat̄ oratio. Hinc & mo-
do Hieremias ait: Scrutemur, & reliqua. Vias etē nostras
scrutari, est cogitationū interna discutere. Cor uero cum ma
nibus leuat, qui orationem suam operibus roborat. Nam
quisquis orat, sed operari dissimulat: cor leuat, & manus nō
leuat. Quisquis uero operatur & non orat, manus leuat &
cor non leuat. Iuxta ergo Ioannis uocem, tunc cor fiduciam
in oratione accipit, cum sibi uitæ prauitas nulla cōtradicit:
& bonorum operum ratio orationi concinit. g ¶ Nos
inique egimus: et ad iracundiam prouocauimus ꝛc̄. Propter
peccata em̄ populi & transgressiones plurimas, quas ab ini-
cio fecerūt dñm ad iracundiā prouocantes, simul cū ciuita-
te disperdi meruerūt: nec iam digni fuerūt uenia, qui filium
dei ad se uenientē spernētes, tanta afficiunt cōtumelia: sicut
alius ꝓpheta ostēdit dicēs: Propter pc̄tā em̄ nostra & iniqui
tates patrū nostrorū, hierusalē & ppl̄us tuus in opprobriū
sunt oīnib⁹ p̄ circuitū nostrū. Vñ etiā nobis timendū est, ne
& ipsi si cōtempserim⁹ præcepta dñi: & inobedientes fueri-
mus euāgelio Christi, duram gehennæ sentiam⁹ uindictā:
qui corrigi nolumus de peccatis ad iusticiam. Dicit enim
Apostolus:

D

Heb.10.e E Apſus: Voluntarie eñ nobis peccãtib⁹ poſt acceptã noticiã ueritatis, iam nõ derelinquitur ꝓ peccatis hoſtia: terribilis autẽ quædã expectatio iudicij, & ignis cumulatio: quæ conſumptura eſt aduerſarios. Et item: Irritã (inquit) quis faciẽs legem Moyſi, ſine ulla miſeratione, duob⁹ uel tribus teſtib⁹ moriebatur. Quanto magis putatis deteriora mœreri ſupplicia, q̃ filiũ dei cõculcauerit: & ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerit, in q̃ ſanctificatus eſt: & ſpiritui gratiæ cõtumeliã fecerit: a ¶ Operuiſti in furore ꝛc. Vbicunq; eñ furor, uel ira dei in ſcripturis legitur: non perturbatio mẽtis, ſed illa uindicta in pœna patientis exprimitur: Deus eñ naturaliter, pius ſemp bon⁹ & placidus eſt: & ſemp idẽ ipſe eſt: & anni ei⁹ non deficient. De q̃ alibi le Sap̃.12.c gitur: Tu aũt dñe uniuerſorũ, cũ tranquillitate iudicas & diſponis oĩa. Ideo dum percutit quẽlibet uel occidit, nec parcit, nõ perturbationẽ ullam in ſemetipſo ſentit: ſed quietus & placidus, reos debitas pœnas ſoluere cogit: de q̃ adhuc ſubdit: b ¶ Oppoſuiſti nubẽ ꝛc. Nubẽ ſibi opponere deus dicit, cũ ingratas preces petentiũ exaudire dedignat. Item nubes oppoſita orationi uidet, cũ caligine quadã & nubilo cæcitatis mens obuoluit, ne radio diuinæ cõtemplationis illuſtrari mereat. c ¶ Eradicationẽ & abiectionẽ ꝛc. Eradicatã ſe aſſerit & abiectã plæbs iudaica: quæ in chaldaica captiuitate ſæpe ꝓ ſcelerib⁹ ſuis cõtrita eſt: primum ſub Ioakim: deinde ſub Iekonia: tertio ſub Sedechia: qñ urbs uaſtata tẽplũq; incenſum eſt: & muri deſtructi. Poſtremo reliquiæ quæ ſub Godolia ad habitandã terrã a Nabuzardan principe militiæ relictæ ſunt cõtra præceptũ dñi, qd eis ꝓ ꝓphetã mandauerat, in ægyptũ pergẽtes ibi diſperierunt. In rhomana ỽo captiuitate ita urbs tota & terra deuaſtata eſt, & plæbs diſſipata: ut nullam ultra ſpem reſtaurationis haberet: ſed uſq; in finẽ perſeuerauerit ei⁹ deſolatio. Myſtice autẽ eradicationẽ & abiectionẽ a dño patit anima peccatrix in medio pp̃lorũ cõſtituta, qñ a malignis ſpiritib⁹ ita uirtutib⁹ ſpoliat, & radice fidei tenuat: ut iam nõ honori, ſed pateat oĩm irriſioni: & ipſi inimici dominent illius, & deceptæ inſultent: quia iuxta merita ſua pœnas quas ei ſcriptura ſacra prædixit, & laqueũ perditionis ſuſtinere cogat. Vñ ſequit: d ¶ Aperuerũt ſup nos os ſuũ omnes inimici. Aperuerũt eñ tũc inimici os ſuũ ſup pc̃tores, qñ eos diuerſis laniatib⁹ & cruciatib⁹ deuorare feſtinant debitores. Nec eis in aliq̃ miſerãtes parcunt, ſed in formidinẽ pœnarũ, & laqueum perditionis, iuxta id qd ꝓpheticus ſermo peccantibus prædixit, præcipitare ſtudẽt. Vñ nunc ꝓpheta interitũ populi ſui multipliciter plorauit: & nunc ſancta eccleſia animarũ peccantiũ ruinã inceſſabiliter plangit: ſicut in ſequẽti ſententia demõſtrat. e ¶ Diuiſiones aquarũ deduxit oculus meus ꝛc. Diuiſiones ergo aquarũ deducere ſe ab oculis perhibet ꝓpheta in cõtritione filiæ populi ſui: qui & peruerſitatẽ cordis illius defleuit: & ruinã in peccatis, & cõtritionẽ in deuaſtatione. Sic & nunc electorũ turba, ꝓ aĩa in peccatis perdita, multiplices gemitus fundit: qui in diuerſis facinoribus eam erraſſe cõſpicit: & ſi q̃modo eam a cœpta nequitia reuocare poſſit, toto niſu & labore contendit. f ¶ Oculus meus afflictus eſt ꝛc. Inſtantiã orationis & ꝑſeuerantiã nos habere, ꝓpheta docet. Qui ad cupita ꝑuenire uoluerit, reflectere mentẽ a ſtudio orationis nõ debet: ſed magis perſeuerare in intẽtione cœpta illũ oportet. Hinc eſt qd in libro Re- 1.Reg.1.c gum de Anna ſcriptũ eſt: qd poſtq̃ orauerat, uultus ei⁹ nõ Luce.18,f ſunt amplius in diuerſa mutati. Hinc & in euãgelio: cæcus ille q̃ in Hiericho trãſeuntẽ Ieſum audierat, miſereri ſibi ab G eo petebat: ſed cũ a prætereũtib⁹ ſibi iubereť ut taceret, ipſe mlto magis clamabat dicẽs: Miſerere mei fili Dauid: unde & lumẽ qd expetit, nullo modo ei⁹ fructu carebit. Reſpicit enim dñs de cœlis: & fidelis ſui oratoris preces ſuſcipiens, ſaluum fecit eum, qñ ſperauit in ipſum. Dicit enim ipſa ueritas: Amẽ dico uobis: quic Mar.ult quid orantes petitis, fiet uobis. Et quia per oculorũ aſpectũ, ſæpe noxia cõcupiſcẽtia intrat. Sequit. g ¶ Oculus meus depredatus eſt ꝛc. Nunc reddit cauſam quare prædixerit oculũ ſuũ afflictũ eſſe, eo q̃ nõ eſſet requies: qñ cũ ꝓ incuriã aſpectus patefactus fuerit tẽptationi aditus, uix tranquillitatẽ inueniet animus turbatus, niſi illi ſubuenerit diuinæ pietatis intuitus. Hinc eſt qd beatus Iob ait: Pepigi fœdus cũ oculis meis: ut ne cogitarẽ quidẽ de uirgine. Vt eñ cogitationes cordis caſte ſeruare potuiſſet, fœdus cũ oculis pepigit: ne prius incaute aſpiceret, qd poſtmodũ inuitus amaret. Valde nañq; eſt qd caro deorſum trahit: & ſemel ſpecies formæ cordi ꝓ oculos alligata, uix magnitudinis manu ſoluit. Ne ergo quædã lubrica in cogitatione uerſemus, prouidendũ nobis eſt: quia intueri nõ debet, qd nõ licet cõcupiſci. Vt eñ mũda mens in cogitatione ſeruet a laſciuia uoluptatis ſuæ, deprimẽdi ſunt oculi, quaſi quidã raptores ad culpam. Neq; eñ Eua lignũ uetitũ cõtigiſſet, niſi hoc prius incaute reſpiceret. Scriptũ quippe eſt: Vidit mu- Geñ.3.b lier q̃ bonũ eſſet lignũ ad eſcendũ: & pulchrũ oculis, aſpectuq; delectabile: & tulit de fructu illi⁹, & comedit. Hinc ergo penſandum eſt quãto debem⁹ moderamine erga illicita uiſum reſtringere, nos qui mortaliter uiuim⁹: ſi & mater uiuentiũ per oculos ad mortẽ uenit. Hinc etiã mõ ſub Iudææ uoce, quæ exteriora uidendo cõcupiſcẽs, bona interiora perdiderat, ꝓpheta dicit: Oculus meus depredatus eſt animã meã. Cõcupiſcẽdo eñ uiſibilia, inuiſibiles uirtutes amiſit. Quæ ergo interiorẽ fructũ ꝓ exteriorẽ uiſum perdidit, per oculũ corpis pertulit prædã cordis. Vñ nobis ad cuſtodiendam cordis mũdiciã, exteriorũ q̃q; ſenſuũ diſciplina ſeruanda eſt. Nam quãtalibet grauitate mens uigeat: carnales tñ ſenſus pueriliter exterius perſtrepũt: & niſi interioris grauitatis pondere, & q̃ſi iuuenili q̃dã uigore refrenent: ad fluxa quæq; & leuia, mentẽ eneruẽ trahũt. b ¶ Uenatione ceperunt me q̃ſi auẽ ꝛc. Auis eñ nomine ipſe dñs ſignificat: qui licet in terra de uirgine matre ſit æditus: tñ cœleſtia, doctrina ſua & exẽplo ſemp petit: mẽbraq; ſua fide & ſpe q̃ſi duabus alis ad ſupna ſemp ſubleuat, dicẽs in euãgelio: Regnũ Iob.18.g meũ nõ eſt de hoc mundo. Et item: Exiui (inquit) a patre, & Ibi.16.f cætera. Et rurſum: Qui uult uenire poſt me. De hac aue in Matth.4.c Iob ſcriptũ eſt: Semitã ignorauit auis: nec intuitus eſt ocu- Iob.28.b lus uulturis. i ¶ Lapſa eſt in lacũ uita mea ꝛc. Cũ ſuperi⁹ dixiſſet uenatione ſe q̃ſi auem captũ, nũc addit uitã ſuam lapſam in lacũ & lapidẽ ſuperpoſitũ. Quid eſt ergo uitã labi in lacũ, niſi corporalẽ uitã uenire uſq; ad defectũ? Lapſa eſt ergo uita Chriſti in lacũ, qñ ei⁹ caro peruenit uſq; ad mortis occubitũ. Cui ſuperpoſuerũt lapidẽ: qñ eo ſepulto, petierũt a Pilato ut iuberet cuſtodiri ſepulchrũ: ne forte uenirẽt diſci- Matth.27 puli & furarenť eũ: quib⁹ cũ ipſe reſpõderet: Habetis cuſtodiam, ite cuſtodite ſicut ſcitis: illi abeuntes, munierũt ſepulchrum, ſignantes lapidẽ cũ cuſtodibus. Poteſt & in laci nomine, uel infernus deſignatus accipi, uel calamitas, ꝓfunda iſtius mũdi. Lacus dicit, cuius fundus latet, dum in unam foueam circundatus includit. Hic plano tergo intuentium

a ד Samech. ¶ Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: occidiſti, nec peperciſti.
b ד Samech. Oppoſuiſti nubẽ tibi, ne trãſeat oratio.
c ד Samech. ¶ Eradicationẽ & abiectionẽ poſuiſti me in medio pp̃lorũ.
d פ Phe. ¶ Aperuerũt ſup nos os ſuũ oẽs inimici noſtri.
e פ Phe. Formido & laque⁹ factus eſt nobis uaticinatio & cõtritio.
f פ Phe. Diuiſiones aquarũ deduxit oculus meus, in cõtritione filiæ pp̃li mei.
g ע Ain. Oculus me⁹ afflictus eſt, nec tacuit: eo q̃ non eſſet requies.
h ע Ain. ¶ Donec reſpiceret & uideret dñs de cœlis.
i ע Ain. ¶ Oculus meus depredat⁹ eſt aĩam meã in cũctis filiab⁹ urbis meæ.
k צ Zadik. Uenatione cœperũt me quaſi auem inimici mei gratis.
l צ Zadik. Lapſa ẽ in lacũ uita mea: & poſuerũt lapidẽ ſuper me.

A oculis,falſa tranquillitate blandiť: ſed q̃ntũ ſit profundus,
Pſ.87.b abſcõdiť. Hinc & in pſalmo ſcriptũ eſt:Poſuerũt me in lacu inferiori, & cætera. a ¶ Inundauerunt aquę ꝛc̃. Aquæ in ſcriptura ſacra, aliq̃n ſpiritũſanctũ,aliq̃n ſciẽtiã ſacrã,aliq̃n ſciẽtiã prauã,aliq̃n tribulationẽ,aliq̃n defluentes populos, aliq̃n mẽtes fidem ſequẽtiũ demõſtrare ſolent. Per aquã quippe ſanctiſpũs infuſio deſignatur: ſicut in euangelio dicit:Qui credit
Ioh.7.f in me (ſicut dicit ſcriptura)flumina de uentre ei⁹ fluent aquæ uiuæ,& cætera. Rurſum per aquã,ſancta ſcientia deſignať:ſicut dici-
Eccl.15.a tur:Aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potauit eos. Per aquã q̃q̃ praua ſcientia appellari ſolet:ſicut apud Salomonẽ: mulier quæ typum hæreſeos tenet,callidis ſuaſionib⁹ blandiť dicẽs:
Prouer.9.d Aquæ furtiuæ dulciores ſunt. Aquarũ ergo noie nonnunq̃ ſolent tribulationes intelligi: ſicut ꝓ pſalmiſtã dicitur:
Pſ.68.a Saluũ me fac deus:qm̃ intrauerũt aquæ uſq̃ ad animã
Apoc.17.d meã. Per aquã,pp̃ũ deſignanť: ſicut ꝓ Ioannẽ diciť: Aquæ ỽo populi ſunt. Per aquã q̃q̃ nõ ſolũ fluxus decurrẽtiũ populorũ,ſed etiã bonorũ mẽtes fidei prædicamẽta ſequentiũ
Eſa.32.d deſignanť:ſicut ꝑpheta ait:Beati qui ſeminatis ſup omnes
Pſ.28.a aquas:& ꝓ pſalmiſtam dicit:Vox dñi ſup aquas. Aquæ ỽo ſup caput redemptoris inundauerũt,qñ ſedicioſi populi iudæorũ perſecutionẽ mouẽtes,diuinitati redẽptoris detraxerunt. Caput ỽo Chriſti,deus eſt:ut Apoſtolus teſtať: eum
B Ioh.19.b uidentes iudæi,dixerũt ad Pilatum:Nos legem habem⁹:& ſcd̃m legẽ debet mori:quia filiũ dei ſe fecit. b ¶ Inuocaui nomẽ tuũ dñe de lacu nouiſſimo. Quid em̃ lacũ nouiſſimũ, niſi infernũ inferiorẽ intelligere debem⁹ : de quo in pſalmo
Pſ.85.c ſcriptũ eſt : Eruiſti aiam meã ex inferno inferiori? Inuocauit ergo redemptor noſter nomen dñi de lacu nouiſſimo: cũ in uirtute diuinitatis deſcendit ad inferos : & deſtructis clauſtris tartari,ſuos quos ibi reperit eruens,uictor ad ſuperos aſcendit. c ¶ Vocẽ meã audiſti ꝛc̃. Vocẽ em̃ dominicæ incarnationis diuinitas ipſius audiuit: qui ſalutẽ humani generis quam ſcd̃m humanitatẽ poſtulauit, ſcd̃m diuinitatẽ
Ioh.11.e tribuit. Proinde ipſe ad patrẽ dicit in euangelio:Pater, gr̃as ago tibi,qm̃ audiſti me:ego autẽ ſciebam,qm̃ ſemp me audis. d ¶ Appropinquaſti in die ꝛc̃. Appropinquauit diuinitas ſaluatoris humanitati ipſius, qñ eã ſubita reſurrectione iuxta uotũ ſuũ de morte triumphare fecit. Aliter: Appropinquauit dñs ſeruis ſuis cũ tribularenť:& de neceſſitatib⁹ eorũ liberauit eos: qm̃ a timore inimici,anĩas eorũ eripuit:
Pſ.63.a ſic enim ipſi orabant in pſalmo: Exaudi deus orationẽ cum precor:a timore inimici eripe animã meam. e ¶ Iudicaſti dñe cauſam aię meę ꝛc̃. Iudicauit ergo dñs cauſam animæ Chriſti,qñ innocentis mortẽ peruenire fecit ad ſalutẽ generis humani:& triumpho ſuæ reſurrectionis cõfudit authores ei⁹ interemptionis. Aliter:Iudicauit dñs cauſam fideliũ ſuorũ,qñ redemit animas eorũ:& nõ dereliquit omnes qui in ſe ſperauerũt:cõfeſſores ſuos ad cœleſtẽ tranſtulit gloriã: & perſecutores eorũ in pœnã demerſit perpetuã . Iniquitas enim illorũ hoc ꝓmeruit: quia timere & honorare authorẽ ſuũ,temeritas mẽtis eorũ eos nõ permiſit . Inſurrexerũt em̃
Matth.21.d primũ cũ furoris ſui inſania in ipſum paſtorẽ dicentes: Hic eſt hæres,& cætera. Ex ſeruis ỽo ei⁹ aliũ ceciderũt:aliũ occiderunt:alium ỽo lapidauerũt: & ſic diſſipatæ ſunt oues gregis. Quapropter nunc dicit: f ¶ Vidiſti dñe iniq̃tatẽ illorum ꝛc̃. Cogitatio em̃ illorũ maligna erat:& ſermones pleni

a ſuper me. ר Zadik. Inũndauerũt aquæ ſuper caput
b meũ:dixi,perĩ. ק Coph. Inuõcaui nomẽ tuũ dñe de
c lacu nouiſſimo. ק Coph. ¶ Võcẽ meã audiſti:ne auertas aurẽ tuam a ſingulto meo & damoribus. ק Coph.
b Appr̃opinq̃ſti in die qñ inuocaui te:dixiſti, ne timeas.
e ר Res. Iudicãſti dñe cauſam animæ meæ,r̃edemptor
f uitæ meæ. ר Res. ¶ Vidiſti dñe iniq̃itatẽ illorũ aduerſum me:iudica iudiciũ meũ. ר Res. Vidiſti omnẽ furorẽ,aduerſas cogitationes eorũ aduerſum me. ש Sin.
g Audiſti opprobriũ eorũ dñe , omes cogitationes eorũ aduerſum me. ש Sin. ¶ Labia inſurgẽtiũ mihi : & me-
b ditationes eorũ aduerſum me tota die. ש Sin. ¶ Seſſiõ nem eorũ & reſurrectionẽ eorũ uide: ego ſum pſalm⁹
i eorũ. ת Thau. ¶ Rẽdde eis dñe uicẽ iuxta opa manuũ
k ſuarũ ת Thau. ¶ Dãbis eis ſcutũ cordis laborẽ tuum.

Thau. Perſequeris

C

insania, authorẽ uitæ interficere cogitantes : & ſermonibus ueritatis exprobrare nitentes. De quo ſequiť: g ¶ Audiſti oppr̃obriũ eorũ dñe ꝛc̃. Hinc & in euãgelio ſcriptũ eſt:Prin- Matth.26.a
cipes autẽ & ſeniores populi cõſiliũ fecerunt, ut Ieſum dolo tenerent & occiderẽt. Et iterũ: Principes ſacerdotũ & omne Ibi.f
cõſiliũ quærebant falſum teſtimoniũ cõtra Ieſum,& cætera. Vñ eo crucifixo , prætereũtes blaſphemabant: Vah Ibi.27.e
qui deſtruis tẽplũ dei, dicẽtes. Siñiter & principes ſacerdotum illudentes cũ ſcribis & ſenioribꝰ dicebãt:Alios ſaluos fecit,ſeipſum ſaluum faciat: Si rex iſrl̃ eſt, deſcendat nunc de cruce . Talis enim fuit meditatio eorũ,ut contra ueritatẽ inſtituerẽt teſtes falſos:& malũ ꝓ bono redderẽt gratis. Quæ pſalmiſta dudũ præcinebat dicẽs:Qm̃ Pſ.34.a
gratis abſcõderũt mihi interitũ laquei ſui. Gratis reuera,quibus mali nihil fecerat . Illud em̃ gratuitũ dici-

D

mus,qd̃ nõ alicuius rei cõpenſatione tribuiť. Abſconderũt mihi(ut illi putabant)qui diuinitatis eius potẽtiã nõ credebant. Nã quid põt abſcõdi,cui nihil occultũ eſt. b ¶ Seſſionẽ eorũ & reſurrectionẽ eorũ vide ꝛc̃. In ſeſſione exprimit habitũ iudicãtis:in reſurrectione ỽo ſtudium id qd̃ moliebanť perficiẽdi. Sed quia in cathedra peſtilentiæ pontifices Pſ.1.
& principes iudæorũ ſederũt,inſidiãtes ut interficerẽt innocentẽ:ad hoc ſurrexerũt:ut qd̃ nequiter tractarẽt,opere nefario cõſumarẽt.Infœlicitas fuit in uiꝭ eorũ & uiã pacis nõ cognouerũt.Sed quicquid ipſe corã eis ueracib⁹ uerbis proferebat, totũ in calumniã & in opprobriũ uertere ſtudebãt. Vñ cũ diceret:Amodo uidebitis filium hoĩs ſedentẽ a dex- Matth.26.f
tris uirtutis dei,& uenientẽ in nubib⁹ cœli:tunc expuerunt in faciẽ eius:& acceperũt arundinẽ, & percuſſerũt caput ei⁹, dicẽtes:Prophetiça nobis,quis eſt qui te percuſſit? Qd̃ etiã ꝑpheta dudũ in ſpiritu præuidẽs, oſtẽdit dicẽs:Aduerſum Pſ.68.c
me exercebanť qui ſedebant in porta:& in me pſallebãt qui bibebãt uinũ. Dicit em̃ paſſionẽ ſuã genti iudaicæ fuiſſe fabulam:qui quaſi impleta cogitatione ſua,de nece dñi temulentiſſime garriebãt.Sed his q̃ incorrigibiles erãt: & magis perſeuerare in malo,q̃ inde recedere eligebãt:ſuperba ſe intentione defendentes,quaſi iuſticiæ executores,ꝓ Hieremiã diciť: i ¶ Redde eis dñe vicẽ ꝛc̃. Moxq̃ eandẽ uicẽ expreſſius ſubdidit dicẽs: k ¶ Dabo eis ſcutũ cordis laborẽ tuũ. Labor quippe dñi apparẽs inter hoĩes,paſſibilis ei⁹ humanitas fuit:quã iudæi ſuperbe ſapiẽtes , dum diſcernerẽt deſpexerũt:eumq̃ immortalẽ credere dedignati ſunt, quẽ natura paſſibili mortalẽ uiderũt. Cũq̃ eius humilitatẽ conſpicerent,ſuperbiæ faſtu indurati,ſumma cura moliti ſunt: ne eorum mentes ſancta prædicantiũ uerba penetrarẽt . Dum ergo eis dñs uicem malorũ operũ redderet, dedit illis ſcutũ cordis laborẽ ſuũ:quia recto iudicio inde illos contra ſe ſuperbe obſtinatos exhibuit: unde ipſe ꝓ nobis in infirmitate laborauit. Repulerũt quippe a ſe uerba prædicantiũ , qui dedignati ſunt in dño infirma paſſionũ. Laborẽ igiť dñi cõtra eundẽ dñm ſcutũ cordis habuerũt: qui ſuperbe ſapientibus eo deſpectius apparuit , quo propter eos humilis fuit. Hoc ſicut iam ſuperius diximus, prius ille peccator tenuit: qui requirẽti dño,cur lignũ uetitũ cõtigiſſet, nõ ad ſe culpã reddidit : ſed a muliere quã ei dederat ſe accepiſſe reſpõdit: ut quaſi reatum ſuũ oblique in authorẽ relideret:qui ei mulierem dederat quæ talia perſuaderet. Hoc ſcutũ etiam requiſita mulier tenuit;qũ neq̃ ipſa ad ſe culpam retulit : ſed

Genſ.3.c E serpentis illud perſuaſionib⁹ replicauit dicens: Serpens decepit me, & comedi: ut ipſa quoq; reatū ſuū oblique in creatorem duceret: qui illic intrare ſerpentē perſuaſurū talia permiſiſſet. Serpens ꝙo iam non requirit̄: quia nec eius pœnitentia quærebat̄. Hi autem quorū pœnitentia quæſita eſt, ſcutū nequiſſimæ defenſionis cōtra iuſtiſſimæ correptiōis uerba protulerūt. Vnde nūc uſq; in uſum peccātiū trahit̄: ut culpa cum arguit̄, defendat̄: & unde finiri reatus debuit, inde cumulet̄. a ¶Perſequeris in furore: & conteres eos ſub cęlis dñe. His tribus ſententijs quas modo enumerauimus, quæ ſub Thau litera prænotatæ ſunt: reſpōdet ad ſuperiores: quibus iniquitatē Iudæorū, & doloſam meditationem expreſſerat: oſtendens quoniā in furore, diuino iudicio diſponente, hoſtes eorum illos perſecuti ſunt: & in præſenti uita fortiter contriuerunt: ita ut hactenus per totū orbem diſperſi, malum exilij patiantur: ſedentes ſine rege ac ſacerdotio regali, & ſine tēplo, & ſine cultu pietatis. Qui autē ad Chriſtum conuertuntur, promiſſionem illam quæ ad patres eorū facta eſt, ſpiritualiter hæreditabūt.

a ת Thau. Perſeq̄ris i furore: & cōteres eos ſub cœlis dñe.

Denicq; tribus alphabetis quibus anteriorē partem lamentationis propheta explicauit enarratis, iam quid quartum inſinuat, conſyderandum eſt.

¶Commentarij ſecundi in lamētationes Hieremiæ finis.

¶IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM LAMENTATIONVM HIEREMIAE PROEMIVM.

EXtremus liber tractatus Hieremiæ inchoandus eſt a quarto alphabeto: qđ ſicut primū & ſecundū ſapphico metro decurrit: in quo ſimili modo ut in cæteris caſum populi iudaici: atq; uaſtationē urbis, lamētabili uoce ꝓpheta hiſtorialiter deplorat. Spiritualiter aūt lapſum aiæ fidelis, atq; ruinā in peccatis miſerabiliter plangit: ſubnectens orationē quā fudit lachrymoſa uoce ꝓpter interitū ſuorū ad pias aures dñi: q̄ten⁹ ipſe benign⁹ miſeris manus ſolacij porrigēdo, in ſtatū priſtinū erigat, atq; ꝓfectæ ſanitati reſtituat.

¶COMMENTARIORVM IN LAMENTATIONES HIEREMIAE LIBER TERTIVS.

F QVomodo obſcuratū eſt aurū ꝛc. Nam licet hæc hiſtorialiter urbis hieroſolymitanæ deſtructionē & templi cōcremationē uideantur ſonare: ubi totus ille ornatus ueterum diſſipatus eſt, & ad nihilū redactus: tamen altiori ſenſu templi myſtici deiectionē ſignificat: qđ quotidie in reproborū uita & moribus obfuſcat̄ atq; deſtruit̄. Quid nāq; auro, qđ metallis cæteris præeminet, niſi excellentia ſanctitatis: quid colore optimo, niſi cunctis amabilis reuerētia religionis exprimit̄? quid ꝓ ſanctuarij lapides, niſi ſacroꝝ ordinū ꝓſonæ ſignant̄? quid platearū nomine, niſi præſentis uitæ latitudo dicitur? profecto a latitudine plateæ ſunt uocatæ. Per ſemetipſam ꝙo dicit ueritas: Matth.7.b Lata & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad perditionē. Aurū igitur obſcurat̄, cū terrenis actibus ſanctitatis uita polluit̄. Color optimus cōmutat̄: cū quorundā qui agere religioſe credebant̄, exiſtimatio ante acta minuit̄. Nam cū quilibet poſt ſanctitatis habitū terrenis ſe actibus inſerit: quaſi colore permutato, ante humanos oculos eius reuerētia deſpecta palleſcit. Sanctuarij quoq; lapides in plateas diſpergunt̄: cum cauſa ſæcularium foras lata itinera expetunt: hi qui ad ornamenta eccleſiæ internis myſterijs q̄ſi in ſecretis ſanctuarij uacare debuerāt. Ad hoc quippe ſanctuarij lapides fiebant: ut intra ſancta ſanctorum in ueſtimento ſummi ſacerdotes apparerent. Cū ꝙo miniſtri religionis a ſubditis honorē redēptoris ſui, ex merito uitæ nō exigunt: ſanctuarij lapides in ornamento pontificis non ſunt. Qui nimirum ſanctuarij lapides diſperſi per plateas iacent: cum perſonæ ſacrorū ordinū uoluptatū ſuarū latitudini deditæ, terrenis negocijs inhærēt. Et notandū q̄ non hos diſperſos in plateis, ſed in capite platearū dicit: quia cū terrena agunt, ſummi uideri appetunt: ut & lata itinera teneant ex uoluptate delectationis: & tamē in platearū ſint capite ex honore ſanctitatis. Nihil quoq; obſtat, ſi ſanctuarij lapides, eoſdē ipſos, quib⁹ cōſtructū ſanctuariū exiſtebat, accipimus: qui diſperſi in capite platearū iacent, q̄ſ ſacrorū ordinū uiri terrenis actib⁹ ex deſyderio inſeruiunt: ex quorū prius officio ſanctitatis gloria ſtare uidebatur. Sæcularia itaq; negocia aliquando ex cōpaſſione toleranda ſunt: nunq̄ ꝙo ex amore requirenda: ne cum mentē diligentius aggrauant, hanc ſuo uictam pōdere ad ima de cœleſtib⁹ mergant. b ¶Filij ſion inclyti et amicti auro ꝓmo ꝛc. Ad eundem ſenſum hæc ſententia pertinet, ad quē ſuperior: qđ filij eccleſiæ qui inclyti fuerunt chriſtiana religione & ornati ſapiētiæ fulgore, & decore uirtutū, nūc emolliti carnalibus deſyderijs, & terrenis cupiditatib⁹ tabefacti, uaſis teſteis cōparent̄: quæ dominicæ correptionis uirga in futuro examine conterens franget, & ad nihilū rediget: taliter ut nō inueniri poſſit fragmē teſtæ, quo igniculus ferri poſſit de incendio. c ¶Sed ꝛ lamię ꝛc. In lamia quippe duplicitas iudæorū, & fictio hypocritarū exprimit̄. Lamia em̄ humanam faciem habet, ſed corpus beſtiale: ſic & ꝓpſus iudæorū ſpecieten⁹ culturā dei ſimulabat: ſed feroci animo ſemp illi cōtrari⁹ exiſtebat. Qđ bñ ꝓ Eſaiā oſtēdit̄ cū dicit̄: Populus Eſa.29.d hic labijs me honorat: cor autē eorū longe eſt a me. Sifiter oēs hypocritæ in prima facie qđ oſtendunt, q̄ſi ex rōne ſanctitatis eſt, beſtiale eſt qđ ſequit̄ corpus: quia ualde iniqua ſunt quæ ſub boni ſpecie moliunt̄. Poſſunt & in lamia, hæretici accipi: qui humanā quidē facie, ſed beluina ꝓ impietatem corda geſtant. Hi tunc mammā nudant, q̄n errorē ſuū libere prædicant. Tunc catulos lactant, q̄n male ſequaces paruulorū aīas, dū peruerſa inſinuāt, ad impietatē nutriēdo confirmant. Filia ꝓpli mei crudelis, q̄ſi ſtruthio in deſerto. Sicut in lamia, ſic & in ſtruthione fictio & īmanitas hiſtorialiter iudæorū. Et ſcđm myſticū ſenſum, ſimulatio & īmanitas hypocritarū deſignat̄: qui fingere ſciunt uirtutū opa nō ueraciter agere. De hoc ſtruthione inter alia & in libro Iob Iob.39.b legitur:

a א Aleph. ¶Ca. IIII QVomodo obſcuratū eſt aurū: mutatus eſt color optimus. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniū platearum.

b ב Beth. ¶Filij ſion inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in uaſa teſtea, opus manuū figuli.

c ג Gimel. Sed & lāmiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto.

ד Daleth. Adhæſit

A legiē: Indurat̄ ad filios suos quasi nō sint sui: frustra laborauit nullo timore cogente. Indurata est ergo crudelis synagoga ludæorū cōtra apl̄os & prædicatores noui testamēti, qui de ipsa gente nati fuerant, quasi non essent sui filij: odio eos habens, & externos deputans: crudeliter illos ubiq; in deserto gentium persequebat̄ propter euangelium Christi: qđ & ipsa ueritas uidet̄ eis prænunciare cum ait: Ioh.16.a Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini: absq; synagogis facient uos: sed uenit hora: ut oīs qui interficit uos arbitret̄ obsequium se præstare: Et hæc faciēt uobis: quia nō nouerūt patrē neq; me. Frustra ergo laborat nullo timore cogēte: quia cū Christum pſecuta est quasi euersorem gentis, & destructorē regni: nec statū regni, nec salutē gentis seruauit, sed magis perdidit. a ¶ Adhęsit lingua lactantis ad palatū eius in siti ꝛc. Hoc notat iuxta historiā, q; lactātes atq; paruuli infantes Iudæorū destituti matrū atq; nutricū solacio, fame & siti laborauerūt. Iuxta Allegoriā ꝙo significat, qđ hi qui infirmi adhuc sunt intellectu & minus 1.Co.3.a ualidi ad percipiendū fortiorē cibū, qualib⁹ ait Apl̄us: Lac uobis potū dedi: ꝓpter inertiā & desidiā doctorū, spiritualis intelligētiæ carēt alimonia. Paruuli inquit petierūt panē, & non erat qui frangeret eis. i. infirmi quiq; scripturæ sacræ fortiores sentētias petierūt sibi exponēdo cōminui: sed qui exponere studeat, non ualet inueniri. Potum uidit scripturā Esa.55.a sacrā ꝓpheta cū diceret: Oēs sitiētes uenite ad aquas. Si potus aperta mādata nō essent, per semetipsam ueritas nō clamaret: Si quis sitit, ueniat & bibat. Ioh.7.f Quasi cibū & potū intelexit ꝓpheta Iudææ defuisse cū diceret: Esa.5.b Nobiles eⁱ⁹ interierunt fame, & multitudo siti exaruit. Paucorū quippe est fortia & occulta cognoscere: multorū ꝙo historiæ aperta sentire. Idcirco Iudææ nobiles non siti, sed fame interijsse asserit: quia hi præesse uidebant̄, dū totos se exteriori intelligentiæ dederāt: qđ de minimis discutiēdo mandarēt, nō habebāt.

B b ¶ Qui uescebant̄ voluptuose ꝛc. Qui sunt illi qui uescebant̄ uoluptuose, nisi illi Iudæi qui semp terrenis cōcupiscētijs, & sæculi uoluptatib⁹ dediti erant: & ꝓ cibo & potu sæ- Nume.16.b pius murmurabant, dicentes ad Moysen: Reuera induxisti nos in terrā, quæ fluit riuis, lactis, & mellis: & dedisti nobis Ibi.11.b possessiones agrorū & uinearū. Et iterū: Quis dabit nobis ad uescēdū carnes? Recordamur pisciū q̄s comedebam⁹ in ægypto gratis. In mēte nobis ueniūt cucumeres & pepones porricq; & cepe & allia. Anima nr̄a arida est, nihil aliud respicunt oculi nostri nisi Man. Ipsi interierūt in uijs: quia in lata & spaciosa uia quæ ducit ad mortē, exterminati sunt. Et qui nutriebant̄ in croceis, amplexati sunt stercora: cū uanā istius mundi pompā appetētes: & historicā traditionē legis sequētes, spiritualē intelligentiā spernebant. Qđ em̄ uetus obseruantia cerimoniarū legis stercorib⁹ cōpareť, ostendit Phil.3.b Paulus dicēs: Quæ ergo mihi fuerūt lucra, ꝓpter Christū arbitrat⁹ sum ut stercora. Tropologice ꝙo quicūq; auariciā terrenā & delitias uoluptatū secutus, uiam istius uitæ incorrectus expleuerit: nō ad æternæ uitæ gaudia, sed ad fœditatem pœnarū peruenturus erit. c ¶ Et maior effecta est iniquitas filię ppli mei pctō sodomorū ꝛc. Maior ergo effecta est iniquitas ppli iudæorū pctō sodomorū: quia illi tm̄mō legē naturalē: isti autē & naturalē & scriptā transgressi sunt. Videtes mirabilia dei, & cibo cœlesti pasti, ingrati semp eⁱ⁹ bñficijs extiterūt. Vñ & doctores nō cœperūt in eis manus, qui cōdignos laboris sui in ipsis nō inuenerūt fructus. Nā ipsum legislatorē suū Moysen plurimis cōuitijs irritauerūt: & ꝓphetas dei ad se missos pſecuti sunt. Nouissime ꝙo ipsū hæredē, hoc est, unigenitū filiū patris ad se uenientē, ut eos saluaret, & ab errore corrigeret, spernebāt: & diuersis calumnijs insequētes, ad extremū ꝑ inuidiā occiderunt. Qualiter autē iniquitas iudæorū maior sit pctō sodomorū, ostendit euangeliū, ubi ita legiť: Tunc cœpit Iesus exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius: quia non egissent pœnitentiam: Væ tibi corozaim, uæ Matth.11.c tibi bethsaida: qa si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, q̄ uobis. Et tu caphar Luc.10.c naum nūquid usq; in cœlū exaltaberis: usq; in infernū descendes: qa si in sodomis factæ fuissent ꝝtutes quæ factæ sūt in te, forte manssissent usq; in hunc diē. Verūtn̄ dico: qa terræ sodomorū remissius erit in die iudicij q̄ tibi. d ¶ Candidiores naçarei eⁱ⁹ niue ꝛc. His duab⁹ sentētijs ostēdit, quō oīs decor prioris ppli, quē habebant in ornatu tēpli & cultu diuino, ꝓpter pctā eorū emarcuerit: & destruētib⁹ hostib⁹, ad nihilū redactus sit. Mystice autē casus animarū quorundā fidelium a propheta deplorat̄. Quid em̄ naçareorū nomine, nisi abstinentium & cōtinētiū uita signat̄: quæ niue & lacte nitidior dicit̄? Nix enim ex aqua cōgelascit, quæ desuper uenit. Lac autē ex carne exprimit̄, quæ de inferioribus nutritur. Quid em̄ per niuem, nisi candor uitæ cœlestis? Quid per lac, nisi temporalis dispēsationis administratio demōstrat̄. Et quia plærumq; cōtinētes uiri in ecclesia tam mira opera faciunt: ut multi qui cœlestem uitam tenuerunt: multi qui terrena bene dispensauerūt, superari uideant̄: & candidiores niue, & nitidiores lacte referunt̄: qui etiam quia per feruorē spiritus, antiquorū ac fortium patrum nōnunq; uincere uitam uideantur, recte adiungit: Rubicundiores ebore antiquo. Dum em̄ ruboris nom̄ imprimit̄, sancti desyderij flamma signat̄. Ebur ꝙo esse os magnorū animaliū nō ignoramus. Ebore utiq; antiquo rubicundiores sunt: quia sæpe ante humanos oculos nōnullis præcedentibus patribus studij feruentioris existunt. De quib⁹ ut totū simul ostendat̄, adiungitur: Sapphiro pulchriores. Et aerei quippe coloris est sapphirus. Et quia præcedētes multos, atq; ad superna tendentes, per cœlestem cōuersationē uidentur uincere: narrantur sapphiro pulchriores extitisse. Sed plærumq; dum uirtutū copia, etiā plus q̄ expedit prosperat̄: in quandā sui fiduciā, mens adducit̄: & decœpta præsumptione propria, repente peccato surripiente infuscatur: Vnde recte subiungit̄: Deni grata est super carbones facies eorū. Nigri em̄ post candorē fiunt: quia amissa dei iusticia cum de se præsumūt, in ea etiā quæ non intelligunt, dilabunt̄ peccata. Et qui post amoris ignem ad frigus torporis ueniunt, extinctis carbonibus ex cōparatione præferunt̄. Nonnunq; em̄ dum timorē dei per sui fiduciā deserunt, etiā frigidis mētibus frigidiores fiunt. De quibus recte subiungitur: Non sunt cogniti in plateis. Platea quippe sermonis græci ratione pro latitudine dicit̄. Quid ꝙo est humanæ menti angustius, q̄ uoluntates proprias frangere? De qua fractione ueritas dicit: Intrate ꝑ angustam portā. Quid autē latius, q̄ nullis ꝓprijs uoluntatibus reluctari: & quaq; uersum impulsus arbitrij duxerit, se sine retractione diffundere? Qui ergo per fiduciā sanctitatis postposito meliorū iudicio se sequunt̄: quasi per plateas pergūt: sed nō sunt cogniti in plateis: quia de uita sua aliud ostenderūt, quādo frangēdo uoluntates, ꝓprias in angusto se calle retinebant. Et bene additur: Adhæsit cutis eorū ossibus. Quid in cute, nisi mollicies exprimitur infirmitatis? Cutis ergo eorū adhærere ossibus dicit̄: quia ab eis praua sentientib⁹, infirmitas uitij, duricia uirtutis putat̄. Infirma

C

D

a Adhæsit linguâ lactantis ad palatū eius in siti: paruuli
b petierūt panē, & nō erat qui frangeret eis. ח He. Qui
uescebant̄ uoluptuose, interierūt in uijs: qui nutriebantur in
c croceis, amplexati sunt stercora. ו Vau. Et mājor
effecta est iniquitas filiæ ppli mei pctō sodomorū: quæ
subuersa est in momēto, & non cœperunt in ea manus.
d ז Zain. ¶ Candidiōres naçarei eⁱ⁹ niue: nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo: sapphiro pulchriores. ח Heth. ¶ Denigrata est super carbones facies eorum: & nō sunt cogniti in plateis. Adhæsit cutis eorum ossibus

E

em̃ ſunt quæ faciũt: ſed elationis fiducia decœpta, fortibus ea ſuſpicientibus iungunt: & quo de ſe magna exiſtimari cupiunt, eo de ſua nequicia emendari cõtemnunt. Vnde recte adiungit̃: Aruit, & facta eſt quaſi lignũ. Culpa quippe eorũ tanto inſenſibilior redd̃it, quanto apud eos etiã laudabilis habet̃. Quã recte aridam aſſerit: quia nulla ſui cogitatione uiridescit. a ¶ Melius fuit occiſis gladio, &c. Melius fuit occiſis gladio, q̃ interfectis fame &c. Quantum ad cõpendiũ mortis reſpicit, breuior fuit pœna ſubito gladio occiſorum, q̃ fame & ſiti diu excruciatorum. Quantũ ẏo ad ſpiritualem ſenſum pertinet, melius fuit apoſtolis & prædicatoribus euangelij, breuiori pœna corporis, ꝓ Chriſti noĩe ad tẽpus plecti: & poſtea in æterna lætitia coronari: q̃ perſecutoribus eorũ, longa inedia uerbi dei tabefieri: & ꝓpter ſterilitatem & infœcunditatẽ bonorũ operũ ad extremũ æterno incẽdio cõcremari. b ¶ Manus mulierũ miſericordium coxerunt filios ſuos &c. Hoc hiſtorialiter recapitulat, qđ ſuperi⁹ iam dixerat: quia in captiuitate chaldaica, necnõ & in rhomana: ad talem neceſſitatẽ ꝓpter inopiam cibi, plæbs iudæorũ peruenit: ut aliquæ ex mulieribus eorũ, filios ſuos trucidarẽt: & carnes eorũ coctas comederent. Iuxta ſpiritualẽ ẏo intellectũ: nõ parui eſt delicti, ꝙ doctores mali auditores ſuos, rebus terrenis & ſubſtantijs ſuis ꝓpter uoracitatẽ ſuã ſpoliant: nec eis pabulũ uerbi tribuunt, q̃ illi ad uitã nutrianẽ æternã: cum dñs ꝙ Eçechielẽ dicat: Væ paſtorib⁹ iſrael qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges paſcunẽ a paſtorib⁹? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & qđ craſſum erat, occidebatis: gregem autẽ nõ paſcebatis: qđ infirmũ fuit, non cõſolidaſtis: & qđ ægrotũ, nõ ſanaſtis: qđ fractũ eſt, nõ alligaſtis: & qđ abierat, nõ reduxiſtis: qđ perierat, non quæſiſtis: ſed cũ auſteritate imperabatis eis & cũ potẽtia: & diſperſæ ſunt oues meæ, eo ꝙ nõ eſſet paſtor: factæ ſunt in deuorationẽ omniũ beſtiarũ agri, & reliqua. Sed quia talis actio iram domini mereb̃, ſequit̃: c ¶ Cõpleuit dñs furorẽ ſuũ &c. Cõpleuit dñs furorẽ ſuũ, & effudit iram indignationis ſuæ in gentem peccatricẽ: qñ nõ ſolũ populũ exterminauit, ſed etiã habitacula ꝓ hoſtes eorũ uſq; ad fundamẽta deſtruxit: & templũ atq; urbem incẽdio cõſumpſit. Cõplet etiã & in malis doctorib⁹ furorẽ ſuũ, qñ ꝓ negligẽtia & deſidia ſua, incendio eos tradet perpetuo: & nõ ſolũ, ꝓ operibus malis eos punit, ſed uſq; ad fundamẽta peruerſarũ cogitationũ, ei⁹ uindicta peruenit. d ¶ Nõ crediderũt reges terrę &c. Qñ ergo ſtatus regni iudaici manſit incolumis: & cultus dei ibi erat celeberrim⁹, difficile fuit nationibus gentium circũquaq; poſitarũ credere, ꝙ externus hoſtis dominaturus eſſet urbi inſigniſſimæ & tẽplo famoſiſſimo: maxime cũ uiderẽt & audirẽt ab initio gentẽ illam ſignis clareſcẽtib⁹ diuina ope ſuſtentatam atq; protectam. Myſtice autẽ cũ animã cuiuſlibet fidelis uiderim⁹ ſpirituali ſcientia, atq; omniũ uirtutũ decore adornatã: uix credere poſſumus tam ſubitaneo caſu eam corruere: ut quæ quondam imperabat ſpiritualib⁹ inimicis, eos ab obſeſſis corporibus uerbo orationis eijciebat: nunc eorundẽ hoſtiũ præda fiat: & tota illorũ nequiſſimæ ſubdita uoluntati. Sed unde hæc ruina maxime perueniat, ſequẽs ſermo ꝓphetæ demõſtrat.

e ¶ Propter peccata ꝓphetarũ ei⁹ &c. Propter peccata eñ ſcribarũ & phariſæorũ, necnõ & pontificũ iudæorũ: qui ſanguinẽ redemptoris & ꝓphetarũ atq; apl̃orũ eius effuderũt: captiuitas hieruſalẽ, atq; deuaſtatio maxime euenit. Similiter & nunc in eccleſia ꝓpter peccata ꝓphetarũ, & iniquitates ſacerdotũ eius, portarum ſpiritualis hieruſalẽ patet introitus: qñ ꝓpter ignauiã prædicatorũ, & negligẽtiã ſacerdotũ dei: qui non curant populo annunciare uiam dñi, & compeſcere eum a peccatis: hoſtis malignus ꝓſenſus exteriores aditum intrãdi in animã inuenit: & occaſionem habet ꝓ diuerſas fraudes eam ſeducendi. Vnde ſcriptũ eſt: Cauſa ruinæ populi, ſacerdotes mali. Qui merito dicuntur effundere ſanguinem iuſtorũ: quia dum ſimplicibus qui forte per innocentiam iuſti eſſe poſſent, ſi rectitudinẽ uiarum dñi ſcirẽt, ſubtrahunt uerbum ſolacij, rei dicuntur eſſe ſanguinis effuſi. Qđ ſermo diuinus ad Eçechielẽ ꝓphetã liquido demõſtrat dicens: Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui iſrael: & audies de ore meo uerba, & annunciabis eiſdem. Si dicẽte me ad impium, morte morieris: nõ annunciaueris ei, neq; locutus fueris, ut auertat̃ a uia ſua impia & uiuat: ipſe impius in iniquitate ſua morieb̃: ſanguinẽ autem eius de manu tua requiram. Si autẽ annunciaueris impio: & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & uia ſua impia: ipſe quidem in iniquitate ſua morieb̃: tu autẽ animam tuam liberaſti. Sed & ſi cõuerſus fuerit iuſtus a iuſticia ſua, & fecerit iniquitatẽ, ponam offendiculũ corã eo: ipſe morieb̃: quia nõ annunciaſti ei: in peccato ſuo morietur, & nõ erunt in memoria iuſticiæ eius quas fecit: ſanguinẽ ẏo eius de manu tua requiram. Si autẽ tu annunciaueris iuſto, ut nõ peccet: & ille nõ peccauerit, uiuens uiuet: quia tu annunciaſti ei: & tu animam tuam liberaſti. f ¶ Errauerũt cęci in plateis &c. Per inertiã ergo doctorũ, tenebris ignorãtiæ ex cæcitate errauerũt in plateis turmæ plæbiũ: quia dum ſe ad illecebras tradunt uoluptatum, rectum callem nõ tenẽt diuinorũ præceptorũ. Et bene dicitur: Polluti ſunt ſanguine: quia ſanguinolentorũ operũ contaminati ſunt cõmixtione. Cumq; non poſſent (inquit) ſubaudib̃, recto tramite incedere: tenuerũt lacinias ſuas, hoc eſt, aliorũ ducatũ expetebant: ut eorũ actuũ exemplis, quaſi quibuſdam laciniis tracti, greſſum imitenẽ præcedentium. Sed quia frequẽter illi qui præeunt: & ſequẽtes ſe uerbo doctrinæ & bonis exemplis docere debuerant, ipſos ſecutores ſuos ꝓ faſtum ſuperbiæ ſpernẽtes, in deſperationẽ mittunt. Sequit̃: g ¶ Recedite polluti clamauerũt eis &c. Talis eſt uox ſuperborũ magiſtrorũ: qui pecus quod craſſum eſt, de grege aſſumũt: & qđ debile, proĵciunt: qđ infirmũ, nõ conſolidant: & qđ ægrotũ, non ſanant. Recedite (inquiunt) polluti, recedite, abite, nolite nos tangere: nolite in aliquo nobis cõmunicare: inſanabilia ſunt uulnera ueſtra, & incurabiles plagæ: nõ eſtis digni cõmunione chriſtiana, ut ultra in uobis inhabitet ſpiritusſanctus. Facies domini diuidit eos ac reſpuit: nec addet ultra ut recipiat: quia facies ſacerdotum ueſtrorũ non erubuiſtis: nec ſeniorũ ueſtrorũ admonitionẽ manſuete ſuſcepiſtis. Talis loquela eñ nõ illuminat cæcũ: non ſanat ægrotũ: nõ curat infirmũ: ſed magis occidit, atq; in deſperationẽ

ſunt.

F

G

H

Treno.4.b

Eçech.3.a

Eçech.34.a

Hiere.40.c

4.Re.25.f

1.Co.9.d

2.Co.11.g

Gen.9.a

A in desperationē periclitantē mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorū infirmitates pensantes, magis per humilitatis & mansuetudinis lenimentū, studentpeccātes ab erroris laqueo eruere, q̄p per austeritatē in foueam perditionis nutantes ꝓpellere. Vñ & doctor gētiū qualiter subditis suis præfuerit, ostēdit
1.Co.9.d dicēs: Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerē: oīa omnibus factus sum, ut oīnes facerē saluos.
2.Co.11.g Quis infirmat̄, & ego non infirmor? Quis scandaliz̄at̄, & ego nō uror? Debet rector eē bñ agētibus p̄ humilitatem socius: cōtra delinquētiū uitia, p̄ çelū iusticiæ erectus: ut & bonis in nullo se præferat: & cum prauorū culpa exigit, potestatē protinus sui prioratus agnoscat: q̄ten⁹ & honore suppresso, æqualem se subditis bñ uientib⁹ deputet: & erga peruersos iura rectitudinis non exercere formidet. Nam liquet q̄ oīnes hoīes natura æquales sunt geniti, sed uarianē meritorū ordine, alios alijs culpa postponit. Ipsa autē diuersitas accessit ex uitio, diuino iudicio dispensante: ut quia omnis
B hō æque stare nō ualet, alter regat̄ ab altero. Vñ cuncti qui præsunt, nō in se potestatē debēt ordinis pensare, sed æqualitatē cōditionis: nec præesse hoīb⁹ se gaudeant, sed ꝓdesse. Antiqui etēm patres nostri, nō reges hoīm, sed pastores pecorum fuisse memorant̄. Et cū Noe dñs & filijs ei⁹ dicerct:
Geñ.9.a Crescite & multiplicamini, & replete terrā, Protin⁹ adiūxit: Et terror uester, ac tremor sit sup̄ cūcta aīalia terræ. Quorū uidelicet terror ac tremor esse sup̄ aīalia terræ præcipit̄, profecto esse sup̄ hoīes ꝓhibet̄. Homo quippe brutis aīalibus, nō aūt hoīb⁹ cæteris natura prælatus est. Et idcirco ei dicit̄: ut ab aīalib⁹, & nō ab hoībus timeat̄: quia cōtra naturā superbire est: ab æquali uelle timeri: & tñ necesse est, ut rectores a subditis timeant̄: & q̄ñ ab eis minime se timeri deprehendunt: in humana saltē formidine peccare metuant, qui iudicia diuina nō formidāt. Possunt & superiores sentētiæ, quæ clamando recedere pollutos iubent: & iurgantes illis denūciant, q̄d ultra dñs eos nō recipiat, neq̄ in eis habitet: ex persona hostiū iudæorū accipi: qui insultabant captiuis, q̄ñ p̄ uiolentiā, aut a terra sua eos eiecerāt, & in terrā alienā adduxerāt: q̄d deserti & derelicti sint a deo, & diuīo auxilio destituti: nec spem reuersionis ullam eis remanere, sed in perpetuū damnatos fore. Quare autē deserti a dño sint, sequens sentētia ꝓphetæ manifestat. a ℂ Cū adhuc subsisteremus/defecerūt oculi nostri ꝛc. Hoc narrat, q̄p q̄ñ a dño arguebant̄ ꝓ sceleribus suis, nō ad ipsum cōuersi sunt p̄ pœnitentiam: neq̄ ad eius misericordiā cōfugierūt, quaten⁹ eius ope ab hostib⁹ eriperent̄: sed forinsecus ab alijs gētib⁹ auxilium quærebāt: ab ægyptijs uidelicet uel assyrijs: quæ nullo modo eos liberare poterāt. Vñ dicit: Defecerūt oculi nostri ad auxilium nostrū uanum: cū respicerem⁹ attenti ad gentē quæ saluare nō poterat. Frustra enim ab illis solacia quærebant, qui semetipsos defendere nō poterant. Hinc q̄q̄ factū est, q̄p reliquiæ iudæorū, quæ post uastationē urbis hierusa-
4.Re.25.f lem, derelictæ sunt a Nabuçardan principe militiæ ad colendam terrā, interfecto ab Ismahele Godolia: quē præfecit
Hiere.40.c memoratus Nabuçardan terræ, & ipsis reliquijs quæ ibi remanserant mœtu exterritæ cōtra uerbū dñi: q̄d eis p̄ Hieremiam mandauerat, in ægyptū transierūt: quasi ab ægyptijs cōtra chaldæorū arma possint tueri. Sed uana fuit hæc spes eorū: Quinto siquidē anno captiuitatis hierosolymorū: ut Iosephus refert: qui est tertius & uicesimus regni Nabuchodonosor, inferiora syriæ castrametatus est idē Nabuchodonosor: eamq̄ detinens, expugnauit & Ammonitas & Moabitas. Cumq̄ subdidisset has gentes, perrexit ad ægyptum eamq̄ subuertit: & regem quidē qui tunc ibi erat, occidit: aliumq̄ ei in ea constituens, denuo iudæos captiuos duxit in babyloniā: & hebræorū genus huiusmodi habuit terminū. Vnde se quit̄: b ℂ Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearū nostrarum ꝛc. Mystice autem quisquis deserto uno uero deo, adiutorium quærit a spirituali ægypto, hoc ē, ab hoc mundo: & lubrica sæculi huius pergit uestigia: uana spe delusus, hostium spiritualium fit præda. Vñ scriptū est: Egyptus uane auxiliabitur. Et iterū: Maledictus homo qui confidit in hoīe, & cætera.
Esa.30.b
Hiere.17.a

c ℂ Velociores fuerūt p̄secutores nr̄i aquilis cęli ꝛc. Per rapidū uolatū auium, ualidam & uelocē significat persecutionē hostium: qui infra patriam constitutos, & deserta patria fugitiuos, nimia crudelitate insecuti sunt.

C

d ℂ Spiritus oris nostri christus dñs ꝛc. Hanc sententiam diuersi auctores, diuersis modis exposuerūt. Nam alij super reges iudæorum: qui Christi, hoc est, uncti dicebantur: sub quorū protectione gens iudæorū uidebat̄ degere, interpretati sunt: quasi propter pctā populi ipsi interierint: ut Iosias qui iustus esse legit̄, & cæteri huiusmodi. Alij autē sup̄ Iesu Christo uero uniuersorū dño, ac uita aīarū fideliū, dictum intelligunt: sub cuius tutela in uniuersis gentibus uersatur ecclesia. Ipse autem spiritus oris nostri est: in quo uiuimus, mouemur, & sumus: ex cuius sapore quicquid recte sentimus, sapimus: qui traditus est ꝓpter delicta nostra: & resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā. Scripsit em̄ hoc plenissime ꝓpheta Esaias ita dicēs: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum & percussum a deo & humiliatū: ipse autē uulneratus est ꝓpter iniquitates nostras: attritus est ꝓpter scelera nostra: disciplina pacis nostræ sup̄ eum: & liuore eius sanati sumus.
Actu.17.f
Esa.53.b

D

e ℂ Gaude ꝛ lętare filia edom ꝛc. Edom idem fuit qui Esau frater Iacob, a quo Idumæi hostes israel orti sunt. Huic ergo fuit filius Chore, Traconitidis & Damasci conditor: inter Palæstinā & Cœlesyriā tenens principatū. Q̄d autem dicit filiam Edom gaudere & lætari, eo q̄p peruenerit ad eam calix dñi: per Ironiam legendū est: ut est illud in epistola Iacobi apostoli: Glorieť autem frater humilis in exaltatione sua: diues autē in humilitate sua, subaudit̄, a superiore glorieť: q̄d nō tñ ad gloriā, sed ad humilitatē eius & damnationem pertinet. Venit autem calix dñi, hoc est, uindicta ad Idumæos, q̄ñ Nabuchodonosor uastata Iudæa, cæteras gentes simili modo deuastauit: & dignum fuit, q̄p hostes populi dei, qui eius subuersione gauisi sunt: ipsi quoq̄ meritā ꝓ eo ab hostib⁹ reciperēt uindictam. Mystice autē in filia Edom, qui sanguineus uel terren⁹ interpretat̄: synagoga iudæorū: uel etiā generaliter turba omniū persecutorū ecclesiæ exprimitur: qui acerbissimis persecutionib⁹ fideliū turbā in toto corde insectant̄: quibus tamē certa in gehenna ignis æterni remanebit uindicta. De hac etiā Edom filia, Dauid ꝓpheta in psalmis meminit dicēs: Memēto dñe filiorū Edom in die hierusalē: qui dicunt exinanite usq̄ ad fundamentū in ea.
Iacob.1.b
Geñ.25.c
Ps.136.b

f ℂ Cōpleta est iniqtas tua filia sion ꝛc. Cōpleta ergo persecutione q̄ hostes in hoc sæculo permittunt̄ persequi electos

E del: ad probationem ſcilicet eorum, non ad damnationem, iam ultra non addent, ut tranſmigrent per eos. Quoniam
Apoc. 21.b abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum ſuorum: & neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt: Sed exultent iuſti in iuſticia: impij au/ tem & peccatores cum diabolo mittantur in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi eſt beſtia & pſeudoprophetæ: & cruciabun G tur die ac nocte in ſæcula ſæculorum.

Commentarij tertij in lamentationes Hieremiæ finis.

IN ORATIONEM HIEREMIAE PROEMIVM.

POſt lamẽtationẽ ergo (quæ literis hebraicis ſcd'm ſeriẽ earundẽ literarũ q̃dru/plicũ, opportunis locis ut diximus, prænotata eſt) ſequit' oratio ꝓphetæ: quæ uaſta/tionem urbis hieruſalẽ, & caſum ppli iudæorũ, hiſtorialiter deplorat. Et ſpiritualiter ruinã animarũ fidelium, & uaſtationẽ quã paſſæ ſunt a nequitijs ſpiritualib⁹ flebiliter cõmemorat. Ad extremũ ꝙ ipſi⁹ dñi opẽ & miſcd'iam ſubuenire afflictis humiliter deprecat'.

COMMENTARIA IN ORATIONEM HIEREMIAE.

REcordare dñe ꝛc. Vſus ꝓphetarũ eſt, frequen/ter per humanas cõſuetudines dñm ſupplica/re. Recor/dare eñ uel me/mento illi dicitur, qui nullius aliquando po/tuit obliuiſci. Non eñ ut ad memoriã redeat diuinitas commonet': coram qua omne præ/teritum & futurũ ſem/per præſens eſt. Nõ eſt dignũ in illa maieſtate ponere obliuionis in/iuriam: ſed ideo recor/dari uel meminiſſe po/ſtulat', ut cito auxiliũ indigentib⁹ cõferat: & palam faciat qd' antea fuit occultũ. Has enim Tropologias frequẽter in ſcripturis diuinis inuenies: ut eſt illud in Geneſi: Recordabor fœderis
Geñ. 9.c Exo. 6.a mei. Vel in Exodo: Recordatus eſt dominus pacti quod pe/pigerat cum Abrahã, Iſaac, & Iacob. Siue illud qd' Moyſes
Ibi. 32.c ad deum dicit: Recordare Abraham, Iſaac, & Iacob. Recor/dare (inquit) domine quid acciderit nobis in calumnia ua/ſtationis: intuere & reſpice opprobrium noſtrũ: quod paſſi ſumus ab his qui duxerũt nos quaſi ſeruos captiuos in ter/ram alienã: & abuſi ſunt noſtri ad ſeruitiũ ſuum. b ¶ Hæ/reditas noſtra verſa eſt ad alienos ꝛc. Cum diuerſæ gentes undiq; cõgregatæ, poſſident terrã inclytam: quã promiſiſti patribus noſtris dare in poſſeſſionem. c ¶ Pupilli facti ſu/mus abſq; patre ꝛc. Quia defenſore deſtituti ſumus quaſi pupilli: nec perſonas habemus, quæ nobis nutriminis ſo/lacia ſolebant conferre: ſed quaſi uiduæ omni prouiſione ac conſolatione priuati ſumus. d ¶ Aquã noſtrã pecunia bi/bimus: ligna noſtra precio cõparauimus. Duo elementa in quibus maxime nutrit' uita humana: & quorũ uſus omni/bus communis eſt, ſibi dicit propter captiuitatis penuriam difficilẽ eſſe adempta: ita ut nec aquã ad bibendũ, nec ligna ad focum ſine precij redẽptione habere poſſent. e ¶ Ceruici/bus minabamur ꝛc. More iumentorũ ceruicibus ligatis ſe/minari dicit: quia hoſtis eorũ, nullam dominationẽ ſui ha/bere permittit: ſed trahuntur quocunq; impetus dirigentis uoluerit: nec laſſis ad refrigerandum, ulla datur facultas: & unde ſolacium quæſierũt, mox ſubdit dicẽs: f ¶ Egypto dedimus manũ ꝛc. Semper eñ iſraelitæ auerſi ſunt cordib⁹ in ægyptũ: & ab aſſyrijs ſæpius auxilia petebant. Vnde me/rito ab eis ſunt flagellati: quibus deſerto deo ꝓpter cupidi/
Allego. tatem terrenam, elegerũt eſſe ſubiecti. Iuxta Allegoriam ꝙo hæc quærimonia cõuenit his qui ꝓpter peccata ſua a uirtu/tibus ſpoliati, traditi ſunt in manus hoſtium ſpiritualium: & maxime Iudæis, qui poſt Chriſti aduentum innitentes ueteri traditioni, ipſam legem Moyſi & benedictionem pa/ternam quam hæreditario iure uidebantur poſſidere, perdi/derunt: & data eſt gentib⁹, quæ in Chriſto crediderũt: quia in ſemine Abrahæ benedicẽtur omnes cognationes terræ.

a Recordare dñe quid acciderit nobis:) Ca. V
b intuere, & reſpice opprobriũ noſtrũ. Hæreditas noſtra uerſa eſt ad alienos: domus noſtræ
c ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſq; patre: matres
d noſtræ quaſi uiduæ. Aquam noſtrã pecunia bibimus:
e ligna noſtra precio cõparauimus. Ceruicibus minaba/
f mur: laſſis non dabat' requies. Egypto dedimus manũ
g & aſſyrijs, ut ſaturaremur pane. Patres noſtri peccaue/runt & nõ ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus.
h Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorũ.

Vnde repugnantibus illis & contradicenti/bus prædicationi Pau/li & Barnabæ, reſpon/ſum eſt: Vobis oporte Actus.13
bat primum prædica/re uerbũ dei: ſed quia repuliſtis illud: ecce cõuertimur ad gentes. H
Iſti ergo quaſi pupilli facti ſunt abſq; patre: quoniam deum uerũ patrem habere renue/runt, & alium patrem elegerunt. De quo ad illos dictum eſt: Vos Ioh. 8.f
ex patre diabolo eſtis. Horũ matres nimirũ ſynagogæ, factæ ſunt quaſi uiduæ: quia priorem uirum, hoc eſt, deum propter fornicationem idololatriæ habere nõ me/ruerunt. Hi aquam ſcientiæ uoto diſcendi, quaſi pecunia ad bibendũ redimunt: ſed quia Chriſtum in ea nõ inueniunt, æterna ſiti diſpereunt: ſemper quidem diſcentes, & nunq; ad ſcientiam ueritatis peruenientes. Similiter etiam ligna precio comparant, cum exercẽdis uirtutibus operam dant. Sed quia ardorem charitatis in eo habere deſpiciunt, in ua/cuum totum laborem expendunt. Hos quidem ſcribæ eo/rum & phariſæi per uarias ſectas & traditiones inutiles, ceu ceruicib⁹ iunctis minabant: nec laſſis in eo dabant requiẽ. Et quoniam ægypto ſpirituali & aſſyrijs propter gulam ſer/uire magis cõ deo eligunt, æterna ægeſtate peribunt. Sic eñ patres eorum terrenis negocijs atq; uoluptatibus dediti fe/cerunt: & filij eorum adhuc facere non deſinunt. Ideo ſequi/tur: g ¶ Patres noſtri peccauerunt/et non ſunt: et nos ini/quitates eorum portauimus. Ideo iniquitates eorum por/tauerunt: quia imitatores eorũ in nequitia extiterunt: iuxta Hiere.31.c
illud quod ſcriptum eſt: Patres noſtri comederunt uuam acerbam: & dentes filiorũ obſtupuerunt. Et in Exodo: Ego Exo.20.d
ſum (ait) dominus deus tuus æmulator, qui reddo peccata patrum ſuper filios uſq; ad tertiam & quartã generationẽ, his qui oderunt me: & faciam miſericordiam in milia his qui diligunt & cuſtodiunt præcepta mea. Nec contrarius eſt Eçech.18.a
iſte locus illi teſtimonio Eçechielis, ubi dicit': Filius autẽ nõ portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatem filij: quia mox ſequitur: Iuſticia iuſti erit ſuper eum. b ¶ Serui do/minati ſunt noſtri ꝛc. Seruos appellat gentiles, qui idolis ſer/uiebant, & dæmonibus immolabant: in quorum dominiũ propter peccata ſua traditi ſunt iſraelitæ, qui quondam fue/runt in loco filiorũ deputati. Vnde ſcriptum eſt: Ex ægypto Oſee.11.a
uocaui filium meum primogenitum iſrael. Nec fuit qui re/dimeret

A dimeret illos de manibus eorum'. Quoniam defensorem & liberatorem deum habere non meruerunt. a ¶ In animabus nostris afferebamus panē nobis a facie gladij in deserto. Hoc est, cū animarū nostrarū piculo quesiuim⁹ nobis uictū in deserto gentiū cōstituti. Merito ergo seruis subijcit qui libertatem sponte perdidit. Si enim in christum iudæi crederēt, uere liberi essent: & pane uitæ pasti, periculum animarum suarū ueraciter deuitarent. Nunc autem quia uerum liberatorem spreuerunt, imo crucifixerunt: de terra sua eiecti, uagi & profugi in toto uersantur orbe: & sedibus incertis discurrentes, uictum cū periculo uitæ acquirunt. Q̄d bene Cain parricida præfigurabat: cui
Gen̄.4.b data est sentētia: ut uagus & profugus, paueus & tremēs, p̄ loca uaria discurreret: nec uscq̄ tutus & securus maneret. b ¶ Pelles nostra quasi clibanus
B exusta est a facie tēpestatū famis. In pelle exusta, deformitatem obscoenā ostendit, quā fame & siti & nuditate inter hostes positi passi sunt. Clibanus est coquendis panibus ænei uasculi deducta rotunditas: quæ sub urentibus flāmis ardet intrinsecus. In qua similitudine merito peccatores iudæi ponuntur, qui in futuro iudicio, & mœrore animi & pœnali excrutiatione torquendi sunt: quia contra regulas dñi obstinata mente uixerunt. Vn
Ps.20.b de scriptum est in psalmis: Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui. Tēpus uero uultus dñi, dies iudicij est: quando filius hominis uidebitur ab hominibus: sed soli eū iusti etiam diuinitatis suæ contemplatione respiciunt. Veraciter enim fame cōficitur, quisquis cœlesti pane satiari non meretur. c ¶ Mulieres in sion humiliauerunt/ virgines in ciuitatib⁹ iuda/ principes manu suspēsi sunt ⁊c̄. Diuersas species calamitatis enumerat: quas gens nefanda in deuastatione chaldæorum siue rhomanorū perpessa est. Ibi enim mulieres eorū constupratæ sunt: uirgines in ciuitatibus oppressæ, principes manibus uincti: senes sine honore: adolescētes & pueri in turpis officij abusione. Hoc enim ideo eis contingit, quia creatorem suum honorare noluerunt: sed falsis dijs atq̄ simulacris humana arte confictis, diuinum honorem impartierunt: ut qui propter libidinem suam in cultura falsorum deorum impudice uixerunt, hostium manibus traditi, omni turpitudine & confusione afficerentur. Sed iuxta Allegoriam, quisquis sæuitiam spiritualium hostium intelligit ueraciter, ingentem cōfusionem quā in animabus sua fraude deceptis gerūt agnoscit: ubi omnis impudicitia atq̄ immundicia, insolentia & inhonestas regnat: ubi tot apparent confusiones, quot sunt uitiorum facies. d ¶ Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro psallentiū. Nec enim ibi potest maturitas esse consilij, ubi nullus est ordo iudicij: nec psallentium chorus ibi consistere potest, ubi dolor & gemitus præsens est. Musica enim in luctu, ut quidā ait, importuna narratio. Vnde & sequitur. e ¶ Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctū chorus noster ⁊c̄. Bene ergo ibi dicitur chorum in luctum conuersum esse: ubi constat gaudium cordis defeciſſe: & honorem ueræ religionis perijsse: quia ubi nō est lætitia mētis, frustra sonat melodia carminis. Vnde propheta ex persona captiuorū in psalmis
Ps.136. ait: Sup flumina babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur sion: in salicibus in medio ei⁹ suspendimus organa nostra. Et quia propheta luctum sibi inditum, & gloriam depositam conquestus est: causam addit afflictionis suæ & doloris: Væ inquit nobis quia peccauimus. Peccato enim commisso & non per condignam pœnitentiam & correctionem uitæ emendato: merita uindicta succedit: quia qd̄ homo pœnitendo non corrigit, diuinæ ultionis sententiam expectabit: attestāte Apl̄o qui ait: Existimas o homo qui iudicas eos q̄ talia agūt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis: ignoras quoniam benignitas dei te ad pœnitentiam adducit? Ro.2.a
f ¶ Propterea mœstū factū est in dolore cor nostrū/ ideo contenebrati sūt ⁊c̄. Recte ergo propter peccatū, mœstum cor factum esse dicitur: quia ubi iniquitas præmendo insidet cordi: ibi non est habitatio spiritussancti: sed animus totus caligine D
Sap̄.1.b obscuratur peccati: cum in eo dedignatur splēdorem suum infundere gratia summi paracleti. Spiritus em̄ sanctus disciplinæ effugiet fictum: & in maliuolam animā non introibit sapiētia. Nam aliā adhuc subiungēdo pandit mœroris causam. g ¶ Propter montē sion/ quia disperūt vulpes: ambulauerunt in eo. Iuxta historiā ergo digna fuit doloris mœsticia: qd̄ in loco ubi sanctuariū domini cōstitutum erat: & cultura dei celeberrima, bestiarū ibi fuerūt latibula. Scd̄m Allegoriā aūt nō minus imo magis dolendū est, qd̄ in anīa christiana ubi contēplatio fuit diuina, erroris regnet insipiētia. Vulpes em̄ nō alios quā hæreticos p̄pter dolū & callidita tē intelligere debem⁹, q̄ ubicūq̄ cū dogmate suo intrauerint totū animū turbāt, & tenebris erroris obcæcant. h ¶ Tu autem domine in ęternū permanebis: ⁊ soliū ⁊c̄. Enumerata multitudine tribulationum, quas supra retulit propheta, æternam domini potentiam & maiestatem & soliū eius, uerbis simplicibus cōmemorādo prædicat: quatenus eum humili petitione ad miserandum prouocet ad accelerationem oportuni auxilij: ne diu sub hostiū dñatione constituti, penitus desperatiōe deficiāt. Q̄d autē dicit: Quare in ꝑpetuū obliuiscēris nostri, more humano loquitur, qd̄ quasi oblitus omnino spernere uideatur, qui eis cito non auxiliatur: cum alibi de eo scriptum sit: Non in finem irascetur. Et iterū: Non repellit dominus plæbem suam. Non em̄ iudaicam plæbem dominus ita repulit, ut ultra eis misereri nolit: sed cæcitas ex parte contingit in israel, donec plenitudo gentium subintraret. Nunc quoq̄ quotidie, sicut dudum fecerat, aliquos ad fidem christi, & ecclesiasticam unitatem conuertit, ut electio salua fiat: nam ex ipsa plæbe quā sibi dominus in patribus cognoscitur elegisse: extiterunt prophetæ: inde sunt & apostoli multi fideles, qui domino syncera mente crediderunt: sicut doctor gentium testatur dicens: Nunquid repulit dominus plæbem suam quam præsciuit? Absit: nam & ego israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin, & reliqua. Sed unde eis uera salus prouenire possit, subiungendo manifestat. i ¶ Conuerte nos domine ad te ⁊ conuertemur: innoua dies ⁊c̄. Quem enim dñs conuerterit, ille ueraciter saluus erit: quē autem ipse despexerit, nemo corrigere poterit. Q̄d autem dicit: Innoua Ro.11.a

E dies nostros sicut a principio: hoc postulare uidetur: ut sicut a principio primos patriarchas eorum Abraham, Isaac, & Iacob plena fide & dilectiõe sibi esse fecit deuotos: ita & ipsos eodẽ munere sibi fideles ac deuotos facere dignet. Q d' in
Mala.4.b aduentu Heliæ p Malachiã ꝓphetã illis ꝓmissũ esse plærique arbitrant, ubi dicit: Ecce ego mittã uobis Heliã ꝓphetã: anteqũ ueniat dies dñi magnus & horribilis: & cõuertet cor patrum ad filios: & cor filiorũ ad patres eorũ, ne forte ueniã & ꝑcutiam terrã anathemate. b ¶ Sed proiiciẽs repulisti nos: iratus es cõtra nos vehemẽter. Non em̃ hæc quasi desperando de salute populi sui locutus est: sed ut dolorẽ suũ nimiũ de contritione & abiectione diutina gẽtis suæ manifestaret. Vidit em̃ prophetico spiritu qd' ipsi iudæi in aduentu christi non essent credituri: sed euangelio contradicturi: & ipsum hæredẽ morte tradituri, sicut in plærisq; locis isti⁹ libri ante declarauit. Cæteꝝ de cõuersione ei⁹ ultima nullo modo dubitauit: sed plenissime credidit: qd' in semine abrahe benedicẽt oẽs cognatiões terræ: in q̃ uniuersitate nimirũ & ipsi iudæi cõprehẽdunt.

a cipio. Sed proiiciens repulisti nos: iratus es contra nos uehementer.

¶ Commentariorũ in lamentationes Hieremiæ finis.

¶ DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM

FInitis in Esaiam decem & octo explanationum uoluminibus: ad Eçechiel, qd' tibi & sanctæ memoriæ matri tuæ Paulæ O uirgo christi Eustochium sæpe pollicitus sum, transire cupiebã: & extremã ut dicitur manũ operi imponere ꝓphetali: & ecce subito mors mihi Pãmachĩ atq; Marcellæ, rhomanæ urbis obsidio, multorũq; fratrũ & sororum dormitio nunciata est. Atq; ita consternatus obstupui: ut nihil aliud diebus ac noctibus nisi de salute omniũ cogitarẽ: meq; in captiuitate sanctoꝝ putarẽ esse captiuũ: nec possem pri⁹ ora reserare, nisi aliquid certius discerẽ: dũ inter spem & desperationẽ sollicitus pendeo: aliorũq; malis me crucio. Postq; uero dariss̃imũ terrarũ omniũ lumẽ extinctũ est: ĩmo rhomani imperĩ truncatũ caput: & ut uerius dicam, in una urbe totus orbis interĩt: obmutui & humiliatus sum:
F & silui de bonis, & dolor meus renouatus est: concaluit cor meũ intra me: & in meditatiõe mea exarsit ignis: nec putaui illam sententiã negligendã: musica in luctu importuna narratio. Verũ quia & tu indesinẽter hoc flagitas: & magno uulneri cicatrix paulatim obducit': scorpiusq; inter Enceladũ & Porphyriũ trinacriæ humo premitur: & hydra multorum capitũ contra nos aliq̃n sibilare cessauit: datũq; tẽpus quo nõ hæreticorũ respondere insidĩs, sed scripturarũ expositioni incũbere debeamus: aggrediar Eçechiel prophetã, cuius difficultatẽ hebræorũ ꝓbat traditio. Nam nisi quis apud eos ætatẽ sacerdotalis ministerĩj: id est tricesimũ annũ impleuerit: nec principia geneseos, nec canticũ canticorũ, nec huius uoluminis exordiũ, & finẽ legere ꝓmittit': ut ad ꝑfectã scientiã & mysticos intellectus, plenũ humanæ naturæ tẽpus accedat. Qd' opus si ꝓ dñi misericordiã ad calcẽ usq; ꝓduxero: transibo ad Hieremiã q in lamẽtationib⁹ suis sub typo hierusalem quatuor plagas mundi, quadruplici plangit alphabeto.

¶ COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM LIBER PRIMVS

ET factũ est in tricesimo anno/in quarto/in q̃nta mẽsis. Tricesim⁹ annus, nõ ut plærique existimãt ætatis prophetæ dicit': nec iubilei q est ann⁹ remissionis, sed a duo de uicesimo anno Iosiæ regis iuda: q̃n inuẽtus ẽ liber
4.Re.22.b Deuteronomĩj in templo dei, usq; ad q̃ntũ
2.Para.34.c captiuitatis annũ Ioachin cognomẽto Iechoniæ, q cũ matre duct⁹ est in babylonẽ: & cũ Daniele tribusq; pueris, & Eçechiel: quæ est tribus iudæ prima captiuitas: q̃n stillauit ira dei sup hierl'm. Scd'm
Luc.3.e Anagogẽ ꝙo ꝑfigurat' dñs atq; saluator, q trigĩta annos natus uenit ad baptismũ, quæ in homie ꝑfecta ætas ẽ. Vñ & in
Nume.4. Numeroꝝ uolumĩe iuxta hebræos, nõ ut in Lxx. cõtinet', a uicesimo q̃nto ætatis anno, sed a tricesimo incipiũt sacerdo-
Gen̄.41.f tes in tabernaculo ministrare. In qd' signũ præcessit & Ioseph quando in ægypto esuriẽti populo frumenta largitus est: & Ioannes baptista uenit ad fluẽta iordanis: prædicauitq; ba- Luc.3.e
ptismũ pœnitẽtiæ. Q d'q; scriptũ est, in q̃rto, pẽdẽte sentẽtia subaudit', mẽse. Statim em̃ seq̃t', in q̃nta mẽsis. Q d' ut manifestius fieret: supra addidere Lxx. b ¶ Cũ essem in medio captiuorũ iuxta fluuiũ chobar ꝛc. Captiuũ se
a disse ppl'm sup flumia babylonis: Dauid prophetat in spũ: Sup flu- Pš.136.a
b mina babylonis ibi sedim⁹ & fleuim⁹. Chobar aũt, aut nomẽ ẽ fluminis: aut certe iuxta interpretationẽ suã q̃

ET factũ est in tricesimo anno, in q̃nta mẽsis: ¶ Cũ essem in medio captiuorũ iuxta fluuiũ chobar: aperti sunt cœli & uidi uisiones dei in quinta mẽsis: ipse est annus q̃ntus trãsmigrationis regis Ioachin.

Factum est in graue uertit': tygrim significat & eufratem: & omnia magna & grauissima flumina quæ in terra chaldæorũ esse perhibentur. Apertosq; cœlos non diuisione firmamẽti: sed fide credentis intellige: eo qd' cœlestia sint illi reserata mysteria. Vnde & in baptismate saluatoris, quando spiritussanctus in specie columbæ descendit super eum: apertos cœlos Matth.3.d
legimus: quibus reseratis pandũtur uisiones dei: non una uisio sed plures: dicẽte domino per prophetã: Ego uisiones Osee.12.c
multiplicabo

A multiplicabo,& in manibus prophetarũ assimilatus sum. Istæ sunt uisiones quas omnis Eçechielis ꝓphetia cõtexuit. Significantiusq; iuxta hebræos & cæteros interprẽtes transmigratio dicitur Ioachin, & non captiuitas:qđ Lxx. trãstulerũt. Non em̃ captus urbe superata: sed uolũtate se tradẽs, ductꝰ est in babylonẽ. Igit̃ Ioachin.i. Iechoniæ dicat̃ pria transmigratio: Sedechiæ autẽ secũda uel extrema captiuitas. a ¶Factũ est uerbũ dn̄i ad Eçechiel filiũ buçi sacerdotem ꝛc. Et Danieli & Eçechieli qui in babylone erant iuxta flumina,futurorũ sacramenta pãdunt̃ sup aquas; ĩmo in aqs purissimis: ut baptismatis potentia monstraretur. Alioquin & apꝰus Paulus quãdo ab Anania lotus in dn̄o est:tegentibus prius oculos eius squamis,carult cæcitate. Et in Genesi:prima quæ uiuerẽt,de aquis egressa sunt. Illud quoq; intelligendũ, qđ in tricesimo ætatis suæ anno dominus ad baptisma uenerit:in quarto mense,qui apud nos uocatur Ianuarius:& est in anni primus exordio,præter nisan mensem nouorum, in quo pascha celebratur. Apud orientales enim populos, post collectionem frugum & torcularia:quando decimæ deferebantur in templum,October erat primus mensis, & Ianuarius quartus.

B Quintam autem diem mensis adiungit:ut significet baptisma,in quo aperti sunt christo cœli:& epiphaniorũ dies huc usq; uenerabilis est:non ut quidam putant natalis in carne: tunc enim absconditus est & nõ apparuit: Qđ huic tẽpori congruit,quãdo dictum est: Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Porro buçi in linguam nostrã uertitur ברוך יהוקאל spretus atq; contẽptus: Eçechiel roboratus a deo. Qđ sic dn̄o coaptabitur:ut dicamus creatorẽ mundi qui pater est saluatoris,ab omnibus hæreticis sperni atq; contemni:qui uetus non recipiunt testamentũ. Nec mirum robustum dei esse dn̄m:cum ipse sit dei uirtus,deiq; sapientia. b ¶Et facta est sup eum ibi manus dn̄i. Vt cernere uisiones dei & intelligere possimus: manu & fortitudine dei super nos opus est. In qua manu & brachio,eductus est ppl̃s israel de ægypto:cuius fortitudinis partẽ etiã magi intellexerũt, dicẽtes: Digitus dei est. Et saluator in euangelio: Si ego in digito dei eiscio dæmonia. Pro quo in altero euangelio scriptum est: Si ego in spiritu dei eiscio dæmonia. c ¶Et vidi ꝛ ecce vẽtus turbinis veniebat ab aquilone ꝛc. In consolationem populi transmigrãtis & reuelationẽ sentẽtiæ dei: ꝓpheta uidet maximã uisionem. In cuius interpretatione omnes synagogæ iudæorum mutæ sunt,ultra hominẽ esse dicentiũ: & de hac & de ædificatione templi qđ in ultimo ꝓphetiæ huius scribitur,aliquid uelle conari. Nos autem quæ a maioribus accepimus:& iuxta modũ ingenioli nostri,spiritualibus spiritualia cõparantes:suspicari magis possumus q̃ explanare: Beniuolis credimus fidisq; lectoribus, ueniam deprecantes:ut temeritati ĩmo fidei nescienti mensurã suam,faueant magis q̃ irascantur. Ac primum sciendum,spiritum aufe/rentem siue attollentem:quem nos iuxta Aquilam interpretati sumus,uentum turbinis:& iuxta Symmachũ & Theodotionem flatum ac spiritũ tempestatis,ab alijs in bonam, ab alijs in contrariam partem accipi. Verbum enim hebraicum רוח pro locorum qualitate:uel spiritus,uel anima, uel uentus accipitur. Spiritus,ut ibi:Emitte spiritum tuum & creabũtur. Anima: Egredietur spritus eius & reuertetur in terrã suam. Ventus: In spiritu uiolento conteres naues thar sis. Et alibi:Ignis & sulphur & spiritus procellarũ, pars calicis eorum. Qui uentum & flatum tempestatis legunt: hoc sentiunt,iram & furorem dei uenire ab aquilone:hoc est Nabuchodonosor,& hierusalem post sex annos huius uisionis esse capiendam. Cernitur enim uisio quinto annõ transmigrationis regis Ioachin, qui & Sedechiæ regnanti in hierusalem quintus erat: quem legimus post sex similiter annos,id est anno undecimo imperij sui:urbe capta ductum in babylonem. His ergo qui habitabant prope flumen chobar,& spõte se regi tradiderant: reuelatur quod bene fecerint obedire sentẽtiæ dei. In breui enim & iudæam prouinciã, & urbem hierusalem esse capiendam. Qđ q̃ nubes magna describitur:intelligimus eã imbres euersionum sup iudæã pluuiasq; alisionũ portare. Et in uolutꝰ ignis,monstrat uẽtura supplicia, & captiuitatis mala. Splẽdorq; in circuitu eiꝰ: significat dei apta iudicia. Qui aũt in contrariã partẽ sentiunt,hoc est,bonam: spiritũ auferentẽ siue extollentẽ, spiritumsanctũ intelligunt: qui auferat ab hominibus uitia atq; peccata, siue iacentes attollat ad sublimia:faciatq; recedere ab aquilone uento frigidissimo,a quo exardescunt mala super omnem terram: Et in Hieremia,olla illa terribilis a facie aquilonis accendi/tur. Nubem quoq; magnam ad personam christi referunt: qui uenit in ægyptum huius sæculi super nubem leuem:magnamq; proprie dici ad comparationem,minorum prophetarum uidelicet & apostolorum omniumq; sanctorum : de quibus scriptum est: Et ueritas tua usq; ad nubes. Et,Mandabo nubibus ne pluant super israel imbrem. Et alibi: Nubes puluis pedum eius. Et iterum: Nubes & caligo in circuitu illius. Ignem quoq; micantem & splendorem in circuitu eius: iuxta illud accipi qđ scriptum est: Deus ignis consumens est. Ad quem mittendum super terram saluator uenisse se dicit:& in nobis omnibusq; credentibꝰ ardere desyderat: qui cum terrorem peccatoribus inferat atq; supplicia:tamen splendore rutilet, & lumine ac fulgore sit plenus. Idcirco nos excoquẽs,ut puris atq; purgatis tribuat lætiora. d ¶Et in medio eius quasi visio electri: in medio ignis. Quodq; sequitur : Et splendor in eo: obelo prænotandum est. Nisi addidisset scriptura dicens: id est, de medio ignis:propter ambiguitatem uerbi errare poteramus: ut putaremus speciem uel uisionẽ electri esse in medio uenti uel spiritus. Ergo hoc sentiendum,qđ in medio ignis & tormentorum dei,electri similitudo sit: qđ est auro argentoq; præciosius :ut post iudicium atq; tormenta,quæ patientibus tristia uidentur & dura,præciosius electri fulgor appareat:dum prouidentia dei omnia gubernantur: & quæ putatur pœna medicina est. e ¶Et in medio eius similitudo quatuor animaliũ: ꝛ hic aspectus eorũ: similitudo hominis in eis. In medio eius, subauditur quidẽ, electri: Sed melius ut ignis intelligamus : qui credentibus lumen, incredulis supplicium est. In huius ergo ignis medio erat similitudo quatuor animalium:similitudo non natura:quatuorq; animalium quæ postea dicuntur quadriformia : una similitudo est hominis:ut omnia in mundo rationabilia demonstrentur. Faciamus enim inquit hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Imago autem & similitudo dei, nõ est corporis forma,sed mentis:descripta ad similitudinẽ ueræ imaginis christi q̃ est imago dei inuisibilis. Hæ ratiõales creaturæ in q̃tuor uersanẽ locis: siue propter q̃tuor cardines mũdi quibus orbis includit̃: siue ꝓpter quatuor loca, cœlestium

a Factũm est uerbum domini ad Eçechiel filium Buçi sacerdotem in terra chaldæorũ,secus flumen chobar.
b HEB. Et factã est super eum ibi manus domini.
c Et ũidi,& ecce uentus turbinis ueniebat ab aqlone: & nubes magna, & ignis inuoluens: & splendor in circuitu eius. Et de medio eius quasi species electri: id est de medio ignis.
d Et in mediõ eius similitudo quatuor animalium:& hic aspectus eorum:similitudo hominis in eis.
Quatuor facies

b SEP. Et facta est sup me manus dn̄i. Et uidi,& ecce spũs auferẽs siue attollens ueniebat ab aqlone: & nubes magna in eo: & ignis micans & splendor in circuitu eius. Et in mẽdio eiꝰ q̃si uisio electri in medio ignis ÷ & splẽdor in eo.

Actu.9.c

Matth.3.d

1.Co.1.d

Exo.8.e
Luc.11.c

Matth.12.c

Ps.103.d
Ibi.145.a
Ibi.147.b
Ibi.10.b

Ecci.43.b

Hiere.1.c

Esa.5.b
Naum.1.a
Ps.96.a

Deu.4.d
Luc.12.f

E cœlestium, terrestriũ, & infernorum, & supercœlestium: de
Phil.2.b quibus & Paulus apl̃us loquit: Vt in nomine iesu omne ge
nu flectatur: cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ. De tribus, Pau
pſ.148.a li testimoniũ est. Videamus & quartũ. Laudate dñm cœli
cœlorũ, & aqua quæ sup̃ cœlos est, laudet nomen dñi. Rur/
1.Co.15.c sumq; ab Apl̃o dicun/
tur cœlestia: & alia su/
pcœlestia. a Quatuor facies uni/ z quatuor pennę uni ꝛc. De quatuor animalibus, quorũ aspectus erat similitudo hominis: ita dũtaxat ut singula haberẽt quaternas facies & quaternas alas, pedesq; rectos: & plantã pedis, quasi uestigiũ pedis uituli: siue ut interpretat⁹ est Aquila, rotundã: qđ Lxx. penitus omiserũt: de scin

a HEB. Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni, & pedes eorum pedes recti: & planta pedis eorũ quasi planta pedis uituli: & scintillæ quasi aspect⁹ æris candentis. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus.

Et facies

SEP. Et facies uni: & quatuor alæ uni: & crura eorum recta: & pennati pedes eorum. Et scintillæ q̃si fulgurãs æramentum: & leues pennæ eorum: & manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus eorum.

Et facies

tillis quoq; æris splendore rutilantibus: & de leuibus pennis eorum, qđ in hebraico non habetur: de manu quoq; hominis sub alis eorum in quatuor partes: & reliquis quæ propheticus sermo describit: conabimur quid nobis uideatur dicere: cũ opiniones singulorũ breuiter strinxerimus. Quidam quatuor euangelia, quos nos quoq; in proemio cõmẽtariorum matthæi secuti sumus: horum animalium putant nominibus designari. Matthæi, qđ quasi hominem descripserit: Liber generationis iesu christi, filij dauid, filij abrahã.
Esa.40.a Leonis, ad Marcum referunt: Initium euangelij iesu christi filij dei, sicut scriptũ est in Esaia propheta: Vox clamantis in deserto, parate uiam domini: rectas facite semitas eius. Vitu
F li, ad Lucæ euangelium, qđ a Zachariæ incipit sacerdotio.
Apoc.4. Aquilæ, ad Ioannis exordium: qui ad excelsum euolans cœpit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum. Super quo quid nobis uideretur: in su
supra dicto opere diximus: pleniusq; in Apocalypsi Ioannis horum animantium species ac nomina referuntur ad quatuor euangelia. Quibus quomodo possit omniũ animaliũ descriptio coaptari: temptabimus suo loco dicere. Alij uero qui philosophorũ stultam sequũtur sapiẽtiã: duo hemisphe
ria in duobus templi cherubim: nos & antipodas quasi supinos & cadentes homines suspicantur. Plæriq; iuxta Platonẽ, rationale animæ & irascitiuũ & concupiscitiuũ: qđ ille λογικὸν & τυμικὸν & ἐπιθυμικὸν uocat: ad hominẽ & leonẽ ac uitulũ referunt: rationem & cognitionẽ & mẽtem, & consilium, eandemq; uirtutem atq; sapientiam in cerebri arce ponentes: feritatem uero & iracundiam atq; uiolẽtiam in leone: quæ consistat in felle. Porro libidinẽ, luxuriã & omniũ uoluptatũ cupidinẽ in iecore: id est, in uitulo qui terræ opibus hæreat. Quartãq; ponũt quæ sup̃ hæc & extra hæc tria est: quã græci uocãt συντέρησιν, quæ scintilla conscientiæ in Cain quoq; pectore postq̃ eiectus est de paradiso non extinguitur: & qua uicti uoluptatibus uel furore ipsaq; interdum rationis decœpti similitudine, nos peccare sentimus. Quã proprie aquilæ deputant, non se miscentẽ tribus: sed tria errantia corrigentem: quã in scripturis interdum uocari legimus spiritum, qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nemo enim scit ea quæ hominis sunt: ni/
1.Tes.5.d si spiritus qui in eo est. Quem & Paulus ad Thessaloni/
censes scribens: cum anima & corpore seruari integrum deprecatur. Et tamen hanc quoq; ipsam conscientiã, iuxta il/
Prouer.18.a lud qđ in Prouerbijs scriptũ est: Impius cum uenerit in p̃/
fundum peccatorũ contemnit: cernimus præcipitari apud quosdã & suum locum amittere: qui ne pudorem quidem
Hiere.3.b & uerecundiã habent in delictis, & merentur audire: Facies meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Hanc igitur quadrigam in aurigæ modũ deus regit: & incõpositis currentẽ gradib⁹ refrenat: docilẽq; facit, & suo parere cogit imperio. Quã disputationẽ partium animæ: id est hominis qui minor mundus ab ijsdẽ philosophis appellatur, etiam nos attingemus. Sunt qui simpliciter in quatuor animalibus iuxta Hippocratis sententiã: quatuor arbitrant̃ elemẽta mũdi mõstrari, de quibus constãt õmia: ignẽ, aerem, aquã, terrã. Quæ quomodo sibi misceãtur, & cum singula sint, sibi iuncta uideantur inuicẽq; se tangant: & in una persona animantium quatuor species habeant ac figuras: nõ est propositi operis. Quatuor quoq; rotas de terrenis ad sublimia cõsurgentes, singulis & quadriformibus iunctas animalibus: uel eorundem elementorum cõmixtionem æstimãt: uel quatuor temporum circulum, qui ternis conficitur mensibus: annũq; uertẽtem, qui ab eo qđ semper uertatur & in se redeat, nomen accepit. Deq⁹ pulchre uno uersiculo dictũ est: Ver, æstas, autumnus, hyems, & mẽsis & annus. Quodq; dicitur, erat rota in rota: annum in anno significari putant. De quo alius Poeta. Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. Firmamẽti etiam similitudinẽ crystallo comparatam, cœlum hoc qđ suspicimus intelligi uolunt: sub quo uoluũtur & transeunt quatuor animãtia. Thronũq; coloris sapphiri, & sedentem desuper hominẽ sub humana similitudine: imperium cuncta regentis omniaq; habentis sub pedibus suis, omnipotẽtiæ dei describi aurumãt: dicitq; ad extremũ: Hæc uisio similitudinis gloriæ dei: per quæ quasi per picturã quandã & imaginẽ, prouidentiã demonstrari. Quodq; pedes animãtium recti esse dicant̃, & planta pedis uituli seu rotũda: terrena quæq; ad cœlestia subuolare: & omnibus angulis amputatis, rotũdita: tẽ sequi: quæ omniũ figurarũ pulcherrima est: Scintillas rutilãtes, cũcta plena luminis indicare: & manus hoĩs sub pennis tam ipsius hominis q̃ leonis & uituli & aquilæ: ut ratio cuncta sustentet, ac de humilitate terrena ad cœlestia subleuet. Hæc & ad euangelia & ad cuncta quæ supra posuimus referre possumus. Audisse me memini quatuor p̃turbatiões, de q̃bus plenissime Cicero in Tusculanis disputat, gaudij, egritudinis, cupidinis, & timoris: quorum duo præsentia, duo futura sunt, p̃ quatuor significari animalia: de q̃bus & Vergilius breuiter: Hinc metuũt cupiũtq; dolentq;, gaudẽtq;: quæ regi debeãt ratione & potentia dei: q/
busq; oppositæ sint: imo impositæ uirtutes quatuor: prudẽtia, iusticia, fortitudo, tẽperãtia, ut harũ gubernent̃ arbitrio. Quæ quõ uultib⁹ hominis, leonis, uituliq; & aq̃læ coaptẽtur, omnino tacuerũt. Sup̃ q̃bus idem philosophus & orator in tribus ad filium officiorum libris disputat. Legi & cuiusdã Catine quẽ syrij λεπτὸν: id est acutũ & ingeniosũ uocant, breuẽ disputatiũculã, putãtis castrorũ ordinẽ duodecim tribuũ describi in solitudine, ad orientem & occidentẽ: septentrionẽ, & meridiẽ: quæ sibi inuicẽ & charitate & consanguinitate socient̃: & hoc esse rotam in rota: quæ ducant̃ a spiritu, & nube p̃teganꝫ in eremo, & colũna ignis illuminent̃ in nocte: nec reuertant̃ in ægyptum: sed semp ad terrã repromissionis ire festinent. Electri autẽ in medio similitudinẽ, interpretat̃ sancta sanctorũ: faciẽq; hominis refert ad totum israel: leonis ad regale sceptrũ iudæ: uituli ad sacerdotale & leuiticam tribũ: extra quæ sit facies aquilæ: uindicta & ultio dei de cœlo cuncta prospiciens: & quæ parata sit laniare peccãtẽ: de q̃ & in Oseæ dicat̃: Sicut aq̃la sup̃ domũ Osee.8.a
dei: id est tẽplũ. Et in hoc eodẽ p̃pheta: Aquilã magnã magnarũ alarũ & unguiũ: quæ habeat ductũ intrandi in libanũ: nabuchodonosor intelligi: quẽ & nũc significet esse uenturum: ac super huiuscemodi quadrigam instar aurigæ sedere deum: & facienda uel non facienda præcipere. Hoc autem inquit populo dicitur, qui in babylone uersatur: quod si deo colla subiecerit: ipsiusq; paruerit retinaculis: rursum eius mereatur auxilium: & terram quam amiserat recipiat.
Infra.17.a

Et facies

A a ¶ Et facies & pennas per quatuor partes habebant &c. Iuncta sibi sunt euangelia hærentq; mutuo: & in toto orbe uolitãtia huc illucq; discurrũt: nec habent finẽ uolatus: nec aliquando superantur & recedunt, sed semper ad ulteriora
philip.3.c procedũt. Vñ & Paulus dicit: Præteritorũ obliuiscens, & in futurũ me extendens. Hoc idem & de uirtutibus animi possum⁹ dicere: & de uolatu tẽporum cõmixtioneq; elemẽtorum: qđ præterita relinquẽtes, semper ad priora festinẽt. Qđ autem tempora labantur & fugiãt, breui uersiculo demõstratur: Sed fugit interea, fugit irreparabile tẽp⁹. Et in carmine lyrico. Heu heu fugaces postume, posthume labũtur anni. b ¶ Similitudo autẽ uultus eorũ facies hominis &c. Facies prĩcipia dicit euangelio/rum: e quibus homo & leo: hoc est, natiuitas christi & prophetæ uox tonãtis in eremo, dextras partes tenent. Vituli autem: id est, uictimarum & sacerdotij iudæorum, in sinistris est: qđ abolitum trãsiuit ad sacerdotiũ
B spirituale: de quo dicit⁹ est: Tu es sacer/
Ps.109 dos in æternum scđm ordinẽ Melchisedek: ita dũtaxat: ut omnia sibi hæreant unoquoq; corpore censeantur. Aquila autem, quæ & super natiuitatẽ & super prophetiam est: quæ domini expletur aduentu, & super sacerdotium qđ præterijt, & extra hæc omnia est, de natiuitate referẽs spirituali: quomodo pater in filio, & filius in patre sit.
Esa.53.c De qua rectissime dicitur: Generationem eius quis enarrabit? Ista sunt iuxta Apocalipsim, ut ante iam diximus, quatuor animalia plena oculis ante & retro: quorum unum animal simile leoni: & secundũ simile uitulo: & tertium habere faciem quasi hominis: & quartum simile aquilæ uolantis. Ibiq; dicuntur in modum seraphim senas habere alas: duabus faciem, & duabus pedes operientia: duabus autem uolantia: & nec in die nec in nocte cessantia atq; dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus oñipotẽs: qui erat, & q est, & qui uenturus est. c ¶ Et facies eorũ & pennæ eorũ extentæ desuper: duæ pennæ singulorũ iungebantur &c. Et supra diximus iuncta sibi esse euangelia & tempora: & omnes rationales creaturas quatuorq; uirtutes: ita ut qui una caruerit, omnibus careat. Quodq; duæ extentæ sunt, & in altum se eleuant: prædicationẽ cœlestem significat, & omnia ad dei tendere maiestatem. Duæ autem quibus tegũtur corpora, humana excluditur scientia, nec perfectus præbetur intuitus:
1.Co.13.c dicente Apostolo: Ex parte cognoscimus: & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit qđ perfectum est: destruẽtur ea quæ ex parte sunt. d ¶ Et unũquodq; coram facie sua gradiebatur. Vbi erat impetus spũs &c. Qui aratri stiuam tenet, non debet respicere post tergum: nec imitari uxorem Lot: ne incidat in plagã Deuteronomij: & pereat ὀπισθόπω insanabili, quo cecidit & Heli: quia uitio filiorum offenderat deum: quãto magis quatuor animalia quæ plena erãt lumine atq; pẽnata: quæ sequũtur spm̃sanctũ præcedẽtem: quæ ita per orbem uolitant & se ad excelsa sustollunt, ut corpora sua protegant pennis historiæ, nec nobis aspectũ
sec.8.a Luc.9.g Gen.19.f 1.Reg.4.d

a Et facies & pennas per quatuor partes habebant: iunctæq; erant pennæ eius alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederent: sed unũquodq; ante faciẽ
b suam gradiebatur. Similitudo autem uultus eorum, facies hominis, & facies leonis a dextris ipsorũ quatuor: facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor: & faci-
c es aquilæ desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorũ
b iungebantur: & duæ tegebant corpora eorum. Et ũnũquodq; coram facie sua gradiebatur. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ambularent.

HEB. ¶ Et similitudo animaliũ & aspect⁹ eorũ quasi carbonũ ignis ardẽtiũ: & quasi aspect⁹ lãpadarũ. Hæc erat uisio discurrẽs in medio animaliũ: splẽdor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et anialia ibant & reuertebant' in similitudinem fulguris coruscantis.

Cũq; aspicerem ita dũtaxat: ut omnia sibi hæreant unoquoq; corpore censeantur. Aquila autem, quæ & super natiuitatẽ & super prophetiam est: quæ domini expletur aduentu, & super sacerdotium qđ præterijt, & extra hæc omnia est, de natiuitate referẽs spirituali: quomodo pater in filio, & filius in patre sit. De qua rectissime dicitur: Generationem eius quis enarrabit? Ista sunt iuxta Apocalipsim, ut ante iam diximus, quatuor animalia plena oculis ante & retro: quorum unum animal simile leoni: & secundũ simile uitulo: & tertium habere faciem quasi hominis: & quartum simile aquilæ uolantis. Ibiq; dicuntur in modum seraphim senas habere alas: duabus faciem, & duabus pedes operientia: duabus autem uolantia: & nec in die nec in nocte cessantia atq; dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus oñipotẽs: qui erat, & q est, & qui uenturus est. c ¶ Et facies eorũ & pennæ eorũ extentæ desuper: duæ pennæ singulorũ iungebantur &c. Et supra diximus iuncta sibi esse euangelia & tempora: & omnes rationales creaturas quatuorq; uirtutes: ita ut qui una caruerit, omnibus careat. Quodq; duæ extentæ sunt, & in altum se eleuant: prædicationẽ cœlestem significat, & omnia ad dei tendere maiestatem. Duæ autem quibus tegũtur corpora, humana excluditur scientia, nec perfectus præbetur intuitus: dicente Apostolo: Ex parte cognoscimus: & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit qđ perfectum est: destruẽtur ea quæ ex parte sunt. d ¶ Et unũquodq; coram facie sua gradiebatur. Vbi erat impetus spũs &c. Qui aratri stiuam tenet, non debet respicere post tergum: nec imitari uxorem Lot: ne incidat in plagã Deuteronomij: & pereat ὀπισθόπω insanabili, quo cecidit & Heli: quia uitio filiorum offenderat deum: quãto magis quatuor animalia quæ plena erãt lumine atq; pẽnata: quæ sequũtur spm̃sanctũ præcedẽtem: quæ ita per orbem uolitant & se ad excelsa sustollunt, ut corpora sua protegant pennis historiæ, nec nobis aspectũ

tribuant pleniorẽ. Qđ autem secundo dicitur: Non reuertebant' cũ incederẽt: utriusq; instrumẽti indicat sacramẽtũ, qđ in quatuor istis animãtib⁹ & lex & euangeliũ ad futura festinẽt: & nunq; retro motũ accipiãt. e ¶ Et in medio animaliũ &c. & splẽdor ignis & ex igne egrediebat' q̃si fulgur &c. Quodq; sequitur: Et animalia currebant & reuertebãtur quasi species ϛεβέκ, de æditiõe Theodotionis in Lxx. additum est. Qui ne cõtra priores duas sententias propheta dicere uideretur: hoc qđ putabãt esse cõtrariũ, id est, & anialia currebant: & reuertebãtur, silendũ putauerũt: ne legenti scandalũ faceret. Melius est autẽ in diuinis libris transferre qđ dictum est: licet nõ intelligas quare dictum sit: q̃ auferre qđ nescias. Aliogn & multa alia quæ ineffabilia sunt: & humanus animus capere nõ potest, hac licentia delebunt'. Nos autem hoc dicimus, qđ quõ in Prouerbijs in eodem loco scriptum est: Ne respõdeas stulto scđm stulticiam suam: ne similis ei fias. Et rursum ponit' qđ nobis uidet' esse contrariũ: Respon Prouer.26.a
de stulto scđm stulticiam suam, ne sibi sapiens esse uideat': & utrũq; pro tẽporũ & psonarũ diuersitate cõcordat, dũ & stultus contẽnit', quia nõ recipit sapientiã: & stulta supbia alia decipit' stulticia: iuxta qđ & Aplis dicit:
2.Co.12.c Factus sum insipiẽs, uos me coegistis: Ita & in hoc loco debere nos quærere quare supra secũdo dictũ sit: Non reuertebant' animalia cũ incederẽt: & nũc semel, animalia currebãt & reuertebant'. Esset q; quæstio nisi sequeret', in similitudinẽ fulguris coruscãtis: qđ hebraico sermone dicitur בָּזָק, & interpretat⁹ est Symmach⁹ quasi species radij fulguris. Quõ igit' crebris micat ignibus æther: & in ictu oculi atq; momẽto discurrũt fulgura & reuertunt', nõ amittẽtia matricẽ: & ut ita dicã fontẽ ignis atq; materiã: ita & hæc anialia cũ inoffenso pgãt pede ad priora festinãt. Sin autẽ conatui suo aliquid obsitũ uiderint, nõ tam reuertunt' q̃ cõtrahũt se: extẽdenda rursum & præbitura lumẽ qđ parũper absconderãt: ut dent seruis cibaria in tpe suo, nec tribuãt sanctũ canib⁹: nec mit-
1.Co.3.a tant margaritas ante porcos. Vñ & Paulus dicit: Lac uobis potũ dedi nõ escã: necdũ em̃ cape poteratis. Electioq; iudæ & Saulis unctio nõ arguũt deũ ignorãtiæ futuroꝝ, sed p̃sentiũ monstrãt esse iudicẽ. Vñ & aplis p̃cipit': ut si indignã do-
Matth.10.b mũ salutatiõe p̃spexerint: excutiãt pri⁹ pedes: & pax quã domui dederãt reuertat' ad eos. Carbones aũt ignis ardẽtis & lãpades in medio anialiũ discurrẽtes: de illo loco interpretãdæ sunt Esaiæ: Et comedet ignis sicut fœnũ materiã: & sãcti-
Esa.5.f ficabo eos in igne ardẽte. De qbus & alibi scriptũ est: Cadẽt
Ps.139.c sup eos carbones ignis. Et cõtra labia dolosa, in alio psalmo
Ibi.119.a dicit': Quid det' tibi aut qd apponat' tibi ad linguã dolosã? Sagittæ potẽtis acutæ, cũ carbonib⁹ desolatorijs. Et in alio lo-
Esa.47.c co: Habes carbones ignis, sedebis sup̃ eos: hi erũt tibi in adiutoriũ. Quãcũq; creaturã aspexerim⁹, fulgurat dei notitiã, dũ ex creaturis creator agnoscit'. De medioq; animãtiũ splẽdor ignis & fulgur egredit'. Si em̃ euãgelia sibi collideris: in medio literæ uiliscq; historiæ spũssancti sacramẽta reperies.

Cũq; aspicerem

E a ¶ Cũ aſpicerem animalia: apparuit rota vna ſup terram iuxta animalia habẽtia quatuor facies ⁊c. Huc uſq; quatuor animãtiũ quæ quaternas habebãt facies, pictura deſcribit, ſequẽtiũ ſpiritũ & nubẽ quæ erat in medio ſpũs: nũc per ſingula anialia ſingulæ ponunt rotæ, quæ nõ erãt iunctæ animãtib⁹, ſed ſequebãt ea. Siue una rota apparuit ſup terrã, quæ diuiſa p quatuor, tot habebat facies, quot animalia ſequebat. Tantaq; ſimilitudo erat rotarũ quatuor ſequẽtiũ anialia q̃tuor, ut una rota ueriſſime crederetur. Opuſq; earũ erat atq; factura, q̃ſi uiſio tharſis: quã nos in mare uertimus. Aqla hyacinthũ poſuit: q lapis cœli habet ſimilitudinẽ. Aſpectuſq; earum erat quaſi rota in rota: ut nõ unã rotã crederes, ſed alterã alteri copulatam. Per quatuor partes ibãt: & nõ trahebant, nec reuertebãtur retrorſũ. Qui em̃ fieri poterat ut reuerterent, cũ ſequerent animalia quæ ſemper ad priora ſe tenderẽt? Statura quoq; rotarum & altitudo tanta erat: ut miraculũ uidẽtib⁹ faceret. Totũq; corpus & dorſa erãt plena lucis in circuitu: ut nullum mẽbrorũ aſpiceres qd oculos luminis nõ haberet: Qualẽq; deſcribunt fabulæ poetarũ Argũ fuiſſe centoculũ ſiue multorũ oculorũ: quẽ luno in pauũ uertit ob negligentẽ cuſtodiã: ut qd miraculum eſt conditoris dei, hoc condẽnatio eſſet inulti adulterij. Omnia cœleſtia & terreſtria: & qc̃quid ſub humanã cadit intelligẽtiã, ſolis rotis uoluit. Solis annuũ circulũ, p ſingulos mẽſes luna decurrit. Lucifer qui ipſe ueſper eſt, dum ad orientẽ & ad occidentẽ rutilus micat: & noctis tenebras paruo tẽperat lumine: duobus annis eundẽ cõficit curſum: aliaq; aſtra quatuor quæ uocant errantia: & quicqd fulget in cœlo, ſegetũ quoq; & arborũ herbarũq; uarietates p quatuor tẽpora ſuis currũt rotis: nihilq; aſpicimus qd ante nõ fuerit. Gyrans gyrãdo uadit ſpiritus: & in circulos ſuos reuertitur. Omnes torrentes uadunt in mare, & mare nõ adimpletur. Quare? quia ad fontes ſuos de matrice abyſſo reuertuntur. Euangeliorũ autem, id eſt, quatuor animalium quæ ſpirant, uiuunt, intelligunt: ſi quis rotam curſumq; cõſyderet: in breui tempore uidebit mundũ eſſe completum ſermone Apoſtolico. Rota q̃q; in rota, uel duorũ iũctura teſtamentorum eſt, qd indicat ſcala Iacob & forceps Eſaiæ, & gladius bis acutus: uel euangelia ſibi cohærentia, quorum curſus & ſtatura tendit ad cœlum: paululũq; quid attingit in terra: & ſemper properans, ad excelſa feſtinat. De quib⁹ & alibi dicitur: Lapides ſancti uoluũtur ſuper terrã: ex quibus ædificatur cœleſtis hieruſalem. Hoc ipſum puto ſignifi-

Geñ.28.c
Eſa.6.b
Apoc.1.b
Zach.9.d

a HEB. ¶ Cũq; aſpicerẽ animalia: apparuit rota una ſup terrã iuxta anialia habẽtia q̃tuor facies. Et aſpectus rotarũ & opus earũ: quaſi uiſio maris: & una ſimilitudo ipſarũ quatuor, & aſpectus earũ & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ. Per quatuor ptes earũ euntes ibãt, & nõ reuertebant cũ ambularẽt. Statura quoq; erat rotis & altitudo & horribilis aſpect⁹: & totũ corp⁹ plenũ oculis in circuitu ipſarũ q̃tuor.

b Cũq; ambularent animalia: ambulabant pariter & rotæ iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de terra: eleuabãtur ſimul & rotæ. Quocũq; ibat ſpiritus: illuc eunte ſpiritu & rotæ pariter leuabantur, ſequentes eum: ſpiritus enim uitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant: & cum eleuatis a terra, pariter eleuabantur & rotæ ſequentes ea: quia ſpiritus uitæ
c erat in rotis. Et ſimilitudo ſuper caput animalium firmamenti quaſi aſpectus cryſtalli horribilis, & extenti ſuper capita eorum deſuper. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Vnum quodq; duabus alis uelabat corpus ſuum: & alterum ſimiliter uelabatur. Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarũ: quaſi ſonũ ſublimis dei.

Cũ ambularent

SEP. ¶ Et uidi: & ecce rota una ſuper terram ſequens animalia quatuor. Et aſpectus rotarum & factura earum, quaſi ſpecies tharſis. Et ſimilitudo in quatuor: & opus earum erat ſicut ſolet eſſe rota in rota. In quatuor partes earum ambulabant: & non reuertebantur cum ambularent. Et dorſa earum & altitudo erat eis. Et uidi eas & dorſa earum plena oculis, in circuitu ipſarum quatuor.

Iſtæ ergo rotæ in quibus erat ſpũs uitæ: oñia ordine faciũt atq; mẽſura: habẽtq; cũ animalibus concordiã ſequẽtes ea, & per ea ſpiritũ ſanctũ: imo mediſs prætermiſſis ſancti ſpũs ſocietate gaudẽtes. Quæ oñia iuxta priorẽ itelligẽtiã, uariæ interpretationi prudẽs lector poterit coaptare. c ¶ Et ſimilitudo ſup caput anialiũ firmamẽti q̃ſi aſpect⁹ cryſtalli horribilis ⁊c. Sub firmamẽto aũt pẽnæ eorũ ⁊c. Vbi nos poſuimus, pennæ eorũ rectæ: & quaſi ſonũ uel uocẽ ſublimis dei: Lxx. trãſtulerũt, alæ eoꝝ extẽtæ & uolãtes, & q̃ſi uocẽ fortis: qd in hebraico dicit שדי. Multaq; & in hoc & in aliis capitulis ab eis prætermiſſa ſunt: quæ ob longitudinẽ ponere ſupſedi. Qd aũt nos manifeſtius interpretati ſum⁹, alterius ad alterũ, unũquodq; duab⁹ alis uelabat corp⁹ ſuũ, & alterũ ſimiliter uelabat: p q̃ in hebræo ſcriptũ eſt: mulieris ad ſororẽ ſuã: uir duab⁹ alis uelabat corp⁹ ſuũ: & uir uelabat ſimiſtr. Ideo poſt mulierẽ uirũ poſuit in pſona eadẽ: ne ſexũ in cœleſtib⁹ putarem⁹: cũ in uno atq; eodẽ iuxta ꝓprietatẽ hebraicã, idẽ & uir & mulier appellat. Videt aũt ſup quatuor anialia & rotas totidem, ſimilitudo firmamẽti, qd nos appellamus cœlum: habens ſpeciẽ cryſtalli, qd eſt puriſſimũ, & ex aquis

mundis

Pſ.76.d

1.Cor.14

A mundis atq; lucẽtibus, nimio frigore cõcrescere dicitur: in tantũ ut etiã gelu cõstricta aqua, græco sermone χρύσαλλος nominet. Decebat autẽ in superioribus esse eximiam puritatem: quæ cuncta protegat, id est rationales sapientesq; uirtutes & quatuor temporũ cursum, & mundi plagas, & rerũ oĩm ordinẽ: & euangelicam prædicationem, quæ ex parte intelligitur: & ex parte uelat. Voxq; audit alarum uolantium, quasi uox aquarũ multarũ: quæ Apoc.17.d iuxta apocalypsim Iohannis populos significant: paulatimq; proficiens dicit quasi uox castrorũ: & quasi uox sublimis dei: quod hebraice appellat שַׁדַּי: & iuxta Lxx. φωνὴ τοῦ λόγου. i. uox uerbi: ut uniuersa quæ prædicantur in mũdo: uocẽ filij dei esse credamus. Stantib⁹ autẽ aĩalib⁹, demittebant alæ eoꝝ. Vocẽ eñ dei oĩpotẽtis resonantẽ in cœlestib⁹ ferre non poterant, sed stabant & mirabant: & silentio suo, dei potentiã demõstrabant: qui sedebat super firmamentũ. Quod firmamentũ his qui deorsum erant, habebat similitudinẽ crystalli: his autẽ qui supra, instar lapidis sapphiri uidebat. Quæ similitudo sapphiri, thronus erat eius qui sedebat in similitudinem hominis. Ex quo intelligimus, & firmamentũ, & crystallũ, & sapphirum, & hominẽ, in similitudine, nõ in ueritate monstrari. Hominẽ autẽ deum patrẽ debere intelligi, multa docent Matth.21.d testimonia. E quibus illud est in euangelio: Homo quidam plantauit uineam & locauit eam agricolis. Et post paululũ: Ibi.22.a Misit seruos, & super omnes filium suum. Rursumq; : Homo quidam fecit nuptias filio suo. Non q̃ filius excludat Esa.6.a a regno: de quo scripsit Esaias: Vidi dñm sedentẽ super thronum excelsum & eleuatũ. Et Ioannes: Hæc autem (inquit) Ioh.12.f dixit Esaias: quando uidit gloriam filij dei: sed qd̃ in patre Col.1.b regnet & filius. Omnia enim filij patris sunt, qui est imago Dañ.7 dei patris inuisibilis. Nam & in Daniele deus pater sedens inducit: & offert ei fillus hominis, ut accipiat regnũ. Et in Apoc.3.d Apocalypsi Ioannis, eadẽ de filio scribunt. Et ad pugnam Act.7.g primi martyris Stephani: stans ad dexterã patris. De quo Ps.109. canit in psalmo: Dixit dñs dño meo: sede ad dexterã meã: Donec ponã inimicos tuos, scabellũ pedũ tuorũ. Sicut aũt crystallo purissima quæq; atq; lucẽtia in cœlestibus demonstrantur: quæ nostrũ oculatũ corpus illuminant: sic in sapphiro, id est in throno dei, & super firmamentũ qd̃ cœlum accipimus: abscõdita atq; secreta & incomprehensibilia dei Ibi.17.b sacramenta monstrant: Qui posuit tenebras latibulũ suũ: Exo.24.c & in nube uidetur & caligine. Vnde & in Exodo scribit: Et sub pedibus dei erat quasi opus lateris sapphiri: & sicut species firmamẽti cœli mundissimi. Vnde & sponsa pulchritudinem sponsi describit in cantico: Venter eius quasi tabula Cañ.5.d eburnea super lapidem sapphirũ. Et in Ioannis apocalypsi: Apoc.21.f primũ fundamentũ iaspidis: secundũ, sapphiri scribitur. Et Exo.28.c in rationali pontificis, in uersu & ordine lapidũ singulorũ: secundus ordo carbunculũ habet, & sapphirũ, & iaspidem. De quibus ex parte lapidibus, in Esaiæ explanationib⁹ dixi mus. a ¶ Et vidi quasi speciẽ electri ꝛc. Hęc visio similitudinis gloriæ dñi. Similitudo hominis qui sedebat sup similitudinẽ throni: qui thronus habebat similitudinẽ lapidis sapphiri, a lumbis & desuper, electro cõparat. Qd̃ electrũ & intrinsecus & extrinsecus habebat quasi ignis aspectum. A lumbis ẏo & deorsum ignis erat resplendens in circuitu:

Cum ambularẽt, quasi son⁹ erat multitudinis, ut sonus castrorũ: cunq; starẽt, demittebant pennæ eorũ. Nam cum fieret uox supra firmamentũ qd̃ erat super caput eorũ: stabant & submittebant alas suas. Et super firmamentum qd̃ erat imminẽs capiti eorũ, quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni: & sup similitudinẽ throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et a uidi qũasi speciẽ electri, uelut aspectum ignis intrinseci eius per circuitũ a lumbis eius & desuper. Et a lumbis eius usq; deorsum: uidi quasi speciẽ ignis splendentis in circuitu: uelut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. Hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hæc uisio similitudinis gloriæ domini. ¶ Ca. II

b ET uidi, & cecidi in faciem meam: & audiui uocẽ
c loquentis: & dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, & loquar tibi.

Et ingressus est

B C D

quitatis exẽplũ nequaq; perituros esse diluuio. Ex q̃ ostenditur post pœnas atq; supplicia, & purgationẽ peccatorũ futurã misericordiam: dumtaxat in his qui deũ meruerint uidere regnantẽ. Vnde dicit: Hic erat aspectus splendoris p gyrũ: Per gyrũ dei, uel throni, uel oĩm quæ pspecta sunt. Et hæc uisio gloriæ similitudinis dei: non q̃ gloriã dñi uiderit, sed similitudinẽ gloriæ eius. Visio autẽ omnis hæc est: Spiritus eleuans & nubes magna: & quatuor aĩalia, & rotæ totidem sequẽtes aĩalia & spiritũ: quæ sub firmamẽto dei esse meruerunt. Quæ postq̃ eleuata sunt, & audierũt uocẽ quasi aquarum multarũ: & quasi uerbi sublimis dei: uocemq; castrorũ & exercit⁹: demiserũt alas, & stupore silentio demõstrarũt: apparuitq; sedens super similitudinẽ sapphiri quasi similitudo hominis: qui a lumbis supra habebat speciẽ electri: & a lumbis deorsum speciẽ ignis in circuitu. Post quẽ terrorẽ datur signũ misericordiæ: uelut aspectus arcus cũ fuerit in nube in die pluuiæ. De hac uisione prolixius diximus: quia & obscura est, & a multis uarie exponit. In reliquis quantũ fieri potest absq; damno sensuũ, propter magnitudinẽ uoluminis breuitati studebimus. ¶ Ca. II

ET vidi et cecidi in faciẽ meã ꝛc. Nõ est elatus uisionum magnitudine, sed cõscientia fragilitatis humanæ, pcidit in faciẽ suã. Vnde & aplus Paulus post ascẽsionẽ cœli & paradisi, & auditionẽ uerborũ ineffabiliũ, datũ sibi dicit angelũ satanæ: qui se collaphiçaret, ne extol- 2.Cõ.12.b leretur. Et Abrahã cecidit in faciẽ, postq̃ audiuit sermones Geñ.17. dei. Et tñ quia non peccato, sed humilitate corruerat, a dño subleuat: & uerba ei⁹ iubet audire. Sciendũ quoq; q̃ aliud sit in faciẽ cadere, aliud retrorsum. Abrahã postq̃ audiuit de natiuitate Isaac, cecidit in faciẽ & risit. Heli autẽ qui pec- 1.Reg.4.e cauerat, retrorsum cecidit. Et de Dan in genesi scriptum est: Fiat Dan coluber in semita: mordens plantã equi: & cadet Geñ.49.e eques retrorsum, salutẽ expectãs dei. Quia eñ ad morsum colubri ceciderat ex equo, ꝓpterea saluatoris expectat aduentum. Et in euãgelio scd̃m Ioannẽ: qui ad cõprehendendum uenerant dñm: postq̃ ille respondit: Ego sum, cecide- Iob. 18.b runt retrorsum in terram. Sermonẽ eius qui Moysi dixerat: Vade dic filijs israel: qui est, misit me ad uos: minime sustinentes. Et dixit ad me: c ¶ Fili hominis, sta super pedes Exo.3.d tuos et loquar tibi. Iacens sermonem dei audire nõ poterat, sed audit cũ Moyse: Tu ẏo hic sta mecũ. Quod & Daniel Ibi.34.a

 accidisse Dañ.10

E accidisse sibi cōmemorat. a ¶ Et ingressus est in me spīritus ꝛc. Præceperat prophetæ sermo diuinus & iusserat: Sta supra pedes tuos: sed sine auxilio dei & aduentu spīritussancti stare nō poterat: ꝓpterea ingreditur in eum, siue assumit
Ps.39.a & suscitat: ut firmo sit gradu: & possit dicere: Statuit supra petram pedes meos.
Nullūq; pc̄tōrē stantē legim⁹, sed ad sanctos
Ephe.6.c dicitur: State ergo succincti lumbos uestros. Peccator autem illud
Deu. 28 Deuteronomij meret audire: Nō erit stabile uestigiū pedis tui. ¶ Crebro ad Ezechiel dicit: Fili hois, & ad Daniel raro: Quorū uterq; in psona ei⁹ qui dixe-
Matth.8.c rat: Filius aūt hois nō habet ubi caput suum reclinet: captiuū ꝓp̄m cōsolat: & retrahit ad pœnitētiā. b ¶ Dixit ego te ad filios isrl̄, ad gētes apostatrices quę recesserūt a me ꝛc. Nequaq; populū dei israel, sed gētes apostatrices uocat eos qui a dño recesserūt: nō solū patres, sed & filij. Ne pc̄tō patrum filij uiderentur obnoxij: sed ut par, & patrū & filiorū esset impietas. Porro q̄ Lxx. transtulerūt, irritantes me, siue in amaritudinē cōuertentes: illud significat, q̄ deus
F benignus & dulcis natura: nostris uitijs mutetur in amaritudinē.

a HEB. Et ingrēssus est in me spūs posteaq; locut⁹ ē mihi: & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentē ad me, & dicētē: Fili hois, SEP. Et uenit ad me spūs, & assumpsit me: & eleuauit & statuit me sup pedes meos: & audiui eū loquētē ad me & dixit mihi: Fili hois,
b Mittō ego te ad filios isrl̄, ad gētes apostatrices quæ recesserūt a me. Ipsi & patres eorū præuaricati sunt pactū
c meū, usq; ad diem hāc. Et filij durā facie & indomabili
d corde sūt: ad ꝙs ego mitto te. Et dicēs ad eos: Hæc dicit dñs de⁹: Si forte uel ipsi audiāt: & si forte quiescant: qm̄ dom⁹ exasperās ē: & sciēt qa ꝓpheta fuerit ī medio eor.
e HEB. Tu ergo fili hois nō timeas eos: neq; sermones eorū metuas: qm̄ increduli & subuersores sunt tecū. SEP. Et tu fili hois nō timeas eos: nec a facie eorū formides: qm̄ insaniēt & congregabūt cōtra te ī circuitu
ta patienť. Et ſimilia, inquit, ultra nō faciā. Pulchre dixit, ſimilia non faciā. Multo eīm poſt interfectionē chriſti duriora facturus eſt. Aliud eſt eīm coluiſſe interdū idola, ꝓpter quæ ante puniti ſunt: & aliud dei filiū trucidaſſe. c ¶ Idcirco patres comedent filios in medio tui ꝛc. Ad id qd' ſupra dixerat: quia ſupaſtis gentes quæ in circuitu ueſtro ſunt: ſiue, ꝓ eo qd' occaſio ueſtra eſt ex gētib⁹ quæ in circuitu ueſtro ſūt: in præceptis meis nō ambulaſtis: & iudicia mea nō feciſtis: tertio retulit ideo. Primū ita: Ideo hæc dicit dñs deus: ecce ego ad te: & ipſe ego faciā in medio tui iudicia. Secūdo: Ideo patres comedēt filios in medio tui. Tertio: Ideo uiuo ego dicit dñs de⁹: niſi, ꝓ eo q̄ ſanctū meū uiolaſti in omnib⁹ offenſionibus tuis: & reliqua. Attamen notandum, q̄ ubi decora ſunt & honeſta ac ꝓ merito eorum qui ea ſuſtinent: ſeipſum deus facere profiteť. Vbi autē triſtia & non digna deo: dicit qdē fieri, ſed nō a ſe: ut in præſenti: Ideo patres comedēt filios in medio tui: & filij comedēt patres ſuoſ. Nō eīm dixit, ego faciā ut patres comedāt filios ſuos in medio tui: & filij comedant patres ſuos. Q. d' aūt decorū erat, nec dei maieſtati uidebať indignū, ipſum ſe dicit facere. Sequiť eīm: Et faciā in te iudicia: & uentilabo uniuerſas reliquias tuas in oēm uentū. Tale quid & in maledictis Deuteronomij inuenire poterim⁹: & præcipue in loco illo: Glorificātes me glorificabo: q Deut.28,g
aūt me deſpiciūt, ad nihilū deducenť. Eos eīm q̄ ſe glorificāt, ipſe glorificat. Qui autē eū deſpiciunt, nō a dño deſpicientur, uel deducētur ad nihilū: hoc eīm ſequebať ut diceret: ſed

abſolute

E absolute, deducent ad nihilū: nō a deo, sed pro meritis suis atq; peccatis. Legimus in Regū uolumine, famis necessita/
4.Reg.6.f te cogēte: a matre filiū deuoratū. Iosephus q̄q; in obsidione hierm̄, multa huiuscemodi facta cōmemorat. Q̄n autē patres filios comederint, uel filij patres: nulla narrat historia: nisi forte in multis necessitatis malis, etiam hæc facta esse credendū sit. Potest hoc ipsū referri & ad nostrā hierusalē: q̄n magistri cōtra discipulos: id est patres contra filios, & discipuli cōtra magros, id est filij aduersum patres, seditiōe mutua cōcitantur: & implet illud qd̄ per Apostolū
Gal.5.c dicit: Si autē inuicem mordetis & accusatis: uidete ne ab inuicem cōsumamini. Vnde & propheta mystico ser/
ps.26.a mone cantabat: Cum appropinquarent ad/uersum me q affligūt me: ut comederēt car/
Iob.31.d nes meas. Et Iob simile quid loquit: Si aūt dixerunt ancillæ meæ: Quis det nobis de carnib⁹ eius ut comedamus? Et sup magistris qui lucra sectant de discipulis: salutisq; eorum nullā curā gerunt dicit: Qui deuorant populū meū sicut
ps.52.a cibum panis. De quibus & Apls: Et comedunt, inquit, domos uiduarū. Possumus patres qui comederint filios: & filios q comederint patres: nō solū in babylonia, sed & in Rhomana obsidione intelligere. Illud autem qd̄ dicitur: Et uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnē uentum: magis ad
Matth.23.b rhomanā ptinet captiuitatē: q̄n in toto orbe terrarū dispersi sunt. Et hæc est in omnē uentū capillorū barbæq; dispersio.

a ¶ Idcirco viuo ego dicit dñs de⁹: nisi p eo q̄ sanctū meū violasti ꝛc. Proprie hoc ad hierusalem dicit: quia sancta mea uiolasti me deserens: & in tēplo meo idola coluisti: ego q̄q; confringā omnia idola tua: & conteram atq; concidam siue abijciā te: quia prius abiecisti me: & nō parcet oculus meus cū te uidero, fami, gladio, seruituti colla submittere: nec misere/
Ibi.5.a bor: quia misericordiā meā nō mereris. Scriptū est enim: Beati misericordes: q̄m ipsi misericordiā consequētur. Hoc idem & in ecclesia intelligendū est: q̄ magistris & sacerdotibus qui egerint negligēter, possit de⁹ quotidie dicere: quia sancta mea uiolastis in cūctis offensionib⁹ uestris: & in uniuersis abominationib⁹ quæ egistis: ego quoq; uos conterā atq; confringā, reddāq; per me q̄ in meū populū ꝓpetrastis.
Infra.34.a De quo contra pastores hic idē, ꝓpheta plenius loquit: q̄ lanis ouiū operiant: & lacte uescant & caseo: & fractū pecus ac morbidū non requirant. b ¶ Tertia tui pars peste morietur ꝛ fame consumet in medio tui ꝛc. Lxx. quia supra quatuor partes posuerant: quas in descriptione incendij, gladij & dispersionis: tres tm̄ esse sermo propheticus approbauit: ut supfluo una pars incēdij in duas ptes diuideret: In hoc quoq; loco eandē primā partē diuiserūt in duas: ut diceret, Quarta pars tui morte atteret: & quarta pars tui fame cōsumet in medio tui: & quarta pars tui cadet in circuitu tuo: & quartā partē tui in oēm uentū dispergā: Licet hoc qd̄ posuimus: Et quarta pars tui in gladio cadet: de Theodotionis æditione sub asteriscis additū sit. Perspicuū est autem, ut hebræa ueritas continet, tres esse partes. De quarū prima dicatur: Et tertia tui pars peste morietur, & fame consumetur in medio tui. Multoq; melius fuerat transferre q̄d̄ scriptū est, q̄ rei male translatæ patrociniū quærere. Nec hoc dicimus ab illis factū quibus uetustas auctoritatē dedit: sed p multa sæcula, scriptorū atq; lectorū uitio deprauatū. Quāq; & Aristeus & Iosephus & omnis schola iudæorꝝ, quinq; tantū libros Moysi a Lxx. translatos asserāt. De quo capitulo quia supra diximꝰ, nūc omittendū uideō: Hoc tm̄ addā, q̄d̄ necessarium est. In eo q̄ ait: Et implebo furorē meū: & requiescere faciā indignationē meā in eis: & consolabor, & sciēt qa ego dñs locutus sum in çelo meo, cū impleuero idignationē meā in eis: Quō sentiēdus sit furor & indignatio & çelus dei, sæpe exposuimus, q̄d̄ humanis affectib⁹ deus loquat: non q̄ ipse irascat: sed quo nos p pœnas atq; cruciatus deū sentiamus iratū. Zelus autē sub metaphora uiri & uxoris accipiēdus: qui quādiu uxorē diligit, çelotipus est: si neglexerit: dicit illud qd̄ in consequētibus dicturi sumus: Zelus meus recedet a te: & ultra nō irascar tibi. Quodq; iungit: Et sciēt qa ego dñs locutus sum in çelo meo: nō illi qui consumpti sunt fame & pestilentia, nec q̄ gladio ceciderūt in circuitu ciuitatis: sed illi qui dispergent in oēm uentū, aliorū mortibus suisq; miserijs sentiēt iratū deū, quem clæmentē sentire noluerūt.

c ¶ Et dabo te in desertū. Quodq; sequit: & in opprobriū gētibus quæ in circuitu tuo sunt: In Lxx. nō habet: pro quo addiderūt de suo: & filias tuas in circuitu tuo. Rursumq; iuxta utrāq; æditionē: in cōspectu omnis prætereūtis. Prodest aūt hierusalē omnia in ea uitia desolari & ad desertū redigi: & sua eā peccata cognoscere: ut quæ cæteris gētibus in exēplū uirtutū esse debuerat: sit exēplū miseriarꝝ. Filias aūt eius, urbes uel uiculos itelligere possumꝰ: siue ecclias in toto orbe dispsas: ut q̄cūq; huiꝰ pegrinꝰ est sæculi: & dicit cū psalmista: Aduena sum & pegrinus sicut oēs patres mei: & de quo dicit: Non dixerūt qui præteribāt: benedictio dñi sup uos: uideat opprobriū eius & doleat. d ¶ Et eris opprobrium ꝛ blasphemia ꝛc. Pro quo in Lxx. legit: Et erit σεναχτὴ. i. gemibilis. Et de Theodotione additū est καὶ βλασὴμ, cuius uerbi noticiā non habemus. Pro quo tres alij interpretes, blasphemiā trāstulerūt: quæ in hebraico dicit גְּדוּפָה. Sequtur.

e ¶ Cum fecero in te iudicia in furore ꝛ indignatione ꝛ increpationibus ꝛc. Gemitu autem dignam hierusalem cum offenderet deum: ut faceret in ea iudicia in furore & indignatione: testatur & Paulus: qui dicit: Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Et iterum: Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus aggrauati. Loquimurq; cum hierusalē: irā dñi sustinebo quoniam peccaui ei. Δειλαίσκω uel Δειλαίαν, quidam infœlicem & miseram: alij perspicuā & expositam ad miserias intelligi uolunt. f ¶ Quando misero sagittas famis pessimas quę erūt mortiferę: ꝛ q̄s mittā vt dispdā ꝛc. Famē & pestilentiā & bestias pessimas: & quicqd aliud malorum sustinemus in sæculo: propter nostra uenire peccata manifestū ē. Vñ & fames illa quæ facta memorat in Ruth: & in Regū uolumine sub Helia, q̄n tribus annis & sex mensibus cœlum clausum est: & sub Heliseo cuius incredibilē inopiam

Ps.38.c Ibi.5.a Eph.2.a 2.Co.5.i Ruth.1.a 3.Reg.17.a 4.Reg.8.a

A inopiam repentina abundantia cõpensauit: dei iudicio mis/
sa est. Q d' non solũ tunc in hierusalẽ factũ est, sed & in no/
stra fit hierusalẽ: in qua ꝓpter magnitudinẽ peccatorũ, pri/
mũ fames mittit audiẽdi sermonẽ dei. Deinde famẽ mors
sequitur: ut qui non audiuimus, gustate & uidete quoniam
suauis est dominus:
postea sentiam⁹, mors
peccatorũ pessima est.
5.4.d De firmamẽto & ba/
culo panis, supra dixi/
mus. a ¶ Et imittam
in vos famẽ ⁊ bestias
pessimas ⁊c. Bestias
pessimas induci super
terrã solitudinis, quæ
fame & gladio & peste
uastata est, præsentia
quoq; ostendunt tem
pora: qñ familiaria ani
malia canes, in dñorũ
carnes rabie cõcitant: & ursis ac lupis cun/
ctisq; alijs generibus bestiarũ terra cõpletur:
pestilentiãq; & sanguinẽ trãsire ꝑ eã, morbũ
gladiũq; significat. Sed & in nostrã hierusalẽ
mittũt bestiæ pessimæ qñ tradimur in passio
Rom.1.d nes ignominiæ: & in
2.Co.12.g reprobũ sensum, & cõ/
sciẽtiã peccatorũ quæ
B excruciãt atq; dilace/
rãt animũ nostrũ. Dis
sensiões: hæreses, schis
mata, emulatiões, in/
uidiæ, tristiciæ, detra/
ctiones, desyderia ma
la, auaricia quæ est ra/
dix omniũ malorũ, bestiæ pessimæ sunt. Quæ cũ fuerint in
Hiere.2.d nobis, meremur audire: Corripiet te præuaricatio tua. Præ/
ps.73.d camurq; & dicimus: Ne tradas bestijs animã cõfitentẽ tibi.

Et factus est sermo dñi ad me dicẽs. ¶ Ca. VI
Fili hois pone faciẽ tuã ad montes israel ⁊c. Q d'
sæpe in hoc ꝓpheta dicit adonai dñs, propter græ
cos & latinos qui hebreæ linguæ non habẽt scien/
tiã, breuiter exponendũ uidetur. Adonai unum nomen est
de decẽ uocabulis dei: & significat dñm: quo sæpe & in ho/
Geñ.18.b minibus utimur. Denicq; & Sara uocans Abrahã dñm suũ,
hoc uocabat noie. Et ubi dicitur, dñe mi rex: adonai scriptũ
est. Q ñ igitur duo, dñi & dñi iuncta sunt noia: prius nomẽ
cõmune est: scd'm proprie dei, qd' appellatur ἄῤῥητον. i. inef
Exo.28 fabile: & qd' scriptũ fuit in lamina aurea, quæ erat in fronte
pontificis. Montes autẽ israel, qui simulacris dæmonũ fue/
rant occupati: nõ auribus, sed impio ac potẽtia conditoris,
ps.113.a suũ audiũt & intelligunt creatorẽ: Quõ mare uidit & fugit,
iordanis cõuersus est retrorsum: nõ utiq; carnis oculis qb⁹
Mar.4.d carebat: Et ad mare dicit: Tace, obmutesce: Et uentorũ flati/
Ione.4.c bus imperat: Iubeturq; uermi: qui Ione percussit umbracu
ps.103.d lũ. Et de eadẽ terra scriptũ ẽ: Qui respicit terrã & facit eã tre
mere. Ad quos ꝓpheta loquit, indicans idola destruenda &
aras, uniuersasq; cærimonias qb⁹ prius idolis seruierãt cõ/
terendas. Possumus montes israel, & principes accipere eos
qui potẽtia, sapiẽtiaq; & scientia ac diuitijs præcellebant. Et
hoc aniaduertendũ, q; obfirmat quidẽ facies & ponit cõtra
montes: sed nequaq; solis montibus, sed & collibus loquit,
& rupibus & uallibus: in qbus inferior dignitas, & gradus
Tropo. prudẽtiæ sciẽtiæq; cognoscit. Videntur mihi Tropologice
mõtes esse, q ad ꝓfectã scientiã puenerũt. Colles, q paulo in
feriores sunt. Rupes, q nullã habẽtes scientiã & tm in cõuer
Iacobi.3.d satione fidentes, alit sibi de scripturarũ interpretatione præ
sumunt: habentes iuxta Apostolũ ꝛelum dei: sed non scd'm

a Et imittam in uos famẽ & bestias pessimas usq; ad in/
ternitionem: & pestilentia & sanguis transibunt per te:
& gladium inducã super te: ego dominus locutus sum.

b ET factus est sermo dñi ad me ¶ Ca. VI
dicens: Fili hominis pone faciẽ tuã ad montes
israel: & prophetabis ad eos. Et dices: Montes
israel: audite uerbum dñi dei. Hæc dicit dñs deus mon
c tibus & collibus, rupibus & uallibus: Eccẽ ego inducam
sup uos gladium: & disperdam excelsa uestra. Et demo
liar aras uestras: & confringentur simulacra uestra: &
deijciam interfectos uestros ante idola uestra. Et dabo
cadauera filiorũ israel ante faciẽ simulacrorũ uestrorũ:
& dispergam ossa uestra circa aras uestras: in omnibus
d habitationibus uestris. Vrbes dẽsertæ erunt: & excelsa
demolient: & dissipabũtur & interibunt aræ uestræ: &
confringentur & cessabunt idola uestra: & conterentur
delubra uestra: & delebũtur opera uestra. Et cadet in/
terfectus in medio uestri: & scietis quia ego dominus.
e Et relinquam in uobis eos qui fugerint gladiũ in genti
bus cum dispersero uos in terras: & recordabũtur mei
liberati uestri in gentibus, ad quas captiui ducti sunt.
Quia contriui

C quoscq; eorum a se mutuo indicat separãdos. Prodest enim
peruersæ scientiæ malos a malis diuidi: Et ut illi qui consen
su pessimo ædificabãt turrem, pro utilitate propria dissipati
sunt: diuisæq; linguæ eorum, ne consensus pessimus peiores
eos faceret: ita ossa montiũ dispergentur: ut uanos conatus
suos intelligant. Hoc q; nos posuimus: Et dabo cadauera
filiorũ israel ante faciem simulacrorũ uestrorũ: in Lxx. nõ ha
betur. d ¶ Vrbes desertę erũt ⁊c. Causa ꝓspicua cur urbes
montiũ deserẽdæ sint: scilicet ut demoliant excelsa araq; &
idola destruãt: & delubra peant: & oñis simulacroꝝ cultu/
ra desistat: cadãtq; interfecti in medio montiũ: & sciant qm
ipse sit dñs. Per quæ occasio nobis dat, spũalẽ magis itelligẽ
tiã seq; ut urbes hæreticoꝝ quæ interpretãt ecclias, & excel/
sa supbiæ eoꝝ, & araꝝ puersoꝝ dogmatũ cõfringant: & ido/
la peant quæ de suo sibi corde simularãt: & cõterant delu/
bra nõ tẽpla quæ cõtra tẽplũ dñi surrexerãt, græcoq; sermo
ne appellant τεμένη. i. phana atq; delubra: & oñia opa mõ/
tiũ cõterant quæ nõ opa dei sunt, sed magistrorũ falsæ sciẽ/
tiæ. Cũq; ceciderint iterfecti in medio mõtiũ: uel ꝙs ipsi mõ
tes interfecerãt, uel eccliastici uiri q eos male uiuẽtes in salu/
tẽ suã occiderãt: tũc finis erit montiũ supboꝝ: ut cognoscãt
q; ipse sit dñs. Põt aũt fieri ut de uno ꝓpło mõtiũ israel, alijs
interfectis cognoscãt alij. Pestilẽte em flagellato, stult⁹ astu/
tior erit. f ¶ Et relinquã in vobis eos q fugerint gladiũ ⁊c.
Illud q; dñs loqt ad heliã: Reliq mihi septẽ milia uiroꝝ q nõ 3.Reg.19.d
curuauerũt genu baal: & Paul⁹ apls scribit: Et nũc in hoc tpe Rom.11.a
reliquiæ scd'm electionẽ grãe saluæ factæ sũt: põt huic capło
cõuenire. Et apli em q erãt de semie isrl & gladiũ fugerãt: id/
circo sunt reseruati, ut dispgerent in terris, & in gẽtib⁹ euãge
liũ prædicarẽt, ac recordarent in gẽtibus dei, in qbus capti/
uitatis tpe uersabant. Potest autẽ & hoc dici, q; ideo alq de
captiuitate iudaica reseruati sint: ut in gẽtibus recordarent
noĩs eius: illiusq; potentiã prædicarẽt. De hæreticoꝝ quoq;

populis

populis, qui euadere potuerint gladium perditionis eorum & peſſimā factionem: quæ contra deū fuerat concitata, huc illucq; diſperſi, recordabunt nominis dei: agētes pœnitētiā, & captos ſe a uiris eccleſiaſticis exultabunt. a ¶Quia contriui cor eorum fornicans, & recedens a me &c. Multa de hoc capitulo a Lxx. præter miſſa ſunt: illudq; mutatū: Iuraui cordi eorū fornicanti. Pro quo nos poſuimus: cōtriui cor eorū fornicans. Iurauit aūt atq; decreuit ſe facturum eſſe quæ opere monſtrauit: ſiue cōtriuit fornicans cor, & recedēs a deo: eorū de quib⁹ p Oſeæ dñs
Oſee. 4. c loquit̄: Spiritu fornicationis ſeducti ſunt. Et oculos fornicātes poſt idola, per quorū feneſtras mors intraſſe perhibetur. Quā ob cauſam & in Daniele duo
Dañ. 13. d preſbyteri preceperūt reuelari Suſannam: ut nudati corporis decore fruerentur. Nec fruſtra locutus eſt dñs ut faceret malum uel mala, quādo ad cōminationem eius agūt pœnitentiam qui ſententiæ ſubiacebant. Sin autē cor durū ſit & indomabile, ne per pœnas quidē ſentiens beneficia corrigētis, dicit
Hiere. 2. f ad eos: Sine cauſa percuſſi filios ueſtros: diſciplinam nō recepiſtis. Prodeſt autem & hæreticis ut conteratur cor eorū, theſaurus peſſimus dogmatum peruerſorū: quia receſſit a dño: & fornicantes oculi poſt adinuentiones ſuas. Qui cū dñi fuerint recordati, diſplicebunt ſibi in uniuerſis abominatiōib⁹ ſuis: & intelligētes ueræ fidei ueritatē, ſciēt qa ipſe ſit dñs. Qui idcirco ſæpe infert tribulationē, quæ patiētib⁹ pernitioſa uideā & peſſima: ut ad pœnitudinē conuertātur.
b ¶Hæc dicit dñs deus: percute manu tua & allide pedem tuū &c. Magnitudinē peccatorū, iubetur ꝓpheta manibus pedibuſq; ac ſermone monſtrare: ut geſtu corpis & indignatione uocis, habitū ſtupentis mirantiſq; & plorantis oſtendat. Quō enim ſi quādo nouū aliquid mirandūq; conſpicimus, tam corpore q̄ animo perhorreſcimus: ita ut cōplodamus manus, & pedes allidamus ad terrā: & uocem inclinemus ad fletum: ſic nunc oculis animi, ꝓpheta cernēs uentura ſupplicia: ad uniuerſas abominatiōes malorū dom⁹ iſrl̄ loquitur quæ ſequuntur. Percutimus ſpiritualiter manu, quādo a malis nos operib⁹ ſeparamus. Allidimus pedem: quando non gradimur itinere peccatorum. Plangimus atq; ploramus: quando nobis diſplicent quæ gerunt. Q̄d oſtēditur uerbo, heu. Pro quo Aquila interpretatus eſt ἀ ἀ, Symmachus σχετλίασον, q̄ ſignificat lamentare uel plange. Lxx. & Theodotio ἔυγε, q̄ magis inſultantis eſt q̄ plangentis. c ¶Qui gladio, fame & peſte ruituri ſunt. Hæc eſt autē cauſa plangendi: q̄ habitatores montiū & ararū idolorūq; cultores gladio, fame, & peſte ruituri ſūt. Qui uarijs ducūt erroribus: & q̄tidie mutāt fidem: circūferūturq; omni uento doctrinæ: iſti cedūtur gladio, & diuidunt in partes, unitatem eccleſiaſticæ fidei relinquentes. Qui uero ſpirituales
Iob. 14. a non habet cibos, fame morietur: neſciēs eum qui dixit: Ego ſum uita. Porro qui uel ſingulis uel pluribus deditus uitijs ab eis non poteſt ſeparari: quaſi quodā ueterno peſtilentiæ corruit. d ¶Qui longe eſt, peſte morietur &c. Qui obſidionem urbis effugerit & ad deſerta migrauerit: peſte morieā:

a Quia contriui cor eorum fornicans & recedens a me: & oculos eorum fornicantes poſt idola ſua. Et diſplicebunt ſibimet ſuper malis que fecerant in uniuerſis abominationibus ſuis. Et ſcient quia ego dominus non fru
b ſtra locutus ſum ut facerem eis malum hoc. Hec dicit dominus deus: percute manu tua & allide pedem tuum: & dic: heu, ad omnes abominationes malorum
c domus iſrael: Qui gladio fame & peſte ruituri ſunt:
d Qui longe eſt, peſte morietur: qui autem prope eſt, gladio corruet: & qui relictus fuerit atq; circūdatus, fame
e morieā: & implebo indignationē meā in eis. Et ſciētis quia ego dominus cum fuerint interfecti ueſtri in medio idolorum ueſtrorum per circuitum ararum ueſtrarum in omni colle excelſo: in cunctis ſummitatibus montium: & ſubter omne lignum nemoroſum: & ſubter uniuerſam quercum frondoſam: locum ubi accen
f derunt thura redolentia uniuerſis idolis ſuis. Et extēndam manum meam ſuper eos: & faciam terram deſolatam & deſtitutam a deſerto deblata in omnibus habitationibus eorum: & ſcient quia ego dominus.

Et factus

G

qui prope fuerit, cadet hoſtiū gladio. Quē autem circūderit hoſtilis exercit⁹, fame interibit & penuria: in hiſq; omnibus implebitur indignatio dei: ut cognoſcant qui remanſerint, qa ipſe ſit dñs. Qui ab eccliā q̄q; receſſerit, ſtatim peſte morieā. Qui ſciolus ſibi uideā & diligēs, niſi cauerit, gladio ferieā inimici. Qui ſimplici contentus fide, inſtar brutorum animantium uerſatur quidē in eccleſia: ſed tū in nullo bono ope ꝓficit: nec imitator eſt formicæ, quæ in meſe præparat ſibi cibos atq; comportat: iſte fame morieā: & in omnibus his implebit̄ ira dñi. e ¶Et ſcietis qa ego dominus cum fuerint interfecti veſtri in medio idolorū veſtrorū p circuitū &c. Perſpicuū eſt iuxta literā, & interpretatiōe nō indiget: q̄ in mōtibus iſrl̄ & in excelſis collibus inter ipſa idolorū altaria lucoſq; qui appellātur ligna nemoroſa, iſraelitic⁹ ſit cæſus exercit⁹: ut ubi peccauerāt, ibi punirēt. Iuxta'Ana Anagog
gogen ſequamur ordinē propoſitū. Qū magiſtri hæreticorū ab eccleſiaſticis uiris qui inſtructi ſunt ſciētia ſcripturarū, contriti fuerint atq; ſuperati, uidemus interfectos peruerſorū dogmatum iacere inter ſimulacra quæ finxerant: & eos qui ſe cleuabant cōtra ſcientiā dei ſtratos in montibus collibuſq; ſubt⁹ omne lignū nemoroſum: qui habebant uerba pompatica: umbrāq; foliorū, & poma bonorū operum non habebant: qui erant ſub omni quercu frondoſa, quæ nō affert fructus hominū ſed porcorū: ubi accēderūt thura redolētia nō deo ſed idolis ſuis. Nec dicere poterant q̄ de Noe ſcriptum eſt: Odoratus eſt dñs odorem bonæ fragrātiæ: & id q̄ Paulus Geñ. 8. d
loquit̄: Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco. Quō 2. Co. 2. d
autem ſanctus odore ſuo delectat deū: ſic peccator ex cuius perſona pſalmus ille cantatur: Computruerūt & corruptæ pā. 37. b
ſunt cicatrices meæ, a facie inſipientiæ meæ: accendit idolis ſuis thura fetentia. Id q̄d nos interpretati ſumus, in cunctis ſummitatib⁹ montiū: Et poſt paululū: Et ſubter uniuerſam quercū frondoſam, Lxx. reliquerunt. f ¶Et extendam manum meā ſuper eos &c. O mōtes iſrael, cum interfecti ueſtri ceciderint in medio ararū idolorūq; ueſtrorū in omni colle excelſo: in cunctis montiū ſummitatibus: cum cōpleueroq; lucos ueſtros cadaueribus mortuorū, in quibus quondam accenderunt thura idolis ſuis redolentia: tunc extendā manum meā ad ultionē quæ fuerat huc uſq; contracta: & redigam uniuerſam terrā iſrael in ſolitudinē, a deſerto deblatha quæ eſt in terra emath, quæ hodie uocatur Epiphania ſyriæ in cunctis habitationib⁹ eorū: ut omnibus pateat nihil eſſe inter ſolitudinē & mare magnū, q̄ non hoſtilis mucro conſumpſerit. Multi putant eundem eſſe locum: de quo in Hie
remia ſcriptū eſt: Et apprehenderūt Sedechiā in deſerto q̄d Hiere. 39. b
eſt iuxta hiericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. Quq; cōprehēdiſſent regē, adduxerunt eū ad regem babylonis in reblata, quæ eſt in terra emath. Poteſt & ob uicinā ſimilitudinē ר & ד hebraicarum literarum, quæ paruo apice diſtinguūtur: uel deblata uel reblata appellari. Iuxta myſticos autē intellectus, extendit dñs manum ſuam ſup omnes qui hæretico fuerant errore decepti: ut terrā eorū quæ inter

pretatur

A pretaꝫ ecclesia faciat desolatã a deserto deblata: qđ in lingua nostra παλάθην, hoc est massam ficorum sonat, carycarũq; inter se compactarum: ut postq; in simulata dulcedine quæ nõ erat terræ cultæ, sed solitudinis, amaritudinẽ repererint: Pro.5.a tunc cognoscant, quia ipse sit dñs. Mel em̃ distillat de labijs mulieris meretricis: quæ ad tẽpus impinguat uescentiũ fauces: & postea amarius felle reperitur. Hoc significant & duo calathi ficorũ qui positi sunt in Hiere.24.a Hieremia contra faciẽ templi: unus ficorum optimarũ: & unus pessimarum: quorũ alter ad ecclesiam christi refertur: alter ad congregationẽ malignantiũ.

a ET factus est sermo domini ad me dicens: Et tu fili hominis: hæc dicit dominus deus terræ israel: Finis, uenit finis super quatuor alas terræ. Nunc finis super te: & mittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta uias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et nõ parcet oculus meus super te: & non miserebor: sed uias tuas ponam super te: & abominationes tuæ in medio tui erũt: c & scietis quia ego dominus. Hæc dicit dñs deꝰ: Afflictio una, afflictio ecce uenit, finis uenit, uenit finis. Euigilauit aduersum te: ecce uenit. Venit contractio super te qui habitas in terra. Vẽnit tempus, ppe est dies occisionis, & non gloriæ montium.

Ca. VII

ET factus est sermo dñi ad me dicẽs. Et tu fili hominis ꝛc. Finis/venit finis super quatuor alas terrę. Quas nos plagas mũdi interpretati sumꝰ: orientẽ uidelicet & occidẽtẽ, Esa.24.c meridiẽ & septẽtrionẽ. De qbus alis & Esaias loqt̃: Dñe ab pũ.67.c alis siue a finibus terræ portẽta audiuimus: quæ in toto orbe per apostolos gerebant̃. Et de sanctis scriptũ est: Si dormieritis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ: Matth.23.d & posteriora dorsi eiꝰ in pallore auri. Vñ & dñs cũ appropinquasset & uidisset hierusalem, fleuit & dixit: Quotiens uolui congregare filios tuos sicut gallina cõgregat pullos suos Deu.32.b sub alas suas: & noluisti. Iste est qui in Deuteronomij cantico expãdẽs alas suas suscepit eos: & assumpsit eos in humeris suis. Quidã spũales alas terræ quibus ad cœlestia subB uolamus: quattuor ponit genera credentiũ: domũ Aaron, & domũ Leui, & domũ israel, & timentes dñm. De quibus pũ.134.d & psalmista canit: Domus israel benedicite dñm: domus aaron bñdicite dñm: domꝰ leui bñdicite dñm: q timetis dominũ bñdicite dñm. In aaron, sacerdotiũ: in leui, ædituos & ministros: in israel, cunctũ populũ: in timẽtibus dñm, ꝓselytos intelligẽs. Nos aũt simpliciter explanandũ putamus, q̃ post cõminationẽ montiũ israel, ad omnẽ terrã israel siue decem siue duodecim tribuũ sermo propheticus dirigatur: & nequaq̃ propheta uentura prænũciet, sed iam ingruentẽ uideat captiuitatẽ. Quinto eim̃ anno Sedechiæ cœpit Eçechiel in babylone prophetare captiuis: & anno nono uenit Nabuchodonosor & obsedit hierm̃: cœpitq; eã anno undecimo Sedechiæ. Ex quibus perspicuũ est uenisse finem & appropinquasse, nõ super montes & colles rupesq; & ualles: sed sup̃ qttuor plagas terræ ex oñi ꝓte israꝫ: nõ omnis terræ: qđ si dixisset de toto mũdo credi poterat: sed terræ simpr, q̃ significat israelis. Sic em̃ cœpat: Hæc dicit dñs deꝰ terræ israꝫ: Finis: uenit finis super quattuor plagas terræ. b Nunc finis super te: ꝛ mittã furoꝛẽ meũ in te ꝛc. In hoc capitulo iuxta Lxx. interpretes ordo mutatꝰ est atq; cõfusus: ita ut prima nouissima sint: & nouissima uel prima uel media: ipsa q̃ media nũc ad extrema nũc ad principia trãsferanť. Ex quo nos & ipsũ hebraicũ & cæteros secuti interpretes: ordinẽ posuimꝰ ueritatis. Ad terrã igit̃ israꝫ sermo dirigit̃: q̃ uenerit super eam finis & cõsumatio, & emittat dñs furorẽ suũ in eã: non iniustum & tantũ de indignatione uenientẽ: sed plenũ æquitatis atq; rationis: ut iudicet eã scđm uias suas: & ostẽdat illi omnes abominationes suas: ut recordetur operũ suorum & intelligat qd male gesserit. Qđ autẽ dicit: Non parcet oculus meus super te & non miserebor: quasi clementissimus medicus incidere cupiens putridas carnes, & cariosa uulnera adurere cauterio: nõ parcit ut parcat: nõ miserẽ ut Deu.32.f magis misereatur: ne quid putridũ, uiuasq; carnes sui uicinia corupturũ, remaneat in corpore. Percutit aũt dñs quem diligit: & castigat omnẽ filiũ quẽ recipit. Cuius intelligẽtiæ Hebre.12.b est: Ego ꝓcutiã & ego sanabo. Oñis em̃ medicina ad tẽpus habet amaritudinẽ: sed postea fructus doloris, sanitate monstrat̃. Tale qd & per Amos loquit̃ deus: Qm̃ uos cognoui C de uniuersis tribubus terræ: idcirco ulciscar sup̃ uos omnia Amos.3.a peccata uestra. Nouit em̃ dñs eos qui eius sunt. Et uias, inquit, illius totiusq; uitæ egressum, abominatiõesq; & maculas ponam in medio eiꝰ: ut ante oculos peccatricis quæ ꝓ sanitate punitur, pristina peccata ponantur. Cũq; hoc fecerit dñs, scient q cruciati sũt, q̃ ipse sit dñs. Hoc ipsũ sonat & illud testimonium: Vlciscar Iacob scđm uias suas: & iuxta adinuentiones eiꝰ reddã illi. c Hęc dicit dñs deus: Afflictio una afflictio ecce uenit: finis uenit/uenit finis. Euigilauit ꝛc. Hæc in Lxx. nõ habẽt̃: sed in æditiõe eorũ de trãslatiõe Theodotionis sub asteriscis addita sũt. Nos aũt seq̃mur hebraicũ. Pro afflictiõe quã iuxta Symmachũ q̃ interpretatꝰ est κάκωσιν, ꝓspicuitatis causa posuimꝰ: & in hebraico & in græco κακία uel πονηρία, scribit̃: id est malicia. Dicit̃ aũt q̃ extremũ peccatorũ terræ israel tẽpus aduenerit: ut iã nõ effugiat sentẽtiã dei quã longo tẽpore merebatur. Et quia necdũ cõpleuerat peccata sua, propterea differebatur supplicium: scđm illud qđ scriptum est: Necdũ em̃ cõpleta sunt peccata amorreoꝝ. Gen.15.d Vnde & dñs ad iudæos: Et uos, ait, impletæ mensurã patrũ Matth.23.d uestrorũ. Venit tibi ergo miseria: uenit afflictio, uenitq; ca- D ptiuitas. Et ne putes me rursum futura minitari: ostendo digito atq; demonstro. Ecce uenit, finis uenit, uenit finis. Qui huc usq; dormitare tibi uidebat̃ & quiescere, euigilauit contra te repente atq; surrexit. Venit contractio quæ in hebraico dicit̃ הַצֹּפִירָה & quã Aquila interpretatus est προσκόπισμ: id est contẽplationẽ & ꝓspectionẽ: quã semp̃ pauida tibi uenire metuebas: & quam interpretatus est Theodotio πλοκήν: id est ordinem contextũq; malorum omniũ. Porro qđ dicitur: super te qui habitas in terra: iuxta illud Apocalypseos Ioannis debemus accipere: Væ super omnes qui Apoc.8.d habitant in terra. Sanctus em̃ nõ est habitator terræ: sed aduena atq; ꝓgrinus: dicitq;, Aduena sum & ꝓgrinus, sicut pũ.38.c oẽs patres mei. Quãobrem & Abrahã hebræus: id est περάτης & ꝓgrinꝰ trãsitorq; memorat̃: de pñti sæculo ad futurũ trãsire festinãs. Possumꝰ hũc locũ & spũaliter interpretari cõtra populũ iudæorũ: sup̃ quẽ uenit finis & cõsumatio: a sanguie abel iusti usq; ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, Matth.23.d quẽ interfecerũt inter tẽplũ & altare. Quãdiu em̃ nõ miserũt manꝰ in filiũ dei, dormitauit sentẽtia eis dñi, & dilata est. Qñ ꝙo interfecerũt hæredẽ, ut periret hæreditas: tũc euigilauit aduersum eos atq; surrexit omnis ordo miseriarũ atq; ꝓplexio: qa nõ quæsierũt cœlestia, sed terræ hærere cupierũt. d Venit tẽpus/ꝓpe est dies occisionis ꝛ nõ glorię montiũ. Verbũ hebraicũ הֹמֶה הָרִים q̃ nos in duo uerba diuisum, primũ הֹמֶה scđm הָרִים iuxta Theodotionẽ gloriã montiũ interpretati sumus: Symmachus uertit in recrastinationẽ: dixitq;: Et tẽpus ꝓpe est: dies festinationis, & nõ recrastinationis. Porro Lxx. ita transtulerũt: Venit tẽpus, appropinquauit dies: nõ cũ ꝓturbatiõe, neq; cũ doloribus. Theodotio: Venit tẽpus, ꝓpe est dies famis & nõ gloriæ mõtiũ. Occisionis aũt tẽpus & famis nũc quoq; in iudaico populo cõprobat̃: non habẽte ꝓphetas nec uerbũ dei: quo anima credentiũ pascit̃. Montes aũt magistros intellige: & qui habeãt noticiã scripturarũ. De qbus & in alio loco dicit̃: Illuminãs pũ.75.a

E tu mirabiliter a montibus æternis. Porro Lxx. qui dixerunt, non cum perturbatione & non cum doloribus: illud significãt, qđ tantũ habeãt ignorãtiæ dei & animi cæcitatẽ: ut nec turbent in sceleribus suis, nec pœnitentiæ doloribus crucientur. a ¶ Nunc de propinquo effundã iram meam super te ꝛc. Si a quinto anno transmigratiõis regis Iechoniæ usq; ad nonũ annũ regni Sedechiæ, qñ uenit Nabuchodonosor & obsedit hierusalẽ suppu-

a Nũnc de propinquo effundam iram meam super te: & replicabo furorem meũ in te: & iudicabo te iuxta uias tuas. Et imponã Siue dabo tibi omnes abominatio-
b nes tuas. Et nõn parcet oculus meꝰ neq; miserebor: sed uias tuas imponam Siue dabo tibi: & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis: quia ego sum domi-
nus percutiens.

c HEB. ¶ Eccé dies ecce uenit: egressa est cõtractio: floruit uirga, germinauit superbia. Iniquitas surrexit in uirga impietatis, non ex eis & non ex populo: neq; ex sonitu eorum: & non erit requies eis.

SEP. Ecce dies parit: ecce finis uenit: egressa est complexio: & floruit uirga, germinauit supbia, suscitata est iniuria, & cõteret fortitudinẽ iniqui: & non cum perturbatione neq; cum festinatione: & non ex ipsis sunt neq; pulchritudo in eis.

d e Vẽnit tempus: appropinquauit dies. Qui emit, non lætetur: & qui uendit, non lugeat. Qúia ira super omnem
f populũ eiꝰ. Qúia quẽdit ad id qđ uẽdidit nõ reuertetẽ.

Et adhuc

g Teſſ.2.b

F

Matth.23.d

tus est: Nũc peruenit in eos ira dei in finem. Qñ a Tito & Vespasiano hierusalẽ circũdata est: & aduenit desolatio eiꝰ, & ipletũ est: Ecce relinquetẽ uobis domꝰ uestra deserta: tũc iudicati sunt iuxta uias suas & blasphemias, quibus dñm negauerũt: & senserunt furorẽ dei: & omnis indignatio eius super illos effusa est: receperũtq; scelera sua: ut pmaneat desolatio templi usq; ad consumationem. b ¶ Et non parcet oculus meus neq; miserebor ꝛc. Causas seueritatis & austeritatis, siue ut hæretici putant crudelitatis dei, qđ nõ parcat oculus eius nec misereatur, subiecit dicens: Vias tuas dabo tibi & abominationes tuæ in medio tui erũt: ut sentias quæ feceris: & uidens abominatiões tuas uel in cõspectu tuo uel in medio omniũ positas, emẽdes errorem pœnitudine: & recedens a pristinis operibus cũ oderis quæ feceris: tunc sen-

Hebre.12.b tias q ipse sit dñs. Qui ideo percutit ut emendet: & castigat omnẽ filiũ quẽ recipit. c ¶ Ecce dies ecce venit: egressa est contractio: floruit virga ꝛc. Contracta est, inquit, dies & abbreuiata: instatq; uicina captiuitas. Floruit uirga quæ multo uobis tempore minabatur: & de flore fructũ plagarũ parturit. Supbia uestra germinauit qđ merebamini: ut super uirgã impietatis uestræ, quia subiectos uobis impie cedebatis cõsurgat iniquitas: quæ nõ est ex miserabili populo, neq; ex eis qui instar brutorũ animantiũ ducunt a magris: neq; ex clamore eorum & sonitu quo frustra uociferanẽ, a sacerdotibus pharisæisq; seducti: ut consona uoce clamarent &

Iob.19.a dicerent: Crucifige, crucifige talem. Vnde non erit eis requies, sed æterna captiuitas. Porro Lxx. iuxta illũ sensum in

Pro.27.a quo scribit: neq; eñ scitis quid uẽtura pariat dies, dixerũt: Ecce dies parit, q multo ante cõcepat: uenitq; finis & egressa est cõplexio: quæ mala uestra oñia complectat & teneat: Siue ut Symmachus interpretatus est inspectio: ut omnia uideat deus quæ feceris: & cõsyderet opera uestra & reddat

Pro.15.d et.23.b unicuiq; qđ meretur. In eo aũt qđ ipsi similiter trãstulerũt, floruit uirga: illo testimonio uti possumꝰ: Ne auferas uirgã

1.Co.4.d a filio tuo. Et apostolꝰ: Quid uultis? In uirga veniã ad uos, an in charitate & spiritu mãsuetudinis? Sed & deus ore psal-

Ps.88.e mistæ resonat: Visitabo in uirga iniquitates eorum: & in flagellis peccata eorũ: misericordiã autem meam non auferam ab eis. Ideo ergo dñs uisitat & percutit, ut oriatur & pateat omnis superbia quæ diu latebat inclusa: & suscitetur iniuria contra ortam & germinantẽ superbiã: conteraturq; fortitudo iniqui, nõ cum perturbatione neq; cũ festinatione. Finis enim florentis uirgæ, sanitas est atq; correctio: quæ non eorum merito uenit qui corripiuntur: nec pulchritudine quã in se nõ habent, sed misericordia dñi. Locus difficilis, & inter hebraicũ & Lxx. multũ discrepans, quibus plæraq; de Theodotionis æditione addita sunt, ut aliquã habere consequentiã uiderentur. d ¶ Venit tẽpus / appropinquauit dies. Non solũ ad hierusalem dicitur qđ uenerit ei tẽpus captiuitatis: & appropinq̃uerit dies quo babylonio sit uallãda exercitu: sed & ei qui extructis & dilatatis horreis exultabat, dñs loquitẽ: Stulte, hac nocte auferetẽ anima tua a te: quæ autẽ præparasti cuius erunt? Vnde & Apostolus: Tẽpus, 1.Co.7.d
H ait, abbreuiatũ est. Et
Ibidem.i in alio loco: Præterit
em figura mũdi huiꝰ. Notãdũq; qđ nõ in futurũ distulerit, sed de præsenti dixerit: præterit, & q̃tidie labit figura mũdi. Nunq̃ em in eodem statu permanet: sed semp crescentium & decrescentiũ figura præteruolat & mutatur. Vnde & dñs:
Matth.24.d Cœlum, inquit, & terra præteribit. Sin autem hæc quibus omnia quæ in mundo sunt continenẽ prætereunt atq; pertranseunt: quid potest in humanis rebus esse perpetuum?
e ¶ Qui emit nõ lętetur: ꝛ qui vendit non lugeat. Naturale est in possessionũ emptione lætari: in uenditione lugere. Cũ autem instet seruitus atq; captiuitas: & gaudium & tristicia in utroq; sunt uana. Vnde & Apostolus: Tempus abbreuia-
1.Cor.7.c tum est: de cætero qui habent uxores, sic sint quasi non habeant: & qui flent quasi nõ fleant: & qui gaudent quasi non
1.Co.6.a Ibidem gaudeant: & qui emunt quasi nõ possideant: & qui utuntur mundo isto, quasi non utantur. Nam & diluuium ementes
Matth.24.c oppressit atq; uẽdentes: ut dominus loquitur in euangelio.
f ¶ Quia ira super omnem populũ eius. Hoc in Lxx. nõ habet. Pro populo, potest multitudo & turba iuxta hebraicũ accipi: hoc em significat הֲמוֹנָה. Causaq; perspicua est qđ idcirco qui emit gaudere nõ debeat: & qui uẽdit lugere desistat: quia ira dei in breui uentura sit super omnẽ multitudinem terræ iudeæ siue hierusalem. Ex superioribus enim intelligitur: in quibus scriptum est: Hæc dicit dñs deus terræ
5.Esd. israel &ꝛc. g ¶ Quia qui vendit ad id qõ vendidit nõ reuertetur. Iuxta hebraicũ morem loquitur. Omnis em emptio ad uenditorem reuertebatur quinquagesimo anno remissionis: qui apud illos uocat iubileus. Ante igitur q̃ annus remissionis aduenias: quando possessiones ad priores dominos reuertuntur: ingruet captiuitas quæ omnem urbis auferet cõsuetudinẽ. Porro quod Lxx. transtulerũt: Quia qui emet, ad uenditorem non reuertetur: cum iuxta historiam penitus non cohæreat: iuxta Anagogen hunc sensum habere potest: ut dicamus eum qui hæretico fuerat errore decœptus: cum intellexerit magistri fraudulentiam: nequa-
Nu.10.a quã reuerti ad uenditorem: id est, ad magistrum: sed eum despicere atq; contemnere.

Et adhuc

A a ¶ Et adhuc in viuentibus vita eorum ꝛc. Quomodo pos/ sessio non reuertetur ad priorem dñm euersione urbis instā/ te: sic uisio & cōminatio prophetalis quæ ad omnem multi tudinē urbis dirigitur: nequaq̄ regredietur & irrita fiet, sed rebus explebit̄: uiuentibus adhuc his ad quos prophetalis sermo dirigit̄. Hoc aūt ait, ut ostendat iminen tē captiuitatē: ne sc̄m consuetudinem dice/ rent: Visio hæc in lon/ gos dies erit: & post tē pora multa cōplebit̄. Possumus & hoc dice re: q̄ postq̄ recesserit a iudæis uisio propheta Matth.11.b lis: Lex em̄ & prophe/ tæ usq̄ ad Ioannē ba/ ptistā: post interfectio nē saluatoris nequaq̄ regrediat̄ ad eos: nec ultra mereant̄ habere ꝓphetas. Significāter/ q̄ ad omnem, inquit, multitudinē uisio non regredietur. Ergo re/ gredi et̄ ad eos q̄ ex iu/ dæis dño crediderūt, apostolos uidelicet & reliquias populi iudai ci quæ ex israel saluæ factæ sunt. Sed nec isti duo uersus habentur in Lxx. æditione. b Et vir in iniquita te vitę suę non confortabit̄. Et est sensus iuxta hebraicū. Nō proderit homini iniquitas sua: nec ei præbebit aliquā forti/ B tudinē. Iuxta Lxx. Et homo qđ desyderauit qđ' in mundo putauit esse prætiosum non obtinebit: sed libertate pereun/ te, amittetur omne qđ pulchrū est. Ambiguitas autē hebrai carū literarū ר & ו quæ tantū magnitudine discernuntur: fe cit alios iniquitatē, alios oculos interpretari. c ¶ Canite tu ba/ prępareńt omnes. De tubarū clangore & sonitu, in mul/ Esa.58.a tis locis legimus: ut ibi. Sicut tuba exalta uocem tuā. Et ali/ Ps.80.a bi: Clāgite in neomenia tuba, in insigni die solēnitatis nr̄æ. Matth.6.a Et in Ap'o: Q̄m ipse dñs in iussu & in uoce archāgeli & in tuba dei descēdet de cœlo. Et in euāgelio: Nolite tuba clāge re ante uos. Et tubas ductiles atq̄ argēteas: Numerorū nar/ rat historia: q̄ sermoni ꝓphetico cōparāt̄: & doctrīæ aplicæ. Præcipit̄q̄ nūc ut oēs ad signū clangoris & buccinæ præpa rent̄ ad bella. Porro qđ' dixere Lxx. & iudicate omnia: nulli dubiū est quin apostolor̄ cōueniat potestati. Qui postq̄ ce cinerit angelorū tuba, iudicaturi sunt in duodecim thronis 1.Co.6.a duodecim tribus israel. Quorū Paulus loquebat̄: Angelos Ibidem iudicabim⁹. Et alibi: In uobis iudicabit̄ mūdus. Iuxta præ sentem autem sensum, iubentur per Ironiam hi qui huic officio mancipati sunt tuba clangere: ut omnes contra ba/ bylonium parent̄ exercitum. d ¶ Et non est qui vadat ad prælium. Ira em̄ mea sup oēm multitudinē ei⁹. Et hæc in Lxx. Nu.10.a nō habent̄. Præceperat de⁹ ut tuba canerēt ad exercitū præ/ parandū, qui babyloniorū posset resistere fortitudini: sed ni hil ꝓfuit imperasse: cū nō sit in populo qui audeat ad bella procedere. Idcirco aūt eneruatus est populus & caret uirib⁹ præliādi: Quia omnis ira dei sup omnē multitudinē eius: subaudit̄ urbis hierusalē siue terræ iudeæ. Sed & in nostra terra & hierusalem, quādo nos uel ꝓsecutio publica uel ua/ riorū incentiua uitiorū superare nituńt: frustra magistri ca/ nunt tuba, & præparare nos ad bella festinant: cū nulla sit in populo fortitudo: quæ idcirco subtracta est: quia iram dei præsentia meruere peccata. e ¶ Gladius foris/ pestis ꝛ fa/ mes intrinsecus ꝛc. quasi columbę conuallium ꝛc. Lxx. colū bas conualliū: siue ut Theodotio trāstulit, meditantes: om/ nimo tacuerūt. Hocq̄ qđ' nos interpretati sumus, oēs tre/ pidi: unusquisq̄ in iniquitate sua: Theodotio transtulit ita: omnes mussitātes: unaquæq̄ in iniquitate sua: ut sub meta/ phora columbarū meditantiū, significet unūquēq̄ de popu/

a Et adhuc in uiuentibus uita eorum: quia uisio ad om/ nem multitudinem eius non regredietur.

b HEB. ¶ Et ůir in iniquita/ te uitæ suæ non conforta/ c bitur. Canité tuba, præpa/ rentur omnes.

d Et nōn est qui uadat ad prælium. Ira em̄ mea super om/ e nem multitudinem eius. Gladius foris, pestis & fames intrinsecus. Qui in agro est, gladio morieť: & qui in ci/ uitate, pestilentia & fame deuorabuntur. Et salui erunt qui fugerint ex eis: eruntq̄ in montibus quasi colum/ bæ conuallium omnes trepidi: unusquisq̄ in iniquitate f sua. Omnes manus dissoluentur: & omnia genua flu/ ent aquis. Et accingēt se cilicijs & operiet eos formido. g In ōmni facie cōfusio: & in uniuersis capitibus caluitiū.

SEP. ¶ Et homo in oculis uitæ suæ non obtinebit. Clangite tuba & iudica/ te omnia.

Argentum eorum

lo suum flere peccatum: & intelligere atq̄ sentire cur ista pa/ tiatur. Tres autem partes aliorum qui in urbe pestilentia & fame morianť: & aliorū quos gladius foris interficiet: & eo rum qui captiuitatē fuga euaserint, supra legimus: quorum qui saluus fuerit, transibit ad montes: & instar mussitan/ tium columbarū, sua trepidus peccata defle bit. Tropologice uero Tropo. sic accipiendum: qđ' qui in agro & campo est, extra fines domini cæ ciuitatis, quæ inter pretat̄ ecclesia, aduer/ sarij mucrone feriatur: qui autem in ciuitate egerit negligenter: nec præpauerit sibi cibos: de quibus in Prouer/ bijs scriptum est: Qui Pro.12.b operat̄ terrā suā, reple/ bitur panibus: iste fa/ me morieť & pestilen/ tia. Pauci autē, qui uel hæreticorum gladium uel desidiæ suæ famē, mortēq̄ uitauerint: nō saluabunť nisi in mō/ tibus & nisi assumpse/ rint alas columbæ: & auolauerint & requie/ uerint. Quæ colūbæ q̄diu in uallib⁹ sunt trepidāt: & ad singula reformidāt: qua rū præcipimur imitari innocentiā: & de quibus in psalmo scriptū est: Si dormiatis inter medios cleros pennæ colum/ Ps.37.c bæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. In D cuius specie descendit spiritussanctus & mansit super dñm Matth.3.d saluatorē. Pulchreq̄ iuxta Theodotionē uocabimus colum bam meditantē eum, qui in lege dñi die ac nocte meditatur: & de quo scriptū est: Os iusti meditabit̄ sapiētiā. f ¶ Om Ps.36.f nes manus dissoluent̄: ꝛ omnia genua fluent aquis ꝛc. Pro genibus aquis fluentibus: Lxx. trāstulerūt: fœmora polluē tur humore. Cū aūt oēs trepidauerint, & ad montana cōfu/ gerint: manus omniū dissoluent̄: & nullus cōtra hostes po/ terit resistere: pauorisq̄ magnitudine urina polluet genua: nec ualebit profluentes aquas uesica cohibere. Accingent se cilitijs: & tremor omnia possidebit. Hoc in illo populo fa/ ctum est: non solum sub babylonijs, sed & sub Rhomanis: quādo peruenit in eos usq̄ ad finem ira dei. Cæterum & in nostra iudæa in qua est dñi confessio, quando multiplicatæ fuerint iniquitates & refriguerit multorū charitas: omnes manus bonorū operū dissoluent̄, & cūcta genua siue fœmo ra fluent aquis: eorū qui illicitos quæsierunt concubitus: & q̄s in lege τοὺς γονορρόους. i. fluxū seminis sustinētes, & im/ mundos scriptura cognominat. Vnde qui tales sunt, debēt se accingere cilitijs pœnitentiæ: & uenturū iudiciū formida re. Qđ' qui fecerit, merebitur Esaiam audire dicentē: Con/ Esa.35.a fortamini manus dissolutæ, & genua debilia roboramini. g ¶ In omni facie confusio: ꝛ in vniuersis capitibus caluitium. Rubor uultus, pudoris indicium est: & conscientia pec/ catorū lucet in facie: spesq̄ salutis est, quando delictū sequi/ tur uerecundia. Vnde ad eam quæ corde duro in suis pecca tis gloriabat̄, dictum est: Facies meretricis facta est tibi: ne/ Hiere.3.b scis erubescere. Caluitiū q̄q̄ capitis, luctus est signum, quā/ do perdit decorem cæsaries: & pulchritudinē comarū amit/ timus. Denicq̄ & ad hierusalē dicitur: Pro ornamento capi/ Esa.3.d tis tui habebis caluitiū, propter opera tua. Et alius prophe/ ta: Omnia, inquit, capita in omni loco attondent̄: & omnis Hiere.48.f barba radetur. Micheas quoq̄ ad eandem hierusalem: De/ Michee.1.d caluare, ait, & tondere super filios delitiarum tuarum: dila/ ta caluitiū tuū sicut aquila. Et sup mortuis iubetur fieri cal/ uitium. Soli autē sancti: hoc est Naçarei & qui ad pontifica/ tum domini meruerunt peruenire, non radunt capita sua. Nu.6.d Nec enim habent mortis opera nec immūdi sunt: quia na/

E çareit id est, sancti dñi sunt. Q d' si iuxta eos qspiã mortuus fuerit: omnes dies pristini non reputabunt sanctificationis eorũ. Samuel dei sanctus erat, & ꝓpterea æterna capitis ornamenta possedit: audiuitq; illud de Cantico canticorum:
Cañ. 5. c Cincinni tui nigri sicut coruus. Porro Samson quia pdidit
Iudic. 16. c comam: perdidit fortitudinem: paulatim, cꝫ renascẽtibus capillis, uires rediere pristinæ: ut mlto plures moriens cꝫ uiuus occideret. Heliseus uero licet
4. Re. 2. d corporis haberet calui ciũ: tñ quia naçareus dñi erat, cincinnis capitis fruebat. Vñ paruuli qa paruuli erant, & necdũ ad ætatẽ uiri puenerãt, illudẽtes caluitio eius atq; dicẽtes: Ascẽde calue, ascende calue: ferarum lanjati sunt morsibus: quarũ saltus ac syluæ sunt habitaculum. a ¶Argentũ eozũ foris ꝓiꝛcietur ⁊c. Fuga & captiuitate cogẽte: diuitias & auri argentiq; pondera proijcient in plateis: suas tantũ anias seruare cupientes: ne sint ponderi quæ pri⁹ fuere luxuriæ. Alioqn
Anago. & iuxta Anagogen captiuorũ atq; fugientiũ
F de hierusalẽ omne argentũ proijcietꝫ in plateis, in lata & spaciosa uia quæ ducit ad mortem: quia angustã salutis semitam relique rũt. Sed & omne aurũ erit contemptui, uel in sterquiliniũ atq; immũdiciam reputabitur. Nõ enim potest habere mundiciã: qui extra dñi ecclesiã est. b ¶Argentũ eozũ ⁊ aurũ eozũ nõ valebit liberare eos in die furoꝛis dñi. Et hoc in Lxx. non habet. Nulli autẽ dubiũ, quin obsidionis & famis tempore, aurum argentũq; esurientes nõ liberet: & illisi præciosissimo metallo dentes, instar durissimi lapidis retundant. Deniq; sequit: c ¶Animã suã nõ saturabunt: ⁊ ventres eozũ nõ implebunt. Præsentibus malis, dicimus multos diuites inter sericum, gemmas & auri argentiq; pondera egestate cõfectos, habuisse exitũ mendicantiũ. Argentũ autẽ & aurũ eorum qui extra ecclesiam sunt: non liberare animas possidentiũ in die furoris dñi: sed æternam eos habere famem, & inani uentre cruciari: ostendit il-
Pro. 15. b lud testimoniũ in quo dicit: Redẽptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Propriæ diuitiæ sũt, quas nos christi ueritas docuit:
Luc. 16. b qui præcæpit ut faciam⁹ nobis amicos de iniquo mãmona, qui nos recipiant in æterna tabernacula. d ¶Quia scandalum iniquitatis eozũ factum est. Ideo, inquit, possidentiũ aurũ & argentũ nec anima saturabit nec uenter implebit: quia hoc ipsum aurũ & argentũ, scandalũ scelerum eorũ factũ est. Significat autem idola, quæ auro argentoq; fabricata, suos condemnant artifices. Pro quo Lxx. transtulerũt: quia cruciatus iniquitatum eorum fuit, ut in suo iniqui errore crucientur: & se intelligant male dei munera in blasphemiam conuertisse. e ¶Et ornamentũ monilij suozũ in supbiã posuerunt ⁊c. Q uæ ego, inquit, dederã in ornamentũ possidẽtium atq; diuitias, illi uerterũt in superbiã: ut de quibus poterant per elemosynas & bona opa suã animã liberare: ex illis haberẽt materiã arrogãtiæ. Deniq; ex auro & argẽto fecerunt idola: & mea munera in dæmonũ simulacra uerterũt. Porro qd' dixere Lxx. Electa mundi in supbiã posuerũt: ad aurũ argentũq; referendũ est: qbus in mũdo nihil putatur esse præciosius. Illudq; qd' sequit: Offendicula eorũ: sciam⁹ de Theodotione additũ. Facilis autẽ sensus est iuxta Tropologiã: qd' aurũ & argẽtum, sensus & eloquia scripturarũ quæ electa sunt mũdi: & quæ nobis in ornamentũ data sunt, Hæretici posuerunt in fomentũ & materiã supbiæ: & imagines diuersorũ dogmatũ & abominationum atq; offendiculoꝝ suorum fecerũt ex eis: ut per quæ poterant colere & adorare deum, ex his deum offenderint. f ¶Propter hoc dedi eis illud in immundiciã ⁊c. Quia ex auro & argento & ornamẽtis monilij quæ dederam eis: imagines sibi abominationũ suarũ simulacrorũq; fecerũt: ꝓpterea dedi eis illa in imundiciã & in sterco ra. Pro qbus Symmachus interpretatus est nauseã: uolens idolorum sordes exprimere. Et tradã, inquit, ea in manus hostiũ ut diripiant oĩa: & nõ tã contaminẽ cꝫ cõtaminata esse demõstrem: quæ prius uidebãtur esse sanctissima. Nos q̃q; tradimur in manꝰ inimicorũ & alienorũ a deo: qñ facim⁹ ornamẽta nostra simulacra dæmonũ, & omnis gloria nostra possidet ab impijs siue pestilẽtibus terræ: ut nos suæ subijciant potestati. g ¶Et auertã faciẽ meã ab eis ⁊c. ⁊ introibũt in illud emissariũ. Siue ut Lxx. trãstulerũt ἀφυλάκτως .i. temere: uel ut Symmachus & Theodotio, irrũpentes & pestilentes. Et contaminabunt illud. Cum, inquit, propter superiores causas abominationũ populi auertero faciem meã ab eis: & nequaq; eos dignos meis oculis iudicauero: tunc uiolabũt arcanũ meũ: qd' significat sancta sanctorũ: pro quo Lxx. uisitationem transtulerunt: ut in sanctis dei fuisse presentiã demonstrarẽt; & irrũperent in ea impij & pestilẽtes terræ: quæ exceptis sacerdotibus soloq; pontifice nullus alius audebat intrare. Q uod scimus & a babylonijs & a rege Antiocho Cneoq; Pompeio: & ad extremũ factũ esse sub Vespasiano & Tito: quãdo tẽplũ captũ atq; subuersum est: & omnia perpetrata quæ sequẽs prophetæ sermo complectit. Ad nostra quoq; mala opera auertit deus faciem suã: & quia auersa est facies: ideo dei uiolatur arcanũ, ut pro sacerdotibus & sanctis dei pestilẽtes ingrediant, & uniuersa cõtaminẽt: ut q̃ locus esse debuit sanctitatis, fiat locus ĩmundiciæ: iuxta illud euangelicũ: Domus patris mei domus orationis uocabit: Matth.
uos aũt fecistis illã spelũcã latronũ. b ¶Fac cõclusionẽ: quoniã terra plena est iudicio ⁊c. Verbũ hebraicũ מִשְׁפָּט Aquila, cõclusionẽ, Symmachꝰ & Theodotio καθήλωσιν .i. confixionẽ interpretati sunt. Pro quo Lxx. posuere φυρμόν, qd' nos in pturbationẽ uertimus. Igitur o ꝓpheta, irã meã sup terrã iudææ & sup urbẽ hierusalẽ breui sermone conclude: ut quõ terra plena ẽ iudicio sanguinũ: Qẽs em̃ in sanguine iudicant, fundẽtes innoxiũ sanguinẽ: qd' & in nabuthe

---

a HEB. ¶Argẽtum eorum foris proijcietur: & aurum eorum in sterquiliniũ erit.
SEP. ¶Argentum eorũ in plateis proijcietur: & aurũ eorum erit contemptui.

b Argẽtum eorum & aurum eorum non ualebit liberare eos in die furoris domini. Animãm suam non saturabunt: & uentres eorum non implebuntur. Q uia scandalum iniquitatis eorum factum est.

c HEB. ¶Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerũt: & imagines abominationũ suarum & simulacrorum fecerunt ex eo. Propter hoc dedi eis illud in immundiciam: & dabo illud in manus alienorum ad diripiẽdũ: & impijs terræ in prædã: & cõtaminabũt illud.
SEP. ¶Electa mundi in superbiam posuerunt: & imagines abominationũ suarum: & offendicula sua posuerunt ex eis. Propter hoc dedi ea illis in immundiciam: & tradam ea in manus alienorum ut diripiant ea & pestilentibus terræ in prædam: & polluent ea.

g Et auertam faciẽ meã ab eis: & uiolabunt arcanũ meũ: & introibũt in illud emissarij: & contaminabunt illud.

b HEB. ¶Fac cõclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum: & ciuitas plena iniquitate.
SEP. ¶Et adducam perturbationem: quia terra plena iudicio sanguinũ & ciuitas plena iniquitatum.

Et adducam

A
4.Reg.21.c

persona feciſſe iudæos, ſcriptura cõmemorat: Sic ipſorum ꝙꝫ fundat cruor & plena iniqtatis ciuitas demonſtret. Nã & ſub manaſſe repleta eſt urbs hieruſalẽ a porta uſq; ad portam ſanguine prophetarũ. Venietq; eis concluſio & pturbatio atq; cõfixio: ut nullus de īminẽtibus miſerijs poſſit euadere. a ¶Et adducã peſſimos de gẽtibus & poſſidebũt domos eorum. Et hæc in Lxx. nõ habent. Pro ſacerdotibus & prophetis, peſſimos cunctarũ gẽtiũ adducã babylonios: ut domos ueſtras poſſideãt, uoſq; ſubijciant ſeruituti. Sed & noſtras domos. i. animas: templum em̃ ſumus dei, & ſpiritusſanctus habitat in nobis:
1.Co.6.d
poſſidebũt peſſimi dæmones, ſi fuerit terra noſtra plena ſanguinibus, & habitatio plena iniqtatis. b ¶Et quieſcere faciã ſuꝑb ã potentũ ꝛc. Omnis ſuperbia offendit deum:

a Et ꝺadducã peſſimos de gẽtibꝰ & poſſidebũt domꝰ eorꝝ.
b HEB. ¶Et qũieſcere faciã ſuperbiã potentiũ: & poſſidebũt ſanctuaria eorũ.
SEP. ¶Et auertam fremitum fortitudinis eorũ: & polluentur ſancta eorum.
c Aquila. ¶Angũſtia adeſt. Propiciatio ueniet.
ꝺ Angũſtia ſuperueniente, requirẽt pacem & non erit.
e HEB. Cõturbatio ſuꝑ cõturbationẽ ueniet: & auditꝰ ſuꝑ auditũ
SEP. Væ ſuꝑ uæ erit & nũciꝰ ſuꝑ nunciũ.
f Et qũærent uiſionem de propheta: & lex peribit a ſacerꝺote, & conſilium a ſenioribus. Rex lũgebit: & princeps
g
h induetur mœrore. Et manus populi terræ cõturbabuntur.
i Scꝺm uiam eorum faciam eis: & ſcꝺm iudicia eorum iudicabo eos. Et ſcient qũia ego dominus.

Propterea peſſimi gentiũ poſſidebũt domos potentiũ & ſuperborũ, & obtinebunt ſanctuaria eorũ: quia locũ ſanctimoniæ ſpurcus ingrediẽt: & ſua eum cõtaminat immũdicia. Significanter autẽ, quia polluta fuerant ſanctuaria dei, & uiolatum arcanũ eius: nõ dixit, poſſidebũt ſanctuaria mea, ſed ſanctuaria eorũ: quia poſt cõtaminationẽ mea eſſe ceſſarũt. c ¶Angũſtia adeſt. Iuxta ſuperiorẽ ordinẽ, recte Aquila & Theodotio interpretati ſũt, adeſſe angũſtiã: Symmachuſq; mœrorẽ. Lxx. autem in medio uniuerſorũ triſtiũ, uerbũ poſuere lætitiæ: ut lugentis animus ſuſtentetur: & ſperet interB
Pſ.144.c
aduerſa meliora, dominũq; ꝓpiciũ: de quo ſcriptũ eſt: Dominus erigit alliſos. Nos autẽ iuxta Symmachũ priorẽ ſententiã cum poſteriore cõiunximus, ut diceremus: ꝺ ¶Angũſtia ſupueniente requirent pacẽ & nõ erit. Qꝺ iuxta Lxx. omnino ſtare nõ poteſt. Si em̃ ꝓpiciatio ueniet, quõ quærẽt pacẽ & nõ inueniẽt? Quæret autẽ ille pacẽ & non inueniet:
Matth.10.b
q audiuit ab apoſtolis: Pax huic domui, & non ſeruauit eã, nec fecit in ſua mẽte requieſcere, ſed malis fugatã operibus
Phil.4.b
nõ poteſt inuenire. Ipſa eſt autẽ pax quæ exuperat omnem
Ioh.14.d
ſenſum: & quã ad patrẽ uictor aſcendẽs ſaluator, apſis dereliquit. e ¶Conturbatio ſuper conturbationẽ veniet: & auꝺitus ſuꝑ auditũ. Quõ ſanctis dicitur: Gaudete, iterũ dico
Phil.4.a
Pſ.83.b
gaudete: & de ipſis ſcriptũ eſt: Ibunt de uirtute in uirtutẽ: ut præſentia bona, futuris bonis cumulent: ſic & his ſuꝑ quos uenit anguſtia: & qui quæſierunt pacem & non inuenerunt eam: ueniet conturbatio ſuper conturbationem, ſiue uæ ſuꝑ
Apoc.11.c
uæ: iuxta qꝺ & in Apocalypſi ſcriptũ eſt: Væ unũ abiit: & uæ alterũ ueniet cito. Et auditus ueniet ſuꝑ auditũ: nũciuſq; ſu
Iob.1.d
per nunciũ: iuxta illud beati Iob: Cum adhuc unus loqueret: uenit alius nũcius, mala augẽs malis: & appropinquãtis babylonij fremitũ turbãq; deſcribẽs. f ¶Et quærẽt viſionẽ de ꝓpheta ꝛc. Proprie ſingula quærunt a ſingulis. Vaticiniũ futurorũ quærit a ꝓpheta. Legis interpretatio, ſacerdotis officiũ eſt. Prudẽs cõſiliũ, ætas matura ꝙrit: iuxta illud qꝺ ſcriptũ eſt: In cõſilio ſanctorũ & cõgregatione, magna opa dñi. Hæc aũt nõ ſolũ eo tpe qñ babylonius contra hierlm ueniebat exercitꝰ a ꝓphetis, ſacerdotibꝰ & ſenioribꝰ, quærebant, ſed ꝙtidie in eccleſijs reqrũt. Quæ ſi uiſionẽ, legẽ, cõſiliũq; ꝓdiderint, fruſtra ꝓphetas & ſacerdotes & ſeniores habere ſe iactant. g ¶Rex lugebit & ꝓn ceps induet mœroze. Si ue iuxta Lxx. interitu. Qui neſcio qꝺ uolẽtes: hoc qꝺ de hebraico ſermõe expreſſim̃, rex lugebit, oĩno tacuerũt. Luxiſſe aũt Sedechiã, & oẽs principes populi iudæoꝝ fuiſſe mœrore cõfectos, ſctã ſcriptura cõmemorat.
Pſ.110.a
C
Poſſumꝰ aũt, ꝙꝫ hoc prima fronte uideatur eſſe blaſphemũ, regem lugentẽ nra uitia atq; peccata chriſtũ dicere, qui loquit in pſalmis:
Pſ.29.c
Quæ utilitas in ſanguine meo, dũ deſcendo in corruptionem?
Et appropinquãs hie-
Matth.23.d
ruſalẽ fleuit ſuꝑ eã & dixit: Hieruſalẽ, hieruſalẽ quæ occidis ꝓphetas, & lapidas miſſos ad te: quotiens uolui cõgregare filios tuos ſicut gallina cõgregat ſub alas pullos ſuos, & noluiſti? Principes ꝙꝫ uel in bonã partẽ apli erũt: & lugent peccatores: uel in cõtrariã illi qꝺ dicit: Audite uerbũ dñi principes ſodomorũ. Indueturq; iuxta Lxx. interitu: qui nõ habet armaturã dei: nec indutꝰ eſt chriſto. Quotqt em̃ in chriſto baptiçati ſunt, chriſtũ induerũt. b ¶Et manus populi terrę conturbabunt. Siue iuxta Lxx. diſſoluent. Qñ uiſio
Eſa.1.c
Gal.3.d
D
non fuerit in propheta, & legis ſcientia in ſacerdote, & conſilium in ſenibus: rexq; luxerit: & princeps fuerit in mœrore ſiue in interitu: cõſequẽter & populi manus conturbabunt, ſuũ perdẽtes ordinem: ſiue diſſoluent, antiquã fortitudinẽ non habentes. Pulchreq; non populus dei dicit: cuius turbabunt manus: & cuiꝰ nõ eſt municipatꝰ in cœlo: ſed populus terræ: de ꝙ ſcriptũ eſt: Recedentes a te ſuꝑ terrã ſcribent.
Hiere.17.b
i ¶Scõm viam eorũ faciã eis: & ſm iudicia eorũ iudicabo eos. Siue ut Lxx. tranſtulerũt, ulciſcar eos. Peccatoribus reddit deus iuxta uias ſuas, ut teneat iudicij ueritatẽ. Cæterum in ſanctis excedit modum clæmẽtiæ. Neq; enim condignæ
Ro.8.d
ſunt paſſiones tẽporis huius ad futurã gloriã quæ reuelabit in nobis. Stipẽdia em̃ peccati mors: quã recipit peccator iuxta uias ſuas & opa ſua. Cæterum iuſtorũ uirtus frũitur domini largitate: de qua Paulus loquitur: Donũ dei uita æterna. Quodq; addidit: & ſcꝺm iudicia eorum iudicabo eos:
Ibi.6.d
Ibidem
illud euãgelicũ ſonat: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabi
Matth.7.a
Rom.2.a
tur de uobis. Et apoſtolicũ: In quo enim iudicio iudicas alterum, teipſum condemnas. Eadem enim operaris quæ iudicas. k ¶Et ſcient quia ego dñs. Iſte uerſiculus frequenter in hoc propheta ponitur: qꝺ ſupplicia atq; cruciatus ſequatur ſcientia dei: ut quem nõ intelligebant per beneficia, per tormenta cognoſcant.

¶Commentarij ſecundi in Ezechielem ꝓphetam finis.

¶DIVI HIERONYMI PRESBYTERII IN TERTIVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM

NIhil longum eſt quod finem habet: & omnis retro temporum ſeries tranſacta non prodeſt: niſi forte bonorũ operum ſibi uiaticũ præparauerit: quæ ſemper ad futura, immo ad æterna reſpiciũt: & nullis terminis coartantur. Vera ſentẽtia eſt: Omnia orta occidunt: & aucta ſeneſcunt. Et alibi. Nihil eſt enim opere & manufactum: qꝺ

E non conficiat & consumat uetustas. Quis crederet ut totius orbis extructa uictorijs rhoma corrueret: ut ipsa suis populis & mater fieret & sepulchrum: ut tota orientis, ægypti, aphricæ littora olim dominatricis urbis, seruorũ & ancillarũ numero cõplerentur: ut quotidie sancta bethlehẽ, nobiles quondã utriusq; sexus atq; omnibus diuitijs affluentes, susciperet mendicantes? Quibus quoniam opem ferre non possumus, condolemus: & lachrymas lachrymis iungimus: occupatiq; sancti operis sarcina: dum sine gemitu confluentes uidere non patimur: explanationes in Ezechiel & pene omne studium omisimus: scripturarũq; cupimus uerba in opera uertere: & nõ dicere sancta sed facere. Vnde rursus a te cõmoniti O uirgo christi Eustochiũ: intermissum laborem repetimus: & Tertium uolumen aggressi: tuo desyderio satisfacere desyderamus: illud & te & cæteros qui lecturi sunt deprecantes: ut non uires nostras, sed uotum consyderent: quorum alterum fragilitatis humanæ: alterum sanctæ est in domino uoluntatis. G

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM LIBER TERTIVS

Et factum est in anno sexto, in sexto mẽse &c. Quinto anno transmigrationis Iechoniæ, quarto mense, quinta mẽsis, superiorem uisionem factã ad prophetã legimus: Hæc aũt quã nunc exponere uolumꝰ: sexto anno eiusdem regis, sexto mense, quinta mẽsis facta memoratur. Ex quo perspicuũ est, post annũ & duos mẽses hæc facta quæ scripta sũt: & uel intermissam per annũ & duos menses ꝓphetiam: uel per totos quatuordecim menses gesta quæ superior sermo contexuit. Sexto autem anno, & sexto mense, & quinta die mensis: qui numeri ad fabricã mũdi referunt, & carneos sensus qui terrena cõspiciũt, & necdũ cœlestia cõtemplant, factã prophetiã nõ mirabit, q ad presbyteros iuda sermonẽ dirigi intellexerit. Eqbꝰ septuagĩta tenebãt turibula: & uiginti quinq; in templo adorabãt solem: sedebatq; propheta in domo sua fugiens frequentiã multitudinis: & senes iuda sedebãt coram eo: uel ꝓphetæ uerba audire cupientes: uel insidiantes sermonibus eius. Significanterq; dicuntur senes iuda, ut nihil ad israel: hoc est, ad decẽ tribus quæ prius captæ fuerant, sed ad eos qui de tribu iuda cum Iechonia ducti erant in captiuitatem dici intelligamus. b **Et cecidit super me ibi manus domini dei &c.** Virum, hebræus sermo non continet. Visionem autẽ auræ, quæ in Lxx. non habet, de Theodotione addidimꝰ. Et ꝓ eo qd nos diximꝰ, cecidit sup me manus dñi: Symmachus trãstulit, incidit mihi manus domini, qd in hebraico dicitur יָדָה. Manus autem ἐνέργειαμ. i. opera significat: ut uisionis possit sacramẽta cognoscere. Et hoc consyderandũ: qd nõ ipsas uideat ueritates, sed similitudinẽ ignis: qui a lumbis usq; deorsum ignis apparuit: & a lumbis sursum quasi aspectus splendoris, ut uisio electri. Pro splendore, qui in hebraico dicitur חַשְׁמַל: aurã Theodotio transtulit: ut in supernis dei refrigeria demonstret. Denicq; & in Regum uolumine beatus Helias aduentum domini, non in tempestate contemplatur & turbine: non in ignis ardoribus: sed in aspectu auræ tenuis atq; leuissimæ: ut dei omnipotentis mansuetudinem cõprobaret. Opera autem coitus, quæ significantur in lumbis: usq; deorsũ igne purgantur. Et opera uirtutum quæ a lumbis ad superiora consurgunt, splendorem habẽt atq; fulgorem: & tamen nec ignis usq; ad pedes dicitur: nec splendor electri usq; ad caput, sed deorsum & sursum: ut tam in peccatoribus q̃ in sanctis, pro diuersitate meritorũ, alius usq; ad illud & illud membrũ: aliꝰ usq; ad illa & illa perueniat. Et quomodo qui sanctitudinis perfectionem tenent, ad uerticem usq; perueniunt: sic qui in in peccatorum profundo sunt: plantas igneo

a **Et factum est in anno sexto, in sexto mẽse, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes iuda sedebant coram me.**

b HEB. **Et cecidit super me ibi manus dñi dei.** SEP. **Et facta est super me manus adonai domini:** **Et uidi & ecce similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lũborũ eiꝰ, & deorsũ ignis: & a lũbis eius & sursum, q̃si aspectus splẽdoris, ut uisio electri.** **Et uidi & ecce similitudo quasi species uiri a lumbis eius: & deorsum ignis: & a lumbis eius & sursum quasi uisio auræ, q̃si uisio electri.**

c **Et ẽmissa similitudo manus apprehẽdit me in cincinno capitis mei.** **Et extẽdit similitudinem manus & assumpsit me in fimbria uerticis mei.**

d **Et eleuauit me spiritus inter terram & cœlum.** **Et adduxit**

rum pedum tenere credendi sunt. c **Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei.** Et hic similitudo manus, non ipsa manus extenditur: neq; enim in deo aliquid corporale est: uideturq; manus: ut membrum humani corporis atq; consueti: nequaq; terreat eum qui assumitur atq; comprehẽditur. Si enim in colubri uel in qualibet alia bestiarum similitudine tetigisset prophetam: ipsa dissimilitudo membrorum terruisset assumptũ. Parsq; comprehenditur capillorum: quia totius apprehensionem capitis, humana natura non sustinet. Pro cincinno, Lxx. transtulerũt κρόσσωδον. i. fimbriã: quorum alterum in capillis, alterũ in uestibus accipi solet. d **Et eleuauit me spiritus inter terram & cœlum.** Primum similitudine manus apprehenditur: postea eleuatur a spiritu: qui spiritus non eum statim ad cœlum leuat, sed inter terram & cœlum: ut terrena interim derelinquens, festinet ad cœlum. Possumus autem & hoc dicere: qd propter bona opera, propheta similitudine manus dei apprehensus sit, & propter scientiam rerum spiritualium eleuetur a spiritu.

Et adduxit

HEB. Et adduxit me in hie rusalē in uisione dei: iuxta ostium interi⁹ qđ respiciebat aquilonē, ubi erat statutū idolū çeli ad puocandam æmulationē. Et ecce ibi gloria dei isrl̄ scd̄m uisionē quā uiderā in cāpo.

SEP. Et ādduxit me in hierusalem in uisione dei ad uestibulum portæ quæ respicit aquilonem: ubi erat statua possidentis. Et ecce erat ibi gloria ⁊domini dei israel secundum uisionem quam uidi in campo.

b Et dixit ad mē: Fili hominis, leua oculos tuos ad uiam aquilonis. Et leuaui oculos meos ad uiam aquilonis: & ecce ab aquilone portæ altaris idolum çeli in ipso introitu. c Et dixit ād me: Fili hois, putas ne uides tu quid isti faciant: abominationes magnas quas dom⁹ israel facit hic ut procul recedam a sanctuario meo? Et adhuc cōuersus uidebis abominationes maiores. d Et introdūxit me ad ostium atrij: & uidi, & ecce foramen unum in pariete. Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietē: & cū perfodissem parietem, apparuit ostium unum. Et dixit ad me: Ingredere & uide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. e Et ingrēssus uidi: & ecce omnis similitudo reptiliū & animaliū abominatio: & uniuersa idola domus israel depicta erant in pariete in circuitu per totū.

Et septuaginta

a Et adduxit cē. ubi erat statua possidentis. Hoc autem quod in quibusdam codicib⁹ reperiē: Et in statua imaginē çeli, de Theodotione additū est. Reliqua similiter. Quādo dicit: adduxit me in hierusalē in uisione dei: ostendit se non in corpore, sed in spiritu esse translatū. Iuxta quā uisionem possumus & cœlos & profunda maris, & inferna conspicere: dum rationes singulorū cogitatione complecti/mur. Primum autem uenit ad uestibulū, ꝙ respicit ad aquilonem: ut ibi uideat statuam idoli çeli ad ꝓuocādā æmulationē: ut de illo loco possit ad interiora penetrare: & cernere reliqua, quæ postea describunt. Statuam autem idoli Baal in templo dei positam, narrat historia. Pulchrēꝙ appellat idolum çeli: quia ad æmulationē & çelum, dñm prouocat: iuxta illud quod in Deuteronomio di/
Deu.32.c citur: Ipsi me prouocauerunt ad çelum in eo qui non erat deus: & ego prouocabo eos ad çelum in gente quæ non est. Porro quia çelus & possessio, qđ hebraice dicitur קִנְאָה:
B eodē appellant nomine: ꝓ statua çeli, Lxx. statuam possidētis interpretati sunt. Denicꝙ
Gen.4.a qñ natus ē Cain, Possedi (inquit) parens hominē per deum: possessione hominis ad Cain nomen alludens. Ibiꝙ erat gloria dei israel: non ꝙ delectarē tali uicinia, sed ut sui præsentia idolū çeli tēplūꝙ deleret. Vnde & subuersio urbis templiꝙ post breue tem⁹
Esa.28.e sequit̄. Et in Esaia scriptum est, ꝙ lectus angustus nequaq̄ duos capiat: & pallium breue utrumꝙ operire nō possit: si/
2.Co.7.c gnificante scriptura illud Apostoli: Qui cōsensus Christo & Belial? Templo dei & idolo? b Et dixit ad me cē. et ecce ab aquilone portę altaris idolū çeli in ipso introitu. Pro eo quod nos posuimus: Ab aquilone portæ altaris idolum çeli in ipso introitu, Lxx. transtulerunt: Ab aquilone ad portam orientalem: quod in hebraico nō habetur: cætera quæ ibi scripta sunt relinquētes. Dixit (inquit) ad me: uel gloria dei, quam in campo uideram: uel spiritus qui me inter cœlum leuauit ac terrā. Locutusꝙ est mihi, postq̄ me transtulit in hierusalem: & fecit uel urbem uel templum uidere: & imperauit ut leuarem oculos ad uiam aquilonis. Ibi enim statua Baal posita erat, quā uocat idolum çeli: in ipso portæ introitu. Qui autem idolum çeli siue possidentis, ad gloriā dei, uel ad spiritum referunt, impie faciunt: personam idoli, dei maiestate mutantes. c Et dixit ad me: Fili hominis putas ne vides tu quid isti faciant cē. Ne me (inquit) putes iniuste templum deserere, & subuertendam relinquere ciuitatem: aspice quæ in templo faciant. Cumꝙ illa conspexeris, non putes finem esse scelerum, adhuc maiora cōspicies.
1.Reg.2.e Quod quidē potest & de nostra hierusalem, nostroꝙ templo intelligi: quando in exemplum Ophni & Phinees idolorum scelera operamur in tabernaculo dei: & fornicamur cum his quæ se militiæ & ministerio dei uouerint: & sacrificiorum eius primitiua decerpimus: dantes in usum clientum atꝙ famulorū: & omnia lucri causa facimus. Sin autē hæc tam magna sunt quæ uidemus: quanto maiora existimanda sunt, quæ humanam effugiunt conscientiam? C

d Et introduxit me ad ostium atrij: et vidi, et ecce foramē unum in pariete cē. Hoc quod transtuli: Et uidi & ecce foramen unum in pariete: in Lxx. non habetur. Et quia omnia quasi in imagine picturaq̄ mōstrant: unum in pariete foramen uidisse se dicit: iubericꝙ sibi ut illud perfodiat, & amplius faciat: quo uidelicet aperto foramine, latius possit intrare & uidere, quæ foris positus uidere non poterat. Per qđ ostenditur, tam in ecclesijs, cꝙ in singulis nobis per parua uitia maiora monstrari: & quasi per quædam foramina, ad abominationes maximas peruenīri. Ex fructibus enim arbor cognoscitur: & ex abundantia cordis, os loquit̄. Pro signo sunt interioris hois uerba erumpētia. Quomō libidinosum, qui sua callide celat uitia, interdum turpis sermo demōstrat: & auariciam latentem intrinsecus, paruulæ rei cupido significat. Minorib⁹ em̄ maiora monstrantur: uultuꝙ & oculis dissimulari non potest conscientia: dum luxuriosa & lasciua mens lucet
Matth.12.e
D
in facie: & secreta cordis, motu corporis & gestibus indicantur. e Et ingressus vidi: et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abominatio cē. Non solum idolum çeli stabat in introitu portæ aquilonis: sed & omnes tēpli parietes diuersis idolorum imaginibus pingebant̄: ut nulla esset bestia quam non parietis pictura monstraret. Hoc in delubris idolorum phanisꝙ gentilium hucusꝙ perspicimus: ꝙ omnia genera bestiarum adoret stulta religio. Vnde & Vergilius ait: Omnigenūꝙ deum monstra & latrator Anubis. Quasi non & illa sint monstra quæ laudat cōtra Neptunū & Venerē, contraꝙ Mineruam. Possumus & in nostri templi parietibus, idola monstrare depicta: quando omnibus uitijs subiacemus: & pingimus in corde nostro peccatorū conscientiam, imagineſꝙ diuersas. De quibus & in psalmo dicitur: Domine in ciuitate tua, imaginem ipsorum dissipabis. Et in alio loco: Veruntamē in imagine perambulat homo. Quod scilicet nullus hominum sit qui aliquam imaginem non habeat, siue sanctitatis, siue peccati. Quamobrem furiosis dicitur & iracundis: Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas: quæ non exaudiet uocem incantantium. Et de hominibus nequam: Generatio uiperarum, quis ostendit uobis fugere a uentura ira? Et de uersipellibus ac fraudulentis: Ite dicite uulpi huic. Ac de amatoribus fœminarū: Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi: Vnusquisꝙ ad uxorem proximi sui hinniebat. De brutis quoꝙ ac uecordib⁹: Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intelligentia. Et iterum: In chamo & fræno maxillas eorum constringe: qui non appropinquant ad te. Et multa huiusce modi. Hoc autem quod posuim⁹: Et ecce omnis similitudo reptilium & animantium, in Lxx. non habetur.

ps.72.e
Ibi.38.b
Ibi.57.a
Matth.3.b
Luc.13.g
Hiere.5.b
ps.31.b
Ibidem

E a Et septuaginta viri de senioribus domus israel ꝛc. Q̃ dicit septuaginta uiros fuisse de seniorib⁹ domus israel, qui tenebant thuribula manibus: ostendit multos alios fuisse presbyteros qui hoc nō faciebant, sed forsitan peccatis alijs tenebant̃: unumq; nomine Ieçoniam filiū Saphan stetisse in medio eorū, quasi principem sceleris eorum, atq; sacrilegij: qui omissa religiōe dei, colebant idola: & in templo nō adorabant deū cuius erat templū, sed picturas parietū. Pulchreq; dicitur: Stabat Ieçonias fili⁹ Saphan, hoc est, iudicij & condēnationis suæ in medio stantiū presbyterorum: quia & princeps, & hi quorū princeps erat, firmo in sceleri⁹ stabant gradu: nec fluctuabant in malo, sed robustissime persistebant: uaporq; nebulæ & confusionis ac turbinis qui surgebat ex thure, offerentium sacrilegia demōstrabat. Hoc factum sit eo tempore iuxta literā. Cæterū & nobis orandū est, ne seniores domus israel septenarium numerum, qui est sanctus, septem decades multiplicantes, stent in erroribus suis: & adorēt picturas idolorū: uaporq; sacrilegij ascendat siue cōsurgat resistens deo. Q̃ uiderim⁹ plæbem pessimā
F Ps.25.b congregatā: de qua scriptū est: Odiui ecclesiam malignantium: & peiores plæbe præpositos, nequiorēq; principē qui præfectus est plæbi atq; presbyteris: dicamus Ieçoniam stantē ante picturas: & singulos habere thuribula in manibus suis: nō dei maiestatē, sed ꝓprias sententias adorantes: & nequaq̃ odorē bonæ fragrantiæ ad deum, sed fœtorē ad idola peruenire. b Et dixit ad me ꝛc. Ex eo (inquit) qđ in templo faciunt pariter congregati, ostenditur quid unusquisq; in cubiculo suo faciat. Anago. Sed scđm Anagogen melius intelligi potest, quod nōnulli principes ecclesiarū faciant in tenebris: quæ dictu quoq; turpia sunt. Iste est absconditus
Matth.6.a cordis homo: de quo dicit̃: Ingredere in cubiculum tuū. Et rursum: Q̃ui uidet in abscōdito, reddet tibi. Recolat unusquisq; cōsciētiā suā: & opa tenebrarū recordet̃ in tenebris:
Iob.3.c sciatq; scriptū: Oīs q̃ mala operat̃, odit lucē: & nō uenit ad
Pro.11.d lucē, ne arguatur a luce: Et in se illud intelliget esse cōpletū: Q̃ui inebriat̃, nocte inebriat̃. Q đ iuxta literā stare nō pōt. Quanti em̃ in prandijs cōuiuijsq; dierum inebriant̃? Sed quia ebrietas cordis offendens deum tenebrarū est, & non lucis: propterea quicunq; inebriatur, nocte inebriat̃. Cum autem seniores domus israel fecerint mala in tenebris & in abscondito cubiculorū suorū: & putauerint se deum posse celare, tunc consequēter dicent: Non uidet nos dñs: dereliquit dominus terram. Multiq; sunt peccatores & ambulantes iuxta cogitationes suas, qui deū non existimant curare mortalia: nec ad illum nostra uitia pertinere. Certe quando peccamus, si cogitaremus deum uidere & esse præsentem: nunq̃ quod ei displicet, faceremus. Porro quod sequitur: Dereliquit dominus terrā, quorundā etiam philosophorū sententia est: qui ex siderū cursu atq; cōstantia, suspicantur esse in cœlestibus prouidentiam: & terrena contemni, dum nihil recti nec iuxta ordinem in terris geritur. c Et dixit ad me ꝛc. plangentes Adonidem. Q̃uē nos Adonidem interpretati sumus, & hebræus & syrus sermo תמוז uocat: unde quia iuxta gentilem fabulam, in mēse Iunio amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur: eundem Iunium mēsem, eodem appellant nomine: & anniuersariam ei celebrant solennitatem: in qua plangitur a mulieribus quasi mortuus: & postea reuiuiscēs canit̃ atq; laudat̃. Consequēterq; posteq; principes & seniores domus israel quid fecerint in templo ac tenebris cubiculisq; monstratū est: etiam mulierū uitia describunt̃: quæ

a Et septuaginta uiri de senioribus domus israel: & Ieçonias filius Saphan stabat in medio eorū stantium ante picturas: & unusquisq; habebat thuribulum in manu sua: & uapor nebulæ de thure consurgebat. Et dixit ad me: Certe uides fili hominis, quæ seniores domus israel faciunt in tenebris, unusquisq; in abscōdito cubiculi sui. Dicunt enim: Non uidet dñs nos: dereliquit dñs terrā.
c Et dixit ad me: Adhuc conuersus uidebis abominationes maiores quas illi faciūt. Et introduxit me p ostium portæ domus dñi, quod respiciebat ad aquilonē: & ecce
b mulieres sedebant plangētes Adonidē. Et dixit ad me: Certe uidisti fili hoīs, adhuc cōuersus uidebis abominationes maiores his. Et introduxit me in atriū dom⁹ dñi interius: & ecce in ostio tēpli dñi inter uestibulū & altare quasi uigintiquinq; uiri, dorsa habētes cōtra tēplum domini: & facies ad orientē: & adorabāt ad ortū solis.

plangunt amatorū societate priuatæ: & exultant, si eos potuerint obtinere. Et quia eadē gētilitas huiusmodi fabulas poetarū, quæ habēt turpitudinē interpretat̃ subtiliter, interfectionem & resurrectionem Adonidis, planctu & gaudio prosequens: quorū alterū in seminibus quæ moriuntur in terra: alterū in segetib⁹ quib⁹ mortua semina renascuntur, ostendi putat: Nos quoq; eos qui ad sæculi mala & bona, uel cōtristant̃, uel exultāt, mulieres appellemus, molli & effœminato aīo: Dicamusq; plangere eos thammuç: ea uidelicet quæ in rebus mundi putantur esse pulcherrima. d Et dixit ad me: Certe uidisti fili hoīs ꝛc. Et ecce in ostio templi domini inter uestibulum ꝛc. Quod nos uestibulum iuxta Symmachum interpretati sumus, qui προπύλαιον posuit: pro eo quod Lxx. & Theodotio, ipsum uerbum hebraicum transtulerunt אולם: Aquilæ prima æditio, πρόσαδα: secunda, ἀιλὰμ templi interpretata est: Quam nos porticū templi exprimere possumus: siue intectum atrium quod inter templum & altare erat. Et quia supra legimus, postidolum çeli, quod ad portam aquilonis apparuit: Adhuc conuersus uidebis abominationes maiores: ostensisq; per parietem picturis omnium bestiarū, quas adorabant septuaginta presbyteri: & Ieçonias filius Saphan: tenentes thuribula in manibus: secundo dicitur: Adhuc conuersus uidebis abominationes maiores quas isti faciunt, eo quod sederent mulieres plangētes Adonidem. Post tertium quoq; peccatum dicitur: Adhuc cōuersus uidebis abominationes maiores his. Quæ est autem maior abominatio superiorū triū scelerū? Videlicet quarta quæ sequit̃: Ecce in ostio tēpli domini inter uestibulum & altare quasi uigintiquinq; uiri, dorsa habentes contra templum domini: & facies ad orientem: & adorabant ortum solis: eo quod contempto domino, id est creatore, adorarent solem: id est domini creaturam, præcipiente ipso dño per Moysen: q̃ nequaq̃ in morē gentilium contra orientem deum adorare deberent: sed in quacunq; fuissent orbis parte, siue ad orientem, siue ad occidentem, siue ad meridiem, siue ad septentrionē, adorarent contra templum: ubi in sancta sanctorū habitare dominus credebat̃. Quod quidem & Danielem in babylone fecisse legimus: qui apertis fenestris cœnaculi sui, adorabat dñm cōtra templum quod erat in hierusalem. Hoc iuxta literam fuisse sacrilegij, nemo dubitat. Secundum Anagogen, omnes hæreticos peiores esse priorib⁹: id est idolo çeli pictisq; in pariete figuris animantiū, & planctu Adonidis, per quæ idololatria uoluptasq; monstratur, ille scire poterit: qui intellexerit prophetam dicentē: Tu autem odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos post te. Et in alio loco: Verterunt contra me scapulam recedentem. An ignoramus Marcionem & cæteros hæreticos: qui uetus laniant testamentū, contempto creatore, id est iusto deo: alium quendam bonū deum colere & adorare, quē de suo corde finxerūt? Oīesq; nostri tēporis hæretici qui dei filiū prædicāt creaturā: & tī

Et dixit

Deu.11.

Dañ.6.c

Anago.

Ps.49.c Hiere.2.l

Deu.3

Ps.8

adorant

A adorant eum, relicto diuinitatis tẽplo & post tergũ habito, ipsi confessione sua, creaturã adorare se dicunt. Nos autẽ sic adoram⁹ solem iusticiæ: ut deum adorem⁹ in tẽplo ueteris testamẽti, ubi lex & ꝓphetæ, ubi cherubim & propiciatoriũ est. Quos nos uiginti quinq; uiros transtulimus, Lxx. posuerunt, uiginti: & in quibusdã exemplaribus, quinq; de Theodotione additi sunt.

a Et dixit ad me ꝛc. Et ecce applicãt ramũ ad nares suas. Pro eo qd nos dixim⁹: Et ecce applicant ramũ ad nares suas: Lxx. transtulerũt: Et ecce ipsi sicuti subsannãtes: quibus de Theodotione additũ est: Extendunt ramũ: ut sit totũ pariter, Et ecce ipsi extendunt ramũ quasi subsannantes: Pro q̃ interpretatus est Symmachus: quasi emittẽtes sonitũ in similitudinẽ cantici per nares suas. Significat autẽ uiginti quinq; uiros, qui in quadrũ solida statione fundati sunt: & a quinq; sensib⁹ ꝓ quinquies quinq;, q̃ dranguli figurã efficiũt: nõ solũ tẽplũ habere post tergum, sed instar idolorũ applicare ramum ad nares suas: haud dubium quin palmarũ, quas græco sermone τὰ βαΐα uocant, ut ꝓ hoc eos idola adorare significet. Denicq; & Iob inter cæteras ῥtutes etiã hoc habuisse se dicit: ꝙ nunq; aspiciẽs cœlũ, & solẽ, & lunã, & astra fulgẽtia, osculatus sit manũ suã. i. adorauerit creaturas. Symmachi autẽ interpretatio, fœdũ raucũq; sonitũ de narib⁹ procedentẽ, in dei cõtemptũ significat. Qẽsq; hæretici qui repleuerũt terrã iniquitate, & cõuersi sunt ad falsi nominis sciẽtiã, ut dñm ad iracundiam prouocarent, æstimandi sunt: qñ laudare uoluerint deum: magis turpi sonitu blasphemare, uel testamenti ueteris deũ parui ducere, irridere, cõtemnere. b Ergo et ego faciã in furore: nõ parcet oculus meus nec miserebor. Qd ꝙ sequitur: Et cũ clamauerint ad aures meas uoce magna, nõ exaudiam eos: In Lxx. nõ habeẽ. Pro his ait oib⁹ quæ fecerũt: & ego faciã in furore: & nõ parcet oculus me⁹ nec miserebor. Qd audientes ueteres hæretici, creatorẽ calumniantẽ quasi crudelẽ, & sanguinariũ: nec cogitant apostolum Paulũ, qui certe boni dei (ut ipsi uolunt) apostolus est, scribere ad Corinthios: 2.Co.13.a Si uenero rursum nõ parcã: ut uirga corripiat delinquẽtes: & errantes retrahat ad salutẽ. Qui eñ nõ intelligunt quid sibi prosit, & orant frequẽter cõtraria: expedit eis ut nõ exMatth.6.b audiantẽ a dño. Vnde & in oratione dñica dicim⁹: Fiat uoluntas tua. Nõ uoluntas nostra quæ errare cõsueuit: sed uoluntas tua, quæ futura cognoscit. Magnæq; interdũ fœlicitatis est, ad præsens misericordiã nõ mereri. Et istis igit̃ qui sunt de domo Iuda, & a cõfessione ecclesiæ recesserũt, non parcet dñs. Cũq; clamauerint uoce magna, de qua dñs dixit: Clamor eorũ peruenit ad me: tñ dñs nõ exaudiet eos: ut malis coacti, intelligant quid fecerint. Ca. IX

Deu.32.e Et clamauit ꝛc. uisitationes uobis. Pro uisitationibus, ultionẽ Lxx. transtulerũt. Mihi eñ uindictã, & ego retribuã dicit dñs. Oisq; ultio, uisitatio est q̃si ægrotantis, q̃si habẽtis uulnera, q̃si medicas expectãtis manus: iuxta illud qd alibi scriptũ est: Visi[illegible]bo in uirga iniquitates eorũ: & in flagellis pcãtã eorũ: misericordiam autẽ meã nõ auferã ab eis. Rectoq; (ut supra diximus) uisitatio uel ultio appropinq̃re dicit captiuitate ulcina. b Et unusquisq;

B Ioh.31.c

Dñs.88.c

B vas interfectionis habet in manu sua. Nõ dixit, habebat: ut Lxx. trãstulerũt. Neq; eñ narrat præterita: sed præsentia, futuraq; demõstrat. Qui igitur malos percutit in eo qd mali sunt: & habet uasa interfectionis ut occidat pessimos, minister est dñi. c Et ecce ꝛc. uestitus lineis ꝛc. Pro lineis, qd nos iuxta Symmachũ ĩterpretati sum⁹: Lxx. ποδήρη: Theodotio, ipsum uerbũ hebraicũ בַּדִּים: Aquila, præcipua, interpretati sunt. Rursum ubi nos diximus: Et atramentariũ scriptoris ad renes ei⁹: Lxx. posuerẽt: Et ςona sapphirina sup renes eius: Theodotio κάσυ scribæ in manu eius: Aquila μελανοδόχου .i. atramẽtariũ scribæ ad lumbos eius: Symmach⁹: tabulas scriptoris habebat in renibus suis. Et ubi nos trãstulim⁹, limẽ dom⁹: Lxx. & Theodotio, εἰς τὸ ὑποθρίον. i. sub diuo posuere uestibulũ. Pro uasẽ q̃q; interit⁹: qd singuli uiri habebãt in manibus: soli Lxx. securim interpretati sunt. Ad hoĩm igit̃ pcãtã delenda, qui in sexta die fabricationis mũdi facti

C Ca. IX

a Et dixit ad mẽ: Certe uidisti fili hominis: Nunquid leue est hoc domui Iuda, ut facerẽt abominationes istas q̃s fecerũt hic: quia replentes terrã iniquitate, cõuersi sunt ad irritandũ me? Et ecce applicãt ramũ ad nares suas.
b Ergo & ego faciã in furore: non parcet oculus meus nec miserebor. Et cũ clamauerint ad aures meas uoce magna, non exaudiam eos.
c Et clamauit in auribus meis uoce magna dicens:
b Appropinquauerũt uisitationes urbis. Et unusquisq; uas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex uiri ueniebant de uia portæ superioris quæ respicit ad aquilonem: & uniuscuiusq; uas interitus in manu eius. Vir quoq; unus in medio eorum uestitus lineis: & atramentarium scriptoris ad renes eius: ingressiq; sunt & steterunt iuxta altare æneum. Et gloria dei israel assumpta est de cherub, quæ erat super eum ad limẽ domus. Et uocauit uirum qui indutus erat lineis: & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.

Et dixit dñs

D sunt: ueniunt sex uiri & descẽdunt de porta superiori: siue ut Lxx. trãstulerẽt, excelsa ad aquilonẽ. Et habebat unusquisq; securim in manib⁹: de q̃ Ioannes loquit̃: Iam eñ securis ad radices arborũ posita est. Oĩs arbor quæ fructũ nõ facit, excidet̃ & in ignẽ mittet̃. Eratq; in medio sex uirorũ unus. i. septimus, in habitu pontificis uestitus lineis indumẽtis: & habebat atramentariũ scriptoris ad renes suos: quo omniũ peccata describeret: & sanctorũ a peccatoribus numerũ segregaret: siue ςonam sapphirinam coloris lapidis sapphiri, qui in ornamẽtis est principis sacerdotũ. Egressiq; sunt sex uiri & steterunt iuxta altare æneum. Duo eñ erant altaria: unum thymiamatis aureum intrinsecus: & alterũ ante templum æneum holocaustorũ. Iuxta altare autẽ stare dicunt̃ parati ad iubentis imperiũ: ut cuiuscũq; uiderint ibi nõ esse peccata dimissa, sentẽtiæ dñi & interfectioni eum subiacere cognoscant. Gloria quoq; dei israel ascendit, siue assumpta est de uno cherub: & iuit ad limen, siue ad subdiuũ atrij domus atq; uestibuli: quod nequaq; tecto præmitur, sed aeris fruitur libertate. Quæ ipsa gloria dñi uirum qui erat in habitu pontificis, habebatq; atramentariũ in lumbis suis, uocauit: & dixit quæ scriptura testat̃. Quidã sex uiros, sex interpretant̃ angelos: qui dei pareant uoluntati. Ipsumq; unũ qui habebat indumenta pontificis, saluatorem intelligunt: iuxta id, qd sacerdos est & magni cõsilij angelus: illudq; qd dicitur: Tu es sacerdos in æternum scd̃m ordinẽ Melchisedech. ποδήρη autem quod Lxx. transtulerunt: una ex octo uestium est pontificis: quæ latine dicitur talaris: & ex eo qd ad pedes usq; descẽdat, hoc sortita uocabulum est. De uestepontificis ante annos plurimos scio ædidisse me librum: ad cuius explanationẽ mitto lectorem. Neq; enim possum omnia in omnibus locis dicere. Quodq; Aquilæ prima ædition & Theodotio dixerant κάσυ: pro quo in hebræo legitur כֶּסֶת: cũ ab hebræo quærerẽ qd significaret: respõdit mihi græco sermone appellari καλαμάριον: ab eo quod in illo calami recondantur. Nos atramentarium, ex eo quod atramentum habeat dicimus. Multi significantius thecas uocant, ab eo quod thecæ sint scribẽtium calamorũ. De quatuor cherubim, unus cherub mittitur a gloria dominicæ

Luc.3.B

Dñs.109

maiestatis:

E maiestatis, locuturus ad eum qui pontificis indumentis indutus erat. Et quamq; plærique τὰ χερουβείμ neutrali genere numeroq; plurali dici putent: nos scire debemus singulari numero esse cherub generis masculini, & plurali eiusdē generis cherubim: non quo sexus in ministris dei sit, sed quo unūquodq; iuxta linguæ suæ proprietatem diuersis appellet̄ generibus. Angeli uocant̄ numero plurali: Malachim: & cherubim & seraphim eiusdem generis & numeri. Porro sabaoth qđ interpretatur militiarum, siue exercituum atq; uirtutum, dicunt̄ genere fœminino, numero plurali: & desinunt in extremā syllabā oth הוֹת. Qui autē uolunt sub figura pontificis intelligi saluatorē, de Apocalypsi Ioannis utunt̄ exēplo: in qua scriptū

Apoc.1.c est: Et conuerti me: & uidi uocē quæ loquebatur mecū. Et cōuersus aspexi septem candelabra aurea: & in medio candelabrorum similē filio hominis, & cætera. a ¶ Et dixit dñs ad eum ꝛc. Præcipitur ei qui indutus

F erat uestē talari siue linea, & sacerdotalē habitū præferebat: ut ponat signū sup frontes uirorū gemētiū & dolentiū, sup cunctis abominationib⁹ quæ fiunt in medio hierusalē. Pro signo, qđ Lxx. Aquila, & Symmachus transtulerūt, Theodotio ipsum uerbum hebraicū posuit תָּיו, quæ extrema est apud hebræos uiginti & duarū literarū: ut perfectā in uiris gemētib⁹ & dolentib⁹, scientiā demōstraret. Siue ut hebræi autumant: quia lex apud eos appellatur תּוֹרָה, quæ hac in principio nominis sui litera scribit̄: illi hoc accepere signaculum, qui legis præcepta compleuerant. Et ut ad nostra ueniamus, antiquis hebræorū literis quib⁹ usq; hodie utunt̄ Samaritani, extrema thau litera, crucis habet similitudinē: quæ in christianorū frontibus pingit̄: & frequēti manus inscriptione signat̄. Sunt qui putent, ex eo qđ scđm hebraicū alphabetū, ista extrema sit litera, demōstrari in multitudine peccantiū, reliquias superesse sanctorū. Gemētes igitur dolenteq; saluant̄: qui nō solum malis nō cōsenserunt operi-

1.Reg.16.a bus, sed & aliena plāxere pcta: scđm qđ & Samuel planxit sup Saul: & apostolus Paulus super his qui post peccatū

2.Co.5.a non egerunt pœnitentiā. Vnde & ipse dicebat: Qui sumus

Ro.9.a in hoc tabernaculo, ingemiscimus. Et alibi: Tristicia mihi

Ps.4.b est magna, & incessabilis dolor cordis mei. Præcipiturq; sex uiris, ut præter eos qui possunt dicere: Signatū est super nos lumen uultus tui domine, cunctos interficiant: nō seni parcant, non iuueni, non uirgini, non paruulo, non mulieri. Scđm mysticos intellectus: senes sunt in ecclesia: de quibus

Sapien.4.b dicitur: Cani hominis prudētia eius. Iuuenes, qui sunt ad fidei bella promptissimi. Virgines, qui pudicitiā tota mente conseruant. Paruuli, qui lacte potant̄ infantiæ: & necdū percipiunt solidū cibū. Mulieres, quæ fragilitate sexus, animæ imbecillitatē testant̄. Quib⁹ uniuersis nō parcitur, si absq; Christi signaculo aliquid esse se credunt. Qđq; sequit̄: Et a sanctuario meo incipite: siue ut Lxx. transtulerunt ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. i. & a sanctis meis incipite: Vel sacerdotes significat, qui uersabant̄ in tēplo & adorabant idola: uel eos qui ꝓ sacerdotij merito sancti uocabant̄ in ppho: & qui

1.Co.7.e fuerāt in pphis causa peccati, primi meruere supplicia. Tem-

a Et dixit dñs ad eum: Transi p̄ mediā ciuitatē in medio hierusalē: & signa Thau תָּיו sup frōtes uirorū gemētiū & dolentiū sup cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiēte me: Transite p̄ ciuitatē sequētes eū, & percutite: non parcat oculus uester: neq; misereamini. Senē, adolescētulū, & uirginē, paruulū, & mulieres interficite usq; ad internitionē. Oēm aūt sup quem uideritis Thau תָּיו, ne occidatis: & a sanctuario

b meo incipite. Cœpĕrūt ergo a uiris seniorib⁹ qui erant ante faciē dom⁹. Et dixit ad eos: Cōtaminate domū: &

c implete atria interfectis. Et egrĕssi sunt & percutiebant

d eos qui erant in ciuitate. Et cædĕ cōpleta, remansi ego: ruiq; super faciem meā, & damans aio: Heu dñe deus, ergo ne dispersurus es omnes reliquias israel: effundens furorem tuum super hierusalem? Et dixit ād me: Iniquitas domus israel & Iuda, magna est nimis ualde. Et repleta est terra sanguinibus: & ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim: Dereliquit dominus terram: & dominus

G b ¶ Cœperūt & a uiris senioribus ꝛc. et implete atria interfectis. Pro atrijs quæ hebraice dicunt̄ חֲצֵרוֹת, Lxx. posuere uias. Occidunt̄ autē uiri seniores, de quib⁹ supra legimus, q; haberēt thuribula & adolerēt idolis incēsum. Nec est ulla templi religio: quia offenso religionis deo, contaminata sunt omnia: ut unde peccatum, inde iudiciū sit. Atriaq; cadauerib⁹ cōplent̄ in templo, & nō uiæ: quæ utiq; foris erant. Nisi forsitā uias intelligere possim⁹ plateas ciuitatis: nec audere poterāt angeli cōtaminare templū sanguine mortuorū: in q̄ pri⁹ habitabat gloria dei: nisi hoc recedētis gloriæ dominus præcepisset. Oīs qui peccato mortuus est, contaminat atria tēpli: & uias urbis dñi, in quibus uiuit: qui cū Christo resurgēs, mortuus esse desistit. c ¶ Et egressi sunt ꝛ percutiebant eos q̄ erāt in ciuitate. Siue ut alij trāstulerunt: percutiebant ciuitatē: ꝓ his qui erant in urbe, ipsam urbem appellantes. d ¶ Et cæde cōpleta ꝛc. Cunctis qui signaculū non habebant cæde prostratis, corruit ꝓpheta in faciem suam, pro interfectorū multitudine, nullum præter se arbitrans remansisse. Quod quia uidebat̄ esse cōtrariū ei sentētiæ qua iusserat dominus signatarū frontiū uiros nō esse cædendos: propterea in uulgata æditione subtractū est. Nos autē sequentes hebraicam ueritatē, posuimus, remansi ego. Notandumq; q̄ non dixerit, solus: qđ si dixisset, uidebat̄ esse cōtrarium: sed remansi ego, ut subaudiat̄ cū cæteris qui frontes habuere signatas. Vt autem sciamus signanter hoc dictū, remansi ego: in Re- 3.Re.19.b gum uolumine, quando Helias loquitur ad deum: Altaria tua domoliti sunt: & ego relictus sum solus: & quærunt animam meam auferre, solum, posuit: quia remāsisse alios nesciebat. Quidā putant ex persona domini, in cuius typum præcessit Ezechiel, posse hoc intelligi de populo iudæorum: qñ oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Et ꝓpheta Ps.13.a testat̄: Saluū me fac dñe: qm̄ defecit sanctus. Solus eī in- Ibi.11.a uentus est dñs: qui peccatū nō fecit: neq; inuētus est dolus 1.Pe.2.d in ore eius. Qđ autē intulit: Effundēs furorē tuū super hierusalē: uerbū effusionis, pœnarū ostendit magnitudinē: ut alibi legimus: Effusa est dēspectio super principes. Et iterū: Ps.106.d Pene effusi sunt gressus mei. Et in bonam partem: Charitas Ibi.71.a dei effusa est in cordib⁹ nostris. Et: Effusa est gratia in labijs Ro.5.a tuis. Et in cōtrariū: Effunde furorē tuū super gentes quæ te Ps.44.a nō intellexerūt: & super regna quæ nomē tuū nō inuocaue- Ibi.78.b runt. Et: Effunde frameam & conclude ex aduerso eorū qui Ibi.34.a persequunt̄ me. e ¶ Et dixit ad me: Iniquitas dom⁹ israel et Iuda, magna est nimis valde ꝛc. Videns dñs ꝓphetā suū flere pro ppho: & admirari indignationis magnitudinē: reddit causas: nō ut ille putabat iniusti uel excedentis modum supplicij, sed meritæ iustæq; sentētiæ. Iniquitas inquit decē tribuū israel, & duarū tribuū Iuda magna est: & nō solū magna, sed magna nimis. Nec hoc dixisse sufficit, sed repetit, ualde: ut ꝓ magnitudine iniquitatis, magnitudo supplicij sit. Ex q̄ discim⁹ non ut plærique æstimant & maxime Stoici, paria esse pcta, sed uel magna uel parua: & ꝓ qualitate mensuraq; peccantiū, diuersitatē esse iudicij puniētis. Repleta est

inquit

A inquit terra sanguinib⁹:siue ut Lxx. trāstulerūt,ppīis: & ciuitas ē repleta auersione:aut ut uulgata habet æditio,iniquitate & imūdicia:nō modicus sanguis effusus est,sed de porta usq; ad portā: & oīs ciuitas declinauit a cultu dei:& ꝓ eo plena est imūdicia,idololatriæ uidelicet sordib⁹. Causa aūt tātoꝝ scelerū illa est,ꝙ putauerūt ꝓuidētiā nō esse sup terrā, nec deū curare mortalia: iuxta illud qđ alibi legim⁹: Scilicet is superis labor ē, ea cura quietos
Ver.14.am. Sollicitat. Quia igit illi uel putauerūt nō esse ꝓuidētiā:uel quæ ante fuerat in populis, hoc tēpore suū populū reliquisse : propterea & dei nō parcet oculus, nec miserebit̄:ut contra uitia sæuiens, placabilis sit uirtutibus: uiasq; eorum atq; peccata reddat super capita eorū:uel sup principale cordis : uel super principes ppīi : iuxta Numerorū librū, in q̄ capita populorū principes esse dicuntur.

a ¶ Et ecce vir ꝛc. Ipse est uir, cui iussum est transire p mediam hierusalē & ponere signū in frontibus uirorum
B gemētium & dolentiū super cunctis iniquitatibus eorū. Dicit ergo se dñi præcepta cōplesse:& signaculo thau ת literæ frontes signasse lugentiū. Sex aūt uiri quib⁹ præceperat dñs dicēs: Transite per ciuitatē sequentes eum:& percutite,nulliusq; misereamini usq; ad interitionem,nihil tale renunciant. Neq; em̄ lætitiæ,sed mœroris impleuere sentētiā: quæ nō sermone, sed ope ꝓbat̄. Et in hoc loco ꝓ ποδήρκ, id est ueste talari quā interpretati sunt Lxx. Theodotio ipsum uerbū hebraicū posuit בַּדִּים :Symmachus,lineam: Aquila, præcipuam siue stolam:Pro çona quoq; Symmachus,tabulas: Aquila,atramentariū: Theodotio, κάσυ posuerunt.

¶ Et vidi et ecce in firmamento ꝛc. De ¶ Ca. X firmamento qđ erat super cherubim : & de lapide sapphiro qui habebat similitudinem throni: & de rotis quæ animalia sequebant̄, supra dixisse suffi-
ciat:& illorū lector explanatione cōtentus sit. Nunc aūt qđ iubetur ille qui indutus erat lineis:pro quo Lxx.in hoc loco stolā interpretati sunt: ut tollat prunas ignis de medio cherubim: & effundat siue spargat super ciuitatem : illud mihi uidet̄ ostendere,ꝙ post interfectionē cædemq; multorū,& in uijs cadauera mortuorū, prunarū ignis assumit̄ : ut puniat siue mundet hierusalem:iuxta illud qđ in Esaia scriptū
Esa.10.d est : Sanctificauit eū in igne ardēte:& deuorabit sicut fœnū materiā. Isti sunt carbones,quos in remedium linguæ atq; mēdacij desolantes uitia atq; peccata, ꝓpheta interrogatus
Ps.119.a exoptat: Quid detur tibi & quid apponat̄ tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs. Multaq; istiusmodi in scripturis sanctis inuenire poterimus:de quibus crebro diximus. Hoc tantū notandum
Esa.6.b est,ꝙ in Esaia qui tantū in sermone peccauerat: & immūda

dominus non uidet. Igitur & meus non parcet oculus, neq; miserebor:uias eorū super caput eorum reddam.

a HEB. Et ecce uir qui indutus erat lineis, qui habebat atramētarium in lumbis suis, respondit dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

SEP. Et ecce uir qui indut⁹ erat podere.i. ueste talari: & accinctus ẓona lumbos suos: & rndit uerbū dicēs: Feci sicut mandasti mihi.

b ET uidi, & ecce in firmamēto quod ¶ Ca. X erat sup caput cherubim quasi lapis sapphirus: quasi species similitudinis solij apparuit super eam.Et dixit ad uirum qui indutus erat lineis,& ait:Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus cherub: & imple manus tuas prunis ignis, quæ sunt inter cherubim:& effunde sup ciuitatē. Ingressusq; est in cōspectu
c meo. Cherubim autē stabāt a dextris domus cū ingrederetur uir:& nubes impleuit atrium interi⁹. Et eleuata est gloria domini desuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nube: & atrium repletum est splendore gloriæ dñi. Et sonitus alarū cherubim audiebatur usq; ad atrium exterius,quasi uox dei omnipotentis loquentis. Cumq; præcepisset uiro qui indutus erat lineis, dicens: Sume ignē de medio rotarū quæ sunt inter cherubim:ingressus ille stetit iuxta rotā. Et extēdit cherub manū de medio cherubim ad ignem qui erat inter cherubim:& sumpsit & dedit in manu ei⁹ qui indutus erat lineis. Qui accipiens egressus est: & apparuit in cherubim similitudo man⁹ hominis subtus pennas eorum.

Et uidi

C

D

rationē,intelligētiæ poti⁹ nostræ relinqueret,cū oculis subiiceret. Introeunte autem uiro qui indutus erat uestibus lineis, cherubim stabant a dextris domus : ut sanctæ supernæq; uirtutes, dexteram dom⁹ dei partem tenere uiderentur:& illæ quæ mittuntur ad supplicia,de quibus scriptum
Ps.77.d est:Immissionem per angelos pessimos,sinistras partes possidere credantur. Cumq; eleuata esset gloria domini de cherub qui carbones ignis uiro traditurus erat: & transisset ad limen domus, statim nube tenebris & caligine atrium impletur interius. Neq; enim præsente domini maiestate exercentur supplicia : & gloria domini uidetur in atrio : de quo scriptum est: Sonitus alarum cherubim audiebat̄ usq; ad atrium exterius. Pro sonitu, in hebræo, uox ponitur: quæ uox habebat similitudinem uocis dei omnipotentis loquentis.Pro quo Lxx. transtulerunt:Sicut uox dei שַׁדַּי: Quod Aquila, Symmachus, & Theodotio ἱκανὸν : quod fortem potentemq; significat,transtulerunt. Nota lector in quibus superior & hæc uisio concordent siue discordent: ut ex collatione utriusq; absq; nostro admonitu, diuina intelligas sacramēta:& illud quod ante commonui,quoniam & in firmamento & in throno,& in manu hominis non ueritas, sed similitudo dicatur. Neq; enim facie ad faciem reuelato uultu,gloriam domini contemplamur:sed in similitudine omnia uidemus & imagine : q̄diu fragili & corruptibili & mortali circundamur corpore.

Et uidi

E

a Et vidi ꝛc. Species autē erat rotarū ꝛc. Obſerua quæ prius fuerit uel quot ſpecies rotarū, iuxta Lxx. quaſi uiſio tharſis: nunc autē iuxta eoſdē ὡς ὅρις λίθου ἄνθραχος. i. ῆſi uiſio carbunculi: ut pēnarū ꝓ ignē qui a cherub tradit, ſiḿ tudo monſtret: licet in hebraico, & ſupra, & hic, tharſis ſcriptum ſit: Q. d. Aquila, chryſolithū: Symmachus, hiacynthū tranſtulerunt. Rurſumq; ubi nos uertimus: Et oīe corpus earū, qd ſubaudit rotarum, in hebræo ſcriptū eſt: Et omnes carnes earū, & colla, & manus, & pennæ, & circuli. Nota carnes appellari in ſuperis uirtutibus: ut qñ
1.Co.15.f legimus: Caro & ſanguis regnū dei nō poſſidebunt: neq; corruptio, incorruptionem: ſciamus nō ſubſtantiā carnis, ſed opera condemnari. בָּשָׂר eīm qd in hoc loco ſcribit: nō corpus, ſed carnē ſignificat. Circulos autem rotarū, contos ferreos appellauit: quibus lignorū rotūditas artat & ſtringit. Rotæ autē iſtæ nō ſolum carnes habēt uel corpus, aut membra: ſed & colla, & manus, & pennas: ut efficiētias rerū in ſingulis, non membrorū imagines ſentiamus. Rotæ q̄q; ipſæ appellatæ ſunt lingua hebraica גַּלְגַּל: qd Symmachus, uolubiles: Aquila, rotam interpretat⁹ eſt. Porro qd ſequit: Audiente me, uſq; ad eum locū ubi ſcriptū eſt: Eleuati ſunt cherubim: in Lxx. nō habet, ſed de hebraico additum eſt. In quo obſeruandum, ꝙ nequaq; ut ſupra dicit: Facies hominis, & facies leonis quatuor: & facies uituli a ſiniſtris quatuor: & facies aquilæ, quatuor a dextris: ut uidelicet alia a ſiniſtris, alia a dextris eſſe credantur. Sed omniū æqualis ordo deſcribit, dicente ſcriptura: Quatuor autem facies habebat unum: Facies una, facies cherub: & facies ſecunda, facies hominis: & in tertio, facies leonis: & in quarto, facies aquilæ: ut prima, & ſecūda, & tertia, & quarta facies, non locorum diuerſitate dextri & ſiniſtri, ſed uno per gradus ordine deſcribatur. Vnam autē faciem, id eſt primā appellauit cherub: pro qua ſupra dixerat, facies uituli. Ex quo intelligitur faciem cherub eſſe faciem uituli. Quorum omnium ſenſum, præteritæ uiſionis explanatio continet.

b Ipſum eſt animal quod uideram iuxta fluuiū chobar ꝛc. Spiritus enim uitæ erat in eis. Omnia uiuunt deo, & ſuum ſentiunt creatorē. Non eſt enim deus mortuorū, ſed uiuentium. Vnde & omnia corpora rotarū plena ſunt oculis. Et in pſalmo dicitur: Cœli enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat uerbum: & nox nocti indicat ſcientiā. Sol quoq; & luna, mare & flumina, montes & colles laudant deum: & in ſuum circulum per annos ſingulos elemēta uoluuntur: cœlorumq; rationem in terris deprehendimus: ut antiquæ legis ordinē cōſeruantes, uoluantur & currant: & nihil nouū cernamus ſuper terram. Quod autē dicitur: Ipſum eſt animal quod uideram iuxta fluuiū Chobar, ſcriptura demonſtrat eadē nos debere itelligere in expoſitione animalis, quæ ſupra intelleximus.

c Et egreſſa eſt gloria dñi a limine templi et ſtetit ſup cherubim ꝛc. Gloria domini ſiue maieſtas quæ ſteterat in templi limine, ſtetit ſup cherubim. Qui eleuātes alas ſuas propheta cernēte, exaltati ſunt, rotis pariter ſequentibus: & ſtetit in introitu portæ domus domini oriētalis, paulatimq; ptectio dei reliquit iſrael. Primum fuit in templo, deinde ſtetit in atrio tēpli ſiue limine: qua recedente de templo, nubes & caligo impleuit templi penetralia. Rurſumq; ipſa gloria ſedit ſuper cherubim: & illis ſtatim auolantibus, & ad exteriora abeuntibus, ſecutæ ſūt rotæ. Et gloria ſtetit in porta domus domini orientalis: non in ianua templi, ſed poſt atriū & limen in introitu portæ domus domini orientalis. Quod cum propheta uidiſſet, ipſum eſt (inquit) animal qd uidi ſubter deū iſrael, iuxta fluuiū Chobar: & intellexi, quia cherubim eſſent. Quid eīm noui uiderat: qd intelligeret eſſe cherubim, quæ priꝰ nō intellexerat: Cherubim in lingua noſtra ſcientiæ multitudo eſt: noticia ſacramentorum dei: & thronus eius ac requies. Vnde & in pſalmo dicitur: Qui ſedes ſuper cherubim manifeſtare. Semper eīm gloria domini ſedet in ſcientiæ multitudine: & tunc manifeſtatur, quando cuncta rei prouidentia demonſtrantur. Nec fortuitu quid fieri, nec dicere quempiam: Dereliquit dominus terram, & dominus nō uidet: Vnde & intuitus cherubim & appetitus eorū, eſt obliuiſci præteritorum, & in futura ſe extendere.

F

Exo.d Matth.22.d ſ.1.c pſ.18.a

Sapiēti.ii

pſ.146.a

G

H

Ezech.1.a

Ezech.10.a

pſ.79.b

ſ.9.d

Ca. XI

a Et uidi, & eccē quatuor rotæ iuxta cherubim. Rota una iuxta cherub unum, & rota alia iuxta cherub unū. Species autem erat rotarū quaſi uiſio lapidis chryſolithi: & aſpectus earū, ſimilitudo una quatuor, quaſi ſit rota in medio rotæ. Cumq; ambularēt, in quatuor partes gradiebant: & nō reuertebant ambulantes, ſed ad locū ad quē ire declinabat quæ prima erat, ſequebant & cæteræ nec cōuertebant. Et oīe corpus earū, & colla, & manus, & pennæ, & circuli, plena erāt oculis in circuitu quatuor rotarum. Et rotas iſtas uocauit uolubiles audiente me. Quatuor aūt facies habebat unū. Facies una, facies cherub: & facies ſecunda, facies hominis: & in tertio, facies leonis: & in quarto, facies aquilæ: & eleuati ſunt cherubim. b Ipſum eſt ānimal quod uideram iuxta fluuium chobar. Cumq; ambularent cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta eos. Et cum eleuarent cherubim alas ſuas ut exaltarentur de terra, non reſiſtebant rotæ: ſed & ipſæ iuxta erant. Stantibus illis, ſtabant: & cum eleuatis, eleuabantur. c Spiritus enim uitæ erat in eis. Et ēgreſſa eſt gloria domini a limine templi, & ſtetit ſuper cherubim. Et eleuantes cherubim alas ſuas, exaltati ſunt a terra coram me. Et illis egrediētibꝰ, rotæ quoq; ſubſecutæ ſunt. Et ſtetit in introitu portæ domꝰ dñi oriētalis: & gloria dei iſrael erat ſup eos. Ipſum eſt animal qd uidi ſubter deū iſrael iuxta fluuiū chobar: & intellexi, quia cherubim eſſent. Quatuor, quatuor uultus uni: & quatuor alæ uni: & ſimilitudo manus hominis ſub alis eorum. Et ſimilitudo uultuum eorū, ipſi uultus quos uideram iuxta fluuium chobar: & intuitus eorū & impetus ſingulorum ante faciem ſuam ingredi.

Ca. XI

b Et eleuauit me ſpiritus: & introduxit me ad portam domus dñi oriētalē quæ reſpicit ſolis ortū.

Et ecce

Et eleuauit me ſpiritus ꝛc. Quia egreſſa eſt gloria dñi a limine tēpli, & ſtetit ſup cherubim: poſteaq; auolantibꝰ cherubim, ſtetit ipſa gloria in introitu portæ domus dñi oriētalis: & ꝓpheta quia per ſe ad eam ire non poterat, eleuatus a ſpiritu eſt: & ductus ad eandem portam domus domini orientalem: quæ reſpicit ſolem iuſticiæ: de quo ſcriptum eſt: Ecce uir oriens nomen eius: ut ⸗equaq; remaneret in templo, qd erat ignorantiæ nube confuſum: ſed ſtans in porta domus domini orientalis: quæ ſequuntur ſacramenta cognoſceret.

Et ecce

A a ¶ Et ecce in introitu portę viginti et quinq; viri ꝛc. In finibus israel iudicabo vos: ꝛ scietis quia ego dominus: Q̃d sequitur, in Lxx. non habetur: sed de hebræo additum est: Quia in præceptis meis non ambulastis: & iudicia mea nō feciſtis: ſed iuxta iudicia gentiū, quæ in circuitu uestro ſunt eſtis operati. Aſſumiē ꝓpheta iuxta illud q̃d ꝑ.146.a ſcriptum eſt: Aſſumēs manſuetos dominus: ſiue eleuatur e terra: & introducię ad portam domus domini orientalem: ut poſſit uiginti quinq; uirorum qui erāt in introitu portæ & Ieçoniæ filij Açur, atq; Phaltiæ filij Banaiæ, principū populi ſacramēta cognoſcere. Hi igitur qui erant in introitu portæ domus domini orientalis: deſperantes ſalutē, & ſcelerum conſcientia parati ad interitum: nec uolentes per pœnitudinem peccata corrigere, dicunt: licet nuper poſt primā captiuitatem ædificatæ ſint domus quæ ante corruerant: tamē ſcim⁹ hanc ciuitatē eſſe inſtar lebetis: noſq; ꝓ carnibus, B ut in ea conſumamur & cōcrememur: iuxta illud q̃d in Eſaia ſcri- Eſa.28.d ptum eſt: Tempeſtas ſi tranſierit, non aſſumet nos. Illis iſta dicētibus, irruit in prophetam ſpiritus domini: & ſecundo præcipit ut uaticinetur, & dicat: Quoniā iſta dixiſtis: & cordiū ueſtrorū me ſecreta nō fallunt: ego uobis interpretabor quomodo ciuitas in lebetem, & uos in carnes reputemini: nō iuxta illum ſenſum quē locuti eſtis, ſed iuxta alterū quē nō timetis. Eſt quidē ciuitas in lebetis ſimilitudinē, ſed nō ueſtris implebię carnibus: uerum eorū quos interfeciſtis. Vos autē qui arbitramini uos in hac urbe morituros, educam de medio ciuitatis: & tradam hoſtiū manibus: faciamq; in uobis iudicia: ut cum ceciderit is gladio, nequaq; in urbe, nec extra terminos iſrael, ſed in finib⁹ ueſtræ prouinciæ, tunc cognoſcatis q̃ ego ſim dominus: Secundoq; dicię: In finibus iſrael iudicabo uos: & ſcietis quia ego ſum dominus. Hæc autem uniuerſa patiemini: quia in ꝑ.79.b præceptis meis non ambulaſtis: & iudicia mea non feciſtis: ſed cæterarū in circuitu gentiū ſcelera eſtis operati. Cumq; ſecundū literam manifeſtum ſit q̃ dicię: omiſſis parumper Ieçoniæ & Açur, Phaltiæ & Banaiæ nominib⁹, quæ in tempus aliud reſeruamus: hoc dicendū eſt, q̃ uſq; hodie in eccleſia quæ eſt domus domini: & ante portam, & in introitu ſiue in uia portæ, quæ ſignificat ſaluatorē, per quē ingredimur ad patrem, ſunt uigintiquinq; uiri, ad ſenſus cuncta referētes. Et quantū nō ſubterfugit memoriā meam, nunq; in bonā partē, hunc numerū potui reperire: licet in Leuitico ad ſacerdotale miniſteriū a uigintiquinq; annis eligant. In hebræo enim non habet hunc numerū qui in Lxx. dicitur, ſed tricenarium: qui in exordio huius prophetæ, & domini Zach.6.c cōtinet ætate: quādo uenit ad fluenta iordanis: & a Ioanne Luc.3.e baptiçatus eſt. Sin autem in euangelio quinq; uirgines pru- Matth.25.a dentes, & quinq; ſtultæ reperiunt: ſciamus hunc numerū in medio poſitū: & pro qualitate utentiū, uel ad bonam, uel ad malam partē poſſe conferri. Hi igitur uiri qui cuncta ad ſenſus referunt: & habent duos principes, de quibus ſupra diximus, duali numero continent: qui ſcindit unitatem: & in ſecundæ diei numero non uidetur a domino, iuxta hebraicā ueritatem. Vnde & in Gen.6.d arca Noe, bina & bina introducunt immunda. Dominus autem ſciſſionē in unum coartans, fecit utrūq; unū: Ephe.2.e & ſoluit mediū parietem, inimicitias in ſua carne cōdemnās. Vnde & auguſtius quid loquit atq; ſublimi⁹: Ego & pater unum ſumus: ut a iudaica duIoh.10.f litate, in unionem nos reuocet fidei chriſtianæ. Deniq; pōtificatu perdito iudæorū, dominus patię, nequaq; ſub uno principe, ſed ſub duobus, Anna & Caypha: ut religionis eorū, ſciſſum monſtraret errorē. Sunt multi in hui⁹ portæ introitu ante domum domini orientalem, qui uitijs ſuis nationibus comparantur: & peccatorū D conſcientia deſperant ſalutē, & dicunt: Ciuitas in qua uerſamur, lebes eſt, & nos oēs carnes: & babylonio conſumemur ardore cuius iacula ignita ſunt. Nolentes agere pœnitētiā, & deſperantes ſalutem: propterea audiunt, q̃ nō ipſi ſint carnes præteritæ & perditæ ciuitatis, ſed hi q̃s ſcandaliçauerint & quos interfecerint. Idcircoq; ſuper eos gladius inducitur: ut poſtq; in finibus iſrael nequaq; inter gentes, ſed inter chriſtianos fuerint iudicati: tunc cognoſcant, q̃ ipſe ſit dñs: ſecm illud q̃d in pſalmis legię: Cum interficeret eos, ꝑ.77.d requirebant illum: ut quem per beneficia nō ſenſerant, per tormenta cognoſcant. b ¶ Et factū eſt cum prophetarem, phaltias filius banaię mortuus eſt ꝛc. Vaticinante ꝓpheta, unus e duobus principibus Phaltias filius Banaiæ morię: qui interpretat ruina declinans: & eſt filius ſtructoris ſiue cœmētarij: οἰκοδομὸς em̄ aliud in linguam noſtrā uerti nō poteſt. Alter principū ſeruat incolumis, Ieçonias filiꝰ Açur. Ieçonias aures eius ſonat, q̃ ſubaudię animæ. Açur ꝓ ſulcrum ſiue adiutoriū. Qui igitur cadendo a dño declinarat, & erat ædificationis peſſimæ, recte cadit ꝓphetante eo quē cōfortauit deus. Qui aūt præceptis obediebat dei: & illius ſuſtentabat ac fulciebat auxilio, recte in imperio populi permanet. Legimus in Exodo, mortuo Pharaone rege ægypti, Exo.2.d ingemuiſſe filios iſrael ab operibus luti, palearū, ac laterū: & clamaſſe ad dñm: quē illo uiuente, inclamare nō poterant. Eſaias quoq; mortuo Oçia rege leproſo, uidit dñm ſedentē Eſa.6.a ſuper thronū excelſum & eleuatū: & ſeraphim ſtantia circa eum: intelligenſq; immunda habere ſe labia: & habitare in populo immunda labia habētē: meretur ut de altari carbo mittat, & labia eius purget immunda. Hic autē, ꝓphetante fortitudine dei, princeps q a domini declinauerat ſeruitute,

a Et ecce in introitu portæ uiginti & quinq; uiri: & uidi in medio eorū Ieçoniam filium Açur, & Phaltiam filium Banaiæ principes populi. Dixitq; ad me: Fili hominis, hi uiri qui cogitant iniquitatem, & tractant conſilium peſſimum in urbe iſta: dicentes: Nonne dudum ædificatæ ſunt domus? Hæc eſt lebes, nos autem carnes. Idcirco uaticinare de eis: uaticinare fili hominis. Et irruit in me ſpiritus domini: & dixit ad me: loquere: Hæc dicit dominus: Sic locuti eſtis domus iſrael: & cogitationes cordis ueſtri ego noui. Plurimos occidiſtis in urbe hac: & impleſtis uias eius interfectis. Propterea hæc dicit dominꝰ deus: Interfecti ueſtri quos poſuiſtis in medio eius: hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes: & educam uos de medio eius. Gladium metuiſtis: & gladiū inducam ſuper uos (ait) dominus deus: & eiiciam uos de medio eius: daboq; uos in manu hoſtium: & faciam in uobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus iſrael iudicabo uos: & ſcietis quia ego dominus. Hæc non erit uobis in lebetē: & uos nō eritis in medio eius in carnes. In finibus iſrael iudicabo uos: & ſcietis quia ego dominus. Quia in præceptis meis non ambulaſtis: & iudicia mea non feciſtis: ſed iuxta iudicia gentium quæ in circuitu ueſtro ſunt b eſtis operati. Et factum eſt cum prophetarem, Phaltias filius Banaiæ mortuus eſt: & cecidi in faciem meam, clamans uoce magna & dixi: Heu, heu, heu domine deus: conſummationem tu facis reliquiarum iſrael?

Et factum eſt

E cadit ut eleuet a Christo. Si em resurrectio dominus, ruina diabolus est. In quo quæritur, quomodo de saluatore dica/
Luc.2.e tur: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem mul/torum in israel. In ruinam eorum qui stabant pessime: & re/surrectionem eorum qui ceciderant. Quod cum propheta uidisset, cecidit in faciē suā: nō peccantis me/rito, sed plangentis af/fectu: & uoce magna, quæ de magno fidei ar dore ueniebat, tertio clamauit & dixit: Heu, heu, heu, domine de⁹, consumationem tu fa cis reliquiarum israel: Et est sensus: Etiā ipsæ reliquiæ quæ esse uide bantur in populo, te indignante delentur.

a ¶ Et factū est uerbū dñi ad me dicens: Fili hoīs / frēs tui / fratres tui uiri ꝓpinqui tui ⁊c. Primum de interpreta tionis uarietate dicen/dum est. Pro eo quod in hebræo habet, uiri propinqui tui: hoc em significat גְּאוּלָּתֵךְ: Lxx. transtulerūt, uiri captiuitatis tuæ. Dein de ubi sequit: uniuersi quibus dixerunt habi tatores hierusalē: pro uniuersis, illi posuerūt cōsumata est: propter literarum & uerbi am biguitatē: בְּלֹה enim quod Aquila & Sym/mach⁹ & Theodotio, uniuersos interpretati sunt: illi uerterunt, con sumata est: quod iux/ta sensum omnino nō resonat. Factus est igi/tur sermo domini ad Ezechielem, qui dixerat: Heu, heu, heu, domine deus, con/sumationem tu facis reliquiarum israel, in Phaltiæ uidelicet morte, & eorū qui cū eo interfecti sunt, qđ nequaq̄ illæ sint reliquiæ quas in hierusalem putabat ꝓpheta: sed hi qui in babylone uidebantur esse captiui. Et est sensus: O fili homi nis, fratres tui de eadem tecum stirpe generati: fratres in/quam tui, quibus dixerunt habitatores hierusalem, uos re/cessistis a domino, quia captiui estis: & cum Iechonia uos tradidistis: nobis autem terra israel data est in æternam pos sessionem: Dic ergo eis q̄ longe quidem eos fecerim a terra israel: & dispersérim in nationes: & in alienis terris esse præ/ceperim: sed quia meæ obedierint iussioni, sim in eis futur⁹ etiam in peregrinis & hostilibus locis in paruam sanctifica tionem: dum plæriq̄ inueniantur ex eis qui idololatriæ ne/quaq̄ colla submittant, sed memores sint mandatorū dei:
Dañ.3.b sicut fuerunt Daniel & tres pueri, & cæteros fuisse creden/dum est: in similitudinem tantorum principum, quos scri/ptura nunc cōmemorat. Ex quibus uniuersis discimus, nō esse insultandum his qui dei iudicio pœnis traditi sunt: nec exprobrandum homini conuerso a peccatis suis: nec pœni tentibus & egressis de ecclesia aliquādo dicendum: Longe recessistis a domino: nobis data est terra in possessionem. Quia hæc dicit dominus: Licet eos parumper a mea ecclesia separauerim, & inter gentes dispersérim: tamen ero eis in sanctificationem modicam, dum meminerint peccatorum suorum: ut qui propter uitia recesserūt de loco suo propter pœnitentiam, ad sedes pristinas redire festinent.

b ¶ Propterea loquere: Hæc dicit dñs deus: Congregabo uos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis: daboq̄ uobis humū israel. Et ingredient illuc: & auferēt omnes offensiones, cunctasq̄ abominationes de illa. Et dabo eis cor unū Siue alterū): & spiritū nouū tribuam in uiscerib⁹ eorū. Et auferam cor lapideum de carne eorum: & dabo eis cor carneum: ut in præceptis meis ambulent & iudicia mea custodiant: faciantq̄ ea, & sint mihi in populū: & ego sim eis in deum. Quorū autem cor post offendicula & abominationes suas am bulat: horū uiam in capite suo ponam dicit dñs deus.

Et eleuauerūt

a HEB. Et factum est uerbū dñi ad me dicēs: Fili hoīs, fratres tui, fratres tui: uiri ꝓpinqui tui & omnis do/mus israel: uniuersi quib⁹ dixerunt habitatores hie/rusalem: Longe recedite a domino: nobis data est terra in possessionem. Pro pterea hæc dicit dominus deus: quia longe feci eos in gentibus: & quia dissi/paui eos in terra, ero eis in sanctificationē modicā in terris ad quas uenerint.

SEP. Et factus est sermo dñi ad me dicēs: Fili hoīs, fratres tui & uiri captiuita tis tuæ, & oīs dom⁹ israel cōsumata est, quibus dixe runt habitatores hierūm: Lōge recessistis a dño: no/bis data ē terra in hæredi/tatē. Propterea dic: Hæc di cit adonai dñs: qa repellā eos in gētes: & dissemina/bo eos in omnē terram: & ero eis in sanctificationē paruulam in regionib⁹ ad quas ingressi fuerint illuc.

G Propterea loquere: Hæc dicit dñs deus: Congregabo uos de populis/et adunabo de terris in quibus dispersi estis: da boq̄ uobis humum israel: et ingredientur illuc/ et auferent omnes offensiones cunctasq̄ abominationes de illa ⁊c. Lo/quitur sermo diuinus ad eos qui captiui erāt in terra babylonis ad fratres Ezechielis pro/phetæ, & ad propin/quos, quibus dixerūt habitatores hierusalē: Longe recessistis a do/mino: nobis data est terra in possessionem. Loquitur autem hæc quæ sequuntur. Con/gregabo uos de popu/lis: & reddam uobis terram israel. Cumq̄ ingressi fueritis, aufere tis cuncta idola: pro/pter quæ offenderatis deum: & dabo uobis cor unū timoris, & ser uitutis dei: ut nequaq̄ diuersis idolis seruia/tis: siue alterū q̄ prius habuistis. Et spiritum nouū tribuā in uiscerib⁹ uestris: iuxta illud quod scriptū est: Cor Psal.50
mundum crea in me deus: & spiritū rectum innoua in uiscerib⁹ meis. Et auferam a uo bis cor lapideum: id est cor durum: secun/dum illud qđ loquit Stephanus prim⁹ mar tyr in Christo: Dura Act.7.d
ceruice, & incircumcisi corde. Et indurā cor Exo.7.d
Pharaonis, ne dimit/tat populum israel. Et dabo (inquit) uobis cor carneum, molle, & tenerum: & quod possit dei mandata suscipere: ut scribantur in tabulis cordis carnalib⁹. Idcirco autem datur cor molle, & aufertur cor durum: ut in præce/ptis meis ambulent, iudiciaq̄ custodiant: & sint in populo dei: dominusq̄ qui prius fuerat aduersarius, sit eis in deum. Qui autem nequaq̄ pœnitētia priora peccata correxerint, sed ambulauerint post abominationes suas: retribuam ait eis, quod merentur: ut uiæ eorum ponantur in capitibus eorum. Hæc sub Zorobabel filio Salathiel: & sub Iesu filio Iosedek sacerdote magno: & sub Esdra ac Neemia accidisse tribui Iudæ: & his qui cū eis reuersi sunt, plæriq̄ existimāt. Habitatores quoq̄ hierusalem qui sub Sedechia rege Iudæ 3.Reg.a
capti sunt: uel qui fugerunt cum Hieremia in ægyptum: in omnes terras esse dispersos: & nequaq̄ reuersos in urbem hierusalem. Plena autem cōuersio eorum qui captiui erant & reliquiarū israel, intelligitur in Christo: quando reliquiæ saluæ factæ sunt: & una die crediderunt tria milia, & iterum Act.2.g
quinq̄ milia: & alij de quibus loquit Iacobus ad Apostolū Ibi.21.d
Paulum: Vides frater tanta milia credentium iudæorū: hi omnes æmulatores legis sunt. Sed & quotidie superbi ha/bitatores urbis hierusalem: quorum cor post offendicula & abominationes suas ambulat, dei merentur offensam. Et hi qui foris erāt, ablato corde lapideo, & accepto corde mol lissimo, per pœnitentiam reuertuntur ad ecclesiam: & am/bulant in præceptis dñi: iudiciaq̄ eius custodiunt: fiuntq̄ domini populus: & dñs quē prius offenderant fit eis deus.

Et eleuauerunt

a Et eleuauerunt cherubim alas suas & rotæ cum eis: & gloria dei israel erat super eos. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis: stetitq; super montem qui est
b ad orientem urbis. Et spiritus leuauit me: adduxitq; in chaldæam ad transmigrationē in uisione in spiritu dei: & sublata est a me uisio quam uideram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia uerba domini quæ ostenderat mihi.

Ca. XII

c ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, in medio domus exasperātis tu habitas: qui oculos habent ad uidendum, & nō uident: & aures ad audiendū, & nō audiunt: quia domus exasperās est.
d HEB. Tu ergo fili hominis fac tibi uasa transmigrationis: & migrabis p diem coram eis. Migrabis autē de loco tuo ad locū alterū in conspectu eorū: si forte aspiciant: quia domus exasperans est.
e Et efferes foras uasa tua q̄si uasa transmigrātis per diē in cōspectu eorū. Tu autē egredieris uespere coram eis sicut egredit migrās añ oculos eorū. Perfode tibi parietē: & egredieris p eū in cōspectu eorū. In humeris portabis: in caligine effugies: Faciem

SEP. Et tu fili hominis, fac tibi uasa captiuitatis: & captiuare per diem corā eis: & captiuare de loco tuo in locum alterum in conspectu eorū, ut uideant quia domus exasperans est. Et proferes uasa tua, uasa captiuitatis per diem in oculis eorum. Et tu egredieris uespere in conspectu eorum, sicut egreditur captiuus. Perfode tibi parietem: & transibis per eum in conspectu eorum. In humeris portaberis & absconditus egredieris. Faciem

Iob.14.d Luc.13.g

Ps.50.a

Exo.7.a

Act.7.1

Exo.7.a

3.8.a

Hiere.39.et 4.Reg.25

Act.2.c Ibi.21.d

C

Ps.33.a

Iob.9.g

D

a Et eleuauerunt cherubim alas suas & rotæ cum eis: & gloria dei israel erat super eos ꝛc. Paulatim gloria domini recedit de hierusalem. Primum templum deserēs, stat in atrio uel in limine domus: & postea in introitu portæ orientalis: nouissime sublatis pennis rotisq; sequentibus, stat super montem qui est ad orientē urbis: haud dubium quin montē significet oliueti, unde saluator ascēdit ad patrem. Stabatq; gloria domini quæ de hierusalem urbe discesserat super montem oliueti, in signū resurrectionis & luminis: ut inde perituram arsuramq; cerneret hierusalē. Q. d. q; dicit: Ascēdit gloria de medio ciuitatis, aliis uerbis loquitur dominus ad discipulos: Surgite, abeamus hinc. Et ad Iudæos: Relinquet uobis domus uestra deserta. Iosephus q; refert auditam uocem in templo angelorum & fortitudinum cœlestium, quæ prius in urbis præsidio erāt: abeamus ex his sedibus. Mirumq; in modum usq; in præsentē diem gloria domini quæ deseruit tēplū, stat super montem oliueti: & in crucis signo rutilans, spectat tēplum quondam iudaicū, in fauillas & cineres dissolutum. b Et spiritus leuauit me ꝛc. Et sublata est a me uisio quā uideram ꝛc. Pro eo q; nos ex hebraica ueritate transtulim⁹: Et sublata est a me uisio quā uideram: Lxx. transtulerunt: Et ascendi a uisione quam uideram: Quod utrumq; significat non in corpore prophetā in hierusalem de babylone translatum, sed in spiritu: sublataq; uisione quæ eum in spiritu duxerat hierusalem, & uniuersa monstrauerat, quæ superior sermo narrauit: reuersus est in semetipsum: & locutus est ad trāsmigrationē omnia quæ ei fuerant demōstrata: ad eos uidelicet, de quib⁹ supra scriptū est: Ego sedebam in domo mea: & senes Iuda sedebāt iuxta me: & cecidit super me ibi manus domini dei, & uidi. Mirumq; in modum sedentibus his qui ad se uenerant uisitandum, uisiones mysticas ꝓpheta cernebat: & absens erat ab his qui coram se sederant, absens spiritu, præsens corpore. Omniaq; fiunt, ut consolationē recipiant qui captiui erant, q; reducēdi sint in terram israel: & ambulaturi in præceptis domini, futuriq; ei in populū: & ille futurus sit eis in deum. Qui autem non fuerint conuersi ad pœnitentiam, sed ambulauerint post abominationes suas, recipiant quæ fecerūt. Verba autem in scripturis sanctis pro rebus dici, sæpe admonuimus.

Ca. XII

Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, in medio domus exasperātis tu habitas ꝛc. Pro eo q; nos uertimus: In medio domus exasperantis tu habitas: Lxx. posuerunt: In medio iniquitatū eorū tu habitas. Sed ex eo q; sequit: Quia domus exasperans est, intelligimus priorē quoq; sententiam huic uersiculo conuenire. Pro exasperatione quoq; dici amaritudinem, crebro docuimus: ut sit sensus: In medio domus ad amaritudinem cōuertentis tu habitas: quæ deum natura dulcem atq; clæmentem, uitiorum suorum amaritudine, amarū facit atq; crudelem. Alioquin de deo legimus: Gustate & uidete: quoniam suauis siue dulcis est dñs. Habitat autē propheta in medio populi deū ad amaritudinem prouocantis: qui habet oculos, & nō uidet: aures, & nō audit: non uitio sensuū, sed pertinacia prauitatis. Vnde & dominus ad Iudæos: Si cæci inquit essetis, peccatum non haberetis: uoluntariā cæcitatē in illis arguens atq; condemnans. Quia ergo oculos habent ad uidendū, & non uident: aures ad audiendum, & non audiunt: & tua uerba cōtemnūt: doceos per imaginē atq; picturam: & schematibus ostēde corporeis: ut uenturam captiuitatē nō solum auditu, sed & oculis recognoscant. d Tu ergo fili hominis fac tibi uasa trāsmigrationis ꝛc. Nulli dubiū quin uniuersa loci huius continentia, futurā captiuitatem indicet regis Sedechiæ tribus Iudæ, qui captus est cū hierusalem. Sed quoniā quidam uolunt captiuitatē Sedechiæ, qui interpretat̄ iustus dominus, in typum præcedere saluatoris: qui de cœlestib⁹ ad terrena descēdens, humanū corpus assumpserit: & hæc esse uasa captiuitatis: Ideo præmonendū puto prudentē cautūq; lectorē: & hæc quidē nos ponere, ne quid præterire uideamur, sed non probare. Neq; em̄ rex impius in figuram potest præcedere illius: qui totius pietatis exēplū est. Captū aūt esse Sedechiam a babyloniis atq; chaldæis: & Hieremias propheta & Regū narrat historia: & ductū de loco in locū, hoc est, de hierusalē in babylonem: & cætera quæ Ezechiel in cōsequentibus loquit̄. Qui autem referunt ad dñm Iesum christum captiuitatem eius, & transmigrationē de loco ad locum, descensionem ex cœlestibus ad terrena significari putant. e Et efferes foras uasa tua quasi uasa transmigrantis ꝛc. Facere iubet̄ propheta in figura, quæ Sedechias facturus est in ueritate. Collige inquit sarcinas tuas: hæc enim uasa sunt transmigrantis, uidentibus eis. Et postq; uiderint quæ facturus es, egredieris uespere in similitudinem transmigrantis. Legimus Sedechiam nocte muro suffosso fugisse ad deserta iordanis: ibiq; a babyloniis esse cōprehensum: & hoc significare perfossum parietem. Quod autem dicit: In humeris portabis, subauditur, sarcinas tuas: & quicquid ad uiæ solatium fugientes portare cōsueuerūt. In caligine effugies: ne uidearis

E a quoq; . Faciem tuam uelabis : uel cæcitate quæ ei accidit, erutis oculis a Nabuchodonosor : uel ne cognoscat quod ipse sit rex, & maior fiat cura seruantium . Quodq; sequit : Et nō uidebis terram : illud significat, quod cæcus ductus sit in babylonem , eamq; non uiderit. Quia portentū dedi te inquit domui israel.

In signum enim & in figurā ꝓphetarū tam dicta q̄ facta sunt. Vn
Zach.3.c de & in Zacharia, uiri portentosi uocantur, quod futura portendant. Et in Osee loqui
Osee.12.c tur deus: In manibus ꝓphetarū assimilatus sum. Qui autem uoluunt in Eçechielis persona Christum intelligi : uasa captiuitatis, humanum corpus accipiunt : & perfossum parietem, quo inferno rum claustra perfregit: & resurgens a solis credentib⁹ uisus est: portatusq; in humeris, q̄ cum angelicis potestatibus ad cœlū uictor ascendit. Et q̄ absconditus egredit̄, & uelat faciem suam: ne in carne mortali uideat̄ diuina maiestas : & non uidet terram, ne oculis illius illustretur : quæ eius non meretur aspe
F Ps.33.c ctum. Oculi enim dñi super iustos: & auertit faciē suam ab impijs. Hæc autem inquiunt, oīa fecisse narratur: ut per similitudinē hominis , dura ad fidem israelitici populi corda conuerteret. Et in portentum datur domui israel: iuxta illud quod
Luc.2.e scriptum est : Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionē multorum & in signum cui contradicetur.

HEB. Faciem tuam uelabis, & nō uidebis terram: quia portentum dedi te domui israel. Feci ergō sicut præceperat mihi: uasa mea protuli quasi uasa migrantis per diem: & uespere perfodi mihi parietem manu. In caligine egressus sum : & humeris portaui in conspectu eorum.

SEP. Faciem tuā operies, & nō uidebis terram: quia portētum dedi te domui israel . Et feci sic iuxta oīa quæ mādauerat mihi: uasa q̄ ꝓtuli sicut uasa captiuitatis p̄ diē: & ad uesperū pfodi mihi parietē manu: & abscōdit⁹ egressus sum: super humeros assumpt⁹ sum in cōspectu eorū.

migrationē babyloniā captiui ducent̄: & dux qui est in medio eorū in humeris portabit̄: uel iumētorū, uel eorum qui cū eo fugerant. In caligine, & in noctis tenebris egredietur: murumq; suffodient socij eius, ut educāt eum. Facies illius uelabitur, uel timore fugientis, uel cæcitatis iniuria: ut cæcus terram nō uideat babylonis. Et ego extendam rete meum super illum, & capietur in sagena mea. Concedente quippe dño, a babylonijs captus est: & hæc quæ ab hostibus passus est fieri, se fecisse testat̄. Ductusq; in babylonem, terram chaldæorum nō uidebit: ibiq; captiuus morietur. Omnes autem socios eius & adiutores & comites fugæ, cū ille fuerit comprehensus, huc illucq; dispergam: nec securos abire permittam: sed in manibus hostiū euaginabo gladium meum: ut quādo dispersi fuerint in gētibus, intelligant q̄ ego sim dominus: & mea cuncta uoluntate sint facta. Et relinquā (inquit) ex socijs eius qui cum eo fugerint, & qui euadere potuerint paucos qui gladium, & famem, & pestilentiam euaserint: ut cū uel fuga, uel captiuitate ad diuersas peruenerint regiones, narrent omnia scelera sua, uel sermone, uel exemplo: propter quæ tanta meruerint mala: & intelligant q̄ ipse sim dominus . Qui autē Tropologiā & cœptā explanationē sup̄ saluatore conat̄ exponere: ducem, qui est in medio hierusalē, ipsum interpretat̄ qui in portentū signūq; præcesserit: q̄ & ipse & socij eius captiui istius mundi sint: & ab inferis uictor ascendens, in humeris portatus sit angelorum : In caligine egressus, ignotus incredulis , destructo medio pariete, fecerit utrumq; unum: facies illius operta, ut terram non respiciat Iudæorū. Nec mirū si dominus celauerit faciem suam: cum usq; hodie ante uultum Moysi uelamen positum sit populo nō credenti . Extenditq; dominus rete suum super illum: iuxta id q̄d de eo sponsa loquitur in canticocanticorum: Ecce iste post parietem nostrum, prospiciens per fenestras , apparens per retia . De quo & Hieremias : Spiritus uultus nostri Christus dominus: captus est in peccatis nostris. Et: Cum non fecisset peccatum , pro nobis peccatum factus est. Et adducetur (ait) in babylonē, confusionē istius mundi: in terram Chaldæorū, qui interpretantur, quasi dæmonia: ut eos qui dæmonibus fuerant mancipati, retraheret ad salutem : & captiuam duceret pristinam captiuitatē. Ipsamq; (inquit) terram Chaldæorum non uidebit: & ibi morietur, ut omnes nos sua morte uiuificet. Cunctos autē adiutores eius & socios, apostolos & apostolicos uiros dispersit in uniuersum orbem . Et euaginauit gladium post eos: ut uarijs coronarentur martyrijs : & tunc intelligerent, uel ipsi, uel hi qui per eos crediderant, q̄ ipse sit dominus: & idcirco

Tropo

Cañ.1.
Treno.4.
2.Co.5.d

Anago.

Amos.8.d

a ¶ Feci ergo sicut præceperat mihi ꝛc. Quæ supra iussus est facere, opere se complesse testatur : nec interpretatione indiget iuxta utramq; sententiam, quod supra expositum est. Illud autem notandum, quod uno atq; eodem tempore Hieremias prophetabat in hierusalem & Eçechiel in babylone: & illius prophetia mittebatur ad captiuos: & huius ad eos qui habitabant in hierusalem : ut unius in diuersis regionibus dei prouidentia probaretur: & intelligerent audientes, quæcunq; accidebant populo : nequaq; idolorum potestate, sed domini iussione consistere. b ¶ Et factus est sermo domini mane ad me dicens: Fili hominis / nunquid nō dixerunt ad te domus israel : domus exasperans quid tu facis ꝛc. Si te (inquit) interrogauerit domus exasperans, quare ista facis? Vel sec̄m Lxx. etiā si non interrogauerint, tu ingredere ut sciant cur ista feceris. Dic ad eos : Hæc dicit dñs deus: c ¶ Super principem onus istud ꝛc. Primū exponamus historiam. Dic inquit ad eos, O fili hominis, qui uel interrogant, uel non interrogant: Quid tu facis hæc: quod super ducem onus istud & uisio sit, qui est in hierusalem, ducem significans Sedechiam. Et dic: Ego portentū uestrum: siue ut Lxx. transtulerunt: Ego qui portenta facio: ut ex præsentibus futura cognoscantur : quomodo feci, sic fiet illis: duci & cunctis qui in comitatu ducis sunt. In transl

A idcirco diſperſerit eos in gentibus, & diſſeminauerit in terras: ut multum fructum facerent. Et reliquit ex eis paucos uiros: ſicut Ioannē apoſtolum, & cæteros, a gladio, & fame, & peſtilentia liberatos, & pſecutionū impetū declinātes: ut narrent ſcelera Iudæorū & iniquitates cunctarū gētium ad quas ingreſſi ſunt: ut acta pœnitētia, ſcirent qđ ipſe eſſet domin⁹. Hæc dixim⁹, lectoris arbitrio iudiciū relinquētes. Cæterū nulla dubitatio eſt, pericu/loſum eſſe regis impij captiuitatē & necem, ſacramento dñi com/parare. a ¶ Et factus eſt ſermo dñi ad me dicens: Fili hominis/panem tuum in conturba tione comede: et aquā tuam in feſtinatione et mœroꝛe bibe ꝛc̄. Poſt principis & ſociorum eius prophetiam, quæ ſub corporali imagine mōſtrabatur, uenit ad populum: & quicquid prophetæ dicitur, per ꝓphetam refertur ad habitatores hieruſalē: qꝝ in obſidionis malo, panē ſuū comedant in anguſtia & egeſtate: & aquam ſuam nequaqꝝ in abundantia, ſed cū tormento bibant & tribulatione. Hæc autem inquit o propheta tibi dicuntur, ut tu loquaris ad populum terræ tuæ, & dicas: hæc dicit dominus habitatoribus hieruſalē, quæ eſt in terra iſrael: Obſeſſa a Nabuchodonoſor atqꝝ a chaldæis, famis & ſitis ſuſtinebitis malum: ut omnis terra cū ſua plenitudine delea/tur, habitatores ſignificans per eam quæ in habitatur. Et ne putent ſibi hoc euenire ſine cauſa: Dic (inquit) eis, quod propter ſcelera eorum & impietates, omnes urbes Iudææ ad ſolitudinē redigēdæ ſint: & uniuerſa terræ cultura diſpereat: ut cognoſcāt deū ſæuientem, quem miſerantē cognoſcere noluerunt. Poſſumus iuxta Anagogen habitatores hieruſalem credentes chriſto dicere, qui habitant in eccleſia. Et ſi per peccata illius offenſam meruerint, comedant panem cum egeſtate: & bibant aquam cum mœrore & anguſtia: Non cibum panis, nec potum aquæ: ſed famem ſermonis & doctrinæ dei ſuſtinentes. Quando enim uel uitio principum, qui capiendi ſunt & tradendi babyloniſ: uel noſtra duricia perdiderimus ſermonem dei, aquaſqꝝ nō meruerimus habere utiles: tunc in dolore & penuria, noſtrum ſumemus cibum: & terra perdet multitudinem credentium: & ciuitates quæ in toto orbe intelliguntur eccleſiæ, deſolabuntur: & terra deſerta erit: ut omnes ſciant, quia offenſa ſit dñi. Quod quidē & in perſecutionis tempore intellige/re poſſumus. b ¶ Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis/quod eſt prouerbiū iſtud vobis in terra iſrael dicētiū ꝛc̄. Quod nos diximus: prouerbiū, iuxta Symmachum: omnes alij interpretes, parabolā, tranſtulerunt: quæ hebraice appellat מָשָׁל. Rurſum ubi a nobis æditum eſt: Neqꝝ erit diuinatio ambigua: uertere Lxx. Nec diuinans iuxta gratiam: pro quo omnes lubricum, interpretati ſunt: quod nos ambiguum diximus: ut decipientia audientes ſuos prophetarū uerba noſcamus. Eſt autē ſenſus omnis capituli hic: Supra ꝓphetauerat contra principem qui erat in hieruſalem: deinde populo famem & ardorem ſitis nunciauerat eſſe uenturū. Qđ multitudo nō credēs, uetus aſſumebat tritumqꝝ prouerbiū. In longum tēpus differtur cōminatio prophetarum: & omnis uiſio peribit, dū fruſtra cernitur: uel iuxta Symmachum διαπνεύσῃ, id eſt, in uentum & auram tenuem diſſoluetur. Dic ergo (inquit) eis, qđ nequaqꝝ mea comminatio differatur: nec diuinatio falſa atqꝝ ambigua proferatur in populos, quæ finem habeat incertum: ut alio dicaē tempore, alio impleatur: ſed nunc uiuēte te qui loqueris: & his qui audiunt, uerbum quod locutus ſum, complea tur. Significat autem uicinam captiuitatem urbis hieruſalē: & Sedechiam cum populo Iuda iamiamqꝝ capiendum. Non ſolum autem illo tempore, ſed uſqꝝ hodie uulgus incredulum & dura corda mortalium prophetiam dei non recipit: ſed omnia quæ prophetæ comminantur, quæ prædicat euangelium, in aliud tempus exiſtimant differendū. Sciamuſqꝝ

quia ego dñs: qñ diſperſero illos in gētibus: & diſſemi/nauero eos in terras. Et relinquā ex eis uiros paucos a gladio, & fame, & peſtilentia: ut narrēt oia ſcelera eorū in gentib⁹ ad quas ingredient: & ſcient quia ego dñs.

a HEB. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede: & aquam tuam in feſtinatione & mœrore bibe. Et dic ad populū terræ: Hæc dicit dominus deus ad eos qui habitant hieruſalem in terra iſrael: Panem ſuū in ſollicitudine comedent: & aquam ſuam in deſolatione bibēt: ut deſoleē terra a multitudine ſua propter iniquitatē omniū qui habitant in ea. Et ciuitates quæ nunc habitant, deſolatæ erunt: terraqꝝ deſerta: & ſcietis quia ego dñs.

SEP. Et factus eſt ſermo dñi ad me dicens: Fili hominis, panē tuū cū dolore comedes: & aquam tuam cū torméto & anguſtia bibes. Et dices ad populum terræ: hæc dicit adonai dominus habitatorib⁹ hieruſalem ſuper terram iſrael: Panes ſuos cū egeſtate comedent: & aquā ſuā cū diſſipatione bibēt: ut diſſipetur terra & plenitudo ei⁹. In impietate enim omnes qui habitant in ea: & ciuitates eorū quæ habitant in deſolationē erunt: & terra diſſipabitur, & cognoſcetis quia ego ſum dñs.

b Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis: quod eſt prouerbium iſtud uobis in terra iſrael dicentium: In longum differentur dies: & peribit omnis uiſio? Ideo dic ad eos: hæc dicit dominus deus: Quieſcere faciam prouerbium iſtud: neqꝝ uulgo dicet ultra in iſrael. Et loquere ad eos, quod appropinquauerint dies & ſermo omnis uiſionis. Non enim erit ultra omnis uiſio caſſa: neqꝝ diuinatio ambigua in medio filiorum iſrael. Quia ego dominus loquar, quodcūqꝝ locutus fuero uerbum, & fiet. Non prolongabitur amplius: ſed in diebus ueſtris domus exaſperans loquar uerbū: & faciam illud dicit dñs deus. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis, ecce domus iſrael dicentium: uiſio quā hic uidet in dies multos: & in tempora longa iſte ꝓphetat. Propterea dic ad eos: hæc dicit dñs deus: Non prolongabit ultra oīs ſermo meus: uerbum quod locutus fuero, cōplebit: dicit dñs deus.

Tropo.

Cañ. 2. Treno. 2. Co. 5.

Anago.

Amos. 8. d

E hic parabolam,quæ a Lxx.ponit accipi ꝓ prouerbio: iuxta illud quod in psalmo legimus: Et factus sum eis in parabolam. Et in hoc eodem propheta: Quid est uobis parabola ista in populo israel,dicentium: Patres comederunt uuam acerbam:& dentes filiorum obstupuerunt? Manifesta perstringimus, ut in obscurioribus immoremur. G

Ps.68.c Infra.18.a

Commentarij tertij in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

VEllem,si fieri posset Eustochium, explanationes in Ezechielem per singulos libros ꝓprijs texere ꝓphetijs:& qđ uaticinatione cõiunctũ est,nequaq; expositiõe diuidere:ut facilior esset cursus dictãtis pariter & legẽtis: longũq; & imẽsum interpretationis iter,certis spacijs separare:ut q̃si titulis & indicib⁹:& ut ꝓpri⁹ loquar,argumẽtis ostẽderẽ,quid libri singuli cõtinerẽt. Sed qd faciã,cũ aliæ ꝓphetiæ breues sint,aliæ longæ: ut sæpe necessitate cogamur:& plures in unũ librũ coartare:& unã in multos diuidere? Vnde & nunc cõtra ꝓphetas & pphetias ad seniores q̃q; ppli israel, & ad terrã sup quã inducunt q̃tuor plagæ pessimæ:& de ligno uitis:qđ cũ fuerit abscisum,inutile est inter oĩa ligna syluarũ:catalogum etiã uitiorũ hierusalem uolum⁹ quarto libro cõprehendere. Quem quia unius uoluminis non patitur angustia, alterã partẽ eius quinto uolumini reseruamus:prudentissimi lectoris sollicitudinem præmonentes:ut sciat quid nobis in hoc explanandum,& quid sibi legendum sit.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM LIBER QVARTVS.

Et fact⁹ est ꝛc.q̃ ꝓphetãt:ꝛ dices ꝓphetãtib⁹ de corde suo ꝛc.Hoc qđ nos posuim⁹: Qui ꝓphetant: & dices ꝓphetãtib⁹ de corde suo,omisere Lxx.& ꝓ eo qđ non habet in hebræo, addiderũt: & ꝓphetabis & dices ad eos. Est aũt sermo contra pseudoprophetas, qui decipiebãt ppl̃m: & cõtra dei mandata, aliud ꝓphetabãt. Nec quẽpiã moueat, q ꝓphetæ appellant. Hãc eĩ habet sancta scriptura cõsuetudinẽ, ut unumquẽq; uaticinationis suæ & sermonis ꝓphetã nũcupet: sicut ꝓphetæ appellant Baal: & ꝓphetæ idolorũ, & ꝓphetæ cõfusionis. Vnde & apls Paulus poetã græcũ, ꝓphetã uocat: Dixit quidã ꝓprius eorũ ꝓphetã: Cretẽses semp mẽdaces, malæ bestiæ, uẽtres pigri. Et in Osee legim⁹: Sicut ꝓpheta insaniẽs hõ portans spm̃. Quicquid autẽ eo tpe israelitico ppl̃o dicebat, hoc nunc referẽ ad ecclesiam: ut ꝓphetæ sancti sint apli & aplici uiri. Prophetæ autẽ mẽdaces atq; furiosi, oẽs hæretici: q̃rũ principes ex suo corde cõfingant:qui aũt ab eis seducti sunt,aliorũ mẽdacijs acqescãt. b Hec ꝓphẽt ꝛc. Lxx. Hęc bis q̃ ꝓphetãt de corde suo:ꝛ oĩno nõ vidẽt: Relinquẽtes illud qđ a nobis ꝓpositũ est, q̃ sequũt spm̃ suũ. Cũ ꝓphetarũ nomẽ scđm regulã scripturarũ bonis malisq; cõmune sit:in eo differũt, q boni ꝓphetæ esse dicunt sapiẽtes:mali autem stulti & insipiẽtes. Quorũ alterũ refertur ad ecclesiasticos uiros, alterũ ad omnes hæreticos:qui dei spiritũ relinquẽtes,sequunt spiritum suũ:quia nequaq; diuino instinctu,sed ꝓprio corde uaticinant:unde & nihil uidẽt. Qui autẽ sapiẽs est:nõ cordis sui cogitationes,sed dei spm̃ sequit:iuxta illud qđ & in superioribus animalia & rotæ spm̃ dei sequebant. Et ꝓpheta dicit: Post dñm deũ tuũ ambulabis. Et in alio loco: Deduc me in semitã rectam. Et iterũ: Spũs tuus bon⁹ ipse deducet me in terrã. Et ppl̃o dei, columna ignis & nubes erat dux in solitudine. Et Hieremias loquit: Non laboraui sequens te. Quis autẽ hæreticorũ qui sequit spiritũ suũ,nõ impingat in tenebris;& cæcus cæcos ducat in foueam? Vnde licet sibi in mysterijs, imo orgijs suis plura ecclesiasticis doctorib⁹ uidere uideantur: tñ nihil omnino uidẽt: qa solẽ iusticiæ perdiderunt:frustraq; imitant eos qui prius uocabant uidẽtes: & quib⁹ dicit: Qui uides,uade:recede in terram Iuda: & in Bethel nõ ꝓphetabis. Quãobrem uisio Esaiæ & Abdiæ ponunt in titulis. Et dñs Aplis præcepit: Leuate oculos uestros & uidete. Et ꝓpheta suppliciter deprecat: Reuela oculos meos: & consyderabo mirabilia de lege tua.

Titũ.1.c Osee.9.b ps.118.c Ps.68.c Amos.7.a Ioh.4.a Ps.118.c Num.16.g Hiere.7.c Exo.32.c Hiere.27.b

F

a Et factus est sermo domini ad me dicens:Fili hominis,uaticinare ad prophetas israel qui prophetant: & dices prophetantibus de corde suo:Audite uerbum domini: Hæc dicit dominus deus:

b HEB. Væ ꝓphẽtis insipientibus, qui sequunt spiritũ suũ & nihil uident. c Quasi uulpes in desertis prophetæ tui israel erunt. Nõ ascendistis ex aduerso:neq; oppositis murũ pro domo israel: ut staretis in prælio in die

SEP. Væ his qui prophetant de corde suo:& omnino non uident. Sicut uulpes in desertis prophetæ tui israel. Non steterũt in firmamẽto & congregauerunt greges super domum israel. Non resurrexerũt qui dicunt:

c Quasi uulpes in desertis ꝓphętę tui israel ꝛc. Dicamus primum iuxta hebraicũ. Prophetæ israel uulpiũ similes sunt: q̃tidie domesticarũ auiũ furta faciẽtes: q habitãt iuxta Aquilã & Lxx.in desertis: iuxta Symmachum & Theodotionẽ,in parietinis atq; ruinosis:q nõ pñt ascẽdere ex aduerso:neq; murũ ꝓ domo israel opponere. Legim⁹ Aaron aduersum ignẽ israelis populũ deuorantẽ occurrisse & stetisse medium: & opposuisse murũ pro salute ppli. Hieremiæ q̃q; dicit, ne occurrat dño: neq; stet cõtra irã ei⁹ oronis pseuerãtia. Sicut eĩ murus hosti opponitur,& aduersario occurri solet ex aduerso cõtraq; ueniẽti:ita dei sentẽtia sctõrũ precib⁹ frangit. Vñ & Moysi dicit: Dimitte me,& delebo ppl̃m istum. Cui eĩ dicit: Dimitte me,ostendit q tenendi habeat facultatẽ. Isti stare non pñt in prælio in die dñi:ut ꝓ ppl̃o precibus dimicẽt:& resistant obsecrationib⁹ sentẽtiæ dei. Quia igit uana cõspiciũt & diuinãt mẽdaciũ:& a dño missos esse se dicũt, cũ nõ sint missi ab eo:& pseuerãt in errorib⁹: & suũ cupiũt firmare sermonẽ:arguunt q oĩa sint cassa quæ prædicãt, suũ mẽdaciũ dñi sermonem esse dicẽtes. Porro iuxta Lxx. hic sensus est: Oẽs hæretici ꝓpter fraudulentiã ac nequitiã uulpiũ similes sunt:

Matth.8.c Luc.13.g A Cañ.2.d sunt:de quib⁹ saluator loquit̃:Vulpes foueas habent:& uolucres cœli nidos. Et de Herode scriptū ē:Dicite uulpi huic: Et de eisdē uulpib⁹ quæ puulos simplicesq; decipiūt:& populant̃ uineā christi,Salomon loquit̃:Capite nobis uulpes puulas dissipātes uineas. Et in psalmo sup̄ his q eorū fraudulētia supplātant̃ ca-

Ps.62.c nit̃:Introibūt in iferiora terræ,tradent̃ in manus gladij,ptes uulpiū erūt. Hi ꝓphetæ q uulpiū similes sūt:nō stetērūt in firmamēto: nec cū Petro audire merue-

Matth.16.c rūt:Tu es Petr⁹:& sup̄ hāc petrā ædificabo ecclesiā meā. Nec moysi similes sūt,cui dictū ē:

Deu.5.d Tu uero hic sta mecū. Nec illius q dicit:Statuit supra petrā pedes meos, sed fluctuauerūt oīi uēto doctrīæ. Nec steterūt in firmamēto:De q̄ in octauodecio psalmo legim⁹: Cœli enarrāt gloriam dei: & opa manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Isti cōgregauerūt irrationabiles quosq; : & propter nimiam innocentiam pecudū similes,contra domū dei.

B Vnde nunc dicitur:Et congregauerunt greges super domū israel: neq; surrexerūt ipsi,nec alios suscitare potuerunt:sed quæcūq; egerunt & agūt,plena mēdacijs sunt. Quodq; sequitur:Et cœperunt suscitare sermonem:illud significat, qđ uelint quidē consurgere & se ad excelsa sustollere:sed qđ cupiant implere non possint. Dicituq; eis:Nōne uisionem falsam uidistis:& diuinatiōes uanas locuti estis:? Quodq; sequit̃:Et dicebatis dicit dñs, & ego nō sum locut⁹:in Lxx.nō habet̃.

a C Propterea hęc dicit dñs de⁹: quia locuti estis uana ⁊c. Sub prophetarū psona,sermo contra hæreticos est: qui loquunt̃ uana & uidēt mendaciū, & pseuerant suā firmare doctrinā: qđ ipse dñs

HEB. in die domini. Vident uana,& diuināt mendaciū: dicentes, ait dominus:cum dominus nō misit eos :& perseueraue-

Matth.16.c runt confirmare sermonē. Nunquid non uisionem cassam uidistis,& diuinationem mendacem locuti estis:? & dicitis, ait dominus,cum ego non sim locutus. Prōpterea hæc dicit

a dñs de⁹:Quia locuti estis uana & uidistis mēdaciū: ideo ecce ego ad uos, ait dñs de⁹. Et erit man⁹ mea super ꝓphetas qui uident uana & diuinant mendaciū. In concilio populi mei non erunt: & in scriptura domus israel non scribentur:nec in terram israel ingredientur: & scietis quia

b ego dominus deus. Eō qđ decœperint ppl'm meū dicētes:pax,& non est pax. Et ipse ædificabat parietē: illi aūt liniebāt eū luto absq; paleis. Dic ad eos qui liniūt absq; tēperatura qđ casurus sit. Erit em̄ imber inundans: & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & uentum procellæ dissipantem. Si quidem & ecce cecidit paries. Nunquid nō dicet̃ uobis ubi est litura quā linistis:?

SEP. dicūt in die dñi:uidētes mēdacia, diuinātes uana: qui dicunt,dicit dominus : & dominus non misit eos:& cœperūt suscitare sermonem. Nonne uisionem falsam uidistis: & diuinationes uanas locuti estis:? Et dicebatis,dicit dominus :& ego non sum locutus. Ideo dic: Hæc dicit adonai dominus. Quoniam uerba uestra mendacia & diuinationes uestræ uanæ: idcirco ecce ego sup uos dicit dominus deus: Et extēdam manum meā super prophetas qui uident mendacium & qui loquuntur uana. In disciplina populi mei non erunt, nec in scriptura domus israel scribentur:& in terram israel non intrabunt: & scient quia ego adonai dñs. Qm̄ deceperūt populum meum dicētes:pax pax,& nō erat pax: & iste ædificabat parietē & isti liniunt eū stultitia. Dic ad eos qui liniūt stultitia,cadet. Erit pluuia inundās: & dabo lapides magnos in iuncturas eorum,& cadēt. Et spūs auferēs: & dissipabit̃. Et ecce cecidit paries:& nō dicēt ad uos ubi ē litura uestra quā linistis:?

Propterea

lerūt:in disciplina siue in correptiōe populi mei nō erūt. Alia em̄ aduersariorū,alia filiorū correptio est. Vñ & Hieremias: Corripe,inqt,nos dñe:uerūtamē in iudicio & nō in furore: ut nequaq; paucos nos facias. Effunde furorē tuū sup̄ gētes quæ te ignorauerūt:& sup̄ regna quæ nomē tuū nō inuocauerūt. b C Eo qđ de ceperint ppl'm meū dicētes ⁊c. Prophetæ isrl' q nō erūt in cōcilio populi dei,nec scribētur in scriptura dom⁹ isrl': nec terrā repromissiōis itrabūt:ideo ista patiētur,qa decœperūt populū meū : pro rigore pœnitētiæ & cōuersionis iniuria, pacē eis & ꝓspa nūciātes:scđm illud qđ alibi dicit̃:Pax pax : ubi est pax:? Deus itaq; metaphorice ædificabat eis p̄ legis mādata sct̄ōq; ꝓphetarū eloqa & cōminationes maceriā. Hoc em̄ uerbū hebraicū significat חֵרֵץ : ut oēm ab illis incursionē bestiarū & hostilē ipetū submoueret: dum cōuersi ad deū, hoc quasi muro & pariete firmissimo cingerēt̃. Pseudo uero ꝓphetæ,nō semel sed frequēter pollicebant̃ eis pacē:hoc em̄ repetitus pacis sermo significat. Ipsūq; parietē q ī se quētib⁹ קִיר appellat̃ liniebāt pseudo ꝓphetæ absq; tēperamēto, ut iterpretat⁹ est Symmach⁹:hoc est puro luto,& qđ paleas nō haberet,ut nec p̄bere posset aliquā fortitudinē. Vt ỹo Lxx.& Theodotio, liniūt eū stulticia: Aqla aūt ỹbū hebraicū הַבֵּל interpretatus est ἀνάλω, qđ significat absq; sale:de trāslatiōe trāsiēs ad aliā trāslationē: ut quō cibus absq; sale nullū habet saporē: ita & lutū absq; paleis qb⁹ firmat̃ & stringit̃:nihil roboris possit præbere parieti. Dic,inqt, ad eos q illis uana ꝓmittūt,& cassum pollicēt̃ auxiliū: qđ casur⁹ sit iste paries & hæc maceria: & imittā imbrē uehemētissimū,hostes uidelicet seuissimos. Babylonios aūt chaldæosq; significat:& eos dē lapides grādinis desup̄ irruētes:oīa p̄ metaphorā:q̄ instabilē maceriā subit⁹ turbo subuertat & subruat:& postea dicat̃ eis.i. pseudo ꝓphetis:ubi est litura quā leuistis:& ubi est qđ polliciti estis auxiliū? Quicqd aūt de pseudoprophetis diximus,& ad hæreticos referri pōt:qđ oīa eor⁹ dei ira figmēta soluāt̃,& ædificatio pessimor⁹ dogmatū,q̄ spūssancti nō habet cōdimētū corruat:& usq; ad fundamēta & puluerem

C Hiere.10.d

Ibi.8.d

D

Hiere.17.b

 dilabatur

SEP. & ſuffodient lupanar tuũ: & deſtruẽt baſim tuã: & nudabunt te ueſtimẽtis tuis: & tollent uaſa gloriationis tuæ: & derelinquẽt te nudã & plenã ignominiæ: & adducent ſuper te multitudinẽ: & lapidabũt te lapidib⁹: & truncabunt te gladijs ſuis. Et ſuccẽdẽt domos tuas igni: & faciẽt in te ultiones corã mulieribus plurimis: & auertam te a fornicatione: & mercedes ultra non dabis: & immittam furorẽ meũ ſuper te: & auferet ẓelus meus a te, & requieſcam: & nõ ero ultra ſollicitus: quia non es recordata diei infantiæ tuæ: & contriſtabas me in his omnibus. Et ecce ego uias tuas in caput tuũ dabo dicit adonai dominus: & ſic feciſti iniquitatẽ ſup cunctis iniquitatib⁹ tuis.

Hæc ſunt oĩa quæ dixerũt cõtra te in parabola dicentes: Sicut mater, & filia. Filia matris tuæ tu es, quæ repulit uirum ſuũ, & filios ſuos: & ſoror es ſororum tuarum quæ reppulerunt uiros ſuos, & filios ſuos.

Mater ueſtra

Tropo.

Matth. 25. b

Ibi. 6. a
ꝑs. 7. c
3. Reg. 8. d
Luc. 12. a
1. Co. 4. d
Oſee. 7. a
Rom. 2. c

Ephe. 4. c

Amos. 6. a

A trāſcēdant. a ¶ Pater via hethęi & pr̄ veſter amorr̄ę⁹ ⁊c̄. Sup̄ dixerat: Pater tuus amorræus, & mater tua cethæa, hic ordine & numero cōmutato: Mater ueſtra cethæa, & pater ueſter amorræus. Cum enim ſcelera profecerint, ſcindunt in partes: & unione deſerta, in turbam proficiunt ac multitudinē: quæ cum Ieſu nō ualet ad montana conſcendere. Sorores autē hieruſalē ſamariā & ſodomā: quarū altera a ſiniſtris, altera a dextris eſt: etiā ſcd̄m intelligētiā corporalē ſi de templo hieruſalē orientē aſpicias, approbabis. Maiorq; dicit̄ ſamaria qa prior peccauit, & ab aſſyrijs ducta eſt in captiuitatē: & minor ac iunior ſodoma, quæ referēt ad gentium turbā. Alioquin eo tēpore ſodoma non erat: quæ prius q̄ in ſcripturis legam⁹ hieruſalem, cū gomorra, adama, & ſeboim, diuino fuerat igne deleta. Media autem inter duas ſorores hieruſalem: quæ alio nomine appellat̄ Iuda, a Chaldæis ducta eſt in babylonem: multoq; hieruſalem ſceleratiora peccauit q̄ ſamaria & ſodoma, in tēplo adorās idolum ęli: & poſtea dei filium interficiēs.

B Tropo. Porro ſcd̄m Tropologiam, ſamaria & ſodoma. i. hæretici & ethnici, ſæpe leuiora cōmittunt, q̄ hi qui putant̄ hieruſalē, hoc eſt, eccleſiaſtici. Vñ ad Corinthios dicit̄: Qui credebant quidē in Chriſtum, ſed malis operibus præmebant̄: Omnino audit̄ inter uos fornicatio; & talis fornicatio qualis nec inter gentes quidē: ita ut uxorē patris quis habeat, & cætera. Solent hæretici, qui tamē uetus ſuſcipiūt inſtrumentū, tres naturas ex hoc loco intelligere: ſpiritualē, animalē, atq; terrenam: Et ſpiritualē referunt ad hieruſalē: animalē, ad ſamariam: terrenā, ad ſodomā. Quos breuiter iterrogem⁹, quō tres naturæ, ſpiritualis, animalis, & terrena: quæ utiq; inter ſe diuerſæ ſunt, unam matrē & unum patrē habere dicant̄: q̄ figmēto eorū nō congruit. Et quō aialis & terrena natura, iuxta hunc eundē, pphetā reſtituant̄ in antiquū ſtatū, id eſt in ſpiritualē: q̄d & ipſum eorū rationib⁹ cōtrariū eſt. Q2 autē ſamaria intelligat̄ in hæreſibus: & in Oſee, ppheta & in multis alijs locis, præcipueq; illo teſtimonio cōprobat̄: Væ qui deſpiciūt ſion: & qui cōfidunt in monte ſamariæ: uinde miauerunt principia gentiū. Omnes em̄ hæretici deſpiciunt ſion, quæ interpretat̄, ſpecula, & referēt ad eccleſiam: & confidunt ſibi in monte ſamariæ: in ſuperbia uidelicet dogmatū peruerſorū, quæ putant eſſe ſublimia: & per has prædicationes fraudulentas, uindemiant atq; populant̄ principia gentium: ut miraculo doctrinarū, potētes quoſq; gentilium ad errorē hæreticū pertrahant. b ¶ Viuo ego ⁊c̄. Q̄d poſuere Lxx. hoc habebat ipſa & filiæ eius, in hebraico nō habet̄. In ueteri teſtamento, dei iuramentū eſt: Viuo ego dicit dñs. In nouo autē: Amē amē dico uobis. Sin aūt hoc cōe cū cæteris eſt: Deus Abrahā, deus Iſaac, & deus Iacob: nō eſt de⁹ mortuorū, ſed uiuentiū: Et in alio ſoco: Placebo dño in regione uiuētiū: quærim⁹, quā rōne cōmune uocabulum, pprie ſibi uēdicet de⁹. Sed quō dicit̄: arbor bona, & bon⁹ hō, & bon⁹ paſtor, & bon⁹ ſeruus: nemo autē abſolute bon⁹, niſi ſolus deus: ſic cū angeli cæteræq; uirtutes, patriarchæ q̄q; & pphetæ, atq; apli ſint uiuentes, cōparatione dei oīpotētis, mortui appellantur. Quis eſt enim hō q̄ uiuit, & non uidebit mortē? Vnde & aplus Paulus de deo: Q̄ui ſolus inquit habet immortalitatē, & lucē habitat inacceſſibilē. Et de fonte uiuētiū: Vita inquit nr̄a abſcōdita ē cū Chriſto in deo. Iſte igit̄ q̄ iurat & loquit̄: Viuo ego dicit dñs, deſcribens ſodomæ & filiarū ei⁹ ſcelera, primā ſuperbiā poſuit; ppriū diaboli: primūq; peccatū. Vñ idem Aplus: Ne inflat⁹ ait ſuperbia in iudiciū incidat diaboli: ppr̄ quā de cœlo corruit. Dixerat enim: Fortitudine faciā: & ſapiētia intelligētiæ auferam terminos gētiū: & robur earū deuaſtabo: & cōmouebo ciuitates habitatas: & orbē terrarū totū apprehendā manu ſicuti nidum: & ſicut cōfracta oua auferam. Et ſuperbis deus reſiſtit: humilib⁹ autē dat gratiā. Legim⁹ & in alio loco: Q̄uid ſuperbis terra & cinis? Et euāgeliū refert phariſæi ſuperbiā, publicani humilitate ſuperatā: cui⁹ ſeminariū, eſt ſaturitas panum, & rerū oīm abundantia & ociū: Siue ut Lxx. tranſtulerunt: delitiarū luxuriæq; opulentia. Diues ille in euangelio purpurat⁹, nihil aliud referēt habuiſſe criminis: niſi q̄ opib⁹ & diuitijs affluēs, in tantā eruperat ſuperbiā: ut manū ægenō & pauperi Laçaro nō porrigeret: & ſic oblitus ſit cōditionis ſuæ: ut ne hoc q̄dē miſero daret, q̄d̄ pſciendū erat. Ob quā cauſam & in alio loco ſcribit̄: Q̄is q̄ ſe exaltat, humiliabit̄: & q̄ ſe humiliat, exaltabit̄. Superbia, ſaturitas panis, rerū oīm abundātia, ociū & deliciæ, pctm̄ ſodomiticū ē: & ppter hoc ſequit̄ dei obliuio: quæ præſentia bona putat eſſe perpetua: & nunq; ſibi neceſſarijs indigēdū. Quapropter & lege præcipitur: Attēde ne comedēs & bibēs & ſaturatus, ædificatis domib⁹ optimis: habēſq; oues & boues, argētū & aurū, obliuiſcaris dñi dei tui. Et in alio loco de iſrl̄ ſcriptū eſt: Manducauit & bibit, & ſaturat⁹ eſt, & impinguat⁹: & calcitrauit dilect⁹. Q̄d ſciēs & ſapiētiſſim⁹ oīm Salomō in Prouerbijs deprecat̄: Tribue mihi neceſſaria & quæ ſufficiāt: ne ſaturat⁹ mendax fiam & dicā: Quis me uidebit? aut paup effectus, furer;

a HEB. Mater ueſtra hethæa & pater ueſter amorræus: & ſoror tua maior ſamaria, ipſa & filiæ ei⁹ quæ habitant ad ſiniſtram tuam. Soror autē tua minor te, quæ habitat a dextris tuis ſodoma & filiæ eius. Sed nec in uijs earum ambulaſti, neq; ſcd̄m ſcelera earū feciſti: paulo minus pene ſceleratiora feciſti illis in b omnibus uijs tuis. Viuō ego dicit dominus: quia nō fecit ſodoma ſoror tua ipſa & filiæ eius: ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas ſodomæ ſororis tuæ: ſuperbia, ſaturitas panis: & abundantia, & ocium ipſius & filiarum eius: & manum ægeno & pauperi nō porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me: & abſtuli eas ſicut uidiſti. Et ſamaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: ſed uiciſti eam ſceleribus tuis: & ſEP. Mater ueſtra chettæa & pater ueſter amorræus: ſoror ueſtra ſenior ſamaria, hæc & filiæ ei⁹ quæ habitant a ſiniſtris tuis: & ſoror tua iunior te, quæ habitat a dextris tuis, ſodoma & filiæ eius: & nec ſic quidē in uijs ei⁹ ambulaſti: neq; ſcd̄m iniquitates illi⁹ egiſti: paulo minus & trāſgreſſa es eas in oīb⁹ uijs tuis. Viuo ego dicit adonai dñs: ſi fecit ſodoma ſoror tua, hæc & filiæ eius, ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. Verūtm̄ fuit iniqtas ſodomæ ſororis tuæ ſupbia in ſaturitate panum: & in abūdātia. Delitijs affluebat ipſa & filiæ eius: hoc habebat ipa & filiæ ei⁹: & manū paupis & ægeni nō aſſumebāt: & gloriabant̄ magnifice: & fecerūt iniqtates in conſpectu meo: & abſtuli eas ſicut uidiſti. Et ſamaria dimidiū pctōrū tuorū nō peccauit: & multiplicaſti iniqtates tuas ſup eas.

C Nu.14.d Iob.13.b Mar.12.c pſ.114.b

Lu.18.d

pſ.88.g

1.Timo.6.c

Ibidem.3.b

D

Eſa.10.c

Iacobi.4.b

Eccl.10.b Luc.18.b

Ibi.16.c

Ibi.14.c

Deu.8.b

Ibi.32.b

Pro.30.b

1.Co.5.a

Amos.6.a

furer,& peierē nomē dei mei. Qđ ꝙ sequiē: Et iustificasti sorores tuas in cūctis abominationib⁹ tuis,q̄s operata es: nō simpliciter iustas Sodomā & Samariā eē decernit,sed cōparatione deteriorū: quō & publican⁹ (de q̄ supra dixim⁹) nō absolute iustus dicit̄,sed collatione peioris. Et tamē cū tales sint Sodoma & Samaria, ne dimidiū quidē peccauerūt cōparatione hierusalem. Seruus ēm qui scit uoluntatē domini sui & non facit eam, uapulabit multis. Et: Potētes potēter tormēta patient̄. Porro qđ pro delitijs,ociū in hebraico cōtinetur: sciendū ad illū sensum pertinere: In desyderijs est oīs anima ociosi: ꝙ uidelicet semp aliquid agendum sit: ne animi pectoris nostri cessante manu,malarū cogitationū sentibus occupetur. a ¶ Ergo & tu porta ꝓfusionē tuā &c. Secunda post naufragium tabula est: cum peccaueris, erubescere: & non illi subiacere increpationi, quæ contra hierusalē dicit̄: Facies meretricis facta ē tibi: nescis erubescere. Portat autem tormentum suum, qui ꝓpria torquet̄ cōscientia: & in isto sæculo sustinet ꝓpria uoluntate cruciatum, ne æterna tormenta sustineat. Corrūpimusq̄ fratres nostros uel sorores peccatis nostris,q̄ñ ꝑ nostra peccata ad maiora scelera ꝓuocañ. Qđ dico, ita fiet manifestius:

Finge aliquē in sacerdotali culmine cōstitutū nō bñ uiuere: & deturpare operibus dignitatē: Nonne imitatione uitiorū eius,laicus frater corrumpit̄? Nam & qui unū de minimis scandaliçauerit,mola collo alligata, præcipitat̄ in ꝓfundū. Sorores quoq; hierusalē sodoma & samaria iustificant̄: nō quo per se iustæ sint,sed ut diximus comparatione peioris. b ¶ Ergo & tu cōfundere & porta ignominiā tuā &c. Confusionē sequit̄ ignominia: ignominiā,correptio: correptionē, consolatio: consolationē,salus: iuxta illud Apī: Tribulatio operat̄ patientiā: patiētia,ꝓbationē: ꝓbatio,spem: spes autē non cōfundit. Haud dubiū quin in futurū: quia in præsentiarū,sua ꝑ confusionē pctā deleuit. Tale quid & illud euangelij sonat: Est cōfusio quæ ducit ad mortem: & est cōfusio quæ ducit ad uitā. Spūs q̄q; sanctus pctōres hortat̄ in psalmis: Cōfundant̄ & reuereant̄ oīes inimici mei: cōuertant̄ retrorsum,& cōfundant̄ ualde uelociter. Scriptum est & in alio loco: Dic tu primū pctā tua, ut iustificeris. Et rursum: Iustus accusator sui est in principio sermonis. Nō igit̄ mirū si prouocet̄ hierusalē ad confusionē & ignominiam: quæ in tantū peccauit,ut iustificaret sorores suas: cui deinceps dicitur: Et tu & filiæ tuæ reuertimini in antiquū statū. c ¶ Et cōuertā restituēs eas &c. Grandis profectus hierusalem: ut post cōfusionē & ignominiā,quā illatā sibi dei iudicio liberter excepit atq; portauit, dicēs: Iram dñi sustinebo, quoniā peccaui ei: promittat̄ ei restitutio in antiquū statum. Sed tñ q̄m cōparatione scelerū eius,iustificata est sodoma & samaria: quarū altera a dextris, altera a sinistris est: Primum restituitur cōuersio siue captiuitas sodomæ, ut interpretatus est Aquila. Sedo captiuitas samariæ: ut idem Aquilā & Symmachus transtulerunt: & nouissima restituetur hierusalem: quæ maiore fuerat iniquitate depressa: & peccatrices sorores cōparatione sui iustas esse mōstrauerat. Cui ēm dubiū, quin inter tres peccatores, immo impios, gentilē, hæreticum, eccleſiasticū, multo maiorib⁹ pœnis dignus sit, qui maioris fuerit dignitatis? Potentes ēm (ut dixim⁹) potenter tormenta patientur. Qui autē minimus fuerit, dign⁹ est misericordia. Et seruus qui scit uoluntatē dñi sui, & nō facit eam, uapulabit multis. Vnde & Petrus: Tēpus inquit, est, ut incipiat iudiciū a domo dñi. Et in hoc eodē ꝓpheta præcipit̄ secures habentibus: Asanctis meis incipite: ut extrema hierusalē, sororibus ante cōuersis & restitutis in pristinum statū, portet ignominiam suam: & confundatur & erubescat super his quæ peccauerat: & in omnib⁹ consolet̄ sorores suas, dū grauiora sustinet. Vel certe ideo cōfundat̄ & erubescat: quia deum ad iracundiā prouocarit. Ex q̄ perspicuū est, nō esse naturalē iram dei: sed nīis uitijs clarissimētissimū & mansuetissimū deū ad iracundiam ꝓuocari, dicente Apō: An diuitias bonitatis eius,& sustentationis,& patientiæ contemnis: ignorans quia bonitas dei ad pœnitentiā te prouocat? Sedm duriciā autē tuam & impœnitens cor, thesauriças tibi iram: quā deus naturaliter nō habet. Vnde & in alio loco scriptū est: Emisisti iram tuā quæ deuorauit eos sicut stipulā. Qđ ēm cōiunctū est, & in uno corpore copulatum, mitti nō potest: sed illud qđ extra corpus est. Verbi gratia: lancea, telum, sagitta, gladius. Legimus & in euangelio: Tolerabilius fore terræ sodomorū in die iudicij, ꝙm ei quæ apostolos non receperit. d ¶ Et sozor tua sodoma &c. Iudæi inter cæteras fabulas & interminabiles genealogias, & delyramenta quæ fingunt: etiā hoc somniant: in aduentu Christi sui, quē nos antichristū scimus: & in mille annorū regno, sodomā restituendā in antiquū statū: ita ut sit quasi paradisus dei & quasi terra ægypti: & samariā pristinā recipere fœlicitatē: ut de assyrijs reuertant̄ in terrā Iudæam. Legimus ēm decē tribus captas a Phul, & Salmanassar, & Teglathphalassar regib⁹ assyriorū: & usq; hodie ibi esse captiuas. Hierusalē q̄q; tunc esse fabricandā, & oīes filias eius, urbes uidelicet & uiculos & castella, quæ sub ipsius futura sint potestate: florituras ut prius floruerūt: & ipsam hierusalem auro & argēto, & preciosis lapidibus extruēdā: de qua & Esaias uaticinat̄: Constituam iudices tuos sicut prius: & cōsiliarios tuos sicut a principio: & post hæc uocaberis ciuitas iusticiæ, mater ciuitatū, fidelis sion: & nīra loquat̄ Apocalypsis: Et Dauid cantat: Bene fac dñe in bona uoluntate tua

Non fuit ab initio.

Luc.12.f
Sap.6.a
Gen.4.b
Hiere.3.b
Matth.18.a
Rom.5.a
Eccl.4.c
Ps.39.c
Esa.43.d
Pro.18.c
Rom.1.g
Exo.15.a
Matth.11.a
4.Reg.17.b
Esa.1.g
Apo.11.a
Ps.50

tua ſion:& ædificentᵉ muri hieruſalē. Et in alio loco: Edificabunt ciuitates Iudæ: & habitabunt & cōmorabuntᵉ ibi: & ſemē eorū in æternū dirigetᵉ. Nos aūt horū pfectā ſciētiā, dei iudicio relinquētes: īmo liquido cōfitētes, poſt ſecundū aduentum dñi ſaluatoris, nihil humile, nihil futurum eſſe terrenum, ſed regna cœleſtia quæ primum in euangelio promittuntur: hoc dicimus, q̄ in eccleſiæ ſtatu, cuncta cōpleta ſint, & quotidie compleanᵉ. Sodoma reuertitur in antiquum ſtatū: qñ naturæ ſuæ reddita gentilis prius & impia anima intelligit creatorē. Samaria recipit antiquā beatitudinē: hæretico/rum errore cōtempto, & iuncta doctrinæ: & fidei chriſtianæ. Cūq̄ illæ reuerſæ fuerint, & hieruſalē, uiſio pacis, quæ interpretatur eccleſia, reuertetur in priſtinum ſtatū. De qua ſcriptū eſt: Factus eſt in pace locus eius. Et: Hieruſalē quæ ædificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipſum. Et in Apoſtolo: Quæ autē ſurſum eſt hieruſalē, libera eſt: quæ eſt mater noſtra. Et in eodē: Acceſſiſtis ad ſion montē & ad ciuitatē dei uiuentis hieruſalem cœleſtem: & milia angelorū frequētium. Et reuertetᵉ cum filiabᵍ ſuis: quæ in toto orbe diſperſæ ſunt. De q̄ plenius in Eſaiæ explanationibus diſſeruimus. a ¶ Nō fuit autē ſodoma ſoror tua audita in ore tuo ꝛc. Symmachus hunc locum ita interpretatus eſt: Quia non fuit ſodoma ſoror tua in auditu p os tuū in die ſuperbiæ tuæ, añq̄ reuelaretur ignominia tua, ſicut in tpe opprobrij filiarū ſyriæ: & omniū quæ in circuitu tuo ſunt filiarū palæſtinarū, quæ te ambiūt p gyrū: Scelus tuū & nefas tuū tu portabis. Theodotio hoc modo: Et nō erat ſodoma ſoror tua in auditu oris tui, in die ſuperbiæ tuæ, anteq̄ reuelareᵉ malicia tua: ſicut tempus opprobrij filiarū ſyriæ, & oīm p circuitū eiᵍ filiarū alienigenarū quæ abominanᵉ te p gyrū. Fornicationē tuā, & cōtamīationes tuas tu portaſti, dicit adonai dñs. Editioni Aquilæ congruit noſtra tranſlatio. Quas oīes poſui: ut ex collatione cūctarū, alicuius ſenſus poſſimᵍ reperire ueſtigiū: & interim abſq̄ aliorū præiudicio: ſic nobis uideᵉ lectionis ordo reddendus. In dieᵇ ſuꝑbiæ tuæ qñ peccabas, nō es recordata euerſionis ſodomæ ſororis tuæ, anteq̄ pateret malicia tua: quæ hoc tēpore reuelata eſt intantū, ut cunctis urbibᵍ ſyriæ & palæſtinæ quæ in circuitu tuo ſunt, fieres opprobrium. Quia igiᵉ uiciſti in ſcelere ſororē tuā: nec eiᵍ exēplo territa es, ne ſimilia ſuſtineres & phiberes pedē tuū: nunc aūt reuelata eſt ignominia tua, dei auſculta ſentētiā. Vel porta iuxta Lxx. uel portaſti, iuxta Aquilam & Theodotionē: uel portatura es, iuxta Symmachū, ſcelus & ignominiā tuā: ut poſtq̄ pœnas, p ſacrilegio ſuſtinueris: ueniā non ex pacto tuo, ſed ex mea clæmentia conſequaris. Syria hebræo ſermone dicit אֲרָם: quæ interpretatᵉ, ſublimitas. Et iuxta explanationē illiᵍ loci Eſaiæ, pphetæ, in quo Aram & Ephraim cōſentiūt cōtra Iudam & hieruſalem, ethnicorū argūta ſapiētia: & quæ ſibi ſublimitatem ſcientiæ repromittat, iūcta malitiæ hæreticorū, impugnat Iudam, in q̄ uera cōfeſſio eſt: & non pōt prævalere. Hic quoq̄ eadē arrogantia ſyriæ, id eſt philoſophorū cū filiabᵍ alienigenarū, in quibᵍ multiplex diuerſorum in gētibus dogmatū error oſtendit; illudit hieruſalem: & opprobrio habet eam cuiᵍ uitijs ſuperata eſt: b ¶ Quia hęc dicit dominus deus ꝛc. Ideo tibi dixi: ſcelus tuum & ignominiam tuam tu porta ſiue portaſti, aut portatura es, ut reci/pias q̄ mereris: quia deſpexiſti iuramētum meum: & irritū feciſti pactū meū. Cum autē fuerit expletū: ego occidam, & ego uiuificabo: ego percutiam, & ego ſanabo: tunc recordabor pacti mei, q̄ olim tecum habui: & ſuſcitabo tibi pactum, nequaq̄ legis q̄ præteriit, ſed pactū euangelij ſempiternū: ut cū recordata fueris uiarū tuarū: & receperis ſorores tuas maiores uel minores ſamariam & ſodomā earūq̄ ſocias: tribuā tibi eas in filias ſiue in probationem: Oportet em̄ & hæreſes eſſe, ut, pbati quiq̄ manifeſti fiant: non ex tuo merito, ſed ex mea miſcḋia: & tunc ſcias q̄ ego ſim dñs: & recorderis beneficiorū meorū: & cōfundaris, & dicas iuxta Apoſtolū: Qui nō ſum dignus uocari apoſtolus: quia pſecutus ſum eccleſiam dei. Et nō ſit tibi ultra aperire os præ cōfuſione tua. Sanctorū em̄ eſt aperire os, iuxta Apoſtolū qui ait: Os meū ad uos patet o Corinthij: & dñi ſaluatoris, qui aperiens os ſuū, docebat eos, dicēs & in pſalmo: Aperiam (inquit) in parabolis os meū. Peccatori autē dicitur: Peccaſti, quieſce. Et: Vt quid tu aſſumis teſtamentū meū per os tuū? Et: Nō eſt pulchra laudatio in ore pctōris. Sanctuſq̄ mereᵉ audire: Aperi os tuū & implebo illud. Ex quo intelligimus, etiā cū per miſcḋiam dei receperimus priſtinam gloriā: īmo acceperimus pactū euāgelij ſempiternū: poſtq̄ placatus fuerit nobis dñs in omnibᵍ quæ fecimus,

SEP. ab initio. Niſi fuiſſet ſodoma ſoror tua ad audiendum in ore tuo in diebus ſuperbiæ tuæ anteq̄ reuelarentur maliciæ tuæ, ſicut nunc eſt filiarū ſyriæ: & niſi hoc fuiſſet, quid factū eſſet tibi: & oīm in circuitu tuo filiarū alienigenarū, quæ circūdant te p gyrū? Impietates tuas & iniquitates tuas tu porta. Hæc dicit adonai dñs: Et faciā in te ſicut feciſti: ſicut deſpexiſti hæc ut præterires teſtamentū meū. Et recordabor ego teſtamenti mei, q̄ feci tecū in diebᵍ adoleſcētiæ tuæ: & ſuſcitabo tibi teſtamentū ſempiternū: & recordaberis uiæ tuæ: & deſpicieris cū receperis ſorores tuas te maiores cū iuniorib⁹ tuis: & dabo eas tibi in probationē, & nō ex teſtamēto tuo: & ſuſcitabo ego teſtamentū meum tecū: & cognoſces, quia ego dñs: ut recorderis & cōfundaris: & non ſit tibi ultra aperire os a facie ignominiæ tuæ: cū propicius fuero tibi iuxta oīa quæ feciſti dicit dñs deus.

Et factus eſt

E memoriam præteriti nos habere peccati: & ſemper os claudere: quia non ex operibus noſtris, ſed ex dei gratia ſaluati ſumus.

Ca. XVII

Et factum eſt verbū dñi ad me dicēs ꝛc. Q̃n ꝓphetæ dicitur: Propone ænigma, narra parabolam: ſiue ut Lxx. trāſtulerūt: narra narrationē, & dic parabolā, oſtēdit obſcurū eſſe qđ dicit. Nulli em̃ dubium, & ænigma & parabolam aliud præferre in uerbis, aliud tenere in ſenſibus. Et ſaluator em̃ ad ppm̃ loquebat in parabolis, quas ſecreto apſis diſſerebat. Ergo ænigma & parabolam ita debemus intelligere: quaſi ænigma & parabolā. Quæ autem in præſenti Eçechielis ꝓphetia aquilæ ꝓponunt. De prima nunc dicēdum eſt: de altera in conſequētibus diſſeremus. Et interim ſimplicem carpamus hiſtoriam.

F Aquila grandis magnarum alarū, longo mēbroꝝ ductu, plena plumis & uarietate: ſiue ut uertere Lxx. plena unguiū, Nabuchodonoſor rex chaldæorum eſt: de q̃ & Oſee

Oſee. 8. a loquit: Quaſi aquila ſuper domum dei. Iſte multis imperās nationibus & innumerabili uallatus exercitu: uenit ſuper domum dei, haud dubiū quin templum ſignificet: ſiue ut nunc ſcriptura dicit ad libanū: de quo loquit

Zach. 11. a Zacharias: Aperi libane portas tuas: & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit cedrus: qm̃ magnifici uaſtati ſunt. Et crebro templū qđ erat inclytū atq; ſublime, in ſcripturis ſanctis libanus appellatur. Tulitq; medullā cedri, & ſummitatē frondium eius euellit: & trāſportauit eam in terrā chanaan: in urbe negociatorū poſuit illam. Pro negociatorib⁹ ſiue negociationib⁹: muratā Lxx. trāſtulerūt. Indicat aūt Iekoniā regem Iuda: quem cœpit Nabuchodonoſor cū matre ſua & principibus populi, cūctiſq; opib⁹ hieruſalē & uaſis templi: & trāſtulit in babylonē, quæ eſt in terra chanaan, ibiq; conſenuit. De cuius poſtea genere, ſicut Matthæi euāgeliſtæ ſcriptura teſtatur: Dñs & ſaluator nr̃ natus ē ꝑ Salathiel & Zorobabel. Qui ꝑ tulit de ſemente eiuſdē terræ. i. de ſtirpe regia, Mathaniam patruum Iekoniæ: cuius uertit nomē & uocauit eum Sedechiam: & poſuit regē in hieruſalē: multiſq; præfecit populis. Et tn̄ in ſuperficie poſuit illū: nec poteſtatē eiꝰ alta imperij radice firmauit: ſed poſuit eū ut reſpiceret, & ſub poteſtate eſſet babylonia, ſiue humili ſtatura, reſpiciētib⁹ ramis eiꝰ ad eam: ut præeſſet quidē ppīs iudæorū: ſed reſpiceret ad babylonij iubētis imperiū. Hoc eſt em̃ qđ ſcriptura dicit: Humili ſtatura, reſpiciētib⁹ ramis eiꝰ ad eam, ſubaudit aquilā. Qđ apertius uertere Lxx. ortūq; eſt quod plantatū fuerat: & factum eſt in uineam infirmā & paruulam: ut tantū apparerent rami eius: ut uideretur quidem habere regnū: ſed ipſum regnū eius humile atq; infirmū, babylonij principis regeretur arbitrio. Hoc interim de præſenti capitulo, cui ſubnectamus & reliqua.

b Et factum eſt adla ꝛc. Aquila ſecunda. i. altera, & ipſa magna, plena plumis, multorū unguiū, ꝓpter rapacitatē & uaſtationē gētium pluriū, rex ægypti eſt Pharao. Et ecce uinea iſta, ſubaudit rex Sedechias, qui a Nabuchodonoſor in hieruſalem fuerat cōſtitut⁹: cœpit (inquit) mittere propagines ſuas ad eā: id eſt ad regē ægyptiorū legatos dirigere: & ab eo cōtra regē cui ſubditus erat, auxiliū poſtulare. Hoc eſt em̃ qđ ſcriptura

Ca. XVII

Et factum eſt ſermo dñi ad me dicens: Fili hoīs, ꝓpone ænigma, narra parabolā ad domū iſrl̃, & dices: Hæc dicit dñs de⁹: Aquila grandis magnarū alarū, longo mēbrorū ductu, plena plumis & uarietate uenit ad libanū & tulit medullā cedri. Summitatē frondiū eiꝰ euellit: & trāſportauit eam in terrā chanaan: in urbe negociatorū poſuit illā. Et tulit de ſemine terræ: & poſuit illud in terrā pro ſemine: ut firmaret radices ſuper aq̃s multas: in ſupficie poſuit illud. Cunq; germinaſſet, creuit in uineam latiorem humili ſtatura: reſpicientibus ramis eius ad eam: & radices eiꝰ ſub illa erāt. Facta eſt ergo uinea: & fructificauit in palmites: & emiſit ꝓpagines. Et facta eſt b aquila altera grandis, magnis alis, multiſq; plumis. Et ecce uinea iſta q̃ſi mittens radices ſuas ad eam: palmites ſuos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis ſui. In terram bonam: ſuper aquas multas plantauit eam: ut faciat frondes, & portet fructum: & ſit in uineam grandem. Dic: Hæc dicit dominus deus: Ergo ne proſperabitur? Nonne radices eius euellet: & fructum eius diſtringet: & ſiccabit omnes palmites germinis eius, & areſcet: & non in brachio grandi: neq; in populis multis, ut euelleret eam radicitus? Ecce plantata eſt: ergo ne proſperabitur? Nonne cū tetigerit

Ca. XVII

Et factus eſt ſermo dñi ad me dicens: Fili hoīs, narra narrationē: & dic parabolam ad domū iſrael, & dices: Hæc dicit adonai dñs: Aquila magna, magnarū alarū, longo ductu, plena unguiū: quæ habet ductū intrandi in libanum. Et tulit electa cedri: ſummitates teneritudinis auellit: & attulit eas in terra chanaan. In ciuitate murata poſuit illud: & tulit de ſemine terræ: & dedit illud in campo plantationē ſuper aquas multas: ut reſpiceret, poſuit illud: ortūq; eſt & factū in uineam infirmā & paruulā magnitudine: ut tantū apparerent rami eius ſub ea: & radices illius ſubter illam erant. Et facta eſt in uineā magnā: & fecit ꝓpagines & extendit ramos ſuos. Et facta ē aquila altera grandis magnarū alarū, pluri/mis unguib⁹: & ecce uinea hæc implicata erat ad eā: & radices eius ad illā: & ramos ſuos extēdit ad illam ut irrigaret eam cū gleba plantationis ſuæ. In campo bono, ſuper aquam multam ipſa impinguata eſt: ut faceret germina & afferret fructū: & eſſet in uineā grandē. Propterea dic: Hæc dicit adonai dñs: Si diriget? nonne radices teneritudinis eiꝰ: & fructꝰ illiꝰ cōputreſcet: & areſcent oīa quæ ex ea orta ſunt? Et nō in brachio magno, neq; in ppīo mīto: ut euellat eam a radicibus ſuis: & ecce impinguat. Nunquid diriget? Nonne ſtatim ut tetigerit

4. Re. 25. b Hiere. 39. a

4. Re. 25. b

Hiere. 34. a

A scriptura nūc dicit, ut irrigaret eam de areolis germinis sui: Quæ in terra bona a nabuchodonosor plantata erat: ut faceret frōdes, & afferret fructū & cresceret in uineam latiorē: ꝓpterea iubet ꝓphetæ, ut loquat ad uineam quæ a Nabuchodonosor plantata fuerat: & ramos suos ad aquilā ægyptiā miserat: Nūquid prosperabit: quia hoc facere conata est: & nō statim oēs propagines eius & palmites siccabunt? Et nō inquit in brachio grādi, neq; in ppło multo? Fugiens em Sedechias, & regis ægyptij auxilio destitutus, a ducib⁹ Nabuchodonosor in deserti hierichontijs comprehēsus est: & cuncti ei⁹ sōcij huc illucq; dispersi sunt: sicut in uo-
4.Re.25.b lumine Regū & Parali
Hiere.39.a pomenō, & Hieremiæ scriptum est. a ¶ Et factū est uerbū dñi ad me dicēs: Dic ad domum exasperantē &c. Hoc est ænigma', hæc est parabola, quod sub duabus aquilis & uinea, duos reges babylonis & ægypti scriptura mōstraret: & regem Sedechiam, qui cōtra iusiurandum, deserta amicitia Nabuchodo-
B nosor, se ad regē ægyptium trāstulit. Feriet inquit cū eo fœdus: & accipiet ab eo iusiurandum, ut custodiat pactum eius & seruet illud. Qui dissoluit ait pactum, nunquid effugiet? Ex q̄ discim⁹, etiā inter hostes seruādam fidem: & nō consyderandū cui, sed per quē iuraueris. Multo enim fidelior inuētus est ille qui, ꝓpter nomē dei tibi credidit & decœptus est, te, qui per occasionē diuinæ maiestatis hosti tuo, immo iam amico es molitus insidias. Quoniā (inquit) in loco regis qui constituit eum regē, cuius fecit irritū iuramentū: & soluit pactum
4.Re.25.b q̄ habebat cū eo, in medio babylonis morietur. Legim⁹ em Sedechiam captū, ductū esse in Reblatha: ibiq; interfectis filijs excæcatū: & instar feræ clausum cauea, translatū in ba-
Hiere.34.a bylonē. Vnde & scriptura cū uideat sibi esse cōtraria, tamen in utroq; uerissima est. Dictū em erat ad Sedechiam: Et intrabis babylonē, & nō uidebis eā. Intrauit em, quia ductus est babylonē: & nō uidit, quia fuerat excæcatus. Hoc autem q̄ sequit: Et non in exercitu grandi, neq; in populo multo, faciet cōtra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione uallorū, ut interficiat animas multas: Dupliciter intelligit, siue rex ægypti⁹ cōtra Nabuchodonosor regē babylonis ueniens, nō poterit præliari: neq; cum paruo exercitu tantæ resistere multitudini: siue ipse Sedechias expugnabit a Pharaone, a quo sperauit auxiliū: nō quo Pharao eum expugnauerit, uel hoc alicubi scriptura testetur: sed quo expugnatio Nabuchodonosor per occasionē sit facta regis ægyptij: nec iste uisus sit expugnare hierusalē qui obsidebat, sed ille in quo Sedechias frustra sperauerat. Ecce (inquit) dedit manū suam regi ægypti & tradidit se: & periurij cōtra deum

HEB. tetigerit eam uentus urens siccabitur: & in areis germinis sui arescet? SEP. tetigerit eā uētus urēs arescet ac siccabit ariditate: cū gleba germis sui arescet?

a Et factum est uerbū dñi ad me dicēs: Dic ad domū exasperantē: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce uenit rex babylonis hierusalem: & assumet regē & principes eius: & adducet eos ad semetipsum in babylonē. Et tollet de semine regni: feriet q; cū eo fœdus: & accipiet ab eo iusiurandū: sed & fortes terræ tollet, ut sit regnū humile & nō eleuet, sed custodiat pactū ei⁹ & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuncios ad ægyptū ut daret sibi equos & populū multū. Nunquid prosperabit? Vel consequet salutē qui fecit hæc? Et qui soluit pactū, nunquid effugiet? Viuo ego dicit dñs deus: q̄m in loco regis qui cōstituit eum regē cui⁹ fecit irritū iuramentū, & soluit pactū quod habebat cū eo, in medio babylonis morietur. Et nō in exercitu grandi, neq; in ppło multo faciet cōtra eum pharao prælium in iactu aggeris: & in extructione uallorū: ut interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentū, ut solueret fœdus. Et ecce dedit
b manū suā: & cū oia hæc fecerit, non effugiet. Prōpterea hæc dicit dñs deus: Viuo ego q̄m iuramētū q̄d spreuit, & fœdus q̄d prævaricatus est, ponā in caput eius. Et extendā sup eū rete meū: & cōprehendet sagena mea: & adducā eū in babylonē: & iudicabo illū ibi in prævaricatione qua despexit me. Et omnes profugi eius cum uniuerso agmine in gladio cadent: reliquiq; in omnē uentū dispergent: & scietis quia ego dñs locutus sum.

Hæc dicit dñs.

C cōmisit sacrilegiū: Nunquid ait proderit ei? Et cū oīa hæc fecerit, nō effugiet. b ¶ Propterea hęc dicit dñs deus &c. Sentētia sæcularis est: Dolus, an uirtus, quis in hoste requirat? Quā solent nobis opponere, qui dicunt hostes fraude decipiendos. Cui ut acquiescamus: multo peius fecit Sedechias: non em hostem decœpit, sed amicum: cui fœdere dñi fuerat copulatus. Ergo q̄diu nō iures, & pactū non ineas sub nomine domini, prudentiæ est & fortitudinis, uel decipere, uel superare aduersarium utcunq; poteris. Cū autē te constrinxeris iuramento: nequaq; aduersarius, sed amicus est qui tibi credidit: & sub occasione iusiurādi, id est del nuncupatione decœptus est. Propterea scriptura nunc dicit: Iuramentū q̄d spreuit, & fœdus q̄d prævaricatus est, ponā in caput eius. Ac ne putarem⁹ iuramentū, & fœdus, & pactū regis esse babylonij, uel Sedechiæ qui fecerat, sequit: In prævaricatiōe qua despexit me. Ergo qui cōtemnit iuramentū, illū despicit per quē iurauit: illiq; facit iniuriā, cuius nomini credidit aduersarius. Propter quam causam: expandam (inquit) sup eum rete meum: & comprehendetur sagena mea: & adducā eum in babylonem: & iudicabo eum illic. Quicquid igitur cōtra Sedechiā fecit Nabuchodonosor: non suis fecit uiribus, sed ira dei: in cui⁹ nomine fuerat peieratū. Sc̄m Anagogen, licet uiolenta uideatur interpretatio: hoc sciendū, q̄ quō cætera animātia, & ad bonā, & ad malam partē referri solent: ita & de aquila, & de leone. In bonā partē dicit: Catulus leonis Iuda. In contrariam: Aduersarius noster diabolus, quasi leo rugiens circuit. Et illud in psalmo: Insidiat in abscōditis, sicut leo in cubili suo: insidiat, ut rapiat pauperē. In bonā partē de aquila dicit, q̄ iustus diues effectus faciat sibi alas sicut aquilæ: ut possit reuerti in domū præcessoris sui. Et in Esaia scriptū est, q̄ iusti pennas afferant sicut aquilæ, currant & non lassent: ambulent, & non esuriant. Recte autē ille qui dixerat: Fortitudine faciam: & sapientia intelligentiæ auferam terminos gentium: & uires earū depredabor: & cōmouebo ciuitates quæ habitant: & orbem terrarū uniuersum apprehendam manu quasi nidum, & sicut cōfracta oua: nunc sub persona aquilæ describit: q̄d nequaq; uelit de libano, qui interpretatur candor, & referet ad thymiama, paruula atq; humilia uirgulta perstringere, sed summitates cedrorū & de principibus, ac de stirpe regia: iuxta illud Abacuc: Escæ ei⁹ electæ. Ponitq; testamentū cū his quos cœperit, ut regi babylonio colla submittant: & impleant illud q̄d Apostolus loquitur: Quos tradidi satanæ, ut discant nō blasphemare. Et in alio loco: Quos tradidi (inquit) satanæ in interitum carnis, ut

Anagō.
Genē.49
1.Pe.5.c
Psā.9.f
Esa.40.g
Ibi.10.c
Abac.1.d
1.Timo.1.d

E ſpiritus ſaluus fiat. Non debemus ergo ſi forſitan ob aliqđ peccatū de congregatione fratrum, & de domo dei eijcimur reluctari: ſed æquo animo latam in nos ferre ſententiam: & dicere cum prophęta: Iram domini ſuſtinebo: quoniam peccaui ei, donec iuſtificet cauſam meam, & cætera. Et frequēter euenit, ut alteri ſubditi ad alterū tranſeamus, qui nobis ſuū repromittat auxilium: nec faciat in priſtina ſententia permanere. Qđ omni ratione uitandum eſt: ne ſiccent palmites noſtri & germina areſcant: & contra pactum dei facere credamur. a Hęc dicit dñs ꝛc. Hoc qđ in Lxx. legit: Et dabo de capite ramorū ei⁹, de Theodotionis æditione additū eſt. Rurſumq; qđ ſequitur: Et rami eius reſtituētur, obelo prænotandum eſt: quia in hebraico non habetur. Verus Nabuchodonoſor propterea ſumit de medulla cedri ſublimis: de uertice ramorū ei⁹: ut ſit regnū eius humile, & nō eleuetur. Dominus autem deus pater omnipotens, qui locutus eſt ad Eçechielem,

F tollit de ſtirpe regia: & de genere Dauid: & plantat ſup montē excelſum & eminentem,

ps.2.b qui loquitur in pſalmo: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſion montem ſanctum eius. Defecerat enim prin-

Gen.49.b ceps de Iuda & dux de iſrael, donec ueniret cui repoſitū eſt: & ipſe erit expectatio gentium. Iſte erupit in germen & fecit fructum: & cedros omnes ſua ſublimitate ſuperauit: ita ut habitent ſub eo omnes uolucres cœli: & cuncta uolatilia, il-

Abac.3.a lius protegant umbraculo. De quo dicit Abacuc: Cornua in manibus eius: ibi abſcōdita eſt fortitudo eius: & qui congregare deſyderat quaſi gallina pullos ſuos ſub alas ſuas: ut oīa regionis ligna cognoſcant q̄ ipſe ſit dñs: tropologice de credentibus loquens: Iſte eſt qui iſrael quondam ſublime lignum humiliauit, & exaltauit humilē gentiū populū: qui exiccauit lignum uiride iudæorum, florens & germinans in lege & prophetis: & frondere fecit lignum aridum nationum: ut quod ſemper locutus eſt, opere compleret. Hoc idem ſignificant Symeonis in euāgelio uerba dicētis: Ecce hic Luc.2.c poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionē mul- Matth.12.d torum. Et granum ſynapis, quod cum minimum ſit omnib⁹ ſeminibus, poſtq̄ creuerit, auium habitaculū eſt. Quidam aliter interpretant, lignū ſublime, humiliatū & humile exaltatum: referentes ad paſſionē domini ſaluatoris. Qui cū in forma dei eſſet, Phil.2.a non eſt rapinam arbitratus æqualem ſe eſſe deo: ſed exinaniuit ſe, formā ſerui accipiens: & poſt reſurrectionē, ipſum lignum poſtea ſublimatum eſt: quod prius uirens, morte ſicatum eſt: & poſtea reuiuiſcens, priſtinū receperit uirorē. Aliī iudaice utrumq; referunt ad iſrael: quod primo aduentu humiliatus ſit & arefactus: & ſecundo reſtituatur in priſtinum ſtatum: impleto illo quod dicit apoſtolus Paulus: Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc Rom.11.d omnis iſrael ſaluus fiet.

Commentariī quinti in Eçechielem prophetam finis.

H EB. Hæc dicit dōminus: Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis: & ponā de uertice ramorum eius: tenerum deſtringam: & plantabo ſuper montem excelſum & eminētem: in monte ſublimi iſrael plantabo illud. Et erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrū magnā: & habitabūt ſub eo omnes uolucres: uniuerſum uolatile ſub umbra frondium eius nidificabit. Et ſcient oīa ligna regionis: quia ego dominus humiliaui lignū ſublime: & eleuaui lignum humile, & ſiccaui lignum uiride: & frondere feci lignum aridum: ego dñs locutus ſum & feci.

SEP. Quia hæc dicit adonai dñs: Et auferā ego de electis cedri de uertice: & dabo de capite ramorum ei⁹: de corde eorū auferā: & plantabo ſuper montē excelſum: & ſuſpēdā illud in monte ſublimi iſrael: & plantabo & afferet germē & faciet fructum: & erit in cedrū magnā: & requieſcet ſub ea omnis auis, & oīe uolatile ſub umbra eius requieſcet: ÷ & rami ei⁹ reſtituent .. & ſciēt oīa ligna campi: quia ego dñs qui humilio lignū excelſum, & exalto lignum humile: & arefacio lignum uiride: & germinare facio lignū aridum. Ego dominus locutus ſum & facio.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

PVtabam quod medio ſerpente confoſſo, non reuiuiſcerent hydræ nouella plantaria: & iuxta fabulas poetarum, Scylla mortua, nequaq̄ in me ſcyllæi fæuirēt canes, qui latrare non ceſſant: & hæreticis, dei percuſſis manu, ne temptarent ſi fieri poteſt, etiam electi dei, hæreſis ipſa non moritur: hæreditariīs contra nos odiorum ſuorum catulis derelictis: qui noſtra ſimulantes, genitricis antiquæ & pellacis Vlyxis uenena non deſerunt: labiaq; tantum melle circumliniunt: & iuxta eloquia ſcripturarum, mollierūt uerba ſua ſuper oleum: ipſi autem ſunt iacula, & iacula ignita, quæ ſcuto fidei repellenda ſimul & extinguenda ſunt. Hæc dixi filia Euſtochium, ut laborantem me in opere prophetali, & hæreticis reſiſtentem, orationibus iuues. Et ſextum uolumen explanationum in Eçechiel, meo ore, ſuo ſenſu dñs explicet: eiuſdemq; ſpiritus gratia quo prophetis reuelata ſunt quæ ſcripta legimus: nobis quoq; diſſerētibus reuelent, ut poſſimus dicere: Os meum aperui & attraxi ſpiritū.

Et factus eſt

A

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM LIBER SEXTVS.

Et factus est sermo dñi ad me dicēs ꝛc. Hoc qđ Lxx. dixerunt, fili hominis: in hebraico nō habetur. Monet autem diuina scriptura illud quod in Exodo dictum est: Ego sum dominꝰ deus tuus, deus æmulator, qui reddo pctā patrū super filios, usq; ad tertiā & quartam generationem his qui oderunt me: & facio misericordiam in milia his qui diligunt me: & custodiunt præcepta mea. Et iterum: Descēdit dominus in nube, & astitit iuxta Moysen: & inuocauit Moyses nomē dñi: & trāsijt dñs añ faciē eiꝰ, & inuocauit eū dicēs: Dñe deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ & uerax: & iusticiā seruans, & misericordiam in milia: auferens iniquitates, & iniusticias, & peccata: & nō emundabit reum: reddens iniquitates patrū super filios, & super filios filiorū in tertiam & quartam generationē: sic accipi debere, quasi prouerbiū & parabolā: ut aliud in uerbis sonet, aliud in sensu teneat: qđ in parabola quoq; duarū aquilarū supra diximꝰ. Vnde & dñs in septuagesimo septimo psalmo: Aperiam (inquit) in parabolis os meū: loquar ꝓpositiones ab initio. Et in euangelio, parabolā semētis, & lolij, & sinapis: qđ cū sit minimū oīm seminū, in magnā consurgit arborē: ita proponit: ut aliud prætendat in uerbis, aliud in sensibus teneat. Et nos usq; in præsentē diem putabamus duo testimonia Exodi quæ supra posuimus nō esse parabolam, sed simplicē explicare sententiā. Et quāq; nō auderemꝰ quippiā dicere: nec uas fictile loqui cōtra figulū, quare ita uel ita me feciſti: tū scandalū patiebamur occultū, qđ iniusticia uideretur dei, aliū peccare, & aliū luere peccata. Si em reddit peccata patrū sup filios in tertiā & quartā generationē, iniustū uidet ut alius peccet, & alius puniat. Sed ex eo qđ sequit: His qui me oderūt, cōminationis siue præcepti scandalum soluit. Nō em ideo puniunt in tertia & in quarta generatione: quia deliquerūt patres eorū: cū patres potius qui fuerūt peccatores, puniri debuerint: sed quia patrū extiterūt æmulatores & oderūt deum, hæreditario malo & impietate in ramos ꝙq; de radice crescente. Solent in hoc loco hæretici qui uetus nō recipiūt instrumentū, cōtra creatorē dicere: Q3 bonus & iustus deus legis & ꝓphetarū: qui quiescēs & silens ad peccata patrū, reddit his qui nō peccauerūt: īmo quanta in eo crudelitas, ut iram suā usq; ad tertiā & quartā extēdat generationē. Quibꝰ nos respōdebimꝰ, & in hoc dei creatoris clæmentiā demōstrari. Non em truculentiæ est & sæueritatis, iram tenere usq; ad tertiam & quartā generationē: sed signū miscđiæ, pœnam differre peccati. Quādo em dicit: dñe deus miserator & misericors, patiens & multæ miserationis: & infert: Reddens iniquitatē patrum super filios, & filios filiorū: hoc indicat, ꝙ tantæ misericordiæ sit, ut nō statim puniat, sed sententiā differat puniēdi. Sin autē uindicta peccantiū differt in tertiā & in quartā generationē, cū iustis sanctisq; quid amplius facit? Sequit: Et seruans iusticiā & misericordiam in multa milia, his qui custodiunt mandata eius, & faciūt præcepta illiꝰ. Scriptū est in Prouerbijs: Sicut uua acerba dentibꝰ noxia est: & fumus, oculis: sic iniquitas his qui utunt ea. Ex q̄ perspicuū est, nō aliorū dolere dentes & obstupescere, sed eorū qui uuam acerbā comederint. Est autē loci istius hic sensus: Quō si quis uelit dicere: Patres uuam acerbam comederūt, & dentes filiorū obstupuerūt: ridiculū est, & nullā habēs cōsequētiā: sic iniquū est atq; peruersum peccare patres & filios nepotesq; cruciari. Sunt qui hoc qđ in Exodo scriptū est: Reddens iniquitates patrum super filios in tertiā & quartā generationē, ita edisserant: ut ad animā humanā sententiā referāt: patrē in nobis, leuē punctū sensuū & incentiua uitiorū esse dicētes: filiū ꝙo, si cogitatio peccatū conceperit: nepotes, si qđ cogitaueris atq; cōceperis, ope perpetraueris: pronepotē autē, hoc est, quartā generationē: si nō solū feceris qđ malū est & sceleſtū, sed in tuis sceleribus glorieris: scđm illud qđ scriptū est: Impius cū in ꝓfundū malorū uenerit, cōtēnit. Deus igitur, primos & secūdos stimulos cogitationū, quas græci προπαθείας uocant: sine quibus nullus hoīm esse potest: neq; quāq; punit, sed si cogitata quis facere decreuerit: aut ipsa quæ fecerit, noluerit corrigere pœnitentia. Vnde scriptū est: Nullus hoīm sine pctō, nec si uniꝰ quidē diei fuerit uita eiꝰ. Numerabiles autē anni uitæ illiꝰ. Et in alio loco: Quis gloriabit castū se habere cor? Et rursum: Astra quoq; non sunt mūda in cōspectu eiꝰ: & aduersus angelos suos peruersum quid excogitauit. Sin autē sublimis illa natura pctō nō caret, quid dicēdū est de hominibꝰ: qui fragili carne circūdati, debēt loqui cū Aplō: Miser ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ? Et illud, ut cū oīa fecerimꝰ, debeamꝰ dicere: Serui inutiles sumus: qđ debuimꝰ facere, fecimꝰ. Et: Nisi dñs ædificauerit domū, in uanū laborauerūt qui ædificant eā. Nisi dñs custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eā? Ad ꝓbationē aūt huiꝰ rei, qđ nequaq; primꝰ pulsus cogitationis, īmo paruus mētis instinctus puniat a deo: sed si qđ mēte cōceperis, ope cōsumes: illud de Geneſi ꝓferēdū est: Cham peccauit, irridens nuditatē patris: & sententiā nō ipse qui risit, sed filiꝰ eiꝰ suscepit Chanaan. Maledictus (ait) Chanaan seruus erit fratrū suorū. Quæ em iusticia est, ut pater peccauerit: & in filiū sentētia ꝓferat? Necnō qđ in cōtrariam partē ponit Aplus: saluā esse mulierē, si filij eiꝰ permanserint in fide, & sanctitate, & pudicitia: uidetur sentētia iusticiā nō habere: ut si filij boni fuerint & nepotes, saluēnt parētes. Quāti em parētes sancti sunt, & malos habēt filios: & ecōtrario q̄nti parētes pctōres, iustos & sctōs filios genierant. Ergo scđm hunc sensum cūcta accipiēda quæ sup dixi mus: pctā parētū atq; generātiū, in ramis, nō in radice puniri. Hoc interim de prouerbio siue parabola dixisse sufficiat: Qđ lex & ꝓphetæ, hoc ē, Exodus & Ezechiel, īmo ipse deus qui & hic & ibi locutꝰ est, nequaq; in sententijs discrepare uideat: aut hic corrigere qđ ibi male dixerit. Si quis autē uel meliorē uel alterū sensum potuerit reperire, qui contrariorū inter se testimoniorū scādalū tollat, illiꝰ magis acquiescēdū sententiæ est.

b Viuo ego dicit dñs ꝛc. Quid significet, Viuo ego dicit dñs, & parabola, uel prouerbiū, supra pleniꝰ diximꝰ: quæ nequaq; dicet in isrl, sed in his qui dei noticiā nō habēt: nec pñt perspicere ueritatē. Oēs (inquit) animæ meæ sunt: iuxta creaturā, nō iuxta meritū: ut Moyses appellabat hō dei: de q̄ scriptū est: Oratio Moysi hoīs dei. Et Helias qui ad quinquagint. militū principem loquebat: Et si

B

C

D

Exo 20. a
Deu. 5. a
Exo. 34. a
Matth. 13. d
Esa. 29. c
Pro. 10. d
1. Ioh. 1. c
Pro. 20. b
Iob. 15.
Rom. 7. d
Luc. 17. c
Pſ. 126. a
Geñ. 9. d
1. Timo. 2. d
Deu. 33. a
4. Reg. 1. c

E homo dei ego sum, descēdat ignis de cœlo super te & super
quinquaginta uiros. Homo ꝙ peccati & filius iniquitatis,
non uocatur homo dei: sicut seruus & famulus dei, hi ap-
Ioh.8.d pellantur: de quibus dici non potest: Omnis qui facit pec-
catum, seruus est peccati. Et iterum: A quo enim quis uinci-
tur, eius & seruus est.
Sicut peccata filiorum non nocent patribus: sic peccata patrum, ad filios non redundant: sed anima quæ pecca-
uerit, ipsa morieē: non abolitione substantiæ, sed ex eius consortio,
Ioh.14.a qui dicit: Ego sum ui-
Ibi.11.c ta. Et alibi loquiē: Om-
nis qui uiuit & credit in me, nō morietur in
Ibi.8.f æternum. Et: Amen amen dico uobis: qui sermonem meum cu-
stodierit, mortem non uidebit in sempiternū. Vita enim nostra ab-
scōdita est cū Christo in deo: quia uicturi sumus qñ Christus apparuerit uita nostra in gloria: & implebitur illud quod scriptū est:
Ibi.5.d Amen amen dico uobis: qui sermonē meū audit: & credit ei qui misit me, habet uitam æternā: & in iudicium nō uenit: sed transibit de morte in uitam. Illud autem quod a Ba-
F laam dicitur: Moriaē
Nu.23.b anima mea in aiabus iustorum: hunc habet sensum, ut cupiat mori sæculo atq; peccato: ac uiuere cum iustorū animabus, quorū uita Christus est: & possunt canere: Placebo domino in regione uiuentium.
Ps.114.b Matth.22.c Non est enim deus mortuorum, sed uiuorum. Et si Balaam (ut uerisimile est in linguam nostrā translatū) uanum populum sonat, perspicuū est ꝙ uanus prius gentium populus desyderet habere consortium cum animabus iustorū, Abraham, Isaac, & Iacob, qui εὐθεῖς, id est recti & iusti nuncupantur. Vnde & Genesis liber, ex eorum uocabulo nomen accepit. a ¶ Et uir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iusticiam ⁊c. Vultis (ait)
Deu.5.a Hiere.31.e scire hoc quod dictum est: Peccata patrum reddam in tertiam & in quartam generationem, non id sonare quod plærique existimant: nec esse simile huic sententiæ: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: Audite quæ illaturus sum: Si fuerit pater iustus: qui hæc fecerit, & illa non fecerit: & habuerit filium pessimum, qui desertis uirtutibus patris, se flagitijs manciparit: nonne & iste uita uiuet, quia iustus est: & ille morte morietur: quia omnia perpetrarit, quæ pater uitando iustus effectus est? Videamus catalogum uirtutum patris, quæ mihi uidentur in decem & septem partes diuidi. Quarum primum est, fecisse iudicium. Secundum huic simile, iudicio copulasse iusticiam. Tertium, non comedisse in montibus. Quartum, oculos nō leuasse ad idola: siue (ut Lxx. transtulerūt) ad cogitationes domus israel. Quintū, uxorem proximi sui non uiolasse. Sextum, menstruatæ uxoris uitasse complexus. Septimum, hominem non contristasse: siue ut Lxx. ædiderunt, oppressisse per potentiam. Octauum, pignus debitori reddidisse. Nonum, per uim nihil rapuisse: uel iuxta Lxx. rapinam nō rapuisse. Decimum, panem suum esurienti dedisse. Vndecimum, nudum operuisse uestimento. Duodecimum, ad usuram pecuniam nō dedisse. Tertiumdecimū, nihil ex his quæ dederis amplius accepisse. Decimumquartum, ab iniquitate auertisse manum suam. Decimumquintum, quod simile uidetur primo, sed in parte diuersum est:

a HEB. Et uir si fuēr it iustus: & fecerit iudicium & iusti-
ciam: in montibus non co-
mederit: & oculos suos nō leuauerit ad idola domus
israel: & uxorem proximi sui nō uiolauerit: & ad mu-
lierem menstruatam non accesserit: & hominem nō contristauerit: pignus de-
bitori reddiderit: per uim nihil rapuerit: panē suum esurienti dederit: & nudum operuerit uestimento: & ad usuram non commodauerit: & amplius non ac-
ceperit: ab iniquitate auer-
terit manum suam: iudi-
cium uerum fecerit inter uirum & uirum: in præce-
ptis meis ambulauerit: & iudicia mea custodierit, ut faciat ꝙ: itatē: hic iustus est, uita uiuet: dicit dñs deus.

Quod si sep. Homo aūt qui fuerit iustus: qui facit iudiciū & iusticiā: sup montes nō comederit: & oculos suos nō leuauerit ad cogitationes dom⁹ israel: & uxorē ꝓximi sui non cōtaminauerit: & ad mulierē fluentē sanguine nō accesserit: & hominē nō oppresserit: pign⁹ debitori reddiderit: & rapinā nō rapuerit: panē suū esurienti dederit: & nudū operuerit uestimēto: & pecuniam suā ad usurā nō dederit: & ampli⁹ nō accepe-
rit: ab iniquitate auerterit manū suā: iustū iudiciū fecerit inter uirū & inter ꝓximum ei⁹: in p̄ceptis meis ambulauerit: iustificationes meas custodierit, ut faciat eas: hic iustus est: uita uiuet dicit adonai dñs.

Quod si

G iudicium uerum feci-
se inter uirum & uirū, siue proximum suum. Decimumsextum, in præceptis domini ambulasse. Decimumseptimum, iudicia & iustificationes illius custodisse. Quorū singula quid uelint, dicemus in cōsequētib⁹. Si fuerit (ait) uir iustus & fecerit iudiciū. Scriptū est in Prouerbijs: Cogitationes iustorū iudicia. Quī hāc uirtutē possederit: ut nihil sine ratione faciat & iudicio, potest illud ꝓphe-
ticum dicere: Iudicia domini uera iustificata in semetipsis: & cū recte omnia iudicarit: ut non accipiat perso-
nam pauperis in iudicio, implebit præceptū dñi, Sicut minorem, sic & maiorem iudicabis: audacter dicens:
H Desyderauit ania mea desyderare iudicia tua in omni tēpore. Et iterum: Viam ueritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Et in eodem psalmo: Cognoui, qa iusticia iudicia tua: & in tantam proficiet beatitudinem: ut intelligat iudicia domini, quæ sunt abyssus multa: & dicat cum Apostolo: O profundū diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, cū inscrutabilia sunt iudicia eius: & ininuestigabiles uiæ illius. Et in oratione commemoret: Quoniam iudicia tua iucunda. Post iudicium sequitur iusticia: quam qui habuerit, Christum liquido possidebit: qui iuxta Apostolum factus est nobis iusticia & sanctificatio & redēptio: ut faciat iusticiā ueram: nec personas respiciat in iudicio: sed de sua sciat in aliorū iudicio iusticia iudicandū. Tertiū est, in montibus nō comedere: quod Iudæi existimant ad idololatriæ pertinere peccatū. Crebro em̄ legimus in Regum & Paralipomenon libris: Veruntamē ab excelsis nō recessit: Adhuc populus īmolabat in excelsis: & adolebat incensum in sublimibus: hoc scriptura significante, quod in montibus luciscq;, idolis hostias immolauerint, & thura succenderint. Nos autem dicemus comedere eum in montibus, qui dicit cum pharisæo: Gratias ago tibi deus, cq; nō sum huic similis publicano: ieiuno bis in sabbato: decimas do omnis substantiæ meæ, & cætera. Et ecōtrario publican⁹ audiēs eū qui dixerat: Discite a me: qa mitis sum, & humilis corde: percutiebat pectus suū manu, hoc est, pessimarū cogitationū thesaurū: & oculos ad cœlū nō audebat extollere. Sed & illud qd̄ alibi dicit̄: Maiora te nō requiras: & fortiora te nō scruteris: omnes hæreticos arguit, in montib⁹ comedere superbiæ: & ecclesiasticam despicere simplicitatē: & nescire de se scriptū: Deus superbis resistit: humilibus autē dat gratiam. Quarto loco ponit̄: Et oculos suos non leuauerit ad idola domus israel: pro quibus Lxx. cogitationes transtulerunt. Idola autē, id est simulacra quæ de suo corde finxerūt, oēs

hæretici

Pro.11.d
Pro.11.d
Pro.11.d
Ibidem d
Ibidem f
Rom.11.d
Ps.118.c
1.Co.1.d
Luc.18.b
Matth.11.d
Iacob.4.d

A hæretici faciũt:ad quæ leuãt cordis oculos:qui falsitatẽ eorũ atq; mendacium putauerint ueritatẽ. Domus autem israel simulacra dicunt, quæ reperiunt in ecclesia: & per occasionem falsi nominis, scientiæ simplices quosq; seducũt:ut philosophorũ dogmata introducant in domum israel: eorum scilicet qui deum mente conspiciunt. Quinto loco ponitur:Et uxorem proximi sui non uiolauerit, siue contaminauerit:qđ aperte adulterium quidem prohibet: sed ex eo qđ additur, proximi sui:nisi omnis homo proximus intelligat: uidetur esse præceptum ut ab amicorum nos abstineamus uxoribus:inimicorum uero & ignotorum coniuges libere polluamus. Proximus ergo omnis homo hominis accipiẽdus:iuxta parabolam euãgelij, quæ a saluatore proponitur: Luc.10.e cuiusdã hominis qui hiericho descendẽs, a latronibus uulneratus est: quãdo interrogat pharisæus quis fuerit ꝓximꝰ eius:docẽs illum esse proximum qui bene fecerit. Potest iuxta mysticos intellectus uxor intelligi sancti uiri sapientia: Pro.4.b dicente Salomone: Ama illam, & amplexabitur te. Dilige illam, & custodiet te. Quã contaminare desyderat:qui aliorum bene dicta reprehendit:& facibus accẽsus inuidiæ, sancta uiolat, casta corrumpit, pura contaminat. Sextum est: Et ad mulierem siue uxorem menstruatam non accesserit. Per singulos menses, grauia atq; torpentia mulierum corpora, immundi sanguinis effusione releuantur. Quo tempore si uir coierit cum muliere: dicuntur concœpti fœtus uitium seminis trahere: ita ut leprosi & elephantiaci ex hac concœptione nascantur:& fœda in utroq; sexu corpora, paruitate uel enormitate membrorũ sanies corrupta degeneret. Præcipitur ergo uiris:ut non solum in alienis mulieribus: sed Geñ.1.d in suis quoq; quibus uidentur lege coniungi, scriptura dicente: Crescite & multiplicamini & replete terram:certa conCubitus norint tempora, quando coeundũ, quãdo ab uxoribus abstinendũ sit. Qđ quidẽ & Apostolus & Ecclesia- Eccs.3.a stes sonant: Tempus amplexandi, & tempus longe fieri a complexibus. Caueat ergo & uxor:ne forte uicta desyderio

B coeundi illiceat uirũ:& maritus ne uim faciat uxori: putãs omni tempore subiectam sibi esse debere coniugij uolupta- 1.Tess.4.a tẽ. Vnde & Paulus: Vt nouerit inquit unusquisq; possidere uas suum in sanctitate & pudicitia. Pulchre in Xysti pythagorici sententiolis dicitur: Adulter est uxoris propriæ, amator ardentior. Quẽ librum quidã in latinam linguã transferens, martyris Xysti nomine uoluit illustrare: nõ consyderãs in toto uolumine qđ in duas partes frustra diuisit, christi nomen & apostolorum omnino reticeri. Nec mirũ si gentilem philosophum in martyrem & rhomanæ urbis episcopum transtulerit:cum Eusebij quoq; Cæsariensis primum pro Origene librum, Pamphili martyris uocabulo cõmutarit:ut facilius tali laudatore, libros impijssimos περὶ ἀρχῶν rhomanis conciliaret auribus. Sequitur in loco septimo:Et hominem non contristauerit:siue ut Lxx. transtulerunt, nõ oppresserit per potentiam. Quo uitio atq; peccato, nescio quis alienus sit. Et ægyptij em̃ opprimebãt hebræos per po- Abac.1 tentiã. Vnde & Abacuc quæritur: quare impius opprimat iustum. Atq; utinam de solis his diceretur qui foris sunt: & nõ de his qui intus. Solẽt enim & principes ecclesiarum, op- Eccĩ.32.a primere plæbem per superbiam. De quibus scriptum est: Principem te constituerunt ne eleueris:esto inter eos quasi Matth.20.d unus ex ipsis. Et saluator præcipit: Qui uult inter uos esse primus, sit omnium minimus. Qđ autem iuxta hebraicũ dicitur:& hominem non contristauerit:apostolico congruit Ephe.4.g testimonio: Nolite contristare spiritũ sanctum qui habitat in uobis. Et in euangelio qđ iuxta hebræos Naçarei legere cõsueuerunt:inter maxima ponit crimina qui fratris sui spiritum contristauerit. Sin autẽ tristicia alterius interficit contristantẽ:quid de iniquitate & tyrannica mente dicendũ est: Eccĩ.10.b cui illud cõuenit: Quid gloriat terra & cinis:ut oblitus cõditionis suæ:quomodo plenus pituitis, felle, stercoribus:& post paululũ uermibus exarãdus, ponat in cœlum os suũ: & lingua eius ꝓtranseat usq; in terrã:& dicat cum uero Na- Esa.14.d buchodonosor: Ascendam in cœlum, super sydera cœli ponam thronum meum, & ero similis altissimo. Octauum est: Pignus debitori reddiderit. Non omni debitori:alioquin multis occasio recipiendorũ pignorum, fiet diuitiarũ materia: sed ei debitori, de quo in lege scribitur, qđ pauper sit: Deu.24.c & propriũ opposuerit uestimentũ:& ante solis occasum ope Exo.22.d rimentũ recipere debeat:ne cruciatus frigore, clamet ad dominũ:qui ultor est eiꝰ iniuriæ. Sin autẽ iuxta ea quæ sequũtur, panẽ esurienti dare debemus:& nudũ operire uestimento:quãto magis suũ reddere, si tamen debitoris indubitata paupertas est:Possumus quoq; pignus reddere debitori: quando ei cui dilectione coniungimur: & qui nobis debet mutuam charitatẽ, reddimus pignus suũ, nihil debiti eius apud nos ultra retinentes. Nonum possidet locum:per uim nihil rapuerit:siue iuxta Lxx. rapinam non rapuerit. De raptoribus & Apłus loquitur, qđ inter cæteros peccatores ne 1.Co.5.d uescendũ quidẽ cũ huiusce modi sit: omnisq; rapina mixta uiolentiæ est. Nisi em̃ uis fuerit illata, rapina non ꝓficit. Est autem & sancta uiolentia rapinaq; optabilis: de qua scribit & euangeliũ: A diebus Ioannis baptistæ regnũ cœlorũ uim Matth.11.b patitur, & uiolenti diripiunt illud. De qua & Iudas frater Iacobi loquit:Et alios quidẽ de igne rapite:aliorũ uero qui iu Iude.g dicant miseremini. Et ecõtrario aduersariæ potestates, in pniciẽ eorũ quos rapiũt, prædã rapę festinant. Qđ significat & Iacob dicens: Bestia mala comedit eũ: bestia mala rapuit Geñ.37.g Ioseph. Vñ & oues dñi quæ sequũt eũ: nõ rapiunt de mani Iob.10.e bꝰ eiꝰ. Et ipse dicit: Pater qđ dedit mihi omnibꝰ maiꝰ est: & nemo põt rapere de manu patris mei. Ex q̃ perspicit, una patris filijq; potestas, uirtus atq; substãtia: Si em̃ de filij manu quæ dedit pater nemo potest rapere:& hæc eadem in patris manu sunt quæ nõ rapiunt ab eo:liqdo cõprobat, oĩa patris & filij esse cõmunia:& in filij manu tenere patrẽ:sicut patris manu tenent quæ filij sũt. Decimũ est:Panẽ suũ esurienti dederit. Per qđ docemur elemosynã nõ saturis faciẽdã, sed esurientibꝰ:nec dãdũ panẽ his q̃ ructãt plenitudine, sed his q̃ inanitate cruciant. In pane autẽ oĩis cõtinet cibꝰ. Et significãter dicit suũ, ne de rapinis & usuris & alieno malo quæsitũ panẽ uertamꝰ in misericordiã. Redẽptio em̃ aniæ uiri, ꝓpriæ Pro.13.b diuitiæ. Qđ multos facere cõspicimus, clientes & paupes & D agricolas, ut taceam de militantium & iudicum uiolentia: qui opprimunt per potentiam: uel furta cõmittunt: ut de multis parua pauperibus tribuant:& in suis sceleribus glorientur: Publicęq; diaconus in ecclesijs recitet offerentium noĩa:tantũ offert illa:tantũ ille pollicitus est:placẽtq; sibi ad plausum populi, torquẽte eos conscientia: Damusq; materiã miseris, ut gaudeãt ad ea quæ tribuũt: & nõ lugeãt ad ea q̃ rapuerint. Melius aũt est ut intelligamus panẽ iusti eũ esse q̃ dicit: Ego sum panis uiuus q̃ de cœlo descẽdi:& quẽ in ora- Iob.6.e tione nobis tribui deprecamur:Panẽ nostrũ substãtiuũ siue supuẽturũ da nobis:ut quẽ postea semꝑ accepturi sumus: in præsenti sæculo q̃tidie mereamur accipe. Hũc panẽ iustꝰ esurientibꝰ tribuit:de qbus scriptũ est:Beati q̃ esuriũt & sitiũt Matth.5.a iusticiã. Quia q̃ iustus est:cõmunẽ omniũ panẽ, suũ facit ꝓpriũ:q̃ defecerat in iudæa, ꝓpheta dicẽte:Auferã ab eis fortitudinẽ siue baculũ panis. Hoc qđ loqmur, si tñ christi sumus, ĩmo qđ ꝓpheta cõmemorat, panis credentiũ est & esurientium. Qui omnino non dandus est his, qui manducauerunt & biberunt & saturati sunt, & incrassati calcitrauerũt: de quibꝰ dicit: Væ qui saturati estis nũc:quia esurietis: Luc.6.d ne euomãt illũ dicẽte Salomone: Euomet em̃ & cõtamĩabit Pro.23.b sermones tuos bonos. Qđ alijs uerbis saluator loquit: Nedetis sanctũ canibus:nec̃ mittatis margaritas uestras ante Matth.7.a porcos. Vndecimũ possidet locũ:Et nudũ operuerit uestimẽto. Qui sermo iuxta superioris uersiculi explanationẽ, dupliciter disserẽdus est: ut & nudis tribuamus operimẽtum, saluatore dicẽte: Nudus erã & operuistis me: & nudis fide atq; uirtutibus, tribuamus uestimentũ christi: de quo scriptũ est: Quotquot em̃ in christo bapti̇çati estis, christũ in- Gal.3.d duistis. Hoc uestimẽto nudꝰ erat q̃ uestẽ nõ habẽs nuptialẽ, Matth.22.b ꝓiectus est de cõuiuio. De hac nuditate & ad hierm̃ dñs loquit: Tu aũt eras nuda & cõfusione plena. Duodecimũ numerũ tenet: Et ad usurã nõ cõmodauerit:siue ut Lxx. trãstulerũt:pecuniã suã ad usurã nõ dederit. In hebraico cũctarũ speciem usura ꝓhibet:in Lxx. tantũ pecuniæ. Iuxta qđ & in q̃rtodecio psalmo scriptũ est: Qui pecuniã suã nõ dedit ad Ps. 14.b usurã. Et quõ dicit: Fratri tuo nõ fœnerabis:alieno aũt fœne- Deu. 15 rabis. Sed uide ꝓfectũ: In pricipio legis a fratribꝰ tãtũ fœnꝰ et.23.d

E tollit: in ppheta ab omnib⁹ usura phibetur dicente Eçechiele: Pecuniã suam non dedit ad usurã. Porro in euãgelio uirtutis augmẽtũ est, præcipiẽte dño: Fœneramini his a quib⁹ non speratis recipere. Sequitur in tertio decimo loco: Et amplius nõ acceperit. Putant quidã usuram tantũ esse in pecunia. Qđ præuidens scriptura diuina, omi rei aufert supabundãtiam: ut plus non recipias q̃ dedisti. Solent in agris frumẽti & milij, uini & olei, cæterarũq; specierum usuræ exigi: siue ut appellat sermo diuin⁹ abundãtiæ. Verbi gra: ut hyemis tẽpore dem⁹ decẽ modios: & in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius partẽ mediam. Qui iustissimũ se putauerit: quartam plus accipiet portionem, & solẽt argumẽtari ac dicere: Dedi unũ modiũ: q̃ satus, fecit decẽ modios: Nonne iustũ est ut mediũ modiũ deo meo plus accipiã, cũ ille mea liberalitate, nouẽ & semis de meo habeat? Noli
Gal. 6.b
F
te errare, inquit Apls, deus non irridetur. Respõdeat em̃ nobis breuiter fœnerator misericors: utrum habenti dederit an non habenti. Si habenti, utiq; dare nõ debuerat, sed dedit quasi non habenti.
Ergo quare plus exigit quasi ab habente? Alij pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diuersi generis: & non intelligunt usuram appellari & superabundantiã, quicquid illud est, si ab eo qđ dederint plus acceperint. Quartusdecimus gradus: Ab iniqtate, ait, auerterit manũ suam: ut omni opere fugiat iniquitatem. Non em̃ solum manu, sed & alijs
Pro. 4.d membris cõmittit iniquitas: dicente Salomone: Iniqua la-
Ps. 72.b bia a te procul remoue. Et in psalmis: Iniquitatem in excelso locuti sunt. Pes quoq; currit ad iniquitatẽ: & oculus, si alienam mulierem concupiscat: nec sit eius imitator, de quo di-
Esa. 53. c citur: Iniquitatẽ non fecit: & dolus non est inuentus in ore eius. Vnde & de iniquo mammona iubemur facere nobis amicos: qui nos in æterna recipiant tabernacula. Quintũ decimũ est: Iudiciũ uerũ fecerit inter uirũ & uirũ siue proximũ suum. Qđ uidetur idem sonare qđ primũ, ubi scriptũ
s. eo. est: Si fuerit iustus & fecerit iudicium: sed addita ueritate iudicij qđ facit inter uirum & uirum siue proximũ suum, ἐπί-
τασιν cernitur habere uirtutum. Vnde & in Prouerbiorũ
Pro. 1. a exordio: post multa præcepta, correctio infertur iudicij. Scire inqt sapientiã & disciplinã, & intelligere uerba prudẽtiæ,
1. Co. 6. a suscipere uersutias sermonum: & nosse iusticiam ueram: & post omnia corrigere iudicium. Quãobrem & Apostolus reprehendit eos qui in ecclesia constituti sunt, qđ habeant inter se iudicia: minimusq; eligitur atq; contemptus: qui iuxta euangelium primus est, ut iudicet inter uirum & uirũ: qui destruxit ea quæ paruuli sunt, & puenit usq; ad pfectũ uirũm: & tamen maiori sententia indiget, ut possit ad ueritatem iudicij peruenire. Sequitur in sextodecimo loco: In præceptis meis ambulauerit: & in decimoseptimo: iudicia & iustificationes meas custodierit ut faciat ea, factaq; custodiat. Quor: utrũq; multiplicẽ habet intelligẽtiã, si uelimus om̃ia legis mandata replicare: in qbus præcepta domini & in qui
G bus iustificationes esse dicuntur. Plenus est præceptorũ & iustificationum centesimus octauus decimus psalmus: & ex parte octauusdecimus: in quo scriptũ est: Iusticiæ domini rectæ lætificãtes corda: & præceptum domini lucidum, illuminans oculos. In quo quæritur: quomodo in hoc eodem
Ps. 18.b ppheta dixerit deus: Dedi eis iustificatiões non bonas: in quibus non uiuant in eis. Facilisq; responsio est, & plenior in consequentibus: nõ uiuere iudæos sequẽtes occidentẽ literam, & uiuere christianos intelligẽtes spiritũ uiuificatẽ. Longũ est, si uoluerimus probare testimonijs: ubi præcepta dñi & ubi iustificationes esse dicantur: & quibus singula uel diuersitatibus uel obscuritatibus inuoluãtur. Vnde & in præsenti loco infertur: Hic iustus est: uita uiuet ait dominus deus. Qui hæc fecerit: & illa non fecerit: nequaq; punietur delictis patris, sed suis uiuet uirtutibus.
Infra. 20.d

a Quod si genuerit filium latronem effundẽtem sanguinem: & fecerit unum de istis Siue ut Lxx. transtulerunt & fecerit peccata: in uia patris sui iusti non ambulauerit): & hæc quidem omnia non facientem: sed in montibus comedentem: & uxorem proximi sui polluentem: egenũ & pauperem contristantem Siue opprimentem: rapientem rapinas: pignus non reddentem: & ad idola leuantem oculos suos: abominationẽ facientem: ad usuram dantem & amplius accipientem, nunquid uiuet? Cum uniuersa detestanda hæc fecerit, morte morietur: sanguis
b eius in ipso erit. Quod si genuerit filiũ qui uidẽs omia peccata patris sui quæ fecit timuerit & non fecerit similiter: super montes non comederit: & oculos suos non leuauerit ad idola domus israel: & uxorem proximi sui non uiolauerit: & uirũ non cõtristauerit: pignus non retinuerit: & rapinã nõ rapuerit: panẽ suũ esurienti dederit: & nudum operuerit uestimento: a pauperis iniuria auerterit manũ suã: usurã & superabundantiã non acceperit: iudicia mea fecerit: in præceptis meis ambulauerit: hic nõ morietur in iniqtate patris sui, uita uiuet. Pater eius qui calũniatus est & uim fecit fratri: & malũ opatus est in medio ppli sui: hic mortuus est in iniqtate sua.

Et dicitis

a Quod si genuerit filium latronem effundẽtem sanguinẽ &c. Pro latrone in hebraico scriptũ habet פָּרִיץ, qđ Aquilæ secunda æditio, peccatorem: Symmachus, transgressorem: Lxx. & Theodotio, pestilentem interpretati sunt. Quomodo autem pestilentia morbos creat: & passim regiones in quibus incubuerit uastare consueuit: sic pestilens homo uniuersa populatur. Dicamusq; primũ iuxta historiam: ut sciatis iniquitates patrum non redundare ad filios. Si iustus fecerit quæ superior sermo per ordinem texuit: uita uiuet. Qđ si genuerit filium recedẽtem a dñi seuitute: & patris uirtutes uitijs cõmutantẽ: ut faciat quæ ille non fecit, & non faciat quæ ille opatus est: nunquid uiuere poterit? Certe nõ uiuet, sed erit reus sanguinis sui. Porro iuxta intelligentiã spiritualem, iustus uir ecclesiasticus, si fidẽ euãgelicã prædicauerit, & filius eius atq; discipulus hæretico fuerit errore decœptus: uocabit pestilens. De quo & in
Ps. 1.a primo psalmo scribit: Et in cathedra pestilẽtiæ nõ sedit. Et in
Pro. 28.a Prouerbijs: Confidens & procax & superbus pestilens appellatur. Iste effudit sanguinem decœptorum: & omnia in se peccata congeminat: comedens in montib⁹ supbiæ: & ecclesiam proximi sui polluens: egenos & pauperes in sciẽtia scripturarũ contristans, opprimens atq; supplantans: rapinam rapiẽs eos quos de ecclesia seduxerit: pignus nõ reddẽs qđ a magistro acceperat, ut impleret qđ scriptũ est: Gratis acce-
Matth. 10.a pistis, gratis date. Et ad idola atq; simulacra quæ de suo cor de finxit leuans oculos suos: cunctasq; faciens abominationes: & dans ad usurã pecuniã: ut errorẽ magistri discipulorũq; augeat diligentia: & repetens ab his quibus tribuit amplius quã dederat: certe uiuere nõ poterit: sed in suo sanguine morietur. b Quod si genuerit filiũ q̃ uidẽs oia pcta patris sui q̃ fecit &c. Nec, inqt, miremini, si iusti uiri filij declinãs ad uitia atq; peccata morte moriatur: cũ ecõtratrio filij peccatoris & impij: si uiderit peruersitatẽ uiarũ patris sui, & cõuerterit se ut mala non faciat, & faciat bona: reus paternorum scelerum nõ teneatur. Quod & in nobis accipi potest: qui-
Ps. 44.c bus in psalmis dicit: Audi filia & uide, & inclina aurẽ tuã,
Deu. 24.c & obliuiscere

& oblitiſcere populũ tuũ & domũ patris tui: & concupiſcet rex decorẽ tuũ. Et qui de gentiũ ſumus ſtirpe generati: ut relinquamus parentũ crimina: & faciamus iudiciũ atq; iuſticiã: & uiuam⁹ in ea. Repetit itaq; quæ ſupra latius ꝓſecuti ſumus: Et ideo breuiter cũcta ꝓcurrim⁹: ad illa q̃ obſcuriora & noua ſunt tranſire cupientes. a ¶Et dicitis: Quare non portauit filius iniquitatẽ patris ꝛc. Soluit quæſtionem, quã ecõtrario poterat auditor oppone/re. Soletis, ait, dicere: Quare fili⁹ iuſtus nõ portauit iniquitatẽ patris? Ad q̃ ipſe rñdet: Videlicet, quia fili⁹ bene operatus eſt: & patris delicta nõ fecit: Iuſtumq; eſt: ut quomodo peccator in ſuo ſcelere moriẽ: ſic iuſtus in ſuis uiuat uirtutib⁹: & moriat̃ anĩa quæ peccauerit: & uiuat quæ dei præcepta cuſtodierit. b ¶Si autẽ impius egerit ꝓnitentiã ab omnibus peccatis ſuis ꝛc. Intantum, ait, peccata patrum ad filios non redundant: nec iuſtum filium ſceleratus prægrauat pater: neq; alĩ pro aliorũ ſceleribus puniuntur: ut ipſe unus atq; idem qui prius impius fuit atq; peccator: ſi poſtea egerit pœnitẽtiam: & ad meliora conuerſus, priſtina peccata deleuerit: non iudicetur ue/tuſtate peccati: ſed in meum ſuſcipiatur gregem, innouatione uirtutis. Simulq; conſyderandum: qualẽ impiũ & peccatorẽ ſuſcipiat pœnitẽtem. Si ab omnibus, inquit, peccatis ſuis quæ operatus eſt auerterit ſe, & cuſtodierit uniuerſa ꝓcepta domini: quo ſcilicet omnia crimina derelinquat: & cunctas uirtutes ſequatur: ſi omnia bona fecerit & cuncta deſeruerit mala: & ego omnium iniquitatum eius quas operatus eſt obliuiſcar. c ¶In iuſticia ſua quã opatus eſt viuet. Non tam mea q̃ ſua uiuet iuſticia: licet iuſticiæ meæ ſit, bonis bona, & malis mala reddere. d ¶Nunquid voluntatis meę eſt mors impĩ dicit dñs deus ꝛc. Ergo domini uoluntatis eſt, omnes ſaluos fieri: & ad noticiam ueritatis uenire. Vbicũq; autem dei uidetur ſeuera & truculenta ſentẽtia, nõ homines ſed peccata condẽnat. e ¶Si aũt auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua ꝛ fecerit iniquitatem ꝛc. Sicut iuſtum antea peccatorem non prægrauant antiqua delicta: ſic peccatorem qui prius iuſtus fuerit, nõ iuuant ueteres iuſticiæ. Vnuſquiſq; enim in quo inuenietur, in eo iudicabitur. f ¶Et dixiſtis: Non eſt ęqua via domini ꝛc. Reddit cauſas quare domini iuſta ſententia ſit. Putatis me, ait, iniquum ut peccata patrum reddam filĩs: & alĩs comedẽtibus uuam acerbam; aliorũ dentes obſtupeſcant: Ecce unuſquiſq; in ſuo peccato moriẽ, & in ſua iuſticia uiuificaẽ: in utroq; nõ præterita, ſed præſentia. Quin potius ueſtra iniqua ſentẽtia eſt: q̃ putatis ꝑabolã nõ eſſe ꝑabolã: ſed ſic eã accipitis q̃ſi hiſtoriæ ueritatẽ: ut aliorũ ſcelera in alĩs puniãt. g ¶Cum eñ auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua ꝛc. Poteſt & hoc intelligi: Iuſtus prius populus iſrael, auertit ſe a iuſticia ſua: quia iuſticiæ reliquit auctorem & fecit iniquitatẽ, deſ filium denegando. In peccato atq; ſcelere q̃ operatus eſt morieẽ: nõ in pluribus, ſed in uno: hæredem interficiens, ut perderet hæreditatẽ. b ¶Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua quã opatus eſt ꝛc. Econtrario ait, gentiũ populus nõ habens noticiam dei: & impi⁹ ſi ſe auerterit ab impietate ſua quã prius operatus eſt in idololatria: & fecerit ea quæ iſraeli lege præcepta ſunt, ipſe pri⁹ mortu⁹ uiuificabit animã ſuam. Videnſq; ſe interiſſe in iniquitatibus quas operatus eſt: credet in eũ q̃ dicit: Ego ſum uia ☧ uitas & uita: uita uiuet & non morieẽ. i ¶Et dicũt filĩ iſrael: Nõ eſt ęqua via dñi ꝛc. Vſq; hodie iſrl̃ blaſphemat deũ, cur ꝓpꝫm ſuũ reliquerit: & gẽtiũ aſſũpſerit multitudinẽ. Quos arguit dñs, q̃ uiæ eorũ prauæ ſint, dñi aũt iuſta ſẽtẽtia: ut ꝓditis colonis priorib⁹, alios in uineã ſuã mittat agricolas. Q̃ itelligẽtes in euã geliĩ ꝑabola, dixere iudæi: Non erit iſtud. k ¶Idcirco vnũquẽq; iuxta vias ſuas iudicabo ꝛc. Siue de gẽtiũ multitudine, ſiue de iſrael populo ſint qui iudicantur: non eſt perſonarum acceptio apud deum: ſed unuſquiſq; ſua coronabitur fide: & ipietate atq; infidelitate dãnabiẽ. l ¶Cõuertimini ꝛ agite pnitẽtiã ꝛc. Propriæ ad iſrl̃ iſte ſermo dirigiẽ: ut agãt pœnitẽtiã & relinquãt iniquitates ſiue prævaricatiões ſuas, q̃b⁹ in deũ prævaricati ſũt. Põt aũt & ad utrũq; ꝓpꝫm intelligi: ut & iſrl̃ & gẽtiũ turba, ſua uitia derelinquẽs: conuertat̃ ad eũ q̃ poſſit ſanare cõtritiones ſuas. m ¶Et facite vobis cor nouũ ꝛ ſpm̃ nouũ. Vt uetuſtatẽ lr̃æ deſerẽtes, uiuatis in nouitate ſpũs. Cor nouũ iſraelis, eſt credere in eũ quẽ pri⁹ negauerat. Cor nouũ gentiũ, eſt idola derelinquere: & mortuorũ cultura cõtẽpta, credere in eũ q̃ eſt de⁹ uiuẽtiũ. n ¶Et q̃re moziemini dom⁹ iſrl̃? Meli⁹ eſt ut ſuꝑ dixim⁹ exhortationẽ hãc in q̃ ſcriptũ eſt: cõuertimini & agite pœnitẽtiã, ſuꝑ ꝓſona accipe iudæoꝝ, quos nõ uult mori: & q̃bus nũc loq̃t̃: quare moriemini dom⁹ iſrl̃: q̃ habetis patres Abraham, Iſaac, & Iacob: de quibus ſcriptũ eſt: deus

Hiere. 31. c

Iob. 14. a

Luc. 20. c

Mar. 12. c

Deu. 24. c

Mar.12.c est: Deus uiuorum & non mortuorū. Cur uestro uitio mo/
E riemini: qui patrum merito, & mea debetis uiuere miseri/
cordia? a Quia nolo mortem morientis ꝛc̄. Nolo inquit
Esa.1.a uos mori quos in salutem genui. Filios enim genui & exal/
taui: ipsi autē spreuerūt me. Reuertimini ergo & uiuite. Non
dicit reuertimini: nisi
his qui prius cum deo
fuerant: & postea eius
deseruere comitatum:
Et uiuite per pœniten
tiam: qui estis mortui
per peccatū. Igit̄ israel
quia nō reuertitur ad
pristinū statum: mor/
tuus esse credēdus est.

a Quia nolo mortem morientis dicit dominus deus: re/
uertimini & uiuite.

Ca. XIX

ET tū assume plan/
b ctum super princi/
pes israel: & dices: Quare
mater tua leæna inter leo/
nes cubauit? in medio leū/
culorū, enutriuit catulos
suos. Et eduxit unum de
leūculis suis: leo factus est:
& didicit capere prædam
hominemq; comedere. Et
audierunt de eo gentes: &
non absq; uulneribus suis
cœperunt eum: & adduxe
runt eum in catenis in ter/
rā ægypti. Quæ cum uidis
set quoniā infirmata est
& perijt expectatio eius:
tulit unū de leunculis suis,
leonem constituit eum.
Qui incedebat inter leo/
nes, & factus est leo. Didi/
cit capere prædam, & ho/
mines deuorare. Didicit
uiduas facere: & ciuitates
eorum in desertum addu/
cere: & desolata est terra
& plenitudo eius, a uoce
rugit⁹ illius. Et cōuenerūt
aduersum eum gentes un
diq; de prouincijs: & ex/
panderunt super eum re/
te suum: in uulneribus ea
rū captus est. Et miserunt
eum in caueam in catenis,
adduxerunt eum ad regē
babylonis: miseruntq; eū
in carcerem ne audiretur
uox eius ultra super mon/
tes israel.

Mater tua

Ca. XIX

ET tu accipe lamen
tum super princi/
pem israel & dices: Quid
mater tua catulus in me/
dio leonum facta est? in
medio leonum multipli/
cauit catulos suos. Et exi/
liuit unus de catulis eius:
leo fact⁹ est: & didicit rape
re rapinas: homines come
dit, & audierunt contra eū
gentes. In corruptione ea/
rum captus est: & adduxe
runt in camo in terram
ægypti. Et uidit quoniam
ablatus esset ab ea & peris
set substantia eius: & tulit
alium de catulis suis: leo/
nem constituit eum: & cō
uersabatur in medio leo/
num. Leo factus est & di/
dicit rapere rapinas: homi
nes comedit, & pasceba/
tur in audacia sua: & ciui/
tates eorum ad desertum
adduxit, & uastauit terrā
& plenitudinem eius a uo
ce rugitus sui. Et dedit su
per eum gentes per cir/
cuitū de regionibus: & ex/
panderunt super eum re/
tia sua. In corruptione ea/
rum captus est, & posue/
runt eum in camo: & in
cauea uenit ad regem ba/
bylonis: & introduxerunt
eum in carcerem: ut non
audiretur uox eius ultra
super montes israel.

Mater tua

F

G

H

4.Reg.24

Ps.73.d & de psalmis: Ne tra/
das bestijs animā con
fitentem tibi. Certe
ubi ad historiam ue/
nit: dicit Ioannā filiū
careæ ductum in ægy/
ptum: qui quomodo
fugiens cū paucis leo
appellatus sit, scire nō
possum: & alterū leo/
num Sedechiam, qui
& ipse ductus in baby
lonē sit. Nos aūt istius/
modi explanatiões le
ctoris arbitrio relin/
quētes: dicemus capti
uitate uicina, ꝓphetā
non tā futura uaticina
ri q̄ narrare præterita.
Post sextum em̄ Sede/
chiæ annū, siquidem
statim in consequenti
bus legimus: & factū
est in anno septimo: in quinto mēse, decima mensis: assumit̄
planctus sup principes, uel principē israel, & dicitur: Quare
mater tua leæna inter leones cubauit? Planctus igitur super
principes est: omēs uidelicet q̄ de Iosiæ stirpe generati sunt.
Mater principū hierusalē leæna appellat̄, quæ leunculos ge/
nuit & nutriuit: unūq; de leunculis suis eduxit & fecit leo/
nem, Ioachaz significans filiū Iosiæ: quem nechao pharao
duxit in ægyptū & ꝓ eo constituit Ioakim. Quo mortuo,
Iechonias filius eius rex cōstitutus: cū matre & optimatib⁹
ciuitatis a Nabucho/
donosor ductus est in
babylonē: de q̄ nascit̄
salathiel pater çoroba/
bel: q̄ ex eo qđ in ba/
bylone nat⁹ ē nomē ac
cepit. Perspicuūq; est
sub metaphora leænæ
leūculorum & leonis,
rursumq; alterius leo/
nis, illa describi: quæ
eo tpe iā facta erant, q̄
hæc ꝓpheta dicebat.
Post q̄ em̄ hierm̄ edu
xit de stirpe regia Ioa/
chaz filiū Iosiæ & cōsti
tuit in regē: tā crudelis
in breui extitit tpe: ut
Tropologice cœpisse
prædas & hoies deuo
rasse mēoreť. Ad quē
cū uenisset ægypti⁹: cœ
pit eū nō absq; uulne/
rib⁹: siue in fouea: ut ꝓ
prie in hebraico conti
neť: ut cōseruet Tropo
logicā captionē leonū,
qua semp in foueis ca
pi solēt. Et adduxit eū
in camo siue in cate/
nis in terrā ægypti: ibi
q̄ mortuus est. Qđ
cū uidisset mater eius
hierm̄, quæ eū genue
rat, quæ nutrierat, q̄ cō
stituerat in regnū, qđ
pisset expectatio eius:
tulit de alijs regib⁹ le/
choniā filiū Ioakim: &
cōstituit in regē. Qui
& ipse præcessoris imi/
tat⁹ crudelitatē, sub leo
nis feritate describit̄,
qđ hoies deuorarit,
mītas uiduas fecerit,
ad desertū adduxerit
ciuitates: & ad uocē ru
gitus ei⁹ territa sit uni/
uersa ꝓuincia: ita ut cō/
uenirēt ad eū gētes, &
expāderēt sup eū rete
suū & ī fouea caperēt,
& mitterēt eū in caueā
& ī catenas: nō qđ hoc
Iechoniæ factū sit: ipse
em̄ se tradidit regi ba/ Ibi.24.c
bylonio & in chaldæā
asportat⁹ est: sed ut leo
nis seruet̄ translatio q̄
capit̄ in foueis, catenis
q̄ cōstrigit̄, & ī caueis
reseruat̄. Alioqn iuxta
historiā, hoc de Sede/
chia legim⁹, q̄ post Ie/ Gen.49.b
choniā rex hierm̄ cōstitut⁹ ē. Et hæc fecit occasio: ut qa ca/
tenæ legūt̄ & caueæ & carcer noīat̄, Sedechiā poti⁹ q̄ Iecho
niā plæriq; intelligāt. Seruat⁹ igit̄ in carcere est nec iterfect⁹
& tātūmodo sublatus e regno. Cæteꝝ Sedechiā cæcū ductū
in babylonē

in babylonē,ibiq; ſtatim occiſum,narrat hiſtoria. a Mater tua q̄ſi vinea ⁊c̄. Diuerſis ſermonibus una res dicit̄. Et quō in ſupiorib⁹ legim⁹ hier⁹m pulchræ mulieri cōparatā: & rurſū leænæ quæ in cubili ſuo leones nutrierit:ſic nūc uiti uel uineæ pulcherrimæ cōparat̄:quæ ſup aquas plātata ſit multas :& idcirco humore nutriti palmites intūm creuerint :ut un⁹ palmes quem ſcriptura uirgam ſolidiſſimā ſiue fortiſſimam nuncupat, profecerit in ſceptra dominantiū. Pro quo uertere Lxx.in tribum ducū: ut ſcilicet reges ex ea fierēt. Tantæ autē erat ipſa uinea pulchritudinis,ut ſplēdor uiroris eius,floribus mali punici coeq̄retur: qđ in hebraico dicit̄ q̄ſi uinea in ſanguine tuo: rubore florum ſanguine cōparato.Exaltata ergo uinea & erecta:Quia ſupbis deus reſiſtit, humilibus autē dat gratiam: euulſa eſt in furore dñi in terrāq; proiecta : ut ruinas hieruſalem,elegās uitis tranſlatio cuſtodiret. Quāuis em̄ pulchra ſit uinea & lōgis,ppaginibus extendatur : ſi haſtilia calamoſq; ſubtraxeris: terræ iuncta,areſcit calore, maxime ſi uentus urens quē græci καύσωνα uocant ſiccauerit fructū ei⁹ ut emarceſcat, & q̄ſi ignis cremetur ardorib⁹. Qđ aūt in Lxx.additū eſt: Vindicati ſūt:p eo qđ in hebraico ſcriptū eſt, emarcuerūt:quā cōſequētiā habere poſſit,ſcire nō ualeo.Illa igit̄ uinea tātæ ubertatis & fructuū,tantæq; pulchritudinis:quō nūc trāſplantata eſt in deſertū,in terra inuia & ſitienti:Significat autē terrā babylonis ad quā tranſlati ſunt:uel ægyptū,quo cōfugerūt: aut ipſam terrā iudææ,in qua pauci pauperes remanſerunt: quibus præfectus erat Godolias,ut cōgregaret & regeret reliquias populi. Contra quē ſurrexit de ſtirpe regia & de uirga ramorū uineæ iſmahel,qui interfecit eū in Maſpha:& comedit omnē fructū uineæ:& exinde nō fuit in ipſa uinea uirga fortis,& ſceptrū dominantiū. Nullus em̄ remāſit de regibus q̄ populū gubernaret:ſed cū Ioannā filio Careæ ad ægyptū confugerūt. Idcirco planctus eſt & parabola lamentationis:ut plangat̄ regiū gen⁹ qđ in iudæa ultra ceſſauit,donec ueniret cui repoſitū eſt. Et ipſe erat expectatio gentiū. Ex quo ꝓſpicuū eſt,& ſuperiorē lectionē in qua dicit̄: Quare mater tua leæna inter leones cubauit:& hanc in qua ſcriptū eſt:Mater tua quaſi uinea in ſanguine tuo ſup aquam plantata:ad hieruſalē pertinere,quæ perdidit leones & palmites ſuos:& non remanſit in ea uirga quæ conſurgeret in tribū: ſiue in ſceptra dominantiū. A planctu em̄ incipit,& finitur in planctu. Aſſume planctū ſuper principes iſrael. Hoc eſt in principio & nunc in fine,planctus eſt: & lamentatione planctuq; parabolæ ſtirps regia proſequēda. Porro ſcd'm Anagogen,qđ alij ad cœleſtem referūt hieruſalem:ut dicant ex ea in iſtā uallē lachrymarū plurimos corruiſſe: & reges eſſe deſiſſe : & uineā q̄ndā pulcherrimā uēto urēte ſiccatā: ita ut nullus in ea uirētiū palmitū remanſerit : quā poſtea ſub urbis figura plāgat Hieremias: nos intelligim⁹ ſup eccleſiā,eo qđ in nouiſſimo tpe multiplicata iniqtate,refrigeſcat charitas multorū:ita ut ꝓbent̄ ſi fieri pōt etiā electi dei:& principes ei⁹ capiant̄ retib⁹ diaboli:qui nō ſit uni⁹ regis captione contentus:ſed quotidie reges & principes capere feſtinet: ſcd'm illud qđ ſcriptū eſt: Eſcæ eius electæ. Palmites quoq; eccleſiæ, qui dudū floribus & rubori ſanguinis æquabant̄:poſtea uento urente ſiccētur. Quā expoſitionē & euāgelij q̄q; pabola ſonat:in q̄ ſole orto,ea ſi germīauerāt æſtuauerūt & repēte ſiccata ſūt:ita ut uix remaneat unus e palmitib⁹ qui conſurgat in uirgā:& dign⁹ populi princeps fiat. Qđ alijs uerbis loquitur Eſaias:Inducam famē & ſitim ſup terram:nō famem panis & ſitim aquæ: ſed famem audiēdi ſermonis dei. Vnde debemus plangere & lamētari ſup principes iſrl: quorum uitio & ſupbia iudæa deſerta, & capta eſt hieruſalem.

Ca. XX

ET factum eſt in anno ſeptimo in quinto in decima ⁊c̄. Poſt undecim menſes & q̄q; dies ſuperioris uiſionis:rurſum ſermo fit ad prophetam,poſtq; uenerūt uiri de ſeniori

a HEB. Mater tua quaſi uinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata : fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis.Et factæ ſūt ei uirgæ ſolidæ in ſceptra dominantium : & exaltata eſt ſtatura eius in frōdes. Et uidit altitudinē ſuā in multitudine palmitū ſuorū:& euulſa ē in ira: in terrāq; proiecta:& uēt⁹ urēs ſiccabit fructū eius: emarcuerunt & arefactæ ſunt uirgæ roboris eius: ignis comedit eam.Et nūc tranſplantata eſt in deſertū in terra inuia & ſitiēti. Et egreſſus eſt ignis de uirga ramorum eius qui fructus eius comedit : & non fuit in ea uirga fortis:ſceptrum dominantiū:planctus eſt,& erit in planctū.

SEP. Mater tua q̄ſi uinea: ſicut flos in malis granatis in aqua plantata. Fructus eius & germen illius factū eſt ex aqua mlta. Et facta eſt ei uirga fortitudinis in tribū ducum : & exaltata eſt magnitudie ſua in medio propaginum. Et uidit magnitudinē ſuā in multitudine palmitū ſuorū:& confracta in furore,in terram ꝓiecta eſt : & uentus urens arefecit electa eius. Vindicati ſūt: & arefacta eſt uirga fortitudinis eius. Ignis cōſumpſit eā & nūc plātauerunt eā in deſerto in terra ſine aq̄ : & exiuit ignis de uirga electorū ei⁹ & comedit eā:& nō erat in ea uirga fortitudinis. Tribus in parabolā lamentationis eſt,& erit in plāctū.

b ET factum eſt in anno ſeptimo,in Ca. XX decimo,in decima mēſis: uenerūt uiri de ſeniorib⁹ iſrael ut interrogarēt dñm: & ſedebāt corā me.

Et factus eſt

bus domus iſrael ut interrogarent dñm,& ſederunt coram eo. Hanc autem fuiſſe conſuetudinem populi iſrael,ut quicquid ſcire cupiebant a domino quærerent p ꝓphetas: multa exempla teſtantur. Saul quærēs aſinas,pergit ad Samuelem:accepitq; conſilium a puero ut offerat prophetæ quartam partem ſicli.Egrotante filio Hieroboam,mittitur in filo ad Achiam prophetam uxor eius:deferens munuſcula:panes & colliridas,uuas & lagunculam mellis:ut de filij infirmitate cognoſceret. Dauid quoq; propheta alium interrogat prophetam Nathan : utrum templum domino ædificare debeat. Et Achab ſciſcitatur, aſcendat an non in Ramoth galaad. In Eſaia quoq; & in Regum uolumine:quæ Sennacherib uentura ſint nunciantur. Nec mirum,ſi in ueteri teſtamento,ſingulis quæ uentura ſunt prophetæ annūcient:cum Agabum legerimus quæ paulo uentura ſunt prophetare. Scriptum eſt enim in Deuteronomio: Gentes quas perditurus eſt dominus in conſpectu tuo, iſte ſomnia & diuinationes audient: tibi autem nō ſic dedit dominus deus tuus. Gentium enim eſt adire chaldæos, hariolos, aruſpices,diuinos, ſortilegos,oracula dæmonū quibus errori earū illuditur. Vnde & nunc ſeniores iſrael prophetā adeunt: ut interrogent per eum dñm: & tñ de interrogatione ſilent: ipſo qui interrogandus erat ſciente quid interrogarent:ut & in eo miraculum ſit ſcire cur uenerint:& ad ea reſpondere quæ tacitus ſermo in animo continebat.

Et factus

A B C D G H

Matth.24.b

Abac.1.d

Mar.4.a

Amos.8.d

1.Re.9.a
3.Reg.14.b

2.Reg.7.a

3.Re.22.d

Eſa.37.b.et 4 Re.19.f
Act.21.c
Deu.18.c

4.Re.25.f
Hiere.40.b et.41.a

Gen.49.b

E a Et factus est sermo dñi ad me dicēs: Fili hois loquere senio: ibus israel ꝛc. Sanctis & congrua interrogātibus dat ꝓmissio: adhuc loquēte te dicā, ecce adsum. Peccatorib⁹ aūt, quales fuerūt seniores israel: & quorū scelera in cōsequētib⁹ propheta describit: nō datur responsio, sed increpatio ꝓ pec catis: & addidit iusiurandū, uiuo ego, ut firmior sit sentētia dene gātis. Q d⁹ autē dixere Lxx. Si rn̄dero uobis: Symmach⁹ manifesti⁹ trāstulit, nō respō debo uobis. b Si iudicas eos: si iudicas fili hois. Illi quidē ad interrogādū me uenerūt, cupiētes de his q bus ambigūt & futura cognoscere: tu autē fili hominis iudica eos: ut nō ꝓphetæ sit respon sio, sed sentētia iudicā tis pro iniqtatib⁹ quæ fecerūt: & patrū secuti sunt scelera: Vel certe si ultus eos fuero ultione: ut sit sensus. Tanta iniqtate coopti sunt, ut ne emēdatione qui dē & correptione sint digni, scd̄m illud q in

Osee. 4. c F ꝓpheta dicit: Non uisitabo ultra filias uestras & nur⁹ uestras cū

Pro. 18. a mœchatæ fuerint. Vñ & peccatores q in profundū uenere peccati, dimittūtur ut faciant desyderia cordis sui.

c Abominatiões patrū suoꝝ ostēde eis ꝛc. Si peccata patrum nō redundant ad filios: quō abominatiões & iniqtates patrū nūc senioribus proponunt? Hac uidelicet causa, ut ostendant similia parē tibus agere: & hæreditario malo, longissimū funem trahere peccatorū: ut quorū imitantur uitia, eorum supplicia pertimescant. d Hec dicit dominus deus: In die qua elegi israel ꝛc. quę est egregia inter oēs terras. Pro eo q d⁹ dixere Lxx. fauus est ultra omnes terras: pro quo nos interpretati sumus, egregia est inter oēs terras. Aquilæ prima æditio posuit, firmamentū: secūda, inclytum: Symmachus, regionē: Theodotio, fortitudinē: q d⁹ uidelicet omniū terrarū ista sit fundamentū, q d⁹ in ea dei religio sit & templū & cerimoniæ & noticia dei: & intm̄ popul⁹ israel in egypto constitutus ignorabat deū: ut missus ad eos moyses: Si interrogauerint ait me, quis misit te: quid dicam eis? Dic in

Exo. 3. d quit ad eos: Qui est, misit me. In ægypto igitur notus fact⁹ est populo & semini dōnus Iacob: q n̄ leuauit manum suā pro eis cōtra ægyptios, & dixit: Ego sum dñs deus uester: & elegit eos, ut educeret de terra ægypti, ad terrā fluentē lacte & melle. Necdū em̄ capere poterant solidū cibum, sed quasi paruuli atq lactentes, melle & lacte indigebant infantiæ. Iuxta literā uero inclytam esse terram iudeæ & cunctis terris fertiliorē: dubitare nō poterit, q a Rinocorura usq ad Taurum montē & Eufraten fluuium cunctā consyderauerit terram, & urbium potentiā amœnitatēq regionū: Palestinam uidelicet & Phœnicē, Arabiā, Syriā Cœlen, Cilitiā: & cæteras regiones: quas israeli si dei præcepta seruasset, dñs repromisit: quas quia non accepit, uitiū fuit incredulitatis eius. Nam & in ipsa Palestina Iudææq ꝓuincia, gentes plurimæ remāserūt, quæ nō sunt eiectæ. Necq em̄ sponsor in crimine est: si ille cui repromittit indignū se fecerit sponsione: præsertim cum proponat optio ꝓmittētis, Si uolueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis. Sin autem nolueritis, gladius deuorabit uos. Eliguntur ergo præsentia: nec statim qui eligitur, temptari non potest, nec perire: quia & Saul electus in regē, & iudas in apostolum, suo postea uitio corruerūt. Eleuatio aūt man⁹ siue extensio, habitum percutientis ostendit: ut percuteret pro eis ægyptios, & populum israel de ægypto liberaret. e Et dixit ad eos: unusquisq offensiones oculoꝝ suoꝝ abiiciat ꝛc. Pro offensionibus quæ hebraice dicuntur שִׁקּוּצֵי Symmachus interpretatus est, nauseas. Aq læ secūda æditio, abscisiones: ut significarent abiiciendas ab oculis lippitudines: & quasi nauseas, quæ nō solū aspectū impediūt, sed & contra cernentibus uomitū creāt: גִּלּוּלֵי quoq uerbum hebraicum est: q d⁹ Lxx. adinuentiones: Aquilæ prima æditio, ingnamenta: secunda, Symmachusq & Theodotio, idola interpretati sunt: quos & nos in præsentiarum secuti sumus. Præcipit autem exeuntibus primum de ægypto, ut obliuiscantur idolorum quibus multo tempore seruierūt, immo abiiciāt ea ab oculis suis: ut ne aspectu quidem digna habeant: & quibus multo tempore polluti sunt, ultra non acquiescant. Ego inquit dñs deus uester: non portenta ægyptia: non uariorum figmenta monstrorum. Sed & nobis, quando eximus de ægypto: iubetur ut offensiones oculorū nostrorum abiiciamus: ne scilicet his delectemur quibus antea delectabamur in sæculo: ne simulacris ægypti polluamur, adinuentionibus uidelicet philosophorum atq hæreticorum, quæ recte idola nominant. A spectaculis quoq īmo offensionibus ægypti remoueamus oculos, arenæ, circi, theatrorū: & oīm̄ib⁹ quæ aniæ cōtamināt puritatē: & per sensus ingrediūtur ad mentem: impleturq q d⁹ scriptum est: Mors intrauit per fenestras uestras. f Et irritauerunt me. Siue ut Symmachus interpretatus est: Non acquieuerūt mihi. Statimq uocati recedunt a deo: ut nullum sit spacium inter uocationem & recessionem. Et hoc notandum, q d⁹ nemo recedit a deo: nisi qui ante cum eo fuerit. Vnde & draco in Iob uolumine, apostata, præuaricator & recedēs appellat. g Noluerunt audire ꝛc. Propterea, inquit, irritauerunt me & recesserunt a me: quia noluerūt audire me: dum liberū hominis seruatur arbitrium: & fecerunt omnia, quæ ne facerent lege præcepi: statim desperantes salutem: & mussitantes cōtra

moysen

---

a Et factus est sermo dñi ad me dicens: Fili hominis, loquere senioribus israel, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Nunquid ad interrogandū me uos uenistis? Viuo ego: quia nō respondebo uobis: ait dñs deus.

b HEB. Si iudicas eos: si iudicas fili hominis. Abōminationes patrum suorum ostende eis: & dices ad illos. c Hec dicit dominus deus: In die qua elegi israel: & leuaui manum meā ꝓ stirpe dom⁹ iacob: & apparui eis in terra ægypti, & leuaui manū meā ꝓ eis dicens: Ego dñs deus uester. In die illa leuaui manum meam pro eis ut educerē eos de terra ægypti in terrā quā prouideram eis, fluentem lacte & melle: quæ est egregia inter omnes terras. e Et dixit ād eos: unusquisq offensiones oculorum suorum abiiciat: & in idolis ægypti nolite polluī: ego dominus deus uester. f g Et irritauerūt me. Noluerunt audire me. Vnusquisq abominatiões

SEP. Si ultus eos fuero ultione fili hominis. Iniqtates patrum eorum contestare eis: & dices ad eos. Hæc dicit dominus deus: Ex qua die elegi domum israel, & notus factus sum semini domus Iacob & cognitus eis in terra ægypti: & suscepi eos dicens: Ego dñs deus uester: in die illa apprehendi eos manu mea dicēs: ut educerē eos de terra ægypti in terram quā paraui eis: terrā fluentem lacte & melle: fauus est ultra omnem terram. Et dixi ad eos: Vnusquisq abominationes oculorum suorū proiiciat & in adinuentionibus ægypti nō polluat: ego dñs deus uester. Et recesserūt a me. Et noluerunt audire me:

Esa. 1. e

A moyſen, deicꝫ repromiſſionibus diffidentes. Vñ ſequitur.
a ¶ Et dixi vt effunderē indignationē meā ſup eos ꝛc. Statim ut præcepi eis relinquere ſiue abiſcere offenſiones oculorū ſuorū, & in idolis ægypti nequaꝫ pollui: irritauerunt me, & noluerūt audire quæ dixi: ſed ecōtrario fecerunt quæ non facienda præcepi.

Ideo decreuerā, ut effūderē in eos furorem & indignationē meā: & implerē irā meā quā mente cōcœperam in medio ægypti: qa nec dum egreſſi fuerāt de ægypto. Sequiē enim infra: Eieci ergo eos de terra ægypti, & eduxi in deſertum. Ex quo oſtendiē, nec dum eos fuiſſe egreſſos de ægypto, qñ effundere uoluit indignationē ſuā & implere iram ſuam ſuper eos, & percutere eos in medio terræ ægypti. b ¶ Et feci ꝓpter nomē meū: ut nō violareē ꝛc. Q d' facere cogitabam propter iuſticiam, non feci propter clæmētiæ magnitudinē: ne polluereturnomē meū: & uiderer nō potuiſſe complere qd' iſrael repromiſerā. Peperci igitur nomini meo, ne haberēt occaſionē blaſphemādi nationes, inter quas notus fact⁹ ſum eis in terra ægypti. Hucuſcꝫ qd eis promiſerit in terra ægypti conſtitutis: & quō ſtatim offēderint, & quid cōtra eos dñs cogitauerit, & tñ non fecerit, ꝓpheta deſcribit. Q uæ ſequuntur, egreſſis de ægypto locutus eſt. c ¶ Eieci ergo eos de terra ægypti ꝛ eduxi in deſertum ꝛc. Hæc ad eos dicunt qui educti ſūt de ægypto in deſertum: ut ægyptiorū uitijs liberati: facilius in ſolitudie dei præcepta cōplerent: & iudicia eius facerent & ſabbata cuſtodirent: Q uæ in ſignum data ſunt inter

HEB. quiſcꝫ abominationes oculorum ſuorum nō proiecit: nec idola ægypti reliquerunt.

SEP. Abominatiōes oculorum non proiecerunt: & adinuentiones ægypti nō reliquerunt.

a Et dixi ůt effunderem indignationē meam ſuper eos: & implerem iram meam in eis in medio terræ ægypti.

b Et feci prōpter nomen meū: ut non uiolaretur corā gentibus in quarū medio erant: & inter quas apparui eis

c ut educerem eos de terra ægypti. Eieci ergō eos de terra ægypti & eduxi in deſertū: & dedi eis præcepta mea: & iudicia mea oſtendi illis: quæ faciat homo & uiuat in eis. Inſuper & ſabbata mea dedi eis, ut eſſet ſignum inter me & eos: & ſcirent: quia ego dominus ſanctificās eos. Et irritauerūt me domus iſrael in deſerto: in præceptis meis non ambulauerunt: & iudicia mea proiecerūt: quæ faciet homo & uiuet in eis: & ſabbata mea uiolauerunt uehementer. Dixi ergo ut effunderem furorē meum ſuper eos in deſerto: & conſumerem eos: & feci propter nomen meum ne uiolaretur coram gentibus: de quibus eieci eos in conſpectu earum.

B

b HEB. Egō igitur leuaui manum meam ſuper eos in deſerto ne educerem eos in terram quam dedi eis, fluentem lacte & melle: præcipuam terrarū omnium: quia iudicia mea proiecerant: & in præceptis meis non ambulauerant, & ſabbata mea uiolauerant. Poſt idola enim cor eorum gradiebatur: & pepercit oculus meus ſuper eos ut non interficerem eos, nec cōſumpſi eos in deſerto.

SEP. Et ego leuaui manū meā ſup eos in deſerto: ut oino nō introducerē eos in terrā quā dedi eis: terrā fluentē lacte & melle: fauus eſt ultra omnē terrā: eo qd' iuſtificatiōes meas reppulerunt: & in præceptis meis non ambulauerūt: & ſabbata mea uiolauerunt, & poſt cogitatiōes cordiū ſuorum ambulauerunt. Et pepercit oculus me⁹ ſup eos ne delerē eos: & non interfeci eos in conſumptionē in deſerto.

Dixi autē eum qui dedit & eos quibus data ſunt: ſcriptura dicente: Et locutus eſt dñs ad moyſen dicens: Et tu præcipe filijs iſrael Exo.31.c dicēs: Videte, & ſabbata mea cuſtodite, qd' eiē ſignum inter me & uos in generationib⁹ ueſtris: ut ſciatis qd' ego ſum dominus qui ſanctifico uos: & cuſtodite ſabbatū quoniā ſanctū eſt uobis. Q ui uiolauerit illud morte morieē. Omnis q fecerit in eo opus: interficietur anima illa de medio populi ſui. Ergo ſabbatum & circūciſio in ſignū data ſunt ueri ſabbati, & ueræ circūciſiōis: ut ſciam⁹ nobis in ꝓfecto & æterno ſabbato requieſcēdum a ſæculi operibus: & non præputiū, ſed cor circūcidamus. Vnde in ſex diebus operātes, die ſeptimo requieſcamus: ut nihil aliud die ac nocte faciamus, niſi

Dixi autē præceptis meis nō ambulauerāt & ſabbata mea uiolauerāt: Ipſiuſcꝫ cauſæ hæc cauſa ē, ut iſta nō faceret: qa cor eorū ægypti idola ſequebaē. Pepcit aūt, ait, oculus me⁹ ne interficerē eos atcꝫ delerē: nec oīno cōſumerē. In q̄ quæriē, quō eis pepercerit: quorū cadauera in ſolitudine corruerūt: & excepto ieſu Naue & Caleb filio iephone, terrā repromiſſiōis nullus ingreſſus eſt. Ex quo intelligim⁹ uiuere eos: nec æternis ſupplicijs reſeruatos, nec deletos eſſe de libro uiuentiū: nec conſumptos ante faciem dñi. Si enim ex eo qd' non ſunt introducti in terram repromiſſionis periſſe credēdi ſunt: ergo & moyſes periit: qui uidit tantū terram repromiſſionis & non eſt ingreſſus in eam. De quo in libro Ieſu dominus loquiē:

C

D

omne qd' uiuimus, deberi dño nouerimus: & redeūte hebdomade, totos nos eius nomini conſecremus: ut per ſanctificationē diei recordemur dñi qui ſanctificat nos. Hæc præcepta & iuſtificationes & obſeruantiā ſabbati, dedit dñs in deſerto: ut facientes illa uiuerēt in eis: nō de illis ad maiora trāſirēt: ſicut in euāgelio, pmiſſū eſt. Q uæ illi uiolauerūt, nō ſemel nec parū, ſed uehemēter: ut uiolationis ἐπίτασις monſtrareē. Dixit ergo & in ſua mente decreuit, ut effunderet furorē ſuū ſup eos in deſerto, & conſumeret eos, qñ locutus eſt ad moyſen: Dimitte Exo.32.c me: & iratus furore cōtra eos, delebo illos. Sed noluit facere, parcens ægyptijs & cæteris gēnibus, ne ſcandaliçarenē: & ipſis quoꝫ miſertus eſt: expectās pœnitentiā conuerſorū. Notandūcꝫ qd' qñ conſtitutis in ægypto loquebatur poſt offenſam: feci ait ꝓpter nomen meū: ut nón uiolaretur corā gentibus de quibus eieci eos in conſpectu earū. Tunc enim adhuc in medio erant: quia nec dū exierant. Nunc autē poſtcꝫ egreſſi ſunt, dicitur: de quibus eieci eos in cōſpectu earū. b ¶ Ego igit leuaui manū meā ſup eos in deſerto ne educerem eos in terrā quā dedi eis ꝛc. Decreuerā quidē ut totū furorem meū effunderē ſup eos, & delerē illos atcꝫ conſumerē: ſed feci ꝓpter nomen meū ne uiolareē in gentib⁹, Ibi.17.c Amalechitis uidelicet Nu.14 & reliquis, quæ cōtra eos in ſolitudine dimicarūt: ut nequaꝫ inducerē eos in terram quā eis pollicitus ſum fluētē lacte & melle: quæ præcipua terrarū omniū eſt ſiue fauus. Cauſa autē pœnæ eſt, iſtiuſcꝫ ſentētiæ: qa iudicia mea ꝓiecerāt & in

Deu.34.b Malach. 4.b Hiere.15.a E Exo.32.g

Moyses famulus meus mortuus est. Et in Malachia: Memẽ tote legis moysi serui mei. Et in Hieremia, quasi de amico & familiarissimo suo loquitur deus: Si steterint moyses & Samuel in conspectu meo. Alioquin & moysi præces exaudi/tas esse credẽdũ est: qñ ꝓ populo interpellãs ait: Si dimittis eis peccatũ, dimitte: sin aũt nõ uis, me dele de libro tuo quẽ scripsisti Vt autẽ sciamus sentẽtiã dei in filios & famulos, non ad perditionẽ sed emendationẽ fieri, audiamus testimonia

Pro.3.b

scripturarũ. Fili ne contristeris ad disciplinã dñi: neq; deficias, qñ

Hebre.14.b

ab eo argueris. Quẽ em̃ diligit dñs corripit Flagellat aũt oẽm filiũ quẽ recipit. Et in alio

ps.77.d

oco: Cum interficeret eos, tũc quærebãt eũ. Et in Deuteronomĩ cantico: Ego interficiã

Deu.32.f

& ego uiuificabo. Possum⁹ & hoc iuxta lr̃am dicere, qđ nõ delcuerit eos, neq; cõsumpserit cũ stirpe sua atq; progenie: sed iterfectis patribus, pepcerit filĩs: quos in terram repromissionis induxit.

F

a ¶ Dixi autem ad filios eorum in solitudine: In præceptis siue legitimis patrum vestrorum nolite incedere ꝛc. Post interfectionem patrũ qui in eremo corruerunt: præcepta dat filĩs: in quorũ salutẽ misertus est patrum. Et pepercit, inquit, oculus domini super eos: ne omnino interficeret eos atq; deleret, sed patres in filĩs reseruaret: eadẽq; testatur quæ & patribus est locutus: ut postq̃ in præceptis illius ambulauerint, & iudicia illius custodierint, & sanctificationẽ sabbati qđ signũ datum est reseruauerint: tunc sciant quia ipse sit dñs de⁹ eorũ. Præcepta autẽ & legitima patrũ & iudicia eorum, errorem inolitum significat: ne peccata eorũ imitentẽ, quorũ tormenta ꝓspiciũt. b ¶ Et exacerbauerunt me filĩ: in præceptis meis nõ ambulauerunt ꝛc. Sed & filĩ inquit parentum scelera sunt secuti: fecerũtq; omnia quæ illi fecerant: unde & similẽ meruere sententiã: sed eadem qua & patres eorum misericordiæ meæ magnitudine reseruati sunt: & ob easdem causas quibus & patrũ misertus sum: ut unus atq; idem creator amborũ: simili iram meã patiẽtia mitigarem. Manifesta ꝓcurrimus, & ad obscuriora trãsimus. c ¶ Etiterum leuaui manum meã in eos in solitudine ꝛc. Vbi in ueteri testamento contra filĩos eorum qui in solitudine corruerũt dominus leuauerit manum suam, uolens eos dispergere in nationes, scriptura non dicit: sed ex eo qđ hic refert, factum esse credendum est. Siue hoc significat, qđ postq̃ terram repromissionis intrauerint, uarijs temporibus ob multa peccata diuersis traditi sunt gentibus regibusq; : & eo tempore quæ natura sua bona erant præcepta domini, & iudicia in quibus possent credentes uiuere: facta sint eis nõ bona, dũ nequaq̃ ualent in captiuitate legis præcepta seruare, & facere quæ diuinus sermo mandauit. Neq; dixit, dedi eis præcepta mala, sed nõ bona. Non em̃ statim sequitur: ut qđ bonũ nõ est, sit malũ: sicut & Apostolus docet, bonũ esse homini uxorẽ uel mulierẽ nõ tangere, sed propter incontinentiã unũquẽq; possidere uas suum in sanctificatione & castitate: Qđ si nõ fecerit, nec bonũ nec malum est. Dedit ergo eis deus dispersis in gentibus præcepta non bona: hoc est dimisit eos cogitationibus & desyderijs suis: ut facerent quæ non conueniũt. Et polluit eos in muneribus suis: sicut sacerdos leprosos de populo separãs: & eos pollutos esse demonstrans: dum idolis offerunt quæ deo offerre deberẽt. Et trãsducunt omne qđ aperit uuluam per ignem baali, id est, primogenita: ut postq̃ deserti fuerint a deo & idolorũ cultui traditi: tunc intelligant qđ ipse sit dominus quẽ suo uitio ad iracundiã concitauerunt. Hunc locũ manifestius interpretat⁹ est Symmachus, pro præterito ponens futurum. Igitur & ego dabo eis præcepta nõ bona, & iudicia propter quæ non uiuent: & polluã eos propter munera sua, quia consecrant & transducunt omẽ qđ aperit uuluã, ut deleam eos, & sciẽt quia ego dominus. Et est sensus. Quia uidi filios patrum sceleribus adæquari, & eadẽ facere propter quæ illi offenderant deum: uolui illos diuidere in nationes, & in toto orbe dispergere, & dare illis præcepta non bona & iudicia in quibus non uiuerẽt: ut polluerem illos in muneribus suis: quia omnia primogenita idolis consecrabant: & delerem eos in perpetuum & scirent qđ ego essem dñs. Per quæ ostendit, eis non se dedisse præcepta non bona qui in eremo morabantur: sed his quos dispergere uoluit in natiões & facere in toto orbe peregrinos, dare coegisse quæ non dedit: ut ibi dei præcepta bona, uitio suo non bona facerent, dum idolis exhibent quæ deus sibi præceperat exhibenda. Potest & hoc dici, qđ ante offensam decalogum tantũ acceperint: post idololatriam uero & blasphemiam multiplices legis cerimonias: ut deo potius offerrent uictimas quas dæmonibus offerebant: & comparationẽ sacrilegij, leuius fieret qđ non erat per se bonũ: & nequaq̃ malũ, quia deo offerebatur: & tamen non bonũ, quia boni auctorem offenderant. d ¶ Quãobrem loquere ad domũ israel filĩ hominis ꝛc. Volui inquit eos in solitudine delinquentes in cunctas dispergere nationes, & dare illis præcepta non bona: ut qđ mihi offerre debuerant, idolis immolarent: & omne primitiuũ suum consecrarẽt eis per ignem: ut interficerem eos atq; delerem. Quando autem dicit, uolui, ostendit se non fecisse qđ uoluit. Illudq; qđ sequitur: Et scient quia ego sum dominus: in Lxx. non habetur. Non em̃ eis uidebat cõsequẽs post interfectionẽ nosse qđ ipse sit dñs. Sed tu fili hominis rursum loquere ad eos, hoc est, ad seniores dom⁹ israel q te interrogare uenerũt: Patres uestri de quorum uos stirpe descẽdistis, etiam in hoc blasphema-

b HEB. ¶ Quãobrem loquere ad domũ israel: fili hominis

SEP. ¶ Idcirco loquere ad domũ israel fili hominis: & dices

2 uerunt me

A uerunt me: & duxere pro nihili: postq̃ introduxi eos in terram quã mea fortitudine possederũt: quã ego ad possidendũ dederam: illi uerterunt ad exasperandum me. Cum enim uidissent omnem collem excelsum: lignũq; nemorosum: sacrificabant in montibus & in lucis & saltibus, & idolis uictimas immolabant: & libabant. Quod cum uidissem, dixi ad eos: Quid est bama: hoc enim interpretatur excelsum: aut cur ingredimini istiusmodi locum quem uobis in cunctis collibus elegistis: ita ut usq; hodie istiusmodi loca appellentur bamoth: & antiquus error nomen pristinum teneat: Proba ma qđ nos in excelsum uertimus: in Lxx. æditiõe error obtinuit ut scribat̃ ἀββανὰ, qđ hebraico sermone nil resonat. Potest bama si utrãq; syllabam in duo diuidas uerba, significare, in q̃: sed præsenti loco sensus iste non congruit. Vbicũq; autem in Regum & Paralipomenon libris scribit̃, Adhuc populus adolebat incẽsum & immolabat in excelso, Bama singulariter: & bamoth pluraliter excelsa significat.

בָּמָה

B a ¶ Propterea dic ad domũ israel: Hęc dicit dñs deus: In uia patrũ uestrorũ uos polluimini ꝛc. Patrũ uestrorũ imitamini uitia: & per easdẽ inceditis uias: ut delicta similia similem mereãtur & pœnam: & in tantũ scelus profecistis: ut filios uestros per ignem dæmonibus consecretis. Nec semel hoc fecisse sufficiat: sed usq; in p̃sentiarum agatis eadem. Non qđ hæc seniores in captiuitate faciant: sed qđ illi qui hierosolymis morabãtur, & quibus captiuitas imminebat, hæc omnia facere non cessent. Et cum tantis flagicijs obligati sitis: responsionem, inquit, meam quæritis: Viuo ego dicit dñs deus, & iuro p memetipsum, quia non respondebo uobis. Quodq; sequitur: b ¶ Neq; cogitatio mentis uestrę fiet/ dicentium: erimus sicut gentes ꝛc. Hunc habet sensum: Ne putetis cogitationes uestras quibus contra me blasphematis posse compleri: dicitis enim, nolumus esse sub domino, nec populus illius appellari: sed sicut cunctæ in toto orbe sunt nationes: & unaquæq; gẽs suo uiuit arbitrio, ut colat ligna & lapides & idolis seruiat etiã nos una gens erimus e pluribꝰ. Ad quæ respondet deus, iuratq; per semetipsum & dicit: Nõ uos relinquam neq; contemnam, ut fugaces seruos domini negligentes solent contẽnere, sed ad meũ retrahã imperium: & brachio extento ac percutiente ac furore effuso, in pristinam uos redigã seruitutẽ: & regnabo sũper uos: ut uelitis nolitis me habeatis regẽ: & sentiatis regem iratũ cuius clæmentiã neglexistis. c ¶ Et educam uos de populis: ꝛ cõgregabo uos de terris in quibus dispersi estis ꝛc. Nec uos ait patiar esse in gẽtibus, nec æterna captiuitate teneri: sed educã de populis & cõgregabo de terris in quas uos ad seruiẽdum hostilis necessitas huc illucq; dispsit. Hec aũt faciã, nõ ut pdã uos & deleã: sed ut rex uester sim. Ex q̃ intelligimus etiã eam quã appellant hæretici creatoris crudelitatem, sonare clæmentiam: dũ ad hoc irascitur & deseuit & totum effundit furorem: ut retrahat eos ad regnum suum, qui dæmonum tyrannidem ad seruiẽdũ elegerunt. d ¶ Et adducam uos in desertum populorum ꝛ iudicabor uobiscum ibi facie ad faciẽ ꝛc. Faciã ait dñs uobis q̃ estis in babylone & nũc seruitis idolis: qđ feci patribꝰ uestris in ægypto ut educã uos in desertum populorũ: & ibi iudicer uobiscum facie ad faciem, sicut adiudicaui illos iudicio cõtẽdi, quãdo egressi sũt de ægypto. Et postq̃ uos iudicauero, subijciam uos sceptro meo & imperio, & inibo pactum uobiscum, & inducam uos in terram uestrã in uinculis charitatis: ut ligati amore meo, nequaq̃ a me possitis recedere. Transgressores autem & impios, qui cordis duricia in malis operibus

C

D

HEB. minis: & dices ad eos. Hæc dicit dominus deus. Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres uestri, cum spreuissent me contemnentes: & induxissem eos in terram super quam leuaui manum meam ut darem eis: uiderunt omnem collem excelsum: & omne lignum nemorosum: & immolauerunt ibi uictimas suas: & dederũt ibi irritationem oblationis suæ: & posuerunt ibi odorẽ suauitatis suæ: & libauerunt libationes suas. Et dixi ad eos: Quid est excelsum ad quod uos ingredimini? Et uocatũ est nomẽ eius excelsum usq; in hunc diem.

SEP. & dices ad eos. Hæc dicit adonai dñs: Vsq; ad hoc me ad iracundiã prouocauerunt patres uestri in delictis suis quibus corruerũt in me: & introduxi eos in terram super quam leuaui manũ meã ut traderem eã illis. Viderũtq; omnem collem excelsum & omne lignum nemorosum: & imolauerũt ibi dñs suis: & posuerunt ibi furorem munerum suorum: & posuerunt ibi odorem fragrantiæ eorum: & libauerũt ibi libamina sua. Et dixi ad eos. Quid est abbana: quia uos intratis illuc? Et uocauerunt nomẽ eius abbana usq; in hodiernum diem.

a Propterea dic ad domum israel: Hæc dicit dominus deus. In uia patrum uestrorum uos polluimini: & post offendicula eorũ uos fornicamini. Et in oblatione donorum uestrorum cum transducitis filios uestros per ignem: uos polluimini in omnibus idolis uestris usq; hodie: & ego respõdebo uobis domꝰ israel? Viuo ego
b dicit dominus deus: quia non respondebo uobis. Nẽq; cogitatio mentis uestræ fiet, dicentium: erimus sicut gentes, & sicut cognationes terræ: ut colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit dominus deus: quoniam in manu forti & in brachio extẽto & in furore effuso regna-
c bo super uos. Et edũcam uos de populis: & congregabo uos de terris in quibus dispersi estis: in manu ualida & brachio extẽto: & in furore effuso regnabo super
d uos. Et addũcam uos in desertũ populorũ: & iudicabor uobiscum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi aduersus patres in deserto terræ ægypti: sic iudicabo uos dicit dominus. Et subijciam uos sceptro meo, & inducam uos in uinculis fœderis: & eligam de uobis transgressores

pseuerãt: eligã de uobis nõ ad possidẽdũ, sed ad abijciendũ: Et educam quidem eos de terra incolatus eorum: ut educti non ingrediantur terram israel: sed in diuersis pereant regionibus: & distinctione bonorum & malorum, cognosca-

E tis,quia ego sum dominus,qui facio cūcta iudicio. Ad reliqua festinat oratio,breuiterq; percurrimus singula: ut sensum tantū legētibꝰ præbeamus. a ¶Et vos domus ísrael: hec dicit dñs deus: Singuli post idola vestra ambulate ⁊c. Hunc locum manifestius interpretatus est Symmachus: Vnusq;sq; idolis suis euntes seruite,quia noluistis audire me:nomen autem meū sanctum nolite ultra polluere per munera uestra atq; simulacra: In mōte ÿo sctō meo, in mōte excelso israel ait dominus deus: ibi seruiet mihi omnis domus israel. Symmachi translatio hunc habet sensum. Quia mihi seruire non uultis: ite seruite idolis, & simulacrorum uestrorū calcate uestigia. Me enim audire non uultis, ut neq; mihi hostias īmoletis:nec adoleatis incensum: nec meus populus appellemini. Mihi enim neq; in lucis & phanis & idolorum locis seruient cultores mei, qđ uos facitis: sed in monte sancto meo,in monte excelso israel. Porro Lxx. proprium explicant sensum. Derelinquite cogitatiōes uestras pristinas:& malarū adinuentionū auferte peccata:& si post hæc audieritis me, & nomen meū non polluueritis in muneribus uestris atq; simulacris: tunc in mōte meo sancto offeretis mihi uictimas & seruietis o omnis domꝰ israel. Aquila uero Symmacho ex parte consentiens,in parte discordat: Ite,inquit, post idola uestra & seruite eis: quia indigni estis meo imperio: nec me uestra cultura delectat. Qđ si & in hoc nequaq; audieritis me,sed nomen sanctum meum polluueritis, dum mihi offerre simulatis quæ offertis idolis, & nomini meo tantum blasphemiā facitis: ut qui idolorū cultores estis,meos uos esse dicatis:hoc scitote,qđ in mōte sancto meo,in mōte excelso israel,ibi seruitura sit mihi oīs domꝰ israel: nō uos qui seruitis idolis:sed omnis domus israel quæ postea creditura est b ¶In monte vero sancto meo ⁊ in monte excelso israel ait dominus deus: ibi seruiet mihi omnis domus israel ⁊c. De hoc monte in quo seruitura est deo omnis domus israel, Esaias & Micheas pari uoce cecinerūt: In nouissimis diebus erit manifestus mons domus domini in uertice montiū,& eleuabitur super colles:& fluent ad eum omnes gentes:& ibunt populi multi,& dicent: Venite ascendamus in montē dñi & in domū dei Iacob:& docebit nos uias suas,& ambulabimꝰ in semitis eiꝰ. De sion eñ exibit lex & uerbū dñi de hierusalem. Et rursum Esaias: In montem, inquit,excelsum ascende qui annūcias sion: eleua & exalta uocem tuam qui euāgeliças hierusalem. Quē montē sion, aut ecclesiam intelligimus quæ interpretatur specula: & in altitudine sanctorū dogmatū constituta est: aut ipsum dñm saluatorem,in quo & primitiæ & decimæ & omnis cultura in odorem uertitur suauitatis:ut oīes in circuitu nationes uidentes populum domini esse saluatū, glorificent deum:& cognoscant qui saluati fuerint qđ ipse sit dominus. c ¶Cū induxero vos ad terrā ísrl ⁊c. Tūc scietis qđ ego sim dominus:quando induxero,ait,uos in terram israel pro qua leuaui manum meā ut inducerem in eam patres uestros, quam illi suo uitio pdiderūt:& uos nō tam uestro merito q̄ mea clæmentia recepistis. d ¶Et recordabímini viarū vestrarum ⁊ omniū scelerum vestrorū quibus polluti estis in eis ⁊c. Non possumus recordari scelerum nostrorum atq; uitiorum,nisi inducti fuerimus in terrā israel:ibiq; positi dicamus cum Apostolo: Qui non sum dignꝰ uocari apostolus: quia pſecutus sum ecclesiā dei. Et displicebitis ait uobis in conspectu uestro in oīibus malitiis uestris q̄s fecistis. Siue ut interpretatus est Symmachꝰ: & paruuli uobis uidebimini propter oīes malicias uestras quas estis operati:ut postq̄ excelsi fuerint, humiles se esse credant:quia dominus humilibus dat gratiam. Et in alio loco scriptum est: Ante contritionē exaltabitur cor uiri:& ante altitudinem humiliatur. Superbiam enim cōtritio: & humilitatē sequitur exaltatio. Et scietis quia ego dominus cū benefecero uobis. Et dominū saluatorē tunc magis cognouimus:quādo benefecit nobis: & passus est pro peccatis nostris,& portauit iniquitates nostras,& pro nobis doluit: nō pro aliquo merito eorum qui saluantur,sed propter nomē suum. Alioquin uiæ nostræ & scelera pessima:nō misericordiam meruere sed pœnam. Quicquid autem de populo diximus israel:qui liberatus de ægypto, in solitudine multa commisit & offendit deum:& postea in terram repromissionis inductus, ueneratus est idola,lignaq; & lapides coluit: & postea dei clæmentia conseruatus est: referamus ad eos qui de ægypto sæculi huius,manu excelsa domini liberati sunt:& introducti in uitiorum solitudinem,rursum ægyptum suspirarunt:& fecerūt ea p quæ puniri debuerant:sed nihilominus per pœnitentiam non suo merito:sed domini clæmentia conseruati sunt.

HEB. ¶Et uos domꝰ israel hæc dicit dominus deus: singuli post idola uestra ambulate & seruite eis. Quod si & in hoc non audieritis me,& nomen meū sanctum polluueritis ultra in muneribus uestris & in idolis uestris.

SEP. Et uos domus israel hæc dicit adonai dominus Vnusquisq; adinuentiones suas auferat: & post hæc si uos audieritis me: & nomen meū sanctū nō polluueritis ultra in muneribus uestris, & in studijs uestris.

b In mōnte uero sancto meo, in monte excelso israel ait dominus deus: ibi seruiet mihi omnis domus israel: omnes inquā in terra in qua placebunt mihi: & ibi requiram primitias uestras,& initium decimarum uestrarum,in omnibus sanctificationibus uestris. In odore suauitatis suscipiā uos,cū eduxero uos de populis, & congregauero uos de terris in quas dispersi estis: & sanctificabor in uobis in oculis nationū: & scietis quia c ego dominus. Cūm induxero uos ad terram israel:in terram pro qua leuaui manum meam ut darem eam d patribus uestris. Et recordabimini uiarū uestrarum & omnium scelerum uestrorū: quibus polluti estis in eis: & displicebitis uobis in conspectu uestro in omnibus malicijs uestris quas fecistis: & scietis quia ego dominus cum benefecero uobis propter nomen meum: non scd'm uias uestras malas: & scd'm scelera uestra pessima domus israel:ait dominus deus.

Commentarij sexti in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM

OLim pueri legimus: nihil tam facile est quin difficile fiat, qđ inuitus facias. Fateor me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promisisse: & occupatione de toto huc orbe uenientium implere nō posse: dū nulla hora, nullū q̄ mometū est, in quo nō fratrū occurram⁹ turbis: & monasterij solitudinē, hospitū frequentia cōmutamus: intātū ut aut daūdēdū sit nobis hostiū, aut scripturarū, p q̄s aperiēdæ sūt fores, studia relinquenda. Ita q̄ lucratiuis imo furtiuis noctium horis, quæ hyeme propinquāte longiores esse cœperunt: hæc ad lucernulam qualiacū q̄ sunt dictare conamur: & æstuantis animi tedium, interpretatiōe digerere. Nec iactamus, ut quidā forsitan suspicant, fratrū susceptionē, sed morarū causas simpliciter confitemur: præsertim cum occidentalium fuga, & sanctorum locorum constipatio, nuditate atq; uulneribus indigentiū, rabiē preferat barbarorū (quos absq; lachrymis & gemitu uidere non possumus): illam quondam potentiam & ignorantiam diuitiarum ad tantā inopiam peruenisse: ut tecto & cibo & uestimento indigeat: & tamen nequa q̄ duri quorundā atq; crudeles animi molliuntur, dum pannos eorum & sarcinulas discutiunt, aurum in captiuitate quærentes. Accedit ad hanc dictandi difficultatem: qđ caligantibus oculis senectute, & aliquid sustinentibus beati Isaac: ad nocturnum lumen nequa q̄ ualeamus hebræorum uoluminа relegere: qui etiam ad solis diei q̄ fulgorē, literarū nobis prauitate cæcātur. Sed & græcorum cōmentarios, fratrum tantum uoce cognoscimus. Nulli q̄ dubium, qđ alienis dentibus cōmoliti cibi, uescentibus nauseam faciant. Vnde obsecro te filia Eustochium: ut ista quæ notariorum stilo cudimus, & ad quæ emēdanda spaciū uix habem⁹: id est septimū in Ezechielē librū post interualla suscipias: & ut ante iam dixi: si librorū breuitas uel longitudo inter se fuerint inæquales, uisionum immo ὑποθέσεων breuitati imputes ac longitudini, dum & iuncta nolumus separare: & dissonantia in unam coartare congeriem.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM LIBER SEPTIMVS

ET factus est sermo dñi ad me dicēs: Fili hominis pone faciē tuā cōtra uiā austri ꝛc. Quid significet pone uel obfirma faciē tuā: supra pleni⁹ diximus. Obfirmatione em̄ uultus opus est & frontis duricia: ut quæ imperant, pphetæ loquat intrepidus: maxime cū ad totam populi multitudinem tristia nuncianda sint. Theman autem & darom & nageb: & rursū nageb: p quo Lxx. ἀπηλιώτην interpretati sunt: quid sonent in hebræo, expressit nostra translatio. Qđ q̄ dixere ducē nageb, melius habet in hebræo, agri uel regionis meridianæ, Non enim שֵׂר ut putauerūt Lxx. qđ uerbū ducē & principē sonat, sed שֵׂרֵה scriptū est, qđ proprie agrū regionē q̄ signat: & propter ה & ח literarū similitudinē, error inoleuit. Loquit aūt sermo diuinus p metaphorā saltus contra hierusalē, quæ bestiarū & ferociū hominū habitatio est: qđ succēdat eū: omnia q̄ ligna illius concrement: nequa q̄ arbores uocans quæ fructibus indigebant: sed ligna quasi incendio præparata. Primū q̄ combu-

ET factus est sermo dñi ad me dicēs: Fili hominis pone faciē tuā cōtra uiā austri & stilla ad aphricū: & pphetа ad saltū agri meridiani. Et dices saltui meridiano: Audi uerbū dñi: hæc dicit dñs de⁹. Ecce ego succēdā in te ignē: & cōburā in te oм̄e lignū uiride, & oм̄e lignū aridū: nō extinguet flāma succensiōis: & cōburet in ea oм̄is facies ab austro usq; ad aqlonē. Et uidebit uniuersa caro qa ego dñs succēdi eā nec extinguetur. Et dixi. ha, ha, ha, dñe de⁹: ipsi dicūt de me: Nūqd nō p pabolas loq̄t iste.

Et factus est

ET factus est sermo dñi ad me dicēs: Fili hois, obfirma faciē tuā sup theman: & respice ad darom, uaticinare sup saltū ducē nageb: & dices saltui nageb. Audi sermonē dñi: hæc dicit dñs. Ecce ego succēdā in te ignē & deuorabit in te oм̄e lignū uiride, & lignū aridū. Nō extinguet flāma succensa: & ardebit in ea oм̄is facies a meridie usq; aqlonē: & cognoscet oм̄is caro qa ego dñs succēdi illā: nō extinguet. Et dixi: Nequa q̄ dñe domine: ipsi dicūt ad me: Nonne parabola est quæ dicitur hæc:

Et factus est

rit in eo lignū uiride, secm̄ qđ in hoc eodē pphetа legimus: Et a sanctis meis incipite: & postea aridū, qđ nihil in se poterat habere uitale: sanctos uide licet simul & peccatores: ut alij captiuitatis mala morte effugiant: alij supplicijs tradant æternis. Quod q̄ infert: Ab austro usq; ad aquilonē, hoc indicat, ab hierusalem usq; ad babylonē: ut oм̄e iter pergentiū in captiuitatē gladio, fame, pestilētia ruentiū cōpleatur. His em̄ qui in babylone sunt, hierusalem ad austrū sita est: quō econtrario olla in Hieremia quæ significat hierusalem, a facie aquilonis, id est babylonis succēdit. Et pulchre in principio: stilla, inquit, ad

Hiere. i. c

E aphricũ: ut non tota dei ira uideat effusa, sed stilla quædã & pars. Sin aũt stilla tãtæ seuitiæ est: qd in totis imbribus æstimandũ est? Vt omis caro quæ uisura est salutare dei: p syluarũ incẽdiũ & flãmã quæ nulli⁹ extinguit auxilio: cognoscat qd' ipse sit dñs. Q d' intelligẽs ꝓpheta rñdit: ah,ah,ah dñe deus: uel ut Lxx. transtulerũt, nequaq; dñe dñe. Et infert: Et ipsi dicũt ad me: Nũquid non p parabolas loquit' iste: uel pabola est ista quæ dicit? Et est sensus. Planius loquere: nõ intelligimus p parabolã quid loquaris: apto sermone, dei nobis pande sentẽtiam.

Tropo. Potest aũt tropologice theman & nageb & darom ægypt⁹ intelligi:

Dañ.11 Legim⁹ em̃ in Daniele crebro austrũ pro ægypto accipi: ægypt⁹ aũt refert ad mũdi istius angustias. Prophetat igit Ezechiel quæ mũdo uentura sint mala: quẽ saltũ uocat, pomiferas arbores nõ habẽtem, sed habitaculũ bestiarũ. De quo & in uigesimooctauo psalmo dicit: Vox dñi pficientis ceruos, & reuelabit condensa syluarũ. Istæ

F sunt syluæ & saltus q plus deuorauerunt in prælio de exercitu abesalon q̃ interfecit gladius. Succẽdituq; in saltibus primũ lignũ uiride & sic aridũ: hi q uiuũt in malo: & hi q iusticiæ mortui sũt. Q d' q; dicit: & cõburet in ea omnis facies ab austro usq; ad aqlonẽ: hoc dicit: Ab his q feruẽte spũ uidebant, usq; ad eos q crescẽte iniqtate & refrigerata charitate multorũ, calorẽ pristinũ perdiderunt: ita ut omis caro ꝓspiciat flãmã dñi nõ extingui. Precaturq; ꝓpheta ne fiat qd' dñs cõminat⁹ est: hoc est, ne succẽdat saltus, & ligna omnia cõcrement, ut aut adhuc accipiãt locũ pœnitẽtiæ: aut sibi nõ ipo nat necessitas tristia nũciãdi: p̃sertim cũ pp̃ls ea nõ itelligat: & obscuritate dictor̃, magis ad insaniã ꝓuocet. Ca. XXI

Et factus est sermo dñi ad me dicẽs: Fili hois pone faciẽ tuã ad hierusalẽ ꝛc. Quia sup̃ dixerat, ipsi dicũt de me: nunqd nõ per parabolas loquit' iste: & apertã populus flagitabat sententiã: idcirco id quod dominus per metaphoram siue parabolam, & ut alij uertere prouerbium est locutus, nunc manifestius loquitur: saltus nageb & darom & theman esse hierusalem: & templum illius sancta sanctorum, & omnem terram iudææ: flammãq; quæ combustura sit saltum, intelligi gladium deuorantẽ, qui eductus sit de uagina sua, ut interficiat iustum & impium. Hoc est enim lignum uiride & lignum aridum. Vnde & dominus: Si in ligno, ait, uiridi tanta faciunt: in sico quid facient? Pro quo nescio quid uolentes Lxx. iniquũ & iniustum interpretati sunt: quasi non idem utrumq; significet. Quodq; ibi dixerat: Et uidebit uniuersa caro: quia ego dominus succendi eam: hoc est syluam siue flammam, nec extinguetur: hic alijs uerbis loquitur: ut sciat omnis caro quia ego dominus eduxi gladium meũ de uagina sua irreuocabilẽ. Vere enim cõtra hierm̃ nõ est flãma sopita, nec extinctum incendium: nec reuocatus gladius: qa modicum tempus in medio, & hierusalem cum templo suo, babylonio igne succẽsa est.

b Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborũ & in amaritudinib⁹ ingemisce coram eis. Cũq; dixerint ad te quare tu gemis dices ꝛc. Primum dixerat: uaticinare uel stilla ad austrũ, aphricum & meridiem, & ad saltum meridianũ: Quod quia uidebatur obscurum: & dicta prophetæ populus ne sciebat: secundo ponitur manifestius, saltũ meridianum esse hierusalem: & omnes infructuosas arbores ad quarum radices securis posita sit, intelligi habitatores eius: gladiũq; interpretari pro incendio. Tertio iubetur prophetæ: ut tacentibus illis nec interrogantibus cur ista uaticinatus sit: faciat per quæ interrogetur: & respondeat quæ dominus locutus est. Ingemisce inquit, eiulare, non leui uoce, nec dolore moderato: sed in contritione lumborũ: ut gemitus tuus eximis uiscerib⁹ & amaritudine animi proferatur. Et hoc facies coram eis: ut cum te interrogauerint cur tanto gemitu conteraris: & quid tibi mali acciderit ut sic ingemiscas: tu eis meo sermone respõdeas: Idcirco plango, & dolorem cordis mei dissimulare non ualeo: quia auditus qui semper meis auribus insonuerat: opere completur & uenit: imminens uidelicet babylonij furẽtis exercitus. Qui cum uenerit & uallauerit hierusalem: tunc tabescet omne cor: & dissoluentur uniuersæ manus: ut occupante pauore mentes hominum, nullus audiat repugnare. Infirmabit' em̃ omniũ bellatorũ spiritus, & tanta cunctos occupabit trepidatio atq; formido, ut timore cogẽte, art⁹ & uiscera dissoluantur: & uesica humorẽ tenere non ualeat: ita ut urina genua polluantur. Naturale est em̃ ut timore cogẽte, uesica laxetur: & aduersus hominis uolũtatẽ, humor defluat. Q d' qdẽ & in morborũ magnitudine accidere solet: ut postq; uires defecerint egrotantiũ: non solum genua, sed & lectuli polluant'. Ecce, inqt, uenit qd' sæpe predixi & ope

completur

E Ca. XXI

Et factus est sermo dñi ad me dicens: Fili hominis, pone faciem tuam ad hierusalem & stilla ad sanctuaria: & ꝓphetа cõtra humũ israel: & dices terræ israel: Hæc dicit dominus de⁹. Ecce ego ad te, & ejciam gladiũ meũ de uagina sua, & occidã in te iustũ & impiũ. Pro eo autẽ qd' occidi in te iustũ & ipiũ: idcirco egredie' gladius me⁹ de uagina sua ad oẽm carnẽ, ab austro usq; ad aquilonẽ. Et sciet omis caro: quia ego dominus eduxi gladium meum de uagina sua irreuocabilẽ.

b Et tũ fili hominis ingemisce in contritione lumborum: & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cunq; dixerint ad te: quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia uenit: & tabescet omne cor, & dissoluentur uniuersæ manus: & infirmabitur omnis spiritus: & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce uenit & fiet, ait dominus.

Et factus est

E Ca. XXI

Et factus est sermo dñi ad me dicens: Idcirco uaticinare fili hominis: & obfirma faciem tuã cõtra hierusalẽ: & aspice ad sancta eor̃: & ꝓphetа sup̃ terrã israel: & dices ad terrã isr̃l. Hæc dicit dñs de⁹. Ecce ego ad te: & educã gladiũ meũ de uagina sua: & interficiã ex te iniquũ & iniustũ. Sic egredietur gladi⁹ me⁹ de uagina sua sup̃ omnẽ carnẽ a meridie usq; ad aquilonem: & cognoscet omnis caro quia ego dominus eduxi gladium meũ de uagina sua: non reuertetur ultra.

H Et tu fili hominis ingemisce in cõtritiõe lũborũ tuorũ, & in doloribus geme in cõspectu eorũ. Eritq; si dixerint ad te: quare tu gemis? & dices: Propter nunciũ qa uenit: & cõprehẽdetur pauore oẽm cor: & dissoluent' uniuersæ manus: & examinabit' oẽis caro & oẽis spũs, & oẽia fœmora polluẽt' humore. Ecce uẽit & erit dicit dñs de⁹.

Et factus est

A

B

G

H

4 Reg. 19. c

Anago

A completur ac fiet: quod non ego, ſed dominus locutus eſt. Scio quendam in cõtritione lumborũ & fluentibus aquis, multa teſtimonia replicaſſe: ut prophetæ caſtitas impleretᵉ & amaritudo animi, & dolor mentis internus: quod aquæ ſeminum genua polluant. Sed hæc expoſitio ad præſentem non pertinet locum.

a ℂ Et factus eſt ſermo domini ad me dicens ꝛc. Multum eſt ſi utramq; ponam æditionem: & librorum extenditur longitudo: maxime ubi aut nulla aut parua diſtãtia eſt. Ponã igitur nonnulla quæ diſcrepãt. Pro eo qđ nos diximꝰ: Qui moues ſceptrum filij mei, ſuccidiſti omne lignum: illi trãſtulerũt: Interfice, cõtemne, repelle omne lignũ. Rurſum ubi nos diximus: Qui fugerant, gladio traditi ſunt: & illi & alij tranſtulerunt: Hoſpites mei ſiue habitatores. Et ubi nos diximus: Plaude ſuper fœmur: illi poſuerũt: Percute manu. Et ubi trãſtulimus: Et hoc cum ſceptrum ſubuerterit: illorum habet æditio: tribus repulſa eſt. Loquitur autem ad gladium Nabuchodonoſor, ut ueniat cõtra hieruſalẽ, & exacuaᵗ atq; limeᵗ: multos emꝫ eſſe cedendos: & ad ipſum Apoſtrophã facit: Tu es qui moues atq; ſubuertis ſceptrũ filij mei, imperiũ uidelicet ppli iſrael: & oẽme lignũ ſuccidis, uniuerſam ppli multitudinẽ. Dedi (inquit) iſtum gladiũ, ut teneatur manu Nabuchodonoſor: & ſit in manu uiri robuſtiſſimi. Vnde o propheta, clama & ulula: & mala inſtantia, uocis lamentatione teſtare. Hic gladius nulli pepercit: nec aliquem imminentium malorum reliquit expertem. Factus eſt in populo, factus in ducibus iſrael, factus in hoſpitibus meis ac ſacerdotibꝰ, qui habitabant in tẽplo meo. Idcirco percute fœmur, ſiue manum: & habitum plangentis aſſume. Hic enim gladius probatus eſt mihi: & hoc cum ſceptrum meum regnumq; ſubuerterit: quod ultra nõ erit: & in Sedechia rege finietur. Iterum tibi propheta iubeo: ut qui fœmur percuſſeras pro ſtupore & miraculo, percutias & manus: ut non ſolum ſemel, ſed ſecũdo ac tertio gladius ueniat ad interficiendũ. Primo enim uenerat Nabuchodonoſor, quando tulit Iekoniam: & ſecundo, quando regnabat Ioakim: tertio, quando Sedechias. Et hic eſt gladius triplicatus, quando facta eſt magna occiſio: & intantum multiplicauit ruinas: ut obſtupeſcerent animo, & corde tabeſcerẽt: & in oẽmibus portis eorũ daret cõturbationẽ. Præcipitur ergo illi, hoc eſt, gladio acuto & limato ad fulgendũ, amictoq; & expedito & parato ad cædem: ut uadat ſiue ad dexterã uoluerit, ſiue ad ſiniſtram. Quocunq; (ait) faciei tuæ placuerit, audaᶜᵗer ingredere: me habẽs ducem, me adiutorem. Ego plaudam manu ad manum: ut ſæuientem te contra aduerſarios meos, quaſi fautor tuus & exhortator inſtigem. Ne dubites: ne formides: & pati timeas quod
4.Reg.19.g paſſus eſt Sennacherib: ego dominus ſum locutus: meæ
mini ter es uoluntatis: meam comple ſententiam. Poſſu-
Anago. mus iuxta Anagogen, gladium acutum paratumq; ad cædem accipere diabolum: de quo ait Apoſtolus: Tradere huiuſcemodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat. Et in alio loco Hyminæus & Alexander: Quos tradidi ſatanæ, ut diſcant non blaſphemare. Et in pſalmis ſcriptum eſt: Miſit furorẽ, & iram, & anguſtiam: immiſſionẽ per angelos peſſimos. Hunc quidam putant gladium & in manu fuiſſe angeli: quando ſub Dauid percutiebatur hieruſalem. Alij autẽ & de illo dici gladio ſuſpicantur: de quo in euãgelio ſcriptum eſt: Nõ ueni pacẽ mittere ſuper terram, ſed gladium: & diuidere inter ſe omnem conſanguinitatis affectum: ut mali corruant, & ſancti reſurgant. Sed hoc impium eſt credere de gladio ſaluatoris: & non potius de diabolo, qui domini in eccleſia ſceptra ſubuertit: qui interficit cunctos in populo, & duces & hoſpites dei: & tunc a domino comprobatur, quando ludam proditorem & ſimiles eius ſubuertet. Qui poſtq; comedit buccellam, intrauit in illum ſatanas. Duplicaturq; & triplicatur gladius interfectorum: ut ſoluatur peccatum hieruſalẽ: quia ſuſcepit de manu domini duplicia peccata ſua. Gaudet autem dominus & exultat & hortator eſt gladij ſæuientis: ut uadat ſiue ad dexterã ſiue ad ſiniſtram: & quocunq; eum faciei ſuæ tulerit appetitus: ut interfectis malis, remaneant boni: & impleaᵗ illud quod ſcriptum eſt: Quid paleis ad frumentum dicit dominus? b ℂ Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Et tu fili hois, pone tibi duas uias: & ueniat gladius regis babylonis ꝛc. Scio me in hoc loco iuxta Lxx. interpretes, cuiuſdam multiplicem legiſſe expoſitionẽ: Rabbat filiorum Ammon, referentis ad gentiũ populum: Iudam uero & hieruſalem ad eos qui ſub Chriſti nomine congregantur: & factis dent nominis dignitatẽ: regemq; confuſionis diabolum ſtare in omni uiarum capite: & inſidiari in occulto: impleriq; illum uerſiculum: Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi: & ſtare eum in biuio: uel eos qui ſui ſunt tenere cupiẽtem: uel nouũ ſibi acquirere ſeruitiũ: & ad dexterã ſemper pergere: ad eos ſcilicet qui in dextera parte ſunt poſiti, ut expugnet eos: ut exultet in cæde: ut arietibus & congeſtione operum terrenorũ capiat miſeram hieruſalem: & primo quidem ut uideaᵗ ei nihil agere: & fruſtra conari. Illo uero recordante iniquitates eorũ qui in eccleſia cõmoranᵗ: immo malis operibus reducũt aduerſarias poteſtates in memoriam ſcelerũ priſtinorum, patefiunt omnia peccata populi: & cogitationes eorũ: & idcirco capiuntur, quia nouis uetera delicta cumularunt. Hæc alius dixerit: nobis cœpta hiſtoriæ ueritas perſequẽda eſt. Cum (inquit) dixiſſet mihi ſermo diuinus: Propheta fili hominis, & loquere ad gladiũ & dic: Gladius, gladius, & cætera quæ prophetia gladij continenᵗ: Sᶜᵈo factus eſt ad me ſermo dñi dicens: Vis fili hominis ſcire quis iſte ſit gladius: & apertius perſonã diſcere gladij ſæuientis? Auſculta quæ dico: pone duas uias, ut p illas gladiꝰ ueniat

Hiere.25.c

E regis babylonis: qui egredietur quidem uno itinere Chaldæorum: sed cum uenerit per desertū & solitudinē ad biuiū terræ Arabiæ, quæ appellatur filiorum Ammon: quarum una uia, hierusalem ducit ad dexteram partem: sinistra uo ad Rabbath filiorum Ammon, quæ est ciuitas metropolis: & hodie Philadelphia noīaē. Memor inquit internitionis quæ accidit regi assyrio: quando centum octoginta quinq; milia, una nocte sunt cæsa: formidabit ad partem dexteram declinare: & ire contra munitissimam hierusalem: sed stabit in ipso compito: & ritu gētis suæ oraculum consulet: ut mittat sagittas suas in pharetram: & cōmisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum: ut uideat cui⁹ sagitta exeat: & quam prius ciuitatē debeat oppugnare. Hanc autē græci βελομαντίαμ siue ῥαβδομαντίαμ nominant. Interrogauit igitur idola, exta consuluit. Ad dexterā facta est diuinatio eius: ut pergeret contra hierusalem: & oppugnaret eam: aggeres comportaret: arietes poneret: ædificaret munitiones: urbēq; concluderet: & in cæde aperiret os suum: & fremitum exultantis & ululantis exercitus concitaret. Hoc (inquit) faciens, uidebitur habitatoribus hierusalem, oraculum frustra consulere: & quasi sabbatorū ocium tenere, ludere uidelicet, & nihil operis perpetrare. Rex autem babylonis, nō in sua fortitudine, sed in iniquitate ppli confisurus est: qua eos scit offendisse deum: & peccata patrum nouis cumulare delictis: & præuaricationes eorū omnibus patuisse: & idcirco non dubitabit de uictoria: quia confidet de iniquitate hierusalē. Hæc iuxta hebraicū: a quo Lxx. nō tam sensu q; uerbis in plærisq; discordant. a ¶ Tu autem prophane / impie dux israel ꝛc. Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Tu autem prophane, inique dux israel: cuius uenit dies in tēpore iniquitatis cōstitutus: Hæc dicit dñs deus: Abstulit cidarim, & tulit coronam: neq; hoc neq; illud: humilem subleuabit, & sublimem humiliabit. Iniquitatem, iniquitatē, iniquitatē faciam illud. Et hoc nō fuit iste, cui⁹ iudiciū est: quē daturus sum. Post urbis hierlm subuersionē & captiuitatē ppli, ad ducē israel sermo dirigit: quē nemini dubium est significari Sedechiam: in quo regū israel de stirpe Dauid imperiū finitum est. Venit inquit tibi dies, quæ longo tempore præfinita est in te: & propter te sacerdotium & regnum interijt populi iudæorū. Cidaris enim insigne pontificis est: corona, hoc est diadema, regis indicium. Nōne hæc est cidaris, & hæc corona quæ nihil fecit iudicio: sed ad imitationē regis babylonij, quos uolebat, exaltabat: & quos uolebat, humiliabat? Propterea nō semel nec iuxta Lxx. bis, sed tertio iniquitatem ponam tibi in perpetuum: quæ non statim tibi reputata est, sed donec ueniat Christus cuius est iudicium: & tradat ei pater regnū & sacerdotium, uel ecclesiam de gētib⁹ congregatam. Non enim iudicat pater quemq;: Ioh. 5. d sed omne iudicium dedit filio. Et in alio loco: Deus (ait) iudiciū tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis. Ps. 71. a Iste est cui repositū est imperium, & sacerdotium sempiternū: De quo loquebatur & Iacob: Non deficiet princeps ex Iuda: neq; dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repositū est: & ipse erit expectatio gentium. In eo loco ubi nos interpretati sumus: Nonne hæc est: pulchre trāstulit Symmachus, neq; hoc neq; illud. Quia em̄ dixerat: Aufer cidarim, tolle coronā: subiunxit, neq; hoc neq; illud: id est regnum cessabit, & sacerdotiū. Vnde qui postea usq; ad aduentum Christi reges fuerunt pariter & sacerdotes: quorū unus Hyrcanus pontifex diadema capiti suo imposuit, frustra sibi & hoc & illud uoluit uendicare: cum regnum ei nō deberetur post Sedechiam: sed illi cui repositum erat: & qui fuit expectatio gētium: de quibus loquit̄ & Malachias: Vos sacerdotes, qui contaminatis nomē meum. Et post paululum: Non est uoluntas mea in uobis: & uictimas non suscipiam de manibus uestris. Ab ortu enim solis usq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Quæ munda oblatio, sine sanguine hircorum, arietum, atq; taurorum, in Christi completur aduentu: quando uenit desyderatus gentibus: & ortus est sol iusticiæ, in cuius pennis est sanitas. b ¶ Et tu fili hominis / propheta et dic ꝛc. Gladium regis babylonis stetisse in capite duarum uiarum, in compito dexteræ & sinistræ: quarum altera ducebat hierusalem: altera ad Rabbath filiorū Ammon: & exisse sortem ut pergeret prius contra hierusalem: supra legimus: Qua expugnata & capta: regnum quoq; & sacerdotiū eius in æternū periisse prænunciat. Residuum erat filijs Ammon: & ipse diuisionis ordo poscebat, qd & sinistra uia factū esset. Vnde imperat̄ pphetæ ut loquat̄ ad filios Ammon, & ad opprobrium eorū: qd & ipsi capiēdi sint: & ad eundem gladiū sermonē dirigit: O mucro, mucro qui paratus es ad cædē: qui limatus

Esa. 37. g

F

a HEB. ¶ Tū autem propha ne, impie dux israel: cuius uenit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hæc dicit dominus deus: Aufer cidarim: tolle coronam. Nonne hæc est quæ humilem subleuauit: & sublimem humiliauit? Iniquitatē, iniquitatē, iniquitatē ponam eam: & hoc non fiet donec ueniat cuius est iudiciū, & tradam ei.

SEP. ¶ Et tu prophane, inique dux israel: cuius uenit dies, in tempore iniquitatis finis. Hæc dicit dominus deus: Abstuliſti cidarim, & posuisti coronam. Hæc non erit similis: Humiliasti excelsum: & subleuasti humilem. Iniquitatem, iniquitatē ponam eam: nec hæc talis erit, donec ueniat cui debetur: & dabo ei.

b Et tū fili hominis, propheta & dic: Hæc dicit dominus deus

G

H

Malachi. 1. c

Ibidem

Ps. 49. a

Aggei. 2. b

Rom. 2. a

A limatus ut fulgeas & interficias: licet tibi idola respõderint: & uanum sit omne quod a dæmonibus respondetur: ut uidelicet uulneratorum ceruicibus immineres: & per te comperetur quod multo dominus tempore fuerat cõminatus: tamẽ expleto opere tuo quod egisti cõtra filios Ammon: reuertere ad uaginam tuam, id est in babylonem, ad locum in quo factus es & creatus: ut in terra natiuitatis tuæ iudicẽ te: & effundam super te indignationem meam: & Mœdorũ atq; Persarum uirtute capiaris. Qđ plenius in Esaiæ uolumine dicitur, in uisione contra babylonem: Ecce ego suscitabo super eos mœdos. Et post paululum: Et erit babylon illa gloriosa in regnis: inclyta in superbia Chaldæorum: sicut subuertit deus sodomam & gomorram, non habitabitur usq; in finem. Et quia semel sub persona gladij de rege, immo regno babylonis loquebaẽ, seruat μετάφοραν. In igne inquit furoris mei suffla bo in te, ut faciam te igne consumi: & tradam te in manib⁹ hominum stultorũ & imperitorum: qui artem non habent cudendi gladios & acuendi: ut nequaq; ultra acuaris, limeris, & fulgeas ad occidendum: sed sis ignis cibus: sanguisq; tuus, quẽ fudisti cunctis spectantibus, in te potius redundet: & tradaris æternæ oblitioni, & pereas in perpetuum: quia ego dominus locutus sum: cui⁹ dixisse, fecisse est.

Isa. 13. d

B

Ca. XXII

Et factum est uerbum domini ad me dicens: Et tu fili hominis, nonne iudicas ciuitatem sanguinum: et ostendis ei omnes abominationes suas ꝛc. Et tu (ait) fili hominis (utar enim cõsueto ad te uocabulo) iudica ciuitatem sanguinũ: & ostende illi omnes abominationes suas: ut sciat se imminentem captiuitatem merito sustinere: & in multis sanguinibus adduxisse tempus ruinæ suæ. Primum omnium scelerum, pro deo idola uenerata es: & adorasti opera manuum tuarum: & appropinquare fecisti tempus annorum tuorum, quod multo tempore dicebatur: & differebatur, ut ageres pœnitentiam. Tu autem secundum impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ: Idcirco dedi te opprobrium gentibus & illusionẽ uniuersis terris, quæ in circuitu tuo sunt: tam iuxta, q̃ procul: quæ triumphabunt de te, siue illudent tibi. Sordida, nobilis, grandis interitu. Sordida: quia munda esse desisti. Nobilis in malo: quæ quondã in bono cunctas urbes nobilitate superabas. Grandis interitu: ut quanto sublimior eras, tanto fortius rueres. Et interim ut cætera prætermittam, pauca numerabo quæ in te fuerint. Principes tui non iustitia, sed roboris & brachij fortitudine iudicantes, fuderunt in te innoxium sanguinem. Alij patrẽ & matrem contumelijs affecerunt, siue maledixerunt parentibus: scriptura dicẽte: Qui maledixerit patri & matri, morte moriatur. Aduenam & peregrinum oppresserunt in medio tui: quasi non illis sufficeret pro omni angustia peregrinatio & exilium patriæ. Pupillum & uiduam contristauerunt, siue oppresserunt apud te: ut quorum omne præsidium est in legum iustitia: non solum contristarentur, sed opprimerenẽ a te. Sanctuaria mea, siue sancta cõtempsistis: & sabbata mea polluistis: ut non discerneretis inter sanctum & pollutum: inter decretum religioni diem ociumq; sabbati ad culturam dei: & cæteros dies, quibus operari & seruire carnis necessitatibus lege permissum est. Viri detractores, siue iuxta Symmachum & Theodotionem, dolosi: quod in hebræo dicitur רַכִּיל: & homicidæ erant in te: ut blasphemarent deum: siue cuncta dolo agerent, aut uiolentia. Et comederunt in mõtibus alta sapientes: & eleuati cõtra deum superbia: scelus, siue incestum operati sunt in medio tui: ut quod in angulis quoq; & secreto rapiunt: quando a malis conscientiæ hominum deuitantur, hoc tu in propatulo feceris. Quid sit autem incestus, sequens sermo significat: Verecundiora patris nudauerunt in te: nouercæ contras fas & licitum copulati: & immundiciam menstruatæ humiliauerunt in te: non parcentes naturæ: nec inducias dantes turpitudini: & ad uxorem proximi sui adhinnientes. Quodq; hoc sceleratius est, socer exarsit in nurum: & frater sororis iura nescuit: ut non uterinam, sed de eodem patre uiolaret sororem. Acceperunt

Exo. 21. b

C

D

muneras

deus ad filios Ammon, & ad opprobriũ eorum. Et dices: Mucro, mucro, euagina te ad occidendum: limate ut interficias & fulgeas. Cum tibi uiderentur uana & diuinarentur mendacia: ut dareris super colla uulneratorum impiorũ: quorum uenit dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad uaginam tuam, in locum in quo creatus es: in terra natiuitatis tuæ iudicabo te. Et effundam super te indignationẽ meam: in igne furoris mei sufflabo in te: daboq; te in manibus hominũ stultorum, & fabricantium corruptionem. Ignis eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ: obliuioni traderis: quia ego dominus locutus sum.

a

Rom. 2. a

liauit in te.

ro fit: quando a malis conscientiæ hominum deuitantur, hoc tu in propatulo feceris. Quid sit autem incestus, sequens sermo significat: Verecundiora patris nudauerunt in te: nouercæ contras fas & licitum copulati: & immundiciam menstruatæ humiliauerunt in te: non parcentes naturæ: nec inducias dantes turpitudini: & ad uxorem proximi sui adhinnientes. Quodq; hoc sceleratius est, socer exarsit in nurum: & frater sororis iura nescuit: ut non uterinam, sed de eodem patre uiolaret sororem. Acceperunt

E munera,ut innocentem sanguinem funderent. Necessitatē pauperum uerterunt in lucrum,ut usuram acciperent, & superabundantiam: & propter auariciam amicos calumniati sunt. Hoc autem (inquit) fecisti o hierusalem: quia mei oblita es. Memoria enim dei excludit cuncta flagitia. Vnde habitum domini irascentis assumpsi: & complosi manus meas contra auariciam tuam: & contra sanguinē qui effusus est in medio tui: ut intelligas, & mente cognoscas: utrum uel animo, uel manibus possis meam iracundiam sustinere. Ego enim dominus locutus sum & ego faciam: ut postq̄ capta fueris hierusalē, dispergam te in nationes & uentilem in aerem: quasi inutiles paleas huc illucq; rapiendas: tantæq; clæmētiæ sum: ut sæuitia mea uertat̄ in misericordiam. Omnia enim faciam ut deficiat immundicia tua a te: & recipias pristinam puritatē. Quam cum receperis, possidebo te in conspectu omnium gētium: ut cum a me possessa fueris, tunc intelligas quod ipse sim dominus. Sin autem interpretationē Symmachi & Theodotionis sequimur: quorum alter ait: Et uulnerabo te, siue confodiā: Alter: Contaminabo te in conspectu gentium: ad malam partem cuncta referenda sunt: quāq̄ illud huic sensui contrarium sit, qđ supra dicit̄: Et deficere faciam immunditiam tuam a te. Defectio enim immundiciæ, restitutio puritatis est. Vtramq; æditionem pariter disserui: ut librorum magnitudinem declinarem. a ¶ Et factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis / versa est mihi domus israel in scoriam &c. Verbum hebraicum סִיג, Symmachus scoriā, Aquilæ prima æditio σύμφυλον & γίγαρτον: quod utrumq; acinū uinacij significat interpretati sunt. Secunda autem eius translatio, & Lxx. uertere, commixtionē. Porro scoria, sordes & purgamenta metallorū sonat: ut consequenter captiuitate uicina, immo iam imminente urbis excidio, ignis adhibeatur: ut sub translatione conflationis, purum argentum remaneat: quod ære, stagno, ferro, plumboq; mixtum fuerat atq; uiolatum: quorū tria, æs, stagnū, & plumbum, fusilis materiæ sunt, & igni soluuntur. Ferrum uero inter incudem & malleum molescit atq; tenuatur: & diuersas accipit formas, pro ut uoluntas artificis fuerit. Sicut igitur argentum quod supradicta metalla uiolarunt, in fornacē mittitur: ut ablatis sordibus, & adulterinis materijs, purum remaneat: ita (inquit) cōgregabo uos in mediū hierusalem: & babylonia obsidione circundabo: ut succendam in uobis ignem ad conflandū. Quodq; ibi facit flammarum ardor immensus, hic fames & pestilentia faciet: ut postq̄ congregauero uos atq; succendero in igne furoris, tunc requiescam: & cōtemptus dolorē, pœnarū uestrarum ultione compescam. Et hoc totum faciam: ut postq̄ effudero indignationem meam super uos, finis uestri cruciatus mei noticia sit: & sciatis qđ ego sim dominus iudex omniū & retributor. Quod autē dicatur esse cōflator: & in multis quidem alijs locis, sed maxime in Malachia, & Esaia legimus: quorum alter: Ecce inquit dominꝰ egredi̇ quasi ignis conflatorij: & sicut herba lauantiū: & sedebit conflans quasi aurum & argētum: & conflabit filios Leui. Alter: Et lauabit dominus sordes filiorum & filiarū sion: & sanguinem mundabit de medio eorum, spiritu iudicij, & spiritu combustionis. Et puto illud sonare quod in psalmis dicitur: Proba me dñe & tēpta me. Post quod infertur: Vrerenes meos & cor meū: ut uniuersa lumborū noxij in me humoris pituita siccetur. Qđ de hierusalē intellexi/mus, intelligamus de aiarū statu: quæ puræ a deo cōditæ sunt: aurumq; in sensu atq; sapientia: & argētum in sermone atq; eloquio susceperunt: ut quod mente cōceperint, uerbis explicēt. De argento legimus: Eloquia dñi, eloquia casta: argentum igne examinatum, ꝓbatū terræ, purgatum septuplum. De auro similiter & argento, sexagesimus septimus cōtinet psalmus: in q̄ scriptū est: Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargētatæ: & posteriora siue interiora dorsi eiꝰ, in uirore aut pallore auri. Qīs em̄ gl̄ia filiæ regis intrinsecus: quæ loquit̄ in canticocanticorū: Introduxit me rex in cubiculū suū. Qui inter duo dormierit & requieuerit testamenta, statim assumit pennas columbæ deargētatas: auriq; in cordis thesauro fulgore radiabit. Ad hunc sensum reor & illa esse referēda: qđ peccatoribꝰ & qui meruerūt offensam dei, cœlū æneum, terra sit ferrea: & maxime terra ægypti: de qua educit dñs israel quasi de fornace ferrea. In Zacharia q̄q̄, Iniquitas sedet sup talentū plumbi. Et in Exodi cantico dicit̄: Demersi sunt quasi plumbum in aqua uiolentissima. Graui em̄ pc̄tōrū pondere præmebant̄, & loqui poterant: Quasi onus graue grauatæ sunt super me. Quō autē auri speciē adulterina æris similitudo mentit̄, sic argēti candorē stagnū simulat: qđ simplex & rusticus nō facile dinoscit. Et sæpe accidit, ut aurum & argentum hæretica prauitate commixtum, igne spiritussancti & dñi iudicio separet̄: & purū aurum remaneat & argentū: de quo ꝓpheta dicit: Dedi eis argentū & aurū: ipsi autē fecerūt ex eis Baal. Cui simile est: Eduxi eos in argēto & auro: & nō erat in tribubꝰ eorū infirmus: Finisq; pœnarū omniū sit, nosse q; ipse sit dñs. Lapidē stagneum siue massam stagneam: & in Zacharia legimus: quæ quid significet, suo loco interpretati sumus.

Et factum est

Et factum est

A a ¶ Et factum est verbum domini ad me dicens ꝛc. Poterat diligens auditor inquirere, quæ esset scoria quæ argenti uio lauerit puritatem: & ære, plumbo, stagno, ferroq; miscuerit. Q̃d ibi igitur sub persona urbis & fornacis expressum est: & hic sub specie terræ, quæ nō sit rigata, nec pluuiā suscepe/rit, prædicaē. Pluuias illas debemus intelli/gere: de quib⁹ scriptū Esa.5.b est: Mandabo nubib⁹ ne pluant sup eam im brem: quem expecta/mus, qñ datur nobis pluuia temporanea & serotina: de qua scri/pū.67.b ptum est: Pluuiam uo luntariam segregabis deus hæreditati tuæ. Dies autē furoris est: quem sibi unusquisq; conciliat multitudine peccatorū. Scire cupi/mus quæ sit urbis sco ria, qui terræ durissi/mæ & plenæ ueprium sentiūq; squalor. ¶ Con iuratio (inquit), pphe/tarum: siue iuxta Lxx. ducum in medio eius habentium similitudi nem leonis: de q̃ scri/1.Pe.5.c bit & Petrus: Aduersa rius noster diabolus, quasi leo rugiens cir/cuit. Q̃ui leo omnesq; eius socij non quærūt corpora deuorare, sed aīas: accipiuntq; mer/B cedes, & pecunia cun/cta dijudicant. Q̃uod in illo quidem tēpore accidisse pp̃o iudæo/rum, nulli dubiū est. Propter sacerdotes em̃ & principes & prophe tas adduxit dominus super eos malū. Sed in nostra hierusalem hoc sæpe conspicimus: qui iuxta Lxx. deuorāt ani mas in potentia: & pre cium accipiūt ut mul/tas uiduas faciāt quæ sponsum dominū per/diderūt. Horum autē pphetarum factio est, & cōiuratio: ut inuicē sui fautores sint: & om nia turpis lucri gratia faciāt. Sacerdotes qui præsules tēpli esse de/berent: & ex quorum ore noticia legis inquiritur, uiolant sanctuaria: nullamq; inter sanctum & prophanum, nisi pe/cuniæ habēt distantiam. Auertunt oculos a sabbatis: & dei requiem quæ in noticia scripturarū est, non recogitant: nec Ps.118.c dicunt cum propheta: Reuela oculos meos: & consyderabo 2.Co.3.d mirabilia de lege tua. Neq; illud Apostoli: Nos autē omnes reuelata facie gloriā domini contemplamur. Inter tales pro Iob.1.d phetas & sacerdotes, medius dominus inquinatur: de quo scriptum est: Medius autē inter uos stat, quē uos ignoratis. Prophetæ igitur siue duces, leonibus cōparanē. Principes autem quos inferioris gradus homines intelligimus, lupo/rum imitantur rapinam: ut effundant sanguinē non corpo/rum, sed animarū: & auare sectantur lucra: nequaq; illo con/tenti: Q̃ui seruiūt altari, uiuant de altario: sed postq; ad mi/nisterium dei accesserint, Crœsi diuitias congregant. Pro/phetæ quoq; illi qui uentura prænunciant, liniebant eos absq; temperamēto: de quo & supra diximus uaticinantiū pphetarum: qui absq; cōmixtione palearum linierunt pa/rietem: qui imbribus dissipatur. Istiusmodi uidēt uana: & nō tam pphetant, q̃ diuinant mendacium, dicentes terræ miserabili: Hæc dicit dominus: domi/nus ista promittit: cū dominus non sit locu/tus ad eos. Populus autem terræ nequaq; dei, sed terrenorū ope/rum, principū ac sacer dotum æmulator exi/stens, per calumniā & potentiam cuncta fa/ciebat: nō diuites, sed pauperes opprimens: de quibus scriptū est: Pauper autē non susti Pro.13.b net cōminationē: & re demptio animæ uiri, pp̃riæ diuitiæ. Adue/nam quoq; & peregri/num, qui necdū ciuis eccl̃iæ fuerat effectus, sed tm̃ auditor: & ha/bens initia fidei, oppri mebant calumnia: ut postq; circuissent ma/re & aridam, facerent unum proselytū: & fa/cerent eum filium ge/ D hennæ. Inter tanta au/tem uitia & scelerum multitudinē: quæsiui de eis uirum, qui iræ meæ posset resistere: & instar Moysi & Aaron & Samuelis, igni meo & incendio se oppone ret, & nō potui reperi/re. Vnde loquebaē ad Moysen: Dimitte me: Exo.32.c & delebo populū istū. Et quia resistentē mihi retinentēq; me, nō po/tui reperire: propterea to. um sup eos effudi indignationē meam: & consumpsi illos nō absq; mensura atq; iu/dicio, sed ut redderem uias eorū in capita illo rum: uel pp̃ria pecca/ta quæ fecerant auctoribus tribuens: uel certe in capita po/puli ducis, principis, ac prophetarū: quorū nullus fuit qui irascenti dn̄o auderet resistere: & quorū causa terra squalida atq; deserta, imbrē domini suscipere nō meruit.

b ¶ Et factus est sermo domini ad me dicēs: Fili ho/minis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerunt: & fornicatæ sunt in ægypto: in adolescentia sua fornicatæ sunt. Ibi subacta sunt ubera earum: & fractæ sunt mammæ pubertatis earum: Siue ut in Lxx. cōtineē: Ibi ceciderūt ubera earū, & ibi deuirginatæ sunt). Nomina earū: ¶ Olla maior Siue senior), & ¶ Oliba soror eius. Et habui eas Siue factæ sunt mihi): & pepererunt filios & filias. Et noia earū, samaria ¶ Olla, & hierusalem ¶ Oli/ba. Fornicata est igit̃ ¶ Olla super me: & insaniuit Siue abīt) ad amatores suos in assyrios, qui appropinq̃bant ei, uestitos

¶ Ca. XXIII

¶ Et factus est sermo dn̄i ꝛc. Duodecim tribus israel quæ fuerūt iunctæ in ægypto: postea esse diuisas in duas & decē trib⁹ appellataq; Iudā & israel, Regū & Paralipomenon scriptura testaē. Iudæ regnauit de stirpe Dauid, Roboam fili⁹ Salomonis in hieruſalē, ubi erat tēplū & sacerdotes, & magna pars trib⁹ Leui. Decē aūt tribub⁹ in samaria Ieroboam fili⁹ Nabat de tribu Ephraim & Ioseph: quarū samaria nunc appellaē ¶ Olla, qđ in lingua nostra sonat tabernaculū: hierm̃ ¶o Oliba, hoc est, taber/naculum

אָהֳלָה
אָהֳלִיבָה

E naculū meū in ea. Si quidē & in decē tribubus erat tabernaculū nō dei, sed idolorū. Aureos ēm Hieroboam, ut populū auerteret a cultu dei, uitulos collocarat in Dan & Bethel. Dicām⁹ ergo de singulis. Duæ istæ mulieres, samaria & hierūm, filiæ fuerūt matris uni⁹ de israel stirpe generatæ, & fornicatæ sunt in ægypto in ado

lescentia sua. Nec⁹ ēm accepissent legem eductæ de ægypto in monte sina prohibentē eos uenerari idola, nisi in ægypto fuissent ægyptia portēta uneratæ. Potest autē mater amb.15.a barum esse cethæa, de qua supra legimus: Pater uester amorræus & mater uestra cethæa. Sed & quādo dicitur: Vnusquisq⁹ abominationes ægypti auferat ab oculis suis: hoc significat, qđ in ægypto israel idolis seruierit: & ibi ceciderint, siue fracta sint ubera uirginitatis eius: maior⁹q⁹ samaria dicit & senior: uel propter multitudinem decem tribuum: uel quia post mortem Moysi de Ephraim tribu, Iesus filius Nauæ populo præfuit: unde & Hieroboam qui scidit eas a domo Dauid 3.Re.12.g fuisse legimus. Et habuit eas deus, siue factæ sunt eius: qñ ingemuerunt ab operibus F ægypti, luto prius & lateri seruientes. Quæ postea illi filios & filias, uel in solitudine, uel in repromissionis terra genuerunt. Primumq⁹ fornicata est Holla, id est samaria super deum, quando insaniuit in assyrios: qui uestiti erant hiacynthinis: & non quoslibet de populo, sed duces & magistratus: nec ætate cōfectos, sed iuuenes omnes, equites electos: quorū secuta est idola: & a quibus contra iussionē dei postulauit auxilium. Qui uenerunt & polluerūt eam: ut quicquid in adolescentia fecerat in ægypto, non relinqueret. Nam & ægyptij cōcubuerant cum ea in adolescentia eius: quorum simulacra uenerata est: ibiq⁹ deuirginata, & cōfracta sunt ubera illi⁹: & tanta fuit fornicationis abundantia: ut non fornicati cum ea, sed fornicationē suam sup illā effudisse dicantur. Propterea tradita est ipsis 4.Re.17.d et.18.c amatoribus suis, Phul, & Theglatphalassar, & Salmanasar: 1.pa.5.d in quorū insaniuit libidinem: & ipsi discooperuerunt ignominiam eius: προπολογικῶς, quasi mulieris meretricis. Reuelatio autem urbis, captiuitas est: qui filios & filias earū duxere captiuitas: & ipsam gladio trucidarunt: ita ut in omnium mulierum exemplum iugulata sit: & in malam partē cunctarū sermone celebretur. Qui iudicia & ultiones fecerunt in ea: ut nihil in illa salutis relinquerent, sed usq⁹ hodie decem tribus captiuæ teneantur in montibus & in urbibus Anago. Mœdorū, ad quas translatæ sunt. Iuxta Anagogen in Osee propheta quid significet, Ioseph, Ephraim, samaria, Ieçrael, & israel: & quomodo contrariæ sint domui Dauid, & hierusalem, quæ significat ecclesiam, plenius disseruimus. De quibus & septuagesimusseptimus psalm⁹ sonat: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum: conuersi sunt retrorsum in die belli. Et iterum: Repulit tabernaculum Ioseph: & elegit tribum Iuda. Elegit enim deus domum confessionis ecclesiam: & repulit tabernaculum Ioseph, quod interpretat augmentū. Qui prætermissa lege dei, aureos culturæ suæ uitulos addiderunt: & appellantur Holla, id est tabernaculum, G non dei, sed erroris & dæmonū. Et soror maior ac senior: propter multitudinem & captiuitatem ab assyrijs fornicata est cōtra deum: quia dereliquit fidei ueritatem: & insaniuit in hæreticorum principes amatores suos: qui uestiti erāt hiacynthinis, excelsa illi & cœlestia promittentes: & ascensores, de quibus dictum est: Hi in curri Pā.19.b bus, & hi in equis: electos filios assyriorū, & duces ac magistratus, qui scientiā sibi & eloquētiam repromittūt. Hoc autem propterea fecit, qđ eadem fornicationes quas habuerat in ægypto. i. antēq⁹ crederet, & adhuc in sæculo uersabat, etiā in hæresi exercuit. Et deuirginata est a uiris assyrijs, qui in malicia perseuerāt, siue ultoribus. Aduersarius ēm 1.Pe.5.d noster diabolus, ipse ē inimicus & ultor. Illi H confregerunt ubera samariæ: & uirginitatē ei⁹ quā habuerat in ecclesia, perdiderūt. Propterea tradita est amatorib⁹ suis: iuxta Apostolum qui scribit: Tra 1.Tim.1.d didi eos satanæ ut discant nō blasphemare. Et: Tradidi eos in interitū carnis, ut spiritus saluus fiat. Illi 1.Co.5.b discooperuerunt ignominiam miseræ samariæ: & omnem illius ostenderunt turpitudinem: filios⁹q⁹ & filias, qui de illa generati sunt: scientia præditos, & simplices atq⁹ imperitos duxere captiuos: & ipsam interfecerunt gladio spirituali: totiusq⁹ mundi in malam partē sermone celebrantur: & fiunt famosi inter cuncta sæculi dogmata, ut in exemplum omnium fœminarū, turpitudo illius puniat. a ¶ Quod cum uidisset soror eius Holiba &c. Iuxta literam facilis interpretatio est: quod uidens Holiba, id est hierusalem in qua erat dei tabernaculum plagas sororis, non est exemplo commonita, ut retraheret ab errore pedem suū: sed auxit germanæ fornicationem. Illa enim semel & foris idola fabricata est in Dan & Bethel: Ista autē crebro in excelsis, & in templo dei adorauit statuam Baalis: & cum assyrijs fornicata est. Idolum autē Baal siue Bel, & (ut apertius dicam) Belis, assyriorum religio est: consecrata a Nino Belis filio in honorem patris. Et fornicationē suam assyrijs præbuit impudenter, ducibus & magistratibus, qui induti erant uestе uaria, & multicolori, equitibus & adolescentibus forma cunctis egregia: ita ut ambarum sororum una fieret fornicatio. In eo autem auxit hierusalem fornicationes suas: quod uidens in parietibus imagines Chaldæorum insaniuit libidine: & forma eorū uestituq⁹ decœpta, misit ad eos nuncios auxilium postulans: qui uenerunt & polluerunt eam. Et quia uoluptas nō est perpetua: sed cito affert satietatem, polluta & saturata in eos,

ei: uestitos hiacynthinis, principes & magistratus, iuuenes cupidinis siue electos, uniuersos equites, ascensores equorū. Et dedit fornicatiōes suas sup eos electos filios assyriorū uniuersos: & in oib⁹ sup ǫs insaniuit, in immundicijs siue adinuentionibus eorum polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in ægypto, non reliquit. Nam & illi dormierant cum ea in adolescentia eius: & illi cōfregerāt ubera pubertatis eius: Siue & ipsi deuirginauerāt eam): & effuderunt fornicationē suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorū suorū: in manus filiorū Assur, super quorum insaniuit libidinē. Ipsi discooperuerunt ignominiā eius: filios & filias illius tulerunt: & ipsam occiderūt gladio. Et factæ sunt famosæ mulieres Siue facta est in sermone mulie- a rum): & iudicia Siue ultiones) fecerunt in ea. Quōd cum uidisset soror ei⁹ Holiba, plusq⁹ illa insaniuit libidine: & fornicationē suam super fornicationem sororis suæ. Ad filios assyriorū præbuit impudēter: ducibus ac magistratibus ad se uenientibus, indutis uestе uaria Siue preciosa): equitibus, qui uectabant equis: & adolescēti- bus forma cunctis egregia. Et uidi qđ polluta esset uia una ambarū: & auxit fornicationes suas. Cum q⁹ uidisset uiros depictos in pariete, imagines chaldæorum expressas coloribus: & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitib⁹ eorū: forma ducum omniū Siue cri- statarū omniū) similitudine filiorū babylonis: terræq⁹ chaldæorum

A in eos, receſſit ab eorum fœdere. Vnde & ego cernens turpi/tudines & fornicationes omnibus publicatas, receſſi ab ea: ut quæ ſororis ſcelera uiderat: pœnarũ quoq; ſororem ma/gnitudine ſuperaret. Quæ tantæ procacitatis fuit, ut cun/ctos errores adoleſcentiæ ſuæ in grauiori iam ætate cõmit/teret: & ægyptia uitia, in Chaldæorũ quoq; libidine ſectaretur. In/ſaniuit em̃ quondam in concubitu ægyptio/rum: quorum carnes ſunt ad ſimilitudinem aſinorum: & tam lar/gus ſeminum fluxus, ſiue uerenda tam gran/dia: ut equorum ſupe/rent deformitatẽ. Nec ceſſauit ſcelus adole/ſcentiæ eius: immo re/uerſa ẽ poſtq; facta eſt mihi, ut & in eremo & in terra repromiſſionis ſuſpiraret antiquam li/bidinẽ: in qua deuirgi/nata eſt, & fracta ſunt ubera ei⁹: & oĩs decor periſt uirginitatis. Por/ro ſecundum Tropo/logiam, difficilis intel/ligentia: quomodo ec/cleſia hæreticam uin/cat libidinẽ: niſi forte poſſimus hoc dicere, Luc.12.f qđ ſeruus qui ſcit uo/luntatem domini ſui: & non facit eam, uapu/labit multis: & quod B hæretici foris nefanda committant: & extra arcam Noe naufragio pereãt. Eccleſiaſtici aũt ſi ueram fidem ſequen/tes, aſſyria atq; Chal/dæa imitentur uitia: & diſcolores ſequantur imagineſ peccatorum, maioribus digni ſint cruciatibus. An non mittimus nuncios ad Chaldæos, qui inter/pretant̃ quaſi dæmo/nes: quãdo pandimus eis atq; præbemus eis frangenda in pectore ubera, ubi mentis ho/ſpicium eſt: & ſaturati uoluptatibus, ab alijs tranſimus ad alias: & non tam fornicationẽ, q̃ meretricum nume/rum deſyderamus: & ad tantã uenimus ra/biem: ut poſt multa tempora dominicæ ſer/uitutis reuertamur ad ægyptum: & ea facia/mus, quæ in ſæculo fe/cimus, anteq̃ nomen fidei acciperemus?

a ¶ Propterea Ooli/ba/ hęc dicit dominus deus: Ecce ego ſuſcita/bo oñes amatores ꝛc.

Quia ægyptiarũ carnium recordata es: & imitata turpitu/dinem gentis immundæ, quæ omnium beſtiarum ſimula/cra ueneratur: propterea adducam cõtra te amatores tuos: quorũ ſaciata complexu, receſſiſti ab eorũ fœdere: ut quan/tus prius amor fuerat, in tanta odia uertereris. Filios (in/quam) babylonis om/neſq; chaldæos, nobi/les, tyrannos & princi/pes: pro quibus in he/braico habetur פְּקוֹד & שׁוֹעַ & סוֹעַ, quas multi gentes orienta/les intelligunt: cũ hu/iuſcemodi nomĩa, nec in Regum uolumine, nec in Paralipomenõ, neq; in Hieremia qui/dem, qui deſcribũt ca/ptiuitatẽ hieruſalẽ: aut in aliquo loco ſcriptu/ræ ſanctæ inueniam⁹: Nec mirũ, ſi Lxx. ipſa hebraica poſuerũt no/mina: cũ Symmachus quoq; & Theodotiõ in eadẽ ẏba cõſentiãt: Oẽs (inquit) aſſyrios, equites, & iuuenes, for/ma egregia, duces & magiſtratus, ſiue triſta/tas, quos nos princi/pes principum inter/pretati ſumus. De qui/bus & in Exodo legi/mus: Electos aſcenſo/res triſtatas: pro qui/bus latina ſimplicitaſ, ternos ſtratores tran/ſtulit. Triſtatæ autẽ no/men eſt apud græcos, ſecũdi gradus poſt re/giam dignitatem. De quibus ſcriptũ eſt: Ve/runtamen ad tres pri/mos nõ peruenit: qui principes equitũ pedi/tumq; erant & tributo/rum: q̃s nos magiſtra/tus utriuſq; militiæ, & præfectos annona/rij tituli nominamus: Omnes (inquit) in cur/ribus & in equis, lori/ca armati, galea & cly/peo, obſederunt te per circuitum: & dabo eis iudicium: ut quos reli/queras: & quorum ir/ritum feceraſ pactum, ab his iudiceris: & iu/dicabũt te iudicijs ſuiſ quaſi adulterã. Et po/nam (inquit) çelum meum in te: quẽ exer/cent tecum in furore. Zelus enim meus eſt inter hoſtes fidei etiã non ſeruatæ. Naſum (inquit) tuum & aures tuas præcident, quaſi adulteræ & deprehen/ſæ in ſtupro: ut defor/mata placere deſiſtas.

Exô.15 D

i.Para.ii.c

chaldæorum in qua orti ſunt: & inſaniuit ſuper eos con/cupiſcentia oculorum ſuorum: & miſit nuncios ad eos in chaldæam. Cumq; ueniſſent ad eam filij babylonis ad cubile mammarum Siue diuertentium): polluerunt eam ſtupris ſuis: & polluta eſt in eis, & ſaturata eſt Siue receſſit) anima eius ab illis. Denudauitq; fornicationes ſuas: & diſcooperuit ignominiã ſuam: & receſſit anima mea ab ea, ſicut receſſit aia mea a ſorore eius. Multipli/cauit em̃ fornicatiões ſuas, recordãs dierũ adoleſcẽtiæ ſuæ, quibus fornicata eſt in terra ægypti. Et inſaniuit li/bidine ſuper concubitu eorum: quorum carnes ſunt, ut carnes aſinorum: & ſicut fluxus equorum, fluxus eorũ: Siue uerenda equorum, uerenda eorum). Et uiſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ: quãdo ſubacta ſunt in ægypto ubera tua: & confractæ ſunt mammæ pubertatis tuæ.

a HEB. Prõpterea Ooliba, hæc dicit dominus deus: Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſaciata eſt ani/ma tua: & cõgregabo eos aduerſum te in circuitu. Fi/lios babylonis, & uniuer/ſos chaldæos, nobiles, ty/rannoſq; & principes, om/nes filios aſſyriorum, iuue/nes forma egregia, duces & magiſtratus, uniuerſos principes principũ, & no/minatos aſcenſores equo/rum. Et ueniẽt ſuper te in/ſtructi curru & rota multi/tudo populorum: lorica & clypeo, & galea armabun/tur contra te undiq;. Et da/bo eis iudicium: & iudica/bunt te iudicijs ſuis: & po/nam çelum meum in te: quẽ exercẽt tecũ in furore. Naſum tuũ & aures tuas præcidẽt: & quæ remanſe/rint, gladio concident. Ipſi filios tuos & filias tuas ca/pient: & nouiſſimũ tuum deuorabitur igni: & denu/dabũt te ueſtimentis tuis:

& tollent

SEP. Propterea Ooliba, hæc dicit dominus deus: Ecce ego ſuſcitabo amato/res tuos cõtra te a quibus receſſit anima tua: & addu/cam eos aduerſum te per circuitũ filios babylonis: & omnes chaldæos φακοὺδ & σουὲ, & κοὺδ, & omẽs filios aſſyriorum cum eis, iuue/nes, electos, duces, & magi/ſtratus omnes triſtatas & nominatos equitantes in equis. Cuncti uenient ſu/per te ab aquilone currus & rotæ, cum multitudi/ne populorum, clypei & peltæ: & mittent cuſto/diam ſuper te in circuitu. Et dabo ante faciem eo/rum iudicium: & iudica/bunt te iudicijs ſuis: & da/bo çelum meum in te: & facient tecum in ira furo/ris. Naſum tuum & au/res tuas auferent: & reli/quos tuos gladio deijciẽt. Ipſi filios tuos & filias tu/as tollent: & reſiduos tuos deuorabit ignis: & denu/dabunt te ueſtimẽto tuo:

& aſſumient

E Quomodo enī in facie omnis pulchritudo oris in narium decore consistit, & in auribus: e quibus in fœminis uniones & margaritæ dependent: ita dignitas regis & iudicium, quæ in ore auribusq; signaī, eorū gladio præcideī. Ipsi filios tuos & filias tuas capient. Tuos (inquit) & tuas, non meos & meas: quia de adulterio generati sunt: & cætera uorabuntur incendio. Et denudabūt (inquit) te uestimentis tuis, quibus te ornaueram: & uasis gloriæ tuæ, quæ tibi ad cerimonias tēpli aurea argenteaq; concesseram: de quibus scriptū est:

Osee.2.b Ego dedi eis aurum & argentum: & ipsi fecerunt ea Baal. Hæc autem omnia faciam: ut perdita pulchritudine & uultu ueneficio deturpato: quiescat aliquando scelus tuum: & fornicatio quam didicisti & exercuisti in ægypto: ut postq; nasum aurescq; perdideris: nequaq; audeas oculos tuos leuare ad Chaldæos, & amatoribus pristinis ostendere fœditatem tuam: nec recorderis amplius ægyptiorum libidinis: quorum magnitudine carnium delectabaris. Quæ uniuersa dicuntur sub translatione adulteræ, & ꝓpter adulteriū deturpatæ: ut nequaq; ultra glorieī in decore suo: sed erubescat in fœditate, quā magnitudine meruit uoluptatū. Quicquid de hierusalē τροπικῶς dicīt, & ad animam referri pōt: quæ uirtutibus dei iuncta cōplexui: postea adulterauit in uitia & recessit ab eo: & patefactis uniuersis sceleribus eius, denudata est atq; turpata & ostensa omnibus, ut a scelere suo aliquando desistat: nec glorieī in nominis dignitate, sed pro mali cōscientia & recordatione ægypti, oculos ultra ad cœlum nō audeat tollere. Vnde & nasus ei præcidīt, & aures amputanī: quia odorē bonæ fragrantiæ uerterat in fœtorē: & audierat iudiciū sanguinis: qđ non solum de odore & auditu, sed de uisu quoq; intelligimus: quo quia male fuerant abusi Samson & Sedechias,

Exo.4.c priuantur. Surdum quoq; deus & mutum fecit: ne lingua eorum pertranseat usq; ad terram: & tactus omnis auferet in his qui uitam penitus perdiderunt. Et hæc fient, ut igni cuncta purgentur: & pereat ægypti fornicatio: nec ultra oculos suos ad mala possit attollere. a ¶ Quia hæc dicit dñs deus: Ecce ego tradam te in manus eorū quos odisti: in manus ꝛc. Prodest & hierusalem inimicitias habere cōtra assyrios atq; chaldæos: & nequaq; ægypti recordari, sed tradi eis in manus ad puniendū qui illam oderant: quibus ante non tradīt, nisi satiata fuerit de eis anima eius: ut postq; pœnituerit ueterū peccatorū, tunc purgeī supplicijs: & perdat omnes labores quos arte meretricia conquisiuit: uideatq; nuditatē suam & ignominiam: & sciat qđ hæc uniuersa nō ei dominus fecerit, sed fornicationes suæ: quibus fornicata est per gentes quas supra enumerauit, ut earū coleret simulacra. In uijs (ait) sororis tuæ samariæ ambulasti: propterea debes calicem illius bibere, cuius peccata sectata es. Calix autem quod sæpe accipiatur pro pœnis atq; supplicijs, multa exempla sunt: e quib⁹ illud est: Calix in manu domini uini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in hoc: uerūtamē fex eius nō est exinanita, bibēt ex eo omnes peccatores terræ. Et in Esaia: Calix ruinæ, & poculum furoris dicitur. Et ad Hieremiam loquitur deus: Accipe calicē uini meri de manu mea: & potabis omnes gētes ad quas ego mittam te: & bibent & uoment & insanīēt. Sicut enim quædam dantur cathartica, ut noxius humor quiq; est corporibus ægeratur: sic & dominꝰ dat calicem tormētorum meracissimū: ut quicquid fellis amaritudinisq; est, auferat a peccatoribus: & pristinæ eos restituat sanitati. Et ipse calix erit profundus & latus. Profundus, pœnarū magnitudine. Latus, tempore captiuitatis. Cū autē (ait) inebriata fueris & dolore comprehensa, & biberis calicem usq; ad feces: & intantum hauseris, ut fragmenta q̄q; ipsius calicis deuores: tunc tedebit te fornicationis pristinæ: & lacerabis ubera quæ fracta fuerant in ægypto: & quæ ab amatoribus

HEB. & tollent uasa gloriæ tuæ. Et requiescere facient scelus tuū de te: & fornicationē tuā de terra ægypti: nec leuabis oculos tuos ad eos: & ægypti non recordaberis amplius.

SEP. & assument uasa gloriationis tuæ: & auertent impietates tuas a te: & fornicationem tuam de terra ægypti: & nō eleuabis oculos tuos ad eos: & ægypti nō recordaberis amplius.

a Quiā hæc dicit dominus deus: Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti: in manus de quibus saciata est anima tua. Et agent tecum in odio: & tollent omēs labores tuos: & dimittent te nudam, & ignominia plenam. Scelus tuū, & fornicationes tuæ fecerunt hæc tibi: quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idolis earum. In uia sororis tuæ ambulasti: & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus deus: Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum. Eris in derisum & in subsannationē, quæ est capacissima: ebrietate & dolore repleberis: & calice mœroris & tristiciæ, calice sororis tuæ samariæ. Et bibes illum, & epotabis usq; ad feces: & fragmenta eius deuorabis: & ubera tua lacerabis: Siue ut Lxx. transtulerūt: festiuitates & neomēnias eius auferam): quia ego locutus sum ait dominus. Propterea hæc dicit dominus deus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpꝰ tuū: tu quoq; porta scelus tuū

b & fornicationes tuas. Et ait dōminus ad me dicens: Fili hominis, nunquid iudicas Oollam & Oolibam: & annuncias eis scelera uel iniquitates earum: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum: & cum idolis Siue adinuentionibus) suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos quos genuerāt mihi, obtulerūt eis ad deuorandū

siue tuis subacta atq; collisa sunt: siue omnes festiuitates & neomenias tuas auferam: ut pro solennitate atq; læticia, æternū planctū habeas & mœrorē. Quia igiī ista feci sti, & oblita es mei, & proiecisti me post corpꝰ tuū, siue retrorsum ꝓpter corpis uitia: uel post genitalia, quibꝰ turpitudinis fœditas indicatur: propterea porta scelus & impietatem tuam: uide licet supplicia quæ propter impietatem & scelera meruisti. Potest hoc quod dicī: Et potabis usq; ad feces, & fragmenta eius deuorabis: significanter intelligi super hierusalem, quæ calicem samariæ sororis suæ bibit nouissima: & quasi feces tormētorum eius usq; ad fundum epotauit. b ¶ Et ait dominus ad me dicens ꝛc. Vt sæpe commonui, parua in quibus Lxx. æditio discrepat ab hebraico, ex latere copulauī, lectoris fastidio prouidens. Consequens autē erat: ut qui samariæ & hierusalem adulteria separatim descripserat, pariter earum supplicia nunciaret. Omnia autem dicuntur quasi ad adulteras: & facta ἀνακεφαλαιώσεως, breuiter earū scelera ꝓponunī: ut recte iuxta legis imperiū in adulteras lapidatio populi consequaī. Quia igiī adulteræ sunt, iustā prome sententiam. Sunt enī mœchatæ in idolis: & sanguis

in manibus

A in manibus earum: eorum uidelicet quos idolis immolarunt: ut filios quos mihi genuerant, dæmonibus consecrarent. Nec hoc fecerunt foris & in montibus, ac lucis, ut sæpe facere cõsueuerant, sed ad extremum polluerunt templum meum: ut statuam Baal in eo ponerẽt. Et sabbata mea prophanauerunt: ut nec loci, nec temporis custodiretur apud eas religio. Sed nec præsentibus tantũ adulteriis contentæ erant: nec̃ suffecit eis quod filios meos immolauerunt idolis suis uel dæmonibus: sed peregrinis quoq; uoluptatib⁹ lasciuientes, assyriorum atq; Chaldæorũ simulacra ueneratæ sunt. Qui cum uenissent, Ooliba hierusalẽ, omnem adulteræ habitũ implesti super eos, ut lauares corpus, oculos stibio linires: ut assumeres cultum muliebrem, sederes in lectulo libidini præparata, epulas proponeres: quibus fractas ad libidinem uires reparares amatorum tuorum: thymiama meũ & unguentũ qd̃ mihi specialiter iussera fieri: & exterminari animã illã de populo, quæ in priuatos usus hoc facere uoluisset, tu offerres idolis: ut cõgregares frequentiã pplorũ: siue omni genere musicorũ caneres: ut non solũ uisu, sed & auditu & odoratu, & cunctis sensibus placeres amatoribus tuis, qui uenerũt ad te ebrij: nõ urbanæ alicui⁹ elegantiæ: sed de deserto ac solitudine rusticorum ac latronũ habitũ præferentes. Et in tantam exarsistis o sorores pessimæ insaniam uoluptatum: ut armillas uestras & discriminalia imponeretis manibus & capitibus amatorũ uestrorum, siue uobis ipsis: ut plenæ ornatu turparemini. Quamobrẽ dixi ei, uel hierusalem, uel samariæ, uel utriq;. Sic attriuistis frontẽ: ut nequaq̃ secreto polluamini: uel mariti, uel hominum uitetis aspectum, sed instar meretricum publice prostituamini: qui ingressi sunt ad uos, quasi ad meretrices certatim uos polluere cupientes. Tradam igitur uos ad puniendum his, quibus ultro traditæ estis ad deturpandum. Iusti enim uiri sunt, in eo quod adulterã & parricidam me iubente discruciant. Hæc eñ dicit dominus deus: Monitu uocis tuæ congrega ad eas o propheta multitudinem populorũ: & primũ diripiatur earum uniuersa substantia: deinde lapidentur & confodiantur gladijs eorum: filios & filias earum interficient: & domos earum igni succendent: & auferam scelus Siue impietatẽ de terra: & discent oñes mulieres ne faciant scd̃m scelus Vel impietatẽ) earũ. Et dabunt scelus Siue impietatẽ uestram) super uos: & peccata idolorum uestrorũ portabitis: & scietis quia ego dñs deus.

B

ET fa Ca. XXIIII ctum est uerbũ dñi ad me, in anno nono, in mense decimo, decima

Siue transduxerunt per ignẽ). Sed & hoc fecerunt mihi: polluerunt sanctuarium meum in die illa: & sabbata mea prophanauerunt. Cumq; immolarent filios suos idolis suis: & ingrederentur sanctuariũ meũ in die illa, ut polluerẽt illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. Miserunt ad uiros uenientes de longe, ad quos nuncium miserant. Itaq; ecce uenerũt quibus te lauisti, Siue cum uenissent, statim lauabaris): & circũlinisti oculos tuos: & ornata es mundo muliebri. Sedisti in lectulo pulchro: & mẽsa ornata est ante te. Thymiama meũ & unguẽtum, & oleum posuisti super eam: & uox multitudinis exultantis erat in ea: Siue & uoce cõposita per sultabat). Et in uiris quidem multitudines hominũ adducebantur, & ueniebant de deserto, Siue ebrij de deserto): posuerũt armillas in manibus suis: & coronas speciosissimas in capitibus suis. Et dixi ei quæ attrita est in adulterio: Nunc fornicabit̃ in fornicatione sua etiam hæc. Et ingressi sunt ad eam: quasi ad mulierem meretricem, sic ingrediebantur ad Ollam & Oolibam mulieres nefarias: Siue ut facerent iniquitatem). Viri ergo iusti sunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem: quia adulteræ sunt: & sanguis in manibus earum. Hæc enim dicit dominus deus: Adduc ad eas multitudinẽ: & trade eas in tumultum & in rapinam: & lapidentur lapidibus populorũ: & confodiantur gladijs eorum: filios & filias earum interficient: & domos earum igni succendent: & auferam scelus Siue impietatẽ) de terra: & discent oñes mulieres ne faciant scd̃m scelus Vel impietatẽ) earũ. Et dabunt scelus Siue impietatẽ uestram) super uos: & peccata idolorum uestrorũ portabitis: & scietis quia ego dñs deus.

ET fa Ca. XXIIII ctus est sermo dñi ad me, in anno nono, in mense decimo, decima

C

pietas: & discant oñes mulieres uniuersæq; prouinciæ procul positæ, pœnis earum similia deuitare: ut postq̃ receperitis quæ meremini: & portaueritis scelera idolorum uestrorum: tunc cognoscatis quod ego sim dominus. Hæc autem omnia Tropologice & sub Typo adulterarũ dicta sunt contra samariam & hierusalem: qd̃ assyrijs traditæ atq; chaldæis, ductæ sint in captiuitatẽ, & urbes earũ incendio concremarint: interfecti sint populi qui pro deo dæmonũ simulacra uenerati sunt. Possunt hæc & post aduẽtum Christi intelligi: quod uiri iusti de populis nationũ, ipsi samaritanos & Iudæos comparatione sui iudicent: & tradant eos ad deuorandum: quibus dominus dixerat: Relinquet̃ uobis domus uestra deserta: & quando uideritis circundari ab exercitu hierusalem, scitote quia appropinquat desolatio ei⁹. Vsq; hodie enim adulteratæ sunt: & totius orbis lapidibus opprimuntur. Quoniã miserunt nuncios ad eos qui erant procul: & dicere nõ poterant: Ego deus appropinquans & non deus de longe, dicit dominus: & præparauerunt se amatoribus suis dæmonib⁹: & omnẽ cultum atq; ornatum quem a deo acceperãt naturali bono, uerterũt in cultum dæmonũ: & opera sua decoremq; quẽ in armillis & diademate intelligimus, adulteris amatoribus præbuerunt: q̃rũ pœna, gẽtib⁹ timor est: ĩmo his qui ex gentib⁹ crediderũt, ne similia patiantur: si ea fecerint quæ fecit samaria & hierusalem. A quib⁹ tunc auferentur impietates, cum receperint scelera sua: & uelamen quod positũ est ante uultum Moysi, abstulerint ab oculis suis: ut cognoscant q̃ ipse sit dñs Iesus Christus, quẽ dei filium negauerũt. Ca. XXIIII Scõm vias tuas & ẽm adinuentiones tuas iudicabo te dicit adonai dñs. Quorũ plæraq; de Theodotione addita sunt: & uerbũ hebraicũ ונשפטתיך: pro q̃ nos execrabilẽ immũdiciã interpretati sumus. Illudq; ab eis additũ est, qd̃ in hebraico nõ habet̃: & obelo prænotandũ est: Propterea ego iudicabo te iuxta sanguinẽ tuum: & iuxta cogitationes tuas, iudicabo te immunda atq; famosa, & nimia ad irritandum. Dicamus ergo de singulis. Nono anno captiuitatis regis Ioakim: quinto enim exorsus est prophetare: & decimo mense eiusdem noni anni: decima die mensis deci-

Matth. 23. d

Luc. 21. d

Hiere. 23. e

D

Exo. 34. g 2. Cor. 3. c

E mi, factū est uerbū domini ad Eçechiel prophetam, in babylonis regione cōstitutum: & dixit ei: Fili hominis, scribe tibi hanc eandē diem: & scito qđ rex babylonis hodie in regione Iudæa obsidere cœperit hierusalem: & uallare eam exercitu: & obsidionem istam per parabolam describe atq; prouerbium: quæ in præsenti loco Metaphoram translationēq; significat. Pone(inquit)ollam æneam, id est lebetem: & mitte in eam aquā: & pinguissimorum animantium, omne corpus in frusta concide: tam fœmur, q̄ crus & armum, carnesq; diligenter ab ossibus separa: & carnibus missis in lebetē, ossa pone uel cōpone sub lebete: & fac strues, & cumulos ossium: ut efferuescat nō semel, sed frequenter coctio lebetis: & discoquantur carnes intrinsecus: & ossa sub ter incēdio cōcremen
F tur. Vis autē scire propheta quis sit iste lebes, uel quæ carnes aut ossa? Loquere: hæc dicit dominꝰ deꝰ: Væ ciuitati sanguinum, id est hierusalem, lebeti, cuiꝰ rubigo, id est malicia nimia est: & licet ignis suppositus sit, tamen rubigo eius non exiuit de ea. Perseuerauerunt enī etiam capti atq; cruciati in pristino scelere. Per ptes, & singillatim consumite eam, nemo remaneat in salutem. Nō cecidit super eam sors: ut alij perirēt, & alij saluarentur: sed cunctis cōmunis uenit interitꝰ. Sanguis enim eius, id est homicidia & filiorum neces in medio illius sunt. Quem sanguinē effudit super limpidissimam petram, ut pateret omnibus: nec terra operiret aut puluere: ne trāsiret uidelicet indignatio mea: sed super apertissimum sanguinem ultio properaret. Naturæ est enī: ut si sanguis fundatur in terram, combibat hu

HEB. ma mensis dicēs: Fili hominis, scribe tibi nomē diei huius in qua cōfirmatus est rex babylonis aduersum hierlm hodie. Et dices per prouerbium ad domum irritatricē parabolam, & loqueris ad eos: Hæc dicit dns deus: Pone ollā, pone inquā & mitte in eā aquā. Cōgere frusta eiꝰ in eam, omnē partē bonam, fœmur & armū: electa & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume: cōpone quoq; strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius: & discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus deus: Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est: & rubigo eius non exiuit de ea: per partes, & per partes suas eijce eam: non cecidit sup eam sors. Sanguis enim eius in medio eius est: sup limpidissimā petrā effudit illū: non effudit illū sup terrā ut possit operiri puluere. Vt superducerē indignationē meā, & uindicta ulciscerer: dedi sanguinē eiꝰ sup petrā limpidissimā, ne operiret. Propterea hæc dicit dns deus: Væ ciuitati sanguinū, cuiꝰ ego grandē faciā pyram. Cōgere ossa quæ igne succendā: consument carnes: & cōcoquet uniuersa cōpositio, & ossa tabescēt. Pone quoq; eam sup prunas uacuā: ut incaleſcat & liquefiat æs eiꝰ: & conflet in medio inquinamentū eiꝰ: & cōsumat rubigo eiꝰ. Multo labore sudatū est: & nō exiuit de ea nimia rubigo eiꝰ: neq; per ignem

SEP. ma mensis dicēs: Fili hoīs, scribe tibi diē ab hac die qua obfirmatꝰ est rex babylonis super hierusalē ab hodierna die: & dic ad domū exasperantē parabolā, & dices ad eos: Hæc dicit dns deꝰ: Pone lebetē & infunde sup eum aquā: & mitte in eū diuisiones: omnē incisurā bonā, crus, & humerū, carnibꝰ separatis ab ossibus de electis pecoribꝰ assumpta: & incēde ossa sub eis: ferbuit, & sunt cocta ossa eius in medio illius. Propterea hæc dicit adonai dns: O ciuitas sanguinū, lebes in quo est rubigo in eo: & rubigo non est egressa ex eo: per partes suas protulit: non cecidit sup eam sors: quia sanguis eius in medio illiꝰ est. Sup leuissimā petrā posui illū: nō effudi illū sup terrā, ut operiret terra. Vt ascēderet furor in ultionē uindictæ: dedi sanguinē eius sup limpidissimā petram, ut nō operiret. Propterea hæc dicit adonai dns: Væ ciuitas sanguinum: & ego magnificabo torrē: & multiplicabo ligna, & succēdā ignē, ut tabescāt carnes: & iminuant ius, & ossa concrement: & stet sup carbones suos. Incēsa ē ut exurat & frigat æs eius: & cōcremet in medio illiꝰ imūdicia eiꝰ: & deficiat rubigo eiꝰ. Humiliabit rubigo: & nō exiet de ea multa rubigo eiꝰ: cōfundet rubigo illiꝰ: imūdicia tua çema, p eo q; cōtaminata es tu: & non es emundata ab immūdicia tua. Et quid erit si non fueris emundata ultra donec impleam

mus humorē sanguinis: uel paulatim terra operiatur & puluere. Cum autē super limpidissimam petram & nullam habentem foueam, sanguis fuerit effusus, labitur & latam obtinet sedem. Hoc autem indicat: quod nō occulta, sed publica fecerit homicidia: scđm illud quod dicitur ad Cain: Sanguis fratris Geñ.4.d
G tui clamat ad me: propterea dic ciuitati: non unius sanguinis, sed sanguinum multorū: Ecce ego grandē in te pyram faciā: siue eduCam torrem, quē uulgus titionem uocat: & nō solum carnes in te molles & teneras, sed durissima quoq; ossa succendam: ut nihil in te remaneat, qđ nō cremetur incendio. Cūq; & carnes & ossa consumpta fuerint & cremata, ipsum lebetem uacuū pone super prunas: ut æs quoq; illius incalescat & consumatur: & ære cōsumpto,
H rubigo quoq; illiꝰ pereat: id est ciuitate incendio cōcremata, malicia cum urbe dispereat. Sed quid prodest fecisse qđ iussum est: Ne per ignē quidē rubigo atq; malicia lebetis, & urbis potuit auferri: sed permanet in ea immūdicia scelesta, & execrabilis: Hoc enī çemma significat. Et Apostrophā ad ipsum lebetē. i. ad ipsam urbē facit. Mūdare te uolui, & nō es mūdata sordibus tuis: nec ultra poteris emundari, donec in te cōpleam indignationē meam. Ego dns locutus sum: & sententia mea nō potest præterire. Venit iam urbis obsidio: faciam quod minatꝰ sum: nec transibo sicut sæpe feci scelera tua: & ultra nō parcam, nec placabor tibi etiā si multiplicaueris preces: sed uias tuas, & adinuentiones tuas reddam tibi: immo iudicabo te iuxta opera & cogitationes tuas: ut in hoc quoq; ostendam clæmētiā meam instar medici, qui putridis

A tridis nō parcit carnibus, ut ſana mēbra ſaluenē: nō parcit, ut parcat: crudelis eſt, ut miſereatur: nec cōſyderat patientis dolorē, ſed uulneris ſanitatē: iuxta illud euangelicū magis
Matth.5.d uolens unū perire mēbrū, q̄ totū corp⁹ interfici. Notandū quoq; quō a principio ,pphetiæ uſq; ad præſentē diem, qñ obſideri cœpit hieruſalē, per ordinē captiuitas ueniat. Primū, gladius ,puocaē: deinde duæ uiæ ponunē Ammon & hieruſalē: q̄rū ad dexterā partē ſors cadit Nabuchodonoſor: conflaē argentum in ciuitate, æs, ſtagnū, plumbū, & ferrū: terra quoq; nō cōpluiē, ſed ſentib⁹ occupaē: poſtea ſub nomine duarū ſororū Oollæ & Oolibæ, ſamariæ, & hieruſalem peccata narrantur: quō illa ſit capta, & iſta capiēda. Ad extremum nono anno, decimo menſe, decima die menſis, in captiuitate poſito Eçechiel & his qui cū eo erāt: & traderant ſe cū rege Iekonia: oſtendiē qua die urbs cœperit obſideri: & ſimilitudo lebetis poniē: ut quō carnes & oſſa cōgeſta in lebetem, incendio concremanē: ſic cuncta ciuitas cum ſuis interitura ſit ciuib⁹: & nullus remaneat eorum qui obſeſſi ſunt: quin fame, gladio, peſtilentia conſumantur: & pars reliqua captiua ducaē in babylonē. Poteſt hæc eadem ,pphetia & ad tēpus pertinere dominicæ paſſionis: ,pptera quā exercitu circūdata eſt hieruſalē, & interfecti filij eius: & obſidente Tito filio Veſpaſiani, ad ſalutē nullus euaſit: templūq; ſubuerſum eſt: & poſt quinq̄ginta annos ſub Hadriano, ciuitas æterno igne cōſumpta eſt. Præſentē autē captiuitatem qñ Eçechiel in babylone iſta cernebat: & Hieremias
Hiere.1.c in principio ponit uoluminis ſui: Quid tu uides Hieremia? Qui reſpōdēs ait: Ollam ſuccēſam: & faciē e⁹ a facie aquilonis. Sunt q̄ iuxta Tropologiā, totū locū iſtū ad cōſummationē mūdi tranſferāt: nonūq; numerū qui in ſcripturis ſanctis, pœnarū & dolorū eſt, & ſemper ſequiē iuſticiā, decimi mēſis & diei decimæ clæmētia tēperāt. Idcirco eī adhibenē
1.Ioh.5.d ægrotātib⁹ pœnæ, ut dolorē ſanitas cōſequaē. Mūdus ergo qui in maligno poſit⁹ eſt, die iudicij diuino igne ſuccēdiē: &
Eſa.47.d ciuitas ſanguinū poniē ſup carbones ignis: ut impleaē illud qđ ſcriptū eſt in Eſaia: Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos: hi erūt tibi in adiutoriū. Illud q̄ difficile eſt, quō cū carbones & oſſa cōſumanē: quib⁹ pleni ſūt etiā phariſæi, quib⁹
Matth.23.c dñs loquiē in euāgelio: Væ uobis ſcribæ & phariſæi q̄ ſiles eſtis ſepulchris dealbatis: quæ intus plena ſunt ſpurcitia, & oſſib⁹ mortuorū: nūc dicaē q̄ rubigo ſordeſq; mūdi cōſumptæ nō ſint, ſed etiā poſt iudicij ſæueritatē malicia remaneat.
Gal.5.d
Roma.8.d Qđ facile ſoluiē, ſi intelligamus illud Apoſtoli: Concluſit deus omnia ſub peccato, ut omnib⁹ miſereaē. Vanitati eī creatura ſubiecta eſt. Et poniē ſanguis qui effuſus eſt in propatulo creaturæ uniuerſæ, ut omniū ſcelera pateant. Petrā autē limpidiſſimā poſſum⁹ accipere, & dñm ſaluatorē, quæ ſequebaē in ſolitudine populū iſrael: de qua ſcriptū eſt: Bibebant autē de ſpirituali cōſequēte eos petra: petra autē erat Christus: qđ in illo reuelenē omnia: & impleaē qđ ſcriptū eſt: Nihil occultū qđ nō reueleē. Dicitq; ſe dñs non miſereri: nec mūdi præterire peccata: neq; parcere impijs, nec placari: ut uiæ pereant impiorū: ſcđm illud qđ in primi pſalmi fine poniē: Et iter impiorum peribit. a ¶ Et factū eſt uerbum dñi ad me dicens ⁊c. Supra ollæ lebetiſq; ſuccenſio, obſidionem urbis oſtendē rat: nunc captam eam atq; deletā: & omnem populū, uel interfectū gladio, uel ductum in captiuitatē, ,pphetalis ſermo teſtatur. Et primum iuxta cōſuetudinem noſtrā, hiſtoriæ fundamēta iaciamus. Fili (inquit) hoīs, ecce auferam de conſpectu oculorū tuorum quic quid tibi deſyderabile eſt: & auferā in plaga: ſiue ut Lxx. uerterunt, in præparatione: ut uidelicet præpares te ad ea nō facienda, quæ ſolent in luctu fieri. Non plāges, neq; plorabis, nec fluētes lachrymæ, dolorem cordis oſtendent: ſed ſi forte nimīo fueris mœrore ſuperatus, tacitū habeto gemitū: ne qui prorumpat in uerba. Mortuorum luctū non faciest uel ut uertere Lxx. gemitus ſanguinis, renū luctus eſt. Per quod oſtendit uxorē eius eſſe moriturā. Statim enim ſequitur: Et mortua eſt uxor mea ueſperi: quod ,pprie ad coniunctionē renū pertinet. Nihil eī uiro uxore bona amabilius: quæ a deo homini prouideē: & cui dñi lege cōiungiē: & unū cū ea corpus efficiē. Qđ q̄ ſequiē: Corona tua circūligata ſit tibi: & calciamēta tua erunt in pedib⁹ tuis: hoc ſignificat: Habebis comam, quæ tondeē in luctu: & calciamēta in pedibus: quæ lugētes ſolent abijcere. Vnde & Dauid Abeſſalon filiū fugiens: & pœnitēs ſuper nece Vriæ, nudis pedib⁹ incedit. Aiunt hebræi hucuſq; babylonios magiſtros legis præceptā ſeruantes, decalogū ſcriptū in mēbranulis circūdari capiti ſuo: & hæc eſſe quæ iubeanē ante oculos & in frōte pendere: ut ſemp uideant quæ præcepta ſunt. Et qa Eçechiel ſacerdos erat, neq; eū debere deponere coronā gloriationis, ſed ligatā habere in capite. Hoc illi dixerint. Nos autē iuxta Lxx. coronā capillorū intelligamus cæſariem: licet & ipſorū interpretatio nequaq; uim hebraici ſermonis expreſſerit. Nec amictu (inquit) ora uelabis, nec cibos lugētiū capies: quæ ſolent in luctu fieri, ut operiant uultum: & quæ græci περίδειπνα uocant a cōſolatoribus accipiant. Locutus ſum (inquit) ad pplm mane, quæ mihi dñs imperarat: & ueſperi mortua eſt uxor mea, oculorū deſyderabile, lumborūq; & ſanguinis luctus. Statimq; die altera mane feci omnia quæ mihi fuerāt imperata. Interrogauitq; me populus cur cōtra morē omniū fecerim. Cauſaq; quærētib⁹ tantæ patientiæ,

B SEP. impleam furorē meū in te? Ego dñs locut⁹ ſum & ueniet, & faciā: nō differam, nec miſerebor: nec deprecabilis ero. Scđm uias tuas, & ſcđm adinuentiones tuas iudicabo te dicit adonai dñs. ÷ Propterea ego iudicabo te iuxta ſanguinē tuū: & iuxta cogitationes tuas iudicabo te, immunda atq; famoſa: & nimia ad irritandum. . Et factus eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hoīs, ecce ego auferā a te deſyderabilia oculorū tuorū in acie ſiue in preparatione: nō planges, neq; flebis: nec ueniēt lachrymæ tibi: gemit⁹ ſanguinis, renum luctus eſt. Erunt crines tui colligati ſup te: & calciamēta tua in pedibus tuis: nec cōſolaberis in labijs eorū: & panē hoim non comedes. Locutus ſum ad populū mane: ſicut

C 1.Co.10.a

Matth.10.e

Pro.19.b

2.Re.12.d 15.c. &.18.g

D

E

reſpōdi: Sermo dñi qui ad me factus eſt: ut ad populū iſrael loquerer, iſta præcepit: Ecce ego.i. iam nunc polluam ſanctuariū meū, ut incēdat tēplū & cunctis alienigenis pateat ac ꝓphanis: & in quo habebatis ſuperbiā.i. confidentiā, & ſpem ac deſyderium ſalutis ueſtræ: & ad cuius obſidionem uestræ animæ formidabant: filios quoq; & filias ꝙs uobis fames, ac peſtilentia reliquos fecerant, cōſumam gladio. Quicquid ego feci, & uos facietis. Qñ cōſuetudo ſeruatur in luctu, medi⁹ dolor eſt: qñ autē tanta malorū incumbit neceſſitas, ut oñi ploratu maior ſit: unuſquiſq; de ſua neceſſitate ſollicitus, ad aliorū q̄uis ſint proximi miſerias non ingemiſcit. Nihil (inquit) facietis qđ ſolet in luctu fieri: ſed urbe temploq; ſuccēſis, ſtupebitis ad malorū magnitudinē. Nō attondebitis, nec nudis incedetis pedib⁹, nec plangetis, nec amictu ora uelabitis, nec cibos accipietis a cōſolantibus: ſed tabeſcetis, & cōſumemini in iniquitatibus ueſtris: & uix liberum habebitis gemitum: ne offendatis uictorū ſuperbiā, ſi publice flere uideamini: ita ut Eçechiel ꝓpheta ſit uobis in portētū: & oīa quæ ille nō fecit in morte uxoris ſuæ, uos in euerſione urbis & tēpli nō faciatis. Et adhuc aperti⁹: O inquit fili hois, in tēpore qñ abſtulero ab eis fortitudinē eorū, templi ut diximus cōfidentiā & gaudiū dignitatis: & in q̄ ſpem ſolam habebant, ac deſyderiū in q̄ requieſcebant animæ eorū: inſuꝑ filios eorū & filias, ſubauditur ex ſuperioribꝰ abſtulero: eo inquit tpe, cū uenerit ad te de hieruſalem fugiens, uel qui euaſerit, dicēs urbē eſſe ſubuerſam: tunc qui pri⁹ tacueras, & gemitū liberum nō habebas: & tantæ eras patientiæ, ut in uxoris nece & lū borum dolore, lachrymam non emitteres: aperies os tuum & loqueris, non ad eū qui uenerit, ſed cum eo: ut quæcunq; tu uentura prædixeras, ille nun

F

HEB. & mortua eſt uxor mea ueſperi: feciq; mane ſicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis quid iſta ſignificent, quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo dñi factus eſt ad me dicēs: Loquere domui iſrael: hæc dicit dominus deus: Ecce ego polluam ſanctuariū meum, ſuperbiam imperij ueſtri & deſyderabile oculorū ueſtrorum: & ſuꝑ quo pauet anima ueſtra: & filij ueſtri, & filiæ quas reliquiſtis, gladio cadent. Et facietis ſicut feci: ora amictu non uelabitis: & cibos lugētium non comedetis. Coronas habebitis in capitibus ueſtris: & calciamenta in pedibus: non plangetis, neq; flebitis: ſed tabeſcetis in iniquitatibus ueſtris: & unuſquiſq; gemet ad fratrem ſuū. Eritq; Eçechiel uobis in portētum: iuxta oīa quæ fecit, facietis: cū uenerit iſtud: & ſcietis qa ego dñs de⁹. Et tu fili hois, ecce in die q̄ tollam ab eis fortitudinē eorum & gaudium dignitatis, & deſyderium oculorum eorum ſuper quo requieſcunt animæ eorum: filios & filias eorum. In die illa cum uenerit fugiens ad te, ut annunciet tibi: in die inquā illa aperietur os tuum cū eo qui fugit: & loqueris, & non ſilebis ultra: eriſq; eis in portentū: & ſcietis quia ego dominus.

SEP. ſicut præceperat mihi: & mortua ē uxor mea ueſperi: feciq; mane ſicut præceptū ē mihi. Et dixit ad me ppłs: Nō annūcias nobis quid ſunt hæc quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo dñi factꝰ eſt ad me dicens: Dic ad domū iſrael: hæc dicit adonai dñs: Ecce ego contaminabo ſancta mea, ſuperbiā fortitudinis ueſtræ, deſyderabilia oculorū ueſtrorū: & quibꝰ parcunt aiæ ueſtræ. Filij ueſtri & filiæ ueſtræ ꝙs reliquiſtis, in gladio cadent: & facietis ſicut feci. Ore eorum non cōſolabimini: & panē uirorū nō comedetis: & cōmæ ueſtræ ſuꝑ capita ueſtra: & calciamenta ueſtra in pedibꝰ ueſtris. Nō plangetis nec flebitis: & conſumemini in iniquitatibꝰ ueſtris: & cōſolabit unuſquiſq; fratrē ſuū: & erit Ieçekiel uobis in portentū. Scd'm oīa quæ fecit, facietis. Cūq; uenerint hæc, cognoſcetis qm̄ ego adonai dñs. Et tu fili hois, nōne in die qñ abſtulero fortitudinē ab eis: elationem gloriationis eorum, deſyderabilia oculorum eorum: & elationem animæ eorū, filios & filias eorū. In die illa ueniet qui ſaluus factus fuerit ad te: ut annūciet in auribꝰ tuis. In die illa aperiet os tuū ad eum qui fugerit, & loqueris: & nequaq̄ ultra reticebis: & eris eis in portentum: & cognoſcēt: quoniā ego dominus.

G

Zach. 6

Ezech. 24

Veniamus ad Anagogen: ſi tñ uiolenta non fuerit uiſa cauti lectoris prudentiæ. Filium hois dici dñm ſaluatorem: nulli dubiū: q ex trema hora, hoc eſt, ad ueſperam mūdi huiꝰ, uxorē priſtinā pdidit: nec fleuit eam, nec amictu ora uelauit: nec recepit ullam hominū conſolationem: & hæc uentura prædixit mane, quæ completa ſunt ueſperi: & rurſum mane in ſecūdo aduentu facta, ꝓbauit quæ uentura prædixerat, ſanctuarium Iudæorum: & quod deſyderabile habuerāt in oculis: & ſuper quo tremebant animæ eorum eſſe polluta: filios quoq; eorū & filias, rhomano gladio concidiſſe. Quod autem dicitur: Coronam habebitis in capitibus ueſtris: & calciamenta erunt in pedibus: ad illam partē referemus: qđ nequaq̄ lugere debeant: nec ſigna luctus aſſumere, poſtq̄ pro umbra recepérint ueritatē: & Naçarei quidam facti fuerint: & unuſquiſq; ſuper fratre ſuo conſolabitur: ita ut Eçechiel quem cōfortauit deus pater, ſit eis in portentum, uentura prænuncians: & poſtq̄ ſubuerſa fuerit hieruſalē, templūq; ſuccenſum: & hoc totus mundus audierit: & diſperſio iſrael, quæ orbis terminos colit: tunc uerba dñi ope cōpleta, habeant libertatem: & polluto ſanctuario eiꝰ, lege cōpleta, uel deſtructa ſcd'm occidentē literā, aperta ſit euāgelij gꝛa: & cognoſcat iſrł, qđ ipſe ſit dñs & deus qui hæc mane uētura prædixerit: & ueſperi atq; in cōſumationem mūdi eſſe cōpleta, ſuo probarit aduentu.

Commentarij ſeptimi in Eçechielem prophetam finis.

A

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN OCTAVVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM

C

QVid alijs prosit in prophetas nostra dictatio, dei iudicij est, eorumq; conscientiæ, qui omissis declamationibus ac plausu & compositione uerborum, cupiunt scire quid eorum sermo uel narret præteritum, uel præsens arguat, uel prædicat esse uenturum. Nobis interim prodest. Dum enim hoc facimus & nihil aliud cogitamus: in modū furti explanationes aggredimur: & dierum miserias, noctium studio cōpensamus: pascitur animus & obliuiscitur sæculi calamitatū: qđ in extremo fine iam positum congemiscit & parturit, donec qui tenet de medio fiat: & pedes statuæ quondam ferrei, fragilitate digitorum fictilium conterantur. Cadit mundus, & ceruix erecta nō flectitur. Pereunt diuitiæ, & nequaq; cessat auaricia. Congregare festinant, quæ rursum ab alijs occupent. Aruerūt lachrymæ, pietas omnis ablata est. Multi qui petant, pauci qui tribuant. Nec erubescimus pauperta-
a HEB. Byssus uaria de ægypto texta est tibi in uelũ, ut poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa, facta sunt operimentum tuum. Habitatores sidonis & aradij, fuerunt remiges tui. Sapiẽtes tui tyre, facti sũt gubernatores tui. Senes biblij & prudẽtes ei⁹ præbuerũt nautas ad ministeriũ uariæ suppellectilis tuæ. Oẽs naues maris & nautæ earũ: fuerũt in populo negociationis tuæ.

SEP. Byssus cũ uarietate de ægypto facta est tibi in stratum, ut circũdaret tibi gloriã & opiret te hyacintho & purpura de insulis Elissa, facta sunt optoria tua. Principes tui q habitabãt in sidone & aradij, fuerũt remiges tui. Sapiẽtes tui sor q erãt in te: isti gubernatores tui. Senes biblij & sapiẽtes eius erãt in te: isti confortabãt cõsiliũ tuũ: & oẽs naues maris & remiges earũ facti sunt tibi in occidentẽ occidentis.

b HEB. Filij aradij cũ exercitu tuo erãt sup muros tuos in circuitu: sed & pigmei q erãt in urbib⁹ tuis: pharetras suas suspẽderũt in muris

SEP. Filij aradiorũ & fortitudo tua super muros tuos: in circuitu custodes in turribus tuis erant: pharetras suas suspenderũt sup ꝓpugnacula

c Persæ & lydij & libyes erant in exercitu tuo, uiri bellatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo: Siue peltas & galeas suspenderunt in te): ipsi dederunt gloriam tuam.

H

יְאוֹר אֹרְנוּ

ps. 123. a

A retras ſuas per gyrũ, cõplentq; pulchritudinẽ eius ut ſagitarij eſſe doceãtur: ſiue pygmei ſunt, hoc eſt bellatores & ad bella promptiſſimi: ἀπὸ τῆς πυγμῆς, quæ græco ſermone in certamẽ uertit. Sin autẽ aradij deponẽtes ſonãt: omnis q prætẽdit falſi nominis ſcientiam, & habet in pharetra pectoris ſui ignita diaboli iacula: qbus decœptorũ corda uulnerat atq; ſuccendit: aradius appellandus eſt. ¶ Cupit eñ deponere eos qui nitunt̃ ad alta conſcendere, & cõplet pulchritudinẽ tyri: de qua in Prouerbijs ſcriptũ eſt:

Pro.6.c Nõ te decipiat pulchritudinis deſyderiũ, ne capiaris oculis tuis. Et

Ibi.11.c iterũ: Sicut inauris in naribus porcæ, ſic mulieri male moratæ pulchritudo. a ¶ Carthaginenſes negociatores tui a multitudĩe cũctarũ diuitiarũ ꝛc. Non ſolum in præſenti loco, ſed & in Eſaia ubi

Eſa.23 ſcriptũ eſt: Vlulate naues carthaginis: cæteri interpretes uerbũ hebraicum tranſtulerũt תַּרְשִׁישׁ: quam coloniam eſſe tyriorũ nulli dubiũ eſt. Ipſi de occidentis partib⁹ argento, ferro, ſtagno, & plũbo, tyri nũdinas repleuerunt. Tharſis in lingua noſtra ſonat, exploratio gaudij. Exploratores autem hic non

Nu.13.a in bonã partem debemus intelligere: quales moyſes miſerat ad explorandã terram repromiſſionis, ſed in cõtrariam:

Gal.2.a quales & Apoſtolus uitare ſe dicit: propter ſubintroductos falſos fratres: q intrauerũt explorare libertatẽ noſtrã quã ha

Geñ.42.b bemus in chriſto: & de qbus Ioſeph loquit̃: Exploratores eſtis, conſyderare ueſtigia regionis ueniſtis. Fratreſq; eius intelligẽtes crimen eſſe nõ modicũ aliena per inſidias explorare, reſponderunt: Non ſunt exploratores ſerui tui. Iſti ergo nundinas tyri non auro, nec lapide præcioſo: ſed argento, ferro, ſtagno, plũboq; multiplicant: habentes eloquij uenuſtatem, & arma ad expugnandũ: & in ſtagno eloquij ſimilitudinẽ qd̃ mentitur argentũ: & in plumbo impietatẽ grauiſ

Zach.5.c ſimã, iuxta Zachariã, in quo mulier ſedit ſup talentũ plumbi: & ægyptij dimerſi ſunt in profundũ ſicut plumbũ. Longa ſingulorũ diſputatio metallorũ, ſed breuitati ſtudẽdum eſt. b ¶ Græcia thubal ⁊ moſoch ipſi inſtitores tui: mancipia ⁊ vaſa ænea adduxerunt ꝛc. Iones inquit qui hebraice appellãtur iauan & thubal: id eſt Iberi orientales: uel de occidentis partibus hiſpani: qui ab Ibero flumine hoc uocabulo nuncupantur: & moſoch quos cappadocas intelligimus: quorum metropolis quæ poſtea ab Auguſto cæſare, Cæſarea appellata eſt: uſq; hodie lingua ipſorum maçaca dicitur: Iſti præcioſum tyri fecere cõmertium: ut mancipia, & ænea uaſa ex corintho adducerent tyrum: & de domo thogorma: id eſt de phrygia equos & equites & mulos: quorum quondam illa prouincia maximam habuit copiam.

M Aiunt hebræi græciam: id eſt, iauan: interpretari eſt, & non eſt: qd̃ proprie refertur ad ſapientiam ſæcularem: in qua ſi recte aliquid repperiunt, eſt appellatur: ſi in contrariam partem, non eſt. Multa enim naturæ bono & ipſi diſſerunt de officijs, de continentia, de opibus contemnendis: qd̃ pro-

HEB. muris tuis per gyrum: ipſi compleuerunt pulchritudinem tuam.

SEP. propugnacula tua per gyrum. Ipſi perfecerunt decorem tuum.

a Carthaginenſes negociatores tui a multitudine cũctarũ diuitiarum, argento, ferro, ſtagno, plumboq; repleuerunt nundinas tuas.

b HEB. ¶ Græciã thubal & moſoch ipſi inſtitores tui: mãcipia & uaſa ænea adduxerunt populo tuo: de domo thogorma, equos & equites & mulos adduxerunt ad forum tuum.

SEP. ¶ Græcia uniuerſa & adiacẽtia ei⁹, ipſi negociatores tui in aniab⁹ hoim, & uaſa ænea dederũt mercatũ tuũ de domo thorgama, eq̃s & eqtes & mulos dederunt nundinas tuas.

c Filij dãdan negociatores tui.

b HEB. ¶ Inſulæ mũltæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos cõmutauerunt in præcio tuo. Syrus negociator tuus: propter multitudinẽ operum tuorum guttam, purpuram, & ſcutulata: & byſſum

SEP. ¶ Ex inſulis multiplicauerũt negociationẽ tuã: dẽtes elephantinos & his qui introducebant̃ reddebas mercedes tuas. Hoies negociationẽ tuam a multitudine mercatus tui: in aphec ſtacten & polymita de tharſis

B

tamine glorioſa: & propter tutiſſimũ portum, mercatorum omnium receptaculum. Et quia rhodij in linguam noſtram uertuntur uidentes iudicium: de his nunc Tropologice dicitur: qui cernunt iudicij ueritatem & ipſi non faciunt: dicente Apoſtolo: Propter qd̃ inexcuſabilis es o homo oñis qui Rom.2.a iudicas: In quo enim iudicas alium, teipſum condemnas: Eadem enim facis quæ iudicas. Sed melius eſt dadan alterius loci nomen accipere: & ut in hebraico & apud cæteros interpretes habetur. ¶ Inſulę multę negociatio manus tuę: dentes eburneos ⁊ hebeninos cõmutauerunt in pręcio tuo ꝛc. Multum ab hebraico in præſenti loco Lxx. æditio diſcrepat: ideo iuxta utrãq; pauca dicenda ſunt; ne in tyri mercimonijs occupati, ad reliquas prophetias tardius tranſeamus. Filij dadan negociatores tyri, de multis inſulis multiplicauerunt negociationem eius: ita ut dentes elephantorum darent his qui ueniebant ad cõmertium eius: & haberent homines in nundinis propter negociationis multitudinem. Haberent autem in aphec, qd̃ de Theodotionis æditione in Lxx. additũ eſt: p̃ quo Symmachus uertit polymita: Stacten quoq; pro quo omnes alij purpuram interpretati ſunt: quæ hebraice dicitur אַרְגָּמָן: & uarietates ex tharſis: pro quo in hebræo בַּדִּיל dicitur, quæ ab omnibus in byſſum tranſlata eſt. Tharſis autẽ in præſenti loco penitus non habetur. Et ramoth inquiunt & chodchod dederunt in nundinis tuis: qd̃ ita habetur in hebræo: niſi qd̃ pro ramoth Aquila ſerica uel ſubtilia interpretatus eſt. Chodchod uero omnes interpretes: ita ut in hebræo poſitum eſt tranſtulerunt. Igitur iuxta Lxx. filij rhodiorum negociatores tyri, de inſulis plurimis multiplicauerunt negociationẽ eius: iuxta hebraicum poſt filios dadan negociatores eius: inſulæ quoq; diuerſarum gentiũ auxerunt in mercimoniũ eius:

C

תּוֹגַרְמָה

& nundinas eius equi adducentur & equites & muli: de quibus ſcriptũ eſt: Fallax equus ad ſalutem. Et in alio loco: Dormitauerunt omnes qui aſcenderũt equos. Et in pſalmis: Nolite fieri ſicut equus & mulus in quib⁹ nõ eſt intellectus. Quãobrem & doech accuſator & interfector ſacerdotũ, præfect⁹ mulorum fuit: & hos eſſe de domo aduenæ atq; peregrini, qui non comedunt carnes agni: de quibus ſcriptum eſt: Aduena & mercenarius non comedent ex eo: ut omnes nundinæ tyri his mercimonijs compleantur.

ps.32.d

Ibi.75.a

Ibi.31.c

1.Reg.22.d

Exo.12.g

c ¶ Filij dadan negociatores tui. Pro q̃ neſcio qd uolentes Lxx. filios rhodiorum interpretati ſunt: niſi forte primæ literæ falſi ſimilitudie: ut ,p dadan legerent radan: quæ & ipſa cycladum maxima eſt, & in Ionio mari quondam urbs potẽtiſſima: naualiq; certa de tharſis

D

E afferẽtes dẽtes eburneos ex india: & ligna hebenina, quæ nigri coloris præciosissima sunt: & cõmutauerũt cũ alijs tyri mercib⁹. Syrus quoq; fuit negociator tyri: pro q̃ in hebræo positum est אֲרַם :in cuius loco, Lxx. homines interpretati sunt: pro aram legentes adã: & ר & ד literarũ sicut supra dicepti similitudine. Vsq; hodie autẽ permanet in syris ingenit⁹ negociationis ardor: qui per totum mundum lucri cupiditate discurrunt: & tantam mercãdi habẽt uesaniam: ut occupato nunc orbe rhomano, inter gladios & miserorũ neces quærant diuitias, & pauptatẽ periculis fugiãt. Istiusmodi homines negociatores tyri sunt: q polymita, purpurã & scutulata mercantur: byssum quoq; & sericũ & chodchod proponunt in mercatu eius. Pro purpura, quã omnes interpreti sũt: stacten, id est gutã, Lxx. transtulerunt. Chodchod autem qd significet, usq; in præsentiarum inuenire non potui. Aiunt hebræi oẽs p̃ciosissimas merces, hoc nomĩe significari: uel speciẽ quãdã esse p̃ciosarũ mertiũ quã rhoman⁹ sermo nõ resonet: uel cõmuni uocabulo scruta uendentium. De mul-

Anago. F tis aũt insulis, ut trãseam⁹ ad Anagogẽ: quæ salsis & amaris hui⁹ sæculi tundunt̃ fluctibus: deferũt negociatores dadan dẽtes eburneos, candorẽ eloquẽtiæ pollicẽtes: de qb⁹ scri-

ps.44.b ptũ est: A domib⁹ eburneis ex qb⁹ delectauerũt te filiæ regũ in honore tuo. Sed nõ sunt cãdidi, nec imitanẽ spõsam de q̃

Can.5.6.8 dicit̃: Quæ est ista quæ ascẽdit dealbata, innitẽs sup fratrue lẽ suũ: uerũ hebenini nigri coloris: q nõ possunt suã mutare

Hiere.13.d nigredinẽ, Hieremia dicẽte: Si mutabit æthiops pellẽ suã: & pardus uarietatẽ suã. Syrus quoq; id est, aram qui interpretat̃ excelsus, & tumet superbia, negociator tyri est: & in multitudine operũ tyriorũ defert falsi nominis scientiã: multas uarietates, & stacten odoris optimi repromittens: & purpurã regiæ dignitatis: & scutulata ex arte dialectica: & byssum pro qua Lxx. tharsis interpretati sunt, terræ operibus dedi-

רַאמוֹת tus: & sericum: pro quo in hebræo scriptũ est ramoth, quod interpretatur uisio mortis: Omnia em̃ opera terrena ad interitum properant: & chodchod quicquid illud est qd̃ intelligitur, proponẽs in nundinis tyri. Dadan autem ex his mercibus quæ a negociatoribus eius insulisq; dicuntur afferri: uel Indiæ regio intelligenda est: uel idumæorũ ac uastæ solitudinis, ut nonnulli æstimant, sonatq; cognationem: ut similitudinem diuinorum dogmatum in hæreticis cognoscamus. a Juda & terra israel ipsi institores tui: in frumento primo / balsamum & mel &c. Verbum hebraicum בִּנְּךָ Aquila, Symmachus & Theodotio ita ut apud hebræos positum est transtulerunt: pro quo Lxx. unguenta: nos balsamum uertimus. Dicitur autẽ quibus terra iudæa quæ nũc appellatur palestina abundet copijs, frumẽto, balsamo, melle & oleo, & resina: quæ a iuda & israel ad tyri nũdinas deferunt̃. Cũq; manifesta sit litera: iuxta spiritualem sensum dicemus, non debere terram confessionis & sensu cernentis deum, qui refertur ad ecclesiam, deferre tyro primũ triticũ, quod cadens in terrã multiplicatur: & accipitur pro uerbo

Deu.8.a dei: Non enim in pane solo uiuit homo: sed in omni sermone dei: Deinde balsamum qd̃ nascitur in uineis engaddi: si-

ps.132.a ue unguentum de quo scriptum est: Sicut unguentum in capite qd̃ descendit in barbam, barbam aaron: Et mel super

Pro.25.c quo loquitur & Salomon: Mel inuenisti, comede quantũ sa-

HEB. byssũ & sericũ, & chodchod ꝓposuerũt in a mercatu tuo. Iuda & terra israel ipsi institores tui, in frumẽto prio: balsamũ & mel, & oleũ & resina ꝓposuerunt in nundinis tuis. b Damascenus negociator tuus in multitudine operum tuorum: in copia diuersarum opum: in uino pingui: in lanis coloris optimi. Dan & græcia & meuçal in nundinis tuis posuerunt

SEP. ta de tharsis & ramoth & chodchod dederũt in nũdinas tuas. Iudas & filij israel, isti negociatores tui in frumẽti cõmertio & unguẽtis: primũ mel & oleũ & resinã dederũt in nundinis tuis. Damascus negociator tu⁹ in multitudine operũ tuorũ ex multitudie omis fortitudinis tuæ: uinũ ex chelbon & la c nas de mileto. Dán & iauan & meoçel in nundinis tuis

G tis est. Si enim plus comederis, euomes illud: dum saturita-
te nimia mel uertitur in absinthium: Oleum quoq; de quo
in tabernaculo dei lucerna accenditur: ne aptetur nobis il-
lud propheticum: Oleum in ægypto uenundabas. Qd̃ si Osee.12.a
in ægypto & in tyro fuerit, uertetur in contrarium: & dice-
tur de eo: Oleum autẽ ps.140.b
peccatoris non impin-
guet caput meũ. Sed
& resina lenis est, apta
corporibus, & pro me
dicina accipitur. Vnde
& in Hieremia scriptũ
est: Nunqd resina non Hiere.8.g
est in galaad: aut medi
cus non est ibi? Qua
re nõ ascendit curatio
filiæ populi mei? Hãc
resinam habebat & la Gen.43.c
cob, quã mittebat filio
suo Ioseph cum mele
& terebintho, nucib⁹, thymiamate & stacte. Ibi.37.a
Ismaelitæ quoq; qui
emerunt Ioseph de ter
ra isrl̃, hæc in ægyptũ
portabant: thymiama
ta & resinã de galaad,
& stacten. Et ut manifestius scire possimus, quid sit frumentũ, bal-
samum, mel, & oleum, resinamq; ad mercatum ferre tyri: au- Matth.7.c
diamus domini uerba dicentis: Nolite dare sanctum canibus: neq; margaritas uestras mittatis ante porcos. Mulieri Ibidem
quoq; chananææ quæ pro filia præcabatur dicẽs: Filia mea
male uexat̃ a dæmonio: rñdit dñs: Non oportet tollere panem filiorum & dare eum canibus. Sed quia exierat de finibus tyri & sidonis, & propinquabat terræ israel: idcirco qd̃
rogauerat consecuta est. b Damascenus negociator tuus
in multitudine operũ tuorũ / in copia diuersarũ opũ: in uino
pingui &c. Pro uino pingui, qd̃ interpretatus est Symmach⁹
& apud Aquilam & Theodotionem: & in ipso hebraico habet uinũ de חֶלְבּוֹן. Rursumq; ubi nos posuimus, lanis coloris optimi siue splendentibus: Aquila & Theodotio transtulerũt, in lanis soor. Significat autem qd̃ inter cæteras negociationes tyri, ad nundinas eius de damasco deferebatur uinum pinguissimum, & lana præcipua: qd̃ usq; hodie cernimus. Sin autem damascus interpretatur sanguinem bi- דִּמֶּשֶׂק
bens, & hebræorum uera traditio est: campũ in quo interfectus est Abel a parricida Cain fuisse in damasco: unde & lo- Gen.4.b
cus hoc insignit⁹ uocabulo sit: iuste & Paul⁹ post interfectionem Stephani primi in christo martyris perrexit damascũ: Act.9.a
ut credẽtes in christo uinctos duceret hierusalem: deiq; misericordia, qui fecit uidentem & cæcum, oculos carnis amisit ut mentis acciperet: ceciderũtq; squamæ draconis ex oculis eius, quibus lumẽ perdiderat ueritatis: ut iret ad uicum Exo.4.c
qui appellatur rectus: & inueniret Ananiã, qui in lingua nostra interpretatur obediens. De hac igitur terra cui dictum Act.9.b
est: Maledicta terra quæ aperuit os suũ, & hausit sanguinem Gen.4.b
fratris tui, tyri nundinæ congregantur, & uinum pingue si-
ue lanæ splendẽtes. Vinum de chelbon interpretat̃ lacteus. Lxx. pro lanis coloris optimi, lanæ de mileto siue soor sensерunt. Miletum in hebraico non habetur, sed quia inde lanæ præcipuæ deferuntur, pro soor miletum interpretati sunt. Ex quo perspicuum, qd̃ tyrus lacte uescatur infantiæ: & uestimenta nõ habeat propria, sed aliunde & ex uarijs congesta prouincijs. Illud autẽ qd̃ damascus interpretat̃ sanguis cilicij & sanguis osculi: pñti nõ cõuenit loco. Frequẽter em̃ hebræa noia ꝓ diuersitate accẽtuũ & mutatiõe literarũ uocaliũq; uel maxĩe quæ apud illos habẽt ꝓprietates suas, uarie interpretanẽ. c Dan & iauan & meoçel in nundinis tuis. Quæ in æditione eorum de Theodotione addita sunt. Ferrum factũ ope & rota in cõmixtione tua est. Ex noĩe patriarchæ dan:

A chæ dan: & trib⁹ & locus in q̃ habitauit tribus nomẽ accepit: ubi hodie paneas quæ quondam cæsarea philippi uocaba tur. Vnde & iordanis fluuius sortitus est uocabulum: ior ui delicet riuus, dan qui fluit de libano. Iauan autem græciam sonat: quæ interpretatur ut diximus, est & non est. Pro meo/gel quoq; Symmach⁹ transtulit deferens: ut sit sensus. Dan & græ/cia detulerunt in nun/dinis tuis ferrum fa/brefactum & cætera. Aquila uero pro meo/gel posuit de uçal. De quibus credẽdum est regionibus, ferrum & stacten & calamũ ad tyri nundinas depor/tata. Dicamusq; qđ græcia: id est, iauan fer rũ habeat fabrefactũ, & ad bella promptissi/mum, dialecticaq; arte constructũ, iactans se cuncta iudicio & ratio ne, pferre: uocalẽq; so/nũ qui interpretat in calamo, & stacten odo ris optimi repromittat siue ferrũ fabrefactũ, & rotam quæ uerborũ compositione uolua/tur, & cursum habeat orationis. a ¶ Da/dan institores tui in ta/petibus ad sedendum. Multum hebraicũ & Lxx. in præsenti loco discrepant: præter nomen regionis qđ uicinum est dedan & dadan. Infinita quippe distantia in ta/petibus ad sedendum, & iumentis electis ad currus: nec du bium quin quadrigæ, currus & equi, in malam partem acci piantur si terreni sint. Alioquin & Helias ad cœlestia curru 4.Re.2.b rapt⁹, appellaturq; ab Heliseo pater pater: auriga & currus Ibi.6.d israel. Et ¶ Gieçi aperiũtur oculi, ut currus in monte & equos uideat sine ascensoribus, sessioni domini præparatos. In ta/petibus autem sermonum pulchritudo monstratur: in qui/bus uehuntur & requiescunt institores dedan sessione com/posita, uenientes ad nundinas tyri. b ¶ Arabia & vniuersi principes cedar: ipsi negociatores manus tuę cum agnis & arietibus & hedis venerunt ad te. Pro agnis, arietibus & hedis: Lxx. camelos & arietes & agnos interpretati sunt. Arabia autem & principes cedar: quæ hodie sarracenorum Hiere.49.f regio est, sicut in Hieremiæ sermõe qui aduersum cedar scri/bitur plenissime demonstratum est, abundant his animan/tibus: agnis uidelicet & arietibus & hedis: & tyri nundinas hac illatione multiplicãt. Sed & camelorum fertilissima re/gio est ob pascuarum eremi latitudinem aerisq; temperiem, quibus hoc animal delectatur. Arabia autem interpretatur uespera: & cedar tenebræ. De qua & in psalmis dicitur: Ha/ Ps.119.b bitaui cum habitantibus cedar. Quæ regiones deferunt ty ro camelos, grauissimis peccatorũ oneribus prægrauatos, siue agnos & arietes & hedos: quos immolant in altaribus suis: quæ de iniquo ac rebelli corde simularũt. Sed & in hoc Infra.34.e eodem propheta in uisione pastorum, arietes aquas purissi/mas conturbantes & impingentes lateribus oues: & corni/bus dimicãtes legimus: hedos quoq; q ad sinistrã stare con sueuerunt, & agnos qui mentiuntur agnum: de quo scriptũ Ioh.1.d est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. In bonam Esa.60.a autem partem camelos scribit Esaias, de madian qđ inter/pretatur domini iudicium, uenire hierusalẽ, & epha & arie/tes de nabaioth & saba deferentes aurum & thus: quorum Matth.2.b duo ultima etiam a magis offeruntur domino. Istiq; came/li depositio onere peccatorum, possunt intrare artam & an/

HEB. posuerunt ferrum fabrefactũ: stacte & cala/mus in negociatione tua.
a Dadan institores tui in ta petibus ad sedendum.
SEP. tuis. Ferrum factũ opere & rota in commi/xtione tua est. Dedan ne gociatores tui cum iumen tis electis ad currus,
b Arabiã & uniuersi principes cedar: ipsi negociatores manus tuæ: cum agnis & arietibus & hedis uenerunt
c ad te. Venditores saba & raama: ipsi negociatores tui cum uniuersis primis aromatibus & lapide præciosissi/mo, & auro quod proposuerunt in mercatu tuo.
HEB. Arãn & channe & edẽ negociatores tui: saba, assur, chelmad, uẽditores tui: ipsi negociatores tui, multifariã inuolucris hya/cinthi & polymitorũ ga/çarũq; p̃ciosarꝝ: q̃ obuolu tæ & astrictæ erãt funib⁹.
SEP. Charran & chana & edne isti negociatores tui: sabba, assur, & chalmã institores tui, deferẽtes ne/gociationẽ in machalim & in galima, hyacinthũ & polymita thesauros elec/tos funibus colligatos.
Cedros

B

C

D

gustam uiam quæ ducit ad uitam. c ¶ Venditores saba & raama ipsi negociatores tui cum vniuersis primis aroma/tibus & lapide pręciosissimo &c. In psalmis ubi scriptum est: Reges arabum & saba munera offerent tibi: in hebræo ha/ Ps.71.b bet reges saba & saba munera offerent tibi: quorũ unum saba per ש literã scri/ שְׁבָא bitur, alterum per ס, סְבָא quæ nostræ literæ simi lis est. Quia igitur sa/ba interpretatur con/uersio: hoc dicendum est, qđ in præsenti lo/co non conuersionem significet sed auersio/nem: de qua tyro mu/nera deferuntur cum uniuersis aromatibus & odoribus optimis, & lapide præcioso & auro: quæ omnia in ty ri nundinis proponũ/tur. Et ipsi enim men/tiuntur odorem opti/mum lapidemq; præ/cioșum: quo extruere peruersitatis suæ nitũ/tur ecclesias, & aurum qđ pollicentur in sen/su: omniaq; peruer/sa sunt. Nihil enim gra tuito accipiũt nec gra/tis tribuunt, sed uni/uersa mercantur: cum reges arabum & saba gratis christo munera offerant. Hi sunt qui oñia turpis lucri causa faciũt: & ab eo hæc munera suscepe/runt: qui dicit in euãgelio: Hæc oñia tradita sunt mihi: quæ Matth.4.a dabo tibi, si pcidens adoraueris me. Raama siue iuxta Lxx. בְּעַמּוֹת rhegma, in nullo alio scripturarꝝ loco iuenire potui: nec quæ regio sit, qđ ue significet: nisi qđ manifestum est: & ex eo qđ iũgitur saba, uicinã huic prouinciæ esse regionẽ. d ¶ Charan & channe & eden negociatores tui saba/assur/chelmad/venditores tui: ipsi negociatores tui multifariam &c. Et iste gentes diuersorum locorum nomina çontinentes. Qđ autem de Theodotione in Lxx. additũ est: in machalim & in galima: Symmachus interpretatus est, præciosis inuolucris. Poly/mita quoq;, quæ Theodotio uaria interpretat⁹ est: de Aq̃la & Symmacho addidimus. Tam præciosæ autem uestes ne/gociatorũ inuolucris ferebant, ut funib⁹ hyacinthinis strin/gerent. Aran siue ut Lxx. dixere charran, in nostra lingua so nat foramina: channe præparationẽ: eden delicias: pro quo חָרָן בִּנֵּה עֵדֶן apud Lxx. edne, qđ in hebraico nõ habet, quid sonet igno/ramus: & ficti nominis etymologiã quærere non debemus. In negociatione ergo tyri, per carneos sensus qui indicantur in foraminibus, tota sæculi hominum præparatio est: qui so las delitias putant si augeant tyriæ urbis cõmertia. De saba אַשּׁוּר כִּלְמַד supra diximus. Assur interpretatur dirigens, Chelmad siue ut in quibusdã exemplaribus continetur cherma: transfer/tur in uincas: haud dubium quin sodomorum, qui ueniũt in mercatu tyri: ut praua dirigant, immo arguant pœnis: & corrigant quæ fuerant deprauata: iuxta illud qđ in psal/mis dicitur: Vt destruas inimicum & ultorem. Habentq; Ps.8.a multifariam suppellectilem, & incredibili uarietate distin/ctam: quæ inuolucris hyacinthi astricta est: siue thesauri eo/rum funibus constringunt, quos thesauriçauerunt sibi in Pro.5.d terra: iuxta illud quod scriptum est: Funibus peccatorum suorum unusquisq; constringitur. Nec habuerunt negocia/tionem liberam: sed cuncta peccatorum uinculis innexue/runt. Inuolucra hyacinthina, propter coloris similitudinem, referamus ad aereas potestates: quæ thesauros suos sæculi nundinis largiuntur.

E a ¶ Cedros quoq; habebant in negociationibus tuis ꝛc. Pro cedris, Lxx. cyparissos transtulerunt. Et quia supra de utroq; diximus: superfluum est lectoris augere fastidium. b ¶ Et repleta es ꝛ glorificata siue aggrauata nimis in corde maris. Nihil inquit tibi defuit qđ ad diuitias pertinet insularum. Quæ tñ glorificatio, fuit aggrauatio possidẽtis, dũ non potes moderate ferre diuitias: ꝯq; & paupertatis sæpe tentatio sit.

Pro.30.b Vñ & Salomõ necessaria tãtũ postulat: & diuitias & pauptatẽ pariter detestat: ne in altero supbia: in altero subrepat ipatiẽtia atq; mẽdaciũ. c ¶ In aquis multis adduxerũt te remiges tui. Supra remiges tyriæ ciuitatis sidonios legim⁹ & aradios: ꝙrũ alteri uenatores, alteri interpretanẽ deponentes. Venant em eorũ animas, quos inter sæculi hui⁹ fluctus suo ducũt arbitrio, & non ad excelsa subleuant, sed in profunda demergunt: nec imitãtur eos qui usq; ad matutinã uigiliam nauigantes, fregerunt insanos maris fluctus, & dominum saluatorem

F suscipere meruerunt: statimq; tali uectore & comite peruenerunt ad portum quietis. De quo in euange-

Matth.14.c lio plenius scribitur. d ¶ Ventus auster contriuit te in corde maris. Omnes diuitiæ tyri, austro flante dispereunt: qui significãtius hebraice קָדִים, græce καύσων, interpretatur: quem nos in uentum urẽtem transferre possumus. De quo

ps.120.b dicebat sanctus Dauid: Per diẽ sol nõ uret te, neq; luna p noctem. Hoc uento Iacob exustus erat: & tamen non contritus

Gen.31.f dum loquitur: Fui per diem exustus æstu & gelu nostris. Illi quoq; qui ab hora prima conducti sunt: totius diei calorem & estus tulerunt, & tamen accipiunt denarium: quia exusti

Can.1.b sunt & non contriti. Vnde & sponsa dicit in cantico: Nigra sum sed formosa, quia despexit me sol: siue ut melius in hebraico continetur, decolorauit me sol. e ¶ Diuitiæ tuæ ꝛ thesauri tui ꝛ multiplex instrumentũ tuũ. Multi ita legũt: In corde maris diuitiæ tuæ & thesauri tui, & multiplex instrumentũ tuum: ut omnes tyri diuitiæ & thesauri, uniuersaq; substantia in corde maris sit posita, & sæculi fluctibus obruatur: nihilq; habeant stabile habitatores eius atq; per-

Luc.12.c petuum: impleto illo euangelico: Stulte, hac nocte auferent animam tuam a te: quæ autem præparasti cuius erunt? Et il-

1.Timo.6.b lo apostolico: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem & muscipulas multas, & trahuntur in profundum. Manifesta est historia: & propterea singulis pene uersiculis, breues sententiolas coaptamus. Iam enim ad finem libri festinat oratio. f ¶ Nautæ siue remiges tui ꝛ gubernatores tui qui tenebant suppellectilem tuã ꝛc. Remiges siue nautas urbis tyriæ, sidonios legimus & aradios, de quibus iam dictum est: & iuxta æditionem Lxx. cõsiliarios bybli, quæ he-

f braice appellatur גֶּבַל: uiros quoq; bellatores eius persas, lydos, & libyas: qui oẽs cadent, & esse nihili monstrabuntur cum ceciderit tyrus, & uniuersa gloria eius finem habuerit ruinarum. Multitudinẽ autem quã cõmixtionem Lxx. transtulerunt, exceptis principibus uulgus significat: qui absq; nomine dignitatũ, simili iudicio conterẽtur. Mixtaq;

a Cedrõs quoq; habebant in negociationib⁹ tuis. Naues maris: Siue ut in hebraico continetur tharsis: principes tui in
b negociatione tua. Et rẽpleta es & glorificata Siue aggra
c uata) nimis in corde maris. In aquis multis adduxe-
d runt te remiges tui. Ventus auster contriuit te in cor-
e de maris. Diuitiæ tuæ & thesauri tui, & multiplex in-
f strumẽtũ tuũ. Nautæ Siue remiges) tui & gubernatores tui qui tenebant suppellectilem tuam & populo tuo preerãt: uiriq; bellatores tui qui erant in te cum uniuersa multitudine tua quæ est in medio tui: cadent in cor-
g de maris in die ruinæ tuæ. A sonitũ clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes: & descendent de nauibus suis omnes qui tenebant remum: siue nautæ & uniuersi gubernatores maris uectoresq; & proretæ in terra stabunt: & eiulabunt super te uoce magna: & clamabunt amare: & superiacient puluerem capitibus suis, & cinere conspergentur Siue cinerem sternent sibi). Et radẽt super te caluitiũ, & accingent cilicijs, & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo: & assumẽt super te carmen lugubre & plangẽt te.

Quæ est ut

G ¶ A sonitu clamoris gubernatorũ tuorũ conturbabunt ꝛc. Et superiacient puluerem capitibus suis: ꝛ cinere conspergentur siue cinerem sternent sibi. Quod autem sequitur: Et radent super te caluitiũ & accingentur cilicijs: & plorabũt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre & plangẽt te: In Lxx. non habetur, sed de Theodotionis æditione additum est. Quando tyrus ceciderit, gubernatores illius turbabuntur, descendentq; de classib⁹: & remiges uectoresq; ac proretæ siue nautæ: & uniuersi gubernatores maris iactati fluctibus, stabili aliquando consistẽt gradu: & eiulabunt super ea uoce magna quã prius suis locupletabant mercibus: & mentis amaritudinẽ clamore signabũt: puluerem quoq; siue terram iacient super capita sua, pro terrenis operibus agentes pœnitentiam. Et cinere conspergẽtur uel uitulæ iuxta legem, ut

H purificentur: uel certe substernent cinerẽ sibi, iuxta illud qđ dicitur ad hierusalem: Sparge terram super caput tuum, & cinerem substerne tibi & fac planctum. Et in euangelio scriptum est: Si in tyro & sidone facta essent signa hæc olim in sacco & cinere egissent pœnitentiam. Et psalmista dicit: Cinerem quasi panem manducaui. Radentq; super tyro caput, & facient caluitium: quod in luctu fieri solet, eo tempore quo magnitudo doloris omnem excluserit læticiam. Apostolorum uero capilli numerati erãt: quia crinem suum instar naçarenorum domino consecrarãt. Et Samson ꝛ diu crines habuit, possedit fortitudinem: ablata uero cæsarie, captus est ab allophylis. Quando autem dicitur, & accingentur cilicijs: uetus lumborum libido damnatur: ut qui uixerant in delitijs, postea pœnitentes uiuant in austeritate atq; duritia. Niniuitæ habuere saccos. Et iterum ad hierusalem dicitur: Plange ad me quasi sponsa accincta cilitio super uirum suum uirginalem. Et plorabunt te inquit in amaritudine animæ ploratu amarissimo. Melius est enim ingredi in domum luctus, ꝙm in domum conuiuij: ut plangant tyrum & carmen lugubre congeminent: qđ sequẽs scriptura subiungit. Vt autẽ sciamus profectum esse eorũ qui plangunt ruentẽ, & qui prius in maris corde & in medio illius uersabanẽ, ꝓphetæ nos doceat exemplũ: qui & ipse plangere iubetur tyrũ: ut expleto tẽpore pœnitẽtiæ, restituaẽ in antiquũ statum & assumpta cithara dño ꝓsonet. Lege Esaiam. Quidã ridicule, sed tñ qđ legimus est dicendũ: gubernatores episcopos hæreticoꝝ, cõsiliatores præsbyteros, ꝓpetas archidiaconos, remiges atq; nautas, diaconos interpretantur: uectores ꝩo ad cunctũ populũ referunt: ꝙ si addidissent nauclerũ diabolũ, ĩplessent tragœdiã. Qui oẽs eiulabũt pariter & flebunt amarissime & agẽt pœnitentiã, postq; naufragiũ senserint nauis suæ & in terra steterint: oẽmq; decorẽ falsi nominis sciẽtiæ amiserint: & pro gaudio atq; læticia, in cordis amaritudine pœnitentiam mœrore signauerint.

Nu.19.b

Hiere.4.g

Luc.10.c

ps.101.b

Matth.11.c

Luc.4.c

Iudicum.16

Ione.3.b

Ioel.2.b

Eccl.7.a

Quæ est ut

D

a Quę est vt Tyrus quę obmutuit ꝛc. Gubernatores, remiges, proretæ, atq; uectores, in planctu Tyri ista memorabunt: quæ alia ciuitatũ ita cõticuit, ut loquẽdi fiduciam nõ haberet: & audiret illud euangelicũ: Tace, & obmutesce. Et de psalmis: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iusticias meas: & assumis testamẽtum meũ per os tuũ? Quantis mercib⁹ o Tyre ditata es? Et quid tanto labore quæsisti, ut dieb⁹ ac noctib⁹ peritura naufragio cõgregares? Implesti qdẽ pp̃os multos: & opib⁹ tuis locupletasti reges: de quibus scriptum est: Astiterunt reges terræ: & principes cõuenerunt in unũ: aduersus dñm & aduersus Christum eius. Sed nunc cõtrita es in mari, & in aquarum profundis: iuxta illud qđ de Pharaone scriptum est: Currus Pharaonis, & fortitudinem eius proiecit in mare. Qui dimersus est in profundũ quasi lapis: & dicere poterat: Veni in profundum maris: & tẽpestas demersit me: Omnes insulæ uel habitatores insularum: quæ sæculi huius fluctib⁹ uerberanẽ, stupebunt super te: & reges earũ tẽpestate perculsi, sentient interitũ suũ: imitanteq; uocẽ colubri, sibilabunt & dicent: Ad nihilum deducta es, siue facta perditio es: ut nõ naturã perditionis habueris, sed uoluntatẽ. Et nõ eris. Qđ si hucusq; dixisset, magna quæstio nasceret: quõ nõ esset, quã nunc uidemus extructam. Sed ex eo qđ sequit: Vsq; in sæculũ, unius sæculi tempus ostendit: qđ iuxta ætatem hominis annorũ septuaginta circulo supputat. Siue non eris deo, dicẽte Apostolo: Qui uocauit ea quæ nõ erant. Et Esaia propheta: Ecce confundent & erubescẽt omnes aduersarij tui: Erunt eñ quasi nõ sint. Et Hester iuxta Lxx. interpretes: Ne tradas sceptrũ tuum his qui nõ sunt. Et in psalmo: Dimitte mihi ut refrigerer prius q̃ abeam: & amplius nõ ero. Quæ testimonia q̃ sensu accipienda sint, supra diximus. Quia autẽ hæc ad hæreticorũ possum⁹ referre psonã: q in cõtritione Tyri atq; naufragio, sentiẽt errorẽ suũ: & in medio maris positi, liberare suas aias cõcupiscẽt: plangẽtq; male diuitias congregatas, quib⁹ multos ditauerant reges: patriarchas uidelicet suos, & uulgus ignobile: quorum opes in medio corruẽt mari. Habitatores q̃q; omniũ insularũ (si tñ uoluerim⁹ ad bonã partẽ referre quæ dicta sunt) obstupescẽt sup cõtritione Tyri, & reges insularũ oĩm: uel ipsi q̃si tẽpestate perculsi, mutabũt uultus: uel certe cordis mœrorẽ fletu & lachrymis indicabũt: stuporisq; magnitudinẽ, admiratione & sibilo testabunt: quõ nihili facta sit & perierit, quæ salutẽ multis gentib⁹ p̃mittebat. Et ultra non erit, nequaq; certo tpe ut εἰς τὸν αἰῶνα interpretemur in sæculo, sed in perpetuũ: quia idem sermo utrumq; significat.

Ps. 49. c
Mar. 4. c
Ibi. 44. c
Exo. 15. a
Ps. 68. a
Ibi. 14. b

a Quæ est ut Tyrus, quæ obmutuit Siue conticuit) in medio maris? Qđ in Lxx. nõ habet. Quæ in exitu negociationum tuarũ: Siue quã inueniſti mercedẽ) de mari, implesti populos multos. In multitudine diuitiarũ tuarũ: & populorũ ditasti reges multos. Nunc cõtrita es a mari Siue in mari): in profundis aquarũ opes tuæ Siue negociatio tua): & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderũt. Vniuersi habitatores insularũ obstupuerunt Siue cõtriti sunt) super te: & reges earũ omnes tempestate perculsi Siue uersi) in amentiam, mutauerũt uultus Vel fleuerũt). Negociatores gentiũ Siue populorũ) sibilauerũt sup te: ad nihilũ deducta es Siue facta perditio es): & nõ eris ultra usq; in sæculũ Siue in perpetuũ).

Commentarij octaui in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NONVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

CONsequens erat filia Eustochiũ: ut prophetiã Tyri & principis Tyri, uno uolumine cõprehenderẽ: & tam locis q̃ uaticinatione cõiunctos, nequaq; librorũ ordine separarẽ. Sed quia plura sunt quæ dicunt, & modũ prolixitatis excedunt: ideo in nonũ librũ dilata est explanatio: quã orationib⁹ tuis omniũq; sanctorũ, ad calcẽ credim⁹ peruenturã: ut cõtra Pharaonẽ quoq; & uniuersam ægyptũ, quæ in Ezechiel scripta sunt, differamus. Quæ & ipsa nobis longitudine sui, in librũ decimũ diuidenda sunt: quo & uoluminũ inter se mensura seruet: & diuisus dictantis scribentisq; & legentis labor respiret in partibus.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM LIBER NONVS.

ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, dic principi Tyri: hęc dicit dominus deꝰ ꝛc.

Vbicunq; iuxta Lxx. scđo ponit, dñs, dñs: primum nomẽ Tetragrãmaton est: qđ proprie ad deũ pertinet, & ineffabile dicitur: secundũ cõmune, qđ sæpe in hoib⁹ inuenitur. Quõ aũt Tyriæ urbis

a ET factus est sermo dñi ad me dicens: Fili hois, dic principi Tyri: hæc dicit dominꝰ deus: Eo q̃ eleuatũ est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris: cum sis homo

ET factus est sermo dñi ad me dicens: Et tu fili hominis, dic principi Tyri: hæc dicit dñs deꝰ: Pro eo q̃ exaltatũ est cor tuũ, & dixisti: Deꝰ ego sum, habitationẽ dei habitaui in corde maris: tu autẽ sub figura nauis, primum diuitiæ, deinde ruina planctusq; descriptꝰ est: sic ad principẽ Tyri primũ sermo fit, pphetalis, q̃ erectus sit p superbiã: nec bñ abusus opib⁹ q̃s habebat: deinde luctus & lamẽtatio, de quãtis bonis ad mala quãta ꝓuenerit. Primũ igit prima dicẽda sunt. Scriptũ est in Esaia ad regẽ babylonis Nabuchodonosor, qđ se dei potẽtiæ coequarit: & in tantã elatꝰ sit arrogantiã: ut auderet dicere: Sup sidera cœli ascẽdam, & ero similis altissimo. Præcipitatusq; de solio, meruit audire: Quõ cecidit lucifer, q̃ mane oriebat? Et de Pharaone in hoc eodẽ pphęta: Mea sunt flu-

Esa. 14. d
Ibidem
Infra. 29. d

E mina,& ego feci ea. Et de principe Tyri, qꝝ elato corde dixerit arroganter: Deus ego sum,& in cathedra dei sedi: siue in habitaculo dei habitaui: cum sit homo, & non deus. Quæ quamꝯ uideanť uires humanæ fragilitatis excedere: & nō tam hominū uerba esse qꝝ insanientiū dæmonū: tamen Hyperbolen debemꝰ accipere: qꝝ instantū intumuerint & nescierint mēsurā suā: ut elati fœlicitate sæculi & regni potentia, dū præsentia bona putāt esse perpetua, hoīes se esse nescierint: & æternū sibi imperiū uindicarint. Licet sub typo, principū, regum, & singularum urbium, uel prouinciarum, potestates aduersariæ demonstrentť: de quibꝰ scribit & apłus
Ephe.6.b Paulus: Nō est nobis pugna aduersus carnē & sanguinem: sed contra principes & potestates rectoresqꝫ tenebrarum istarū, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et in alio loco:
1.Co.2.b Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam uero non mūdi huius neqꝫ principum sæculi istiꝰ, qui destruunť. Et iterum de sapiētia disputans,
F Ibidem ait: quā nullus de principibus huius mundi cognouit: Si enim cognouissent, nūqꝫ dñm gloriæ crucifixissent. In Danielis q̄q; ꝓphetia perspicue legitur:
Dañ.10.c Princeps israelitici populi Michael: & princeps græciæ, princepsqꝫ persarum. Et Moyses apertius scribit in Deuteronomiō cātico:
Deu.32.a Quādo diuidebat altissimus gētes, & disseminabat filios Adam: cōstituit terminos nationum iuxta numerū angelorum dei: siue ut melius habetur in hebraico, iuxta numerū filiorū israel. Et facta est pars domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius israel. Nec mirabimur in parte contraria pessimos reges in typo præuaricatorū præcedere principū: cum optimos reges Dauid, & Salomonem, & Iosiam, & patriarchas, ac ꝓphetas in figura dñi saluatoris præcessisse docea-
a mus. Igitť iuxta utrāqꝫ intelligētiā, regū pariter superborꝫ & apostatarū principū, quæ scripta sunt, differamꝰ. Ait ergo: Licet in medio maris & insulæ tenearis angustijs, plus dicam, cum sis homo, & humanæ carnis fragilitate circundatus: rumore cordis elatus, in solio dei, in cœlis te habitare arbitratus es. Simulqꝫ quia tactas sapientiam, intantum ut regni tui homines, Salomonem ænigmatibus prouocarēt:

HEB. homo, & nō deus: & dedisti cor tuum quasi cor dei: ecce sapiētior es tu Daniele? Omne secretū non est absconditū a te. In sapientia & prudētia tua fecisti tibi fortitudinē: & acquisisti aurum & argentū in thesauris tuis. In multitudine sapientiæ tuæ: & in negociatione tua multipli casti tibi fortitudinē: & elevatū est cor tuū in robore tuo. Propterea hæc dicit dominus: Eo qꝫ eleuatum est cor tuū quasi cor dei: Idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentiū: & nudabunt gladios suos sup pulchritudinem sapientiæ tuæ: & polluent decorē tuum. Interficient & tradent te, & morieris in interitu occisorum in corde maris. Nunquid dicēs loqueris: Deus ego sum corā interficientibus te: cū sis homo & non deus, in manu occidentiū te? Morte incircumcisorū morieris in manu alienorum: quia ego locutꝰ sum ait dñs deus. Et factus est sermo dñi ad me dicens: Fili hominis, leua planctū super regem Tyri & dices ei: hæc dicit dominꝰ deus:

Tu signaculū

SEP. tu autem es hō, & nō deus: & dedisti cor tuū q̄si cor dei: nunquid sapiētior es Daniele? Sapiētes non erudierūt te disciplina sua: nūqd in eruditiōe tua aut prudētia tua fecisti tibi fortitudinē: & fecisti aurū & argentū in thesauris tuis: aut in mltā eruditiōe tua, & negociatiōe tua mltipli casti fortitudinē tuā? Elatum ē cor tuū in fortitudine tua: propterea hæc dicit dñs deus: Quia dedisti cor tuū q̄si cor dei: ppt̄ hoc ecce ego adducā sup te alienos pestilētes de gētibꝰ: & euaginabūt gladios suos in te sup pulchritudine doctrinæ tuæ: & humiliabūt pulchritudinē tuā in pditione: & deducēt te & disponēt te: & morieris mortе uulneratorū i corde maris. Nūquid loquēs dices: Deꝰ ego sum, in cōspectu interficiētiū te? Tu aūt es hō & nō deꝰ in mltitudine uulnerātiū te. Mortibꝰ incircūcisorū morieris, in manibꝰ alienorū: qa ego locutus sum dicit adonai dñs. Et factꝰ est sermo dñi ad me dicens: Fili hois, sume planctū sup pncipē tyri, & dices ei: hæc dicit dñs deꝰ:

Tu signaculū

nunquid sapientior es Daniele, qui dei gratia uicit omnes magos & hariolos: & nunc in babylone sapientissimus est? Siue ita intelligendum: Etiam sapientior sis Daniele, qui omnium confessione sapientissimus est: & diuitiarum ac potentiæ magnitudine dei te cupias potentiæ coæquare: tñ capieris ab aduersarijs & urbe perdita, multis cōfodieris uulneribꝰ & ultra nō dices: Deꝰ ego sum: sed doctus interitu, hoīem te esse cognosces, nō deum. Sin autem uoluerimꝰ principē Tyri eandem dicere potestatem, cui a deo tradita est ipsa ciuitas siue prouincia, illud assumamus testimonium: Ego dixi dij estis: & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. Traditæ enim illis sunt ad regendum prouinciæ, quasi iudicibꝰ ab imperatore. Qui obliti honorem suum ex alterius iussione pendere: qualis nuper Heraclianus in Africa fuit: erecti sunt mente tyrannica contra regem & dominum suum: ut in toto orbe dispersi, sub nominibus idololatriæ, deorum sibi nomina assumerēt: & inflati superbia, in iudicium diaboli inciderent & laqueum. De quo & saluator locutus in euāgelio est: Vidi satanam quasi fulgur cadentē de cœlo.
a Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, leua planctum super regem Tyri et dices ei: hęc dicit dñs deus ꝛc. Quia diximꝰ, qui sit princeps Tyri: & quomodo corruerit per superbiam, lamentationes eius super pristina gloria cognoscamus. Primum cōmonetur quid fuerit, ut doleat se perdidisse quod habuit. Tu inquit signaculum similitudinis:

Pro.10.c Sicubus

Luc.10.c

iuxta illud quod proprie de saluatore dicit Ioannes euangelista: Hunc enim deus signauit pater. Et de hominibus: Signauit, quoniam deus uerax est. Et in psalmis: Signatum est super nos lūmē uultus tui domine. Et in alio loco: Charissimi, nunc filij dei sumus: & nec dum apparuit quid futuri sumus. Scimus qm̄ cum apparuerit, similes ei erimus. Vnde & ad deum dicit: Quis similis erit tibi? Aliud est em̄ similitudo, aliud æqualitas. Vnde sæuissima hæresis est, quæ in Christo tm̄ patris similitudinē confitetur, aufert naturam. Nos aūt in filio nō solum similitudinē dicimꝰ, sed æqualitatē.

Ioh.6.c Ibi.3.d pā.4.b 1.Ioh.3.a Deu.33.d

Propterea

Propterea enim eum persequebant Iudæi: quia non solum soluebat sabbatū, sed & æqualem se faciebat deo. Vbi autē æqualitas est, ibi eadem natura unaq; substantia. Hoc est
Gal.4.c illud quod de similitudine loquit & Apostolus: Filioli mei quos iterū parturio: donec Christus formet in uobis: ut recipiatis uidelicet similitudinē ei⁹, quā uestro uitio perdidistis. Et quia in latinis codicibus, p signaculo, resignaculū legit: dum κακοζήλως uerbum e uerbo exprimens, qui interpretat⁹ est iuxta Lxx. translationē ἀπροφράγισμα, id est, resignaculū posuit. Vnde quidam sic intelligunt, q̄ signaculum dei & figurā quæ uelut in cera mollissima expressa sit, rex Tyri resignauerit atq; perdiderit: ut pro signaculo fecerit resignaculū: nequaq̄ habens imaginem & similitudinē dei: iuxta quam & primus hō conditus est,
Gen.1.c dicēte deo: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram. Et notandū, q̄ imago tunc facta sit tm̄, similitudo in Christi baptismate cōpleat. Et cōsequēter ei cui dictum
B est: Tu signaculū similitudinis, iungit: plenus sapiētia, perfectus decore: siue corona decoris. Vbi em̄ similitudo dei est, ibi & plenitudo sapientiæ, & perfectus decor: siue quasi diuersis floribꝰ ornata, atq; cōposita corona uirtutum, quā, pprio studio auget diligēs, dum naturæ bonum nutrit industria, & negligēs minuit: iuxta illud qd̄ in Prouerbijs sub figura mulieris pulchræ, & male moratæ dicitur:
Pro.11.c Sicut inauris in naribus porcæ, sic mulieri male moratæ pulchritudo. Sequit: In delicijs paradisi dei fuisti: p quo in hebraico habetur: in עֵדֶן: quod & geneseos narrat historia. Eden autē uertitur in delicias. Et pulchre ad distinctionem paradisum dei nominat: ut ostēdat esse & cōtrarium paradisum non dei, apud eos qui ueritatem mutant mendacio: & paradisum habere se iactant. Quo sermone demonstrat,

HEB. Tu signaculū similitudinis, plenus sapiētiæ, & perfectus decore: in delicijs paradisi dei fuisti. Omnis lapis preciosus, operimentum tuum: sardius, topaçius, & iaspis, chrysolithus, onyx, & berillus, sapphirus, carbunculus, & smaragdus. Aurū opꝰ decoris tui: & foramina tua in die qua cōditus es præparata sunt. Tu cherub extentus & protegens: & posui te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti: perfectus in uijs tuis a die conditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negociationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate: & peccasti: & eieci te de monte dei: & perdidi te o cherub protegens de medio lapidum ignitorū. Et leuatū est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam in pulchritudine tua: in terram proieci te: ante faciem regum dedi te, ut cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum & iniquitate negociationis tuæ polluisti sanctificationē tuam. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te: & dabo te in cinerem super terram, in conspectu omnium uidentium te. Omnes qui uiderint te in gentibus obstupescent super te. Nihili factus es: & non eris in perpetuum.

Et factus est

SEP. Tu signaculū similitudinis, plenꝰ sapiētia, & coronā decoris: in delicijs paradisi dei fuisti. Omī lapide bono circūdatꝰ es: sardio, & topaçio, & smaragdo, & carbūculo, & sapphiro, & iaspide, & argēto, & auro, & ligurio, & achate, & amethysto, & chrysolitho, & berillo, & onychino, & auro replesti thesauros tuos: & horrea tua in te: a die qua cōditꝰ es parauerūt cū cherub uncto a deo, & habitante in tabernaculo: & deduite in monte sctō dei: factus es in medio lapidum ignitorū. Fuisti imaculatꝰ in diebꝰ tuis a die q̄ creatꝰ es: donec inuētæ sunt iniqtates in te: a multitudine negociationis tuæ, replesti cellaria tua iniqtate, & peccasti: & uulneratꝰ es a mōte dei: & adduxit te cherub obumbrās de medio lapidum ignitorū. Elatum est cor tuū in decore tuo: corrupta est disciplina tua cū decore tuo. Propter multitudinē pctōrū tuorū in terram proieci te: in cōspectu regū dedi te, ut dehonestareris. Propter multitudinē pctōrū tuorū, & iniqtates negociationis tuæ cōtaminauit sancta tua. Et educā ignē in medio tui, hic deuorabit te. Et dabo te in cinerē sup terrā in cōspectu oīm uidētiū te: & oēs q̄ nouerūt te in gētibꝰ, cōtristabunt sup te. Perditio factꝰ es: & nō eris ultra i sæculū.

Et factus est

C

nequaq̄ hominē esse de quo scribit: sed contrariā fortitudinem, quæ quondā in dei paradiso cōmorata sit: licet Iudæi hoc per τρόπον, qui appellat ὑπερβολή, de Hiram rege Tyri existiment, pphetari. Cui autē dicit: In delicijs paradisi dei fuisti, siue factus es: qd habuerit, ostendit: quid ue perdiderit. Porro qd̄ habitationi paradisi copulat, omnis lapis preciosus operimētum tuū, siue colligatio tua, & circūdatio, sardius, topaçiꝰ, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus, sapphirus, & carbūculus, & smaragdus: siue ut in Lxx. diuerso ordine nominibusq; alijs, duodecim lapides continent: Hoc obseruandum est, non omni lapide precioso regē Tyri fuisse circundatum, siue opertū: & ut Symmachus transtulit, uinctum atq; cōstrictum: sed omnē lapidē quē habuit princeps Tyri, fuisse preciosum. Alioquin mīti sunt precios lapides, quos in præsenti loco scriptura nō noīat: chalcedonius, sardonix, chrysoprasus, hiacynthus: crystallus quoq; & precioſſimū margaritū. Sed & Aquila & Symmachus ac Theodotio in præsenti loco multum inter se, & Lxx. interpretes: non solum ordine, sed & numero discrepant atq; nominibus. In Apocalypsi quoq; Ioannis, ubi de
Apoc.21.c uiuis lapidibus hierusalem extructa memoratur: paululum in extremis partibꝰ ordine cōmutato, idē in fundamētis eius ponunt lapides: ita ut portæ illius crystalli lumīe scribant ædificatæ. Sed & in pectore pōtificis, p
Exo.28.b quatuor ordines in rationali, idē lapides describunt: & in humeris eius duo lapides onychini: in quibus duodecim patriarcharum scripta sunt noīa: ḡs uerus pōtifex, de q̄
ps.109 scriptū est: Tu es sacerdos in æternum, secūm ordinē Melchisedek, portat in pectore, portat in humeris: ut in duodecim lapidibus apl̄orū numerū, & in duobus utriusq; testamēti sacramēta demōstret: q̄rū unꝰ Ioannes euangelista

Ioh.15.c euangelista recubuit in pectore eius: ut hauriret fluenta sa/
Ibi 1 pientiæ: & posset dicere: In principio erat uerbum: & uerbū
E erat apud deum: & deus erat uerbum: hoc erat in principio
apud deum. Isti sunt uiui lapides, de quibus ædificaē eccle/
1.Pe.2.a sia: & de quib⁹ scribit apostolus Petrus: Si credidistis, quia
suauis est dñs: ad quē accedentes lapidē uiuentē, ab homini
bus quidē reprobatū: a deo autē electū, honorabilē: & ipsi
sicut lapides uiuentes ædificamini domus spirituales in sa/
cerdotiū sanctū, offerre spirituales uictimas placētes deo p
Esa.28.d Iesum Christū: quoniā dicit scriptura: Ecce ponam in sion
lapidē angularē, electum, precio sum: & qui credit in eo, nō
cōfundet. Sup quo & uas electionis pari uoce cōsentit di/
Ephe.2.d cens: Superædificati in fundamēto aplorum & ꝓphetarū,
ipso angulari lapide Christo Iesu dño nostro: in quo omnis
ædificatio cōstructa, crescit in templū sanctū dei. Hi sunt la/
Za.9.d pides de quibus & in alio loco legimus: Lapides sancti uol
uuntur super terrā instar rotarū, paululū tangētes humū: &
uolubilitate sua ad cœlestia festinantes. De quib⁹ & scriptu
Esa.54.c ra cōmemorat: Ecce ego præparo carbunculū lapidē tuū: &
fundamēta tua sapphirū: & ponam propugnacula tua iaspi
dem: & portas tuas lapide crystallo: & murū tuū lapidibus
electis: & omnes filios tuos doctos a deo: & in multa pace
filios tuos: & in iusticia ædificaberis. Sup quo quid nobis
uideret, in eiusdem ꝓphetæ explanationibus diximus. De
huiuscemodi lapidib⁹ & uicesimus psalmus canit: Dñe in
uirtute tua lætabit rex: & super salutare tuū exultabit uæhe/
menter. Desyderiū animæ eius tribuisti ei: & uoluntate la/
biorū eius non fraudasti eum. Quoniā præueniisti eum in
bñdictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de
lapide precioso. Istæ sunt margaritæ ꝓphetarū & aplorum:
Matth.13.f quæ cōparatione Christi, omnes uenundant in euangelio:
ut ematur preciosissimū margaritū: & lapis de q̄ Zacharias
Zach.3.&.4 scribit: ꝙ septē habeat oculos. i. septē gratias spiritussancti.
1.Co.3.c Lege Esaiam. Et ponit ꝓ apostolū Paulū in fundamēto ec/
clesiæ: sup quo ædificent aurū, argentū, & lapides precios:
Quorū colores atq; naturas & efficiētias singulorū: nō est
F huius temporis differere, sed ꝓpriū uolumē desyderant: ita
ut in Ezechiel, & in Exodo, & in Apocalypsi, & in Esaia, sibi
omnes lapides & lapidū ordines cōparati, magnā & legēti
& differenti faciant quæstionē. Super quibus & uir sanctus
Epiphanius episcopus, propriū uolumē mihi præsens tradi
dit. Et tricesimusseptimus liber Plinij secundi, naturalis hi/
storiæ, post multiplicē omniū rerū scientiā, de gemmis & la/
pidibus disputat: Ad quorū noticiā, diligēs a nobis mitten
dus est lector. Porro Symmachi interpretatio, istum princi/
pem Tyri, quasi precio sissimū monile lapidibus scribit esse
distinctum. Denicq; auri tympanū uocat: in quo infixi sint
lapides. Vnde & iuxta hebraicū sequit: Aurū opus decoris
tui: & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt.
Pro quo posuere Lxx. Auro replesti thesauros tuos & apo/
thecas tuas, ad sensum mentēq; referētes: ꝙ cogitatio eius,
diuinis patuerit sacramētis: & cōgregauerit sibi diuitias spi
Matth.6.c rituales: de quibus dñs præcepit: Thesauriçate uobis the/
sauros in cœlo: ubi nec erugo, nec tinea demolitur: nec fu/
Ibidem res effodiunt & furantur. Vbi est em̄ thesaurus tuus, ibi est
& cor tuū. Iste est thesaurus absc̄ditus: de q̄ & in euangelio
Ibi. 13. f loquit: Simile est regnū cœlorū thesauro absc̄dito in agro:
quē qui inuenerit, absc̄dit: & præ gaudio suo uadit & uen/
dit omnia quæ habet, & emit agrū illū. Apothecæ autē sunt
Deu.28. a siue horrea: de quib⁹ in alio loco scriptū est: Benedictæ apo
thecæ tuæ & reliquiæ tuæ. Post hæc dicitur iuxta hebraicū:
Tu cherub extentus & protegēs, subaudit arcam dei & pro
piciatoriū: uel iuxta Lxx. qd ipse cum cherub unctus sit &
creatus. Ex quo ostendit ad hominē urbis Tyriæ principē
hoc pertinere nō posse: sed ad sanctā quondā & præcipuam
fortitudinē, quæ urbis Tyriæ princeps posita sit. Et posui te
(inquit) in monte sancto dei: haud dubiū quin paradisum
2.Co.12.a significet: ad quē post cœlū tertiū Paulus aplus raptū esse
se dicit. Cherub autē genere masculino, numero singulari &
plurali dicunt cherubim, qui interpretant scientiæ multitu
do: super quib⁹ requiescit, & sedet deus: & hoc curru utitur,
ps.79.a dicēte ꝓpheta ad eū: Qui sedes sup cherubim, manifestare.
Ibi. 17. b Et in alio loco: Ascēdit super cherubim & uolauit: uolauit
sup pēnas uentorū. Iste autē cherub, siue creatus cū cherub,
extentus & protegēs sacramēta, positus est in monte sancto G
dei: de quo crebro diximus. Et Paulus apostolus loquit, si
quis tamē ad Hebræos epistolā suscipit: Accessistis ad sion Hebr.12.d
montē & ciuitatē dei uiuētis hierusalē cœlestem, & milia an
gelorū. Vel certe mons sanctus dei, paradisus (ut diximus)
intelligēdus est. Ambulauit quoq; in medio ignitorū lapi/
dum: de quib⁹ scriptū est: Qui facit angelos suos spiritus: ps.103.a
& ministros suos ignē urentē. Et nō solum deus qui uocat
ignis cōsumens, fœnum, ligna, stipulamq; cōsumat: sed & Deu.4.d
angeli qui uocant igniti lapides, spirituq; feruentes. Vnde
& dñs: Ignē (inquit) ueni mittere super terrā: & quā uolo ut Luc.12.d
ardeat. Quodq; sequitur: Perfectus in uijs tuis a die condi
tionis tuæ: ꝓ quo posuere Lxx. Fuisti immaculatus in die/
bus tuis a die qua conditus es, donec inuenta est iniquitas
in te: ostendit omnē creaturā bonā a deo cōditam, & perfe/
ctam habuisse uirtutē: & per hoc principē quoq; Tyri fuisse
immaculatū: ut deinceps macula non naturæ sit, sed uolun
tatis. Donec inuenta est iniquitas in te. Inuenta a deo, quæ
in thesauris pectoris tui ꝓ superbiā & abusionē potestatis
quā acceperas, tenebat incluſa. In multitudine quoq; nego
ciationis eius repleta sunt interiora illius, siue cellaria iniqui
tate. Dum em̄ multa conquirit: & non est cōtentus scientia
quā acceperat, nec potestate cui præpositus erat: repleuit cel
laria & interiora pectoris sui: ut saturatus & incrassatus cal/
citraret cōtra creatorē suū. Manducauit em̄ Iacob, & satura/
tus est: & recalcitrauit dilectus: incrassatus & impinguatus Deu.32.b
& dilatat⁹: & dereliquit deum qui fecerat eum. Et de corde
procedunt cogitationes pessimæ: propter quas dicit deus:
Peccasti, & eieci te de monte dei, siue uulneratus es a monte
dei: qd legentes, timere cōpellimur. Si em̄ cherub extentus
& protegens positus in monte sancto dei: & in medio igni/
torum lapidū perfectus & immaculatus, propter multitudi
nem negociationis repleuit interiora sua iniquitate: & pec/
cauit, & eiectus est de monte dei, hoc est, de habitatione pa/
radisi: siue uulneratus a monte dei, qui perspicue Christus
intelligitur: aut certe in monte dei constitutus & habitans, H
a semetipso uulneratus est: & conscientiæ cōpunctus malo,
dum se intelligit habitatione montis indignū, quid de no/
bis existimandū est: Propter quod dicitur ei: Et perdidi te o
cherub, protegens de medio lapidum ignitorū: ut nequaq;
inter ignitos lapides consisteres, sed perires. O ipse cherub,
siue cherubim qui te protegebat: eduxi te de medio lapidū
ignitorū: iuxta illud qd & de Adam scriptū est: Eiecit Adā, Gen.3.d
& cōstituit eum contra paradisum deliciarū. Causasq; red/
dit, cur eductus sit siue proiectus de medio lapidum ignito
rum. Eleuatū est em̄ cor tuū in decore tuo: dum tuū putas
esse qd dei est. Vnde & Apostolus, stimulum carnis & an/ 2.Co.12.b
gelum satanæ accepisse se dicit, qui eum collaphiçaret, ne re
uelationū magnitudine superbiret: & in iudiciū incideret
diaboli. Et idcirco corrupta est (inquit) doctrina tua cū de/
core tuo, siue perdidisti sapiētiā tuam in decore tuo: ut dum
plus uis esse, q̄ cōditus es: & magis sapere, q̄ a deo accepe/
ras: etiam id perderes qd habebas: & ꝓ pulchritudine atq;
doctrina, deformitas te & stulticia possideret. Vnde in terrā
proiectus es, qui ante habitabas in monte dei. De q̄ & Esaias Esa.14.c
scribit: Quō cecidit lucifer qui mane oriebat? Et saluator Luc.10.c
in euāgelio: Videbā (inquit) satanā quasi fulgur de cœlo ca/
dentē. Qd & Hieremias loquit ad hierusalē: Quō obscu/ Treno.2.a
rauit dom⁹ in ira sua filiam sion: proiecit de cœlo in terrā
gloriam israel? Proiectus es autem in conspectu omnium
regum, ut tuo terrerentur exemplo: uel bonorum regum,
quorum cor in manu dei est: uel malorum, quorum regna Pro.21.a
ostendit diabolus saluatori: qui occurrerūt regi babylonio, Matt.4.c
dicentes: Et tu captus es sicut nos: atq; inter nos reputatus
es. Quamobrem & polluit sanctificationem suam quam
habuerat, quando habitabat in monte: & conuersabatur in
medio ignitorum lapidum. Sequitur: Producam ignem de
medio tui qui deuoret te. Istum ignem in Tyri regis corde
succenderat ille cuius ignita sunt iacula: & de quo scriptum
est: Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorū. De q̄ Osee.7.a
igne loquit & Esaias: Ambulate in lumine ignis uestri: & in Esa.50.d
flāma quā succēdistis; ut foras egrediēs, deuoret possidētē:

iuxta illud

Eſa.13.g et.5.f iuxta illud qđ in eodē Eſaia ſcriptū eſt: Deuorauit ſicut fœnum materiā. In die illa extinguent montes, & colles, & ſaltus: & deuorabit ab anima uſq; ad carnes. Hunc ignem qui
A Leui.10.a alienus appellatur, Nadab & Abiu ad altare domini obtulerant: & idcirco diuino igne cōſumpti ſunt. Vnde & Moy-
Ibidem ſes ait: Hoc eſt uerbū quod dixit dominꝰ: in his qui appropinquāt mihi, ſctificabor. Sanctificatio autē dei eſt, pœna peccantiū. Poſt hæc dicitur: Et dabo te in cinerē: ut omnia quæ ſuperædificaſti, malæ conſcientiæ tuæ ignis abſumat. Qui cum debueras requieſcere in ſabbato: & neq; opus facere ſeruile: ligna in ſabbato collegiſti: ut haberet qđ in pectore tuo deuoraret incendiū. Perdet quoq; omnia mala opera conuertens in cinerē: ut ignis noxius penitus extinguatur: ut omnes conſpiciant & obſtupeſcant periſſe regē Tyrium: & nihili factū eſſe: non in multis ſæculis, ſed in uno: uel certe in perpetuū: ut impleatur illud qđ ſcriptū eſt: Non parcā tibi: & non miſerebor.
B Solent hebræi inter cæteras fabulas ſuas & genealogias atq; interminabiles quæſtiōes, hæc contra Hiram regem Tyri dicta intelligere, cum a Salomone uſq; ad Eçechielem anni ſint plurimi: quos eo tempore homines nō uixiſſe perſpicuum eſt: & ſic pronunciare, quaſi per hyroniam prophetā ad eum loquatur: Nunquid tu es ſignaculum ſimilitudinis dei, plenus ſapiētia, & perfectus decore: tu cunctis ornatus lapidibus: tu cherub, uel creatus cum cherub: cum ecōtrario peccaueris, & in cinerē diſſoluēdus ſis? Adduntq; fabulæ ſuæ miraculum: ut contra ſcripturā, immo ſine ſcripturæ auctoritate, dicant Hiram mille uixiſſe annis. Verū hæc q̄ uiolenta ſit interpretatio, abſq; noſtro iudicio prudens lector intelligit. a ¶ Et factꝰ eſt ⁊c. et ſciēt q⁊ ego dñs deꝰ eoꝝ. Quodq; ſequitur iuxta Lxx. Et deus patrū eorū, in hebraico non habetur. Conſequenter autē poſt Tyrum, ſermo fit ad Sidonē. Vnius enim utraq; urbs prouinciæ eſt:
Matth.11.c & in euāgelio, Tyrus & Sidon pariter nominant: Si in Tyro
Ibi.15.b & Sidone factæ eſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in te. Vnde & Chananæa cuius filia a dæmonio uexabat: quia egreſſa eſt de finibus Tyri & Sidonis: qđ poſtulauerat, impetrauit. Prædicit autem ſermo diuinus, qđ a babyloniis & ipſa capienda ſit: & malorum cognoſcat pondere, q̄ ipſe ſit dominus cum iudicauerit eam: & ſanctificatus fuerit in illa: & fame eam ac peſtilentia, gladioq; cōſumpſerit: ita ut corruat in plateis illius: & nequaq; ultra ſit in offendiculum populo dei: nec eos frequenter impugnet. Cum autem hoc factum fuerit, reuertat populus iſrael, quos in diuerſas diſperſerat nationes in terram ſuam: & ſanctificetur in eis, nequaq; ut in Sidone in malam partē, ſed in bonam, cum eis miſertus fuerit: & habitauerint in terra quam dedit patri eorū Iacob: & habitauerint ſecuri, & in domino confidentes: & ædificauerint domos, & plantauerint uineas, cū ſua promiſſa compleuerit: & tunc cognoſcant quod ipſe ſit dominus: cuius promiſſa firmiſſima ſunt. Quod multi ad tempus referunt Zorobabel, Eſdræ, & Neemiæ: qñ reuerſus eſt populus iſrl & habitauit in terra Iudæa. Alij uero in ultimo tempore, & in mille annis ſperant eſſe complendum. Porro ſecundum intelligētiam ſpiritualem, hic nobis ſenſus uidetur. Sidonij interpretantur uenatores: de quibus & in pſalmis ſcriptum
C eſt: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenātium. Et in Prouerbijs: Oculus meretricis, laqueus eſt peccatoris. Sunt autē & in bonam partē his cōtrarij uenatores: De quibus ſcribit & Hieremias: Ecce ego mittam piſcatores & uenatores, qui uenent uos de omni colle & monte: quos & dñs mittit ad piſcandum: & facit eos de piſcatoribus piſcium, piſcatores hominum. Vnde & uiculus Petri & Andreæ hoc appellat uocabulo. Bethſaida enim in lingua noſtra interpretatur, domus uenatorum. Aduerſum hos igitur peſſimos uenatores, dei ſermo dirigitur: & imperat pphetæ, ut ponat ſiue obfirmet faciē ſuam contra Sidonem: & nequaq; fluctuet oīi uento doctrinæ: ſed in ueritate conſiſtens, interficiat uenatores. Quæ ſunt ergo quæ Sidoni dñs cōminat? Ecce ego ad
D te ipſe ueniam: & glorificabor in te, cū te interfecero: & ſciēt oēs qui uixerint quod ego ſum dñs, cum tibi reddidero quæ mereris: mittamq; peſtilentiam & ſanguinē in plateas tuas. Rectaq; plateæ dicunt Sidonis. Lata enim & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad mortē. Et corruent interfecti qui male ſteterant gladio per circuitū: illo gladio quē uenit dominus mittere ſuper terram, ut male iuncta diſſocient: & ſciant qui remanſerint, q̄ ipſe ſit dominus. Cumq; illic ceſſauerit, nequaq; ultra erit offendiculū amaritudinis: & ſpina doloris compungens & uulnerans populum dei. Omnia autē hæc dicuntur contra aduerſarias poteſtates, qđ in extremo tempore deleant: & ſit æterna ſecuritas, quando congregauerit dominus domū iſrael, eos qui ſenſu cernunt deum: & ſanctificatus fuerit in eis: & complebit illud quod ſcriptū eſt: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Et habitauerint in terra ſua. De qua & alibi legimus: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Quam dederat Iacob, qui priorē ſupplantauerat fratrē: & primitiua eius meruerat accipere. Et habitabunt in ea ſecuri, ſiue in ſpe: & ædificabunt domos, plantabuntq; uineas: & habitabunt ſecundo in ſpe: iuxta illud quod legit in Eſaia: Qui ablactati eſtis a lacte: qui abſtracti ab ubere, tribulationem ſuper tribulationem, expectate, & ſpem ſuper ſpem. Edificabunt autem domos, quas & in euangelio ædificat: qui non ſuper arenam, ſed ſuper petram fundamēta conſtituit. De quibus ſcriptum eſt: Niſi dominus ædificauerit domū: in uanum laborauerunt qui ædificant eam. Et in Exodo iuxta Lxx. Quia timebant obſtetrices dominum, fecerūt ſibi domos: & multa huiuſmodi. Cum autē fecerit dominus iudicium contra eos qui aduerſantur, ſiue cōtumelijs afficiunt iſrael in circuitu: tunc omnis creatura cognoſcet q̄ ipſe ſit dñs: cuius uera iudicia ſunt: & iuſtificata in ſemetipſis. ¶ Ca. XXIX

Eſa.60.c

Matth.7.d

Pſ.126.a

Exo.1.d

In anno

E In anno decimo ꝛc. Post ſidonē, quæ & ipſa in phenicis littore conſtituta eſt, ſermo fit ad ꝓphetā decimo anno captiuitatis regis Ioakim, & duodecimo mēſe, & una die menſis: ut ponat faciē ſuam, ſiue obfirmet cōtra Pharaonē regē ægypti: & loquaē de eo, & de uniuerſa ægypto, ſiue ad omnē ægyptū: ex alia eē parte Iudææ in eodem littore conſtituta ægypti ꝓuincia eſt: & quæ illi uentura ſint, ꝓphetet. Sin aūt oportet de numeris aliquid dicere, quē locū habeat inter decē dies una. Vnde & in principio Geneſeos nō eſt dictū: Factū eſt ueſpere & mane dies prima, ſed una: ut eandem diē reuolui ſemꝑ doceat. Eundē ordinē inter decem decadas, hoc eſt, centenariū numerū decimus numerus poſſidebit: qđ ad uictimā agn⁹ aſſumiē, ut immoleē die quartadecima: atꝙ hoc modo uſꝙ ad mille & decem milia, & centū milia, & ultra ꝑ decadas ſuas numerorū ordo procedit. Poſt decimū autē annū, mēſis duodecimus poniē: ut perfectus duodecim ꝓpoſtolorū ac ꝓphetarū (qui in uno uolumine cōtinenē) numerus demonſtreē. Porro iuxta Lxx. decimus menſis qui hebraice appellatur טֵבֵת: & apud ægyptios, ϯυβί: apud rhomanos, ianuarius dicitē: eo ꝙ apud illos anni ſit ianua: oīm calore ſublato, hiberni frigoris continet principatū. Hoc de numeris dixiſſe ſufficiat. Cæterū illud uel maxie requirēdū eſt: utrū ipſe ſit Pharao q in Exodo, & Eſaia, & Hieremia, & Eçechiel, multiſꝙ aliīs in locis, & in cāticocanticorū noīaē: Equitatui meo in curribꝰ Pharaonis aſſimilaui te proxima mea, an alius atꝙ alius? Videturꝙ mihi non eſſe unus, ſed apud ægyptios hoc uocabulo demonſtrari regiā dignitatē: ſicut apud rhomanos, cæſares & Auguſti reges eorū appellanē a primo Caio cæſare, & ſecūdo adoptiuo eius Octauiano: qui poſtea Auguſtus eſt noīatus: & apud Syros, Anthiochi: apud Perſas, Arſacide: apud Philiſtim, Abimelech: & poſt Alexandrū in ægypto Ptolomæi, uſꝙ ad Cleopatram: qua uicta apud Actium, ægyptus rhomana eſt facta ꝓuincia. Ergo in præſentiarū aduerſum unū quēlibet regū ægypti, ſermo fit dñi: qui interpretaē διασκεδάσης, interfector uidelicet & lacerator: & gladio cuncta cōcidens & diuidēs: Qđ iuxta myſticos intellectus referēdū eſt ad eā poteſtatē, cui ſubiecta eſt ægyptus. Nunꝙ eē hō auderet dicere: mea ſunt flumina, & ego feci illa: nec draco appellareē magn⁹, & ſedens in medio fluminū ſuorū. Egyptus autē hebraice appellaē מִצְרַיִם: & in linguā noſtrā uertiē ἐκθλιβοῦσα, coangustans uidelicet & tribulās eos q ſibi ſubditi ſunt: & nō dimittēs oculos ad cœlū leuare: ſed iuxta euangeliū & exēplū mulieris illius, quā decē & octo annis diabolus incuruauerat, ſemꝑ ad terrena demergēs. Videam⁹ igiē quæ ſit cōminatio contra Pharaonē, & omnē ægyptū. b ¶ Ecce ego ad te pharao rex ęgypti ꝛc. Studio breuitatis ædītionē utrāꝙ miſcemus, ubi non multū inter ſe diſcrepant. Alioquin ubi magna diuerſitas eſt, utramꝙ ꝓponimus. Dicit autē cōtra Pharaonē principē ægypti: & ſub figura eius ad magnā loquiē poteſtatē, cui ægyptus tradita eſt ad regendū: & nihilominus ſuperbit contra creatorē ſuū, ſibi dominationē terræ uendicās: & ſe colendā ægyptijs gētib⁹ tradēs. Loquiturꝙ iuxta ſitum prouinciæ, q̄ſi ad regē: ꝙ in Nili inundatione cōfidat: & pluuias de cœlo nō magnopere deſyderet: auctoremꝙ ſui ſeipſum putet: uel fluuios, hoc eſt, διώρυχας & riuos Nili a ſe factos iactitet. Non (inquit) angelum mittam, ſed o draco magne, qui cubas & reſides in medio fluminū tuorum, ipſe ad te ueniam puniēdū. Auſus es eē dicere: meus eſt Nilus fluuius, & ego mei conditor ſum: uel ipſe feci flumē, q̄ oīs ægyptus irrigaē. Cūꝙ uenero, ponā frenū in maxillis tuis: ſiue conſtringā laqueis oſ tuū, quo magnifice loquebaris: & omnes ſocios ac duces tuos quos piſces uocat, adhærere faciā pennis uel ſquamis tuis: ut extractus e flumine, proīciaris, ſiue deponaris. Nimiū eē te extuleras in deſerto. Et cades ſuper faciē cāpi, uel terræ tuæ: eo ꝙ ægyptus campeſtris prouincia ſit. Nec colligeē cadauer tuū, nec congregaberis: id eſt nequaq̄ ſepelieris: ſed beſtijs & uolatilibus cœli dabo te deuorandum: ut cū hæc uiderint in te meo iudicio perpetrata habi-

a In annō decimo Siue iuxta Lxx. duodecimo: in decimo menſe: Siue iuxta hebraicū, duodecimo: in prima Siue una) menſis die, factum eſt uerbū dñi ad me dicens: Fili hois, pone Siue obfirma) faciē tuā cōtra Pharaonē regem ægypti: & ꝓphetabis de eo: & de ægypto
b uniuerſa: loqueris & dices: hæc dicit dñs deus: Eccē ego ad te Pharao rex ægypti draco magne, qui cubas Siue ſedes) in medio fluminū tuorū, & dicis: meus eſt fluui⁹, & ego feci memetipſum Siue eos). Et ponam frenū Siue laqueū) in maxillis tuis: & agglutinabo piſces fluminū tuorū ſquamis Siue pennis) tuis: & extraham te de medio fluminū tuorū: & uniuerſi piſces tui, ſquamis tuis adhærebūt. Et proīciam Siue deponā) te uelociter Siue in deſertū): & omnes piſces fluminis tui: ſuper faciem terræ Siue campi tui) cades. Nec colligeris, neq̄ congregaberis: beſtijs terræ & uolatilibus cœli dedi te ad deuorandum. Et ſcient oīes habitatores ægypti: quia ego ſum dñs: pro eo qđ factus es Siue fuiſti) baculus: Siue uirga arundinea) domui iſrael: q̄n apprehenderūt Siue apprehendit

F tatores ægypti, cognoſcant ꝙ ipſe ſim dñs. Hæc autem tibi euenient: quoniā populū meū iſrael, tuo auxilio decœpiſti: ut nequaq̄ in deo creatore ſuo, ſed in te confiderent. Fuiſti eis baculus arundineus iuxta Eſaiam: uel uirga uacua & calamus fragiliſſimus: cui innitentes, caſſum deprehendere præſidium: ita ut incumbentibus illis frangereris: & lacerares humerū, & manum qua tenebaris: & dum in te ſecuri ſunt, cōminuerenē omnes lumbi eorū cadentiū in terrā: & pro auxilio accipientiū uulnera. Hæc autē per Metaphorā dicuntur quaſi ad regem ægypti: eo ꝙ & ipſa prouincia nequaq̄ aduerſaria fuerit iſraeli: ſed dum magna promittit, a dei eos auxilio ſepararet. Draconē autem iuxta Anagogen, contrariam poteſtatē ſæpe legimus. Vnde & Pharao dicitē διασκεδάσης qđ a deo ſeparet atꝙ ſeiungat: & ægyptus. i. מִצְרַיִם, in tribulantes & affligentes uertitur: eos uidelicet quos ſibi potuerit ſubiugare. Iſte draco eſt præuaricator: de quo Iob pleniſſime loquiē. Et in pſalmis ſcriptū eſt: Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum in eſcam populis æthiopum. Et draco magnus ad comparationē minorū draconū dicitē: de quibus canitur in pſalmo: Tu cōfregiſti capita draconū in aquis. Et in alio loco: Hoc mare magnū & ſpacioſū manib⁹. Illic reptilia q̄rū non eſt numerus: animalia puſilla cum magnis, illic naues pertranſibunt: Draco iſte quē formaſti ad illudendum ei. De quo & in alio loco dicitē: Ipſe eſt rex omniū qui in aquis ſunt: & principiū figurationis dñi: qui factus eſt, ut illuderēt ab angelis eius. Sedet autem ſiue cubat in medio fluminū ſuorū: nō unius fluminis, ſed multorum: quæ in diuerſis hæreſibus accipim⁹: per quas fluxit in ægyptū ſæculi iſtius: & irrigauit animas ſeductorū: non pluuijs de cœlo uenientibus, ſed de terra aquis turbidis: quas bibere nos prohibet Hieremias dicens: Quid tibi & uiæ ægypti, ut bibas aquam geon? Pro quo in hebraico שִׁחוֹר ſcriptū eſt: quod uerbū in aquas turbidas tranſferē atꝙ cœnoſas. Vt autē intelligamus quæ ſint ægyptij draconis flumina: ex cōtrarijs ſcire poterimus. Dominus loquiē de fluminib⁹ ſuis: Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et ad ſamaritanā: Qui biberit de aqua quam ego

Luc.13.b

Eſa.30.a

Anagoꝙ

Iob.40.a

pſa.73.c

Ibidem

Ibi.103.c

Iob.40

Hiere.2.d

Ioā.7.d

Ibi.4.b

A quam ego dedero ei, nō ſitiet in æternum: ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Iſta ſunt flumina de cœlo
ps.45.a uenientia, de quibus Dauid canit: Fluminis impetus lætifi cat ciuitatem dei: haud dubium quin eccleſiam ſignificet. Conſyderemus ergo, quæ draconis pœna, quod ue ſuppli/cium ſit. Sequit̄: Et po nam frenū, uel laqueū in maxillis tuis. Cui ſi
Iob.40.c mile eſt illud Iob: Ad/duces autē draconē in hamo: & pones capiſtrum circa nares ei⁹. Confidit qđ introeat iordanis in os eius: in oculo ſuo ſuſcipiet li/lum. Perforabit autē nares eius armilla, & labia illius. Ponit autē dñs in maxillis draconis iſtius frenū: & perforat labia ei⁹ atq; conſtringit armillæ circu/lo: quādo per eccleſiaſticos uiros, qui in ſcripturis ſanctis eruditi ſunt, imponit ei ſilen/tium: & uniuerſa per/uerſitatis dogmata diſſoluunt̄. Agglutinatq; piſces fluminū eius pennis ipſius uel ſquamis: quibus hæretici per ſuperbiam ad alta feſtinant: ut & ipſi uincti cum dracone, unum cum eo corpus efficiant: & copulentur ei uel

B in erroris conſortio, uel in pœnæ ſimilitudine: quomodo qui adhæret domino, unus ſpiritus eſt. Neq; uero unum habet flumen draco ægyptius, ſed multa flumina: quibus
Eſa.8.b irrigat ægyptū humilem atq; deiectam, & nihil in ſe habentem mōtium: nec aquas ſiloe quæ uadunt cum ſilentio, ſed turbidas & cœnoſas. Vnde & extrahit eum dñs de medio fluminum ſuorū: ut nequaq; eis incubet, nec ſedeat in eis: & omnes piſces ſquamis illius adhæreant: pro qualitate uitiorum per totum corpus draconis, uel capiti, uel uentri, uel caudæ, & extremis partibus adhærētes: ut extracto draco/ne, piſces quoq; qui adhærent ei, pariter extrahantur. Et proſciam te (inquit) in deſertū: ut nequaq; reperias quos decipias. Vel certe deponam te de culmine ſuperbiæ tuæ: &
Ibi.16.c deponam uelociter, iuxta illud Apoſtoli: Deus autem pacis cōterat ſatanan ſub pedib⁹ ueſtris uelociter: ut dracone contrito atq; depoſito, piſces quoq; fluminis illius deponant̄: & cadat auctor criminū, qui prius ſtare ſe arbitrabat̄, & in toto orbe diſcurrere. Cadat autem ſuper faciem terræ ſuæ, ad quam de cœlo præcipitatus eſt: ut nequaq; ultra in hæreticorum eccleſijs colligatur, neq; congregetur ſiue ſepelia/tur in his qui crediderint ei, cum ab eo fuerint liberati: ſed detur ad deuorandū beſtijs terræ & uolatilib⁹ cœli: Beſtijs,
ps.73.d de quibus ſcriptum eſt: Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi: Et uolatilibus cœli: quæ iuxta uiam ſementem co/
Matth.13.c medunt: & a ſaluatore interpretantur eſſe diabolus. Non ſolum enim princeps maliciæ, ſed & diſcipuli eius diaboli no/
Iob.6.g minant̄: iuxta illud quod de Iuda dicitur: Nonne ego uos duodecim elegi: & unus de uobis diabolus eſt? Cœli autē uocantur uolatilia: quia ſibi ſublimia repromittunt: ut poſtq; draco cum piſcibus ſuis depoſitus fuerit atq; proiectus, & traditus ad deuorandū beſtijs terræ, quæ nihil in ſe habent manſuetudinis, & his qui circumferunt̄ omni uento doctrinæ: tunc intelligant habitatores iſtius ſæculi quod ipſe ſit dominus. Omnis autem cauſa pœnarum eſt: quod fruſtra domui iſrael promiſit auxilium: & fuit ei uirga uel baculus arundineus, uacuus & inanis: nihilq; in ſe habens
Iob.1.b plenitudinis: quia non poterat dicere: Nos autem omnes de plenitudine eius accepimus: cum ſcriptura præceperit:
Exo.23.b Non apparebis in cōſpectu domini dei tui uacuus, aut in/anis. Quod autem nō debeamus ab ægypto auxilium po/
Eſa.31.a ſtulare: & alibi ſcriptura teſtatur: Væ eis qui deſcendunt in ægyptum ad auxilium. De iſtiuſmodi baculo arundineo, & Rabſaces fruſtra exprobrat Eçechiæ regi Iudæ dicens: Ecce confidis in uirga arundinea atq; confracta iſta ſuper ægypto: cui qui innixus fuerit, ingreditur in manum eius. Sic eſt Pharao rex ægypti omnibus qui confidunt in eo. Et ille quidem de iuſto re/ge mentiebat̄ iſta commemorans, qui interpretatur multus pocu/lo. Inebriatus em̄ erat de aureo calice babylonis: & idcirco quæ ſua erant, ingerebat popu/lo dñm confitenti. Hic uero exprobratur Pharaoni q; fuerit domui iſrael uirga ſiue bacu/lus arundineus, uanū eis & fragile & cito cō/minuēdum auxilium repromittens. Vt autē ſcire ualeamus, qui ſit baculus arundineus, ſup quo domus iſrael confidere non debeat, ex contrario baculo & uirga domini intellige/re poterimus: de qua ad dñm dicitur: Virga
ps.22.b tua & baculus tuus, ipſa me cōſolata ſunt. Hanc uirgam habuit & Aaron, quæ dracones ægyptios deuorauit: & quādo
Exo.7.&.8 percuſſit aggeres Nili, & cyniphes in tota ægypto generatæ ſunt. Moyſes quoq; iuxta Lxx. extendit hanc uirgam, & le/uauit in cœlum: & dominus induxit uentū auſtrum ſuper terram toto illo die & tota nocte: & mane leuauit uentus, & adduxit locuſtas ſuper omnem terram ægypti. De hac puto uirga ſcribi & in Numerorū libro, q; floruerit: & nuces ſiue
Nu.17.c amygdalas germinarit. Hanc habebat & Apoſtolus cū dicebat: Quid uultis: in uirga ueniam ad uos? Et qui paſcha
1.Co.4.d celebrabant, baculos tenebant manibus: ſine quibus imbecillitatem humani corporis ſuſtentantibus, carnes agni co/medere nō poterāt. Hæc eſt uirga de radice Ieſſe: ſuper quā
Eſa.11.a ſeptē ſpiritus requieuerūt. Sed nō talis Pharao, nec baculus ægypti & uirga arundinea quæ decipit apprehendentes ſe: & lacerat humeros eorū, id eſt fortitudinē. Et quicūq; ſuper eam fuerit innixus, diſſoluunt̄ lumbi ei⁹ & ſtare nō poteſt: nec accinctus renibus, paſcha celebrare. Qđ his congruit, quorū ſcrutatur corda & renes deus. a Propterea hec
Apoc.2.f dicit dñs deus ꝛc. Iunge priorib⁹ quæ ſequunt̄. Quia fuiſti baculus arundineus domui iſrael: & non ſolum cōfractus es in manu eius: ſed iuxta Eſaiam, perforaſti manum eius:
Eſa.36.a & nunc laceraſti humerū, & ipſe comminutus es: & inniten tium ſuper te diſſoluiſti lumbos: Idcirco ego inducā ſuper te hoſtium gladium: & cum hominibus iumēta uaſtabo: & redigeē terra ægypti in ſolitudines: & ſcđo ſcient ægyptij q; ego ſum dñs. Nec hoc ero fine cōtentus: ſed quia in tantam prorupit blaſphemiā, ut ſuos eſſe diceret fluuios, & omnē abundantiam ægypti: ideo & ipſum auferam qui ſe dixerat creatorem, & flumina quæ a ſe creata iactauerat: & redigam terram ægypti in longiſſimā ſolitudinē & gladio diſſipatā, a turre ſyene uſq; ad terminos æthiopiæ. Pro turre quæ hebraice מִגְדֹּל dicit̄: Lxx. loci nomē poſuerūt, ut μαγδωλὸν ſcriberent. Turris autē ſyene uſq; hodie permanet: caſtrum ditioni rhomanæ ſubditum, ubi ſunt Nili cataractæ: & uſq; ad quē locum de noſtro mari Nilus nauigabilis eſt. Totam igitur ægyptum dicit eſſe depopulandam uſq; ad terminos æthiopiæ, quibus extrema ægypti regio iungitur: ita ut pes hominis in ægypto nō pertranſeat: nec iumēta reperiant̄ in ea: & non habitetur per quadraginta annos. Parcitur enim ægyptijs: & quia hoſpites quondā fuere iſrael, breuior temporis condemnatio eſt. Tyrus ſabbatiçauit ſabbata ſuā per annos ſeptuaginta: & ſic in antiquum ſtatum reſtituta eſt. Captiuitas quoq; Iudææ templiq; ſubuerſio, uſq; ad Cyrū

C

D

Sapien. 6.a regem Perſarũ, ſeptuaginta cõpleuit annos. Potentes enim
E potenter tormẽta patient̃. Quod autẽ dicit: Dabo terram ægypti deſertã in medio terrarũ deſertarũ: palæſtinos ſignificat, Idumæos & Moabitas, omneſq; alias regiones; aduerſum quas ſupra prophetæ uaticiniũ eſt. Tunc diſperget ſiue diſſeminabit ægyptios in nationes, & uentilabit eos in terras. Et qa clæmens & miſerator eſt dominus, patiens, & multarũ miſeratiõnum, poſt quadraginta annos ægypti reſtitutio eſt: & reducet̃ in antiquum ſolum uniuerſa captiuitas: & collocabitur in urbe metropoli, quæ appellat̃ phatures, ũbi orta eſt, & unde ꝓfecta eſt: itadumtaxat ut ꝓ utilitate ſua amittat antiquã ſuperbiam: & ſit in regnum humile: immo humillima oĩm nationum: ut non eleuetur ultra cõtra gentes, nec in eas habeat imperiũ, ſed redacta in paucitatem, nequaq; decipiat domũ iſrael ſui confidentia: nec doceat eos iniquitatẽ: ſiue redigat eos in memoriam iniquitatis: ꝙ deſerto dei auxilio, ægypti quæſierũt adminiculũ. Et
F hæc oĩa fient, ut tertio cognoſcant ægyptij, ꝙ ipſe ſit dominus. Hæc breui ſermone perſtrinximus, hiſtoriæ fundamenta iacientes. Nunc Allegoriæ nubilũ diſſerendũ eſt: & eadem breuitate uitare conabimur, & huius explanationis longitudinẽ. Ad draco
3.eo. nem ſermo eſt: qui dixerat: Mea ſunt flumina, & ego feci ea: quod inducat ſuper eum ipſe dominus gladium, de quo
Ifa.34.a in Eſaia ſcriptum eſt: Inebriatus eſt gladius meus in cœlo: nunc deſcendet in terram, ut perdat ex ea hominẽ & iumentum: quicquid uel rationis uidetur habere, uel ſimplicitatis: & perdat nõ abſolute, ſed draconi: ut draconi pereant, & uiuant deo: & fiat ægypti terra perditio, ſcdm ſuperiorẽ ſenſum, qđ draconi pereat: & poſt perditionẽ redigatur in ſolitudinẽ, peſſimũ hoſpitẽ habere deſiſtens. Et tunc cognoſcẽt homines & iumenta, & terra diſperdita ꝙ ipſe ſit dominus: illo ſenſu quo in ſeptuageſimoſeptimo pſalmo ſcriptũ eſt:
pſ.77.d Cum interficeret illos, tunc quærebant eum. Omnis enim qui quærit, inueniet. Dei quidẽ miſericordiæ eſt, ut mundi huius pereat abundantia: & ægypti fluenta ſiccentur: immo terra eorum ſit in ſolitudines: & ſententia domini diſſipetur
סְוֵנֵה a turre ſyene, quæ interpretatur gyrus: ut nihil in ſe recti habeat uſq; ad terram æthiopum, qui humiles appellantur: ut uidelicet omnis ſuperbia quæ ſe contra dei ſcientiam erexerat, deſtruatur: & humilietur in ſalutem ſuam: Nec pes hominis, hoc eſt, rationale quippiam tranſeat per ægyptum: nec ꝙ pes iumenti gradiat̃ in ea: ut ſimplices quoſq; non teneat, quos dimiſſis hominib⁹, Pharao in ægypto tenere cupiebat: Moyſe contradicente, & uolente iumenta quoq; de ægypti captiuitate liberari. Et non (inquit) habitabitur quadraginta annis: qui numerus ſemper afflictionis & pœnæ
Exo.34.d eſt. Vnde & Moyſes & Helias & ipſe ſaluator, quadraginta
3.Re.9.b diebus ieiunauerũt & noctibus: & per quadraginta annos
Matth.4.a populus erat in ſolitudine: ut poſtea circumciſus in galga-
Nu.14.f lis, opprobrio & ignominia ægypti libereꝫ. In cuius numeri ſacramẽto, & hic idem propheta pro tribu Iuda quadraginta diebus dormit in dextro latere: & quadringẽtis annis po

Dabo q; terrã ægypti deſertam in medio terrarũ deſertarum: & ciuitates eius in medio urbium ſubuerſarum: erunt deſolatæ quadraginta annis. Et diſpergam Siue diſſeminabo) ægyptios in nationes: & uentilabo eos in terras. Quia hæc dicit dominus deus: poſt finẽ quadraginta annorum congregabo ægyptum Siue ægyptios) de populis Vel gentibus) in quibus diſperſi fuerant. Et reducam captiuitatem ægypti: & collocabo eos in terra phatures, in terra natiuitatis ſuæ Siue in terra de qua aſſumpti ſunt). Et erunt ibi in regnum Siue principatum) humile: inter regna cætera erit humillima. Et nõ eleuabitur ultra ſuper nationes: & imminuam eos ne imperent gẽtibus, Siue ne plures ſint inter gẽtes). Neq; erunt ultra domui iſrael in cõfidentia Siue in ſpe) docẽtes iniquitatem, ut fugiant & ſequantur eos Siue reducãt eos in memoriã iniquitatis, ut ſequant̃ illos): & ſcient quia
a ego ſum dñs deus. Et factũm eſt in uiceſimo & ſeptimo anno, in primo & una die menſis, factum eſt uerbũ domini ad me dicens: Fili hominis, nabuchodonoſor rex babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuum ſeruitute magna

aduerſum

G pulus ſeruiturus in ægypto nunciatur: qui faciunt quadraginta decadas, ſiue quatuor ἑκατονταδάδας. Pluuiæ quoq; diluuij quadraginta diebus inferunt orbi naufragium. Iuſtum enim erat, ut qui per quatuor elemẽta mundi, quibus omnia conſtare dicunt̃, dum ea diligit & fouet, deum offenderat, in ipſo numero puniret̃: & iſrl̃ qui peccauerat in ſabbatum, ſeptem decadarũ, hoc eſt, ſeptuaginta annorum ſupplicĩ ſuſtineret. Daturq; terra ægypti deſerta: & ciuitates eius in medio terrarũ & urbium ſubuerſarũ: quæ nõ ſunt extructæ de lapidib⁹, ſed latere & paleis: ut diſpergat̃ ægyptus quæ male ſibi fuerat copulata: & uentilet̃ in terras, quo ſcilicet frumentũ a paleis ſeparetur: & quadraginta annorũ fine completo, ſit reſtitutio ægypti: & reducat̃ captiuitas eius: & collocetur in terra phatures, quæ interpretatur פתרוס panis cõculcatus: ubi panis ille qui dixerat:
Ioh.6.d Ego ſum panis qui de cœlo deſcẽdi, prauitate hæretica cõculcatus eſt: ut cũ uenerint ad eccleſiam, habitent in
H pane cõculcato: & neq; eleuentur in ſuperbiam, ſed ſint in regnũ humile: Et ut etiam cum reſtituti fuerint in priſtinũ ſtatum, ſe per humilitatẽ deijciant qđ in ægypto uixerint: & latericias extruxerint ciuitates: & inter multa regna eccleſiæ ſint humiles: & ſciant in quẽ peccauerint: & ultra non eleuet̃ ægyptus ſuper eccleſias in toto orbe diuiſas, ſed redigatur in paucitatẽ: & pauci in ea remaneant inter gentes: iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Da illis domine.
Oſee.9.c Quid dabis illis? Da illis uuluam ſterilẽ, & ubera arentia: ut nequaq; gaudeãt & extollant ſe in multitudine deceptoꝝ, ſed redigant̃ in paucos: Multi enim uocati, pauci ẏo electi.
Matth.20.b Et ultra nõ decipiant domũ iſrael, id eſt eccleſiam: nec uanã eis ſpem cõfidentiamq; repromittant, docentes iniquitatẽ: ut fugiant eccleſiaſticam diſciplinam, & ſequant̃ ægyptias uoluptates. Hæc autẽ fient, ut tertio cognoſcant ægyptij qđ ipſe ſit dñs. Quod mihi propterea uidetur dici, ut cognitio prima ægyptiorũ in carne ſit: ſecunda in anima: tertia in ſpiritu. Primo, ſuper terram: ſecundo, mundi huius conuerſatione finita: tertio, poſt reſurrectionẽ. a ¶ Et factum eſt in uiceſimo et ſeptimo anno ꝛc. Quæriť quomõ poſt decimũ annum ſuperioris ſermonis, ſtatim uiceſimus & ſeptimus ponat̃ annus: & in cõſequẽtibus decimus duodecimuſq;: & in extrema deſcriptione templi, uiceſimuſquintus. Sed facilis ſolutio eſt. Quia enim de ægypto & ſuperior, & hæc quæ nunc dicitur, ꝓphetia contexitur: licet diuerſis ſit facta temporib⁹: tamẽ quia de una prouincia prophetat̃, iunctæ ſibi ſunt. Qđ & in Hieremia crebro legim⁹: ut præpoſtero ordine tempora deſcribantur. Prius enim Sedechiæ in quibuſdam geſta referunt̃: & poſtea Ioakim qui ante eum fuit. In pſalmis autẽ quia carmen eſt lyricum, hiſtoriæ ordo non quæritur. Dicamus ergo prius iuxta literam. Nabuchodonoſor cũ oppugnaret Tyrum, & arietes, machinas, uineaſq; eo qđ cincta eſſet mari, muris nõ poſſet adiungere: infinitã exercitus multitudinẽ iuſſit ſaxa & aggeres comportare: & expleto medio mari, immo freto anguſtiſſimo, uicinum litus inſulæ fecit cõtinuũ. Qđ cum uiderẽt Tyrij iamiamq;

perfectum

perfectum: & percussione arietū, murorū fundamēta quaterentur: quicquid precioſum in auro, argento, ueſtibuſq; & uaria ſupellectili nobilitas habuit: impoſitum nauibus ad inſulas aſportauit: ita ut capta urbe, nihil dignū labore ſuo inueniret Nabuchodonoſor. Et quia dei in hac parte obedierat uoluntati, poſt aliquot captiuitatis annos Tyriæ, dat ei ægyptus: multoq; ſæuior Tyrus ægypto. Illa em̄ oppugnabat hieruſalem: hæc uanum polli cebatur auxiliū. Aliud eſt enim ſpe imbecilli/tatem decipere: aliud aduerſum populū dei dimicare. Hoc eſt ergo qđ dicit, Nabuchodonoſor rex babylonis, in oppugnatiōe Tyri, ſuum mihi ſeruire fecit exercitū, ut implerem uoluntatē meam: Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus eſt, geſtantiū cophinos terræ, & lapides quibus raduntur humeri, & decaluat caput: & tamen nec ipſe, nec exercitus eius aliquid dignum inuenit in Tyro. Et cū in hoc mihi ſeruierit, & meam contra Tyrū impleuerit uoluntatē: idcirco dabo ei terram ægypti. Quod quidā dicunt ſub Nabuchodonoſor eſſe cōpletū: alij ſub Cambyſe filio Cyri, qui ægyptū uſq; ad æthiopiā uaſtauit: ita ut Apim interficeret: & omnia eorum ſimulacra deleret: Quā ob cauſam putāt eum uerſum in amentiam, caſu equi & ꝓprio pugione confoſſum. Pleniſſime hanc hiſtoriā narrat Herodotus: ubi & omnis ægyptus per pagos & caſtella & uicos deſcribit: & Nili origo gentiſq; illius populi, & menſura terræ per circuitum uſq; ad deſertū æthiopiæ, & littora magni maris, libyæq; & arabiæ cōfinia demōſtrant. Cauſa autē iræ dñi cōtra ægyptū, illa eſt: q̄ populū dei ſuo deceperit auxilio, ne ſperaret in deum: & illum ad iracundiā prouocaret. In illo (inquit) die q̄ ægyptus capta fuerit, pullulabit cornu domus iſrael: haud dubiū quin regium genus ſignificet. Quod quidā ad Zorobabel filiū Salathiel qui ꝓ Iekoniam de Dauid ſtirpe generatus eſt: alij ad ultimū tempus referunt: quando putant & Heliam eſſe uenturū. Nos autē cornu dñi ſup Chriſto intelligētes, præſentē carpimus hiſtoriam. Cumq; ait o ꝓpheta hoc prius fuerit expletum, tunc aperiet os tuū: & uaticiniū tuū nequaq; dubia promiſſione pendebit, ſed cernet opere perpetratū: ut ſciant omnes qui audierint me eſſe dominū: cuius dixiſſe, feciſſe eſt. Hæc ſcđm literā, imo iuxta ueritatē dicta ſint ꝓphetiæ. Cæterū ex eo q̄ Nabuchodonoſor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam ethnicos, ſi quid boni fecerint, nō abſq; mercede dei iudicio præteriri. Vnde & per Hieremiam Nabuchodonoſor, columba dei appellat: eo q̄ aduerſum populum peccatorē dei ſeruierit uoluntati. Et adducā (inquit)

Hiere. 25. b.

aduerſum Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus eſt: & merces nō eſt reddita ei, neq; exercitui eius ſup Tyro, pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſum eam. Propterea hæc dicit dominꝰ deus: Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem babylonis in terra ægypti: & auferet multitudinem eius: & depredabitur manubias eius, & diripiet ſpolia eius: & erit in mercedē exercitui illiꝰ & operi, pro quo ſeruiuit mihi aduerſum eam: dedi ei terram ægypti, pro eo quod laborauerunt mihi ait dominꝰ deus. In die illo pullulabit cornu domus iſrael: & tibi dabo apertum os in medio eorum: & ſcient quia ego dominus.

Ca. XXX

a ET factū eſt uerbū dñi ad me dicens: Fili hoīs, ꝓpheta, & dic: hæc dicit dñs deus: Vlulate, uæ, uæ diei: quia iuxta eſt dies: & appropinquat dies domini, dies nubis, tempus gentium erit. Et ueniet gladius in ægyptū: & erit pauor in æthiopia cum ceciderint uulnerati in ægypto: & ablata fuerit multitudo illiꝰ & deſtructa fundamenta eius. Ethiopia & libya, & lydi, & omne reliquū uulgus: & chub, & filij terræ fœderis cū eis

B

ET factus eſt ſermo dñi ad me dicens: Fili hominis, uaticinare, & dic: Hæc dicit adonai dñs: O o dies: quoniā iuxta eſt dies, & iuxta uia dñi: dies nubis, finis gentium erit. Et ueniet gladiꝰ ſuper ægyptios: & erit conturbatio in æthiopia. Et cadent uulnerati in ægypto: & auferent multitudinem eius: & cōcident fundamēta illius. Perſæ & cretenſes, & lydi, & libyes, & omnes commixti, & de filijs teſtamenti mei gladio cadent

C

D

cū ipſa

ſeruū meū nabuchodonoſor. Ex quo perſpicuū eſt cōdemnari nos cōparatione gentilium: ſi illi lege faciant naturali, quæ nos etiā ſcripta negligimꝰ. De quo pleniſſime ad rhomanos Paulus apoſtolus diſputat. Ac ne aliquid præterire uideamur: ſcđm intelligentiā ſpiritualē, quærimꝰ ubi hunc numerū, hoc eſt, uiceſimum ſeptimum legerimus. In Geneſeos libro ſcriptura teſtatur, ſexcenteſimo anno uitæ Noe, ſecundo menſe, uiceſima ſeptima die menſis ſecundi, ſuper faciem terræ aquas inductas eſſe diluuij: & poſtea ſeptimo menſe eiuſdem anni, qui uicinus eſt ſabbato: & uiceſima ſeptima die eiuſdem menſis ſeptimi, aquas ceſſaſſe diluuij: & ſediſſe arcā Noe ſuper montes ararat, qui interpretant armeniæ. Ex q̄ intelligimꝰ, medium eſſe numerū, & ad utrumq; poſſe conferri: qñ in hoc & ira dei incipit a diluuio: & clæmētia eius ſeptimo menſe in eodem dierū numero demonſtrat. Et quia apud hebræos menſis, qui apud nos kalendis & nonis idibuſq; deuoluit, ſcđm lunæ curſum ſupputatur: unde & græco uocabulo μὴν .i. luna a menſe nomen accepit: hoc dictū eſt, in uiceſimo ſeptimo lunæ die parū quid luminis remanſiſſe, ne penit⁹ ira eius abſq; miſcđia ſit. Quādo autem totus lunæ orbis impletur, tunc & paſcha celebratur, & omnes maxime ſolennitates. Quod ſtrictim poſuimus: ut ſciamus in hoc numero, & bona & mala pariter contineri. Bona nabuchodonoſor, cuius labori merces reddit. Mala ægyptijs, quorum uaſtitas nunciatur.

Gen. 7. d.

Ca. XXX

ET factū eſt uerbum domini ad me dicens ꝛc. Poſt uiceſimum & ſeptimum annum captiuitatis regis Ioakim, reuertit ad præſens tēpus, quando contra ægyptū cœperat ꝓphetare, id eſt ad annū decimū, & decimū menſem, undecimi menſis die: & dicit ſibi præceptum a dño, ut loquat ad omnes nationes: & cū omnibus ſpecialiter ad ægyptū. Quæ ſunt ergo quæ loquit? Vlulate uæ, uæ, diei: quia iuxta eſt dies, & appropinquat dies dñi: non claro ſole rutilans, ſed operta nubibus, & babyloniam afferens tempeſtatem. Cumq; cœperit gladius uaſtare ægyptum, pauor erit in æthiopia quæ uicina eſt ægypto, ne ad ſe uſq; babylonius mucro perueniat. Cadent enim in ægypto uulnerati, & auferet multitudo illius: & uſq; ad fundamenta omnia deſtruent: ita ut ſi quis in ægypto reperiat de æthiopia, & libya, & lydia, & in cōmune de uarijs populis & chub, qđ Symmachus uertit in arabiam: & de filijs terræ fœderis, hoc eſt, de populo iudæorū, cum illis gladio cadat. Pro quibus gentibus Lxx. poſuerunt, Perſæ, & cretenſes, & lydi, & libyes, & oēs cōmixti: & filij teſtamēti mei gladio

E

cū ipsa cadēt. Et ut sciremus has oēs gentes fuisse in auxilio ægypti, sequens sermo demonstrat: Et corruent fulciētes ægyptū, siue sustentacula ægypti. i. socij: & oīs superbia imperij, siue contumelia fortitudinis illi⁹ destruetur ac deponet, a turre syene, quā in extremis finibus ægypti sitā dixim⁹: siue a magdalo usq; syenē, sicut Lxx. transtulerūt: oēs ciuitates ægypti desertæ erunt: ut cognoscāt dñm, qñ ignis Chaldæorum uniuersa uastauerit: & attriti fuerint uniuersi auxiliatores ei⁹: & peruenerint nuncij iuxta Aquilam & Theodotionē צרם, q̄s Symmachus transtulit, festinantes: nos in trieres uertimus: ita enī ab hebræis accepimus: ut oīs æthiopiæ fiducia cōteratur: & qñ fuerit uicina, puincia desolata, pauor teneat proximā. Vt aūt sciremus quis esset iste gladius qui uastaret ægyptum & terreret æthiopiam, sequit manifestius: Et cessare faciam multitudinem ægypti in manu nabuchodonosor regis babylonis: qui nō solū ueniet, sed ueniet multis comitatus nationibus: ita ut oīs ægypt⁹ interfecto-

F

rum sanguīe cōpleat: tantaq; erit ira dñi, ut siccent aluei fluminū, hoc est, Nili διώρυχες, usq; ad solū: & in manu pestilentiū, siue hominū pessimorū, plenitudo ægypti desolet. Mea enim uerba irrita esse nō possunt: illucq; pficiet indignatio: ut simulacra ægypti disperdant: & cessent idola de memphis, quæ usq; hodie metropolis est superstitionis ægyptiæ, siue optimates & principes de mēphis, & de terra ægypti. Tantus autē terror, cunctā ægyptū possidebit, ut terra phatures oīs pereat: & ignis uastet taphnis: siue ut Lxx. trāstulerūt, tanin. Faciāq; (ait) iudicia in Alexandria, quæ hodie sic uocatur. Cæterū pristinū nomen habet No: quē Aquila, Symmachus, & Theodotio, sicut in hebræo positum est, transtulerūt. Pro q̄ ne scio quid uolētes Lxx. dixere dios polim: quæ ægypti parua ciuitas est. Nos autem p No, Alexādriā posuim⁹, p Anticipationem, quæ græce προλήψις appellatur: iuxta illud Vergilianū: Lauinaq; uenit littora: non quo eo tpe qñ uenit Eneas in latiū Lauinia dicerēt: sed quæ postea lauinia nūcupata sunt: ut manifestior locus fieret lectoris intelligentiæ. Et effundā (inquit) indignationē meam super Sain, quā nos in pelusium uertim⁹: & robur appellat ægypti: eo q; portum habeat tutissimum, & negociatiōes maris ibi uel maxime exerceant. Vñ & Pelusiacā appellat lentē: non q; ibi genus hoc leguminis gignat uel maxime: sed q̄dē thebaida & omni ægypto p riuum Nili illuc plurimū deferatur. Et interficiā (ait) multitudinē Alexandriæ, quæ rursum in hebræo posita est נא: pro qua ne quaq; dios polim, ut supra, sed memphim Lxx. trāstulerūt. Et ut ostēdat populosam iā illo tēpore fuisse urbē, Perdam (ait) multitudinē No: & dabo ignē, hoc est, regem babylonis in ægypto: qui instar ignis cuncta depopuletur. Quasi partiriens dolebit Sain, id ē pelusium: siue contūbatione turbabitur: & in Alexādria. i. in No, erit scissura, & diffundent aquæ: p qua rursum Lxx. dios polim trāstulerūt. Moris aūt ægyptiorum est, ppter inundationē Nili, excelsos aggeres cōstruere ad ripas Nili. Qui si custodū negligentia uel nimia aquarū magnitudine rupti fuerint, subiacētes cāpos, nequaq; rigant aquæ, sed opprimūt atq; populant. Per qđ significatur, sic chaldæorum

exercitu

HEB. cū eis gladio cadent. Hæc dicit dñs de⁹: Et corruent fulciētes ægyptū: & destruet superbia imperij eius: a turre syenes gladio cadēt in ea, ait dñs exercituū. Et dissipabunt in medio terrarū desolatarū: & urbes ei⁹ in medio ciuitatum desertarum erunt. Et scient qm̄ ego dñs, cū dedero ignem in ægypto: & attriti fuerint oēs auxiliatores eius. In die illa egredientur nuncij a facie mea in trierib⁹ ad cōterendam æthiopiæ cōfidētiā: & erit pauor in eis in die ægypti, quia absq; dubio ueniet. Hæc dicit dñs deus: Et cessare faciā mltitudinē ægypti in manu nabuchodonosor regis babylonis: ipe & pplus eius cū eo fortissimi gētiū adducent ad disperdendā terrā. Et euaginabunt gladios suos sup ægyptū: & implebūt terrā interfectis. Et faciā alueos fluminū aridos: & tradā terrā in manu pessimorū: & dissipabo terrā & plenitudinē ei⁹ in manu alienorum, ego dñs locut⁹ sum. Hæc dicit dñs deus: Et disperdā simulacra & cessare faciam idola de mēphis: & dux in terra ægypti nō erit amplius: & dabo terrorem in terra ægypti. Et disperdā terrā phatures: & dabo ignē in taphnis. Et faciā iudicia in alexandria: & effundam indignationem meam super pelusium robur ægypti: & interficiam multitudinē alexandriæ: & dabo ignem in ægypto. Quasi parturiens dolebit pelusium: &

alexandria

SEP. cadēt. Hæc dicit adonai domin⁹: Et cōcidēt sustentacula ægypti: & descēdet cōtumelia fortitudinis ei⁹: a magdalo usq; ad syenen gladio cadēt in ea, dicit adonai dñs. Et desolabitur in medio regionum desolatarū: & ciuitates ei⁹ in medio urbiū desertarū erūt: & scient qm̄ ego sum dñs: qñ dedero ignē super ægyptū: & contriti fuerint oēs qui auxiliant ei. In die illa egredient nuncij a facie mea, festinātes dispergere æthiopiæ spem: & erit cōturbatio in eis in die ægypti: quia ecce ueniet. Hæc dicit dñs deus: Et disperdam multitudinē ægyptiorū p manū nabuchodonosor regis babylonis ipsius, & populi ei⁹ cū eo, pestilentes qui de gētibus missi sunt ad perdendam terrā. Et euaginabunt oēs gladios suos sup ægyptū, & replebit terra uulneratorū. Et dabo fluuios eorum desertos: & tradā terram in manu pessimorū: & disperdā terrā & plenitudinē ei⁹ in manib⁹ alienigenarū: ego dñs locutus sum. Quia hæc dicit dñs dñs: Et perdam abominationes, & deficere faciam optimates de mēphis: & principes de terra ægypti, & nō erunt ultra. Et dabo terrorē in terra ægypti: & disperdā terrā pathures: & dabo ignē sup tanin: & faciam ultionē in dios poli: & effundā furorē meū super sain, robur ægypti: & disperdā mltitudinē mempheos. Et dabo ignē sup ægyptū: & conturbatione

cōturbabit

Gen. 47. b.

Ysaiæ 19. a

Ezech. 30. b

Matth. 7. b

Matth. 15. b

Hiere. 1. b

2.Co.5.d dicere: Et si noueram⁹ scd'm carnẽ christum, sed iam nunc nõ noui mus eum, subauditur iuxta carnem. a ¶Et introduxit me ad portam quę respiciebat ad aquilonẽ ꝛc. Multũ in hoc testimonio hebraica ueritas a Lxx. interpretũ æditione discordat. Hoc enim qd' diximus: Ibi lauabunt holocaustum: & in uestibulo portæ duæ mẽsæ hinc. & rursum: Vt immoletur super eas holocaustũ & pro peccato, in Lxx. non habet: sed in plærisq̃ codicibus de Theodotione additum est. Rursum ubi nos dixim⁹: Et labia earũ palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitũ: Lxx. transtulerunt: & γείσος palmi habentes dolatum intrinsecus per circuitũ. Quod uerbũ, utrum hebræum, an græcum sit, scire nõ possumus: nisi hoc tantum quod ℞ γείσω Symmachus & Theodotio, χείλος, id est, labia: Aquilæ pria æditio ἐπισάσμᾳ, numero plurali: secunda, labia transtulerũt: pro q̃ in hebræo habetur שִׂפָתַיִם. Et ubi nos dixim⁹: Sup mensas autem carnes oblationis: Lxx. posuere de suo: & in mensis desuper tecta: ut operiantur a pluuia & siccitate. Illud autem quod hebræis nominibus ædiderunt, thee, & elau, & elammoth, & ælam: quid significet, & supra admonuim⁹: & e regione ostendere potest nostra translatio: Nec necesse est super hoc sæpe admonere lectorem: & prudentia eius studioq̃ diffidere. Introducitur ergo rursum ad portam quæ respiciebat ad aquilonem: sed nequaq̃ ut supra ad atrium exterius, sed interius. In eo enim quod in consequentibus dicitur: Vestibulum eius respiciebat in atrium exterius: ostenditur hoc atrium fuisse intrinsecus: Per quæ profectus ingredientis ostenditur: dum in singulis locis nomina mensuræq̃ sunt propriæ: & fenestræ per circuitum luminis plenæ scientiæ uniuersa monstrantes: & per quinquaginta & uigintiquinq̃ cubita remissionis diuinorumq̃ sensuum sacramenta sunt posita: ut in uestibulo atrij interioris positi, exteriora uideamus: præteritorum & præsentium noticiam cõtemplantes: per quam ueniamus ad duplices palmas atq̃ uictorias: & octo graduũ mysteria cognoscamus, introgressi gaçophylacia: in quibus templi diuitiæ cõtinentur: & lauant̃ orationes nostræ ab omni sorde peccati: mensæq̃ ex utraq̃ parte binæ sunt positæ: ut primũ immoletur holocaustum, quod totum sacer ignis assumat: deinde pro peccato: & ad extremum pro ignorantia: quod uel scientes commisimus uel ignorãtes. Ad latus quoq̃ exterius iuxta Lxx. erat riuus fabrefactus: qui holocaustorum cineres, & carniũ uirulentias efferebat exterius, siue erant duæ mensæ: & ad latus alterum uestibuli eiusdem portæ duæ mensæ: id est ex utraq̃ parte quaternæ, quatuor hinc, & quatuor inde: & post tergum, siue ad latus earum aliæ octo mẽsæ: ut simul faciant mensas sedecim: quo numero, pphetarũ mysteria demonstrantur: ut quicquid per euangelicam offerimus dignationẽ, prædictum eorũ uaticinationibus approbemus. Q d'q̃ inferunt̃ q̃tuor mensæ de lapidibus quadris extructæ, & hæ ipsæ ad sacrificium & holocaustũ: isti sunt uiui lapides qui uoluuntur super terram: & habẽt secum angularem lapidem, quo ueteris & noui instrumẽti parietes cõtinentur. Quatuor autem numerus, euangelica sacramẽta demonstrat: longitudine & latitudine habens unum cubitum & dimidium, id est per quadrum: quæ simul iuncta, tres cubitos faciunt: qui tres cubiti, habẽt in altitudine cubitum unum: ut mysteria trinitatis unius cubiti, hoc est, diuinæ maiestatis mẽsura conseruet: dicẽte domino ad discipulos: Ite baptiçate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Nomen autem dei, quasi unius altitudinis cubitus est, qui tres complectitur proprietates: & holocausta oblationum nostrarũ semper assumit. Super ipsas autẽ quatuor mensas holocaustorum de uiuis lapidibus extructas: quarum longitudo, & latitudo, & altitudo descripta est, ponuntur uasa in quibus immolatur holocaustum martyrũ: de quibus dicitur: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius: Et eorum uictimæ, qui cõtinentia & corporis sanctitate, animas suas immolant domino. Mensarumq̃ istarum nomina, puto in Matthæo, & Luca, Marco, & Ioanne apostolis contineri: quarum corona desuper flexa intrinsecus, per circuitũ margines ambiebat: ut holocausta contineret intrinsecus, & nõ passim fluere permitteret: teneretq̃ carnes oblationis: siue ut Lxx. transtulerunt: Et ipsæ mensæ tectæ erant desuper propter imbriũ uiolentiã, & æstiui solis nimiam siccitatẽ: ut carnes desuper positæ, possint dicere cũ propheta: Per diem sol nõ uret nos, neq̃ luna p noctem. Quorũ alterũ, nimijs pluuijs & tempestatibus tribulationũ dissoluit oblationes: alterũ uæhemẽti æstu psecutionũ arefacit quicquid oblatũ est. Ignosce lector difficultati locorũ: aut si melius quid inuenire potes, doce: libenter discimus, qd' nescimus. b ¶Et extra portã interiorẽ gaçophylacia cãtorũ ꝛc. Pro gaçophylacijs: Lxx. ἐξέδρα transtulerunt. Illudq̃ qd' nos diximus, exedræ siue gaçophylacia cantorũ, ab eis prætermissum est.

a Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad aquilonem: & mensus est scd'm mẽsuras superiores, thalamũ eius, frontẽ eius, uestibulũ eius, & fenestras eius per circuitum: longitudine quinquaginta cubitorũ: & latitudine uigintiquinq̃ cubitorũ. Vestibulũ eius respiciebat in atrium exterius: & cælatura palmarũ in fronte illius hinc & inde: & in octo gradibus ascẽsus eius. Et per singula gaçophylacia ostium in foribus portarũ: ibi lauabunt holocaustum. Et in uestibulo portæ, duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: ut immoletur super eas holocaustum, & p̃ peccato, & p̃ delicto. Et ad latus exterius qd' ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad aquilonẽ, duæ mensæ: & ad latus alterũ ante uestibulum portæ, duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde: per latera portæ, octo mensæ erant, sup̃ quas immolabunt: quatuor autẽ mensæ ad holocaustũ de lapidibus quadris extructæ, longitudine cubiti unius & dimidij: & latitudine cubiti unius & dimidij: & altitudine cubiti unius, sup̃ quas ponent uasa in quibus immolat̃ holocaustum & uictimæ. Et labia earũ palmi unius, reflexa intrinsecus p̃ circuitũ: sup̃ mensas autẽ carnes oblationis. b Et extra portã interiorẽ gaçophylacia cantorum in atrio interiori, qd' erat in latere portæ respiciẽtis aquilonẽ: & facies eorũ cõtra uiam australẽ: una ex latere portæ oriẽtalis, quæ respiciebat ad uiam aquilonis. Et dixit ad me: Hoc est gaçophylaciũ qd' respicit uiam meridianã sacerdotũ, qui excubant in custodijs templi. Porro gaçophylaciũ qd' respicit ad uiam aquilonis, sacerdotum

E Rursumq; post mensuram uestibuli quinq; cubitorũ hinc, & quinq; cubitorũ inde, addidere de suo: & latitudo portæ cubitorũ quatuordecim: cum in hebræo tantum positum sit: & latitudo portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Hæc lectorem admonui, ne translationũ diuersitate turbet: sed ut in præsenti loco & maxime in mẽsuris templi, hebraica ueritate contentus sit. Igitur post murum, quem περίβολον, Lxx. transtulerũt: qui totũ templum per quadrũ ambiebat in circuitu, introductum prophetam legim⁹ in atrium interius: & deinde ad aquilonem, & ad austrum, & ad portam orientalem, & rursum ad aquilonẽ: De quibus ut potuimus, diximus: & in quorũ diuersitatibus, uel nominum, uel mensurarum, quid nobis uideretur, præteritus sermo monstrauit: quorũ sensum, testimonium saluatoris breuiter ostendit dicentis: In domo patris mei multæ sunt mansiones. Quibus expletis, ingreditur templum, hoc est, sancta sanctorũ: de quibus nunc dicitur: Et intra portam interiorem, gaçophylacia, siue exedræ cantorum. Ad quos illud imperium est: Cantate domino canticum nouum. Qui cum angelis clamitant: Gloria in excelsis deo: & super terram pax in hominibus bonæ uoluntatis. Quod atrium interius erat situm in latere portæ, quæ respiciebat ad aquilonem, & ad austrum, & ad orientem: ut

cerdotũ erit qui excubãt ad ministeriũ altaris. Isti sunt filij Sadoch qui accedunt de filijs Leui ad dominũ, ut ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centũ cubitorum: & latitudine centum cubitorum per quadrum: & altare ante faciem templi. Et introduxit me in uestibulum templi: & mensus est uestibulum quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorũ inde. Longitudinem autem uestibuli uiginti cubitorum: & latitudinem undecim cubitorum: & octo gradibus ascendebatur ad eam: & columnæ earum in frontib⁹: una hinc, & altera inde.

¶ Ca. XLI

Et introduxit

Ioh.14.a

ps.95.a
Luc.2.b

F semper meminerint cantores domini, & qui angelorum officio detinentur: per quos gradus ad summa peruenerint: & mysteria singulorum locorum diligenter agnoscant. Denicq; uir ille cuius calamus & funiculus erat in manu, introducto propheta in atrium interius, quod respiciebat uiam meridianam, hæc locutus est: Hoc est gaçophylacium siue exedra: & ut Theodotio posuit, thalamus: qui habitationi sacerdotum separatus est, obseruãtium in excubijs templi. Porro gaçophylacium quod respicit ad uiam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. In quo notandum quod sacerdotes quibus custodiæ templi delegatæ sunt, habitant in gaçophylacio quod respicit ad uiam meridianam, in qua lux plenissima est. Hi autem qui excubant ad ministerium altaris, in quo offeruntur uictimæ pro peccato, in gaçophylacio sint quod respicit uiam aquilonis: eos qui ab aquilone ueniunt & offerunt uictimas pro peccatis, suscipere & saluare cupientes. Qui utriq; pro officijs suis domino seruientes, appellantur filij Sadoch, qui interpretatur, iustus siue iustificans: omnipotens uidelicet deus:

ps.10.b
צַדִּיק

de quo scriptũ est: Iustus dominus & iusticias dilexit: æquitatem uidit uultus eius. Isti autem filij Sadoch de filijs Leui, qui interpretatur, assumptus: & ipsi assumuntur a domino, ut accedant ad eum: & nequaq; de solo dicat Moyse,

Exo.19.a

Moyses accedebat ad dominum: alij uo non accedebant: sed & omnes qui seruiunt ei & ministrant, domino appropinquare dicuntur. Iste autem uir qui introduxit Eçechielem in atrium interius: & ut ita loquar, ad sancta sanctorũ: mensus est ipsum atrium in quo erant duæ exedræ siue gaçophylacia custodum templi, siue altaris habitaculis delegata: & repperit longitudinis & latitudinis per quadrũ centenos cubitos: ut sacerdotes dei ministerio seruientes, qui per artam & angustam uiam intrauerant, habeant deambulacra latissima: & in perfecto consumatoq; uirtutum numero cõmorentur. Et in ipso atrio erat altare ante faciem templi: ut nunq; sanctorũ ad deum cesset oratio. Supra dictus quoq; uir, introduxit Eçechielẽ in uestibulũ siue προπύλον templi: quod mensus est quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde: quoniam qui introductus est, diuinis sensibus fuerat eruditus: & nec dexteram nouerat, nec sinistram: sed uia regia ingrediebatur. Latitudo autem ipsius portæ, per quam introitus erat ad uestibulum templi: habebat ternos cubitos hinc & inde. In quo scripturæ sanctæ obseruãda elegantia: quod non dixerit, a dextera & sinistra, ne uideretur in sanctis sanctorum sinistrum aliquid nominare: sed hinc & inde, id est, ex utraq; parte. Statimq; prudens lector intelligit, trinum numerum ad trinitatis mysteriũ pertinere, quæ porta est ingredientium ad deum: dum & pater in filio est, & filius in patre, & in utroq; spiritussanctus. Qui ternus numer⁹, una porta est eorum qui post baptismum trinitatis perueniunt ad salutem. Quod autẽ sequitur: Longitudo uestibuli uiginti cubitorum, & latitudo undecim cubitorum: uidetur facere quæstionem, quomodo dualis numerus qui refertur ad duas decadas: & undecimus qui unum uidetur habere minus, ut sacrum numerum expleat duodecimum, in uestibulo templi esse dicatur. Quod plærisq; sic soluunt: Quamuis sancti sint sacerdotes, & in templi ministerijs collocati: & quotidie uictimas offerant Christo: tamen quia in hoc mortali fragilisq; corpusculo, & ægrotationibus uitijsq; subiecto commorantur, uicenarium habẽt numerum & undecimũ. Vnde dicebat & Apostolus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non quod iuxta sæuissimam hæresim abolenda corpora esse credamus: sed quod uoti nostri sit superuestiri, non spoliari: & mortale hoc accipere immortalitatem: & corruptiuum induere incorruptionem. Illud autem quod sequitur: Et octo gradibus ascendebatur ad eam, id est, ad portam interiorẽ: scientibus hebræam linguam, facit magnam difficultatẽ. Denicq; Symmachus, quem in hoc loco secuti sumus, octo gradus posuit: Lxx. decem, Theodotio & Aquilæ secunda æditio, undecim: prima autem nullum numerum posuit, sed absolute ait: & gradibus in quibus ascendebatur ad eam: ut uel iuxta consuetudinem priorum portarum, octo intelligamus gradus: sicut intellexit & Symmachus: uel certe quos habebat porta interior: quorum numerum scriptura non dixit: pro quo in hebræo positum est uerohab וְרֹחַב, id est, & latitudo עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה aste esre. Quod si ita legatur, undecim significat: sin autem pro esre עֶשְׂרֵה, hoc est, decẽ, legamus אֲשֶׁר escr, non significat decem, sed pronomen, qui. Hæc hebræi sermonis expertibus delyramenta uideantur: sed nunc non cõtrouersias scribimus: aut orationes, in quibus ludi solet compositione uerborũ, sed explanationes & commentarios hebræorum uoluminum. Verum redeamus ad cœptum: Octo siue decem gradibus, qui perfectus est numerus: aut undecim, de quo iam diximus, ascenditur ad portam sanctorum: in cuius frontib⁹ columnæ erant: una hinc, & altera inde. Non dixit, duæ, ne in dualem incurreret numerum, sed una & una: qui perfectus est numerus: & unione sui imitatur deum. Istæ autem erant columnæ duæ: de quibus & in Apocalypsi dicitur: Qui uicerit, faciam eum columnam in templo dei mei: & foras non egredietur. Et Petrus ac Ioannes columnæ appellantur ecclesiæ: per quos ingredimur ad sancta sanctorum: & quorum doctrina ad Christum, noster introitus est.

Roma.7.d

Apo.3.c

Gal.2.b

¶ Ca. XLI

Et introduxit

A ET introduxit me in templum ꝛc. Post multa mysteria, uariosq; introitus, & locorum singulorum proprietates: tandem aliquando uir, cuius funiculus cœmẽtariorũ, & mensuræ calamus in manu erat, Ezechielem prophetã introducit in templum: & mensus est frontẽ tẽpli: ꝑ q̃ ælam, Lxx. & ælim, Theodotio: & in circuitu Symmachus transtulerũt. Et ex utraq; parte latitudo tabernaculi, senũ cubitorum erat: sacramentũ creaturarũ omnium cõtinens: In sex eñ diebus, mũdus est cõsummatus. Per q̃rũ noticiã causasq; conditionis atq; rationẽ, intramus ad templum dei: & ex creaturarũ ordine atq; cõstantia cognoscim⁹ creatorẽ. Latitudo autẽ portæ templi erat decẽ cubitorũ: qui sacratus & perfectus est numerus: & in quo mẽse septimo, die decimi mẽsis, ieiunũ & propiciatio est. Decima autẽ die mensis primi, qui appellatur Nisan, ad immolationem & præparationẽ paschæ, agnus assumitur. Septimo igit̃ mense, decimæ offerunt̃ in dei horrea: siue ut scriptura appellare cõsuuit torcularia. Vnde di
2.Co.6.c cit & Aplus: Dilatamini & uos: ut postq; per decẽ portæ cubitos templũ quis fuerit ingressus, ex utraq; parte portæ ipsius latera, siue ut proprie in hebraico dicitur humeri mensurent̃, qui semper referuntur ad opera. Vnde
Gen.49.c & Isachar desyderauit bonum, requiescẽs inter medios cleros: uidensq; requiem, quia bona est: & terrã, quia pinguis: supposuit humerum ad laborandum: & factus est uir agricola. Et in ueste pontificis, humerale cum rationali stringit̃, ut rationi opera copulent̃: & possit dicere uir ecclesiasticus:
ps.118,n A mãdatis tuis intellexi. Qui humeri portæ, ex utraq; parte, quinas habebant porticus: ut per terrenos sensus atq; diuinos, super quorum differentia sæpe scripsimus, ingrediamur adyta templi: cuius mensus est uir ille qui ductor prophetæ erat longitudinem quadraginta cubitorum: & latitudinem uiginti cubitorũ: siue ut melius est, portæ longitudinem ac latitudinem: quia supra tantum de latitudine & humeris eius dixerat. Quod autem uicies quadraginta octingẽtesimum numerũ faciat, qui uicinus est octonario,
Eccl.11.a nulli dubium est. Vnde & in Ecclesiaste præcipitur: Da partes septem: da & octo. De cuius numeri sacramẽto, crebro disputasse me noui: siue quia per tribulationes & angustias huius sæculi, intramus ad sanctuariũ domini: idcirco longitudo portæ habebat cubitos quadraginta, qui numerus
Deu.9.b semper in labore positus est. Vnde & Moyses &
3.Re.19.b Helias quadraginta diebus non comedunt panem: & aquam non bi-
Deu.29.a bunt: Et annis quadraginta, populus israel uexatur & probatur in solitudine: & per multos labores terram repromissionis ingreditur: Et dominus atq; saluator scd̃m assumpti
Matth.4.a corporis fragilitatem, quadraginta diebus temptatur in solitudine: ut post uictoriam accedant angeli & ministrent ei. Cum autem per tribulationes & angustias poterimus di-
2.Tes.2.c cere illud Apostolicum: In omnibus tribulati, sed non coangustati: atq; illud propheticum: In tribulatione dilatasti mihi: tunc nobis latissimus aperitur introitus, qui uiginti cubitorum habet latitudinem: & superatis mundi certaminibus atq; terrenis: qui & ipse dualis est numerus, ingrediamur templi penetralia: & audiamus imperantẽ discipulis
ps.4.a C dñm: Confidite, ego uici mundũ. b ℂ Et ingressus intrinsecus, siue in atriũ interi⁹ ꝛc. Quantumuis proficiamus, semper nobis maior profectus aperitur. Vnde post introitum templi rursum ingredimur intrinsecus: siue ut Lxx. transtulerunt, interius atrium: in cui⁹ fronte siue elau
Iob.16.g pro quo Symmachus περὶ τὴν θύραν, id est, circa portam: Theodotio hebraicum שַׁעַר el, Aquila, ostium: nos frontẽ interpretati sumus: duo erãt cubiti: ut iuxta superiorẽ sensum ꝑ dualem numerum ingrediamur ad eum locũ, ubi sunt sanctasanctorũ. Vnde & ipsa porta sex cubitorum erat, ꝑ quã ingressi, æternã requiẽ possidemus: quæ in septenario numero demonstratur: Pro quo Lxx. transtulerunt: & latitudinem portæ septẽ cubitorum hinc, & septẽ cubitorum inde: in hebræo & cæteris æditionibus semel tantũ septem cubiti in latitudine portæ, positi sunt. Qd̃ autẽ sequit̃: Et mensus est longitudinẽ eius: siue ut Lxx. trãstulerũt, ostiorũ uiginti cubitorũ: ꝑ q̃ in plærisq; codicibus iuxta Lxx. quadraginta continentur: latitudinẽ quoq; uiginti cubitorũ ante faciem templi: illud significat, quod ante templi faciem & introitum eius, præteriti laboris atq; certaminis nobis mensura semper occurrat. Quã enim rationem in singulis numeris duplex numerus possidet, eandem duæ habent decades. Et hoc consyderandum, quod ingressus intrinsecus per portam duorum in fronte cubitorum, & sex habentem cubitos: septemq; in latitudinẽ ex utraq; parte: & uiginti cubitos in longitudine: totidemq; in ipsis templi foribus, doceatur propheta qui sit ille locus, uel quo appellet̃ uocabulo. Dixit enim (inquit) mihi: Hoc̃ est sanctũsanctorũ. Sin autẽ añ templũ, siue ut scriptura cognominat ante faciẽ tẽpli sanctũsanctorũ est: quantã beatitudinẽ in templi adytis, & in interiorib⁹ eius existimare debemus? De qua ꝓpheta loquit̃: Hoc labor est in conspectu meo, donec ingrediar in sanctuariũ dei: & intelligam in nouissimis eorũ. Sed & hoc notandũ, q̃ in descriptione tabernaculi dicunt̃ sanctasanctorũ, plurali numero: hic autẽ sanctum sanctorũ, numero singulari: ut post sancta ueniamus ad sanctũ: quõ post multa cantica peruenimus ad canticũ, canticorũ: qd̃ omniũ carminũ cãrmẽ est: & quod canentes, sponsi copulamur amplexib⁹. c ℂ Et mẽsus est parietẽ domus sex cubitorũ ꝛc. et sic de inferioribus ascẽdebat ad superiora et medium. Quod autem in Lxx. ponitur: Et de medijs ad tristega, id est, ad tria cœnacula & thrael: in hebraico nõ habetur. Pro thrael quoq; quod nescio quid significet: neq; eñ in hebræo legit̃, apud illos וְרַאֲרִיתֵי: qd̃ & nos & cæteri transtulerunt, & uidi: ut sequatur ordo testimonij:
ps.72,d

Et uidi

E a ¶ Et vidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami / sex cubitorum spacio : et latitudinem per parietem lateris forinsecus / quinq; cubitorum ꝛc. Postq; peruenit ad sanctũ sanctorũ (de q̃ supra diximus) uir ille uenerabilis, mensus est sanctisanctorũ parietẽ: qui propter fabricã mundi, & omnem uisibilem creaturam, quæ in sex diebus condita est, sex habebat cubita : & latitudinem unius lateris quatuor cubitorũ: nõ ex uno latere, sed p̃ circuitũ. Quatuor autẽ cubita tenebat per circuitum domus latitudo, ut quatuor elementa monstraret: ex quibus uniuersa compacta sunt: & maxime humana corpora, contra quæ sancti dimicantes & subijciẽtes se animæ potestati, interiora merentẽ intrare, & domini arcana cognoscere. Ipsa autẽ latera quæ in circuitu domus erant:

a Et uidi in domõ altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami, sex cubitorum spacio: & latitudinem per parietem lateris forinsecus, quinq; cubitorum: & interior domus in laterib⁹ domus: & inter gaço phylacia latitudine uiginti cubitorum in circuitu dom⁹ undiq;. Et ostium lateris ad orationem: quod in Lxx. non habetur: ostium unum ad uiam aquilonis: & ostium unũ ad uiam australem : & latitudinem loci ad orationem: quod & ipsum Lxx. non transtulerunt, quinq; cubitorum in circuitu. Et ædificiũ qd̃ erat separatũ uersumq; ad uiam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum : paries autem ædificij quinq; cubitorum latitudinis per circuitum : & longitudo eius nonaginta cubitis.

Et mensus est

& quatuor cubitorum spacio a templi parietibus separabantur, iuncta sibi erant: ita ut unum latus, aliud latus contingeret : & haberet in longitudine non triginta & tres cubitos : sed bis trigintatres, hoc est, sexagintasex. Vetus in Leuit. 12.a Leuitico loquitur testamentum, in ortu maris post unam hebdomadam, & illam quæ genuit, & illum qui genitus F est trigintatres explere dies, ut ueniant ad purificationem. Porro si genuerit fœminam, duplicem obseruari numerum, id est, sexagintasex. Et quia ut ueniamus ad sancta sanctorum : non solum prima indigemus natiuitate, sed & secunda: ut nati in carne renascamur in spiritu: Idcirco non sexagintasex, sed bis triginta & trium ponitur numerus : ut utraq; natiuitas deo authori debeatur, illiusq; clæmentiæ: & duplici muro circumeant latera domus, quæ templi fulciunt ædificium. Quodq; sequitur iuxta hebraicũ: Et erant quædam eminẽtia quæ egrederentur per parietem domus per latera in circuitu : ut continerent & non attingerent parietem templi : illud significat, quod sancti uiri in multitudine credentium erumpant per parietem templi: per omnia uidelicet latera in circuitu: & contineant ecclesiæ fundamenta : & tamen non tangant parietem templi : tantum uidisse contenti, & de longe inenarrabilia adorasse mysteria. Nunc enim uidemus per speculum in ænigmate : & plenissimam tangere atq; comprehendere non possumus ueritatem. Quod autem platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat p̃ gyrum: & idcirco latius erat templum in superioribus : & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora & medium: puto perspicuum esse lectori, semper angustiora esse quæ deorsum sunt, in ieiunijs, χαμαιδυνίαις, & uictus continentia: paulatimq; dum ad summa conscendimus, latiorem nobis aperiri uiam : & impleri quod scriptum est : In tribulatione dilatasti mihi. Per rotundum autẽ & per cochleam ascendimus templi cœnaculũ: quæ figura inter omnia χἠματα a philosophis quoq; huius sæculi pulchrior approbat̃ : dum & cœlum, & sol, & luna, & astra cætera, & punctum terræ: in corporibus quoq; humanis, oculi quasi altera sydera, & figura capitis, quod omnium sensuum receptaculum est, tereteſq; digiti, & fœmina, & brachia hanc præferunt rotunditatem. Porro cœnaculum templi ad quod de angustioribus ad altiora conscendimus : illud puto esse quod in Regum uolumine Helias habuit & Helisæus : & in Apostolorum actibus, tabia. i. δόρκας, & dammula nostra possedit, quæ bonis operibus ad summa conscenderat. Apostolus autem Petrus, super quem dominus ecclesiæ fundamenta solidauit, transcendit cœnaculum, & uenit ad tectum quod significantius græce δῶμα dicitur, id est, tecti solarium : & incognitã prius sæculo ecclesiæ sacramenta cognouit. Saluator quoq; generis humani pascha fecit in cœnaculo, & magno latoq; cœnaculo, atq; omni sorde purgato stratoq;, & ad spirituale cõuiuiũ præparato : ubi mysteriũ corporis & sanguinis, suis tradidit discipulis : & æternam nobis agni immaculati reliquit festiuitatẽ. Quẽq; addidit : Et de medijs ad tristega. i. tertia cœnacula & θρακὲλ, uidetur mihi obelo prænotandum. Quid enim necesse est dubia & nõ scripta differere : cum in ea quæ hebræorum tenentur libris debeamus incumbere? Sequitur : Et uidi in domo altitudinẽ per circuitum fundata latera ad mensuram calami, sex cubitorum spacio: & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinq; cubitorum : & inter gaçophylacia quæ Symmachus ἡξέδρας uocat, latitudinem cubitorum uiginti per circuitum domus. Quibus numeris ostenditur, quod de mundo hoc, & de terrenis sensibus, & de duali duarum decadarum numero, qui refertur ad uiginti, non solum in sanctasanctorum, sed & in H cœnacula eorum mereamur ascendere: & semper habere in memoria, quod per sex dies conditionis nostræ, & p̃ quinq; sensus, & per uiginti cubita latitudinis ascenderimus ad cœnaculum templi: & terrenam humilitatem, sensumq; literæ relinquentes, transierimus ad summitatem ecclesiæ, spirituscp sancti consortio gaudeamus. Et ostium (inquit) lateris ad orationem cõtra uiam aquilonis, a quo exardescunt Hiere.1.c mala super omnem terram: & quem dominus abacturum se a nobis pollicetur dicens : Et eum qui ab aquilone est, Ioel.2.e abigam a uobis. Pulchreq; in ostio contra aquilonem locus orationis est : ut secundum Apostolum, oremus sine 1.Tes.5.d cessatione : & dicamus cum Hieremia : Non sileat pupilla Treno.2.d oculi mei : uel præsentia mala uitare cupientes, uel agentes gratias pro præteritis. Quamdiu enim in tabernaculo cor- Ro.7.d poris huius sumus : ingemiscimus dicimusq; : Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Sed & ad uiam australem erat ostium: & ipsum iuxta hebraicum habens locum orationis : & quinq; tendens cubitis per circuitum. Post frigus enim aquilonis ad australem transimus calorem: & tamẽ rursum orationis quærimus locum, in aquilonis ostio, ut euadamus pericula : in australi, ut agamus gratias pro præteritis : & sit nobis uictoriæ secura possessio. Quinq; autem cubiti, & in hoc loco diuinos indicant sensus, per quos de terrenis ad altiora cõscendimus. Et ædificium (inquit) quod erat separatum uersumq; ad uiam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum : ut post labores, & pericula, & sæculi istius fluctus atq; naufragia: & annos septuaginta: de quibus Hieremias Hier.25.c scribit, & Daniel, & Zacharias, uerum & legitimum septem Dañ.9.a decadarum sabbatum consequamur : ut sit nobis æterna Zach.7.b requies : & per quinq; cubitorum latitudinem ueniamus ad longitudinem nonaginta cubitorum : in qua ætate de repromissione filium Sara generauit : quæ nonaginta anGen.21.a norum, id est, nouem decadarum, peperit Isaac, iuncta Abraham centenario: id est, decem decadarum habenti mysterium. Qui numerus quid significet, sequens scriptura monstrabit.

Et mensus est

Pſ.4.a
5.Re.17.d
4.Re.4.b
Actu.9.g

A a ¶ Et mensus est domus longitudinē centum cubitorū ꝛc. Verbum, cōtra, quod Lxx. transtulerunt in principio testimonij, ubi scriptum est: Et mensus est contra domum, in hebraico non habetur: & idcirco obelo prænotandum est: ut sit rectius & uerius, & mensus est domum longitudine cubitorum centum, & reliqua. Describuntur autē sanctasanctorum & templū interius, qđ post nonaginta cubitos, ex tribus partibus centenos cubitos habere dicat: perfectum uidelicet numerum decadarum decem: ut & mente, & sermone, & operibus domino seruiamus: recordantes illius apostolici exempli in quo ait: Vt scire possimus quæ sit latitudo, & longitudo, & profundum, & altitudo. ¶ Quod autē in hebraico dicit, ædificiū separatum & parietes eius: Lxx. reliqua interpretantur & separātia: quæ non hæreant parietibus tēpli, sed propinquos & suos habeant parietes. Ipsum quoq; templum & anguli eius: & ælam, id est, προπύλον siue uestibulum, exterius erāt strata ligno: sapientia uidelicet, qđ lignū uitæ situm in paradiso scriptura commemorat. Genē.2.b Fenestræ quoq; erant factæ in modum retis instar cancellorum: ut non speculari lapide nec uitro, sed lignis interrasilib⁹ & uermiculatis clauderentur: pro quibus in hebraico, obliquas fenestras habet: quæ in tribus tantum erant partib⁹ templi, ad dexteram uidelicet & sinistrā, & post tergum: id est ad meridiem & ad aquilonem, & ad occidentem. ¶ Orientalis autem pars nō habebat fenestras: quia ipse introitus clarū immittebat lumen intrinsecus: & cuncta interiora templi, ianuarum lumine complebantur: ita ut per singulas fenestras & cancellorū foramina intro quis posset aspicere. Et non solum exteriora erant strata ligno, sed tanta erat lignorum copia per circuitum: ut & pauimentum & de pauimēto usq; ad fenestras, lignis omnia iungerentur. ¶ Quæ fenestræ iuxta Lxx. aperiebantur tripliciter: ut apertis eis, triplex in templo dei intelligētia monstraretur: iuxta illud quod alibi dicitur: Tu autem describe Prouer.22.c ea tripliciter. Prospicitur autem per eas non solum interius, sed & exterius: ut quæ interiora sunt, inuisibilia: quæ exteriora, uisibilia cognoscamus: ut aliud mentem, aliud carnē, aliud spiritualem intelligentiam, aliud simplicem monstret historiā: & per omnes parietes in circuitu, tam intrinsecus q̄ extrinsecus erant mensuræ suæ. Nihil enim absq; ratione & mensura in templo dei, & maxime in sanctasanctorum a deo factum est. ¶ Cælata quoq; erāt cherubim, haud dubium quin in lignis, de pauimento usq; ad fenestras pertingentibus: & tam fabrefactæ erant cælaturæ: ut non sculptæ, sed appositæ uiderētur. ¶ Cherubim interpretatur, scientiæ multitudo. Igitur intrinsecus in interioribus templi post scientiæ multitudinē cælantur & palmæ: in quib⁹ signum uictoriæ est: dicente Apostolo: Perse- Philip.3.e quor autē ad statutū brauium supernæ uocationis dei, in christo iesu. ¶ Uaæ palmæ erāt iter cherub & cherub: ut unum cherub duarum palmarum lateribus uallaretur: qđ cherub nequaq̄, ut in principio hui⁹ prophetæ legim⁹, quatuor habebat facies, hominis scilicet & leonis, & uituli, & aquilæ: sed tantum duas, hoc est, hominis & leonis: quorū primum ad rationem pertinet, sequens ad furorem: qui significantius græce Θυμὸς appellatur. Furorē autē dicimus: nō eum qui perturbationi & uitio proximus est: sed qui mentis cōsolidat molliciem, & fortiorem facit animum dimicantis. In principio enim subiacemus concupiscentiæ: quæ refertur ad uitulum, ꝓpter terrena opera: & alia sunt carnalia, alia spiritualia, quorum extremū aquilæ deputat. ¶ Cum autē intrauerimus sanctasanctorum, & interiora templi possederi-

B

ΑΛ. ἐκθέτας

ΑΛ. ἐκθέτας

a HEB. Et mēnsus est dom⁹ longitudinem centum cubitorum: & quod separatum erat ædificiū & parietes eius, longitudinis centum cubitorum. Latitudo autē ante faciem domus, & eius quod erat separatū contra orientē, centū cubitorū. Et mensus est longitudinē ædificij cōtra faciē ei⁹ quod erat separatū ad dorsum †אתיריתא, id est eminētia ex utraq; parte, centū cubitorū: & templū interius, & uestibula atrij. Limina & fenestras obliquas †אתיריים in circuitu per tres partes cōtra uniuscuiusq; limē, stratumq; ligno per gyrum in circuitu: terra autem erat usq; ad fenestras: & fenestræ clausæ. Super ostia, & usq; ad domum interiorem: & forinsecus per omnē parietē in circuitu intrinsecus: & forinsecus ad mensuram. Et fabrefacta cherubim & palmæ: & palma inter cherub & cherub: duasq; facies habebat cherub. Faciē hominis iuxta palmā ex hac parte: & faciem leonis iuxta palmā ex alia parte: expressam per omnē domum in circuitu. De terra usq; ad superiora portæ, ¶ Cherubim & palmæ cælatæ erant

SEP. Et mēsus est ÷ contra domū longitudinē cubitorū centum: & reliqua & separantia & parietes ei⁹, in longitudinē cubitorum centum: & latitudinē cōtra faciem templi, & reliqua ecōtra cubitorū centum. Et mensus est longitudinem separantis cōtra faciē reliquorū, quæ erant post tergum domus illius & reliqua hinc & inde, cubitorū centū longitudinē: & tēplū & anguli, & ælam exterius strata ligno: & fenestræ in modum retis factæ, tres ad lucēdū, ut prospiceret per eas. Et dom⁹, & ea quæ proxima erant, strata ligno per circuitū: & pauimētū & de pauimēto usq; ad fenestras. Et fenestræ aperiebant tripliciter ut prospiceretur per eas: & usq; ad domū interiorē & exteriorē: & per omnē parietem in circuitu intrinsecus & extrinsecus mēsura, & cælata cherubim, & palmæ inter cherub & cherub. Duæ facies cherub: facies hois ad palmā hinc, & facies leonis ad palmā inde: cælatus omis paries p circuitū a pauimēto usq; ad laquearia cherubim, & palmæ cælatæ. Et sanctuariū & templum aperiebat per quatuor

mus, nequaq̄ alia re indigemus, nisi ratione atq; fortitudine: quorum alterum ad sensum atq; prudentiam: alterum refertur ad animi perseuerantiam. ¶ Omnis igitur paries per circuitum templi a pauimento usq; ad laquearia, cherubim habebat, & palmas mira arte cælatas: postq; aperiebatur sanctuariū & templum per quatuor angulos contra faciem

sanctorum,

E sanctorum. Prius enim habemus scientiæ multitudinem, per quam uictoriam de hoste consequimur: & postea nobis sanctuarium aperitur & templum: quod habet quatuor angulos, & stationem firmissimam: & quæ in nullam partem decliuior sit. Hanc enim habet naturam mensura quadranguli, ut stabili consistat basi: & in mystico numero, qui prudẽti lectori perspicuus est, elemẽta quatuor ex quibus constant oĩa, solida perpetuaq; possideat. Et cuncta contra faciem sanctuarij aspiciebant: ante qđ sanctuarium, siue in quo sanctuario erat species altaris lignei trium cubitorũ altitudine, & longitudine cubitorum duorũ: & latitudine cubitorũ duorũ: qui iuncti, septem faciunt cubitos. Quod altare habebat cornua: & tam bases, q̃ parietes eiꝰ, hoc est, latera erant lignea: in quo scripturæ sanctæ mysteria, humanꝰ sermo non potest explicare: quomodo altare in quo ignis succendendus erat: mensa uidelicet thymiamatis nihil ab igne patiatur: sed ut ita dicam, igne purius fiat. Sicut enim sanctorum opera, de quibus scribit Apostolus: Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit: non pereunt, sed per ignem puriora monstrantur: ita & altaris ligna quæ de lignis paradisi sunt: non cremantur igne uicino, sed puriora redduntur. Nec mirum hoc de sanctuario, & interioribus templi & altari thymiamatis credere: cum etiã ἀμίαντον qđ ligni genus est, uellini habens similitudinem: quanto plus arserit, tanto mundius inueniatur. Ignosce lector difficultati: & ueniam tribue pauperis intelligentiæ. Per fenestras enim obliquas & in modum retis factas, & quæ semper clausæ sunt, uix usq; ad interiorem domũ cordis nostri oculum possumus intromittere: ut omnia quæ cernimus in umbra, uideamꝰ & in imagine: & cum Apostolo clamemus: O profundum diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei: q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius: & ininuestigabiles uiæ illius. Et: Quis cognouit sensum dei: nisi ille qui est magni cõsilij angelus: & sua põt dignis aperire mysteria? † הָאֻתִּירִים autẽ rhomæ appellant solaria de cœnaculorũ parietibus eminẽtia, siue meniana ab eo qui ea primus inuenit, quæ nonnulli græcorum † uocant.

a Et locutus est ad me: Hæc est mensa coram domino &c. Multum in hoc loco Lxx. æditio ab hebraica ueritate discordat. Vnde hoc solum admonebo, q̃ pro crassioribus lignis, ἀπουσαῖα, hoc est, necessaria, siue cura digna transtulerint: & pro obliquis fenestris, absconditas: & quod in fine testimonij positum est: & mensus est hinc & inde laquearia superliminaris siue uestibuli, per latera domus compacta siue coniuncta, quæ illi dixerunt, ἐξυγωμμία: pro quibus possumus æqui ponderis uertere. Vir ergo ille qui prophetam in abdita templi introduxerat: & inter cætera ostenderat ei altare ligneum: quod & angulos & cornua iuxta Lxx. & parietes habebat ligneos, dixit ei: Hoc altare quod respicis, ipsa est mensa coram domino: quæ in similitudine rubi ardet & non comburitur: de qua sanctus loquitur ad deum: Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Duo quoq; ostia erant in templo & in ipso sanctuario: per quæ utriusq; instrumẽti sacramẽta monstrantur: & in duobus ostijs ex utraq; parte bina erant ostiola quæ in se inuicẽ plicabantur: ut & in historia spiritualem habeas intelligentiam: & in Tropologia historiæ ueritatẽ: quorum utrumq; altero indiget: & si unum defuerit, perfecta caret scientia. Quod autẽ sequitur: Bina erant ostia ex utraq; parte ostiorum, iuxta literam perspicuum est. Solent eĩ in maioribus triclinijs bina sibi hærere atq; coniungi: ut maior introitus nequaq̃ duobus & ingentibus, sed q̃tuor minoribꝰ claudatur, uel aperiatur foribus. In quibus ostijs templi, siue sanctisanctorũ cælata erant cherubim: de quibꝰ supra diximus: Et sculpturæ palmarũ: ut post scientiæ multitudinẽ, uictoria intrantibus præberetur. Quæ sculptura palmarum, in omnibꝰ quoq; parietibus templi erat. Redditq; causas, quare cælatæ fuerint cherubim in ipsis ostijs, & palmarum expressæ similitudines. Vnde & crassiora erãt ligna in uestibulo portæ forinsecus: ut & firmitatẽ haberent & cælaturam possent recipere. Pulchreq; iuxta in-

HEB. // tæ erant in pariete tẽpli. Limẽ quadrangulũ erat: & facies sanctuarij aspectus cõtra aspectũ altaris lignei, triũ cubitorũ altitudo eius: & longitudo eius dũorũ cubitorũ: & anguli eius, & longitudo eius & parietes eius lignei.

SEP. quatuor angulos contra faciem sanctorũ: uisio quasi species altaris lignei: trium cubitorum altitudo eius: & longitudo cubitorum duorum: & latitudo cubitorũ duorũ: & cornua habebat. Bases quoq; & parietes eius lignei.

a Et locutus est ad me: Hæc est mensa coram domino: & duo ostia erant in templo & in sanctuario: & in duobꝰ ostijs ex utraq; parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex utraq; parte ostiorum: & cælata erãt in ipsis ostijs templi cherubim & sculpturæ palmarũ: sicut in parietibꝰ quoq; expressæ erant. Quamobrẽ & crassiora erant ligna in uestibuli fronte forinsecus: super quæ fenestræ erant obliquæ: & similitudo palmarũ hinc atq; inde in humerulis uestibuli, scđm latera domus latitudinemq; parietum.

1. Co. 3. c telligentiam spiritualem, firmiora & cælata sunt ostia: ut & firmitatem habeant & pulchritudinem: ne quis in sancta/sanctorum similis Ociæ possit irrumpere, & sibi sacerdotiũ uendicare. 2. Par. 26. Super quæ ostia erant fenestræ obliquæ siue absconditæ: ut ipsum quoq; lumen quod præbebatur intrinsecus, non haberet perfectam scientiam, nec clarum lumen & cunctis patens: sed plæriscq; ex parte esset absconditum. Nunc enim uidemꝰ in ænigmate: & necdum nouimꝰ sicut oportet nos scire: cum autem uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte fuerat, destruetur. Et erat similitudo palmarum hinc atq; inde. Eleganter in interioribus templi, & in sanctissanctorum non posuit dexteram & sinistram: ne quid sinistrum in his quæ magna sunt & arcana dicere uideretur: sed hinc atq; inde, iuxta illud quod in euãgelio scriptum est: Qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Nunquid dicere non potuit, & sinistram? Sed quando percutitur dextra, præbetur altera dextra: quia in sancto uiro utrumq; dextrum, utrumq; perfectum est. Et in humerulis uestibuli secundum latera domus, latitudinẽq; parietũ: pro quo Lxx. transtulerũt, in laquearibꝰ ælam, hoc est, propyli, & latera domus, æqualis ponderis siue mẽsuræ: per quæ latẽter ostendit, & postes superliminaris, siue uestibuli: hoc enim humeruli uidentur significare, & latera domus, & latitudinẽ parietum, cuncta rationis plena esse atq; mensuræ: & nihil in templo domini reperiri, qđ absq; mẽsura & sapientia constitutum sit.

Roma. 11. d

Esa. 9. b

† Aq. ἐκθέτας

† Forsan legendum est, ἐξώσασ.

Ps. 22. b

Commentarij duodecimi in Ezechielem prophetã finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVMDECIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM.

A

TErtiusdecimus explanationū in Eçechielem liber, secundus est expositionis templi: quē & quartūdecimū opitulante saluatore nostro ad finē usq; dictare cupio: illud eiusdē numeri cū Dauid in quartodecimo psalmo canēs: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qd' & p difficili & impossibili debem⁹ accipere. Vnde & in alio loco quasi uir desyderiorū enixius deprecat' ac dicit: Vnū petiui a dño hoc requirā: ut inhabitē in domo dñi omnib⁹ diebus uitæ meæ: ut uideam iocunditatem dñi: & uisitem templum sanctū eius. Et rursum: Qz dilecta (inquit) tabernacula tua dñe uirtutū: cōcupiscit & deficit anima mea in atrijs dñi. Emulorū maledicta prævenio: qui nō quid ipsi possint, sed quid ego nō possim, cōsyderant: & cū nostra dijudicēt, sua iudicanda nō præbēt: nunq; in agone pugnantes: sed de pugnantib⁹ ocioso, imo superbo animo iudicantes. Facile est dare dictata de populo: & singulos ictus calumniari, ac de alieno ridere sanguine: & ubi uulnus infigi debuerit, imperiti lanistæ more disserere. Ego in explanatione tēpli Eçechielis, & cæterorum quæ ad finē ipsius uoluminis pertinēt: fateor me pro rei magnitudine nihil dignū scribere: & in paucis, si qua tñ accipere meruero, gratias agere saluatori. Scriptū est em̄: Nisi crediderit is, nō intelligetis. Et in alio loco: Si habueritis fidem ut granū sinapis: & dixeritis monti huic, transmigra & transplantare in mari, fiet. Et quō Apostolus granū sinapis nō modicā fidei portionē, sed totā fidem esse cōmemorat, dicēs: Et si totā fidem habuero: ita ut montes tranferā? Igit' granum hoc sinapis, etiā si modicū fuerit, in magnam succrescit arborē: & uolatilia cœli habitant in ramis eius. Quāobrē tibi filia Eustochiū quæ nostra qualiacū q; fuerint libēter accipis, cōtestatū uolo: & illud rhetoris Victorini breuiter admoneo, ut obscuritatē uoluminū ex trib⁹ rebus fieri scias: uel rei magnitudine, uel doctoris imperitia, uel audientis duricia: quorū primū & secundū liquido in hoc opere cōfitebor: tertiū, acumen ingenij tui & desyderiū scripturarū facile rennuit: quæ priuilegio uirginali, & uictus cōtinentia, nō dicam frequentē, sed iugem hospitem possides deum. Igitur tertiumdecimū in Eçechiel arripiamus librum: cuius hoc principium est.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM LIBER TERTIVSDECIMVS.

B

ET eduxit me in atriū exteri⁹ p uiam ducentem ad aquilonē ꝛc. Hoc qd' Lxx. transtulerunt, ad orientē, in hebraico nō habet': & superfluū esse manifestū est. Quō enim educit' ad portā exteriorē ad orientē: cū sequat', contra portam aquilonis? Illud qd' & supra, & in hoc loco posuim⁹: Et eduxit me in gaçophylacium qd' erat contra separatū ædificium: & cōtra ædem uergentē ad aquilonē: pro quo habet' in Lxx. Et eduxit me: & ecce exedræ quinq; de reliquo ædificio, & iuxta separatū ad aquilonē: Pro separato, qd' Aquila & Symmachus trāstulerūt: secūda Aquilæ æditio, & Theodotio ipsum

† תנה

uerbū posuere, † gaçera: in oñib⁹ locis similiter exprimētes: multaq; alia quæ in præsenti loco posita sunt inter hebraicū & Lxx. nō solū ordine, sed & numero, & uerborū interpretatione discordant: ut si uoluerim⁹ hærere in singulis, & diuersitates eorū quærere, & explanare rationē, multū aberrem⁹ a ꝓposito: Voluerāq; desperatione & magnitudine rei præsens testimoniū silentio præterire: sed meli⁹ arbitratus sum qd'cunq; dicere, q̄ omnino nihil dicere, Socraticū illud assumens: Scio qd' nescio. Pars enim scientiæ, est scire quod nescias. Postq; igit' ea quæ erant intus, ꝓpheta diligētius contemplatus est: eduxit eum uir, cuius funiculus & calamus erat in manu ad atriū exteri⁹, p uiam ducentē ad aquilonē: qd' & supra iam uiderat, anteq; interiora penetraret. Sed aliter uidem⁹ perfectam habētes scientiā: aliter in principio disciplinæ. Et necesse est: ut q interiora cōspexerit, scd'm eandem formam atq; mensuras & recondita sacramēta, etiam quæ exteriora sunt, uideat. Eductus autem est in gaçophylaciū: siue ut Symmachus & Lxx. transtulerunt, exedrā: uel ut Theodotio πασοφόριον, quod in thalamum uertit': qd' erat contra separatū ædificium. Qd' autē Lxx. addidere pro gaçophylacio, exedras quinq;, in hebraico nō habetur. Quod gaçophylacium erat cōtra separatum ædificium, de q̄ supra iam diximus, gaçera. Separatū autē erat, eos suscipiēs qui ab aquilone ueniebāt: & erat cōtra ædem uergentem ad aquilonē, id est, respicientē quidē aquilonis partes, sed nō in aquilone positum, ut facilior esset transitus his qui aquilonis frigora relinquebant: a q̄ exardescūt mala super terram. Legimus in Numerorum libro, tribus Dan & Nu. 2. d
Neptalim, & Aser filiorū Bale & Zelphe ancillarum Rachelis & Liæ, ad aquilonis plagas castra tenuisse: Nunc quoq; in facie longitudinis ostij aquilonis centū fuisse cubitos, &

C

ET edu Ca. XLII

Exit me in atriū exterius p uiam ducentem ad aquilonē: & induxit me in gaçophylacium quod erat cōtra separatū ædificium, & cōtra ædem uergentē ad aquilonē. In facie longitudinis centum cubitos ostij aquilonis: & latitudinis

ET edu Ca. XLII

Exit me in atriū exterius ad orientē contra portā aquilonis: & introduxit me: & ecce exedræ quinq; iuxta partem ædificij, & prope ædificiū separatum ad aquilonem: econtra cubitis centū longitudinis ad aquilonē: & latitudinis

latitudinis quinquaginta: ut ex decē decadis, quadrangulus numerus atq; perfectus: & ex septē hebdomadibus, qui remissionis est numerus: & in principiū unionis, id est, octoadis erumpit, sacerdotalia in tēplo dei spacia monstrarentur. Illudq; qđ iuxta hebraicū iungit: cōtra uiginti cubitos atrij interioris: ꝑ quo Lxx. transtulerūt: descripta erāt sicut portæ atrij interioris: hunc habet sensum: q; exterioris atrij, cētenarius & quinquagenarius numerus, eandē uim habeat quam uicenarius atrij interioris. Si em̄ q̄tuor quinquies supputes, in numero uicenario, utrūq; repperies testamentum: ut & lex teneaī in euangelio: & euangeliū de legis radice nascaī. Pro q̄ numero, Lxx. similitudinem atrij interioris interpretati sunt: forsitā formidātes uicenariū numerū, in q̄ offerunt̄ Esau munera, in atrio interiori ponere. Sequitur: Et contra pauimentum stratum lapide atrij exterioris: ubi erat porticus, iuncta porticui triplici: pro q̄ Lxx. transtulerunt: Et sicut columnæ atrij exterioris per ordinē posītæ, contra faciem porticuum triplicium. Significat autē, q; pauimentū atrij exterioris, uiuo fuerit stratum lapide: ut nec æstatis puluere, nec luto hyemis, sacerdotū uestigia polluantur. Vnde & dñs ascensurus ad patrem, Ioh.13.a apostolorum lauat pedes: ut mūdatis purgatisq; uestigijs scādant regna cœlorū: & imperat apostolis, ut in quamcunq; ingressi fuerint ciuitatem, & non susceperint eos: excutiant pedum suorum puluerem: quo scilicet nihil munerum terrenorū ab eis apud se remanere patiantur. Non solum autem pauimentū stratum erat lapide: sed & porticus erat iuncta porticui triplici. Vna porticus ab imbre & æstu protegens sacerdotes, & iuncta porticui triplici: demonstrat mysterium trinitatis: quod cum patris, & filij, & spiritussancti diuidatur nominibus: tamen una sibi diuinitate coniungitur. Erat quoq; ante gaçophylacia siue exedras uel thalamos, deambulatio decem cubitorū latitudinis, ad interiora respiciens uiæ cubiti unius. Quodq; a Lxx. additū est: Per cubitos longitudinis centū: superfluum est: quia in hebraico non habetur: quod ponentes, tulerunt id quod habetur in hebræo, ad interiora respiciens uiæ cubiti unius: qđ nos de hebraica ueritate transtulimus. Significat autem qđ ante fores gaçophylaciorū omnium siue exedrarum & thalamorū fuerit deambulatio, latitudinem habens cubitorum decem: qui & ipse perfectus est numerus: uel propter decalogum, uel propter euangelij sacramentum. Si enim ab uno per duos & tres ad quartum numerū uenias, decennarius euangeliorū numerus efficit̄: In cuius latitudine deambulant sacerdotes, ante singula gaçophylacia gradientes: ita dumtaxat ut semper ad interiora respiciant uiæ eius quæ ducit ad cubitum unum: ad cultū uidelicet unius diuinitatis: dicēte filio ad patrem: Reuelaui Ioh.17.c nomē tuum hominibus. Ipsa est em̄ uia, interiora respiciēs, G quæ dicit in euangelio: Ego sum uia, & uita, & ueritas: quia Ibi.14.a nemo uenit ad noticiam patris, nisi per filium. Sequitur: Et ostia earum ad aquilonē, ubi erant gaçophylacia in superioribus humiliora: quia supportabāt porticus quæ ex illis eminebāt de inferioribus & medijs ædificij. Tristega em̄ erant, & non habebant columnas sicut erāt columnæ atriorū: propterea eminebant de inferioribus & medijs a terra cubitis quinquaginta. Qđ iungitur: ostia earum, subauditur, exedrarū, siue gaçophylaciorū: de quib⁹ sermo supra fuit. Quæ gaçophylacia erāt in superioribus, id est, in cœnaculis humiliora. Quæ cœnacula ascēdit Helias & Helisæus: & dñs cū discipulis pascha facturus: & Nabia quæ & fide apostoli, & uirtutum suarū merito suscitata est. Ista sunt cœnacula: de quibus in psalmo H scriptū est: Qui rigat montes de cœnaculis suis. Nisi em̄ qs mons fuerit effectus & ad altiora surrexerit, pluuiā dñi non irrigabit̄: qui pro diuersitate meritorum de primo, secūdo, & tertio irrigaī cœnaculo. Ipsa quoq; gaçophylacia, hoc est, thesauri gaçarū dñi, in superioribus humiliora sunt. Quāto em̄ quis excelsior fuerit, tanto cū Apostolo humilitate deijcit̄ dicēs: Qui non sum dignus 1.Co.15.b uocari apl'us: quia persecutus sum ecclesiam dei. Erant autē ipsa gaçophylacia in cœnaculis humiliora: quia supportabāt porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus & de medijs ædificij. Redditq; causas cur gaçophylacia in cœnaculis posita, humiliora fuerint: Quia supportabāt (inquit) porticus, quæ libertate aeris fruebanī: & eminebāt de inferioribus & de medijs ædificij: ut secundū cœnaculū pauimento inferioris dom⁹ esset eminētius: & tertiū cœnaculū secundo esset excelsius: & quanto quis ad superiora cōscenderet, tanto altiori uteretur cœnaculo: qđ humilitate crescebat, dicente dño: Qui uult inter uos maior esse, fiat oīm minim⁹. Mar.9.a Necq; em̄ columnis alijs portabanī: sicut in atriorū columnis legim⁹: sed eminebant de inferioribus & de medijs a terra cubitis quinquaginta, numero remissionis omniū debitorū. Hæc sunt autē tristega, de quib⁹ præcipit̄: Describe ea prouer.22 tripliciter, cōsilio & scientia, ut respōdeas sermonib⁹ ueritatis his quæ ꝓponunt̄ tibi. Inferiora igit̄ & exteriora, columnis indigent: quæ autē altiora sunt & interiora, columnarū, id est, alieni auxilij usu non egent. Post hæc dicit̄: Et peribolus exterior scđm gaçophylacia quæ erant in uia atrij exterioris ante gaçophylacia: longitudo eius quinquaginta cubitorū: quia longitudo erat gaçophylaciorū atrij exterioris quinquaginta cubitorū: & longitudo ante faciē templi, centum cubitorū. Peribolus murū significat qui erat exterior:

& cingebat

HEB. latitudinis quinquaginta cubitos, cōtra uiginti cubitos atrij interioris: & cōtra pauimentū stratū lapide atrij exterioris: ubi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gaçophylacia deambulatio decem cubitorū latitudinis, ad interiora respiciēs uiæ cubiti unius: & ostia earū ad aquilonē: ubi erant gaçophylacia in superioribus humiliora: quia supportabant porticus quæ ex illis eminebāt de inferioribus & de medijs ædificij. Tristega em̄ erāt, & nō habebāt columnas sicut erāt columnæ atriorū: propterea eminebant de inferioribus & de medijs a terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior secundum gaçophylacia quæ erant in uia atrij exterioris ante gaçophylacia: longitudo eius quinquaginta

SEP. latitudinis quinquaginta cubitis, descriptæ sicut portæ atrij interioris: & sicut columnæ atrij exterioris ꝑ ordinē cōtra faciē porticus ternæ: & cōtra exedras deambulatio cubitorum decē latitudinis, ꝑ cubitos centū longitudinis, in interiorem uiam cubiti uni⁹: & ostia earū ad aquilonē. Et deambulationes cœnaculorū similiter: quoniam eminebāt columnæ a columnis inferioribus: & spaciū simile erat. Et porticus triplices erāt, & columnas nō habebant sicut columnæ in exterioribus: propterea eminebant ab his quæ erāt inferius & in medio de terra quinquaginta cubitorū: & lumē exterius sicut exedrarum atrij exterioris quæ respiciebāt contra exedras aquilonis, longitudine cubitorum quinquaginta

A & cingebat gaçophylacia in uia atrij exterioris, habẽs in longitudine quinquaginta cubitos: de cuius numeri ſacramento crebro diximꝰ. Porro longitudo ante faciẽ tẽpli, nequaq̃ quinquaginta cubitorũ erat, ut ante gaçophylacia, ſed centum cubitorũ: ut poſt remiſſionẽ omniũ peccatorũ, perfecta præmia in centenario numero præſtolemur. Pro peribolo ſiue muro, qđ hebraice dicit̃, גָּדֵר, Lxx. lumẽ interpretati ſunt, qđ uenit extrinſecus, & illuminat cordis noſtri oculos: non ſufficiẽte natura noſtri luminis, qđ uerſatur in ſenſu, perfectum ſcientiæ habere fulgorem: niſi extrinſecus per dei gratiam introeat: Qđ primũ oculos noſtri cordis illuminat: & omne atriũ exterius qđ quinquaginta cubitorũ latitudine tenditur, facit clarescere. Poſtea ꝙo cum uenerimꝰ ante faciem tẽpli, perfecta in centenario numero recipiemus præmia. Erat autem ſubter gaçophylacia introitus ab oriẽte, ingrediẽtium in ea de atrio exteriori. Qportet eñ dei nos poſſidere diuitias: & de atrio

B exteriori ſubter gaçophylacia oriẽtis introitum reperire: & ꝑ latitudinem periboli, qui reſpicit uiam orientis uenire ad ædificiũ qđ ſanctis eſt ſeparatum: ante quod ſunt gaçophylacia: & in ipſa uia ſimilitudo gaçophylaciorũ, quæ erant in uia aquilonis. Licet enim Co.15.b ad orientis peruenia/mus introitum: tamẽ ſimilitudo maiorũ eſt in minoribus: & non poſſumus ad orientis peruenire lumen, niſi per uiam aquilonis: id eſt, per minora & humiliora, ad maiora & altiora tendamus. In ipſo autẽ introitu, longitudo erat ſimilis latitudinis, id eſt, eadem menſura per quadrum: omniſq̃ ingreſſus & ſimilitudines, & oſtia, eandem habebant menſuram & ſimilitudinem quam gaçophylacia quæ erant in uia reſpiciente ad auſtrum. Per orientem quippe aquilonis frigora reſtinguẽtes, peruenimus ad auſtrum in quo ſponſus recubat in meridie: & in pleno uerſatur lumine. In capite autem eiuſdem uiæ, hoc eſt, orientalis quæ patet ingredienti/

Ioã.10.b bus oſtium eſt: quod niſi apertũ fuerit ab eo qui dicit: Ego

Eſa.22.f ſum oſtium: & qui habet clauem Dauid, ad ueſtibulũ ſanctorum uirtutibus ſeparatum, & quod ab aquilone uenientes ſuſcipit, non poſſumus peruenire. Superfluum eſt iuxta Lxx. ſingula loci huius uerba diſſerere: cũ & hæc quæ dicta ſunt, obſcuritate non careant: & illa quæ reticemus, ſimilia

HEB. quinquaginta cubitorũ. Quia lõgitudo erat gaçophylaciorũ atrij exterioris quinquaginta cubitorũ: & longitudo ante faciem tẽpli centũ cubitorũ. Et erat ſubter gaçophylacia hæc introitus ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori: in latitudine periboli atrij qđ erat cõtra uiam orientalẽ in faciem ædificij ſeparati. Et erãt añ ædificiũ gaçophylacia: & uia ante faciẽ eorũ iuxta ſiſitudinẽ gaçophylaciorum, quæ erant in uia aquilonis: ſcđm longitudinem eorum, ſic & latitudo eorũ. Et omnis introitus eorum & ſimilitudines, & oſtia eorũ, ſcđm oſtia gaçophylaciorũ, quæ erant in uia reſpiciẽte ad auſtrũ: oſtium in capite uiæ, quæ erat ante ueſtibulum ſeparatum per uiam orientalẽ ingredientibus.

SEP. quaginta. Lõgitudo enim exedrarũ reſpicientium in atriũ exterius, erat cubitorum quinquaginta. Et hæc ſunt contra faciem ſuam, omnes cubitorum centum. Et oſtia exedrarum iſtarum ad introitum orientalem: ut ingrediatur per eadem in atrio exteriori, ſecundũ lumen qđ erat in principio deambulationis ad auſtrũ contra meridiem & faciẽ reliqui ædificij, & ſeparati. Et exedræ & deambulatio, contra faciem ſuam, iuxta menſuras exedrarum & uiam ad aquilonẽ, & longitudinem earum, & latitudinem earum: & omnis exitus earum & introitus, & luminaria, & oſtia exedrarũ cõtra meridiem: & introitus ab initio deambulacri ad luminare ſpacio calami: & ut ad orientem iretur per ea.

a Et dixit ad mẽ: Gaçophylacia aquilonis, & gaçophylacia auſtri, quæ ſunt ante ædificium ſeparatũ: hæc ſunt gaçophylacia ſancta in quibus ueſcunt̃ ſacerdotes qui appropinquant ad dñm in ſanctaſanctorũ. Ibi ponẽt ſanctaſanctorũ, & oblationẽ pro peccato & ꝑ delicto: locus enim ſanctus eſt. Cum autem ingreſſi fuerint ſacerdotes, nõ egredientur de ſanctis in atrium exterius:

& ibi reponẽt

a Et dixit ad me: Gaçophylacia aquilonis/& gaçophylacia auſtri ꝛc. Vir ille qui ductor prophetæ fuit, poſtq̃ eum duxit in atrium exterius, & monſtrauit omnia quæ præteritus ſermo narrauit: gaçophylacia quoq̃ ſiue exedras, in quibus diutiſſime cõmoratus eſt, dixit ad eũ: Hæc ſunt gaçophylacia uel exedræ thalamiq̃ ad aquilonem & ad auſtrũ, quæ ſunt ante ædificium ſeparatum, & appellant̃ ſancta gaçophylacia, in quibꝰ ueſcunt̃ ſacerdotes, qui appropin/quant ad dñm in ſanctaſanctorũ. Ex quibꝰ diſcimus, multas ciborum eſſe diuerſitates, quibus ueſci ſacerdotibus licet uel non licet: & de his ipſis quos licet in cibos ſumere, nõ in omnibꝰ ſumunt̃ locis: nec ab omnibus, nec omni tẽpore. Gaçophylacia aquilonis & auſtri puto eſſe, quæ uel hiſtoriæ cõtineant ſimplicitatem, uel ſpiritualis intelligẽtiæ ſacramẽta: ut per aquilonem ueniamus ad meridiem. Necq̃ enim ſic legenda eſt litera, & hiſtoriæ fundamenta iacienda, ut non ueniamus ad culmina: nec ita pulcherrimo ædificio tecta ponenda, ut nequaq̃ fundamenta ſint ſolida. Sacerdotes autem qui ueſcunt̃ in cellarijs in quibꝰ multæ diuitiæ cõtinentur, ipſi ſunt qui appropinquant ad dominum: De quibus ſcriptura teſtatur, qđ Moyſes ap- Exo.24.a propinquauerit ad dominum: & cæteri accedere non potuerint. In ædificatione tẽpli myſtici, & in eccleſiæ ſacramẽto, multi ſunt ſacerdotes & apoſtolici uiri qui accedunt ad dominum: & non in quolibet loco, ſed in ſancto/ſanctorum. Quodq̃ iuxta Lxx. dicitur: Filij Sadoch, qui interpretatur, iuſtus: in hebraico non habetur: Ibi inquit: Sacerdotes ponent ſanctaſanctorũ & oblationẽ, hoc eſt, uictimam holocauſti, & pro peccato, & pro ignorantia: ut non ſolum iuge offerant ſacrificiũ, ſed pro diuerſitate temporũ, & qualitate peccati, atq̃ ignorantiæ ſciant placare dominum: quia ipſe locus ſanctus eſt: & ſacerdotalis in eo dignitas cõmoraꝛ, quæ poſſit rogare pro cæteris. Quando autẽ procedendum eſt ad eos qui nõ poſſunt templi adyta penetrare, nec diuinæ ſcientiæ arcana cognoſcere: egrediantur (inquit) foras ad eos ſacerdotes in atrium exterius: nequaq̃ cum his ueſtimẽtis quibus intrinſecus induti erant, uiſcera uidelicet miſericordiæ & dominum ſaluatorem: de quibus ſcriptum eſt: Induimini dominũ Ieſum Chriſtum: Roma.13.d

E nec his utantur sermonibus: de quibus loquitur deus: My
sterium meum mihi & meis: ne incurrant in illud quod sal/
Matth.7.a uator prohibet dicens: Nolite dare sanctum canibus: nec
proijciatis margaritas ante porcos: Sed ponent uestimenta
sua intrinsecus: quibus induuntur, quando ministrant in
templi adytis: sancta
enim sunt: & ad eos qui
perfectam nō habent
sanctitatē, non debent
pferri: accipientq; alia
uestimēta, & sic proce/
dent ad populum. Sic
(inquit) loquentur ad
populum: quomodo
potest audire populus.
Vnde & Apostolus co
rinthijs loquebatur,
1.Cor.5.a in quibus audiebatur
fornicatio: & talis for/
nicatio quæ nec inter
Ibi.3.a gentes quidem: Lac
uobis potum dedi, nō
escam: id est, solidum
cibum: nec dum enim
capere poteratis. Ad
Gal.4.c quos rursum dicit: Fi
lioli mei, quos iterum
parturio: donec Chri/
stus formetur in uo/
bis. Paruulis em̄ atq;
lactentibus, nō solum
non prodest solidus ci
bus, sed interficit eos:
F qui perfectæ ætatis ho b
minibus congruit. Il/
lud autē quod a Lxx.
additum est: Propter/
ea non egredientur in
atrium exterius sacer/
dotes, ut semper sancti sint qui offerūt, obelo prænotemus:
quia in hebraico non habet̄. a ¶Cumq; complesset men/
suras domus interioris/eduxit me per viam portę quę respi
ciebat ad viam orientalē: & mensus est eam &c. Sciendum q̄
post uentum oriētalem & aquilonē, in uento australi & oc/
cidentali, apud Lxx. ordo præposterus sit. Illi enim primum
posuerunt, occidentalem: id est, mare: & postea, australem:
cum apud hebræos primum ponatur uentus australis, &
postea occidentalis. ¶Quodq; scriptura nunc dicit: ¶Cumq;
complesset mensuras domus interioris, eduxit me per uiam
portæ quæ respicit ad uiam orientalē: ostendit cuncta quæ
supra dicta sunt, & forinsecus, & intrinsecus, & in interiori/
bus templi, hoc est, sanctisanctorum, proprie ad templi ædi
ficium pertinere, & templi interioris. Vnde nunc sequitur:
Eduxit me per uiam portæ quæ respiciebat ad uiam orien/
talem: & mensus est eam undiq; per circuitum, siue similitu
dinem domus. Per quod demonstratur, non ipsam domū,
sed similitudinem domus esse quæ cernitur: quia nunc per
6.Cor.13.c speculum uidemus in ænigmate: cum autem uenerit quod
perfectum est, tunc quod ex parte est, destruetur. Vnde &
Moyses in tabernaculo, & Salomon in ædificio: non ueri/
tatem tentorij & templi, sed similitudinem figuramq; fece/
runt: ut per hæc quæ minora sunt & terrena: ea quæ in cœ/
lestibus & in spirituali ædificio sunt, intelligere possimus.
Vir autem qui prophetam eduxerat, nequaq̄ in atrium ex/
terius, sed per uiam portæ quæ respiciebat ad uiam orienta/
lem, primum mensus est contra uentum orientalem: id est,
ad orientalem plagam quingentos calamos per gyrum: se/
cundo ad aquilonem: tertio ad austrum: quarto ad mare:
id est, ad occidentem, per quatuor uidelicet uentos, murum
in circuitu, tam in longitudine, q̄ in latitudine, hoc est, per
quadrum: qui murus simul habebat duo milia calamos.
Sin autem calamus sex cubitorū erat, & παλαισῑ uno, qui
παλαισῑς sexta pars cubiti est: perspicuum est murum exte/
riorem habuisse per circuitum calamos duo milia, qui fa/
ciunt cubitos duodecim milia, trecētos, trigintatres, & trien
tem de duobus milibus. Prudens lector & diligens legat
librū Iesu naue, & inueniet quō in suburbanis hæc mensura
serueē. Vnde & legio dæmonū, hunc numerū elegit in suffo
catione porcorum: ut
qui seruientibus deo,
præcepto dñi separat⁹
est: in cōtrariā partē re
feratur ad perditionē
eorū, qui uitā cœno di
gnam, & sordib⁹ cōse/
ctanē. Qis aūt murus
qui ē exterior, & habet
spaciosissimam longi/
tudinem & latitudinē
per quadrum, aposto/
lorum continet nume
rum: id est, duodecim
miliū: ut singulis apo/
stolis millenus nume/
rus deputeē: & tamen
ad mensurā plenitudi
nis Christi, & perfecti
uiri nō ueniat: nisi iun
gatur ei & παλαισῑς,
qui trecenti, triginta,
& tres cubiti sunt, &
cubiti tertia pars: per
quæ sanctæ & uenera/
bilis trinitatis myste/
rium demōstrat̄, quæ
cingit & uallat omnia:
& habitatores templi
sui præstat tutissimos.
Vnde trecentorum cu
bitorum arca Noe ha/
bet longitudinem: &
triginta cubitorum al/
titudinem: quæ consumatur in uno cubito. Quod autem
ibi adduntur quinquaginta cubiti in latitudine, remissio/
nis (ut sæpe diximus) significat sacramentum. Vnde & do/
minus triginta annorum uenit ad baptismum: & hic ipse
propheta in principio uoluminis sui annum ponit tricesi/
mum: qui trecentesimus & tricesimus numerus tribus ad/
ditis & tertia parte completur. Illud autem quod per sim/
plicitatem interpretationis, dum parum attendimus cele/
ritate dictandi, & Lxx. habent & nostra translatio: murum
eius undiq; per circuitum, longitudine quingentorum cu/
bitorum, & latitudine quingentorum cubitorum, hebræus
sermo non continet: sed simpliciter, longitudinem quingen
torum, & latitudinem quingentorum, ut subaudiatur, cala
morum: sicuti quarto supra dictum est, ad orientalem uen/
tum, & ad aquilonem, & ad austrum, & ad mare quingen/
tis calamis, murum partium singularum ab eo qui tene/
bat calamum fuisse dimensum. Quingentesimus autem
numerus qui uicinus est quinquagenario, quod ad remis/
sionem pertineat omnium peccatorum: non solum uetus Leui.25.b
scriptura, sed & saluatoris in euangelio uerba demonstrant,
dicentis: Duo debitores erant fœneratori cuidam, unus Luc.7.d
debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Et
murus diuidit inter sanctuarium & uulgi locum. Ex quo
intelligimus omnem supra templi descriptionem, sacerdo/
tum qui sunt filij Sadoch, fuisse ministerijs delegatā. Hunc
autē murū, qui tanto spacio dilateē & uniuersa circumeat,
separare sanctuarium & uulgi locum. ¶Ca. XLIII

& ibi reponēt uestimēta sua in quibus ministrant, quia
sancta sunt: uestientur q; uestimentis alijs: & sic proce/
a dent ad populum. ¶Cūm q; complesset mēsuras domus
interioris, eduxit me per uiam portæ quæ respiciebat
ad uiam orientalem: & mensus est eam undiq; per cir/
cuitum, Siue similitudinem domus per circuitum in or/
dine). Mensus est autē contra uentum orientalem, Siue
& steti post tergum portæ respicientis ad orientem) ca/
lamo mensuræ per circuitum quingentos calamos, in
calamo mensuræ per gyrū. Et mensus est cōtra uentum
aquilonis quingentos calamos, in calamo mēsuræ per
gyrum. Et ad uentum australem mensus est quingētos
calamos, in calamo mēsuræ per circuitū. Et ad uentum
occidentalem mensus est quingentos calamos, in cala/
mo mensuræ. Per quatuor uentos mensus est murum
eius undiq; per circuitum, longitudine quingentorū cu
bitorū, & latitudine quingentorū cubitorū, diuidentē
inter sanctuarium & uulgi locum. ¶Ca. XLIII

ET ēduxit me ad portam quæ respi/ciebat ad uiam ori/entalem:

ET adduxit me ad portam quæ respi/ciebat contra orien/tem: &

H

Gen.6.c

Luc.3.a

Ezech.40.a

Apoc.14.a

Ezech.32.a

Ezech.47.d

Apoc.14.a

Ezech.40.b

Apoc.14.a

Ezech.40.b

Apoc.15.g

quin dei:

A quin dei, quasi uox aquarum multarum: quod & Ioannes in sua confirmat Apocalypsi: Lxx. posuerunt: Et uox castro
Apo.14.a rum quasi uox geminantium multorũ. Tertio in hebraico habetur: Vidi uisionem secũdum speciem quam uideram, quando uenit ut disperderet ciuitatem. Venit autem ille qui in principio huius prophetæ uestitus erat lineis: & atramentariũ habebat ad lumbos cum alijs sex, ut disperderet ciuitatem: nõ ut ungeret, qđ Lxx. transtulerunt: qui quarto dixere: Et uisio currus quam uideram: quod in hebraico non habetur. Dicamus strictim de singulis, quantum explanationis patitur difficultas: ne dum studemus breuitati, uelamentum non solum Moysi, sed & ꝓphetæ Ezechielis remaneat in nobis: qui cupimus reuelata facie ueritatem domini contemplari. Gloria ergo dei israel ingrediẽs ꝑ uiam orientalem: per quã & egressa fuerat, quando ciuitas domini furore percussa est. Ingreditur autem, immo regreditur ad eam: quia templũ domini ædificatum in
B monte monstrauerat. Et tamen multo plus est quod in consequentibus dicitur: Leuauit me spiritus, & introduxit me in atrium exterius: & ecce repleta erat gloria domini domus. Hic enim gloria tantum dei israel ingreditur: ibi autẽ dicit, ꝙ plenitudo gloriæ domini fuerit in templo: de qua & Esaias scribit: Vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum: & plena erat domus gloria eius: quando reuelata facie gloriam domini contemplantes, reformamur in imaginem creatoris. Vox quoq; erat dei, quasi uox aquarum multarum, om
Apo.14.a nium scilicet in toto orbe populorum: ut Ioannes euangelista interpretatur: siue quasi uox castrorum: & sicut uox geminantium multorum, ut exercitus dei sacramenta cognoGen.32.a sceret. Quod intelligens Iacob, uocauit nomen illius loci
Ps.67.d castra. De quibus & alibi scriptum est: Currus dei decem milium multiplex milia lætantium. Vna aut uox dicitur castrorum & multitudinis: propter unum in dei laude consensum. Geminaturq; uox canentiũ patri, & filio, & spiritui sancto: Sanctus, sanctus, sanctus, dñs deus sabaoth, plena est
Esa.6.b terra gloria eius. Sequitur: Et terra splendebat a maiestate eius. Quod proprie in aduentu Christi factum est, quãdo
Ps.18.a in omnem terram exijt sonus apostolorum: & in fines or-
Ro.10.d bis terræ uerba eorum: quotidieq; impletur in credẽtibus:
1.Co.15.g & ad perfectum complebitur, quãdo corruptiuum hoc induerit incorruptionẽ: & mortale istud fuerit immortalitate uestitum. Quod autem infertur: Et uidi uisionem scđm speciem quam uideram, quando uenit ut disperderet ciuitatem: pro quo Lxx. transtulerunt: quando ingressus sum, ut ungerem ciuitatem: cum iuxta hebraicum perspicuum sit: iuxta Lxx. plurimam obscuritatem habet: quomõ Ezechiel ingressus sit ut ungeret ciuitatẽ: ad cuius prophetiam comminationemq; ceciderit: nisi forte illud dicamus: quod correptio prophetæ sit unctio ciuitatis: & unctio olei exultatio-
C nis sacerdotalis & regij: quod qui libenter receperint, & audire uoluerint, efficiuntur uncti domini: de quibus scriptũ est: Nolite tangere chri
Ps.104.b stos meos: & in ꝓphetis meis nolite malignari. Ille autẽ potest iuxta Anagogen, ungere ciuitatẽ, de qua scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas
Ps.86.a dei: qui uidit uisionẽ currus & mysteriorũ dei: quam intuitus est Ezechiel super fluuiũ chobar, qui onus ponduscq; significat. Quid enim grauius fluminibus babylonijs, super
Ps.136.a quæ Dauid sedit & fleuit cum recordaretur sion? De quibus scriptum est: Præterit em̃ figura huius mundi.
1.Co.7.f Nihilq; puto in sæculi huius confusione esse perpetuũ: sed oĩa præterire & fluere. Quæ qui consyderauerit, cadet sup faciem suam, intelligẽs q̃ procul sit a maiestate dei: & flectet genua ad patrem in nomine Iesu christi.
D Cumq; (ait) ego corruissem, maiestas dñi ingressa est templum per uiam portæ quæ respiciebat ad orientẽ: statimq; me eleuauit spiritus: ipse enim iacens pergere non ualebam: & introduxit me in atrium interi9, foris em̃ cecideram: & ecce qui prius cõspexeram gloriam dei israel uenientem per uiam orientalem: uidi repletam gloria domini domum eius: & uocem ad me de domo interiori loquentem audiui. Quæ quid sit locuta, scriptura non narrat: nisi forte illud Apostoli: Et audiui uerba
2.Co.12.a ineffabilia quæ non licet homini loqui. Vir autem (inquit) qui stabat iuxta prophetam, dixit ad eum: quem perspicue dominũ intelligimus. Cui enim alij poterit cõuenire quod sequitur: Fili hominis, locus solij mei, & locus uestigiorum pedum meorũ, ubi habito in medio filiorum israel in æternum: nisi illi qui habitat in ecclesia in medio filiorum israel cernentium deum: & habitat in perpetuum, non secundum templũ Salomonis ad tempus? Et locus eius est ille: de quo scriptum est: Et factus est in pace locus eius, quæ exuperat
Ps.75.a omnẽ sensum: Et locus uestigiorum pedum illius, apostolis dicentibus: Adoremus in loco ubi steterunt pedes eius.
Ibi.131.b Et pulchre dixit, steterunt: In ecclesia enim stant pedes domini: in synagoga ambulant & prætereunt. Vt autem scia-
mus hoc dici de ecclesia, iungitur: Et non polluent ultra domus israel nomẽ sanctum meum: quod proprie ad eos pertinet qui sanctæ conuersationis in ecclesia commorantur. Qui sint autem qui polluerint prius nomen sanctum dei, ponit manifestius: Ipsi & reges eorum, tam populus, q̃ sacerdotes, in fornicationib9 suis quibus a deo fornicati sunt: & in ruinis regum suorum: qui frustra sibi per superbiam regium nomen assumunt. Deniq; sequitur: Et in excelsis.

E Arrogans enim mens offendit deum: humilis ad misericordiam prouocat. Qui post superbiam, immo per superbiam fabricati sunt limen suum iuxta limen dei: & postes suos iuxta postes illius. Audiant hæc iuxta literam mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circumferuntur omni uento doctri-

2. Timo. 3. b næ: semper discentes, & nunq̃ ad scientiam ueritatis peruenientes: mẽtem iunctam deo, non uicinitatẽ ecclesiarum & habitationẽ p̃ximã, dei in se prouocare clæmẽtiam: quin potius indignationem domini commoueri, quando in consecratis deo locis, indignus habitator est. Fabricati sunt (inquit) limẽ suũ iuxta limen meum: ut nihil interesset inter sacrum & prophanum, & postes suos iuxta postes meos: ut unus lai-

1. Cor. 11. f corum & sacerdotum esset introit9. Vnde & Apostolus dicit: Probet autem se homo: & sic accedat ad corpus & sanguinem domini. Et ut grauius faceret qđ dicebat, sequentẽ iungit uersiculum: Et murus erat inter me & eos: ut sacerdotalia sacrificia & loca sacramẽtorum corporis & sanguinis Christi, breuissimus murus diuideret. Et polluerunt in-

F quit nomen sanctum meum, in abominationibus quas fecerunt. Quid prodest habitationis uicinia, & medius inter cellulam nostram & altare dñi paries: cum in his quæ secreto facim9 & quæ turpe est etiam dicere, contaminetur & polluatur nomẽ domini? Ego hoc arbitror, qđ non polluat nomen dñi, nisi ille qui uisus est nomini eius credere: & ex illius censeri uocabulo. Et quomõ tollit membra Christi, & facit membra meretricis, qui prius Christo credidit: sic ille polluit nomen dei, qui prius nominis eius fidem susceperit. Alioquin ethnicus & iudæus cum sint polluti & contaminati, immo contaminatio ipsa atq̃ pollutio, nomen dei polluere & contaminare non possunt: quod illi

Roma. 2. d polluunt, ad quos dicitur: Nomen meum per uos blasphematur in gentibus. Propter has igitur causas cõsumpsi eos in ira mea: quia hæc fecere quæ diximus. Et tamẽ clæmens dominus rursum prophetæ præcipit, ut iubeat eis procul a se remouere fornicationes pristinas, & ruinas regum suorũ ac principum derelinquere: & repellere non tam a se, q̃ a deo: & boni operis statim præmia pollicetur dicens: Et ha-

Iob. 1. d bitabo in medio eorum: de quo & in euangelio dicitur: Medius inter uos stat quem uos nescitis: & habitabit non paruo tempore: ut in synagoga, sed in perpetuũ: qđ in Christi ecclesia comprobatur. a ¶ Tu autem fili hominis ostende domui israel templum: & confundant ab iniquitatibus suis: et metiantur fabricam: et erubescant ex omnibus quę fecerunt ꝛc. Non parui operis est, quod oculis carnis uel mente conspexeris audientibus demonstrare: ut & ipsi tecum uidisse uideantur. Quamobrem scribit & Iosephus, eos qui ad describendam terram missi sunt ab Iesu filio Naue fuisse γεωμέτρας, & artem quæ nunc philosophorum propria est habuisse geometriæ. Domui igit̃ israel, eorum qui animo conspiciunt deum, ostenditur domus, hoc est, templum qđ Ezechiel situm in monte conspexit: & non solum in monte, sed sicut nunc dicitur in summitate montis: quã nequaq̃ illam putemus, quæ a Salomone constructa narratur in Regum & in Paralipomenon libris. Illa enim alterius ordinis atq̃ mensuræ est: & in singulis magnam habens diuersitatem: tantumq̃ inferior tẽplo quod nunc ostenditur Ezechieli: ut non solum cultores eius & æditui, sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit deum, licet postea egerit pœnitentiam, scribens Prouer-

Prouer. 24 H bia in quibus ait: Nouissime ego egi pœnitentiam: & respexi ut eligerem disciplinam. Ista autẽ quæ Ezechieli & per Ezechielẽ domui israel ostenditur, talis est: ut qui eam mẽte cõspexerit, cesset ab iniquitatibus suis: non quibusdam, sed omnibus: siue ut in hebraico continetur: confundatur & sustineat tormentum suum pro omnibus quæ fecerit.

HEB. Et nõ polluent ultra domus israel nomen sanctum meum, ipsi & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum & in excelsis: qui fabricati sunt limen suum, iuxta limẽ meũ: & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerũt: propter quod consumpsi eos in ira mea. Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum a me: & habitabo in medio eorum

a semper. Tu aũtẽ fili hominis ostende domui israel templum: & confundantur ab iniquitatibus suis: & metiantur fabricam, & erubescãt ex omnib9 quæ fecerunt. Figuram domus & fabricæ eius, exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & uniuersa præcepta eius: cunctumq̃ ordinem

SEP. Et nõ cõtaminabunt ultra domus israel nomẽ sanctũ meũ, ipsi & duces eorum in fornicatiõe sua, & in homicidijs ducum in medio sui, cũ ponerẽt limẽ meum in liminib9 suis: & postes meos iuxta postes suos. Et dederũt parietem meum quasi cõnexũ inter me & se: & cõtaminauerũt nomen sanctũ meũ in iniquitatibus suis quas faciebant. Et contriui eos in furore meo & in occisione. Et nunc abijciant fornicationẽ suam, & homicidia ducum suorũ a me: & habitabo in medio eorũ in sempiternũ. Et tu fili hois ostẽde domui isrl̃ domũ: & cessabũt a peccatis suis: & uisionẽ ei9, & dispositionem illi9: & ipsi sustinebũt tormentũ suũ, p oib9 quæ fecerũt. Et describes domũ & præparationem eius, & exitus atq̃ introitus eius: & substantiã ei9, & omnia præcepta illius, & omnia

legitima

Sustinet autem tormentum iniquitatum suarum, qui cessat præterita facere peccata: multumq̃ prodest ei qui ante peccauerit uidere domum dei: & omnis fabricæ eius nosse rationem: ut & peccare desistat: & habẽs illius desyderium, dicat ad dominum: Domine, dilexi decorem domus tuæ: Ps. 25. b & locum habitationis gloriæ tuæ. Et iterum: Vnum petiui Ibi. 26. b a domino, hoc requiram: ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ: cum cœpero uiuere & esse cum Christo, qui est uita credentium. Sequitur: Exitus eius & introitus, subauditur, domus. Exitus autem eorum qui egrediuntur ad eos qui foris sunt: & introitus eorum qui per magistrorum disciplinam ad interiora penetrant. Et omnem (inquit) descriptionem eius, siue substantiam eius, ut Lxx. transtulerunt: quæ non tam ad naturam domus, q̃ ad suppellectilem pertinet atq̃ diuitias. Et uniuersa præcepta, cunctumq̃ ordinem, & omnes leges templi ostendes eis, qui portauerunt tormentum iniquitatum suarum: & cessauerunt, siue confusi sunt super his quæ antè gesserant. Idcirco autem ostende eis, ut custodiant omnia quæ

præcepta

A præcepta ſunt. Nihil enim prodeſt ſcire deſcriptionem domus & omnes diſtributiones eius: de quibus ſcriptum
Ioh.14.a eſt: Multæ manſiones apud patrem meum. Et iterum: Sta-
Deu.32.a tuit terminos gentium ſcd'm numerum filiorum iſrael, ſi-
ue angelorum dei: niſi feceris quæ præcepta ſunt. Domus
autem & lex omnium præceptorum dei: & urbs quæ in ſummitate montis eſt conſtituta: illa credenda eſt: de qua ſcriptum eſt:
Matth.5.b Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. Et:
Ps.45.a Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: Quæ perſpicue refertur ad eccleſiam: & ſita eſt in eo monte qui in uertice omnium mõtium eſt: & a quo uulneratus eſt princeps tyri: omneſq; fines & termini domus huiꝰ, ſãcta ſanctorum ſunt. In illa domo, hoc eſt, in tabernaculo quod fabricatus eſt Moyſes: & in templo qd' a Salomone conſtructum eſt: interiora tantum ubi erant cherubim & propiciatorium & arca teſtamenti & menſa thymiamatis, appellabantur ſancta ſanctorum. In hac autem domo quæ monſtratur Eçechieli, & quæ in ſummitate montis eſt conſtituta: omnes termini eius reputantur in ſancta ſanctorũ. Qd', q; infertur: Hæc eſt lex domus: uel ad prætерita pertinet, de quibus iam dictum eſt: uel ad ea quæ dicenda ſunt poſtea. a ℭIſtę mẽſurę altaris i cubito

HEB. ordinem, & omnes leges eius oſtende eis: & ſcribes in oculis eorum ut cuſtodiant omnes diſtributiones eius & præcepta illius, & faciant ea. Iſta eſt lex domus in ſummitate mõtis. Omnes fines eius in circuitu, ſanctũ ſanctorum erit. Hæc eſt ergo lex
a domus. Iſtę menſuræ altaris in cubito ueriſſimo qui habebat cubitũ & palmũ Siue παλαισ῾ῆμ, in ſinu eiꝰ erat cubitꝰ: & cubitꝰ in latitudine: & definitio uſq; ad labiũ eius in circuitu palmi uniꝰ. Hæc q̃q; erat foſſa altaris. Et de ſinu terræ uſq; ad crepidinem nouiſſimã duo cubiti, & latitudo cubiti uniꝰ: & a crepidine minori uſq; ad crepidinẽ maiorem quatuor cubiti: & latitudo unius cubiti. Ipſe autem ariel quatuor cubitorum: & ab ariel uſq; ſurſum cornua quatuor.

Et ariel

B

SEP. // legitima eiꝰ, & omnes leges eius oſtendes illis, & deſcribes coram eis: & cuſtodient omnes iuſtificationes & omnia præcepta mea, & faciẽt ea: & deſcriptionem domus in uertice montis: omnes termini eius in circuitu, ſancta ſanctorum ſunt. Iſta eſt lex domus. Et hæc mẽſura altaris in cubito perfecto cubitus & παλαισ῾ῆς, ſinus illius altitudo per circuitum & cubitus latitudinis: & γεῖσος per labiũ eius in circuitu palmi unius. Et hæc eſt altaris altitudo a ꝓfũdo exordij in ſinu eiꝰ uſq; ad ꝓpiciatoriũ magnũ qd' erat ſubter cubitorũ duorũ, & latitudo cubiti. Et a ꝓpiciatorio minori uſq; ad ꝓpiciatoriũ maius cubiti q̃tuor: & latitudo cubiti: & ariel cubitorũ quatuor: & ab ariel uſq; ad ſuperiora cornuũ cubitus.

Ipſum

C

nem interpretatus ſum, ſupra coronam trãſtulerim. Illud q; breuiter demonſtratur: qd' in circuitu ipſius altaris, id eſt in margine & circulo repandum fuerit labium, & quaſi corona in modum lilij: habens in aſpectu plurimam uenuſtatem. Quæ definitio ſiue giſus per circuitum palmi unius ſiue παλαισ῾ῆς latitudine tendebatur. Fouea autem altaris ſiue profundum & altitudo: ꝑ qua in hebraico ponitur בֵּית: de ſinu terræ uſq; ad crepidinem nouiſſimam, uel uſq; ad propiciatoriũ maximum, duobus cubitis erat: & latitudo eiꝰ cubiti unius. Inferiora enim & profunda & terræ cohærẽtia, duali numero, qui & in immũdis animalibus poſitus eſt continentur: ſuperiora autem & ad crepidinem ſiue propiciatoriũ peruenientia, qd' Theodotio ipſo hebraico nomine appellauit עֹזְרָה, unius cubiti habẽt latitudinẽ: ut dualis numerus trãſeat ad ſolitarium: & bonum nuptiarũ, qd' inferius eſt, ad unionis perueniat beatitudinem. Quod q; ſequitur: Et a crepidine minori uſq; ad crepidinem maiorem quatuor cubitorum, & latitudo unius cubiti: pro quo in Lxx. poſitum eſt: Et a propiciatorio minori uſq; ad propiciatoriũ maius: & Theodotio in utro q; açara tranſtulit: illud eſt intelligendum, quod propiciatorium minus, lapis ſit exciſus de monte ſine manibus: & propiciatorium maius, ipſe lapis qui creuit in mõtem magnum & impleuit uniuerſum orbem. Siue iuxta alterum ſenſum, propiciatorium minus eſt, quando exinaniuit ſe formam ſerui accipiens: & propiciatorium maius, quãdo recepit gloriam quã habuit apud patrem antequã mundus fieret. Prius enim chriſti humiliora cognoſcimus: & ſic ad diuinitatis eius altitudinẽ peruenimus: & tamen utriuſq; naturæ propiciatorium, hoc eſt minoris atq; maioris, ad unius altaris pertinet ſacramentũ. Inter duo autem propiciatoria minus atq; maius: quatuor erant cubita, quatuor mũdi elementa ſignantia: quæ & ipſa perueniũt ad unius cubiti altitudinem. Et hoc animaduertendum, qd' in menſura altaris primus cubitus in latitudine nulli copulatur, ſed ſua unione perfectus eſt: ſecũdus autem latitudinis cubitus, poſt duos cubitos creſcit ad ſummũ: & tertius cubitus poſt propiciatoriũ minus & maius ꝙ quatuor elementa ad unius cubiti myſteriũ tendit: ut unus & alter & tertius cubitus in altare domini, nequaq; primus, ſecundus, & tertius: ſed unus, & unus, & unus eſſe dicatur. Ipſe autem ariel quatuor cubitorum erat, & ab ariel uſq; ſurſum cornua quatuor: ſiue ut in Lxx. dicitur, ab ariel uſq; ad ſuperiora cornuum cubitus unus. Ariel ut plærique

D

Dañ.2.c

Philip.2.b

Ioh.17.a

Ecc.1.a Roma.11.d

Exo.83.a 5.25.b 31.26.b

eſtimant

Estimāt, interpretatur lux mea deus. De quo & in Esaia propheta ubi scriptum est: Væ tibi ciuitas ariel quā expugnauit Dauid siue circūdedit, plenius diximus. Vt autem ego arbitror, leo uel fortis dei: qđ nomen refertur proprie ad altare, in q̄ uel illuminatio dei est, uel leo & fortitudo eius, dicēte Iacob ad Iudam: Catulus leonis iuda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Cubitorum autem quatuor est & cornua habet quatuor: siue superiora quatuor cornuum uno cubito finiūtur: ut euāgeliorum mensura & in totum orbem fortitudo discurrens: sub illuminatiōe dei & leonis fortitudine demonstretur, ad unumq̄ cubitum perueniāt diuinæ confessionis. Et ut paulatim obscuritas præsentis loci manifestior fiat. Sequitur: Et ariel duodecim cubitorū in longitudine, per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulum æquis lateribus. Qđ nemo dubitat ad duodecim tribus pertinere: quæ in Ioannis Apocalypsi scriptæ sūt & ad apostolorum numerum: de cuius sacramēto supra dixisse me memini. Per quatuor autem latera mūdi, duodeni cubiti, simul effi ciūt q̄dragintaocto cubitos sacerdotaliū ciuitatum: ut istis quasi fundamētis in toto orbe diuisis, ecclesiæ fortitudo solidetur. Porro crepido, p qua Lxx. propiciatorium: Theodotio ut supra açara: Symmachus περιδρομήν, hoc est, circuitum interpretati sunt: quatuordecim cubitorum erat longitudinis, per quatuordecim latitudinis, in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti: pro qua rursum Lxx. γεῖσον interpretati sunt: & sinus siue iuxta Symmachum consumatio eius atq̄ perfectio, cubiti unius per circuitū: illud latēter ostēdit, qđ dominus noster qui uere propiciatoriū dicitur, non solum pro peccatis nostris, sed pro omni mundo per quatuordecim generationes uenerit ab Abrahā usq̄ ad Dauid: & rursum per alias quatuordecim usq̄ ad captiuitatem Iechoniæ: & eiusdem numeri sacramēto ad terrena descēderit: ut in tertia τεσσάρα καὶ δέκάδι & diuini numeri sacramēto saluaret quatuor angulos mundi: de quibus scriptum est: Multi ab oriente & occidente, & ab aquilone & meridie uenient: & accubabūt cū Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Quodq̄ sequitur: Et corona siue gisus p circuitū eius: subaudiē, propiciatorij: habebat dimidium cubitum: & sinus ipsius propiciatorij siue cōsumatio atq̄ pfectio, quā Symmachus interpretatus est περιδρομήν, habebat unum cubitū: illud significat, qđ & peccatores & iusti, domini propiciatione saluentur: dicente apostolo Paulo: Reconciliati sumus deo in sanguine filij eius. Et de peccatoribus dicitur, qđ dimidij cubiti mensurā habeant per circuitū: qui tamen saluantur misericordia creatoris: iuxta illud qđ in psalmo scriptum est: Pro nihilo saluos facies eos. De iustis: qđ in uno saluēt numero solitario atq̄ perfecto: & imitentur unā diuinitatē, dicente eodem Apostolo: Deus erat in christo mundū reconcilians sibi. Qđ autē in fine huius testimonij ponit, & gradus eius uersi ad orientem: gradus huius propiciatorij, uel uigintiquatuor libri ueteris instrumēti debēt accipi: qui habebāt citharas in Apocalypsi Ioannis & coronas in capitibus suis: uel sacramentū patris & filij & spiritussancti, in quo uera nobis dat propiciatio. Et ut dicamus aptius: propterea graduū numerus incertus relinquitur: ut quantocūq̄ studio ad altiora scandere potuerimus, in inferioribus nos putemus collocatos: & cogitemus illud psalmistæ: Ibūt de uirtute in virtutē. a Et dixit ad me: fili hoīs: hęc dicit dns deus: Hi sunt ritus altaris &c. Postq̄ prophetæ monstrauit altare: & cubitū eius cubitosq̄ duos: & rursum cubitum & quatuor cubitos: & tertio cubitū: duodecim quoq̄ cubitos p alios duodecim: & quatuor altaris cornua: ariel q̄q̄ duodecim cubitorū, per duodecim cubitos: & crepidinem, hoc est propiciatoriū quatuordecim cubitorum per quatuordecim cubitos: coronā quoq̄ illius, & sinum dimidio cubito & uno cubito per circuitum: graduq̄ ad orientem: quorum incertus est numerus: Locutus est uir, cuius calamus & funiculus erat in manu: & docet eum quomodo altaris opere perfecto, altare debeat expiari & consecrari. Primumq̄ offertur uictima, & datur sacerdotibus de genere leui qui sunt de semine sadoch: quem cur Lxx. sadduc nominent, scire non ualeo. Sadoch autem interpretatur iustus: offerturq̄ iuxta Lxx. & Theodotionem uitulus: iuxta Symmachum taurus: qui hebraice dicitur פַּר. Vitulum autem qui pro nobis immolatus est: & multa scripturarum loca, & præcipue Barnabæ epistola, quæ habetur inter scripturas apocryphas nominat. Et hircus caprarum secundo offertur die. Vnde & pascha facturi assumunt de grege agnum & hædum: & qui primum pascha facere non potuerunt, in secundo mense faciunt: quorum alterum ad iustos pertinet: alterum ad pœnitentes.

Esa.29.a אֲרִיאֵל

Geñ.49.b

F Apo.7.a

Matt5.8.b

HEB. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine, per duodecim cubitos latitudinis, quadrāgulū æquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorū longitudinis, per quatuordecim latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu illius dimidij cubiti: & sinus eius uni⁹ cubiti per circuitum. Gradus autem eius uersi ad a orientem. Et dixit ād me: Fili hominis: hæc dicit dominus deus: Hi sunt ritus altaris in quacūq̄ die fuerit fabricatum ut offeratur super illud holocaustum & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotib⁹ leuitis qui sunt de semine sadoch, qui accedunt ad me ait dominus deus: ut offerant mihi uitulum de armento pro peccato. Et assumes de sanguine eius, pones sup quatuor cornua, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronam in circuitu: & mūdabis illud & expiabis.

Et tolles

SEP. Ipsum autem ariel duodecim cubitos habebat in longitudine: & duodecim cubitos in latitudine quatuor angulorū per singulas partes eius: & propiciatorium quatuordecim cubitorum in latitudine per quatuor partes eius: & gisus eius p circuitū gyrans illud dimidio cubito: & circuitus eius cubito p gyrū: & gradus eius respicientes ad orientem. Et dixit ad me. Fili hominis: hæc dicit dominus deus: Hæc sunt præcepta altaris in die qua factum fuerit ut offerantur super eo holocausta & effundatur super illud sanguis. Et dabis sacerdotib⁹ leuitis qui sunt ex semine sadduc, & appropinquant ad me dicit dominus deus ut ministrent mihi uitulum de bobus pro peccato: & tollent de sanguine eius, & ponent super quatuor cornua altaris: & super basim eius in circuitu: & mundabunt & expiabūt illud.

Et tollent

G Ro.5.b

pſ.55.b

2.Co.5.d

Apo.5.c

H pſ.83.b

1.Co.16.c

A

niltentes. Sin autem Lxx. nobis interpretatio placet, qui dixerunt: die autem secundo tollent hædos duos immaculatos pro peccato: audax quidem est qđ dicturi sumus: sed tamen aliorum simpliciter ponenda sententia est: qui aiunt duos hædos immaculatos post passionem domini oblatos esse ad altare domini,

Actu.12.a Iacobū & Stephanū: quorum alter de apostolorum numero: alter de septem electis in ministerium domini princeps fuit. Iste est Iacobus qui transformatum saluatorem uidit in monte: qui resurgentem filiam archisynagogi cum domino Petroq; & Ioāne intuitus est: qui in Catalogo apostolorū in quo bina iunguntur nomina, prior fratre ponit. Hunc interfecit Herodes, & quasi hædū immaculatū post passionem saluatoris in die immolauit secunda. Stephanum quoq; cuius sapientiæ & doctrinæ nullus poterat resistere: & q stantē uidit filiū ad dexterā patris: & dixit: Domine iesu suscipe spiritum meū: lapidibus obruere iudæi. Et quomodo ꝙsdam credentium primitias Achaiæ & Asiæ

B

1.Co.16.c Apostolus nominat: sic & isti primitiæ fuere martyrū, quos christi postea confessio coronauit. Et hoc notandum, qđ uitulus totus offertur holocaustum: & crassitudo corporis eius, diuino igne consumitur. Et si enim nouerāmus christum secm carnem: sed iam nunc non nouimus eum secm carnem. Iacobus autem & Stephanus qui secunda die oblati sunt: siue hircus qui iuxta hebraicum narratur oblatus: offertur quidem in uictima: sed holocaustum præsentiæ domini reseruatur. Qđ autē tollitur sanguis, de quo

1.Pe.1.c loquitur Petrus: Redempti sumus de uana nostra conuersa
1.Co.7.d tione paternæ traditionis præcioso sanguine christi: & Pau-
Col.1.e lus apostolus docet: Precio redēpti estis: & in alio loco: Pacem faciens per sanguinem crucis suæ, siue in terra siue super cœlos: illud significat, qđ sanguine saluatoris, quatuor cornua purificentur altaris: id est quatuor mundi plagæ: aspergiturq; corona ꝓpiatorij siue bases per circuitum: ut uniuersa purgentur, & firma sit propiciatio. Propterea autē in secūda die, uel duo hædi de qbus supra diximus, uel hircus assumitur: quia animal est semper ad excelsa festinans: & nihil periculi sustinens in præcipitijs: & ibi inuenit uiam, ubi cæteris animantibus interitus est. Vnde & græco sermone caprarū & hircorū grex, sublimium cōuersatio dicit: hoc est ἀιπόλιον, quasi ἀιποπόλιον, siqdē ἆιπος excelsū, πόλιον cōuersationē significat. Porro altare christi expiatur sanguine: ut orationes sanctorum mundæ permeent ad deum. Hoc quoq; notandum, qđ iuxta hebraicum ipse Ezechiel, quasi sacerdos uitulum iubetur assumere & holocaustum facere: & sanguinem eius in circuitu aspergere, tam altaris q̄ angulorum & coronæ siue basis. Lxx. autem interpretes alios sacerdotes hoc facere demonstrant: de quibus dictum est: Dabis sacerdotibus leuitis qui sunt ex semine sadoch:

HEB. Et tolles uitulū qui oblatus fuerit ꝓ peccato: & combures illum in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secūda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato: & expiabūt altare sicut expiauerunt in uitulo.

a Cūq; cōpleueris expiās illud: offeres uitulū de armēto immaculatū: & arietem de grege imaculatū. Et offeres eos in conspectu domini: & mittent sacerdotes super eos sal: & offerent eos holocaustum domino. Septē diebus facies hircum pro peccato quotidie: & uitulū de armēto & arietē de pecorib9 immaculatos offerēt. Septē dieb9 expiabūt altare & mundabūt

qui accedūt ad me. a Cūq; cōpleueris expians illud, offeres uitulū de armento imaculatū &c. Postq; altare & mensuræ eius in montis uertice demonstratæ sunt: rursumq; expiatio & consecratio illius prophetæ ostensa est, per unum uitulum immaculatū & hircum siue duos hædos: quorum primum ad dominum saluatorem: duo sequentia ad apostolos ministrosq; retulim9: ne in consecratione spiritalis altaris & ꝓprie ad ecclesiam pertinentis, lex & prophetæ uiderentur excluſi: propterea consecrato altari, uitulus immaculatus assumitur & aries: & offertur in conspectu domini: & filij sadoch, hoc est, iustorū sacerdotes, aspergunt super capita eorum sal: ut & lex & prophetæ sapore euangelij condiātur. Nec ullum est sacrificiū iuxta legis imperium & interpretationem Apostoli, qui ait: Sermo uester sit sale conditus: qđ sale careat. Vtrūq; autem offertur holocaustū domino: ut corpus pinguis literæ, qđ' significatur in lege, & ꝓphetiæ nubilum, igne domini, hoc est spiritusancto: de quo dicit Paulus: Spiritu feruētes, in spiritualem & tenuem substantiam conuertātur. Volum9 scire apertius qui sit uitulus de armento imaculatus, & aries de ouibus puríssimo uellere: Intelligamus Moysen & Heliam: quorum prior mansuetissimus fuit inter omnes homines qui uersabantur in terra: alter ardore fidei similis moysi. Vnde & audebat dicere: Ego relictus sum solus. Qđ autem in hebraico scriptum est: Offeres uitulum: in Lxx. offerent sacerdotes: nulla sit quæstio. Et ipse enim Ezechiel cui hæc dicuntur, de numero sacerdotum est, plenæ ætatis atq; perfectæ: & sacerdotalem gradum, prophetiæ auxit gratia. Et Moyses & Helias uidentur in monte cum domino, id est, lex & prophetæ: qui ei nunciabāt quæ hierosolymis passurus esset. Expiato autem altari: septē diebus offertur hircus siue hædus pro peccato quotidie, & uitulus de armento, & aries de pecoribus immaculatus: ut per hæc sacrificia septem dierum ad perfectum expietur altare. In septem diebus sabbatismus ostenditur: qui iuxta Apostolum populo dei reseruatur: in quibus æternam ueramq; speramus requiem: & nequaq; seruile opus faciam9 peccatorum. In hirco autem & uitulo & ariete: tria generalia delicta monstrantur: quibus omne mortalium subiacet genus. Aut enim cogitationibus, aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio refertur ad arietē, quæ prima est omnium peccatorum: & ex qua alia duo peccata nascuntur. Hædus autem siue hircus, ad eloquium siue sermonem, qui semper de excelsioribus disputat. Opera uero proprie uitulo deputantē: quoniā uomeri & labori & terrenis opibus mancipatus est. Hæc igitur immaculata per septem dies ueri sabbati atq; perfecti deo offerre debemus & expiare altare: ut oratio nostra munda perueniat ad deum. Qđ autem infertur: Et mundabunt illud & implebunt manū eius: qđ & hebraicū

C

Cok.4.b

D

Ro.12.e

Nu.12.a

3.Re.19.b

Heb.4.d

& cæteri

A unamquāq; partem quā ſingulæ tribus accipiunt, a termino occidentali, id eſt maris, uſq; ad terminum orientalem: qui ubi finiatur, in tribuum deſcriptione noſcemus. Et hæc erit poſſeſſio ducis ſiue principis in terra iſrael. Hæc interim dicta ſint: ut ſimplex hiſtoriæ ſermo noſcatur. Cæterum ſi uoluerimus comparare ſpiritualibus ſpiritualia: & iuxta quoſdam interpretes ad altiora conſcendere, qui aſſerunt figuram futurorum eſſe præſentia: & omnia quæ dicuntur pertinere ad cœleſtem hieruſalem, quæ eſt mater omnium noſtrum & eccleſiam primitiuorum: non quidem difficile erit dicere quæ dicta ſunt ab aliis: ſed ueremur ne huiuſmodi expoſitionem prudēs lector nequaq; recipiat. Vnde ad præſens tempus & ad eccleſiam quæ nunc laborat in mundo & ad cœleſtia ire feſtinat referenda ſunt omnia: ut de uniuerſo mūdo eligant alij in poſſeſſionē dei qui ſanctū poſſideāt: alij qui ad maiora ꝓfecerint teneant ſancta ſanctorum. In miniſtris quoq; ordo diuerſus eſt ſacerdotū & leuitarū: quorū alij orationibus ſuis atq; uirtutibus quotidie ſacrificia offerunt deo: alij in ſecundo & minori gradu ſunt ut eis miniſtrēt: & per eos qui ad uirtutum culmina conſcenderunt: & ad extremum ſit dux ſiue princeps, qui tantum poſſit: ut contra unam tribum poſſeſſionem accipiat: uniuſq; meritum compenſet merita plurimorum: & primum dum uerſatur in ſæculo, de mari uſq; ad mare latitudinem poſſideat: deinde ab occidente ſiue a mari uſq; ad orientem: ut præſentia derelinB quēs ad futura feſtinet, & habeat certam poſſeſſionem ſuā: & nequaq; principes aliena deſyderent: & unaquæq; tribus ſuam partem teneat: Q d' proprie ad epiſcopos & preſbyteros referri poteſt: quibus dicitur: ut non uaſtent atq; depopulentur ultra populum dei, nec terrā iſrael hæreditate poſſideant: ſed unuſquiſq; habeat poſſeſſionem ſuam quæ gradui illius conſtituta eſt. Vigintiquinq; autem milia referuntur ad ſenſus: quæ quater poſita ſunt. Porro decem milia ad perfectam ſcientiam: ut in altero ſimplex tantum teneatur hiſtoria: in altero etiam de theologia & ſupernis uirtutibus diſputetur: quia decēnarius perfectus eſt numerus. Illud quoq; conſyderandum, qd' ſacerdotes qui in maiori gradu ſunt conſtituti, uigintiquinq; milia poſſideant in longitudine: & decem milia in latitudine. Leuitæ autē, id eſt inferior gradus, eūdem quidem numerum habeat in longitudine, hoc eſt, uiginquinq; milia: ſed latitudo ipſorum quinario numero finiatur. Vnde & uiginti tantum tenent gaçophylacia: in quo numero offeruntur munera Eſau. Princeps uero qui uere princeps in populo eſt: & meretur ducis nomen accipe, hinc inde accipit poſſeſſionē ſanctuarij: ex omnibus uidelicet qui ei uoluntate ſubiecti ſunt: & urbis habitator eſt: multorūq; ſalutem, ſuam mercedem facit. In priori templo qd' dicitur ſanctuarium, quingenti per ſingula latera calami deſcribuntur: & rurſum quinquaginta cubiti: quibus omnis ſacerdotum poſſeſſio ſeparatur. In ſecundo autem ſanctuario ubi ſunt ſancta ſanctorum, latitudo templi & ſpaciū nō deſcribitur, ſed incertus numerus eſt. Q d' quidē & in poſſeſſione principis inuenimus: qui abſq; ullo numero habet poſſeſſionem in populo iſrael: dum profectus uniuerſorum redundat ad principem: & diſcipulorum ſalus, præmium magiſtrorum eſt. a ¶ Hec dicit dominus deus: Sufficiat uobis principes iſrael: iniquitatem & rapinas intermittite: & iudicium & iuſticiam facite &c. Pro rapinis Lxx. miſeriam tranſtulerunt: pro confinijs, oppreſſionē. Eſt autem ſenſus. Quia acceptiſtis partem ueſtram o principes ſcriptura dicente: Principi quoq; hinc inde in ſepationē ſanctuarij poſſeſſionē ciuitatis ſubaudit dabitis: & tanta eſt ueſtra potētia: ut unius tribus partē acceperit ueſtra poſſeſſio: idcirco præcipio atq; cōmoneo: ut ſufficiat hucuſq; iniqtatē feciſſe & rapinas, dum aliena inuaditis atq; diripitis: Et quia ſcriptum eſt: Dimitte malum & fac bonum: ecō trario, iudicium facite atq; iuſticiam, iudicantes pupillo & iuſtificā/tes uiduā: ſeparate ueſtra confinia a populo meo: ne uidelicet terminos tranſferatis: Et quia ipſa uicinia ledit humiliorē, qui ſupercilium maioris & potentioris nō poteſt ſuſtinere. Hoc interim dictum ſit ad illius temporis populum. Cæterum & noſtris principibus præceptum poterit coaptari: qui in morem pharaonis & ægyptiorum opprimunt filios iſrael per potētiam: nec meminerunt ſcriptum: Ducem te conſtituerunt, ne eleueris: ſed eſto inter eos quaſi unus ex ipſis. Et illud qd' in euangelio καὶ λοῦκαμ dominus loquitur: Si autem dixerit ſeruus ille in corde ſuo, moratur dominus meus uenire: & cœperit percutere ſeruos & ancillas: cōmedere & bibere & inebriari: ueniet dominus ſerui illius in die qua non putat, & hora qua neſcit: & diuidet eum & partem eius ponet cum infidelibus. Diſcipulos quoq; ſuos in euangelio ſcdm Matthæum his præceptis erudit. Scitis quoniam principes gentium dominantur eorum: & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos? Non ſic erit inter uos: ſed qui uoluerit in uobis magnus eſſe, fiat miniſter: & qui uoluerit eſſe primus, ſit omniū ſeruus: ſicut filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare: & dare animam ſuam redemptionē pro pluribus. Multa ſunt ſi uoluero de ſacris ſcripturis reuoluere: ubi maiorum ſuperbia coercetur, & ad humilitatē omnes domini prouocātur dicentis: Diſcite a me: quia mitis ſum & humilis corde.

C

ps. 43. c

Eſa. 1. e

Eccl. 32. a

Luc. 12. f

Matth. 20. d

D

Matth. 11. d

¶ Cōmentarij tertijdecimi in Ezechielem ꝓphetā finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVMDECIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD EVSTOCHIVM PROEMIVM

E QVod in principio templi Eçechielis debui dicere:nunc præpostero ordine in fine dicturus sum:illi⁹ uersiculi memor: Hic labor, illa domus & inextricabilis error. De q̃ & in alio loco idem poeta decantat. Vt quondã Creta fertur labyrinthus in alta Parietib⁹ textũ cæcis iter,ancipitẽq; Mille uijs habuisse dolũ: qua signa sequẽdi Falleret indeprẽsus & irremiabilis error. Ita & ego istarũ scripturarũ ingressus oceanũ & mysteriorũ dei,ut sic loquar labyrinthũ: de quo scriptũ est:Posuit tenebras latibulũ suũ:& nubes in circuitu eius:perfectã quidẽ scientiã ueritatis mihi uendicare nõ audeo,sed nosse cupientibus aliqua doctrinæ indicia præbuisse,nõ meis uiribus,sed christi misericordia:qui errãtibus nobis ipse dolos tecti ambagesq; resoluit:cæca regens spũsancto uestigia:quẽ sequẽtes,ad portũ explanationũ ꝓphetæ Eçechielis puenire poterimus:in quẽ extremus,id est quartusdecimus liber est. Quẽ si orãte te uirgo christi Eustochiũ ad finẽ usq; ꝓduxero: & dñs uitæ hui⁹ cõcesserit spaciũ:trãsibo ad Hieremiam qui unus nobis remanet prophetarũ:cui⁹ interpretatio,mei quidẽ laboris & tuarum orationum,sed proprie christi erit clæmentiæ. G

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EZECHIELEM PROPHETAM LIBER QVARTVSDECIMVS

Stathera iusta,ɼ ephi iustum,ɼ batus iustus erit vobis ɼc. Hic locus iuxta Lxx. non cohæret & penitus intelligi nõ põt: dũ nõ solũ numeros mensurarũ: sed etiã noia cõmutarũt. Pro ephi em̃ interpretati sunt mẽsurã,generale nomẽ ꝓ speciali:& ꝓ bato chœnica: ꝓ homer q̃q hebraico q grecæ dicit̃ κόρος transtulerunt gomor: rursumq; ꝓ bato chœnica. Dicam⁹ ergo iuxta hebraicũ & literã: & quid nobis uideat̃ in singulis aptius explicem⁹. Stathera quæ hebraice dicit̃ מֹאזְנַי: in his intelligit̃ quæ appendunt̃. Epha autẽ quæ in græco sermone corrupte dicit̃ ὖφι:ad mẽsuram ptinet uariarũ frugũ. Verbi grã:tritici, hordei, leguminũ. Porro batus qui hebraice appellat̃ bath,בַּת:eadẽ mẽsura est quæ & ephi:& in specieb⁹ tantũ liqdis,uini & olei,& istiusmodi. Corus triginta habet modios:& in utraq; mẽsura,hoc est,tam aridarum q̃ liquentiũ tenet principiũ. Decima pars cori in his quæ modio mensuranẽ,appellat̃ epha:id est, tres modij, & decima pars cori in speciebus liquidis,uocat̃ batus siue uadus:ut eiusdẽ mẽsuræ sit epha & batus. Porro siclus qui græce dicit̃ σατὴρ,uiginti habet obolos. Mina uero quæ appellat̃ mna: habet siclos sexaginta:qui faciũt obolos mille ducẽtos. Quæ autẽ dicit̃,uiginti sicli & uigintiquinq; sicli,& quindecim sicli minã faciũt:lectorẽ turbare nõ debet. Idcirco em̃ difficultas in numeris ponit̃:ut intentũ animũ faciat auditoris. Vñ & multa dicunẽ in parabolis & ænigmatib⁹:ut qui habet aures audiẽdi audiat. Omnisq; ꝓphetia in obscuritate cõtinet ueritatẽ: ut discipuli intrinsecus audiãt: uulgus ignobile & foris positũ,nesciat qd dicat̃. Præcipit ergo scriptura diuia ut iusta sint põdera dicẽs:Nõ erit in marsupio tuo mensura grãdis & minor:stathera uera & iusta erit uobis:& mensura uera & iusta erit uobis. Et in Prouerbijs dicit̃: Stathera grãdis & minor,abomĩabile est utrũq; in cõspectu dei. Quæ q̃ dẽ nõ solũ in cõmertijs & in usu q̃tidianæ uitæ nobis est obseruandũ,sed in oĩb⁹ custodiẽda iusticia: dicẽte scriptura: Sermonib⁹ tuis facies statherã & appẽdiculũ:ut & in uerbis & in ope & cogitationibus, oĩa põdere & ratiõe faciamus. Obolũ aũt, hoc ẽ uicesimã ptẽ sicli siue statheris esse minimã portiũculã in alio loco legim⁹:Eius q fidelis est,tot⁹ mũd⁹ diuitiarũ:illi⁹ aũt q infidelis est,neq; obolus. Quasi alijs uerbis dixerit:Infidelis nihil in mundo possidet: sed etiã minima ĩdiget portiõe. De q̃ alijs uerbis in euãgelio dicit̃: Non egredieris inde:nisi reddat nouissimũ q̃drantẽ,hoc est etiã extremũ nũmũ & minutũ. Legimus decẽ mnas singulis seruis ad negociandũ traditas: & in alia ꝓbola ĩter seruos talenta diuisa:& debitorẽ q̃gẽtoq; denariorũ & q̃nquaginta:& operarios uineæ qui singulos accipiunt denarios:& mulierem uiduã quæ drachmã perdiderat & uix eam lucernæ accẽsione repperit. Quæ omnia quẽ sensum habeãt, nõ est hui⁹ tpis disserere. b Et hẽ sunt ꝓmitiẽ q̃s tolletis: sextã partẽ ephi ɼc. Et hic mutatis noĩb⁹ mẽsurarũ in Lxx. æditiõe cõfusa sũt oĩa:ut qd dicat̃ nõ possit intelligi. Quia em̃ supra ꝓ ephi mensurã: & pro bato chœnica dixerant:& ꝓ coro gomor: ꝓ siclo appẽdiculũ:& hic ꝓ ephi posuere mẽsurã: ꝓ coro nũc gomor nũc ipsum corũ: & in mẽsura olei ꝓ bato κοτύλην.i.cyathũ. Dicam⁹ igit̃ primũ iuxta lr̃am: δεκάδα,hoc est decimã ptẽ omniũ frugũ, leuiticæ tribui populus ex lege debebat. Rursũ ex ipsis decimis,leuite,hoc est inferior ministrorũ grad⁹, decimas dabat sacerdotib⁹: & hæc est quæ appellat̃ δευτερο δεκάδα. Erant q̃q & aliæ decimæ: quas unusquisq; de populo israel in suis horreis sepabat:ut comederet eas cũ iret ad templũ in urbe hierusalẽ & in uestibulo tẽpli:& sacerdotes ac leuitas inuitarẽt ad cõuiuia. Erãt autem &

a

Stathera iusta & ephi iustũ & batus iustus erit uobis. Ephi & bat⁹ eq̃lis, & uni⁹ mẽsuræ erũt:ut capiat decimã ptẽ cori bat⁹ & decimã ptẽ cori ephi:iuxta mẽsurã cori erit æq̃ libratio eorũ. Siclus autẽ uiginti obolos habet. Porro uigiti sicli & uigintiq; sicli, & quindecim sicli, minã faciunt. Et hæ sũt primitiæ quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumenti: & sextam partem ephi

Stathera iusta & mẽsura iusta & chœnix iust⁹ erit uobis ad mẽsurã:& chœnix similiter un⁹ erit ad accipiẽdũ. Decima pars gomor chœnix,& decima pars gomor ephi. Gomor erit æquum ad pondus uiginti oboli. Viginti sicli: quinq; & uiginti sicli,& quindecim sicli, mina erit uobis. Et hæ sunt primitiæ quas separabitis. Sextam partem mensuræ de gomor tritici: & sextam partem ephi

Prouer.11.c

Eccl.18.d

H

In ꝓlogo Galeato.

Matth.5.d

Luc.19.b

Matth.25.b

Luc.7.f

Matth.20.a

Luc.15.b

Luc.8.a

Leui.19.g

A autem & aliæ decimæ, quas pauperibus recondebant: quæ græco ſermone appellant̃ πωχοδόχαδαι. At ꝯo primitiua quæ de frugibus offerebant: non erant ſpeciali numero definita, ſed offerentiũ arbitrio derelicta: Traditionēq; accepimus hebræorũ nō lege præceptam, ſed magiſtrorũ arbitrio inolitã: qui plurimũ, quadrageſimam partē dabat ſacerdotib⁹: qui minimũ, ſexageſimã: inter quadrageſimã & ſexageſimã licebat offerri qđcunq; uoluiſſent. Q. Igitur in pentateucho dubium derelictum eſt: hic ſpecialiter definitur, propter ſacerdotum auariciam, ne amplius a populo exigant in primitijs deferendis, id eſt, ut ſexageſimam partē offerãt eorum quæ gignuntur e terra. Si em̃ corus qui hebraice appellat̃ חמר: & a Lxx. dicitur gomor, trigintа habet modios: tam in aridis ſpeciebus, q̃ in liquētibus: Epha quoq; & batus, iuxta quod ſupra diximus, decima pars eſt cori: præcipitur q̃ ut ſexta pars tam ephi, q̃ bati detur ſacerdotibus in primitijs offerendis, quæ de tribus modijs dimidium facit modium: perſpicue ſupputatur, ſexageſimã partem primitiarũ ſacerdotes accipere debere. Hæc interim iuxta literam, & iuxta hebraicam ueritatem, & ſenſiſſe, & audiſſe ſufficiat. Nunc reuertamur ad in

B telligentiam ſpiritualem: in qua primũ quærendũ, quomõ

prouer.3.b dicatur: Honora dominũ de tuis iuſtis laborib⁹: & da ei de fructibus iuſticiæ tuæ: ut impleant̃ cellaria tua frumẽto: & uino torcularia tua redundẽt: ut poſtq̃ obtuleris primitias laborũ tuorũ atq; uirtutum, & dixeris: Ecce nunc ego attuli tibi primitias frugum terræ, quas dediſti mihi dñe, merea-

Deu.28.a ris audire: Benedictus tu in ciuitate, & bñdictus tu in agro: benedicti filij uteri tui, & genimina terræ tuæ, & fructus iu-

Eph.1.a mentorũ tuorũ, & cætera: & poſſideas (iuxta Apoſtolum) omnẽ benedictionẽ ſpiritualium in cœleſtibus in Chriſto: dum quicquid habes, non tuæ putas eſſe uirtutis, ſed eius miſericordiæ, qui fruges dedit. Et ſi quidem tantam habuerimus ſcientiam ſcripturarũ, ut myſtica quæq; pandamus: & doceamus homines, id eſt rationale animal: damus primitias frumẽti noſtri. Si autẽ poſt Anagogen, puram tantũ ſequamur hiſtoriã, quæ ſimplices nutrire poteſt: iuxta illud

pſ.35.b quod ſcriptũ eſt: Homines & iumẽta ſaluos facies domine: damus primitias hordei noſtri: qđ hordeum ſeuit Iſaac, ſed in terra alienigenarũ: & ortum eſt ei centuplũ. Q. ui hordei

pſ.22. dat primitias, poteſt dicere: Dñs paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit: ſup aquas refectionis educauit me. Q. ui autem rationalia paſcit animantia: uertit

Ibi.22.b ſententiam, & dicit: Præparaſti in cõſpectu meo mẽſam aduerſus eos qui tribulant me. Et poſtq̃ olei & uini obtulerit

Ibidem primitias, iungit & loquit̃: Impinguaſti in oleo caput meũ: & calix tuus inebrians q̃ præclarus eſt: illo oleo qđ abſq; fece mundiſſimũ, ad lucernam domini præparat̃. Q. đ qui

pſ.51.b præparauerit, exhilarat̃ facies eius in oleo, oleo exultationis quo unctus eſt Chriſtus præ participibus ſuis: & effectus oliua, cum ꝓpheta cantabit: Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo dei: Et illo uino qđ de uera uite redundat in torcu-

Ioã.15.a laribus ſaluatoris: dicente domino: Ego ſum uitis: uos autẽ propagines: pater meus agricola. De his torcularibus tres pſalmos legimus: octauum, & octogeſimũ, & octogeſimũ tertium: qui omnes ad eccleſiæ ſacramẽta referuntur. Et in ueteri quidẽ lege, abſq; menſura erant & numero primitiæ:

Ioã.3.d non em̃ ad menſurã deus ſpiritũ dabat. In ſecunda autem

SEP. ephi de coro hordei: & præceptũ olei cotylem, id eſt, cyathum, olei decem cotyles: quia decem cotyles ſunt gomor.

HEB. ephi de coro hordei. Méſura quoq; olei: batus olei, decima pars cori ẽ: & decẽ bati corũ faciũt: quia decẽ bati implẽt corũ.

a Et ariẽtem unum de grege ducẽtorũ de his quæ nutrit iſrael in ſacrificium, & in holocauſtum, & in pacifica, ad expiandum pro eis ait dñs deus: Omnis populus terræ tenebit̃ primitijs his principi in iſrael. Et ſuper principe erunt holocauſta, & ſacrificiũ, & libamina, in ſolennitatibus, & in kalendis, & in ſabbatis, & in uniuerſis ſolennitatibus dom⁹ iſrael. Ipſe faciet ꝓ peccato ſacrificiũ, & holocauſtum & pacifica, ad expiandũ ꝓ domo iſrael.

Hæc dicit dñs

ædificatione templi, qđ Eçechielis prophetia continet, certa menſura eſt. i. ſexagenarius numerus, quo mundus expleꝫ: & dicitur nobis: In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. a Et ariẽtem unum de grege ducentorum de his quę nutrit iſrael ꝛc. Supra dixit quota pars eorum quæ appenduntur, menſuræ quoq; tam aridarũ ſpecierum, q̃ liquentium debeat offerri principi: nunc eundem primitiarum in animantibus ordinẽ tenet: ut unum de grege ducentorum arietum iubeat offerri, q̃s nutrit iſrael in ſacrificium, & in holocauſtum, & in pacifica, ad expiandũ ꝓ populo iſrl̃ ait dñs deus. Quod nos interpretati ſumus, de his quæ nutrit iſrl̃: in hebraico ſcriptũ eſt מבושׁעה: quod Aquila & Symmachus interpretant̃, ἀπὸ τῶν ὑδάτων: Lxx. & Theodotio, ἀπὸ τῶν ποτηρίων: quorum alterum de irriguis, alterum de canalibus ſiue piſcinis ſonat: ut uidelicet primitiæ principis, non alibi niſi in irriguis nutriantur. Et quomodo in ſuperioribus legimus ſexageſimã partem debere offerri principi de his quæ appenduntur, & quæ menſuræ ſubiacẽt: ſic nunc ducenteſima pars animantium iubetur offerri: & huiuſcemodi legis præceptis, omnẽ populum eſſe ſubiectum: ut offerat duci ſiue principi: quod uidelicet per illum holocauſta, & ſacrificia, & libamina, in ſingulis ſolennitatibus offerantur pro populo: & expietur domus dei. Ex quo animaduertendum, q̃ quomodo populus debitor eſt primitiarum offerendarum principi: ſic princeps debitor eſt populi offerre pro eo uictimas: quem iuxta Tropologiam non alium intelligere poſſumus, niſi dominum ſaluatorem. Iſte de ducẽtis animantibus ſuſcipit arietem: ſiue ut ſignificantius hebraicus ſermo demonſtrat, βόσκημα, quod ad cuncta animantia, & nõ proprie ad arietem referri poteſt: & ſuſcipit animal uel arietem, qui nutritus eſt in locis irriguis, ſanctarum uidelicet ſcripturarum: & poteſt dicere: Dominus paſcit me & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit: ſuper aquas refectionis educauit me. Hæc erant irrigua, immo hi canales: ad quos & Iacob ducebat pecora ſua: ut in ipſis biberent atq; concipe-

pſ.22.

Geñ.30.f rent: & iuxta uirgarũ colorem, fœtus æderent domino. Pro ſacrificio, hoc eſt, θυσία, Aquila & Symmachus donum interpretantur: quod in hebraico dicitur מנחה: & ꝓprie nõ pertinet ad hoſtiam, ſed ad ea quæ ex ſimila, & polenta, & oleo offeruntur in ſacrificio. Holocauſtum ꝯo eſt, qđ totum offertur deo: & ſacro igne conſumitur. Pacifica, quando reꝯciliamur deo: & pro nobis Apoſtolus loquit̃: Precamur

2.Co.5.d pro chriſto, recõciliamini deo. Et in alio loco: Deus erat in

Ibidem Chriſto: mundũ recõcilians ſibi. Iſte autẽ princeps cui primitiæ de animantibus offeruntur: ipſe eſt & rex: ut in crucis quoq; titulo demonſtrat̃: hebraicis, & græcis literis, ac latinis. Nitentibuſq; iudæis, ut deponer̃ titulus triumphalis, gentium in Pilato turba reſpondit: Qđ ſcripſi, ſcripſi. Sub

Ioã.19.d principe (inquit) erunt. Pulchre ſacerdotalis dignitas commonet̃, cui ſubiecta ſit officio: ut ſciat ſe ſacrificiũ & libamina quæ offerunt̃ ex uino, pro ꝓpło offerre debere in cunctis ſolennitatibus: tam uidelicet in kalendis. i. neomenijs, q̃ in ſabbatis: qñ tenebris cuncta operiẽtib⁹, lunaris exordiũ luminis eſt, & in requie ſabbatorũ: ut faciat uidelicet ꝓ pcto ad expiandũ ꝓ domo iſrl̃, quæ eſt eccl̃ia dei uiuẽtis: columna & firmamentũ ueritatis. Iſta eſt em̃ domus dei uiuẽtis & domus iſrael, quæ expiatione ſuorum indiget peccatorum.

E a Hæc dicit dominus deus: In primo mẽse / una mensis / sumes vitulum de armento immaculatum / et expiabis sanctuarium ⁊c. Totum capitulum posui, ne diuisum per singula legentis animum conturbaret. Et primum de interpretationis uarietate dicendum est. Vbi nos interpretati sumus, in quatuor angulis crepidinis altaris: Lxx. transtulerunt, & super quatuor angulos templi, & super altare. Et ubi nos diximus, pro unoquoq; qui ignorauit & errore deceptus est: illi posuerunt, pro ignorante & ꝑ paruulo. In eo quoq; ubi nos diximꝰ, & sacrificium ephi per uitulũ, & ephi per arietẽ faciet, & olei hin per singula ephi: illorum æditio tenet: & sacrificium & coctionem uitulo, & coctionem arieti dabis: & olei hin coctionis. In extremo quoq; uersiculo ubi nos diximus, in sacrificio & in oleo: illi dixerunt, sicut in manaa, sicut in oleo. In primo (inquit) mense & prima die mensis: haud dubiũ, quin nisan significet: sumes uitulum de armento: nõ qui domi nutritus sit, sed qui in armento, hoc est, de grege & numero plurimorum: In septima quoq; eiusdem mensis die: quæ duæ solennitates, hoc est, primi mensis prima dies: & eiusdẽ septima, in lege Mosaica nõ habentur. Quartumdecimũ autẽ diem
Exo. 12.c mensis, quo pascha celebraꝛ: & Moyses præcepit obseruandum, qñ septẽ diebus açyma comedimꝰ. Quartã ỹo solennitatẽ de qua dicit: septimo mense, quintadecima die mẽsis in solennitate, & cætera: uidetur mihi significare scenophegiam: quam hic sine nomine posuit. Curramus ergo ad singula: & quid nobis uideaꝛ, breuiter disseramus. Esse solen-
Col. 2.c nitates spirituales, & Apostolus docet: Ne ergo quis uos iudicet in cibo & potu, aut in parte solẽnitatis, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quæ sunt umbra futurorũ. Et sic per Esaiam
Esa. 1.d loquiꝛ deus: Neomenias uestras, & sabbata uestra, & diem magnũ nõ susc ipio: ieiuniũ, & ferias, & neomenias, & solennitates uestras odit anima mea. Manifestũ est, ꝙ qui solennitates oderit iudæorũ, suas diligat: sabbatum uidelicet qꝺ relictum est populo dei: ut uideamꝰ quæ a deo donata sunt nobis: & loquamur, nõ indoctis humanæ sapiẽtiæ uerbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibꝰ spiritualia cõparantes. In præsenti eñ sæculo qꝺ in maligno positũ est, dies bonos uidere nõ possumus, sed in nouo: de quibus diebus in car-
Deu. 32.a mine Mosaico spiritussanctus canit: Memẽto dierũ antiquitatis: intellige annos generationis generationũ. De quibus
ps. 76.b & sanctus loquebaꝛ in psalmo: Nocte in corde meo meditabar. Et iterũ: Et annos æternos in mente habui: & meditatꝰ sum. Qui istum nõ suscipit intellectũ: respõdeat quõ illud
Ibi. possit exponere qꝺ Esaias de futuro, & nouo sæculo uaticinatur: Esa. 66.g Erit mẽsis ex mense, & sabbatũ ex sabbato: & ueniet omnis caro adorare dominũ: qñ ueri adoratores nequaq; Ioh. 4.c adorabunt in monte gariçim, nec in hierusalẽ, sed in spiritu
Esa. 65.c & ueritate: qñ erit cœlum nouũ, & terra noua: & liberabiꝛ
Rom. 8.d omnis creatura a seruitute corruptionis, in libertatẽ filiorũ dei: & sol septies tantũ lumen accipiet: & luna soli comparabitur: Accessimꝰ eñ ad montẽ sion, qui interpretaꝛ, specula: & ad ciuitatẽ dei uiuentis hierusalem cœlestem: & ad milia angelorũ solennitates. De qua solennitate loquitur & alius

ꝓpheta: Quid facietis in diebus cõgregationis, & in diebꝰ solẽnitatis dñi? Hoc est illud qꝺ & alibi diciꝛ: Celebra Iuda festiuitates tuas: redde uota tua. Si ergo didicimus solenni- Osee. 9.a
tates spirituales, cõsequẽter docebimur & uictimas spirituales. Assumiꝛ uitulus de armento, siue taurus, ut interpreta- Naũ. 1.d
G tus est Symmachus, liber & nullo pressus iugo, hoc est, onere peccatorum: & immaculatus, qui peccatum nõ fecit: nec dolus inuentus est in ore eius: uitulus nouellus, cornua ef ferẽs & ungulas: ut in ipso mundeꝛ & expietur sanctuariũ. Et tollet (inquit) sacerdos de sanguine eius qꝺ erit ꝓ peccato omniũ: qui aliꝭ uerbis agnus appellaꝛ in Exodo & in euangelio, baptista Ioanne diceꝛ: Ecce agnꝰ dei, qui tollit peccata Ioh. 1.d
mundi. Sanguis autẽ ipse est preciosus, in q̃ redimimur in passione dñi saluatoris: cuiꝰ carnibꝰ alimur, & cruore potamur: quo tanguneꝛ quatuor anguli crepidinis altaris: qꝺ Theodotio ipsum uerbum hebraicũ posuit, עזרה: siue ἐσχάρου, id est
H tẽpli, ut Lxx. transtulerunt: ut sanctificeꝛ domus & altare. Vniuersa eñ mũdi elementa hoc sanguine sanctificaneꝛ: ut cũ quis expiatus fuerit atq; mundatus, ingrediaꝛ portã atriꝭ interioris: & possit dñi arcana cognoscere: & cõsequẽter uenire ad septimam diem mensis primi, & cõsequi requiẽ: & dño offerre sacrificiũ tam ꝓ ignorãtia: de qua Dauid loquiꝛ: Delicta iuuẽtutis meæ, ps. 24.b
& ignorantiæ meæ ne memineris: ꝙ pro paruulo: qui cũ ad perfecti uiri mensuram peruenerit, destruet ea quæ paruuli sunt: & loquiꝛ cõfidẽter: Dum essem paruulus, quasi paruu- 1. Cor. 13.c
lus loquebar, quasi paruulus sapiebã: Siue ꝓ eo qui errore deceptus est: & nõ tam uolũtate, ꝙ boni opinione peccauit. Completis autẽ duabus solennitatibꝰ primi mẽsis, hoc est, primæ diei & septimæ eius, uenit ad quartumdecimũ diem mensis in q̃ paschæ solennitas est: de qua scriptũ est: Etenim 1. Co. 5.b
pascha nostrũ immolatus est Christus. Tunc comedimus septẽ diebꝰ açyma in requie & securitate rerũ omniũ, qñ fermentũ maliciæ & nequitiæ destruẽtes, manducamꝰ açyma synceritatis & ueritatis: principe nostro cuncta hæc ꝓ nobis offerẽte: & primũ ꝓ seipso. Suscepit eñ corpus humanũ: & per peccatũ destruxit peccatum: qui ꝓ nobis dolet & portat infirmitates nostras: deinde pro domo sua, qꝺ in Lxx. scriptum est: sed in hebraico nõ habeꝛ. i. ꝓ ecclesia, & ꝓ omni populo terræ: uniuerso uidelicet humano genere. Saluator est eñ omniũ hoĩm & maxime fideliũ: & ipse est ꝓpiciatio pro peccatis nostris: & nõ solum ꝓ nostris, sed ꝓ omni mũdo. Oblato autẽ uitulo ꝓ uniuerso populo terræ, in septẽ diebꝰ reliquis dominicæ passionis, septẽ uituli & septẽ arietes immaculati offeruntur q̃tidie, ut holocausto & igne dñico consumeneꝛ. Septẽ autẽ uituli & septẽ arietes sunt, qui configurantur dominicæ passioni: ut imiteneꝛ uerũ uitulũ, & uerum arietẽ: & sanguine martyrũ per septẽ dies totius mundi peccata purgentur. Hircus quoq; caprarũ offertur pro peccato q̃tidie, septẽ uidelicet diebꝰ. Attẽdendũq; diligẽtius, ꝙ in sacrificio ephi per uitulũ, & ephi per arietẽ, & olei hin offeruneꝛ quæ lege præcepta sunt. In oblatione aũt hirci, nec ephi, nec (ut Lxx. transtulerũt) coctio ponitur: qui pro ephi, πέμμα, hoc est, coctionem interpretati sunt. Hin ỹo quæ olei certa

Hæc dicit dominus deus: In primo mense, una mensis sumes uitulum de armento immaculatum, & expiabis sanctuarium. Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato, & ponet in postibus domus: & in quatuor angulis crepidinis altaris: & in postibus portæ atriꝭ interioris. Et sic facies in septima mẽsis pro unoquoq; qui ignorauerit & errore deceptus est, & expiabitis ꝓ domo. In primo mense, quartadecima die mensis, erit uobis paschæ solennitas: septem diebus açyma comedent. Et faciet princeps in die illa pro se, & pro uniuerso populo terræ uitulum pro peccato. Et in septem diebus solennitate faciet holocaustum domino: septem uitulos, & septem arietes immaculatos quotidie septẽ diebus: & pro peccato hircum caprarum quotidie. Et sacrificium ephi per uitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi. Septimo mense, quintadecima die mensis in solennitate: faciet sicut supra dicta sunt per septem dies: tam pro peccato, q̃ pro holocausto & in sacrificio, & in oleo.

Hæc dicit dominus

F

mensura

A mensura est, de qua ante iam diximus, assumit in sacrificio uituli & arietis: ut fomentum luminis sempiterni & requiē laboris & lassitudinis sanitatem, post placationem peccatorum accipere possimus. In septimo quoq; mense, quintadecima mensis die, hoc est, scenophegiarum, id est, oblationis & sacrificiorum ordo seruandus est, tam p peccato q̄ pro holocausto, & in sacrificio & in oleo: ut festiuitatem domini fugatis tenebris, & orto lumine olei cōsequamur: clarioresq; habeamus solennitates in quib⁹ nobis omnia peccata donantur.

Ca. XLVI

HEc dic̄ dominus de⁹. &c. et sacrificiuz ephi p arietē &c. Vbi nos interpretati sumus ephi, quæ est decima pars cori: Lxx. transtulerūt πέμμα, qđ in nostra lingua coctionē sonat. Et ubi nos diximus, sacrificium: illi ipsum hebraicum posuere uerbum מִנְחָה: qđ Aquila, donū uel sacrificiū: Theodotio, sacrificiū transtulit. Et interim priusq; quid ista significent, disseramus: ipsa scripturæ παραφρασι χῶς uerba pandenda sunt. Porta (inquit) atrij interioris sex dieb⁹, de quib⁹ scriptū est: Sex dieb⁹ operaberis, & facies omnia opa tua, erit clausa: nec quælibet porta, sed quæ respicit ad orientē, unde oritur sol iusticiæ. Porro die sabbati. i. septimo, in q̄ requies est: aperietur per singulas hebdomadas: & rursum completis diebus triginta, quando alterius mensis finis, & alterius exordium est, id est neomenia, die uidelicet kalendarū aperietur: ut quod priuilegium habet septimus dies in hebdomada, hoc habeat priuilegiū mensis exordiū. Cur autē aperiatur die septimo & die kalendarum porta interioris atrij quæ respicit ad orientem, sequens sermo monstrabit. Et intrabit (inquit) princeps, per uiam portæ deforis atrij uidelicet exterioris: & stabit in limine portæ interioris atrij, quæ respicit ad orientē: nec ingredietur atrium interius: sed illo stante, alij sacerdotes facient pro ipso holocaustum: quam oblationem interpretatus est Symmachus: & pacifica, siue quæ ad salutem pertinent: ut postq̄ hostia principis, sacro igne fuerit concremata, & dux reconciliatus deo: tunc adorare possit super limen portæ interioris atrij in quo steterit, & egrediatur. Quid igitur? Post egressionem principis statim porta claudetur? Nequaq̄, sed aperta erit usq; ad uesperam: ut post principem, omnis populus terræ adoret cōtra ostium portæ illius: adoret autem in sabbatis & in kalendis quando aperitur porta. Et quia supra dixerat: Facient sacerdotes holocaustum eius & pacifica eius: nec significauerat holocaustorum numerum, nunc infert: Holocaustum autē hoc offeret princeps domino in die sabbati. Offeret autem non per se, sed per sacerdotes: de quibus scriptum est: Et facient sacerdotes holocaustū eius & pacifica eius: sex (inquit) agnos immaculatos, & arietem immaculatū: ita ut sacrificium arietis mēsura ephi sit, quæ hebraice appellat אֵיפָה. Sex autem agnis sit sacrificiū quod offerre potuerit manus eius qui offert: & per singula ephi, erit olei mensura quæ appellatur hin. Kalendarum autem, hoc est, neomeniarum dies, hoc habebit priuilegium amplius a die sabbati: ut uitulus immoletur de armēto, siue taurus immaculatus. Cætera autē, hoc est, sex agni immaculati & aries immaculatus & sacrificia eorū, ritum sabbati possidebūt: ita dumtaxat ut sicut in ariete ephi offertur sacrificij, id est, similæ & hin olei: ita offeratur & in uitulo. Hæc perspicuitatis causa sint posita: nunc spiritualē sensum domino donante referemus. Sex diebus quibus operamur in mundo, porta orientalis atrij interioris clausa nobis est: Postq̄ autē uenerim⁹ ad diem septimū, id est ad diem sabbati, in q̄ æterna requies est: siue ad diem kalendarum, qñ post cæcā noctem, & horribiles tenebras, lucis exordiū ē, aperiē nobis porta orientalis: & si quis nostrū p merita uirtutū, ducis nomen & dignitatē fuerit consecutus: p uiam uestibuli portæ deforis, hoc est, per mundi hui⁹ labores, & portā ecclesiæ, quæ adhuc in terrenis finibus posita est, ingrediē: nō interius atrium: hoc em̄ in præsenti loco scribiē, sed ad limen portæ interioris: & stabit in ea. Sin autem princeps in præsenti scriptura nō ingrediē atriū interi⁹, sed stat in limine eius: nulli dubiū est nunc ex parte nos uidere, & ex parte cognoscere: & necdum reuelata facie gloriā domini cōtemplari. Denicq̄ stante principe in limine portæ atrij interioris: cæteri sacerdotes, quibus hoc officiū delegatum est, q̄s possumus intelligere uirtutes angelicas, faciēt p ipso holocaustum & pacifica. Indigemus em̄ misericordia dei: & omnis creatura ad cōparationē creatoris immunda est, & diuino igne purganda: quo & Esaiæ pphetæ purgata sunt labia: ut postq̄ per sacrificiū pacem receperit, tunc in limine cōstitutus, adoret omnipotentiā dei: & se atrij interioris ingressu fateat indignū: & statim ingrediat. Postq̄ autē qui primus est, fuerit egressus: non claudet uscq; ad uesperā huius sæculi ipsa porta interioris atrij, sed aperta erit: ut populus quoq; terræ sit ad ostium, & adoret ad eum: nequaq̄ omni tempore, sed qñ requieuerit a peccatis: & fugatis tenebris fidei, & scientiæ lumen acceperit. Hoc autē ipsum holocaustum qđ offert princeps p sacerdotes in die sabbati, sex agnorū immaculatorū numero terminat: pro sex uidelicet dieb⁹ in quib⁹ operamur in mūdo: & arietem immaculatū qui princeps gregis est: ita ut per singulos arietes offerat in sacrificio ephi, id est, decima pars cori. In agnorū autē sex sacrificio, certa mēsura nō ponitur: sed quantūcunq; dederit manus eius qui offert, hoc est, pro operū qualitate atq; mensura. Olei autem hin offeret per singula ephi, hoc est oleum qđ sibi quinq; uirgines præparārūt, ut ungat similam siue cōmisceat: & omnis oblatio dei, plena sit lumine ueritatis: & exhilaret facies offerētis oleum. Die autem kalendarū, hoc est, die tricesimo, qñ primogenita & leuitæ numerant̄ in lege præter omnem israel, de quibus supra diximus: offertur uitulus immaculatus de armento: super q̄ plenius in priori capitulo disseruimus: & agni sex, & arietes immaculati, & cætera quæ offerunt̄ in sabbatis, ut æternā requiem consequamur, & mereamur audire: Euge serue bone, quia in pauci fidelis fuisti, super multa te cōstituam: intra in requiem domini tui: & nō solum ad portā interioris atrij peruenire, sed etiā penetralia eius intrare possim⁹: & illud opere possidere: Plantati in domo dñi: in atriis dei nostri florebunt.

Esa. 6. b

Matth. 25. a

Ibi. b

Ps. 91. a

Cumq; ingreditur

E a Cumq; ingreditur p̄inceps per viam vestibuli portę ingrediatur: et per eandem viam exeat ꝛc. Princeps ille de quo supra dictum est: Et intrabit princeps p̄ uiam uestibuli portæ deforis, per eandem portam ingrediat̄, & per eandē egrediatur: liberi em̄ arbitrij est: & potestatē habet ponendi animam suam, & rursum resumendi eam: tanq; ad nos ueniens, q̄; ad cœlestia conscendens, eadem maiestatis suæ utitur libertate. Denicq; non quærit nundinas nec solennitates, nec differentiam ullam obseruat dierū: quia omne tempus, ei festiuitas est. Populus autē in nundinis tantum & in solennitatibus ingreditur & egreditur: & nō per eandē uiam, sed per alteram atq; alteram. Scriptū est enim: Et cum intrabit pp̄lus terræ in conspectu domini in solennitatibus: qui ingreditur per portam aquilonis ut adoret, egrediat̄ per uiam portæ meridianæ: & qui ingredit̄ per uiam portæ meridianæ, egrediatur per uiam portæ aquilonis: nō reuertetur per uiam portæ p̄ quā ingressus est: sed e regione illius egredietur. Quod non solum his præcipitur qui egrediuntur de sodomis, & dicitur eis: Ne respicias retrorsum: neq; illis qui manum mittunt ad aratrum, ut non respiciant ea quæ post tergū sunt: sed in domo quoq; dñi cōstitutis, iubet̄ ne post terga respiciant: & reuertantur ad egena & infirma elementa: & incipientes spiritu, carne consumentur: sed ut de spiritualibus quoq; ad maiora procedant: & dicant cū Apostolo: Præteritorum obliuiscens, & in priora me extendens: ut nequaq; ex parte cognoscant, & ex parte prophetent, sed ueniant ad perfectum: iuxta eam tamē perfectionem quam potest capere humana natura, ut intelligamus illud euangelicum: Et uos cum omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Vnde & Apostolus in eadem epistola de duabus loquit̄ perfectionibus: quasi imperfectus em̄ scribit: Nō quia iam accepi, aut quasi iam perfectus sim: persequor autem si apprehendam in quo & comprehensus sum a Christo. Statimq; quasi perfectus loquitur: Vnum autem, posteriorum obliuiscens, ad ea quæ in priora sunt me extendens: iuxta propositum persequor ad brauium supernæ uocationis. Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. Quomodo enim potest stare sententia: ut qui dixerat, non quia iam accepi: aut quia iam perfectus sum, audeat dicere: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus? Ex quo perspicuum est omnem hominem, & uniuersam creaturam, cuius ad perfectionem uenerit: tamen indigere misericordia dei: & plenam perfectionem ex gratia, non ex merito possidere. Præcipitur itaq; populo terræ: ut si ingreditur per portam aquilonis ut adoret, egrediatur per uiam portæ meridianæ. Quis est iste populus cui hoc præcipitur? Nempe gentilium: ut qui derelinquēs portam aquilonis, a quo exardescunt mala super terram, ingressus fuerit templum, non egrediatur nisi per uiam portæ meridianæ, ad portam luminis, ad portam caloris, ad portam in qua sponsus cubat in meridie. Denicq; dicitur in eodem Canticocanticorū: Surge aquilo, & ueni auster. Qui uero ingreditur per uiam portæ meridianæ, egrediatur per uiam portæ aquilonis. Quis nā ille est populus? Scilicet iudæorum, qui derelinquens portam uiæ luminis, uadit ad portam aquilonis: de quo dicitur: Aquilo uentus durissimus. Hiere.1.c
Nam & olla Hieremiæ a facie aquilonis accenditur. Dicamus & aliter: Per portam aquilonis ingreditur, qui peccata dimittit: & egreditur per portam meridianam, qui uirtutes sequit̄. Et ecōtrario: si iustus lapsus fuerit in peccatis, ingreditur quidem per portam meridianam: sed egredit̄ per uiam portæ aquilonis. Princeps autem (inquit) in medio eorum erit: ingredientiū scilicet & egredientium: iuxta illud quod scriptū est: Medius inter uos stat quē uos ignoratis. Et Apostolus: An ignoratis, quia Christus in uobis est? Sin autē ignorantibus dicit̄, q̄ medius inter eos stet christus, quanto magis scientibus? Sed cū interscientes Christus stetterit: tunc corpus mortuum fiet, p̄pter peccatum: & spiritus uiuens propter iusticiam. Ingreditur autem princeps cum ingredientibus, & egreditur cum egredientib⁹: utrorūq; uirtutis atq; peccati testis assistens. In nundinis ergo & in solennitatibus, sabbatorum uidelicet & kalendarum, & uniuersæ festiuitatis: de qua in anterioribus locuti sumus: tam in uitulo, q̄; in ariete per singula ephi offerenē in sacrificio. In agnis uero nō erit certus numerus: nec uoluntati dimissum arbitrium, sed uiribus quis utetur & bono cōscientiæ: ut quantum potest, non quantum uult offerat: & super omnia olei hin per ephi singula: ut ungatur simila, & lucerna accendatur in conspectu domini: & qui eo utitur, possit dicere: Ego autē sicut oliua fructifera in domo dñi. b Cum autem fecerit p̄inceps spontaneum holocaustum aut pacifica voluntaria domino ꝛc. agnum immaculatū anniculum faciet holocaustum quotidie domino mane ꝛc. Vbi nos legimus, immaculatum: & in hebraico scriptum est תְּמִימִם: Aquila, perfectum interpretat̄. Et ubi Lxx. מִנְחָה, Theodotio, sacrificium: Aquila & Symmachus, donum transferunt. Pro eo autem quod nos diximus, spōtaneum, Lxx. ὁμολογίαν, id est, confessionem, uerterunt: & pro principe, ducem: hoc enim נָשִׂיא significat. Adhuc autem sermo de principe est: de quo Esaias loquitur: Ecce testimonium in gentibus dedi eum, principem & præceptorē in gentib⁹. Et Ezechiel: Et ego dominus ero eis in deum: & Dauid princeps in medio eorum. Cum igitur iste princeps fecerit spontaneum: & dixerit: Voluntaria siue spōtanea oris mei beneplacita fac domine: Spontaneum autē holocaustum, ut totum se offerat deo: & pacifica uoluntaria, quod in prioribus non inuenitur: scriptum est enim: Et facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: Et de spontaneis ac uoluntarijs, quibus nunc dicitur, omnino reticetur: ut non necessitate faciant, sed uoluntate: post holocaustum offerat pacifica, & reconcilietur deo. Vnde & uirginitas maior est nuptijs: quæ non exigitur nec redditur, sed offertur. Pro pacificis, quæ hebraice dicuntur שְׁלָמִים Lxx. salutaria interpretantur: ut ipsa reconciliatio pacificorum, salus sit offerentis. Cum ergo hoc fecerit princeps, aperietur ei porta: uel iuxta Lxx. aperiet sibi portam quæ respicit ad orientem: illam uidelicet portam: de qua scriptum est: Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam: & unde oritur sol iusticiæ. Et faciet (inquit) holocaustum suum & pacifica sua: de quibus nunc diximus. Faciet autem quia spontaneū

a Cumq; ingreditur princeps, per uiam uestibuli portæ ingrediatur: & per eandem uiam exeat. Et cum intrabit populus terræ in conspectu domini in solennitatibus: qui ingreditur per portam aquilonis ut adoret, egrediatur per uiam portæ meridianæ: & qui ingreditur per uiam portæ meridianæ, egrediat̄ per uiam portæ aquilonis. Non reuertetur per uiam portæ per quam ingressus est, sed e regione illius egredietur. Princeps autem in medio eorum, cum ingredientibus ingredietur: & cum egredientibus, egredietur. Et in nundinis, & in solennitatibus erit sacrificium ephi per uitulum, & ephi per arietem. Agnis autē erit sacrificium sicut inuenerit
b manus eius: & olei hin per singula ephi. Cum autē fecerit princeps spōtaneū holocaustum, aut pacifica uoluntaria dño, aperiet̄ ei porta quæ respicit ad orientem: & faciet holocaustū suū & pacifica sua, sicuti fieri solet in die sabbati:

Hiere.1.c
Ioh.1.d
2.Co.13.b
Deu.23.d
Luc.9.g
Philip.3.c
Luc.17.c
Philip.3.c
Cañ.4.d
Esa.53.a
Esa.53.a
Ioś.1.d
Ezech.11

A

ſpontaneū ſacrificiū eſt, & nō alij pro eo facient ſacerdotes: uidelicet ſicut fieri ſolet in die ſabbati. Ergo omni tempore holocauſtū & pacificū qđ offerē uoluntarie, reſeratā habet portam domini: nec obſeruat ſabbatum, ſed omnes dies ei reputantur in requiem. Denicp poſtcp obtulerit holocauſtū & pacifica, ſtatim egreditur & clauditur poſt eū ianua, ſiue claudit ianuam: ut ſeruet principi priuilegiū ſuum: nec ſacrificia eius ppō miſceanē. Et quia generaliter dixerat, ſpontaneum holocauſtum aut pacifica uolūtaria domino: nec appoſuerat taurum ſiue uitulū & arietē uel ouem, hircumcp p peccato: docet qđ ſit ipſum holocauſtū. Agnū inquiēs anniculū immaculatū faciet holocauſtum: & non certis diebus, ſed quotidie: nec qualibet hora, ſed mane, mane faciet illum: per ſingula uidelicet mane, qñ orto ſole lucis exordiū eſt. De quo mane Dauid loquit in pſalmo:

pſ.5.a Mane exaudies uocē meā: mane aſtabo tibi & uidebo. Et in alio loco: Ad ueſperū demorabitur fletus: & in matutino lætitia. Et

Ibi.29.b

B

Ibi.62.a iterū: Deus deus meus, ad te de luce uigilo. Qui ſit aūt iſte agnus immaculatus, ſiue perfectus & anniculus,

Eſa.53.a Eſaias plenius docet, dicens: Sicut ouis ad uictimam ductus eſt: & ſicut agnus in conſpectu tondentis ſe ſine uoce:

Hiere.11.d & non aperuit os ſuum. Et Hieremias: Ego autem ſicut agnus innocens ductus ad uictimam, nō cognoui. Et Ioan

Ioh.1.d nes baptiſta: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mūdi. Iſte eſt

Exo.12.d agnus qui immolatur in ægypto: de cuius ſanguine armantur poſtes fidei: & exterminator excluditur. Anniculus autem, quia prædicauit annum domini acceptabilem, & diem retributionis. Nec miretur lector, ſi idem & princeps eſt & ſacerdos, & uitulus, & aries, & agnus: cum in ſcripturis ſanctis pro uarietate cauſarum legamus eum dominū, & deum, & hominem, & prophetam, & uirgam, & radicem, & florem, & principem, & iudicem, & regem, iuſtum, & iuſticiam, apoſtolum, & epiſcopum, brachium, ſeruū, unigenitum, paſtorem, filium, & puerum, unigenitum, & primogenitum, oſtium, uiam, angelum, ſagittam, & ſapientiam: & multa alia: quorum omnium, ſi uoluero teſtimonia dicere, proprio libro indigent. In holocauſto itacp iſtius agni immaculati & anniculi qui mane ſemper offertur, faciet ipſe princeps ſacrificium, ſiue manaa: & ſimilam, ſiue donum mane, mane ſextam partem ephi, ſubauditur, ſimilæ. Sexta autem pars ephi, dimidius modius eſt. Si enim ephi, decima pars cori eſt, id eſt, tres modij: nulli dubium, quin ſexta pars ephi, dimidium faciat modium. De oleo quocp menſuræ hin, tertia pars offertur: ut miſceatur, ſiue aſpergatur ſimilæ ſacrificium deo, legitimum, iuge atcp perpetuum: quod nulla intermittitur die: ſed omni tempore orto ſole ſemper offertur: ut impleatur quod in fine capituli huius ponitur: Faciet agnum in ſacrificium: & oleum mane, mane holocauſtum ſempiternū. a ¶ Hęc dicit dominus deus: Si dederit princeps ſiue dux donum alicui de filijs ſuis: hereditas eius filiorum ſuorum erit: poſſidebunt eam hereditarie. Sin autem dederit legatum de hereditate ſua uni ſeruorum ſuorum / erit illius uſcp ad annū remiſſionis ꝛc. Hucuſcp ſermo de principe, nunc de hæredibus eius præcepta tribuunt: immo de donis, hæreditate atcp legatis, quib⁹ dare debeat: & quorū ſit, uel ad tempus, uel æterna poſſeſſio. Si inquit filijs ſuis dederit, uel donū, uel hæreditatem, ipſi poſſidebūt eam: quia eis ſucceſſionis iure debetur: & de alio ad aliū non poteſt tranſire poſſeſſio. Sin autē dederit uni ſeruorum ſuorum legati nomine: tamdiu habebit poſſeſſionē, cōdiu uel ſeptimus annus remiſſionis qui dicit דרור: uel iubileus, hoc eſt, quinquageſim⁹ aduenit: qñ oīs emptio, atcp donatio reuertit ad priores dominos: ita ut ſeruus uſum habeat p tēpore, & ppri tatem poſſeſſionis filij principis. Quod autē ſequit: Et nō accipiet princeps de hæreditate populi p uiolentiā: ſiue ut Lxx. tranſtulerunt, ut opprimat eos: uel ut Aquila & Symmach⁹, ut affligat eos atcp contriſtet: ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filijs ſuis: Sugillat nō ſolū illius tēporis ſacerdotes & principes, ſed noſtri quocp qui ditiores fiunt ſacerdotes dignitate: & præter ea quæ ſibi domini diſpoſitione debentur, tollunt a pauperibus per uiolentiam: uel ſub honoris nomine diuites ſpoliant: ut ipſis quocp filijs ſuis quibus paterna debetur hæreditas nil debeant derelinquere: niſi quod ſibi a parentibus derelictum eſt. Ergo qui ditior eſt ſacerdos cp uenit ad ſacerdotium: quicquid plus habuerit, non filijs debet dare, ſed pauperibus & ſanctis fratribus, & domeſticis fidei: qui uincunt merita liberorū: ut reddat ea quæ domini ſunt, domino ſuo: qui loquitur in euāgelio: Quicquid uni iſtorum feciſtis, mihi feciſtis. Ipſe enim in pauperibus ſuſcipitur hoſpitio: uiſitatur in carcere: nūdus tegitur: ſitiens bibit: ſaturatur eſuriens. Vt non diſpergatur (inquit) populus meus a poſſeſſione ſua. Si enim licētiam habuerit princeps, uel accipere, uel rapere, uel ſub figura honoris tenere, quæ non ſunt ſua & liberis derelinquere: populus qui in nomine dei fuerat congregatus, diſpergetur in partes atcp lacerabitur: ſiue iuxta legē, ne paulatim alteri⁹ hæreditas tranſeat ad alium: & pereat funiculus diuiſionis, per quem ſorte ad unumquēcp uenit hæreditas. Diſpergit ergo populū dei & aufert ab eo poſſeſſionē fidei ſempiternā: q aliena dona uel bona, uel rapina, uel adulatione, uel blanditijs, uel prætextu religionis, filijs fratribuſcp & conſanguineis derelinquit.

C

Leui.25.c

D

Matth.25.d

b ¶ Et introduxit me per ingreſſum qui erat ex latere / uel poſt tergū ꝛc. Et dixit inquit ad me: Hęc eſt dom⁹ culinarū in qua coquunt miniſtri domus victimas ppli ſiue victimā: hoc enim hebraice ſignificat גבה. Vir qui calamum tenebat manu & funiculum cœmentarij, quo ædificium metiretur: Introduxit (inquit) me per ingreſſum qui erat ex latere portæ, uel poſt tergū portæ. Nec poſuit cuius portæ, orientalis, auſtralis, aut alterius plagæ, ſed reliquit incertū: ut irem

ad locum

E ad locum sanctuarij: & in gaçophylacia, siue in cubicula sacerdotum, quæ respiciebant ad aquilonem & ad mare, ad septentrionem uidelicet & ad occidentem: hanc habēte scriptura sacra consuetudinem: ut pro situ terræ Iudææ, semper mare occidentem uocet. Et consyderandum ꝙ locus sacerdotum ubi ꝓ delicto, siue ignorantia & pro peccato coquuntur sacrificia ne cruda offerantur, in atrium exterius ad aquilonem & occidētem positus sit: unde uentus frigidissimus oritur: & ubi solis lumē occumbit. Ex quo ostēdit, quicquid ad ædulium pertinet: uel pro errore esse, uel pro peccato. Sin autē & pro ignorantia offertur sacrificiū, quanto magis pro delicti conscientia? Vnde & Iob offerebat mane quotidie hostiam pro filijs suis, timēs ne per ignorantiam deliquissent. Quod autem sequit: Vt nō efferant in atriū exterius: & sanctificet populus qui sanctificationi nō fuerat præparatus: illud significat, ne facile nō sancti/ficatis sancta tribuamus: nec mittam ꝓ (iuxta euangelium) margaritas ante porcos: nec demus sanctum canibus. Denicq Moyses tribus diebus ab omni immundicia, & ab uxorū complexu uult populum sanctificari, ut accedat ad montē Sina: & sanctificatus sancta suscipiat. Si autem accessuri ad audienda & suscipienda uerba dei sanctificari iubentur ab uxoribus, manifestum est in lege illud apostolicū contineri: Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi: & ex consensu abstinendum ab uxoribus, ut uacemus orationi. Post hæc scriptum est: Et eduxit me in atrium exterius: & circumduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce atriolum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij: in quatuor angulis atrij atriola dispositi. Ille uir quem sæpe cōmemorat, eduxit eum de loco sacerdotum qui uergebat ad aquilonem: siue qui erat separatus, ubi coquunt sacerdotes pro delicto, & ꝓ peccato, uel ignorantia: eduxit autem in atrium exterius. Ex quo intelligimus illud atriū de quo egressus est fuisse interius: & multa esse atria in scripturis sanctis: de quibus legimus: Qui statis in domo dñi, in atrijs domus dei nostri. Et in Ioanne: Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc atrio: & illas oportet me adducere & uocem meam audiēt: & fiet unum atriū, & unus pastor: hoc enim græce αὐλὴ significat: quod latina simplicitas in ouile transtulit. Quando autem dicit, ex hoc atrio, ostendit esse & aliud: quod uel in gentium turba ad distinctionem israel, uel in cœlis ad separationē terreni atrij demonstratur: & pro qualitate meritorum unicuiq officio atrium delegatū: super quo in anterioribus plenius disputatum est. Hoc autem atrium de quo nunc sermo est, per singulos angulos quatuor habebat atriola, quæ Lxx. minora uocant: & nos pro facilitate sensus ὑποκοριστικῶς, atriola diximus. Quadraginta cubitorum erant per longum, & triginta per latum. De quibus numeris in hoc eodem prophe ta disputasse me memini: quod aliud ad tribulationes & angustias, aliud ad perfectam referatur ætatem. Vnde quadraginta diebus, Moyses & Helias, & dominus atq saluator in eremo ieiunarunt: & ad sacerdotale officium, nō post uicesimumquintum ætatis annum, sed post tricesimū accedunt. Quamobrem & dominus triginta annorū erat, cum uenit ad baptismum: & in hoc eodem ꝓpheta tricesimus annus ponitur in exordio. Vbi igitur cibi, ibi & angustia atq temptatio, per quæ parantur cibi. Et ubi in perfecti uiri ueneri/mus ætatē, ibi calcanda sunt oīa, & dicendum: Habētes uictum & uestitum, his cōtenti simus. Et: Si dederit mihi dominus cibum ad uescēdū, & uestem ad operiendū. Vel certe illud: Esca uentri, & uenter escis: deus autē & hūc & illa destruet. Neq enim in futuro manducabimus & bibemus: sed illo uescemur pane qui de cœlo descendit: de q̄ in psalterio canitur: Panē angelorum manducauit homo. Et: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Quod autē mensura una atriolorū erat quatuor, quæ atrij maioris angulos possidebant, quatuor mundi significat plagas: qđ in sudore uultus nostri comedamus panē: & oīs labor uentri ster coriq proficiat: Quæ quatuor atriola, uel unus paries ambiebat: & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum, uel propinqua habebant accubita: ut ubi cibi, ibi & mensarum præparatio. Et ne forsitan ignoraret ꝓpheta quid essent quæ cerneret, dixit ad eum: Hæc est domus culinarū, in qua coquēt ministri dñi uictimas populi. Populi quidē uictimæ, quæ offerunt ꝓ delicto siue peccato & ignorantia, sunt alimenta & refrigeria sacerdotum: ut meminerint nihil se aliud debere appetere, cum etiā in tēplo carnes ad eorū refrigeria præparatæ sint. Ca. XLVII

ad me: Iste est locus ubi coquent sacerdotes pro delicto & pro peccato Siue pro ignorantia), & ubi coquent sacrificium Siue manaa & donum): ut non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius: & circūduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce atriolum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola disposita, quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum. Mensuræ unius quatuor erant: & paries per circuitum ambiens quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum: Siue prope accubita), quæ Aquila, σιβάδας interpretatus est: Symmachus, περὶ φράγματα, Theodotio ipsum uerbum hebraicum posuit תירוֹת. Et dixit inquit ad me: Hæc est domus culinarum, in qua coquēt ministri domus uictimas ꝓpli Siue uictimam).

a ET cōuerti me ad portam domus: & ecce aquæ egrediebant subter limen domus ad orientem. Facies enim domus respiciebat ad orientem. Aquæ autem descendebant in latus templi

Iob.1.a

Matth.7.a

F

Exo.19.c

1.Cor.7.a

Ps.134.a

Ioh.10.c

Exo.34.d
3.Re.19.b
Matth.4.a

G

Luc.3.e

I.Timo.6.b

Gen.28.d

1.Co.6.c

Ps.77.c

Ioh.4.c

H

Ca. XLVII

ET conuerti me ꝛc. Et mēsus est mille torrentē quē nō potui pertrāsire: qm intumuerāt aquę ꝓfundę torrētis: q̄ nō poterat trāsuadari. Pro q̄ Lxx. trāstulerūt: Et mēsus ē mille, & nō poterat pertrāsire: qm ferebat aqua instar præcipitis torrentis, qui transiri nō potest. Aquæ istæ quæ egrediebantur subter limen domus, id est templi, non ferebantur ad aquilonem & ad occidentem, sed ad orientē, & in latere templi dextro, id est ad meridiem: ipsamq meridiem non cuiuslibet loci, sed altaris. Ex quo perspicuum fit sacras esse aquas: & saluatoris nostri significare doctrinam: iuxta illud quod scriptum est: De sion egredietur lex: & uerbum domini de hierusalem. Et in alio loco: Repleta sunt omnia scientia domini: sicut aqua multa operiens mare. De his aquis & Zacharias propheta uaticinatus est dicens: In die illo egredieē aqua uiuens de hierusalē: & mediū eius in mare primū: medium autem illius in mare nouissimum. De his aquis & ad Samaritanam dominus loquebatur: Si scires quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petisses eum, & dedisset tibi aquam uiuentem. Et iterum: Omnis qui bibit de aqua ista, sitiet denuo: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Et in tēplo clamabat atq dicebat: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ: hoc autem dixit de spiritu quē accepturi erant credētes in eum. Istæ sunt aquæ de quibus propheta loquebatur in psalmo: Super aquas refectionis educauit me. Et Ezechiel: Assumā uos de gentib⁹ & de terris:

Esa.2.a

Ibi.11.c

Zach.14.b

Ioh.4.b

Ibidem.

Ioh.7.d

Ps.22.a
& 56.c

A & de terris: & aſpergam ſuper uos aquã mundam: & mundabimini ex omnibus immundicijs ueſtris. Apparuerunt em̃ fontes aquarũ. Et in nonageſimoſecundo pſalmo canitur: Eleuauerunt flumina dñe: eleuauerunt flumina uoces ſuas a uocib⁹ aquarũ multarũ. Mirabiles elationes maris.

Eſe.8.b Iſtæ ſunt aquæ ſiloe quæ uadũt cũ ſilentio:

templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per uiam portæ aquilonis: & conuertit me ad uiam foras portam exteriorem, uiam quæ reſpiciebat ad orientẽ: & ecce aquæ redundantes a latere dextro cum egrederetur uir ad orientem qui habebat funiculum in manu ſua: & menſus eſt mille cubitos: & tranſduxit me per aquam uſq; ad talos: Siue tranſiuit in aqua aquam remiſſionis). Rurſumq; menſus eſt mille: & tranſduxit me per aquã uſq; ad genua Siue tranſiuit in aqua, aquã uſq; ad fœmina). Et menſus eſt mille, & traduxit me per aquam uſq; ad renes: Siue & tranſiuit aquam uſq; ad lumbos). Et menſus eſt mille torrentem, quem non potui pertranſire: quoniam intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non poterat tranſuadari.

Ibi.12.a de quib⁹ loquit̃ Eſaias: Haurietis aquas de fontibus ſaluatoris. Et
pſ.67.f pſalmiſta: Benedicite dño de fontib⁹ iſrael.
Eſa.33.a Et idem Eſaias de dño ſaluatore: Iſte (ait) habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortiſſimæ. Panis ei dabitur: & aqua illi⁹ fidelis. Erupit em̃ in deſerto aqua: & uallis in terra ſitienti. Di-
Eſa.43.a citurq; credentib⁹: Noli timere: quoniam redemi te: meus es tu: & ſi tranſieris per aquã, tecum ego ſum. Et rurſum:
Eſa.55.a Q̃ui ſititis, ite ad aquã. Et per Hieremiã
Hiere.2.c loquit̃ deus: Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerũt fontem aquæ uiuæ: & foderunt ſibi lacus, qui aquam continere non poſſunt. Sicut igitur legimus in bonam partem aquas quæ egrediunt̃ de limine templi: & referuntur ad doctrinam eccleſiæ: ſic ſunt aquæ amaræ, & aquæ peſſimæ: ad quas Hieremias propheta nos prohibet
Ibi.d accedere dicens: Q̃uid uobis & uiæ ægypti, ut bibatis de
B aquis geon: quæ hebraice dicuntur שִׁיחוֹר, id eſt, turbidæ atq; cœnoſæ. De quib⁹ iratus ſuper hæreticis loquit̃ deus:
Ibi.9.e Ecce ego cibabo eos anguſtijs: & dabo eis potum aquã fel-
Ezec.29.a.23.c lis: in qua draco regnat ægyptius, qui dicit: Mea ſunt flumina, & ego feci ea: qui omne excelſum uidet: & ipſe eſt rex eorum qui in aquis ſunt. Vnde uir eccleſiaſticus dominũ de-
pſ.68.a precatur & dicit: Saluum me fac domine: quoniam intrauerunt aquæ uſq; ad animã meam. Infixus ſum in limo profundi, & nõ eſt ſubſtantia: & tẽpeſtas demerſit me. Et iterũ:
Ibi.d Libera me ab his qui oderunt me: & de profundis aquarum: non me præcipitet tempeſtas aquæ: nec abſorbeat me profundum: neq; urgeat ſuper me puteus os ſuũ. Et in alio
Ibi.123. pſalmo: Niſi quia dominus erat in nobis, dicat nunc iſrael: niſi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerẽt homines in nos, forſitan uiuos deglutiſſent nos. Cũ iraſceret̃ furor eorũ ſuper nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos; Et ſponſa in
Cañ.8.c Canticocanticorũ: Aqua multa non poterit reſtinguere charitatem: & flumina nõ demergent eam. Iſta eſt aqua de qua
Oſee.6.c dicit Oſee: Contempſit me Galaad ciuitas quæ operat̃ uanitates conturbans aquam: & fortitudo eius uiri piratæ.
מָרָה Q̃uæ aqua alio nomine uocat̃ marah, hoc eſt, amaritudo:
Eſa.2.a in qua lignum crucis mittitur: & amara uertunt̃ in dulcia.
Exo.21.c Cõſydera legem Moyſi, ſi intelligat̃ iuxta ſenſum carneum
2.Re.13.c iudæorum: quomõ amara ſit, effodiens oculum pro oculo,
Oſee.1.a dentem pro dente: uide in Thamar fornicationem: & Oſee
Hiere.13. iunctum fornicariæ, Hieremiæ περίζωμα, Moyſi uxorem
Nu.12.Exo.2 æthiopiſſam, & interfectionem ægyptij: & mille alia: quæ ſi intelligamus iuxta occidentem literam, & non iuxta ſpiritũ uiuificantẽ, amara ſunt: & lectorẽ ſuum non tam ædificant, q̃ deſtruunt. Iſtæ igitur aquæ, quæ egrediuntur de templo domini, & pergunt ad orientẽ: & deſcẽdunt in latus templi dextrum ad altaris meridiem: ubi ſponſus conuiuas ſuos paſcit & accubat. Q̃uod autem ſequitur: Et eduxit me per uiam portæ aquilonis: & conuertit ad uiam foras portã exteriorem, uiam quæ reſpiciebat ad orientem: illud latenter oſtendit, q̃ ſtatim ad portam orientalem peruenire nõ poſſumus, niſi per uiam portæ aquilonis longo circuitu perueniamus ad eam. Niſi enim uentum frigidiſſimũ uicerimus

Et dixit ad me:

calore fidei: & calcauerimus regiones eius: ut impleat̃ illud in nobis Apoſtolicũ: Deus autem conteret ſatanã ſub pedibus ueſtris uelociter: portam per quam egrediunt̃ aquæ, & ſunt a latere dextro, ingredi nõ ualebimus. Et nota q̃ aquæ iſtæ quæ egrediunt̃ per portam orientis, intantũ leuas partes fugiũt: ut a dextris altaris ad meridiẽ pergere deſcribantur. Vir autem (inquit) ille qui habebat funiculum in manu: cũ me duxiſſet per portam aquilonis forinſecus ad uiã, quæ reſpiciebat orientẽ: & ipſe quoq; eſſet in eõdem loco, menſus eſt eiuſdẽ aquæ mille cubitos: & trãſduxit me per aquam uſq; ad talos: ꝺs Aquila & Symmachus & Theodotiõ ἀσφαγάλους interpretati ſunt: pro quibus Lxx. tranſtulerunt: & trãſiuit in aqua, aquã remiſſionis: q̃ intelligere poſſumus prima hominum ſignificare peccata: quæ ingrediẽdunt gratiam ſalutarẽ: & initia ſunt profectuum, tamẽ ipſa ſublimia. Deniq; ad talos uſq; pertingunt, qui plantæ calcaneoq; uicini ſunt: qui patet morſibus colubri, dicẽte domino: Tu eius obſeruabis caput: & ipſe obſeruabit tuũ calcaneum. Et in pſalterio de Iuda dicit̃ proditore: Q̃ui ædebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationẽ ſiue calcaneum: hoc em̃ græcũ πτέρνη ſignificat. Poſt mille autẽ cubitos qui peruenit̃ uſq; ad talum, menſus eſt alios mille cubitos in aqua: & tranſduxit me uſq; ad genua. Poſt remiſſionẽ ſiquidẽ peccatorũ & iter profectuum, quãdo paululũ de terrenis ad altiora conamur aſcẽdere: flectimus domino genua, dicente Apoſtolo: Vt omne genu flectat̃, cœleſtium, terreſtrium, & infernorũ: & omnis lingua confiteat̃: quoniã dominus Ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris. Tertio menſus eſt mille alios cubitos: & tranſduxit (inquit) me p aquã uſq; ad renes. His em̃ gradib⁹ ad ſublimia peruenim⁹: quæ tñ ipſa ſublimia uſq; ad lumbos & renes perueniunt: ut oĩs in nobis ignobilis libido trunceat̃: & poſſideam⁹ ſanctificationẽ corporis, ſine qua nemo uidet deum. Vnde & in hoc eodem propheta: A pedibus uſq; ad lumbos deus igneus cernitur. Indigent enim igne & purgatione opera lumborũ: dicente iuſto: Q̃uoniã lumbi mei repleti ſunt illuſionibus: per quos nobis & in die, & in noctium phantaſmate illudit inimicus. A lumbis ỽo uſq; ad caput & uerticẽ, precioſiſſimo metallo electri fulgore reſplendet: ut nihil in ſe ſordidũ, nihil habeat uilitatis. Vnde nunc quarto dicit̃: Et menſus eſt mille, ſubaudit̃, cubitos, torrentẽ: quod Lxx. nõ tranſtulerunt, quẽ non potui pertranſire: multo melius q̃ Lxx. qui dixerunt, & non poterat pertranſire. Propheta em̃ & omnis humana natura, poſt lumbos torrentẽ cogitationũ, & inceniua in corde uitiorũ, non poteſt pertranſiri. Vir autem ille qui indutus erat baddim, & ductor prophetæ, liquidõ pertranſijt: qui peccatũ non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore ei⁹. Cauſaſq; reddit, cur ꝓpheta mille quartos cubitos nõ potuerit pertrãſire: qm̃, inquit, intumuerãt aquæ profundæ torrentis, qui non poteſt tranſuadari. Et quomodo ſcriptũ eſt, gloriante ꝓpheta: Torrentẽ pertranſiuit anima noſtra: Sed facile ſoluitur, ſi ſciamus ꝓ hoc ſcriptũ eſſe in hebræo: Torrens pertranſijt animã meam. De hoc torrẽte & Eſaias loquitur: Ecce ego inclino ſuper eos ſicuti fluuium pacis: & ſicut torrentem inundantẽ gloriam. Et in triceſimoquinto pſalmo de ſanctis dicitur: In protectione alarum tuarũ ſperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: & torrentẽ

C Ro.16.c

Gen.3.c
pſ.40.ẽ
D

Philip.2.d
pſ.123.a
Eſa.66.d

E delitiarum tuarum potabis eos: quoniam apud te est fons uitæ. Et in centesimo uicesimoquinto: Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Et super salua tore: De torrente bibet in uia. Quis enim hominũ gloriari potest castum se habere cor: uel ad cuius mentem per ocu/ lorum fenestras, mors cõcupiscentiæ non in/troibit: & (ut parũ di/cam) animi titillatio? 1.Ioh.5.d Mundus enim in ma/ligno positus est: & a Gen.8.c pueritia appositum est cor hominis ad malũ: ut ne unius quidẽ dici a natiuitatis suæ exor/dio, sine pcto sit huma na conditio. Vnde & Dauid confitet in psal Ps.50.a mo: Ecce em in iniqui tatibus cõceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Non in iniquitatib⁹ matris meæ uel certe meis, sed in iniquitatib⁹ huma/næ conditionis. Vñ & Rom.5.c Apostus dicit: Regnauit mors ab Adam usq ad Moysen, etiã super eos qui nõ peccauerũt in similitudinem præ/uaricationis Adæ. Quod cubitos genere masculino, & nõ neutrali, cubita dicimus, iuxta regulam grammaticorũ: & in superioribus docui, nõ nos ignorãtia hoc facere: sed con suetudine propter simplices quosq & indoctos: quorũ in cõgregatione ecclesiæ maior est numerus. a Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis ꝛc. Totum capitulum quãq prolixum sit, simul ponere uolui: ne sensum legentis irrum/perem: & lectionis ordo diuisus in partes, audientis intelli/gentiam conturbaret. Primumq dicendum, qd pro torrẽte in hebraico dicitur נַחַל: & græco sermone χειμάρρους appel latur: Lxx. flumen transtulerunt. Deinde pro galilæa, quæ hebraice dicitur גְּלִילוֹת: Aquila, θνάς interpretatus sit: qd tumulos significat arenarum, Symmachus μετόριον: quod possumus transferre confiniũ. Pro Arabia quoq, Symma/chus, inhabitabilẽ: Aquila, humilia uel plana: Theodotio, arabas transtulerũt. Dicamus ergo quid nobis uideatur in singulis. Vir ille q erat ductor Ezechielis, cõmonet, pphetã, ut diligẽtius intueatur & uideat: & occulta mysteria oculis mentis attendat. Vocat autem filium hominis, uel in figurã domini saluatoris: etenim Ezechiel interpretatur, fortitudo uel imperium dei: uel certe ad cõmonitionẽ fragilitatis hu/manæ: ne obliuiscat conditionis suæ, dum ei magna mon/strantur: & cõmonitũ, ducit atq conuertit ad ripam torren/tis: ut quoniam mediam profunditatem transire non po/tuerat: saltem ea quæ in ripis sunt, recognoscat. Cumq (ait) me conuertissem, siue ille me conuertisset, qui ductor erat & monitor: ecce in ripa torrentis siue fluuij, ligna multa uel ar bores plurimæ nimis ex utraq parte. Torrens iste qui pro aquarũ abundantia fertur more torrẽtis: & suscipit de cœlo pluuias: de quo in præterita diximus lectione: ipse a Lxx. appellatur fluuius, eo qd perpetuas aquas habeat: nec de pluuijs hinc inde collectas, sed de uiuo & perpetuo fonte manantes. De quo fluuio multa in scripturis sanctis legi/mus: sed in præsentiarum pauca dicenda sunt: ac primum Ps.45.a illud: Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Et in alio lo/ Ibi.64.b co: Flumẽ dei repletum est aquis: præparasti cibum eorũ: Ibi.92.a quia sic est præparatio tua. Rursumq pluraliter: Eleuauerũt flumina domine: eleuauerũt flumina uoces suas: a uocibus aquarum multarũ: Mirabiles elationes maris. Et in Esaia: Esa.43.c Faciam in deserto uiam: & in inuio flumina. Et in alio eius/ Ibi.44. dem loco manifestius: Apparebit in sion fluuius decurrens glorioſus in terra sitienti. Super hunc fluuiũ erant arbores plurimæ ex utraq parte ripæ: ut inter duo scilicet instrumẽ ta uetus & nouum, clausus curreret fluuius. Ligna autem multa uel arbores plurimas & multas nimis, illas arbitror, quas in paradiso scriptura cõmemorat pomis uarijs abun/dare: docetq prophetã ductor præuius & magister, & dicit: G

a Et dixit ad mẽ: Certe uidisti fili hominis: & eduxit me & cõuertit ad ripam torrentis Siue fluminis). Cũq me cõuertissem Siue conuertisset), ecce in ripa torrentis Siue fluminis) ligna multa nimis Siue arbores multæ nimis) ex utraq parte. Et ait ad me: Aquæ istæ quæ egrediun tur ad tumulos sabuli orientis, & descendunt ad plana deserti: Siue aqua ista quæ egredit in galileam quæ uer/git ad orientẽ, & descẽdit ad arabiam) intrabunt mare: & exibunt, & sanabunt aquæ. Et omnis anima uiuens Vel animalium) quæ serpit Siue serpentium): quocunq uenerit torrens Siue fluuius) uiuet: & erunt pisces mul/ti satis postq uenerint illuc aquæ istæ: & sanabuntur, & uiuent omnia ad quæ uenerit torrẽs Siue fluuius). Et stabunt sup illas piscatores ab engaddi usq ad engal/lim, siccatio sagenarũ erit. Plurimæ species erunt pisciũ eius: sicut

Aquæ istæ quæ egre/diunt uel in galilæam gentiũ, iuxta Lxx. uel (ut uerius in hebræo continet) ad tumulos sabuli orietalis: & de/scendunt ad plana de/serti, uel ad arabiam, intrabunt mare uel ad exitus maris: & sana/buntur aquæ. Aquas uel baptismi gratiam, uel euangelicã signifi/care doctrinã, dudum dixim⁹. Quæ si egre/diantur de limine tem pli dñi, & apostolicam teneant disciplinã: tu/mulos sabuli, steriles pri⁹ & infertiles faciũt esse frugiferos: & oĩa plana atq deserta ita ir rigant, ut exprimãt in se hierichontini fluuij sacramentũ: quẽ Heli/ 4.Reg.2.d sæus euãgelico & apo/ H stolico curauit sale intantum ut ubi prius sterilitas fuerat & mors, ibi ubertas esset & uita. Nec solũ deserta sanarunt, sed intrant mare orientale: mare uidelicet mortuũ, in quo nihil poterat esse uitale, & mare amarissimum: quod græce λίμνη ἀσφάλτου, id est, stagnũ bituminis uocat. Mirũq in modũ aquis euãgelicis, aquæ sanant mortuæ: quæ ab eo qd nihil in se uitale habeant, nomẽ mortis sortitæ sunt. Non em no/uerant eum qui dicit: Ego sum uita & ueritas. Et reuera iux Ioh.14.a ta literã hucusq nihil qd spiret & possit incedere præ amari tudine nimia in hoc mari repperiri põt: nec cochleolæ qui/dem paruiq uermiculi & anguillæ: & cætera animãtiũ siue serpentiũ genera: quorũ magis corpuscula possumus nosse, q̃ noia. Denq si Iordanis auctus imbribus pisces illuc in/fluens rapuerit, statim moriunt: & pinguibus aquis super/natant. Cũ hæc itaq nihil utilitatis habeant, ut simplex ser mo testat: etiã si facta fuerint, qd stulta iudæorũ superstitio credit: iuxta intelligẽtiã spiritualẽ dñi torrente curatæ, habe bunt pisces plurimos: & uiuent oĩa ad quæ torrens iste per/ uenerit: ita ut piscatores stent sup ripas ab engaddi, usq ad engallim: quorũ prius fontẽ siue oculũ hædi, sequẽs fontẽ oculumue uitulorum sonat. Engallim enim in principio est עֵין עֶגְלַיִם maris mortui, ibi Iordanis ingredit. Engaddi uero ubi finit עֵין גֶּדִי atq cõsumit. Mare autẽ mortuũ illud puto esse: de quo Za charias loquit: In die illa egredient aqua uiues de hierusalẽ: Zach.14.b & medium eius in mare primũ. Daniel quoq in hæc uerba cõsentit. Videbam, & ecce quatuor uenti cœli innitebant in Dañ.7.a mari magno. Et Dauid: Mirabiles elationes maris. Et ex Ps.92.a persona saluatoris in psalmo: Veni in profundum maris: & Ibi.68.a tẽpestas demersit me. Rex q̃q ægypti iuxta eundẽ Ezechielẽ draco appellat, qui habitat in mari: & uentilat fluminibus Ezech.29.a quasi cornibus suis. Et iterũ: Hoc mare magnum & spacio/ Ps.103.c sum. Qd q̃diu nõ susceperit in se aquas fluminis siue tor/rentis, omne qd in se habet, mortificat: sed dñs, de q̃ dictũ est: Percutiet & curabit post duos dies: & in die tertio sur/ Osee.6.a gemus, & uiuem⁹ in cõspectu eius: ipse loquit in eodẽ pro/pheta Osee: Ego colligaui ephraim: suscepi eum in brachio Ibi.11.a meo: & nõ cognouerũt, quia sanaui eos in correptione hois; qui uulneratus est, ppter peccata nostra: & infirmatus pro iniquitatibus nostris. Disciplina pacis nostræ super eum: & Esa.53.b liuore eius sanati sumus. Ipse istud mare qd est salsissimũ, & nimia amaritudine mortuũ, sua morte sanauit: qui dicit p Ibi.61.a Esaiam: Spũs dñi sup me: ppter qd unxit me, euãgelizare pauperibus

A pauꝑib⁹ miſit me: ſanare eos q̃ cõtriti ſunt corde. Vnde & ꝓ
Hiere.3.g Hieremiã clamitat: Cõuertimini filij cõuertẽtes, & ſanabo
cõtritiones ueſtras. Dixit em̃ populus impatiens: & dolorẽ
uulnerum ſuorũ diutius ferre nõ ſuſtinens: Tranſiuit æſtas,
pertranſijt meſſis: & nos ſaluati nõ ſumus. Vnde reſpondit
Hiere.8.g ei dominus: Nunquid reſina nõ eſt in galaad: aut medici non ſunt
ibi? Quare non aſcendit ſanatio filiæ populi mei? Et ipſe Hieremias uociferatur, & dicit: Sana me dñe, & ſanabor: ſaluũ me fac, & ſaluus ero. Denicꝫ angeli qui præſides erant populi iudæorum: eo tempore qñ clamauit multitudo inſipiẽs, &
Matth.27.c ait: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Et: Velum tẽpli ſciſſum eſt: & oñia hebræorũ ſacramenta reſerata: reſpõderũt præcipienti dño atꝫ dixe-
Hiere.51.a runt: Curauim⁹ babylonẽ, & non eſt ſanata: relinquamus eam, urbem uidelicet cõfuſionis atꝫ uitiorũ. Vnde & Ioſephus in ſua narrat hiſtoria: qđ poſtq̃ dñs crucifixus eſt: & uelum templi ſciſſum eſt, ſiue liminare templi fractũ corruit: audita ſit uox in adytis templi uirtutũ cœleſtium, tranſeamus ex his ſedibus. Hoc totũ nõ ſuperfluo, ſed neceſſario dictum ſit: quia mare mortuũ, influente in ſe flumine
B dñi, dicit eſſe curatũ. Super hoc mare ab engaddi oculo & fonte hædi, qui ꝓ peccato ſemp offert, uſq; ad engallim fontem uitulorũ, qui mactant dño: & imitant uitulum cornua
Matth.4.c efferentem & ungulas: qui in typo ſaluatoris ad altare mactatur: erunt piſcatores quib⁹ loquit dñs Ieſus: Venite ad
Hiere.16.c me, & faciam uos piſcatores hoim: de quib⁹ & Hieremias:
Ioh.21.c Ecce ego (inquit) mittam piſcatores. Et plurimæ ſpecies, immo genera piſciũ erunt in mari quondã mortuo. Quos piſces ad dexterã partẽ iubente dño extraxit Petrus: & erant centũ quinquagintatres: ita ut præ multitudine eorũ retia rumperent. Aiunt autẽ qui de animantiũ ſcripſere naturis & ꝓprietate, qui ἁλιευτικὰ tam latino, q̃ græco didicere ſermone: de quibus Oppianus Cilix eſt poeta doctiſſimus: centũ quinquagintatria eſſe genera piſciũ: quæ oñia capta ſunt ab apoſtolis: & nihil remanſit incaptũ: dum & nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, & omne genus hominum de mari huius ſæculi extrahit ad ſalutẽ. Q̃d autẽ ſequit: In littoribus eius & in paluſtribus, ſiue in his quæ extra littora egrediunt aquæ nõ ſanabunt: illud latenter oſtendit, q̃ qui in Noe arca nõ fuerit, pereat regnante diluuio: & q̃s iſte fluuius nõ attigerit, nõ ſuſcipiant ſanitatẽ: ſed in ſalinas inquit
Prouer.19.d dabunt: iuxta illud qđ ſcriptũ eſt: Peſtilente flagellato, ſtultus ſapiẽtior erit. Erudiunt em̃ bonos exempla peiorũ. Siue in ſalinas dabunt: iuxta illud qđ in euangelio ſcriptum eſt:
Mar.9.g Bonũ eſt ſal: ſi aũt ſal infatuatũ fuerit, in nihil eſt utile: ut in perpetuũ frugib⁹ careant & uirore. Q̃d & urbs poſt ruinã ſale cõſperſa demõſtrat. Super torrentẽ ꝩo ſiue fluuiũ orietur in ripis eius ex utraq; parte omne lignum pomiferũ: ſiue ut omnes uoce cõſona trãſtulerũt βρώσιμον, qđ cibũ & eſcam tribuit: & qđ mandi poteſt: appellaturq; lingua hebraica, בראבל: & nihil iuxta Lxx. ueteraſcet in eo; ſed q̃tidie innouabunt fruges ei⁹: ſiue nõ defluet foliũ ex eo, & non deficiet fructus ei⁹: iuxta illud qđ in primo pſalmo ſcriptum eſt: Et erit tanq̃ lignũ qđ plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ, qđ fructũ ſuũ dabit in tpe ſuo: & foliũ ei⁹ nõ defluet. Per ſingulos (inquit) mẽſes afferet primitiua: ſiue ut in Lxx. ſcriptum eſt: Fructus ei⁹ in renouatione ſui primitiua dabit: ut oñes credẽtiũ fructus primitiæ ſint: & ſinguli mẽſes, ſingulis apoſtolis deputent. Hoc autẽ eueniet: qñ aquæ ei⁹ de ſanctuario egredient. Ne putemus riparũ eſſe, uel arborũ aut mẽſiũ tantarũ frugũ abundãtiã: reddit cauſas ubertatis, & infert: Quia aquæ eius de ſanctuario egredient. Non ergo uolentis neq; currentis, ſed miſerẽtis dei eſt. Horũ omniũ lignorũ principatũ tenet lignũ uitæ: qđ intelligit ſapiẽtia: de q̃ ſcriptũ eſt: Lignũ
ꝓuer.3.e uitæ eſt oib⁹ credẽtib⁹ in eã. Illud q; qđ dicit: Et erunt fructus ei⁹ in cibũ: & foliũ ei⁹ ad medicinã, diuinorũ librorum ſacramẽta demõſtrat: q̃rũ alterũ ptinet ad literã, alterũ ad ſpiritũ: ut uerba ſimplicia intelligam⁹ in foljs: in fructib⁹ ꝩo ſenſum latentẽ. Sicut em̃ ſciẽtia ſcripturarum ducit ad regna cœlorũ: & præbet nobis panẽ qui dicit: Ego ſum panis qui
Ioh.6.e de cœlo deſcendi: ſic folia eius moralem doctrinã continẽt, & tribuunt ſanitatẽ: ut peccantiũ curẽt uulnera. Pro foljs quæ hebraice dicunt עָלֶה: ꝓpter uerbi & uocis ſimilitudinẽ, Lxx. aſcẽſionẽ tranſtulerũt: qđ & ipſum ſic ædiſſeri põt: ut poſt cibos fructuũ, uerborũ monitis ad cœleſtia cõſcendamus. a ¶ Hæc dicit dominꝰ deus ꝛc. quia ioſeph duplicẽ funiculũ habet ꝛc. Pro eo qđ nos diximus: quia Ioſeph duplicẽ funiculum habet: Lxx. tranſtulerunt, augmentũ funiculi. Etem̃ Ioſeph interpretat, augmentũ: rem intelligẽtes ꝓ noïe: & lectoris animũ cõfundentes. Subtracta em̃ leuitica tribu, & tẽpli ſacrificijs delegata, remanebant undecim tribus: quarũ tribus Ioſeph diuiſa
D eſt in duas, Ephraim & Manaſſe: qui dixerunt ad Ioſue filiũ
Ioſ.17.d Nun: Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis & funiculi unius, cum ſim tantæ multitudinis, & bñdixerit mihi dñs? Quibus reſpondit Ioſue: Si populus multus es, aſcende in ſyluam: & ſuccide tibi ſpacia in terra phereꝛei & raphaim: quia anguſta eſt tibi poſſeſſio montis ephraim. Et iterũ: Dixitq; Ioſue ad domũ ephraim & manaſſe: Populus multus
Ibidem es, & magnæ fortitudinis: nõ habebis ſortẽ unam, ſed tranſibis ad montẽ: & ſuccides tibi atq; purgabis ad habitandũ ſpacia: & poteris ultra procedere, cũ ſubuerteris chananæũ: quẽ dicis ferreos habere currus, & eſſe fortiſſimũ. Hoc propterea dixerim: quia nunc ſcriptura commemorat Ioſeph, hoc eſt, Ephraim & Manaſſe duplicẽ habere funiculũ. Singulæ autẽ tribus iuxta multitudinẽ ſuam, æqualia accipiũt terræ ſpacia: nequaq̃ arbitrio diuidentis, ſed ſorte quæ in
Ioſ.19.d dñi poteſtate cõſiſtit. Denicꝫ & ipſe Ioſue, qui diuiſor terræ fuit, nõ ꝓpriã ſibi ſeparauit terrã, ne optimã elegiſſe uideretur: ſed accepit a principibus omniũ tribuũ thamnathſareh in monte Ephraim. b ¶ Hic eſt autẽ terminus terræ ad plagam ſeptentrionalẽ ꝛc. Inter deſcriptionẽ terræ ſanctæ duodecim tribuum Ioſue filij Nun, & quæ nunc per Ezechielẽ fieri imperat, hoc intereſt: qđ ibi inter tribus ſorte terra diuiditur: hic dñi iubentis arbitrio delegatur. In Numerorũ
Nu.34.B igitur libro in quo omnis terra repromiſſionis per quatuor plagas breui ſermone diuidit: ab aquilone, id eſt, plaga ſeptentrionali iſta deſcriptio eſt: Porro ad ſeptentrionalẽ partẽ a mari magno termini incipient: peruenientes uſq; ad montem altiſſimum, a quo ueniẽs in hemath, uſq; ad terminos Sedada: ibuntq; confinia uſq; Zephrona, & uillam Enan; ſiue Haſer enon: Dicuntq; hebræi ſeptentrionalẽ plagã incipere a mari magno: qđ Paleſtinæ, Phœnicis, & Syriæ, quæ appellat Cœle, Ciliciæq; prætendit littoribus: & ꝓ ægyptũ

a hethalon

b & cadet terra hæc uobis in poſſeſſionẽ. Hic eſt autẽ terminꝰ terræ ad plagã ſeptentrionalẽ a mari magno uiæ

E tendit ad Libyam. Quod autem dicit: Peruenient termini uſq; ad montē altiſſimū: idem hebræi autumāt uel Amanū montē ſignificari uel taurum: quod nobis uidetur uerius. A quo (inquit) uenies in Hemath, quæ nunc Epiphania nominat: ab Antiocho crudeliſſimo tyrannorū nomine commutato: Nam cognomentū habuit Ἐπιφανής. Vſq; ad terminos inquit Sedada: qui locus & in præſenti Eçechielis ponit lectione: Ibunt cōfinia uſq; Zephrona: quam urbem hodie Zephyriū opidum Ciliciæ uocant. Hoc autem qd ſequit: Et uilla Enan: pro quo in hebraico ſcriptū eſt, חֲצַר עֵינָן ſiue Enan, & præſens continet locus. Et interim ſcd'm hiſtoriā breuiter ſtrinxiſſe ſufficiat: & tam Numerorū q̄m Eçechielis deſcriptionem ſibi ex latere copulaſſe: ut prudens lector intelligat in quibus, uel eadem, uel uicina, uel diuerſa commemorarint. Nunc interpretatis nominibus ſingulorum, ſequamur Anagogen: & quid nobis uideatur in ſingulis, præbēte dño diſſeramus. Hethalon interpretat, incunabula mœroris: Sedada, latus eius: a latere, non a latitudine intellige. Hemath, furor: qui græce dicitur, χόλος. Berotha, putei: Sabarim, circuitus montium: Damaſcus, ſanguis ſacci, & oſculi ſiue poculi. Domum autem ſiue atrium Thicon, Symmachus interpretat, atrium medium: quod pergit ad terminos Hauran. Igitur Thicon, medium ſonat. Hauran quā Lxx. in græcū uertere ſermonē, haurani tidis, iracundiam. Haſer autē Enon quæ eſt terminus Damaſci, in lingua noſtra dicit atrium fontis. Septentrionalis igitur plaga incipit a mari magno p uiam Hethalon: quod interpretat, incunabula mœroris: & per pœnitentiā uenit ad Sedada, ubi ē ex latere declinatio. Intelligim⁹ em̄ impendentē nobiſ Hemath, hoc eſt, indignationē dei: ſiue Hemath ueritate cōperta, aperiunt nobis putei Berotha: quos foderunt principes, Abraham, Iſaac, & Iacob: longoq; circuitu peruenimus ad montes Sabarim: qui poſiti ſunt inter Damaſcū, hoc eſt, ſanguinē cilicij, & cōfiniū Hemath (ut ſupra diximus) ueritatis. Sicut em̄ per mœrorē declinamus mala impendentia, & ex latere deuitamus: ſic poſt ſanguinē & cilicium uitæ ſanguinariæ: anteq; ueniam⁹ ad cōfinia Hemath, circuimus & peruenimus ad montes: de quibus ſcriptum
Pſ.124.a eſt: Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi ſui. Qui locus appellatur, atrium Thicon, hoc eſt, atrium medium, ut interpretatus eſt Symmachus: iuxta terminos Hauran, quod iracundiam ſonat: & cum ꝓpheta dicamus:
Michee.7.b Iram domine ſuſtinebo, qm̄ peccaui ei. Et a mari uſq; termi
Actu.9.a nos Damaſci: in quo & apoſtolus Paulus a furore iudaico, & effuſione eccleſiaſtici ſanguinis, lumē cæcitate cōſpexit: & aſſumpto cilicio perſecutionis ueteris, euāgeliū prædicauit: ut peruenire ad atrium fontis æterni: & in aquilone quondam poſitus, apprehēderet terminū ueritatis. a ¶ Porro plaga orientalis de medio hauran / et de medio galaad ꝛc.
Nu.34.b Pro quo in Numerorū libro ita ſcriptum repperi: Inde metientur fines contra orientalē plagam de uilla Enan, hoc eſt, Haſer enon, uſq; Sephema: & de Sephama deſcendent termini Rebla cōtra fontē: inde peruenient contra orientem in mare Chenereth, & tendent uſq; ad Iordanē: & ad ultimū claudent mari. Supra dixerat: Et erit terminus a mari uſq; ad Haſer enon, terminus Damaſci. A fine igitur ſeptentrionalis plagæ, hoc eſt, atrio Enan, tendunt fines iuxta Numerorum librū uſq; Sephama, quam hebræi Apamiam nominant: & de Apamia deſcendunt termini in Rebla, quæ nunc Syriæ uocat Antiochia. Et ut ſcias Reblam hanc ſignificare urbem, quæ nunc in Syria Cœle nobiliſſima eſt, ſequitur:

hethalon ueniētib⁹ ſedada, hemath, berotha, ſabarim, quæ eſt inter mediū damaſci & cōfiniū hemath: atriū thicon, quæ eſt iuxta terminos hauran Siue hauranitidis). Et erit terminus a mari uſq; ad atrium enon Siue ſeranan) terminus damaſci: & ab aquilone ad aquilonē
a terminus hemath plaga ſeptentrionalis. Porrō plaga orientalis de medio hauran, & de medio damaſci, & de medio galaad, & de medio terræ iſrael: Iordanis diſterminans; ad mare orientale metiemini plagam orienta
b lem. Plagā autē auſtralis meridiana a thamar uſq; ad aquas

חֲתְלוֹן
צְדַדָה
חֲמַת
בְּרוֹתָה
סִבְרַיִם
רַמַּשׂ
תִּיבוֹן
חוֹרִן
חֲצַר עֵינָן
F

G Contra fontem, quē perſpicuum eſt ſignificari Daphnē: de quo fonte ſupra dicta urbs, aquis abundantiſſimis fruitur. Hic autē locus a Cneo Pompeio, qui primus Iudæam rhomano ſubegit imperio, militari manu conſitus eſt: & ab eo iuxta fabulam poetarū, Daphnes nomen accepit ob lauros & cypariſſos: quæ arbores in ipſo loco frequētiſſimæ ſunt. Inde (inquit) peruenit terminī cōtra orientalem plagā ad mare Chenereth, uſq; ad ſtagnum Tyberiadis. Mare autē dicit, cum habeat dulces aquas: iuxta idioma ſcripturarū: q̄ congregatiōes aquarū appellant maria. Et tendent (inquit) termini uſq; Iordanē: & ad ultimum claudent mari: uel mari mortuo, uel ut alij putant, lingua maris rubri: in cuius littore Ahila poſita eſt: ubi nūc moratur legio & præſidiū rhomanorū. Hoc iuxta Numerorū librū dictū ſit: Iuxta Eçechielē ꝙo de medio Hauran, qd eſt opidum Damaſci in ſolitudine, & de medio Galaad, qui mons libani collibus copulatus, cecidit in ſortem Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe: & eſt a tergo Phœnicis & Arabiæ: ad quem montem peruenit de Carris profectus Iacob: & cōprehenſus eſt a Laban: de quo & Hieremias loquitur: Galaad tu mihi initiū libani: quā cœpit de Amorreorum regione Galaad filius Machir, filij Manaſſe: finiſq; huius plagæ, Iordanis fluuius diſterminans, & mare orientale: qd in hoc loco mare mortuū, nō linguam maris rubri intelligunt. Dicamus iuxta Tropologiam: Poſt terminos aquilonis lōgo circuitu p Hethalon, & Sedada, & Berotha, Sabarim quoq;, Thicon, & Hauran, & Damaſcū, & atrium Enon, ad Hemath uſq; puenit oriētalis plaga: de medio iracundiæ Hauran, & de medio Damaſci, ſanguine uidelicet pœnitentiæ, & de medio Galaad: qd interpretat, reuelatio, uel tumulus teſtimonij: ut poſt iram & pœnitentiam, ſpem ſalutis oſtendat: & de medio terræ iſrael, quæ uiſionem continet pacis, uſq; ad dulciſſima Iordanis fluenta pertingat: quæ longe ſeparato mari lumen orientis conſequitur: ita ut fluuio Iordanis, qui interpretat, rituus iudicij, & orientis termino finiatur. Quod autē in Lxx. ponit, φοινικῶνος, id eſt, palmeti, in hebraico non habet: pro q̄ nos metiemini interpretati ſumus: Errorq; manifeſtus, q̄ pro תֶּחֱמֹרוּ literæ de
coepti ſimilitudine ר & ר legerunt תֶּחֱמֹרוּת. b ¶ Plaga autē auſtralis meridiana ꝛc. Hæc eſt plaga ad meridiem auſtralis. Pro quo in Numerorū libro ita ſcriptū eſt: Incipiet a Nu.34.a
ſolitudine Sin, quæ eſt iuxta Edom: & habebit terminos cōtra orientē mare: qui circuibunt auſtralē plagam p aſcēſum ſcorpionis: ita ut tranſeant Senna, & peruenient in meridie uſq; ad Cades barne: unde egredient cōfinia ad uillam nomine Addar: & tendent uſq; ad Aſemona: ibiq; per gyrum terminus ab Aſemona uſq; ad torrentem ægypti: & maris magni littore finiet. Qd breuiter hoc ſignificat, ne per occaſionem Eçechielis, ad expoſitionem uideamur Numerorū tranſiſſe latiſſimā. A ſolitudine Sin, quæ eſt iuxta Edom, & mari rubro terminū circuire: & per aſcēſum ſcorpionis: & p Senna & Cades barne & atriū Addar: & ab Aſemona peruenire uſq; ad torrentē ægypti: qui iuxta urbem Rhinocoruram mari influit. Hic ꝙo terminus plagæ auſtralis, hoc eſt, meridianæ incipit a Thamar: quæ urbs in ſolitudine eſt, quā & Salomō miris operibus extruxit: & hodie Palmyra nuncupat: hebræoq; ſermone תָּמָר dicitur: quæ in lingua noſtra, palmā ſonat: uſq; ad aquas contradictionis Cades, quā in deſerto eſſe nō dubiū eſt: & torrens ingrediens mare magnum, hoc qd ægypti Paleſtinæq; prætendit littoribus: & hæc eſt plaga auſtralis ad meridiem. Poſt plagam ergo

aquilonis

A aquilonis & orientis, quãdo ortus nobis fuerit ſol iuſticiæ: accipimus meridianam plagam, quando totum nobis de/
Geñ.19.a Pſ.103.b ſuper lumẽ infunditur: & cum Abraham inimus conuiuiũ: & inebriamur uino, qđ lætificat cor hominis, cum Ioſeph & fratribus eius. Incipit autem iſta poſſeſſio, & hi termini a Thamar: a palma uidelicet uictoriaq; uitiorum, uſq; ad aquas cõtradictionis. Semper enim uirtutibus contradicit. Vnde & prædicationi euangelicæ,
Actu.15.a Iudæi contra Paulum diſſerẽtes, in toto orbe aſſerunt contradici. Et in euangelio legimus,
Luc.2.c Symeone dicente: Hic erit in ruinam & reſurrectionem multorũ: & in ſignum cui contradicetur. Omnis autẽ contradictio eſt ſanctitatis, quod interpretatur Cades: dicẽte pſalmiſta:
Pſ.28.b Concutiet dominus deſertũ Cades: quod uidelicet primũ nõ habebat dñi ſanctitatẽ: ſed concuſſum eſt atq; cõmotum: ut reciperet hoſpitem deum
Eſa.66.a qui dicit: Super quẽ requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & tremẽtem
B uerba mea? Poſt deſertum Cades uſq; ad mare magnũ in meridie plagæ auſtralis torrens eſt: de quo ſupra diximꝰ: qui nõ de terra, ſed de cœlo pluuias habet diuerſarum uirtutum uarietate collectas. a ¶ Et plaga maris ꝛc. hęc eſt plaga maris. De qua manifeſtius & breuius ſcribit Numerorum liber. Plaga autem occidentalis a mari magno incipiet, & ipſo fine cõcludetur, hoc eſt, de mari uſq; ad mare: ad torrentem uidelicet Rhinocoruræ, qui influit in mare, uſq; ad eum locum qui eſt cõtra
Iu'34.a Hemath urbem Syriæ: de qua ſupra diximꝰ. Occidens autem iuxta leges Tropologiæ ſemper in mari eſt: ſemper in ſalo & fluctibus, ubi quotidie naufragia ſuſcitantur: & miſerorum neces, & diuitiarum & mercium amiſſio: & tamen cum hæc omnia patientia fregerimus, uenimus per directũ ad Hemath, hoc eſt, ad domini ueritatẽ: qui uictis perſecutionibus, æterna nobis præmia repromiſit. b ¶ Et diuidetis terram iſtam uobis per tribus iſrael: et metietis eam in hęreditatẽ uobis ꝛc. Per hoc capitulum diſcimus, & decutitur ſupercilium iudæorum, nihil inter iſrael & gentium populum eſſe diuiſum. Si enim aduenis & alienigenis cum his qui ſunt de populo iſrael, hoc eſt, indigenis terra diuiditur: nulli dubium eandem eſſe hæreditatem populi gentiũ & populi iudæorum: ſi tamen conuerſi fuerint ad cultum dei iſrael: quod proprie nomẽ poſſidet chriſtianum: habentibus iudæis legis literam & nobis ſpiritum: illis tenentibus membranas: & nobis eum qui ſcriptus eſt in membranis. Et apud Moyſen ſorte terra diuiditur: hic autem (ut diximus) domini iudicio delegatur: unaq; poſſeſſio eſt aduenæ & iſraeli: & in ſingulis tribubus datur hæreditas iubente dño deo. ¶ Ca. XLVIII

Et hęc nomina tribuum / a finibus aquilonis iuxta uiam hethalon pergẽtibus hemath atriũ ꝛc. Deſcripta terræ ſanctæ poſſeſſione tam iuxta præſentẽ Eçechielis ꝓphetiã q̃ iuxta Numerorum librum: nunc ſingularum tribuum a plaga orientali uſq; ad plagam occidentis, id eſt, maris poſſeſſio deſcribit̃: & primũ fines accipiunt ab aquilone iuxta uiam Hethalon pergẽ tibus Hemath, atrium ſiue haſer Enon terminum damaſci ad aquilonem iuxta Hemath: de quibꝰ ante iam diximus. Incipit autẽ primum tribus Dan: ſecunda, Aſer: tertia, Neptalim: quarta, Manaſſe: quĩta, Ephraim: ſexta, Ruben: ſeptima, Iudæ, hoc eſt, a ſiniſtra parte: & completur numerus ſeptenariꝰ: Deinde primitiæ ſacerdotum & leuitarũ, & ſanctuariũ domini in medio, ſanctumq; ſanctorum. Vrbs quoq; ipſa deſcribitur per ſingula latera in quadrũ, quatuor milia & quingentos habens calamos. Suburbana quoq; ſacerdotum & leuitarũ per ordinẽ deſcribuntur, & poſſeſſio principis. Rurſumq; a parte dextera ſuccedunt quinq; tribus a plaga ſimiliter orientis, uſq; ad plagam occidentis: quarũ prima ẽ Beniamin: ſecũda, Symeon: ſuam ſpecialiter habẽs poſſeſſionẽ: & nequaq; ut prius mixtam cum Iuda: tertia, Iſachar: quarta, Zabulon: quinta, Gad: portæq; ciuitatis ternæ per ſingulas plagas: & nomẽ ipſius ciuitatis, qđ in fronte pontificis auri lamina cõtinet̃: De quibus uniuerſis in ſuis diſſeremus locis. Hocq; notandum, quod quadragintaocto ciuitatum Nume.35.a quæ in Numerorũ uolumine tribui leuiticæ dantur ad habitandum cum ſuburbanis ſuis, hic ſilentur nomina: & ciuitates fugitiuorum: quarũ tres trans Iordanẽ, Boſor uidelicet & Ramoth & Gaulon in duabus & dimidia tribu datæ ſunt: & tres intra Iordanem, Cades uidelicet, & Sichem, & Cariatharbe. Neq; enim opus erat in deſcriptione myſtica, & habitatione ſanctorũ & conuerſatione perfecta, fugitiuorum deſcribi auxilia: quibus iſrael indiguit adhuc in terra poſitus: & per multos labores atq; diſcrimina ad hanc ciuitatem uenire feſtinãs: & in ſingulis ſanctis loquẽs: Aduena Pſ.38.c ſum atq; peregrinus ſicut omnes patres mei. Et in alio loco: Ibi.118.b Habitaui cum habitantibus Cedar: multum peregrinata eſt anima mea. c ¶ Et ſuper terminum Iuda a plaga orientali uſq; ad plagam maris ꝛc. Superfluum eſt diſſerta diſſerere: & in quibus ſupra laborauimus, quaſi non ſint dicta iterum laborare. Poſt ſeptem tribuum terminos, ab oriente uſq; ad occidentem deſcribuntur primitiæ: quarũ latitudo teneat uigintiquinq; calamorũ: longitudo ꝟo ſicuti tenent ſingulæ tribus ab oriente uſq; ad mare: cuius longitudinis incertus eſt numerus. Neq; enim in ſingularũ deſcriptione tribuum, menſura deſcripta eſt. Sin autem latitudo habeat uigintiquinq; miliũ calamorũ, conſtituitur multo maiorẽ eſſe numerũ longitudinis, quæ ſemper maior eſt latitudine:

E In medio autem sanctuariū ponit iuxta primitias quæ sunt dño separatæ, longitudinis uigintiquinq; miliū calamorū, & latitudinis decē milium: quæ legens nihil aliud possum
Roma. 11.d dicere, nisi illud Apostoli: O profundū diuitiarū sapiētiæ & sciētiæ dei, q̄ inscrutabilia iudicia eius: & ininuestigabiles uiæ ei⁹. Et in alio loco:
Eph. 3.d Vt possitis cōprehendere cū oīb⁹ sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundū: scire etiā supereminentē sciētiæ charitatem Christi: ut impleamini in omnē plenitudinē dei. Vigesimumquintū aūt numerū referri ad sensus: de quibus dictum est: Sensum diuinum possidebitis: & decē miliū ad pfectā cōsumatāq; uirtutē: quæ decalogo ueteris instrumēti, ad euāgelicū perueniat sacramētū: & pri⁹ breui sermone perstrinxim⁹, & hic ex parte commonebimus. Si enim abuno addens numero, ad quatuor perueniaſ, denariū implebis numerum: atq; ita fiet ut & uetus testamentum cōstringaē in nouo, & nouū in ueteri dilateē.

F a ¶ Hę autē erunt primitię sanctuariį sacerdotū ⁊c. Quatuor primitiarū sanctuariį describuntur plagæ: quæ non ad populū, nec ad uulgus ignobile, neq; ad leuitas inferiorē gradum, sed proprie ad cultū pertinēt sacerdotū: aquilonis uidelicet & occidentis, & orietis, & austri: & p partes ꝓfectuū ordo narrat: ut aquilonis frigora relinquētes, uenjam⁹ ad occidentē: qđ scilicet occidant nobis uitia atq; intereant: & inde trāseam⁹ ad orientē: ortoq; nobis sole iusticiæ, ueniam⁹ ad meridiē: in quo clarissimū lumē atq; perfectū est: & tam ab aquilone usq; ad mare, q̄ ab oriente usq; ad meridiem uigintiquinq; milia longitudinis, & latitudinis decem milia sint: ut ubiq; eadē longitudinis & latitudinis mēsura seruet. Sanctuariū autē, id est, tēplū dñi in medio erit primitiarū sacerdotaliū: & æquo latere ex omni parte uallabitur. Et qđ dixerat: Hæ autē erunt primitiæ sanctuariį sacerdotū: ne cōmuni uocabulo oēs sacerdotes uindicarēt sibi huius loci possessionē & cerimonias obseruādas, ponit specialiter inferēs: Sacerdotibus sanctuariū erit de filijs Sadoch, qui interpretat, iustus:
צדוק
Ps. 10.b de quo dicit: Iustus dñs & iusticias dilexit: æquitatē uidit uultus eius. Pro quo Sadoch, Lxx. scribunt Sadduc. Iste Sa
Ioh. 5.d doch loquit in euāgelio: Non em̄ pater iudicat quemq̄: sed omne iudiciū dedit filio. Et de hoc sub noīe Salomonis my
Ps. 71.a stice ꝓpheta decantat: Deus iudiciū tuū regi da: & iusticiā tuam filio regis. Illi autē sacerdotes, dñi sanctuariū possidebunt & custodient cerimonias eius: qui nō errauerūt cum errarent filij israel atq; leuitæ: de quib⁹ in superiorib⁹ disputatum est: qui nō offerunt uictimas, sed priuilegio nominis & erroris sui humilitate cōtenti, semper loquunt in corde:
Ibi. 50. Iniquitatē meam ego agnosco: & peccatū meū cōtra me est semper. Audiat hoc sacerdotalis gradus, & Arianæ persecutionis ardore superatus, ac ueræ postea fidei ne opib⁹ careat & potētia colla submittēs, sufficere sibi si nō expellaē ex tēplo, si pristini nominis umbrā quandā & imaginē teneat: & nō resupin⁹ ructans delitias: quasi immaculatus & purus

separabitis, uigintiquinq; milia latitudinis & longitudinis: sicuti singulæ partes a plaga orientali, usq; ad plagam maris: & erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ quas separabitis dño, longitudo uigintiquinq; milib⁹,
a & latitudo decem milibus. Hæ autē erunt primitiæ sanctuarij sacerdotum: ad aquilonē longitudinis uigintiquinq; milium: & ad mare latitudinis decē milia: sed & ad orientē latitudinis decē milia: & ad meridiem longitudinis uigintiquinq; milia: & erit sanctuarium dñi in medio ei⁹. Sacerdotib⁹ erit sanctuariū de filijs Sadoch, qui custodierunt cerimonias meas: & nō errauerunt cū
b errarēt filij israel, sicut errauerūt leuitæ. Et erūt primitiæ de primitiuis terræ sanctū sanctorū, iuxta terminū leuitarum. ¶ Sed & leuitis similiter iuxta fines sacerdotū uigintiquinq; milia lōgitudinis, & latitudinis decē milia: omnis longitudo uigintiquinq; miliū, & latitudo decē miliū. Et non uenundabunt ex eo neq; mutabunt Siue metient) nec transferent primitiæ terræ Siue auferent): quia sanctificatæ sunt dño. Quinq; milia autē quæ superfunt in latitudine per uigintiquinq; milia, ꝓphana erunt urbis in habitaculum, & in suburbana: & erit ciui
c tas in medio eius. Et hæ mēsuræ eius: ad plagam septentrionalem, habeant quidē leuitæ confinia sacerdotū, sed umbilicū. i. mediū ei⁹ & ipsam possessionem tenere non ualeant.
b ¶ Sed ⁊ leuitis similiter iuxta fines sacerdotum ⁊c. Q̄d nos uertimus in prophanū, pro quo Aquila βέβηλον, Symmachus & Theodotio λαϊκὸν transtulerūt, Lxx. dixere πρότειχισμα, qđ antemurale possumus dicere. Prophanū autē est & laicū. i. uulgare, quod oīni populo habitare passim licet. Illud autē qđ dixerunt Lxx. nec mensurabit̄, nec auferetur: ꝓ eo q̄d nos diximus: nō mutabitur, nec transferet̄, sensum non habere perspicuū est. Describitur quoq; leuitarū possessio quæ uicina quidē est finib⁹ sacerdotū: & eadē habet spacia in longitudine & in latitudine pro multitudine leuitarū, quæ habet paucitas sacerdotū: sed tñ ꝓprijs utitur terminis: & intelligit se a sacerdotali gradu esse disiunctam, ad decutiendā superbiā ministrorū: qui ignorantes humilitatē status sui, ultra sacerdotes, hoc est, presbyteros intumescūt: & dignitatē nō merito, sed diuitijs existimant. Certe qui prim⁹ fuerit ministrorū: quia per singula concionat̄ in pp̄los, & a pontificis latere nō recedit: iniuriā putat si presbyter ordinet̄: & nō meminit mensarū & uiduarū minister, in obsequiū se & ministeriū non solū sacerdotū, sed & uiduarū & pauperū delegatū. Et non uenundabunt (inquit) ex eo neq; mutabūt, ut permaneat leuiticæ distributiōis æterna possessio: nec uincat̄ precio meritū dignitatis: nec ab alio transferam⁹ ad aliū: qa quæ sanctificata sunt dño, nō sunt eorū quib⁹ data sunt, sed eius cuius noie possidentē. Quinq; milia autē quæ supersunt in latitudine: per uigintiquinq; milia, subaudiē, longitudinis, prophana erunt urbis: ut cunctis habitare liceat israelitis, omniq; de plæbe: nō q̄ immūda sint, aut aliquid in habitatione terræ sanctæ cōtaminatū, putridū puteē & sordidū: sed qđ præter sacerdotes oīb⁹ in eis habitare ꝓmissum sit. Per quæ intelligim⁹ cūcta quæ referim⁹ ad sensus, hoc est, ad corporis uoluptates: quæ uisu, & auditu, tactu, odore, & sapore capim⁹. esse ꝓphana: & tēpli sanctimoniā nō habere: nec sacerdotale esse priuilegiū, sed laicæ uilitatis. ¶ Ciuitas autē erit in medio: de q̄ scriptū est: Fluminis ipet⁹ lætificat ciuitatē dei. Et: Ps. 45.a Matth. 5.b
Non pōt ciuitas abscōdi sup montē posita: de q̄ dicem⁹ in cōsequētib⁹. πρότειχισμα, hoc ē, antemurale: & διάσημα. i. spaciū: qđ Lxx. ꝓ suburbanis interpretati sunt: quē sensum in hoc loco habeant, ignoramus. c ¶ Et hę mēsurę ei⁹ ⁊c. Q̄d dicit: Et hæ mēsuræ eius, subaudiendū est, ciuitatis: In fine em̄ præteriti capituli positū est: Et erit ciuitas in medio eius. i. terræ. Primūq; a plaga septentrionali incipit: & e regione ponit plagam meridianā: Rursumq; par reddit parit: ut orientali plagæ econtrario ponat occidentalem, id est,

mare

A mare: singulaq; latera ciuitatis habeāt quatuor milia & qngentos calamos, q faciūt supputatim undecim milia passuū & octogintaquinq; ut simul omnis urbs sicut in fine huius uoluminis scribit: p circuitū habeat decē & octo milia calamorū, qui faciūt quadragintaquatuor milia passuū & trecētos q̄draginta. Vnde & q̄drageſimus quartus psalmus qui inscribit, in finē p his q cōmutabunt: & pertinet ad Idida: id est, ad amabilē dñi: siue ut interpretatus est Aqla p lilijs, Symmachusq; p flori b⁹, ecclesiæ, quæ urbs dñi est continet sacramēta: de qua scribit in eodē psalmo: Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circūdata uarietate. Et iterum: Omnis gloria filiæ regis intrinsecus: Matth. 23.c ut nō sit similis sepulchris forinsecus dealbatis, sed & intus & foris omnia lauet paropsidis. Cūq; recesserim⁹ ab aquilone uento frigidissimo: trāsimus ad meridiē, & post ortū in nobis lumen scientiæ, occasum fortitudinū formidamus, nequaq; præterita sed futura cō syderātes: nec habētes certā uirtutis possessionem: sed quotidie in B oratione dicentes: Ne Mat. 5.b inducas nos in tēptationem quā ferre non possumus. a ¶ Erunt autem suburbana ciuitatis ad aquilonem ducenti quinquaginta: z ad meridiē ducēti qnq̄ginta ꝛc. Pro suburbanis quæ hebraice dicūtur מִגְרָשׁ: rursum Lxx. διάστημα: id est spaciū trāstulerūt. Q d' autē dicit, ducēti quinquaginta p singulas plagas, sub audit calami: qui sena cubita habēt & unū palmū, & p singula latera faciūt passus sexcētos decē & septē paulo minus: & in cōmuni mille calamos: habētes passus duo milia quadringētos sexaginta octo: quæ spacia muros per circuitum ambiunt ciuitatis: ut inter urbē & ea quæ reliqua sunt diuidāt. Ex quo ostendit nullū de his spacijs ad exercendū opa ciuitatis capiēdorūq; fructuū habere licentiā: sed uacare ab usu & ope hominū: ut circūmuralia urbis, sponte nascentiū uirgultorū atq; herbarum, & cæterorū quæ terra gignit, habeant amœnitatē. b ¶ Q3ō autē reliquū fuerit in longitudine ſm primitias sanctuarij decē milia ꝛc. Post urbis sanctæ descriptionē & suburbana eius: reliquā partē primitiarū sanctuarij decem milia calamorum in orientem: & alia decem milia ad occidentem tendentium, delegari his qui opera ciuitatis exercent ad uarios usus, & quibuscūq; urbs indiget: ut scilicet serantur: & ex frugibus quæ in hoc terræ nascunt̄ spacio uescantur operarij: qui uel mœnia urbis extruunt: uel interrupta & ruinosa restituunt: ut habeat ciuitas cultū suum: & sarta tecta cum popoſcerit necessitas instaurentur. Et hæc non solum in israel uel in possessione terræ sanctæ spiritualiter ecclesiæ mysterio continetur: sed in rhomano quoq; fieri probamus imperio: ut quædam uillæ sint pertinentes ad iura urbium, uel regia munificentia, uel hæreditatibus & donatione multorum: ne scilicet paulatim ædificia collabantur, & ædes publicæ quæ ornamento sunt ciuitati, longa uexentur incuria. Operarij autem inquit siue qui seruiunt in operibus ciuitatis, erunt ex omnibus tribubus israel: ut nullus se ab opere ciuitatis immunem putet: C sed omnes certatim extruant ecclesiam. Quod in tabernaculo quoq; factum legimus: ut pro uarietate uirium: alius aurum & argentum, coccum, byssum & purpuram, uariaq; & diuersa subtegmina: alij pelles & caprarum offerant pilos: & cum essent dona diuersa pro qualitate substantiæ, unum donantium esset præmium: immo maius eorum qui parua quidem obtulerint, sed maiora pro uiribus: in exemplum uiduæ pauperis quæ duo minuta in gaçophylacij dona mittebat: & domini est iudicio laudata, dicentis: Vere dico Luc. 12.d uobis quia uidua hæc pauper plusq; omnes misit: Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera dei: hæc autem ex eo q̄d deest illi: omnem uictum suum quem habuit misit. Sicut ergo diximus de operibus ciuitatis: sic illud breuiter perstringendum est: q̄d omnes primitiæ sanctuarij & possessio ciuitatis pariter supputata per quadrum, contineat milia ducenta quadraginta sex & D partem tertiam. Si em̄ uigintiquinq; milia calamorū qui senos cubitos habent & palmū unū, faciunt nostra, hoc est rhomana sexaginta & unū milia & sexcentos sexaginta septem passus: nulli dubiū est: hæc in q̄druplū supputata supiorem efficere numerū. Ex quo ꝑspicimus omnia intelligēda spiritualiter: ecclesiæ possessionē multo latiorē esse q̄ quondam fuit in iudæa: qui ne accepere quidem partes terræ sanctæ: sed ex singulis tribubus quadragintaocto ciuitatum, non ex pleno possessionem: sed habitationem & hospitia susceperunt: ut ipsi quoq; qui uidentur laici nec peruenisse ad sacerdotalem & leuiticum gradum: tamen si operentur in domini ciuitate uescantur de sancta terra: terra mitium, terraq; credentiū: quorum unus loquebatur: Credo uidere bona domini in ps. 26.d terra uiuentium. c ¶ Q3ō autem reliquum fuerit p̄incipis erit ex omni parte siue hinc siue inde p̄imitiarum sanctuarij z possessionis ciuitatis: e regione siue cōtra faciē uigintiq̄nq; milium p̄imitiarū usq; ad terminū orientalem ꝛc. De hoc principe supra plenius disputatum est: & quod tantum solus acciperet quantum una tribus: Nunc autem aliud discimus quod ex cunctis tribubus quicquid reliquum fuerit hic solus accipiat: ut nulla tribus sit quæ principi dona non offerat: non aliunde, sed ex primitijs quæ templo & sanctuario & delegatis urbis partibus seruiunt. Hoc est enim q̄d dicit: E regione siue cōtra faciē uigintiq̄nq; miliū primitiarū usq; ad terminū orientalē siue usq; ad terminū maris: ut sint primitiæ inter septē & q̄nq; trib⁹: & in ipsis primitijs ciuitas & suburbana ei⁹: & in medio ciuitatis sanctuariū tēpli. Sed & de possessione leuitarū & de possessione ciuitatis quicquid reliquum est, principi deputabitur: eritq; pars extrema septem tribuum uicina primitijs & ciuitati & templo in tribu iuda: & pars extrema quinq; tribuum eodem iure quo supra in tribu beniamin: ipsa extrema pars ad principem pertinebit. Ex quo scripturæ sanctæ sacramenta miranda sunt;

E & cogitanda magis, q̄ eloquio proferenda. In priori enim
Nume.32. diuisione terrarum trans iordanem per moysen duabus tri
Ios.13.a bubus Ruben & gad & dimidiæ tribui manasse terra diui-
sa est: intra iordanem autē per Iosue filiū Nun & Eleaçarū
Ios.15.a filium aaron, Iudas possedit ab austro: & Ephraim & ma-
nasse tribus dimidia,
ab aquilone. Postea ue
Iosue.18.a ro de silo missis explo
ratoribus per singu-
las trib⁹, & descriptio-
ne terræ allata ad Io-
sue & Eleaçar: benia-
min iuxta iudā ab au-
stro: & iuxta ephraim
& dimidiam tribum
manasse accepit posses-
sionem. Secunda tri-
bus symeon hæredita
tem accepit in tribu iu
Genē.49.b da: ut implerēt q̄d scri
ptum est de leui & sy-
meon: Diuidā eos in
iacob & dispergā eos
in israel. Tertia çabu-
lon galileam accepit in
qua est mons thabor.
Quarta Isachar ubi
est ieçrahel usq; ad ior
danem. Quinta aser
usq; ad montē carme-
lū qui imminet mari
magno tyrumq; & si-
donem. Sexta nepta-
lim, in galilæa usq; ad
iordanem: ubi tybe-
rias quæ olim appella
batur chenereth. Septi
ma dan usq; ioppen:
F ubi sunt turres Hai-
lon & selebi & emaus:
quæ nunc appellatur
nicopolis: licet postea
legerimus q̄d cœpe-
rint sibi trāscēsis aliis
tribubus urbem Lesem in tribu dan, quæ hodie appellatur
Paneas. Cum hæc se ita habeāt: & inter priorē tribuum de-
scriptionem, & quæ nunc habetur tanta diuersitas sit: hoc
cōsyderem⁹ quō & in præsēti descriptiōe & in præterita in-
ter tribū iuda & beniamin urbs & tēplū collocatū sit. Et in
priori q̄dē descriptiōe iudas erat ab austro, & beniamin ab
aq̄lone: hic uero ecōtrario fit: ut iudas sit ab aq̄lone & benia
min ab austro: post quē secūdus est symeon: tertius isachar:
quart⁹ çabulon: qnt⁹ gad: qnq; uidelicet trib⁹, sicut in cōse-
quētib⁹ dicit: Scriptū est em̄: a ¶ Et relicꝙs tribub⁹: a pla-
ga orientali vsq; ad plagā occidentalē/beniamin vna ꝛc. Q d'
in qnq; & septē tribub⁹ sp in fine ponit una: subintelligit,
uel ps uel possessio uel hæreditas, licet Aq̄la & Symmachus
interpretent genere neutrali τὸ ὅριον, q̄d significat terminū.
Illudq; breuiter attēdēdū in extrema qnq; tribuū, trib⁹ gad
q̄ in priori descriptiōe fuit trās iordanē, poni in eā ptē quā
pri⁹ iudas tenuit: ad plagā uidelicet austri in meridiē: & esse
terminū de thamar usq; ad aq̄s cōtradictionis cades, hære-
ditatē cōtra mare magnū. Thamar ipsā de q̄ iā dixim⁹, quā
nūc palmyrā uocāt & o⁊m a salomone cōstructa est: palma
תָּמָר em̄ hebræo sermone thamar appellat, ab eo q̄d ibi palmeta
sint plurima, q̄dā putant hoc sortitā uocabulū. Q d'q; seq̄t:
Vsq; ad aq̄s cōtradictiōis cades, hæreditas cōtra mare ma-
gnū: ꝑ quo Lxx. trāstulerūt de thæman & aqua marimoth
cades, hæreditas usq; ad mare magnū: illud est obseruandū
in hebraico eundē sermonē מֵי מְרִיבַת קָדֵשׁ ambiguus sit: & hære
ditatē sonare & torrentē: & hic magis torrentē accipi debere
q̄ hæreditatē. Iste est em̄ torrēs q̄ ingredit mare magnū rhi-

quoq; leuitarum: & de possessione ciuitatis in medio
partium principis erit inter terminum iuda & inter ter-
a minum Beniamin: & ad principem pertinebit. Et rēli-
quis tribubus: a plaga orietali usq; ad plagā occidenta
lem, beniamin una. Et cōtra terminū beniamin, a pla-
ga orientali usq; ad plagam occidētalem, symeon una.
Et super terminū symeonis a plaga orientali usq; ad
plagam occidentis, isachar una. Et sup terminū isachar
a plaga orientali usq; ad plagam occidentalem, Zabu
lon una. Et super terminum çabulon a plaga orientali
usq; ad plagam maris, Gad una. Et super terminū gad
ad plagam austri in meridiem: & erit finis de thamar
usq; ad aquas contradictionis cades: hæreditas contra
mare magnum. Hæc est terra quā metiemini tribubus
israel: & hæ partitiones earum ait dominus deus.
b Et ēgressus ciuitatis a plaga septentrionali quingen-
tos & quatuor milia mensurabis. Et portæ ciuitatis ex
nominibus tribuum israel: portæ tres a septentrione.
Porta ruben una: porta iude una: porta leui una. Et
ad plagam orientalem quingentos & quatuor mi-
lia: & portæ tres. Porta Ioseph una, porta beniamin
una: porta Dan una. Et ad plagam meridianam quin
gentos & quatuor milia metieris: & portæ tres. Por-
ta symeonis una: porta isachar una: porta çabulon una.

Et ad plagam

G

יְרִיבוֹת

Psa.105.c

H

nocoruræ: ut anteiā diximus. Cades aūt quæ in libro Iosue
appellatur cades barne: in deserto est q̄d' extenditur usq;
ad urbem petram: Mariboth uero q̄d' interpretatur con-
tradictionis: non uocabulum loci est: ut plærisq; estimant:
sed aquarum: in quibus populus domino contradixit, &
moyses offendit deū:
dicente psalmo: Tēpta
uerūt eum ad aquam
contradictionis: & af-
flictus est moyses pro-
pter eos. Omnisq; ter-
ræ sanctæ hæreditas
ab australi plaga iuxta
termīos ægypti, rhino
corura, & torrente fi-
nitur. Et quia gad in-
terpretat̄ temptatio: in
possessione eius de pal
metis transimus ad a-
quas contradictionis
usq; cades quæ inter-
pretatur sancta: ut in-
telligamus nos etiam
post uictoriam mun-
di debere esse, sollici-
tos & semp in metu:
& recordari illi⁹ uersi-
culi: Tēptatio ē uita ho
minū sup terrā: & ad
sanctitatē aduersarijs
impugnātib⁹ puenire:
sicq; obtinere uictoriā
ut e uicino torrentem
plenū imbriū cōtēple-
mur. b ¶ Et egressus
ciuitatis a plaga septē-
trionali quingentos &
quatuor milia mensu-
rabis ꝛc. De ambitu
ciuitatis q̄d' per latera
singula in quadrum,
quatuor milia quingē
tos calamos habuerit,
præteritus sermo nar-
rauit: qui faciunt decem & octo milia calamoru: ut in præ-
senti capitulo q̄q; positū est: id est quadraginta q̄tuor milia
passuū: & trecentos quadraginta passus: Nunc scribitur per
singula latera, hoc est per undecim milia passuum, & octo-
gintaquinq; passus, ternas fuisse portas: quas Aquila, Sym-
machus, & Theodotio διεξόδους, Lxx. διεκβολάς uocant:
nos interpretati sumus, egressus & exitus ciuitatis. Illudq;
primum breuiter admonendū: easdem tribus in circuitu ta
bernaculi ita castrametatas: ut ad orientem fuerit, iudas, isa-
char, & çabulon filij liæ: & ad meridiem, ruben, symeon, gad
duo filij liæ & tertius filius çelphe ancillæ liæ. Ad occiden-
tē uero ephraim & manasses & beniamin, duo uidelicet filij
rachelis: q̄a Ioseph ꝑ tribu leui quæ sacrificijs deputata est,
in duas trib⁹ ephraim & manasse diuisa est. Ad Aq̄lonē aūt
dan & aser & neptalim: q̄rū prim⁹ & terti⁹ filij sūt bale ancil-
læ rachelis: secūd⁹ fili⁹ çelphe ancillæ liæ ignobiles: & ad aq̄
lonē positi: q̄ppe q̄ ex ancillarū inter se dissidētiū stirpe gene
rati sint. Hoc iuxta Numerorū librū & descriptionē taberna
culi q̄ iubēte deo moysi ore dictata ē. Nostra ꝙo urbs q̄ est ci
uitas magni regis, cui⁹ artifex & cōditor ē de⁹: de q̄ & psalmi
sta canit: Nūq̄d sion dicet hō, & hō nat⁹ ē in ea: & ipse funda
uit eā altissim⁹: aliā habet tribuū in terra sctā descriptionē:
& mēsurā ciuitatis & possessiōis ordinē & plagas tribuū sin
gularū. Primū em̄ plagæ aq̄lonis opponūt̄ tres portæ siue
exit⁹ ciuitatis: q̄rū est primogenit⁹ ruben: & iudas regiæ stir
pis auctor, & leui sup cui⁹ noīe in tabernaculo & sacrorū de-
scriptione nil dictū est: ut primogenita possidētes q̄si genus
regale & sacerdole, aq̄lonis frigora cōtēnam⁹. Secūdo ꝙo ad

Psa.86.a

orientē

A orientē ē ioseph, bēiamin, & dan: ambo filij rachel & unꝰ balancillæ eiꝰ. Ad meridiē ꝙo symeon, isachar, & çabulō: q tres liæ filij sūt. Porro ad occidētē gad, aser, & neptalim: q̄rū prio
Osee.14.d res duo filij Zelphæ sunt ancillæ Liæ: tertius filius Bale ancillæ rachelis. Quis sapiens & intelligit hæc: intelligens & cognoscet ea? Quia rectæ uiæ dñi: & iusti ambulabūt in eis: præuaricatores uero corruent in illis. Has duodecim portas sue exitus, pro qualitate meritorū atq; uirtutum singulis tribubus sub apostolicis & patriarcharū nominibꝰ arbitror delegatas. De qbus & in Apo
Apoc.21.d calypsi Ioānis apertius scribitur: & multa diuinarū scripturarum sacramenta testantur. Et necesse est, ut talis ciuitas decem & octo milium per circuitum teneat calamorum: sub

Et ad plagam occidentalem quingētos & quatuor milia: & portæ eorum tres. Porta gad una, porta aser una, porta neptalim una, per circuitū decem & octo milia: & nomen ciuitatis ex illa die, dñs ibidē.

quo numero & in duo de uigesimo psalmo lex naturalis est C
scripta gratiaq; euangelij describitur: quibus ecclesia: id est urbs saluatoris extructa est. Nomen quoq; ipsius ciuitatis nequaq; erit ut prius hierosolyma quæ interpretatur uisio pacis: sed adonaisama, qđ in latinum sermonem uertitur יְהוָה שָׁמָּה dominus ibidem: qui nunq; recedat ab ea ut a priori populo ante discessit: dicens ad discipulos: Surgite, abeamus hinc. Et ad Iudæos: Relinquetur uobis domus uestra deserta: sed æternam habeat possessionē: & sit
Ioh.14.d
Matth.23.d
ei ipse possessio: ipsidem discipulis repromittēs: Ecce ego uobiscū sum usq; ad consumationem sæculi.
Matth.28.d

Commentariorum in Ezechielem pphetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORVM DANIELIS AD PAMMACHIVM ET MARCELLAM

PROEMIVM

CONtra prophetam Danielem duodecimum librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso cuius inscriptꝰ est nomine esse cōpositū: sed a quodā qui tēporibus Antiochi qui appellatus est Epiphanes fuerit in iudæa: & non tam Danielem uentura dixisse q̄z illū narrasse præterita. Deniq; quicqd usq; ad Antiochū dixerit, uerā historiā continere: si quid autē ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mētitū. Cui solertissime respōderūt Eusebius cæsariēsis episcopus tribus uoluminibus: id est octauodecimo & nonodecimo & uicesimo. Apollinariꝰ quoq; uno grandi libro: hoc est uicesimosexto: & ante hos ex parte Metodius. Verū quia nobis propositū est non aduersarij calumnijs respondere, quæ longo sermone indigent: sed ea quæ a propheta dicta sunt nostris disserere, id est christianis: illud in præ
B fatione cōmoneo: nullum prophetarum tam aperte dixisse de christo. Non enim solum scribit eum esse uenturum, qđ est cōmune cum cæteris: sed etiam quo tempore uenturus sit docet: & reges per ordinē digerit: & annos enumerat, ac manifestissima signa prænunciat. Quæ quia uidit Porphyrius uniuersa completa & transacta, negare non poterat: superatus historiæ ueritate, in hanc prorupit calumniā: ut ea quæ in cōsumatione mūdi de antichristo futura dicūtur: propter gestorum in quibusdam similitudinem sub Antiocho epiphane impleta contēdat. Cuius impugnatio testimonium ueritatis est. Tanta enim dictorum fides fuit, ut propheta incredulis hominibus nō uideat futura dixisse sed narrasse præterita. Et tñ sicubi se occasio in explanatione eiusdē uoluminis dederit, calūniæ illiꝰ strictim rndere conabor: & philosophiæ artibꝰ imo malitiæ sæculari, p quā subuertere nitit ueritatē, & qbusdā pstigijs darū oculoꝝ lumē auferre, explanatione simplici cōtraire. Itaq; obsecro uos Pāmachi φιλομαθέσατε & Marcella unicū rhomanæ anctitatis exēplar, iūctos fide & sanguie: ut conatꝰ meos uestris oratiōibꝰ adiuuetis: ut dñs atq; saluator pro causa sua: suo sensu, meo ore respondeat: qui loquitur ad pphetā: Aperi os tuum & implebo illud. Si enim cum apprehensi fuerimus ante iudices & tribunalia, monet ne cogitemus quid respondere debeamus: quanto magis contra aduersarios blasphemantes, sua potest bella bellare: & in seruis suis uincere? Vnde & psalmi plurimi illud hebraicum qđ in titulis ponitur לַמְנַצֵּחַ: pro quo Lxx. transtulerunt in finem: magis pro uictoria continent. Aquila enim interpretatus est τῷ μικοποιῷ: hoc est ei qui præbet uictoriā. Symmachus ἐπινίκιον, quod proprie triumphū palmamq; significat. Sed & hoc nosse debemus inter cætera Porphyrium de Danielis libro nobis obijcere: idcirco illum apparere confictū: nec haberi apud hebræos, sed græci sermonis esse cōmentū: quia in Susannæ fabula cōtineatur: dicēte Daniele ad præsbyteros ἀπὸ τοῦ χίνου χίσαι καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι quā etymologiā magis græco sermoni cōuenire q̄z hebræo. Cui & Eusebius & Appollinariꝰ pari sentētia rndērūt: Susannæ Belisq; ac draconis fabulas nō contineri in hebraico: sed partem esse pphetiæ Habacuc filij Iesu de tribu leui: sicut iuxta Lxx. in

terpretes

E terpretes in titulo eiuſdem Belis fabulæ ponitur. Homo quidam erat ſacerdos nomine Daniel, filius Abda, conuiua regis babylonis: cum danielē & tres pueros de tribu iuda fuiſſe, ſancta ſcriptura teſtetur. Vnde & nos ante annos plurimos cum uerteremus Danielem, has uiſiones obelo prænotauimus: ſignificantes eas in hebraico non haberi. Et miror quoſdam μεμψιμοίρους indignari mihi: quaſi ego decurtauerim librum: cum & Origenes & Euſebius & Apollinarius alīq; eccleſiaſtici uiri & doctores græciæ: has ut dixi uiſiones nō haberi apud hebræos fateātur: nec ſe debere reſpōdere Porphyrio pro his, quæ nullam ſcripturæ ſanctæ authoritatem prebeāt. Illud quoq; lectorem admoneo, Danielem non iuxta Lxx. interpretes, ſed iuxta Theodotionem ecclesias legere: qui utiq; poſt aduentū chriſti incredulus fuit: licet eum quidā dicant Hebionitam qui altero genere iudæus eſt. Sed & Origenes de Theodotionis ope in æditione uulgata aſteriſcos poſuit: docens defuiſſe quæ addita ſunt: & rurſus quoſdam uerſus obelis prenotauit, ſuperflua quæq; deſignans. Cūq; omnes chriſti eccleſiæ tam græcorum cp̄ latinorum ſyrorūq; & ægyptiorum hanc ſub aſteriſcis & obelis æditionē legāt: ignoſcant inuidi labori meo: qui uolui habere noſtros qđ græci in Aquilæ & Theodotionis ac Symmachi æditionibus lectitant. Et ſi illi in tantis diuitijs doctrinarū nō contēnunt ſtudia hominū iudæorū: cur latina paupertas deſpiciat hominē chriſtianū? Cuius ſi op9 diſpliceat, certe uolūtas recipiēda eſt. Verū iā tēpus eſt ut ipſius prophetæ uerba texamus, non iuxta conſuetudinem noſtram proponentes omnia & omnia diſſerētes, ut in duodecim prophetis fecimus: ſed breuiter & per interualla ea tantū quæ obſcura ſunt explanantes: ne librorū innumerabiliū magnitudo, lectori faſtidiū faciat. Ad intelligendas autē extremas partes Danielis, multiplex græcorū hiſtoria neceſſaria eſt: Suctorij uidelicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybij, Poſſidonij, Claudij, Theonis, & Andronici cognomēto aliptē: quos & Porphyri9 eſſe ſecutū ſe dicit. Ioſephi quoq; & eorū q̄s ponit Ioſephus, præcipueq; noſtri Liuij & Pompei trogi atq; Iuſtini: q oēm extremæ uiſionis narrāt hiſtoriā: & poſt Alexādrū uſq; ad cæſarē auguſtū ſyriæ & ægypti: id eſt Seleuci & Antiochi & Ptolemæorum bella deſcribunt. Et ſi quādo cogimur literarum ſæculariū recordari: & aliqua ex his dicere quæ olim obmiſimus: non noſtræ eſt uolūtatis, ſed ut ita dicam grauiſſimæ neceſſitatis: ut probemus ea quæ a ſanctis prophetis ante ſæcula multa prædicta ſunt: tam græcorum cp̄ latinorū & aliarum gentium literis contineri.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN DANIELEM PROPHETAM LIBER PRIMVS

F Anno tertio regni Joakim regis iuda, venit nabuchodonoſor rex babylonis ꝛc. Ioakim fili9 Ioſiæ cuius tertiodecimo anno pphetare orſus eſt Hieremias, ſub quo & Olda mulier pphetauit: ipſe eſt qui alio noīe appellat̄ Heliachim: & regnauit ſup tribū iuda & hieruſalem annis undecim. Cui ſucceſſit in regnū filius eius Ioachin cognomēto Iechonias: q tertio menſe regni ſui, die decimo captus eſt a ducib9 nabuchodonoſor, ductuſq; eſt in babylonē: & in loco eius cōſtitut9 eſt Sedechias filius Ioſiæ patruus eius: cui9 anno undecimo hieruſalē capta atq; ſubuerſa eſt. Nemo igit̄ putet eundē in Danielis principio eſſe Ioakim q in Eçechielis exordio Ioachin ſcribit̄. Iſte em extremā ſyllabā kim habet, ille chin. Et ob hāc cauſā in euāgelio ſcđm Matthæū una uidet̄ deeſſe generatio: qa ſecūda τεσσαρασ'έκας in Ioakim deſinit filio Ioſiæ, & tertia incipit a ioachin filio ioakim. Qđ ignorās porphyrius, calumniā ſtruit eccleſiæ, ſuā oſtendēs impitiā, dū euāgeliſtæ Matthæi arguere nitit̄ falſitatē. b Et tradidit dñs in manu ei9 Ioakim regē iuda. Quodq; tradit9 ſcribit̄ Ioakim, mōſtrat nō aduerſariorū fortitudinis fuiſſe uictoriā, ſed dñi uolūtatis. c Et partē vaſorū domus dei ꝛ aſportauit ea in terrā ſennaar ꝛc. Terra ſennaar locus eſt babylonis, in q̄ fuit campus Dura, & turris quam uſq; ad cœlum hi qui ab oriēte mouerāt pedes ſuos, ædificare conati ſunt. Vnde & a cōfuſione linguarum locus nomen accepit babylon: quæ in linguā noſtrā tranſfertur cōfuſio. Simul & animaduertēdum ſcđm Anagogen, qđ rex babylonis non potuerit uniuerſa dei uaſa tranſferre, & in idolo qđ ſibi finxerat collocare: ſed partem uaſorum domus dei, quæ intelligenda ſunt dogmata ueritatis. Si enim cunctos philoſophorum reuoluas libros, neceſſe eſt ut in eis reperias aliquā partem uaſorum dei. Vt apud Platonem, fabricatorem mūdi deum: ut apud Zenonem Stoicorū principem, inferos & immortales animas: & unum bonum, honeſtatem. Sed quia iungunt mendacium ueritati: & naturæ bonum multis perdunt malis: ideo partē uaſorū domus dei, & nō omnia uaſa integra atq; pfecta cœpiſſe memorant̄. d Et ait rex aſphaneç præpoſito eunuchorū ſuorū ꝛc. Pro Aſphaneç in æditione uulgata ἀβριεσδ'ι

G

Gen. 11. f

Gen. 11. a

Gen. 47. a

Dan. 1. b ibi.

Anno tertio regni Joakim regis iuda, uenit Nabuchodonoſor rex babylonis hieruſalem & obſedit eā. Et trādidit dñs in manu ei9 Ioakim regē iuda. Et pārtē uaſorū dom9 dei: & aſportauit ea in terrā ſennaar in domo dei ſui: & uaſa intulit in domū thеſauri dei ſui. Et āit rex aſphaneç præpoſito eunuchorū ſuorum

A ἀβρεσσὶ scriptū repperi, & p φορβομμὶμ qđ Theodotio posuit, Lxx. & Aquila, electos trāstulerunt: Symmachus parthos, p uerbo nomen gētis itelligēs: qđ nos iuxta æditionem hebræorū quæ κατ' ἀκρίβειαν legitur, in tyrannos uertimus: maxime quia præcedit de regio semine. Vnde & arbitrāt hebræi, danielē & ananiam & misael & açariam fuisse eunuchos: ipleta illa pphetia quæ ad Eçechiā p Esaiā pphetā dicit: Et de semine tuo tollēt, & facient eunuchos in domo regis. Si aūt de semine regio fuerūt: nulli dubiū quin de genere fuerint Dauid. Nisi forte huic sensui illud cōtrariū sit qđ sequit: Pueros siue iuuenes in quibus nulla esset macula ut doceret eos literas & linguā chaldæorū. Philo arbitrat lin/guā hebræorū ipsam esse chaldaicam: quia Abrahā de chaldæis fuerit. Q. qđ si recipim⁹ quærēdū est, quō nūc hebræi pueri linguam quā nouerāt doceri iubeant: nisi forte iuxta quorūdā opinionem duas abrahā linguas, & hebræorum & chaldæorū scisse dicamus.

Esa.39.d

B a ¶ Et imposuit eis præpositus eunuchorū nomina: danieli balthasar &c. Nō solū præpositus eunuchorū siue magister, & ut alij transtulerūt ὁ ἀρχιευνοῦχος sāctis imutat noīa, sed & pharao Ioseph ægypto appellauit, saphanatphaneh, nolentes eos i terra captiuitatis uocabula habere iudæorū. Vñ ppheta dicit in psalmo: Quō cātabimus cāticū dñi in terra aliena? Porro dñs in bonā partē nomina mutat antiqua: & ex rebus imponit uirtutū uocabula: ut abram appellaret abraham, & Sarai saram. In euangelio quoq; quōdam Simon Petri nomē accepit, & filij Zebedei appellati sunt, filij tonitrui: qđ nō ut plærique putant boanerges, sed emendatius legitur benereem.

Gen.41.f

Psa.136.a

Gen.17.a

Mar.3.b ibi.

b ¶ Proposuit aūt daniel in corde suo ne polluer et de mēsa regis &c. Qui de mēsa regis & de uino pot⁹ eius nō uult comedere ne polluat: utiq; si sciret ipsam sapiētiā atq; doctrinā babyloniorū esse peccatū, nunq; acquiesceret discere qđ nō licebat. Discunt autem non ut sequantur, sed ut iudicent atq; conuincant. Quomodo si quispiam aduersus mathematicos uelit scribere imperitus μαθήματος,

suorū ut introduceret de filijs israel & de semine regio & tyrānorum pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia & doctos disciplina: & q̄ possent stare in palacio regis: ut doceret eos literas & linguā chaldæorū. Et cōstituit eis rex annonā p̄ singulos dies de cibis suis & de uino unde bibebat ipse: ut enutriti trib⁹ annis, postea starēt in conspectu regis. Fuerūt autē inter eos de filijs iuda, a Daniel, Ananias, Misael, & Açarias. Et impōsuit eis præpositus eunuchorum nomina: Danieli, Baltasar: & Ananiæ, Sedrach: Misaeli, Misae: & Açariæ Abdenago. Prōposuit autem daniel in corde suo ne polluer b retur de mensa regis & de uino potus eius: & rogauit eunuchorū præpositū ne contaminaretur. Dēdit autē c deus danieli gratiā & misericordiā in conspectu principis eunuchorū. Et ait princeps eunuchorū ad danielē: Timeo ego dñm meum regem qui constituit uobis cibum & potū: qui si uiderit uultus uestros macilētiores præ cæteris adolescētibus coæuis uestris, condēnabitis caput meū regi. Et dixit daniel ad malassar quē constituerat princeps eunuchorū sup danielē, ananiā, misaelem, & açariam: d Tēpta nos obsecro seruos tuos diebus decem: & dentur nobis legumina ad uescendum & aqua ad bibēdū: Et contēplare uultus nostros & uult⁹ puerorū q uescunt cibo regio, & sicut uideris, facies cū seruis tuis. Qui audito sermone huiusce modi, tēptauit eos dieb⁹ decē. Post dies autē decē apparuerūt uultus eorū meliores & corpulētiores præ omnib⁹ pueris qui uescebant cibo regio. Porro malassar tollebat cibaria e & uinū potus eorū dabatq; eis legumina. Pūeris autē his dedit de⁹ sciētiā & disciplinā in oīi libro & sapientia. Danieli aūt intelligētiā omniū uisionū & sōniorū. f Cōplētis itaq; dieb⁹ qs dixerat rex ut introducerent: introduxit eos p̄posit⁹ eunuchorū in cōspectu nabuchodonosor. Cumq; eis locutus fuisset rex: non sunt inuenti tales de uniuersis ut daniel, ananias, misael & açarias, g & steterunt in conspectu regis. Et ōmne uerbum sapientiæ & intellectus qđ scisciatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos hariolos & magos qui erant

C Dedit aūt deus danieli gratiā & misericordiā in cōspectu principis eunuchorū &c. Qui ppter peccata maiorū ductus est in captiuitatē, propter uirtutum suarum magnitudinē stātim mercedē recepit. Proposuerat enim in corde suo ut non poluereturde mēsa regis, & epulis regijs præpo suerat uiles cibos: Idcirco gratiam & misericordiam in conspectu principis eunucho rum accepit domino largiente. Ex quo intelligimus pro necessitate rerum, si quādo diluguntur sancti ab infidelibus, dei esse misericordiæ non bonitatis hominū peruersorū.

d ¶ Tempta nos obsecro seruos tuos diebus decē & dentur nobis legumina ad uescēdum & aqua ad bibendū & cōtēplare uultus nostros &c. Incredibilis fidei magnitudo: non solum sibi corpulentiā polliceri esu uilioris cibi, sed & tēpus statuere. Nō est ergo temeritatis sed fidei, ob quā regias dapes contempserūt. e ¶ Pueris autē his dedit de⁹ scientiam & disciplinā in omni libro & sapientia &c. Nota q deus dederit sāctis pueris sciētiam & disciplinam sæcularium literarum in omni libro & sapientia. Pro quo Symmachus interpretatus est artem grammaticam: ut cuncta quæ legebant intelligerent, & spiritu dei de chaldæorum sciētia iudicarēt. Daniel autem hoc extra tres pueros habebat insigne, qđ uisiones & somnia quibus per symbola quædā & ænigmata futura mōstrantur, sagaci mente cernebat: ut qđ alij uidebāt in phātasmate, hic oculis cordis aspiceret. f ¶ Completis itaq; diebus quos dixerat rex vt introducerētur, introduxit eos p̄positus eunuchorū in cōspectu nabuchodonosor &c. Completos dies, triennij tēpus intellige, qđ rex cōstituerat, ut enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. g ¶ Et ōme verbū sapiētię & intellect⁹ qō scisciat⁹ est ab eis rex, inuenit in eis decuplū sup cūctos hariolos & ma. &c. Pro hariolis & magis, uulgata æditio, sophistas & philosophos transtulit:

D

E

transtulit:non iuxta hanc philosophiam & sophisticam di/
sciplinã,quã græcorũ eruditio pollicet, sed iuxta doctrinã
gentis barbaræ,qua usq; hodie chaldæi philosophantur.
a ¶Fuit autem daniel usq; ad annũ primũ Cyri regis. Di/
cemus in cõsequentibus,quomodo qui usq; ad annum pri
mum regis Cyri hic
fuisse describit:postea
tertio anno eiusdẽ Cy
ri regis & primo Darij
fuisse memoretur.

I ¶Ca. II
In anno secun/
do regni Na/
buchodonosor/
vidit nabuchodonosor
somniũ ⁊c. Si post tres
annos pueri igressi sũt
in cõspectu ei⁹, ut ipse
præceperat:quomodo
nunc secundo anno re
gni sui somnium uidit
se narrare? Q̃d ita sol/
uũt Hebræi: secundũ
hic annum dici regni
eius omniũ gentium
barbararum: non iu/
dææ tm̃ & chaldæorũ,
sed assyriorũ quoq; &
ægyptiorum & moabi
tarum & reliquarũ na/
tionum,quas dño cõ/
cedente superarat. Vñ
& Iosephus in decimo
antiquitatũ scribit li/
bro:Post annũ secun/
dum ægyptiæ uastita/
tis: rex Nabuchodo/
nosor uidit mirabile
somniũ,& conterritus
est spirit⁹ eius, & som/
nium eius fugit ab eo.
Vidit rex impius som
nium futurorũ, ut in/
terpretante sancto q̃d
uiderat,deus glorifica
retur: & captiuorum
deoq; in captiuitate ser
uientiũ sit grande sola
Genũ.14.a tium. Hoc idẽ in Pha/
raone legimus:non q̃
pharao & nabuchodo
nosor uidere merue/
rint, sed q̃d Ioseph &
Daniel digni extite/
rint qui interpretatio/
ne eorum omnibus
præferrent. c ¶Cepit ergo rex vt cõuo
carẽt hariolos ⁊ magos ⁊
maleficos ⁊c. Quos nos
hariolos, cæteri ἑπα/
οιδοὺς interpretati sũt,
id est incantatores. Er/
go uidentur mihi incã/
tatores esse,qui uerbis
rem pagũt. Magi q̃ de
singulis philosophan/
tur. Malefici q̃ sanguĩe utuntur & uictimis,& sæpe cõtingũt
corpa mortuorũ. Porro in chaldæis γενεθλιαλόγους signifi/
cari puto: q̃s uulgus mathematicos uocat. Cõsuetudo autẽ
& sermo cõmunis,magos p̃ maleficis accipit: q̃ aliter habẽ
tur apud gentẽ suã,eo q̃ sint philosophi chaldæorũ: & ad ar
tis hui⁹ scientiã,reges q̃q; & principes eiusdẽ gẽtis omnia fa

F

a qui erant in uniuerso regno eius. Fuit autem Daniel
usq; ad annum primum Cyri regis. ¶Ca. II
b In anno secundo regni Nabuchodonosor, uidit
nabuchodonosor somnium,& conterritus est spi
c ritus eius,& somnium eius fugit ab eo. Præcepit
ergo rex ut conuocarentur harioli & magi & malefici
& chaldæi,ut indicarent regi somnia sua. Qui cum ue/
d nissent,steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex: Vidi
somnium, & mente confusus ignoro quid uiderim.
e Respõderunt chaldæi regi Syriace:Rex in æternũ ui/
ue:dic somniũ seruis tuis,& interpretationẽ ei⁹ tibi indi
cabim⁹. Et rñdẽs rex ait chaldæis:Sermo recessit a me.
f Nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius:
peribitis uos,& domus uestræ publicabũtur. Si autem
somnium & coniecturam eius narraueritis:præmia &
dona & honorem multum accipietis a me. Somnium
igitur & interpretationem eius indicate mihi. Respon/
derunt secundo atq; dixerunt:Rex somnium dicat ser/
uis suis, & interpretationem ei indicabimus. Respon/
dit rex & ait:Certe noui q̃d tempus redimitis, scientes
q̃d recesserit a me sermo. Si ergo somnium non indi/
caueritis mihi,una est de uobis sententia q̃d interpre/
tationem quoq; fallacem & deceptione plenam com/
posueritis ut loquamini mihi donec tẽpus pertranseat.
g Somnium itaq; dicite mihi ut sciam q̃d interpretatio/
nem quoq; eius ueram loquamini. Respondẽtes ergo
chaldæi coram rege dixerunt:Non est homo super ter
ram qui sermonem tuum rex possit implere:sed neq;
regũ quisq; magnus & potẽs uerbũ huiuscemodi scisci
tat ob omni hariolo & mago & chaldæo:Sermo enim
quem tu rex quæris grauis est,nec reperietur quisq; qui
indicet illum in conspectu regis, exceptis dijs quorum
h non est cum hominibus conuersatio. Q̃uo audito rex
in furore & in ira magna præcepit ut perirẽt omnes sa/
pientes babylonis. Et egressa sententia sapientes inter/
ficiebãtur: quærebaturq; daniel & socij eius ut perirẽt.
Tunc Daniel requisiuit de lege atq; sententia ab Arioch
principe militiæ regis,qui egressus fuerat ad interficien
i dos sapientes babylonis. Et interrogauit eum qui a re/
ge acceperat potestatem: quã ob causam tam crudelis
sententia

Mat.2.a

G

niſci eorum quæ uide/
rat & neq̃uaq̃ eum de
ciperent mentientes.
e ¶Respõderũt chal
dei regi Syriace:
Huc usq; quæ lecta
sunt,sermone narrant
hebræo. Ab hoc loco
usq; ad uisionẽ ãni ter
tij regis Baltasar quã
Daniel uidit in Susis,
hebraicis qdẽ lr̃is,sed
lingua scribũt chaldai
ca: quã uocat hic syria
cã. f ¶Nisi indicaueri
tis mihi sõniũ ⁊ piecu
rã eius pibitis vos ⁊c.
Cõminatus est pœnã
apponit & præmia: ut si
potuerint somniũ dice
re, consequẽter credat
etiam his quæ incerta
sunt:hoc est quid signi
ficet somnium. Q̃d si
non potuerint ea dice/
re de q̃bus rex in plæ/
risq; cõfusus poterat re
cordari,etiam futuræ
interpretationis p̃dãt
fidem. Denicq; sequit.
g ¶Somniũ itaq; di/
cite mihi vt sciam q̃ in
terp̃retatione ãq; eius
verã loq̃mini. Respõ/
dẽtes ergo chaldei co/
rã rege dixerũt: Non
est hõ super terrã ⁊c.
Cõfitentẽ magi,cõfitẽ/
tur harioli & oñis scie
tia secularis literaturæ:
p̃scientiã futurorũ nõ
esse hominum,sed dei.
Ex q̃ probat̃ ꝓpheras
dei spũ locutos q̃ futu
ra cecinerẽt. b ¶Quo
audito rex in furore ⁊
in ira magna p̃cepit vt
pirẽt oẽs sapiẽtes ba/
bylonis ⁊c. Quærunt
hebræi, cur Daniel &
tres pueri nõ sint igres
si ad regẽ cũ aliis sapiẽ
tibus:& ꝓpter sententia
iubeant̃ pire cũ cæte/
ris. Q̃d ita edisserũt,
ut eo tpe q̃ rex præmia
& dona & honorẽ ma
ximũ promittebat ire
noluerint,ne impudẽ/
ter diuitias & dignita/
tẽ chaldaicã uiderent̃
appetere. Aut certe ipsi
chaldæi inuidẽtes gloriæ eorũ & scientiæ,soli ingressi sunt q̃si
soli præmia p̃cepturi:& postea in piculo uoluerũt habere cõ
sortes q̃s in spe gloriæ refutauerãt. i ¶Et interroꝙuit eũ
qui a rege acceperat potestatem:quã ob causam ⁊c. Scientes
chaldæi q̃ decuplũ sup cũctos hariolos & magos qui erant
in uniuersa chaldæa Daniel & tres pueri saperẽt & intellige/
rent,celauerunt

rent,celauerunt eos interrogationē regis,ne præferrent sibi in interpretatione somnij: Et ob hanc causam interrogauit Daniel de crudelitate sentētiæ qui causam periculi sui nescie bat. a Cū ergo rem indicasset arioch danieli: daniel ingressus rogauit regem vt tēpus daret sibi ⁊c. Daniel tēpus postulat: non quo tractatione & sagacitate mētis occulta ꝓquireret, sed quo occultorū dominum precaretur. Et ideo ananiā & misaelē & açariā iūgit ad preces, ne solus de suo merito uideat̄ præsumere: ut q̄d erat cōmune discrimē, cōmunis esset & oratio. b ¶ Tūc danieli p̄ visionē nocte mysteriū reuelatū est. Somniū regis suo discit somnio: immo & somniū & interpretationē eius, dei reuelatione cognoscit: qđ dæmones ignorabant, sapientia sæculi scire nō poterat. Vñ & apl̄s mysteriū qđ cūctis retro generationibus fuerat ignoratū, dño reuelante cognoscūt. c ¶ Et daniel benedixit deo cœli ⁊ locut⁹ ait: Sit nomē dñi ⁊c. Ad distinctionem eorū q uersant̄ in terra, & dæmoniacis artibus atq; prestigijs terrena deludunt: daniel deo cœli benedixit. Dij enim q nō fecerūt cœlū & terrā pibunt. d ¶ Et ipse mutat tēpora ⁊ ętates ⁊ trāsfert regna atq; constituit. Non ergo miremur si qñ cernimus & regib⁹ reges & regnis regna succedere, quæ dei gubernant̄ & mutant̄ & finiunt̄ arbitrio. Causasq; singlor̄ nouit ille q cōditor omniū ē: & sæpe malos reges patit̄ suscitari, ut mali malos puniāt: simulq; subostēdit & generali disputatiōe præpat auditorē, sōniū qđ uidit esse de mutatiōe & successiōe regnor̄.

Prouer.1.a e ¶ Det sapientiā sapiētibus ⁊c. Iuxta illud qđ scriptū est: Audiet sapiēs & apponet sapientiā. Qui em̄ habet, dabitur

Matth.25.c illi: & aniæ quæ feruet amore sapiētiæ libēter spiritus dei in-

Sap.1.a fundit̄. In puersā aūt animā nō introibit sapiētia. f ¶ Ipse reuelat ꝓfunda ⁊ abscondita ⁊c. Cui deus reuelat profunda

Ro.11.d & potest dicere: O profundū diuitiarū sapiētiæ & sciētiæ dei: iste habitāte in se spiritu scrutat̄ etiā ꝓfunda dei, & in ꝓfundo aniæ suæ fodit altissimos puteos, & omnē terram egerit, quæ ꝓfundas aquas opire cōsueuit: seruatq; mandatū dei

Prouer.5.d dicens: Bibe aquā de tuis uasis, & de puteorū tuorū fonte. Quodq; sequit̄: Nouit in tenebris cōstituta, & lux cū eo est: Tenebræ significāt ignorātiā, & lux sciētiam atq; doctrinā. Itaq; deū ut puersa nō celāt: ita recta ambiūt atq; circūdāt. Siue ita interpretādū est, q tenebrosa mystica quæq; & profunda significēt: iuxta illud qđ legim⁹ in Prouerbijs: Intelligit quoq; parabolā & tenebrosum sermonē: hoc ipsū significat qđ in psalmis legimus: Tenebrosa aqua in nubibus ae-

Ps.17.b ris. Q ui em̄ ad excelsa cōscēdit, & terrena deserēs, instar auiū tenuissimū aerē & ætheria quæq; desyderat: iste nubes efficit: ad quā ueritas dei puenit: & quæ sup̄ sanctos pluere cōsueuit: repletusq; multitudie sciētiæ, habet multas aquas in corde suo tenebrosas & inuolutas caligine: quā solus moyses Exō.33.b ingredit̄ & loquit̄ deo facie ad faciē: de q̄ scriptum est: Posuit tenebras latibulum suum. Ps.1.b g ¶ Tibi deus patrū nostrorū ꝓfiteor ⁊c. Ne sui uideatur meriti qđ ipetrauit, refert ad patrū iusticiā & ad ueritatē dei, q seminis eorū etiā in captiuitate miseretur. h ¶ Et nunc ostendisti mihi q̄ rogauimus te ⁊c. Q d' quatuor rogāt, uni oñdit: ut & arrogantiā fugiat ne solus impetrasse uideatur: & agat gratias qđ mysteriū sōnij solus audierit. i ¶ Sapientes babylonis ne perdas. Imitatur clementiam dei: qui pro persecutoribus deprecatur & non uult eos perire propter quos fuerat ipse periturus. k ¶ Inueni hominē de filijs transmigrationis iudę qui solutionem regi annunciet. Dei gratiā ad suam refert diligentiā: & inuenisse se dicit, cū daniel ultro se obtulerit ut introduceret̄ ad regē: in quo ἦθος ostēdit̄ nunciorū: qui cū bona nūciāt, sua uideri uolūt. Q ui autem solutionē sōnij repromittit utiq; ante narratur⁹ est somniū. Et nota q̄ de filijs iuda sit daniel, non sacerdos: sicut in fine Belis fabula continet. l ¶ Putas ne vere potes indicare mihi somniū qđ vidi ⁊c. Seruat ordinē quæstionis, ut primū somniū qđ se magi ignorare responderāt, & postea interpretationē quærat somnij: ut cum somniū audierit, & q̄ uiderat recognouerit, tūc credat & interpretationi quæ uariā recipit coniecturā. m ¶ Mysterium qđ rex interrogat, sapiētes magi ⁊ harioli ⁊ haruspices non queunt indicare regi. Pro haruspicibus qđ nos uertimus: in hebræo גְּזָרִין habet̄: qđ solus Symmachus θυὰς interpretatus est, q̄s græci solēt ἱπατοσκόπους appellare: q̄ exta inspiciūt ut ex his futura prædicāt. Mysteriū aūt uocās ordinē somnij reuelati, ostēdit qcqd occultū est & ab hoīb⁹ ignoratur, posse mysterium nuncupari. Tollit q̄q; regi prauā suspitionē, ne humana æstimet inueniri posse solertia qđ dei soli⁹ noticiæ reseruat̄. n ¶ Sed est deus in cęlo reuelās mysteria. Frustra igit̄ ab hominib⁹ quæris in terra qđ' deus solus nouit in cœlo. Et occulte retrahēs eū a multorū deorū cultu, ad uni⁹ dei noticiā dirigit. o ¶ Qui indicauit tibi rex nabuchodonosor q̄ vētura sint nouissimis tēporibus. Absq; adulatiōis uitio ueritate sociata blādit̄ ut regi: qđ illi a deo mysteria sint reuelata quæ nouissimis tēporib⁹ sint uētura.

Somnium

E Nouissimi aũt dies, aut ex eo numerãdi sunt tẽpore q̃ danie/li somniũ reuelatũ est usq; ad cõsũmationẽ mũdi. Aut certe hoc sentiendũ est q; uniuersa interpretatio somnij tendat ad finẽ in q̃ imago statuaq; q̃ cernit cõterẽda est. a ¶ Somniũ tuũ ⁊ uisiones capitis tui ⁊c. Nõ dixit uisiones oculorũ tuorũ: ne qd putarem⁹ esse corporeũ, sed capitis. Sapiẽtis em̃ oculi in capite ei⁹: in principali uidelicet cordis: iuxta illud qd in euãgelio legim⁹: Bti mũdo corde, qm̃ ipsi deũ uidebũt: Et: Quid cogitatis in cordib⁹ uestris. Alij uero hui⁹ occasione capituli τὸ ἡγεμονικὸν nõ in corde, sed iuxta Platonẽ in cerebro suspicãt. b ¶ Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo qd esset futurũ post hæc. Pro eo qd est post hæc: soli Lxx. dies nouissimos transtulerũt. Qd si ita legit, sollicitius requramus ubi dies nouissimi scripti sunt: & redarguamus eos q mũdũ nõ putãt esse pituri. Nunq; em̃ dies appellarent nouissimi si mũd⁹ esset æternus. Qd q; dicit: Tu rex cogitare cœpisti: indicat causas sõnij: qd idcirco ei de⁹ futurorũ mysteria reuelauerit: qa ipse rex uoluerit scire uentura: & ut nabuchodonosor diuiæ inspiratiõis miret gram nõ solũ qd in sõno uiderit, sed ante somniũ qd tacit⁹ cogitarit exponit. c ¶ Et q reuelat mysteria oñdit tibi q̃ vẽtura sunt. Illud qd in euãgelio legimus: Qui solẽ suũ oriri facit super malos & bonos: etiã sup nabuchodonosor itelligim⁹ esse cõpletũ. Tanta em̃ est clæmẽtia omnipotẽtis dei, ut etiã nabuchodonosor dispẽsationis suæ q̃ mũdũ regit mysteria reuelaret. Interrogemus eos qui diuersas asserunt esse naturas: cuius naturæ nabuchodonosor intelligãt, bonæ an malæ. Si bonæ, cur impius dicitur? Si malæ (ut certũ est) cur malo atq; terreno. i. χοϊκῷ, sua de⁹ sacramẽta mõstrauit? d ¶ Mihi q̃s nõ in sapiẽtia q̃ est in me plus q̃ in cũctis viuẽtib⁹ sacramẽtũ h̃ reuelatũ est ⁊c. Putauerat rex noticiã futurorũ sollertia mẽtis humanæ posse cõprehẽdi: & ideo sapiẽtes babylonis interfici iusserat. Ergo daniel eos excusat q dicere nõ potuerũt: & ipse inuidiã fugit, ne q̃s æstimet eũ quæ dicturus est ꝓpria dixisse sapiẽtia. Causa autẽ reuelationis ꝓpheticæ regis est desyderiũ, q uoluit uentura cognoscere. Ergo honorat regẽ qñ ꝓpter illius sciẽtiã sibi dicit a deo mysteria reuelata. Et hoc cõsyderãdũ q; somnia in q̃b⁹ aliq̃ uẽtura signant & q̃si p nubilũ ueritas demonstrat, nõ pateãt cõiectoribus & humanæ mẽtis arbitrio, sed dei solius sciẽtiæ. e ¶ Tu rex videbas ⁊ ecce quasi statua una grandis ⁊c. Pro statua. i. ἀνδριάντι, qd solus interpretat⁹ est Symmach⁹, cæteri imaginẽ transtulerũt: uolẽtes hoc noie similitudinẽ ostẽdere futurorum. Sequamur interpretationẽ ꝓpheticã: & danielis ꝓba interpretãtes: q̃ ab illo breuiter dicta sũt, lati⁹ exponam⁹. f ¶ Caput ipse aureum tu es rex. Per qd ostẽdit primũ regnũ babyloniũ auro præciosissimo cõparatũ. g ¶ Et post te cõsurget regnũ aliud minus te argenteũ. Medorũ uidelicet atq; persarũ: qd argenti habet similitudinem, minus priore & maius sequẽte. b ¶ Et regnũ tertiũ aliud æneũ qd̃ imperabit uniuersæ terræ. Alexãdrũ significat & regnũ macedoniũ, successorumq; alexandri. Quod recte æneũ dicit. Inter oĩa em̃ metalla æs uocalius est & tinnit clarius, & sonit⁹ eius lõge lateq; diffundit: ut nõ solũ famã & potẽtiã regni, sed & eloquẽtiã græci sermonis ostenderet. i ¶ Et regnum quartũ erit ueluti ferrum: quõ ferrũ cõminuit et domat oĩa sic cõminuet ⁊ cõteret oĩa ⁊c. Regnũ aũt quartũ qd perspicue ptinet ad rhomanos, ferrũ est qd cõminuit & domat omnia: sed pedes eius & digiti ex pte ferrei & ex pte sunt fictiles: qd hoc tẽpore manifestissime comprobatur. Sicut enim in principio nihil rhomano imperio fortius & durius fuit: ita in fine rerum nihil imbecillius: quãdo & in bellis ciuilibus & aduersum diuersas nationes, aliarum gentiũ barbararũ indigemus auxilio. In fine autẽ horũ omniũ regnorũ auri, argẽti, æris & ferri, absciscus est lapis: dñs atq; saluator, sine manibus: id est, absq; coitu & humano semine de utero uirginali: & contritis oĩbus regnis, factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terrã: qd Iudæi & impius Prophyrius male ad populum referũt israel, quem in fine sæculorum uolunt esse fortissimum & omnia regna conterere & regnare in æternum.

Deus magnus

Ecclẽ. 2. b

Matt. 5. a

Ibi. 9. a

Matth. 5. g

a Somniũ tuũ & uisiões capitis tui in cubili tuo huiuscemodi sũt. Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo qd esset futurũ post hæc. Et q reuelat mysteria, ostẽdit tibi quæ uẽtura sunt. Mihi q̃o q; nõ in sapiẽtia q̃ est in me plus q̃; in cũctis uiuẽtibus sacramentũ hoc reuelatũ est: sed ut interpretatio regi manifesta fieret, & cogitatiões mẽtis tuæ scires. Tu rex uidebas, & ecce quasi statua una grandis: statua illa magna & statura sublimis stabat cõtra te: & intuit⁹ eius erat terribilis. Hui⁹ statuæ caput ex auro optimo erat: pect⁹ aũt & brachia de argẽto: porro uẽter & fœmora ex ære, tibiæ aũt ferreæ: pedũ q̃dã pars erat ferrea & q̃dã fictilis. Videbas ita donec abscisus ẽ lapis de mõte sine manib⁹: & pcussit statuã in pedib⁹ suis ferreis & fictilib⁹ & cõminuit eos. Tũc cõtrita sunt pariter ferrũ, testa, æs, argentũ, & aurũ & redacta q̃si in fauillã æstiuæ areæ q̃ rapta sũt uẽto, nullusq; loc⁹ inuẽtus est eis. Lapis aũt q pcusserat statuã, factus est mons magnus & ipleuit uniuersam terrã. Hoc ergo est sõniũ: interpretationẽ q̃q; ei⁹ dicem⁹ cor̃ te rex: Tu rex regũ es, cui de⁹ cœli regnũ & fortitudinẽ & imperiũ & gloriã dedit: & omnia in qbus habitant filij hominũ & bestiæ agri: & uolucres cœli dedit i manu tua: & sub ditiõe tua uniuersa cõstituit. Tu es ergo caput aureũ. Et post te cõsurget regnũ aliud minus te argenteũ. Et regnũ tertiũ aliud æneũ qd̃ imperabit uniuersæ terræ. Et regnũ quartũ erit ueluti ferrũ: quõ ferrũ cõminuit & domat oĩa: sic cõminuet & cõteret omnia hæc. Porro qa uidisti pedũ & digitorũ partẽ testã figuli & partẽ ferreã: regnum diuisum erit, qd̃ tñ de plantario ferri orieť: secundũ qd̃ uidisti ferrũ mixtum testæ ex luto: & digitos pedum ex pte ferreos & ex pte fictiles: ex pte regnũ erit solidũ & ex pte cõtritũ. Q; aũt uidisti ferrũ mixtũ testæ ex luto, cõmiscebũť qdẽ humano semine, sed nõ adhærebũt sibi: sicut ferrũ miscẽri nõ põt testæ. In dieb⁹ aũt regnorũ illorũ suscitabit de⁹ cœli regnũ qd̃ in æternũ nõ dissipabit: & regnũ ei⁹ alteri ppõ nõ tradet. Cõminuet autẽ & cõsumet uniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternũ: scdm qd̃ uidisti qd̃ de mõte abscisus est lapis sine manibus: & cõminuit testã & ferrũ & æs & argentũ & aurum.

F

f

g

b

i

Gen. 41. e

Hebr. 8. a

k ¶ Quos volebat / interficiebat: ꝛ quos volebat / percutiebat: ꝗs volebat ꝛc. Nabuchodonoſor proaui ponit exemplū: ut & dei iuſticiam doceat: & propter ſuperbiam etiam pronepotē ſimilia ſuſtinere cōfirmet. Si autē Nabuchodonoſor ꝗs uolebat, interficiebat: & ꝗs uolebat, percutiebat: ꝗs uolebat, exaltabat: & ꝗs uolebat, humiliabat: In huiuſcemodi honorib⁹ & percuſſionibus, exaltatione & humiliatione, nō eſt dei prouidētia, nec præceptū: ſed eorū uoluntas qui percutiunt ꝗs uoluerint: & exaltant & reliq̄. Qđ cum ita ſit, quærendū eſt: q̄ ſenſu illud legaſ: Cor regis in manu dei: quocūqꝫ uoluerit, illud declinabit: niſi forte ſanctum quēqꝫ dicam⁹ regem: cuius nō regnat pctm̄ i mortali corpe: & cui⁹ ideo ſeruaſ cor: quia in manu dei eſt. Prouer. 21.a

Quicquid Roma. 6.d

A Quicquid autē in manu dei pris fuerit iuxta euāgeliū, nullus potest rapere ex ea: & quicūq; raptus fuerit, intelligitur in manu dei nō fuisse. a ¶ Tu q̄z fili⁹ ei⁹ ⁊c. Proauus tuus, quia eleuatū est cor ei⁹, & spūs illi⁹ obfirmatus est ad superbiam: depositus est de solio regni sui: & gloria ei⁹ ablata est: & reliqua. Et tu igitur cum hæc de parēte cognouisses: & scires q̄ superbis resistit deus: humilib⁹ autē dat gratiam: nō debueras adiacob.4.b uersus dñatorem cœli eleuare cor tuū: & insultare maiestati illi⁹, & ea facere quæ fecisti. Hunc locū quidā ad Antichristū referūt: q̄ imitatus patris sui diaboli superbiā, cōtra deū erectus sit. Sed quærendū est ab eis, quis sit Daniel, qui eis scripturā dei interpretat̄: & q̄ medi & persæ occidentes eū, & succedentes in regnū ei⁹. Nulli em̄ dubiū, quin post Antichristū sancti regnaturi sint. b ¶ Hæc est aūt scriptura quę digesta est: mane/thecel/phares ⁊c. Tria tantū ẏba in pariete scripta signauerat: Mane, thecel, phares: q̄rū primū, numerū: secundū, appensionē: tertium, diuisionē sonat. Nō solum ergo lectione op⁹ fuit: sed interpretatiōe eoꝝ quæ legerat: ut intelligeret q̄d hæc ẏba prædicerēt: quo scilicet numerasset de⁹ regnū illi⁹ atq; complesset, & appēdisset in stathera iudicij sui: & añ eū iugularet gladi⁹, q̄ natura dissolueret: & imperiū ei⁹ in medos diuidere tur & persas. Cyr⁹ em̄ ut ante iā diximus rex persarū, iūcto sibi Dario auunculo, subuertit imperiū chaldæoꝝ.

B

c ¶ Tūc iubēte rege ⁊c. q̄ haberet ptātē terti⁹ in regno. Sue tertiæ partis regni. Accepit aūt insigne regiū, torquē & purpurā: ut Dario q̄ erat successurus in regnū fieret notior, & p noticiā honoratior. Nec mirū si Baltasar audiēs tristia, solueritpræmiū q̄d pollicit⁹ est. Aut em̄ longo post tpe credidit uentura quæ dixerat: aut dū dei ꝓphetā honorat, sperat se ueniam cōsecuturū. Quā si nō impetrauit, maius fuisse credendum est sacrilegium in deum q̄ honorē in hominem.

d ¶ Eadem nocte interfectus est baltasar rex chaldęus ⁊c. Iosephus scribit in decimo Iudaicæ antiquitatis libro: obsessa babylone a medis & persis, Dario uidelicet & Cyro, in tantā uenisse Baltasar regē babylonis obliuionē sui, ut celeberrimū iniret cōuiuiū: & in uasis tēpli biberet: & obsessus uacaret epulis. Vnde potest stare historia, q̄ eadem nocte sit captus atq; iugulatus: dum omnes aut uisionis interpretationisq; pauore terrent̄: aut occupati sunt festiuitate & ebrietate cōuiuij. Q̄d autē uincēte Cyro rege persarū, & Dario rege medorū, solus Darius succesisse in regno scribit: ordo ætatis, & propinquitatis, & regni est. Darius em̄ sexaginta duorū annorū erat: & maius regnū medorū q̄ persarū legimus: & auunculus q̄ prior erat iure naturæ, successor regni debuit numerari. Vnde & in uisione quæ cōtra babylonem in Esaia legit̄: post multa quæ longū est ponere, hæc futura narrant̄: Ecce ego suscitabo super eos medos qui argentū non quærant, nec aurū uelint: sed sagittis paruulos interficiant: & lactantibus uteris nō misereantur. Et Hieremias: Sanctificate (inquit) cōtra eam gētes, reges mediæ, duces eius, & uniuersos magistratus eius, cunctamq; terrā potestatis illius. Et in cōsequētibus: Filia babylon quasi area, tempus tritur æ ei⁹: adhuc modicū & ueniet tempus messionis ei⁹. Q̄d autē in cōuiuio capta sit babylon quā hortatur ad pugnā, manifestius scribit Esaias: Babylon dilecta mea, facta est mihi in miraculum: pone mēsam, contemplare in specula comedentes & bibentes: surgite principes, arripite clypeum. ¶ Ca. VI

C

Esa.13.d

Hiere.51.e

Ibidem

Esa.21.b

D

Placuit dario et constituit ⁊c. Igitur Daniel superabat omnes p̄ncipes ⁊ satrapas: quia spūs dei amplior erat in illo. Iosephus (de q̄ supra diximus) huius loci scribēs historiam, ita locutus est. Darius autē qui babyloniorū destruxit imperiū: iuuante se & pariter dimicante Cyro propinquo suo, annum uitæ agebat sexagesimum, secundū, quando cœpit babylonem: eratq; filius Astyagis, qui altero apud græcos uocabat̄ nomine: tulitq; secum Danielē ꝓphetā, & adduxit in Mediam: & unum fecit e tribus principibus, qui uniuerso regno eius præerant. Ex quo intelligimus subuersa babylone, Dariū reuersum esse ad regnū suū in Mediam, secumq; adduxisse Danielem in honore eodē, quo a Baltasar prouectum acceperat. Nec ambiguū est, audisse eum signum atq; portentum, q̄d Baltasari acciderat: & interpretationem quam Daniel exposuerat: & quō medorum regnum persarumq; prædixerit. Nemo ergo perturbētur, quod nunc in regno Darij, nunc in regno Cyri, Daniel fuisse dicatur. Pro Dario, Lxx. Artaxerxen interpretati sunt. Quod autem ordo præposterus est, ut ante sub Dario narretur historia, q̄ sub Baltasar, quod postea lecturi sumus, qui a Dario interfectus est: illud uidetur mihi in causa, q̄d statim historiam historiæ copulauit. In fine enim superioris dixerat uisionis: Et Darius medus succesit in regnū, annos natus sexagintaduos. Sub hoc igitur Dario qui interfecit Baltasar hæc gesta sunt quæ dicturi sumus.

Porro rex

do aūt eleuatū est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam: depositus est de solio regni sui: & gloria eius ablata est: & a filijs hoim eiectus est: sed & cor eius cū bestijs positū est: & cum onagris erat habitatio ei⁹. Fœnū q̄q; ut bos comedebat: & rore cœli corp⁹ ei⁹ infectū est: donec cognosceret q̄ potestatē haberet altissimus in regno hoim: & quēcunq; uoluerit, suscitabit sup illud. a Tu quoq; fili⁹ eius baltasar nō humiliasti cor tuū cū scires hæc oīa: sed aduersum dominatorē cœli eleuatus es: & uasa dom⁹ ei⁹ allata sunt corā te: & tu & optimates tui, & uxores tuæ, & cōcubinæ tuæ, uinū bibistis in eis. Deosq; aureos & argenteos, & æreos, ferreos ligneosq;, & lapideos: qui nō uident, neq; audiūt, neq; sentiunt, laudasti. Porro deū qui habet flatū tuū in manu sua, & omnes uias tuas nō glorificasti: Idcirco ab eo missus est articulus manus quæ scripsit hoc q̄d exaratū b est. Hæc ē aūt scriptūra quæ digesta est: Mane, Thecel, Phares. Et hæc interpretatio sermonis: Mane, numerauit deus regnū tuū & cōpleuit illud. Thecel, appensum est in stathera: & inuentū est min⁹ habēs. Phares, diuisum est regnū tuū, & datū est medis & persis. Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura: & circūdata est torques aurea collo eius: & prædicatū est de eo q̄ habe b ret potestatē terti⁹ in regno. Eadē nocte interfectus est baltasar rex chaldæus: & Darius medus succesit in regnū, annos natus sexagintaduos. ¶ Ca. VI

e Placuit Dario & cōstituit supra regnū satrapas centū uiginti, ut essent in toto regno suo: & super eos principes tres, ex quib⁹ Daniel unus erat: ut satrapæ illis redderēt rationem, & rex non sustineret molestias. Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas: quia spiritus dei amplior erat in illo.

Porro rex

E a Porro rex cogitabat constituere eum sup omne regnū: vnde príncipes ꝛc. Pro principib⁹ qđ Symmachus transtulit: Theodotio, ταχλικούς: Aquila, σωκλικούς interpretatus est. Cumq; quærerem qui essent isti principes ταχλικοὶ, uel σωκλικοὶ, in Lxx. æditione legi manifestius, qui dixerunt: Et duos uiros ꝯs constituit cū eo: & satrapæ centum uiginti. Quia igit̄ inter duos principes inter ꝯs erat tertiꝰ: hunc primū facere rex cogitabat: inuidiæ & insidiarū nata occasio est. Quærebāt occasionem ut inuenirēt Danieli ex latere regis. Et in hoc loco hebræi tale nescio quid suspicantur: latus regis, regina est: uel cōcubinæ eius, cæteræq; uxores, quæ ex latere dormiunt. Quærebāt ergo occasionē in rebꝰ huiusce modi, si in sermone, tactu, nutu, internuncio, possent accusare Danielem. Sed nullā inquiūt causam & suspitionem reperire potuerunt: quia eunuchus erat: & eum in re stupri arguere nō potuerunt. Hoc illi dixerint, qui ꝓpter occasionem uniꝰ ꝙbi longas sōlent fabulas texere. Nos interpretemur simpliciter, ꝙ nullam occasionem aduersus eum repererint, in q̄ regi noxius fuerit: eo ꝙ fidelis esset: & oīs culpa & suspitio nō inueniretur in eo. Pro suspitione Theodotio & Aquila, ἀμβλάκημα interpretati sunt: quæ chaldaice dicitur ססתהא. Cūq; ab hebræo quærerē quid significaret: respōdit uim uerbi sonare ἁέλεαρ, quā nos illecebrā siue σφάλμα hoc ē, errorē dicere possumus. Porro Euripides in Medea ἀμπλακίας, per π, & non per β, ἁμαρτίας. i. peccata appellat. b Dixerunt ergo viri illi: Nō inuenīemus danieli aliquam occasionē / nisi forte in lege dei sui. Fœlix cōuersatio in quā inimici nullam reperiūt occasionē, nisi forte in legitimis dei. c Tunc príncipes ꝛ satrapę surripuerūt regi ꝛc. Pulchre dixit, surripuerūt: Non em̄ hoc locuti sunt qđ agere cogitabāt: sed p honorē regis, inimico moliunt insidias. d Nunc itaq; rex cōfirma sentētiā ꝛc. Perspicuū fit qđ sup̄ diximꝰ, unū regnū fuisse sub Dario & Cyro medorū atq; persarū. e Qđ cū daniel cōperisset. i. cōstitutā legē ꝛc. De omni scriptura sancta celeri memoria cōgregandū est: ubi δώματα, quæ latine dicunt mœnia uel tecta, siue solaria: & ἀνάγαια, id est cœnacula legerimꝰ. Nā Mar.14.b & dominꝰ noster pascha celebrat in cœnacula. Et in actibꝰ apostolorū super centum uiginti animas credentiū, spiritus sanctus descendit in cœnaculo. Et nunc Daniel regis iussa cōtemnens: & in deo habens fiduciam: non orat in humili loco, sed in excelso: & fenestras aperit contra hierusalē, ubi erat uisio pacis. Orat autē sc̄m præceptū dei: dictaq; Salomonis, qui cōtra templum orandū esse admonuit. Tria aūt sunt tēpora quibus deo flectenda sunt genua: tertiam horā, sextā & nonam, ecclesiastica traditio intelligit. Denicq; tertia hora descēdit spiritussanctus sup apostolos. Sexta uolens Petrus comedere, ad orationē ascēdit in cœnaculū. Nona, Petrus & Ioannes pergebant ad templū. f Viri igit̄ illi curiosius inquirentes ꝛc. Ex hoc loco discimꝰ, ne temere nos offeramꝰ periculis: sed quantum in nobis est, insidias declinemus. Vnde & Daniel, nō in foro, non in plateis faciebat contra regis imperiū, sed in abscondito: ut ueri dñi dei omnipotentis iussa nō negligeret. g Rex nunqđ nō ꝓstituisti ꝛc. Tacēt de Danielis nomine: ut cū rex generaliter se iussisse responderit, uerbo suo teneatur: ne aliter super Danielem faciat ꝙ locutus est. h Verus est sermo iuxta decretū ꝛc. Crebrius annotamꝰ: ubicūq; dicit, regnum medorū atq; persarū: ut soluamus difficillimam quæstionē, qua nunc sub Dario, nunc sub Cyro Daniel fuisse memorat. i Tūc respondentes dixerūt coꝝ rege ꝛc. Vt maior sit indignitas contemnentis eum qui regis iussa cōtemnit, dicunt esse captiuū. k Qđ verbū cū audisset rex / satis cōtristatus est ꝛc. Intellexit se ꝓpria respōsione esse deceptū: & ꝙ causa insidiarū esset inuidia. Itaq; ne cōtra suā legē facere uideret: nō auctoritate regia, sed ratione atq; cōsilio uult Danielē de discrimine liberare. Et intantū nitit̄ & laborat, ut rex potētissimꝰ usq; ad solis occasum cibū nō accipiat: & illis tanta in malo pertinacia est: ut nec uoluntate regis moueantur, nec iniuria. l Viri aūtē illi intelligentes regē ꝛc. Sicut rex intelligebat principes accusare propter inuidiam: sic & illi intelligebant regis animū, ꝙ uellet Danielē de præsenti morte eruere. Vnde iuxta legem medorū atq; persarū, dicunt regis iussa nō posse fieri irrita. m Tunc rex pręcepit ꝛc. Cedit multitudini, & cōsentiētibꝰ aduersarijs, mortē amici nō audet negare: quodq; ipse obtinere nō potuit, dei tradidit

Actu.1.c

3.Re.8.c

Actu.3.a

Ibi.10.b

Ibi.3.d

A tradidit potentiæ. Nec ambigue loquit: ut dicat, si potuerit liberare te: sed audacter & confidenter: Deus (inquit) tuus quē colis semper, ipse te liberabit. Audierat em tres pueros, qui inferioris a Daniele gradus erāt: flammas uicisse babylonias: & Danieli multa mysteria reuelata: unde & diligebat eum: hominēq; captiuū habebat in honore maximo. a ¶ Allatusq; est lapis vnus/ et positus sup os laci: quē obsignauit rex annulo suo ⁊c. Obsignauit annulo suo lapidē, quo os laci claudebatur: ne quid cōtra Danielem molianť inimici. Credidit em eū dei potentiæ: & qui de leonibus securus est, de hominib⁹ pertimescit. Obsignat autem & annulo optimatum suorum: ne quid suspitionis contra eos habere uidereť. b ¶ Et abīt rex in domum suam/ ⁊ dormiuit incęnatus: cibiq; nō sunt allati coram eo ⁊c. Quāta regis beneuolētia, ut cibū nec die nec nocte caperet: somnū oculis nō concederet: sed cum periclitante propheta ipse penderet affectu. Si autem rex nesciēs deum, hoc facit, p altero, quē uult de discrimine liberari: quanto magis nos, p peccatis, ppriis inedia, & uigilijs debemus deū ad clæmētiā flecterе? c ¶ Tūc rex prio diluculo ꝓsurgēs/ festinus ad lacū leonū perrexit. Lacum uocat depressam in altum foueam, uel arentē cisternam, in qua leones nutriebanť. Festinus aūt primo diluculo pergit ad lacum, credēs eum uiuere. Lacus autem latine, aquarū dulciū congregatio nuncupatur: ut lacus Benacus, & Lari⁹, & cæteri: quē græci λίμνην. i. stagnū uocant. d ¶ Appropinquansq; lacui/ Danielem voce lachrymabili inclamauit ⁊ affatus est eum. Cordis affectum lachrymis indicat: & oblitus regiæ dignitatis, uictor ad captiuum, dominus currit ad seruū. e ¶ Daniel serue dei viuentis. Viuentem uocat, ad distinctionem deorum gentilium: qui simulacra sunt hominum mortuorum. f ¶ Deus tuus cui tu seruis semp/ putas ne valuit liberare te a leonibus? Non qđ dubitet de dei potētia: de quo supra dixerat: Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te: sed ambiguam sententiam temperat: ut cum Daniel illæsus apparuerit: quanto res incredibilior est, tanto aduersum principes iustior indignatio sit. g ¶ Rex in ęternum viue. Honorat honorantem se: & ei uitam imprecatur æternam.
b ¶ Deus meus misit angelū suū/ et conclusit ora leonū ⁊c. Non leonum feritas immutata est: sed rictus eorū & rabies concluſa est ab angelo: & idcirco clausa: quia prophetæ bona opera præcesserant: ut non tam gratia liberationis sit, q̄ iusticiæ retributio. Has autem uoces, omnis sanctus uir proferat qui ereptus est de ore leonum inuisibilium, & de lacu inferni: quia credidit in deū suū. f ¶ Tunc darius rex scripsit vniuersis pplis/ tribubus et linguis ⁊c. Sicut Nabuchodonosor scribētem linguis & gentib⁹, quidam interpretatus est in cōtrarias fortitudines: ita & Dariū interpretať, q̄ omnes ad pœnitētiam prouocet. Et quærit, utrum hoc in isto mundo futurū sit, an in altero: uel certe post alios mundos. Quæ nos pro delyramentis & cassis ducentes fabulis: hoc solum dicimus: ideo signa fieri per seruos dei apud barbaras nationes: ut unius dei cultus & religio prædicetur.
k ¶ Porro daniel pseuerauit usq; ad regnū darij / regnumq; Cyri persę. Ergo qđ supra legimus in fine primæ uisionis: Fuit autē Daniel usq; ad annū primum Cyri regis: non uitæ illius tempus accipiendum est. Siquidem in ultima legim⁹ uisione: Anno tertio Cyri regis persarum, uerbum reuelatum est Danieli cognomento Baltasar: sed hoc significatur, qđ usq; ad primum annum Cyri regis, qui chaldæorū destruxit imperiū, Daniel potēs fuerit in Chaldæa: postea ꝓo a Dario in Medos translatus sit.

lacum leonum. Dixitq; rex Danieli: Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis unus, & positus super os laci: quē obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorū, ne quid fieret contra Danielem. Et abīit rex in domum suam, & dormiuit incœnatus: cibiq; non sunt allati coram eo: insuper & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo cōsurgens, festinus ad lacum leonū perrexit: Approp̄inquansq; lacui, Danielem uoce lachrymabili inclamauit, & affatus est eum. Daniel serue dei uiuentis: Deus tuus cui tu seruis semp, putas ne ualuit liberare te a leonibus? Et Daniel respōdens regi ait: Rex in æternū uiue. Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum: & nō nocuerunt mihi: quia coram eo iusticia inuenta est in me, sed & coram te rex delictum non feci. Tunc uæhementer rex gauisus est super eo: & Danielem præcepit educi de lacu. Eductusq; est Daniel de lacu: & nulla læsio inuenta est in eo: quia credidit deo suo. Iubente autem rege, adducti sunt uiri illi qui accusauerunt Danielem: & in lacum leonum missi sunt, ipsi & filij & uxores eorū: & nō peruenerunt usq; ad pauimentum laci, donec arriperēt eos leones: & omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc Darius rex scripsit uniuersis populis, tribub⁹ & linguis habitantib⁹ in uniuersa terra: Pax uobis multiplicetur. A me cōstitutum est decretum, ut in uniuerso imperio & regno meo tremiscant & paueant deū Danielis. Ipse est enim deus uiuens & æternus in sæcula: & regnū eius non dissipabitur: & potestas eius usq; in æternum. Ipse liberator atq; saluator, faciēs signa & mirabilia in cœlo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonū. Porro Daniel perseuerauit usq; ad regnum Darij, regnumq; Cyri Persæ.

Ca. VII

Anno primo Baltasar regis babylonis Daniel somnium uidit. Visio autem capitis eius in cubili suo. Et somnium scribens, breui sermone comprehendit:

Ca. VII

Anno prio baltasar regis babylonis daniel somniū vidit ⁊c. Hæc Pericope, quam nunc conamur exponere, & sequēs, de qua dicturi sumus: priores sunt iuxta historiam q̄ duæ superiores. Ista enim & sequēs, primo & tertio anno Baltasar regis accidisse memorantur: illa autem quæ ante superiorem lecta est, nouissimo anno, immo nouissima die regni Baltasar scribitur. Et hoc non solum in Daniele, sed in Hieremia q̄q; & Eçechiele legim⁹: sicut in locis ipsis si uita comes fuerit, docere poterimus. Sed in superioribus ordo sequitur historiæ: quid sub Nabuchodonosor & Baltasar, & Dario siue Cyro mirabilium signorum acciderit. In his ꝓo narrantur somnia quæ singulis sint uisa temporibus: quorum solus ꝓpheta conscius est: & nullam habent apud barbaras nationes signi uel reuelationis magnitudinē, sed tm̄ scribuntur, ut apud posteros eorū quæ uisa sunt, memoria perseueret.

Hiere. 39. a
Eçech. 17. d

E perſeueret. a ¶ Videbam in viſione mea nocte: et ecce qua
tuor venti cœli ꝛc̄. Quatuor uentos cœli, quatuor arbitror
angelicas poteſtates: quib⁹ principalia regna cōmiſſa ſunt:
Deu.32.a iuxta illud quod in Deuteronomio legimus: Quando di/
uidebat altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam,
cōſtituit terminos po/
pulorū iuxta numerū
angelorum dei. Pars
autē domini populus
eius: Iacob funiculus
hæreditatis ei⁹. Mare
autē mundum iſtum,
ſæculumq; ſignificat:
ſalſis amariſcq; fluctu/
bus redundantē: ſicut
dominus in parabola
ſagenæ miſſæ in mare
interpretatur. Vnde &
draco rex dicit̄ omniū
quæ in aquis ſunt: &
ps.73.c cuius ſcd̄m Dauid in
mari cōfringuntur ca/
Amos.9.a pita. Et in Amos legi/
mus: Si deſcenderit in
profundum maris, ibi
mandabo draconi: &
mordebit eum. Qua/
tuor autē beſtias, quæ
aſcēdebant de mari: &
erant diuerſæ inter ſe,
angelo diſſerēte noſca
mus. Hæ (inquit) quatuor beſtiæ magnæ, quatuor regna
conſurgent de terra. Quatuor autem uenti qui pugnabant
in mari magno: ideo uēti cœli eſſe dicunt̄: quia unuſquiſq;
angelus facit pro eo regno quod ſibi creditum eſt. Et hoc
notandum, q̄ regnorum feritas atq; crudelitas, beſtiarum
nomine demonſtretur. b ¶ Prima quaſi leæna, et alas ha
bebat aquilę ꝛc̄. Regnum babylonium propter ſæuitiam &
crudelitatē, ſiue propter luxuriam, & uitam libidini ſeruien
tem: non leo, ſed leæna appellatur. Aiunt enim hi qui de be/
ſtiarum ſcripſere naturis, leænas eſſe ferociores, maxime ſi
catulos nutriant: & ſemper geſtire ad coitum. Q̄ autem ha
bebat alas aquilæ, ſuperbiam ſignificat regni potentiſſimi:
Eſa.14.d cuius princeps loquitur per Eſaiam: Super ſydera cœli po/
nam thronum meum: & ero ſimilis altiſſimo. Vnde dicitur
Abdie.b ad eum: Si alte feraris ut aquila, inde te detraham. Alioquin
ut leo inter beſtias, ita aquila inter aues regnū tenet. Sed &
hoc dicendum, aquilam multo tempore uiuere: & regnum
aſſyriorum multis ætatibus fuiſſe dominatum. Q̄ autem
euulſæ ſunt alæ eius, id eſt leænæ ſiue aquilæ, cætera regna ſi
gnificat: quibus prius imperabat & uolitabat in mundo. Et
ſublata eſt (inquit) de terra: ſubuerſo uidelicet imperio chal/
dæorū. Quodq; ſequitur: Et ſuper pedes quaſi hō ſtetit, &
cor eius datum eſt ei: Si de Nabuchodonoſor intelligimus,
perſpicuum eſt q̄ poſtq̄ perdidit regnum, & potentia eius
ablata eſt: rurſum in priſtinum ſtatum reſtitutus ſit: & non
leænam, ſed hominem ſe eſſe didicerit: & cor receperit quod
amiſerat. Sinautem generaliter de regno chaldæorum: hoc
ſentiendū eſt, q̄ interfecto Baltaſar, & mediſ perſiſq; impe/
rio ſuccedentibus, babyloniſ homines & humilis fragiliſq;
naturæ ſe eſſe intellexerint. Nota ordinem: qui in imagine ca
put aureū dicit̄, hic leæna appellat̄. c ¶ Et ecce beſtia alia
ſimilis urſo ꝛc̄. Beſtia ſecunda urſo ſimilis, ipſa eſt de qua in
3.2.a uiſione ſtatuæ legimus: Pectus eius & brachia de argento.
Hæc ob duriciam & ferocitatem urſo comparat̄. Rigidum
enim & partioris uictus, in morem lacedæmoniorū, regnū
perſarum fuit: ita ut in pulmento ſale uteretur & cardamo.
Zach.1.g Legamus Cyri maioris infantiam. Quodq; dicit̄: In par/
te una ſtetit: ſic hebræi interpretantur, nihil eos aduerſum
iſrael crudele geſſiſſe. Vnde & in Zacharia propheta, equi al
bi appellant̄. Tres autē ordines ſiue uerſus qui erant in ore
eius & in dentibus: quidam ſic interpretatus eſt: ut regnū
perſarum in tres principes diceret fuiſſe diuiſum: ſicut in
πεφικοπῆ Baltaſar & Dariſ legimus, tres fuiſſe principes:
qui centum uiginti ſatrapis præfuerint. Aliſ autē, tres reges
poſt Cyrum fuiſſe perſarum autumant: & quæ illis ſint no/
mina reticēt. Nos ꝛo cum poſt Cyrum qui regnauit annis
triginta, ſciamus apud perſas regnaſſe Cambyſem filium
eius, & fratres magos,
& deinceps Darium:
cuius ſecundo anno
cœptum eſt ædificari
templum in hieruſalē.
Quintū, Xerxen filiū
Dariſ: ſextum, Artaba
num: ſeptimum, Arta
xerxen: qui μακρόχειρ,
id eſt, longimanus co/
gnominatus eſt. Octa
uum, Xerxen: Nonū,
Sogdianum: decimū,
Darium cognomento
νόθον: undecimū, Arta
xerxen: qui appellatus
eſt μνήμων, id eſt recor
dans: Duodecimum,
aliū Artaxerxen, qui
& ipſe cognominatus
eſt ochus: Tertiumde/
cimū, Arſen Ochi fi/
lium: Quartumdeci/
mum, Dariū Arſami
filium: qui ab Alexan
dro Macedonum rege
ſuperatus eſt: Quomō tres reges perſarum fuiſſe dicemus:
niſi forte legamus aliquos ſæuiſſimos, quos ex hiſtoriſs re/
perire nō poſſumus. Ergo tres ordines in ore regni perſarū,
& in dentibus eius, tria regna debemus accipere: Babylo/
niorum, Medorum, atq; Perſarum: quæ in unum redacta
ſunt regnum. Quodq; infertur: Et ſic dicebant ei: Surge co
mede carnes plurimas: Illud tempus ſignificat, quando ſub
Aſuero, quē Lxx. Artaxerxen uocāt: ad ſuggeſtionē Aman Heſter.3.d
Agagitæ, una die oēs iudæi iuſſi ſūt trucidari. Et pulchre nō
ait: deuorabat eos, ſed ſic dicebāt ei: ut conatus tm̄ fuerit: &
nequaq̄ rei exitus ſit conſecutus. d ¶ Poſt hoc aſpiciebā
et ecce alia quaſi pardus: ꝛ alas habebat auis quatuor ſuper
ſe ꝛc̄. Tertium regnum Macedonum, de quo in ſtatua legi/
mus: Venter & femora ei⁹ ex ære: pardo beſtiæ uelociſſimæ
& θερμικαὶ comparatur: quæ præceps fertur ad ſanguinē:
& ſaltu in mortem ruit. Et alas habebat quatuor. Nihil em̄
Alexandri uictoria uelocius fuit, qui ab illyrico & adriatico
mari uſq; ad Indicum oceanum, & Gangem fluuium: non
tam prælijs, q̄ uictorijs percurrit: & in ſex annis partem Eu
ropæ, & omnem ſibi Aſiam ſubiugauit. Quatuor autem ca
pita eoſdē dicit duces eius, qui poſtea ſucceſſores regni exti
terunt: Ptolemæum, Seleucum, Philippum, Antigonum.
Quodq; addit̄: Et poteſtas data eſt ei: oſtendit, nō Alexan/
dri fortitudinis, ſed domini uoluntatis fuiſſe. e ¶ Poſt
hoc aſpiciebam in viſione noctis: et ecce beſtia quarta terri/
bilis atq; mirabilis: et fortis nimis / dentes ferreos habebat
magnos ꝛc̄. Quartum quod nunc orbem tenet terrarū, im
perium rhomanorū eſt: de quo in ſtatua dicitur: Tibiæ eius
ferreæ: pedum quædam pars ferrea, quædā fictilis: & tamē
ipſius ferri ex parte nunc meminit: dentes eius ferreos &
magnos eſſe cōteſtans. Satiſq; miror, q̄ cum ſupra leænam
& urſum & pardum, in tribus regnis poſuerit: rhomanum
regnum nulli beſtiæ cōpararit: niſi forte ut formidoloſam
faceret beſtiam, uocabulum tacuit: ut quicquid ferocius co
gitauerimus in beſtijs, hoc rhomanos intelligamus. Hoc
quod hic tacitum eſt, hebræi in pſalmis dictum putant. De ps.79.b
uaſtauit eam aper de ſylua: & ſingularis ferus depaſtus eſt
eam. Pro quo in hebræo habet: Omnes beſtiæ agri lacera/
uerunt eam: dum in uno imperio rhomanorū, omnia ſimul
regna cognoſcimus: quæ prius fuerant ſeparata. Illud autē
q̄d ſequit̄: Comedens atq; cōminuens, & reliqua pedibus
ſuis conculcans: ſignificat omnes nationes, uel interfectas
ab eis,

a hendit, ſummatimq; perſtringens ait: Videbām in ui/
ſione mea nocte: & ecce quatuor uenti cœli pugnabant
in mari magno: & quatuor beſtiæ grandes aſcēdebant
b de mari diuerſæ inter ſe. Primā quaſi leæna, & alas ha/
bebat aquilæ. Aſpiciebam donec euulſæ ſunt alæ eius:
& ſublata eſt de terra: & ſuper pedes quaſi homo ſtetit:
c & cor eius datum eſt ei. Et eccē beſtia alia ſimilis urſo in
parte ſtetit: & tres ordines erant in ore eius & in denti/
bus eius: & ſic dicebant ei: Surge comede carnes pluri/
d mas. Poſt hoc aſpiciebam, & ecce alia quaſi pardus, &
alas habebat auis quatuor ſuper ſe: & quatuor capita
e erant in beſtia: & poteſtas data eſt ei. Poſt hoc aſpicie/
bam in uiſione noctis: & ecce beſtia quarta terribilis
atq; mirabilis & fortis nimis: dentes ferreos habebat
magnos, comedens atq; cōminuēs, & reliqua pedibus
ſuis conculcans.

ab eis,uel tributo & seruituti subiugatas. a ¶ Dissimilis autē erat cęteris bestijs ꝗs viderā pri⁹. In priorib⁹ ēm bestijs singula formidinū signa,in hac oīa sunt. b ¶ Et habebat cornua decē.Porphyrius duas posteriores bestias, macedonū & rhomanorū,in uno macedonum regno ponit & diuidit: Pardum uolens intelligi ipsum Alexandrū: bestiam autē dissimilem cæteris bestijs,quatuor Alexandri successores : & deinde usq; ad Antiochum cognomento Epiphanen: decem reges enumerat, qui fuerunt sæuissimi: ipsosq; reges nō unius ponit regni. Verbi gratia: Macedoniæ,syriæ, asiæ, & ægypti : sed de diuersis regnis, unum efficit regum ordinē : ut uidelicet ea quæ scripta sunt : Os loquens ingentia: non de antichristo, sed de Antiocho dicta credantur. c ¶ Considerabā cornua: & ecce cornu aliud paruulū ortum est de medio eorum &c. Frustra Porphyriuſ cornu paruulum, quod post decem cornua ortum est,Epiphanen Antiochum suspicatur:& de decē cornib⁹ tria euulsa cornua,sextum Ptolemæum cognomento philometorem : & septimum Ptolemæum euergetem,& Artarxiam regem Armeniæ:quorum priores multo anteq; Antiochus nasceretur, mortui sunt. Contra Artarxiam uero dimicasse quidem Antiochum nouimus:sed illum in regno pristino permansisse. Ergo dicamus qđ omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt: in consummatione mundi, quando regnū destruendum est rhomanorum, decem futuros reges : qui orbem rhomanum inter se diuidant:& undecimū surrecturū esse regem paruulum,qui tres reges de decem regibus superaturus sit:id est, ægyptiorum regem,& aphricæ,& æthiopiæ : sicut in consequētibus manifestius dicemus. Quibus interfectis, etiam septem alij reges uictori colla submittent. Et ecce (ait) oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto . Ne eum putemus iuxta quorundam opinionem,uel diabolum esse uel dæmonem,sed unum de hominibus:in quo totus satanas habita
2.Tes.2.a turus sit corporaliter. Et os loquens ingentia. Est enim homo peccati filius perditionis:ita ut in templo dei sedere audeat,faciens se quasi deum. d ¶ Aspiciebam donec throni positi sunt:et antiquus dierum sedit &c. Simile quid & in Io
Apo.4.b annis Apocalypsi legimus:Post hæc statim fui in spiritu: & ecce thronus positus erat in cœlo,& super thronum sedens: & qui sedebat,similitudinē habebat lapidis iaspidis & sardini, & iris erat in circuitu throni similis aspectui smaragdino: & circa thronum,alij throni uigintiquatuor:& super uigintiquatuor thronos, uigintiquatuor senes sedentes, amicti uestibus candidis: & super capita eorum , coronas aureas: & de throno egrediebantur fulgura & uoces,& tonitrua: Et septē lampades ardentis ignis in conspectu throni:quæ sep-
f.79.b tem sunt spiritus dei . Et in conspectu throni ,sicut mare uitreum simile crystallo . Multi igitur throni quos uidit Daniel,hi mihi uidenē esse, quos Ioannes uigintiquatuor thronos nuncupat. Vetus autem dierum ille est,qui apud Ioan-
Apo.5.a nem solus in throno sedet.Filius quoq; hominis,qui uenit ad uetustum dierum,ipse est qui apud Ioannem,leo dicitur de tribu Iuda,radix Dauid,& cætera his similia.Hos thro-

nos esse reor, de quibus Paulus apostolus loquitur : Siue throni,siue dominationes. Et in euangelio legimus:Vos autem sedebitis super duodecim thronos , iudicantes duodecim tribus israel. Sedens autem & uetustus dierum dicitur deus,ut æterni iudicis habitus demonstretur . Vestimentū
Coloſ.1.c Mat.19.d C
ei⁹ quasi nix candidū: & capilli capitis eius, quasi lana munda . Et
Matt.17.a saluator trāsformatus in monte, & gloriam diuinæ maiestatis assumens , in candidis uidetur uestibus. Qđq; capilli eius lanæ mundissimæ cōparanē,purum ostenditur syncerumq; iudiciū: & nullam personam in iudicando recipiēs . Senex quoq; describitur : ut maturitas comprobetur sentētiæ. Thronus eius flammæ ignis:ut peccatores tormentorum magnitudinē pertimescant , & iusti saluentur: sic tamē quasi per ignem . Rotæ eius ignis accēsus siue currus ei⁹. Et in Ezechiel,
Ezech.1.a quadrigæ sedens in / ducitur deus: & oīa dei flammea sunt . De quo & alibi dicitur :
Deu. 4.d Deus ignis consumēs D
est : ut lignū, fœnum, stipulam arsura in die iudicij nouerimus. Et in psalmis legimus : Ignis ante eum
Ps. 96.a præcedet: & inflammabit in circuitu omnes inimicos eius. Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius: ut peccatores traheret in gehennam. e ¶ Milia milliū ministrabant ei:et decies millies centena milia assistebāt ei. Non quo iste ministrorum dei numerus diffinitus sit,sed quo maiorem multitudinem humanus sermo explicare nequiuerit. Ista sunt milia, & iste myriades: de quibus in psalmis legimus : Currus dei decem milibus, multiplex milia lætan-
Ps.67.d tium,dns in eis. Et in alio loco: Qui facit angelos suos spi-
Ibidē.103.a ritus:& ministros suos ignem urentem. Duplex autem angelorum officium est: Aliorum qui iustis præmia tribuunt: aliorum qui singulis præsunt cruciatibus. f ¶ Judicium sedit:et libri aperti sunt. Conscientiæ , & opera singulorum in utramq; partem,uel bona uel mala omnibus reuelantur. Bonus liber ille est:quem sæpe legimus,liber uiuentiū. Malus liber, qui in accusatoris tenetur manu : qui est inimicus & uindex:de quo & in Apocalypsi legimus: Accusator fra-
Apo.12.c trum nostrorum. Liber iste terrenus est:de quo & propheta dicit:In terra scribantur. g ¶ Aspiciebam propter vocem
Hiere.17.b sermonum grandium quos cornu illud loquebatur. Dei iudicium uenit propter humiliandam superbiam: Idcirco rhomanum delebitur imperium: quia cornu illud loquebatur grandia. h ¶ Et vidi quoniam interfecta esset bestia &c. In uno rhomano imperio propter antichristum blasphemantem,omnia simul regna delenda sunt:& nequaq; terrenum imperium erit,sed sanctorum conuersatio, & aduentus filij dei triumphantis:de quo dicit: i ¶ Et ecce cum nubibus cęli quasi filius hominis veniebat. Qui in somno Nabuchodonosor,lapis scribitur abscisus sine manibus: & creuit se in montem magnum,& comminuisse testam,ferrum,æs, argentum,& aurum : nunc sub persona filij hominis introducitur : ut assumptio carnis humanæ significetur in filio dei:iuxta illud quod in actibus apostolorum legimus:Viri
Actu.1.b galilæi quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum:sic ueniet quemadmodū uidistis

E eum euntem in cœlum. a ¶ Et vsq; ad antiquum dierum peruenit ꝛc. Totum quod dicitur, oblatum eum omnipotenti deo: & accepisse potestatem, & honorē, & regnū: iuxta Philip.2.c illud Apostoli accipiendū est: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: in similitudinē hominum factus: & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortē autem crucis. Quæ cuncta si hæresis Arrianorum pio uellet aduertere sensu, nequaq; filio dei, calumniam inæqualitatis moueret.

b ¶ Et omnes populi tribus ꝛ linguę ipsi seruient: potestas eius potestas ęterna quę non auferetur: et regnum eius quod nō corrumpetur. Hoc cui potest hominum conuenire, respondeat Porphyrius: aut quis iste tam potens sit, qui cornu paruulum quē Antiochum interpretaꝝ, fregerit atq; cōtriuerit. Si responderit, Antiochi principes a Iuda machabeo fuisse superatos, docere debet quomodo cum nubibus cœli ueniat, quasi filius hominis: & offeratur uetusto dierū: & detur ei potestas & regnum: & omnes populi, tribus ac linguæ seruiant illi: & potestas eius æterna sit, quæ nullo fine claudatur. c ¶ Hę quatuor bestię magnę quatuor sunt ꝛc. Quatuor regna, de quibus supra diximus, fuere Eccl.3.d terrena. Omne enim qđ de terra est, reuertetur in terrā: sancti autem nequaq; habebūt terrenum regnum, sed cœleste. Cesset ergo mille annorū fabula.

d ¶ Et obtinebunt regnum usq; in sęculum: et sęculum sęculorum. Si hoc de Machabeis intelligitur, doceat qui ista contendit quomō regnum eorum perpetuum sit. e ¶ Et sermones cōtra excelsum loquetur. Siue ut interpretatus est Symmachus: Sermones quasi deus loquetur: ut qui dei assumit potentiam, uerba quoq; diuinæ sibi uendicet maiestatis. f ¶ Et sanctos altissimi conteret: et putabit q; possit mutare tempora et leges. Præliabitur enim antichristus contra sanctos, & superabit eos: In tantāq; erigetur superbiā, ut leges dei & cerimonias mutare conetur: & eleuetur supra omne quod dicitur deus, religionē cunctā suæ subijciens potestati. g ¶ Et tradentur in manu eius usq; ad tempus: et tempora: et dimidium temporis. Tempus, annū significat: Tempora iuxta hebraici sermonis proprietatē, qui & ipsi dualem numerum habent, duos annos præfigurant. Dimidium autē tēporis, sex menses: quibus sancti potestati antichristi permittendi sunt: ut condemnentur iudæi qui non credentes ueritati susceperūt mendaciū. De quo tempore & saluator in euangelio loquitur: Nisi abbreuiati essent dies illi, ne quaq; salua esset omnis caro. Non conuenire hæc tempora Antiocho, in extrema uisione dicem⁹. b ¶ Et iudicium sedebit vt auferatur potentia ꝛ conteraꝝ: et dispereat usq; in finem. Hoc de antichristo, id est, de cornu paruulo, qđ grandia loquebatur: quia regnum eius destruendum sit in perpetuū. i ¶ Regnum autem ꝛ potestas: et magnitudo regni: quę est subter omne cęlum: detur populo sanctorum altissimi: cuius regnum: regnum sempiternū est: et omnes reges seruiēt ei et obedient. Hoc loquitur de Christi iperio qđ sempiternum est. k ¶ Hucusq; finis uerbi. Istius uerbi atq; sermonis, quem mihi in præsenti uisione dominus reuelauit.

l ¶ Ego daniel multum in cogitationibus meis conturbabar: et facies mea mutata est in me: uerbum autem in corde meo conseruaui. Hactenus liber Danielis chaldaico syriacoq; sermone conscriptus est. Cætera quæ sequunt usq; ad finē uoluminis, hebraice legimus. ¶ Ca. VIII.

A Nno tertio regni balthasar regis uisio apparuit mihi. Ego daniel post id quod uideram in principio. Post duos annos superioris reuelationis, hæc uisio: Illa enim in primo anno Baltasar: hæc in tertio cernit. Vnde infert: Post id quod

---

a Et usq; ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum: & dedit ei potestatem, & honorē,
b & regnum. Et omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius, potestas æterna quæ nō auferetur: & regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus: ego Daniel territus sum in his: & uisiones capitis mei conturbauerunt me. Accessi ad unum de assistentibus: & ueritatem quærebam ab eo de omnibus
c his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me. Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna quæ cōsurgent de terra: Suscipient autem regnum
d sancti dei altissimi: Et obtinebunt regnum usq; in sæculum & sæculum sæculorum. Post hæc uolui libenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis ualde ab omnibus & terribilis nimis. Dentes & ungues eius ferrei: comedebat & cōminuebat: & reliqua pedibus suis conculcabat: & de cornibus decem quæ habebat in capite: & de alio quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo quod habebat oculos: & os loquens grandia: & maius erat cæteris. Aspiciebā, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos: & præualebat eis donec uenit antiquus dierū: & iudicium dedit sanctis excelsi, & tempus aduenit: & regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra: quod maius erit omnibus regnis: & deuorabit uniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam. Porro cornua decē ipsius regni, decē reges erunt: & alius consurget post eos: & ipse potentior erit priori-
e bus: & tres reges humiliabit: & sermōnes contra excel-
f sum loquetur: Et sanctos altissimi conteret: & putabit
g q; possit mutare tempora & leges. Et trādentur in manu eius usq; ad tempus, & tempora, & dimidium tem-
h poris. Et iudicium sedebit ut auferatur potentia: & con-
i teratur, & dispereat usq; in finem. Regnum autem & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est: & omnes reges seruient ei & obedient. Hucusq; finis uerbi. Egō Daniel multum co-
k l gitationibus meis cōturbabar: & facies mea mutata est
m in me: uerbum autem in corde meo cōseruaui. Anno tertio regni Baltasar regis, ¶ Ca. VIII uisio apparuit mihi. Ego Daniel post id quod uideram

A id qđ uideram in principio. a ¶ Vidi in uisione mea ꝛc. qđ est in Elam regione. Siue ut Symmachus interpretatus est, ciuitate: a q̄ etiā regio nomē accepit: ut a babylone, babylonij: & ab elam, elamitæ: ꝑ q̄ Lxx. elimaidem regionē interpretati sunt. Susis aūt metropolis ē regionis elamitarū, in q̄ Daniel scd'm historiā Iosephi, turrim extruxit excelsam, & q̄dro ædificatam marmore: tantæq; magnitudinis & pulchritudinis, ut usq; in præsens uideaē esse noua. In eaq; regū Persarū atq; Medorū cōdunē reliquiæ: & custos siue ædituus, ac sacerdos eiusdē loci Iudæus est. Cū essem in Susis castro. Nō q̄ castrum ipsa sit urbs (ut dixim⁹) metropolis & potētissima, sed q̄ tanta firmitate ædificata: ut castrū esse uideatur.

b ¶ Vidi aūt in uisione me esse sup portam ulai. Pro quo Aquila אוּבָל transtulit, super ubal אוּלָי ulai: Theodotio, super ubal: Symmach⁹, sup paludē ulai: Lxx. sup portā ulai. Sciendū est aūt ulai, nomē esse loci siue portæ: ut in Troia, σκαιὰ porta, & apud Romanos, carmētalis dicit, habētes singulæ ex ꝓprijs causis origines noīm. c ¶ Et leuaui oculos meos ꝛc & vidi. Quis in somnis uideant, quæ uidentur in umbra uidelicet & imagine: tamē ne ipsa quidē uidere possum⁹ sine oculis eleuatis.

B d ¶ Et ecce aries ꝛc. Arietē, Darium uocat auunculū Cyri: q̄ post Astyagen patrē regnauit in Medis. Cornu aūt unū excelsius altero atq; succrescēs, ipsū Cyrū significat: q̄ post Astyagē auū maternū cum auunculo Dario, quē græci κυαξάρην uocant, medis imperauit & persis. e ¶ Postea vidi arietē ꝛc. Nō ipsū arietē Cyrū uidelicet, uel Dariū, sed eiusdē regni arietē. i. Dariū alterū, qui ultim⁹ potētiæ persicæ rex fuit: & quē superauit Alexāder Philippi filius, rex macedonū. Q̄ autē Darius iste rex potētissim⁹ & ditissim⁹ fuerit, tā græcæ, q̄ latinæ, ac barbaræ narrāt historiæ. f ¶ Et ego intelligebā. Ex superioribꝰ em̄ uisionibꝰ in qbꝰ secūdū regnū ꝑ arietē & hircū significatū est: etiā nūc intelligit, qđ medorū atq; ꝑsarū cernat īperiū. g ¶ Et audiui vnū ꝛc. nescio cui loquētī. Pro altero nescio q̄, qđ Symmach⁹ interpretatus est τινί ποτε: quē & nos secuti sum⁹. Aquila & פַלְמוֹנִי Theodotio, & Lxx. φελμωνί ipsum ẏbū hebraicū posuerūt. Nomē ergo angeli tacēs generaliter unūquēlibet de angelis indicauit. h ¶ Vsq; quo visio ꝛc. Vnus angelus interrogat alterū angelū usq; ad qđ tempus dei iudicio sub Antiocho rege syriæ, templū futurū sit desolatū: & simulacrū Iouis staturum in tēplo dei: iuxta id qđ subiunxit, dicēs: Et sanctuarium, & fortitudo cōculcabit. i ¶ Et dixit ei: Vsq; ad vesperā & mane dies duo milia trecēti ꝛc. Legam⁹ machabeoꝝ libros, & Iosephi historiā, ibiq; scriptū reperiem⁹: centesimo q̄drageſimotertio anno a Seleuco, qui primus regnauit in syria post Alexādrū, ingressum Antiochū hierosolymā, & uniuersa uastasse: reuersumq; anno tertio, in tēplo posuisse statuam Iouis: & usq; ad Iudam machabeum. i. usq; ad annū cētesimū q̄drageſimū octauū, ꝑ annos uastitatis hierusalē sex: contaminationis aūt tēpli tres, duo milia trecentos dies, & tres mēses esse cōplētos: post q̄s templum purgatū est. Quidā, ꝑ duob⁹ milibus trecentis, duo milia ducētos legunt: ne sex anni & tres mēses supesse uideant. Hunc locū plærique nostrorū ad antichristū referūt: & qđ sub Antiocho in typo factū est, sub illo in ueritate dicunt esse cōplendum. Q. d' autē infert: Mundabit sanctuariū, Iudæ machabei significat tpa: qui de uico Modin filijs ac propinquis secū annitentibus, & multis de pplo iudæorū Antiochi duces superat: iuxta Emaus, quæ nunc Nicopolis dicit. Q. d' audiens Antiochus q̄ contra principē principum surrexerat. i. dominū dominantiū; & regē regū in Elimaidē, quæ regio persarū est: tēplū Dianæ spoliare cupiēs, quod habebat preciosa donaria: & ibi quoq; amisso exercitu sine manibus cōtritus est: id est tristiciæ morbo periit. Vespere aūt & mane, successionem diei noctisq; significat.

k ¶ Factū est aūt cū uiderē ego Daniel uisionē ꝛc. Videbat uisionē per picturā & imaginē: & illi⁹ intelligētiā nesciebat. Non ergo oīs q̄ uidet, intelligit: quō si scripturā sanctā legam⁹ oculis, & corde nō intelligam⁹. l ¶ Et ecce ꝛc. species viri. Nō em̄ uiri sūt angeli, sed in specie uidentē uirorū. Sicut Abraham ad quercū Mambre tres uisi sunt uiri: q̄ utiq; uiri nō erāt: e quib⁹ unꝰ adoraē ut dn̄s. Vn̄ & saluator loquit in euangelio: Abrahā uidit diē meū: uidit, & lætat⁹ ē. m ¶ Et audiui vocē viri ꝛc. Virū istū qui præcepit gabrieli, ut Danielē faciat intelligere uisionē, iudæi Michaelē autumāt. Cōsequēter aūtē qa uisio de prælijs erat: regūq; certaminibus, imo regnorū successionibus: gabriel q̄ præpositꝰ ē prælijs, huic officio mancipat. Gabriel em̄ in linguā nostrā uertit, fortitudo, uel robustus גַּבְרִיאֵל

Gen. 18. a

Ioh. 8. g

E dei. Vñ & eo tpe q̄ erat dñs naſciturus, & indicturus bellū
Lu.1.a dæmonib⁹, & triūphatur⁹ de mūdo: gabriel uenit ad Zacha
pſ.23.a riam & ad Mariā. Et poſtea in pſalmis legim⁹ de dño trium
phāte: Quis ē iſte rex gl̄iæ: dñs fortis & potēs, dñs fortis in
prælio: ipſe eſt rex gl̄iæ. Vbicūq; aūt medicina & ſanatio ne-
ceſſaria ē, raphael mit-
titur: q̄ interpretat̄, cu-
ratio uel medicina dei:
hoc uidelicet nōis in-
terpretatiōe ſignificāte
q̄ in deo ſit medicina
Tobie.5.a ỽa: Si cui tñ placet To
biæ librū recipe. Porro
ubi pp̄ſo ꝓſpera ꝓmit
tunt̄: & ἱλασμός, q̄d
nos uel ꝓpitiationem
uel expiationē poſſum⁹
dicere, neceſſaria ē: Mi
chael dirigit̄: qui inter
pretat̄, q̄s ſicut de⁹: ut
ſcilicet intelligat̄: quia
ꝓpiciationē uel expia-
tionē nullus poſſit of-
ferre niſi de⁹. a ¶ Et
dixit ad me ⁊c̄. Et Ezechi
el, & Daniel, & Zacha
rias: q̄a ſæpe inter an-
gelos eſſe ſe cernūt: ne
eleuent̄ iſupbiā, & an-
gelicæ, uel naturæ, uel
dignitatis ſe eē credāt:
admonent̄ fragilitatis
ſuæ, & filij hoīm nūcu
pant̄, ut hoies ſe eē no-
uerint. b ¶ Et tetigit
me ⁊c̄. Propheta q̄ pa-
F uore lapſus, q̄drupes
& pron⁹ iacebat ī terra:
ad tactū angeli erigit̄,
ut poſſit abſq; formidi
ne audire & intelligere
quæ dicunt̄. c ¶ Ego
oſtēdam tibi ⁊c̄. Ne qs
me putet propriū ſen-
ſum ponere: gabrielis
exponentis uiſionem,
ꝓphetæ ỽba diſcam⁹.
d ¶ Aries ⁊c̄. Darius
uidelicet filius Arſami,
in q̄ medorū & pſarū
regnum deſtructū eſt.

mauit & ait: Gabriel fac itelligere iſtā uiſionē. Et uenit,
& ſtetit iuxta ubi ego ſtabā. Cūq; ueniſſet, pauēs corrui
a in faciē meā: Et ait ad me: Intellige fili hois, q̄m in tpe fi
nis cōplebit̄ uiſio. Cūq; loqueret̄ ad me, collapſus ſum
b ꝓnus in terrā: & tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo.
c Dixitq; mihi: Ego oñdā tibi q̄ futura ſūt in nouiſſimo
d maledictiōis: q̄m habet tēp⁹ finē ſuū. Arietē quē uidiſti
habere cornua duo, rex medorū eſt atq; pſarū. Porro
hirc⁹ caprarū, rex græcorū ē: & cornu grāde qd̄ erat int̄
oculos ei⁹, ipſe eſt rex prim⁹. Q̄z aūt fracto illo, ſurrexe
e runt q̄tuor ꝓ eo: q̄tuor reges de gēte ei⁹ cōſurgēt: ſed nō
f in fortitudine ei⁹. Et póſt regnū eorū cū creuerint iniq-
tates, cōſurget rex ipudēs facie, & itelligēs ꝓpoſitiōes, &
roborabit̄ fortitudo ei⁹, ſed nō in uirib⁹ ſuis: & ſupra-
credi pōt uniuerſa uaſtabit & ꝓſperabit̄ & faciet: & in-
terficiet robuſtos: & pp̄lm ſctōrū ſcd̄m uolūtatē ſuā: &
diriget̄ dolus in manu ei⁹: & cor ſuū magnificabit: & in
copia rerū oīm occidet plurimos: & cōtra principē prin
cipū conſurget, & ſine manu cōtereť. Et uiſio ueſpere &
g mane q̄ dicta eſt, uera eſt. Tu ergō ſigna uiſionē: quia
h poſt dies multos erit. Et egō Daniel langui & egrotaui
i per dies. Cunq; ſurrexiſſem, faciebā opa regis. Et ſtupe
k Ibam ad uiſionē: & nō erat q̄ interp̄taret̄. ¶ Ca. IX
l In annō prio Darij filij Aſueri de ſemine medor⁹
q̄ impauit ſup regnū chaldæorū, anno uno regni
ei⁹: Egō Daniel itellexi in libris numerū annor⁹: de q̄ fa
ctus ē ſermo dñi ad hieremiā ꝓphetā, ut cōplerēt̄ deſo
lationis hierūm ſeptuaginta anni: Et poſui faciē meā ad
dñm deū rogare & deprecari in ieiunijs ſacco & cinere.

Et oraui

G quod mane offerebat̄ & ueſpere, & polluerit atq; deiecerit locū ſanctificatiōis ei⁹. Et hoc nō ſua ỽtute, ſed ꝓpter peccata pp̄li. Atq; ita factū eſt, ut ỽitas proſterneret̄ in terram: & cultu idolorū florente, dei religio conquieſceret. g ¶ Tu g̃ ſigna viſionē ⁊c̄. Expoſita Gabriel angelus uiſione, quā ſupra ut potuim⁹ diſſeruim⁹, ponit in fine: Tu ergo ſigna uiſionem: q̄a poſt dies multos erit. Ex ỽbo oſtendēs ſignaculi, obſcura eſſe quæ dicebant̄: & nō patere m̄tor⁹ auditui: nec poſſe ante intelligi, niſi rebus & opib⁹ impleant̄. h ¶ Et ego daniel langui et egrotaui ꝓ dies ⁊c̄. Hoc eſt illud q̄d in Geneſi de Abraham legim⁹: q̄d poſtq; dominū audierit loquentē ſibi, terrā Geñ.18.d
& cinerē eſſe ſe dixerit.
H Ergo Daniel ad uiſionis horrorē languiſſe & ægrotaſſe ſe dicit: Et cum ſurrexiſſet feciſſe opa quæ ſibi a rege fuerant imperata, reddēs oībus oīa: & euāgelicū illud ſciens: Reddite quæ ſunt cæſaris, cæſari: & quæ ſunt dei, deo.
i ¶ Et ſtupebā ad viſionem: et non erat qui interpretaretur. Si nō erat qui interpretaret̄, quomō ſupra interpretatus eſt angelus? Sed q̄d dicit, hoc eſt, reges audierat: & eorum nomina neſciebat, futura cognouerat: & quo tempore futura eſſent, dubius fluctuabat. Itaq; q̄d ſolum facere poterat, ſtupebat ad uiſionē: & dei ſciētiæ cuncta relinquebat.

I n anno ꝓmo Darij ⁊c̄. Hic eſt Darius ¶ Ca. IX
qui cum Cyro chaldæos babylonioſq; ſuperauit: ne
putemus illum Darium, cuius ſecundo anno tem-
plum ædificatum eſt: quod Porphyrius ſuſpicatur:
ut annos Danielis extēdat: uel eum qui ab Alexandro ma-
cedonum rege ſuperatus eſt. Addit ergo nomen patris: ad-
ditq; uictoriam: quia primus de ſemine medorū, ſubuertit
regnum chaldæorum: ut auferat propter ſimilitudinem no
minis lectionis errorem. l ¶ Ego daniel intelleri in libris
numerū annor⁹: de quo factus eſt ſermo dñi ad hieremiam
ꝓphetam: vt cōplerent̄ deſolationis hieruſalē ſeptuaginta
anni ⁊c̄. Prædixerat Hieremias ſeptuaginta annos deſolatio Hiere. 51.c
et. 29.c
nis templi: poſt quos rurſus ueniret populus in Iudæam: &
ædificaretur templum & hieruſalem: quæ res Danielem nō
facit negligentem, ſed magis prouocat ad rogandum: ut q̄d
deus ꝓ ſuam promiſit clæmētiam, per horū impleat preces:
ne negligētia & ſuperbia pariāt offenſam. Deniq; in Geneſi Geñ.6.a
legimus centū uiginti annos pœnitētiæ cōſtitutos añ dilu-
uiū: q̄ quia tanto tpe, hoc ē, centū annis noluerūt agere pœ-
nitentiam:

A nitētiā neq; q̄ expectat ut & uigiti alij cōpleāt: sed ifert ante qd̄ postea fuerat cōminat⁹. Vñ & Hiere.7.b ad Hieremiā dicit ob duritiā cordis ppli iudæorū: Ne ores p̄ populo hoc: qa nō audiā te. Et ad samuel: Vsq; q̄ luges sup saul: & ego abieci eū? In cinere igit & sacco postulat īpleri qd̄ ꝓmiserat de⁹: nō q̄ esset icredul⁹ futurorū, sed ne securitas negligētiā: & negligētia pareret offensā. a ¶ Obsecro dñe deus magne & terribil. Aduers⁹ eos q tua ꝓcepta cōtēnūt. b ¶ Custodiēs pactū & misericordiā &c. Nō ergo qd̄ pollicet de⁹ statim futurū est, sed in eos sua ꝓmissa cōplet q custodiūt mādata illius. c ¶ Peccauimus iniq̄ egim⁹ &c. Peccata ppli: qa un⁹ e ppl̄o est Rom.5.e enūerat ex p̄sona sua: qd̄ & Apl̄s in epl̄a ad rhomanos facere legimus. d ¶ Tibi dñe iustitia. Iuste enim patimur quod meremur.

F delphū, qui ſecundus imperabat ægyptijs geſſit bella q̄ plurima: & totis babylonis atq; orientis uiribus dimicauit. Volens itaq; Ptolemæus philadelphus poſt multos annos moleſtum finire certamē, filiam ſuam noīe Berenicē, Antiocho uxorē dedit: qui de priore uxore nomine Laodice, habebat duos filios: Seleucum, qui cognominatus eſt Callinicus: & alterū Antiochū. Deduxitq; eam uſq; Peluſium: & infinita auri & argēti milia dotis noīe dedit. Vñ φερνοφόρος. i. dotalis appellatus eſt. Antiochus autē Berenicē cōſortē regni habere ſe dicens: & Laodicen in cōcubinæ locū: poſt multum tēporis amore ſuperatus, Laodicen cū liberis ſuis reduxit in regiam. Quæ metuens ambigui uiri animū ne Berenicē reduceret, uirū p̄ miniſtros ueneno interfecit: Berenicen aūt cū filio qui ex Antiocho natus erat, Icadioni & Genneō Antiochiæ principibus occidendā tradidit: filiumq; ſuū maiorem Seleucum Callinicum in patris loco regem conſtituit. Et hoc eſt qđ nunc dicitur: Poſt multos annos Ptolemæus philadelphus, & Antiochus θεὸς faciunt amicitias: & filia Auſtri regis, hoc eſt, Ptolemæi ueniet ad regem aquilonis: id eſt ad Antiochum, ut inter patrem ac uirum iungat amicitias. Et non poterit (inquit) obtinere: nec ſemen illius ſtare in regno Syriæ: ſed & ipſa Berenice, & qui eam adduxerunt interficientur. Rex quoq; Antiochus qui confortabat eam, hoc eſt, per quem poterat prævalere, ueneno uxoris occiſus eſt. b ¶ Et ſtabit de germine radicum eius plantatio: et veniet cum exercitu et ingrediet̄ p̄uinciam regis aquilonis ꝛc. Occiſa Berenice, & mortuo Ptolemæo philadelpho patre eius in ægypto, frater illius & ipſe Ptolemæus cognomento Euergetes, tertius ſucceſſit in regnum, de plantatione & de germine radicis eius, eo q̄ eſſet germanus: & uenit cum exercitu magno, & ingreſſus eſt prouinciā regis aqui/lonis, id eſt Seleuci cognomento Callinici: qui cum matre Laodicæ regnabat in Syria: & abuſus eſt eis, & obtinuit: intantū ut Syriā caperet & Ciliciā, ſuperioreſq; partes trans Euphraten & propemodū uniuerſam Aſiam. Cumq; audiſſet in ægypto ſeditionem moueri, diripiens regnum Seleuci, quadraginta milia talentorum argenti tulit: & uaſa precioſa ſimulacraq; deorum, duo milia quingenta: in quibus erant & illa quæ Cambyſes capta ægypto, in perſas portauerat. Deniq; gens ægyptiorum idololatriæ dedita: quia poſt multos annos deos eorum retulerat, Euergeten eum appellauit: & Syriam quidē ipſe obtinuit. Ciliciam autē amico ſuo Antiocho gubernandā tradidit: & Xantippo alteri duci prouincias trans Euphraten. c ¶ Filij autem eius p̄uocabuntur: ꝛ cōgregabūt multitudinem exercituum plurimorum ꝛc. Poſt fugam & mortem Seleuci Callinici, duo filij ei⁹ Seleucus cognomento Ceraunus: & Antiochus qui appellatus eſt magnus: prouocati ſpe uictoriæ & ultione parentis: exercitu congregato aduerſus Ptolemæum philopatorem arma corripiunt. Cumq; Seleucus maior frater, tertio anno imperij eſſet occiſus in Phrygia per dolum Nicanoris & Apaturij: exercitus qui erat in Syria Antiochū fratrē eius cognomento magnum de babylone uocauit ad regnum. Et propterea nunc infert, q̄ duo quidem filij prouocati ſunt: & congregauerunt multitudinem exercituum plurimorum. Sed q̄ unus Antiochus magnus uenerit de babylone in Syriam: quæ eo tempore tenebatur a Ptolemæo philopatore filio Euergetis: qui quartus regnauit in ægypto. Cunq; pugnaſſet aduerſum duces eius, immo proditione Theodotij obtinuiſſet Syriam: quæ per ſucceſſionem iam a regibus ægypti tenebatur, in tantam uenit audaciam cōtempta luxuria philopatoris & magicis artibus, quibus inſeruire dicebatur: ut ultro ægyptijs bellum conaretur inferre. d ¶ Et p̄uocatus rex auſtri egredietur et pugnabit aduerſum regem aquilonis: et p̄ęparabit multitudinem nimiam ꝛc. Ptolemæus enim cognomēto philopator amiſſa Syria proditione Theodotij, cōgregauit plurimam multitudinem: & ingreſſus eſt aduerſus Antiochum magnum, quem nunc regem aquilonis uocat: iuxta ſitum ægypti & Iudææ prouinciæ: idem ēm locus pro qualitate regionis, alteri ad Auſtrū, alteri ad aquilonem ſitus eſt. Verbi gratia: Si de Iudæa dicam⁹, ægyptijs ad aquilonem, Syrijs ad Auſtrum eſt. Inito ergo certamine iuxta opidum Raphiæ, quod in foribus ægypti eſt: omnem Antiochus amiſit exercitum: & per deſerta fugiens, pene captus eſt: Cunq; cepiſſet Syriam, ad extremū fœdere & quibuſdam cōditionibus pugna finita eſt. Et hoc eſt quod ſcriptura nunc dicit: Deijciet multa milia Ptolemæus philopator, ſed non prævalebit. Aduerſariū enim ſuum capere non potuit. Quodq; ſequitur: e ¶ Et conuertetur rex aquilonis ꝛc. Antiochū magnū ſignificat: qui cōtempta Ptolemæi philopatoris

a Et poſt finem annorum fœderabuntur. Siue ut Theodotio interpretatus eſt: Et poſt annos illius cōmiſcentur). Filiaq; regis auſtri ueniet ad regē aquilonis, facere amicitiam: & non obtinebit fortitudinem brachij, nec ſtabit ſemē eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eam iuuenes b eius: & qui confortabant eam in temporibus. Et ſtabit de germine radicum eius plantatio: & ueniet cum exercitu, & ingrediet̄ prouinciam regis aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit. Inſuper & deos eorum & ſculptilia: uaſa quoq; precioſa auri & argenti captiua ducet in ægyptum: ipſe prævalebit aduerſus regem aquilonis. Et intrabit in regnum rex auſtri, & reuertet̄ ad terram c ſuam. Filij autem eius prouocabuntur: & cōgregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & ueniet properans & inundans: & reuertetur & cōcitabitur: & egre-
d dietur cum robore eius: & exaltabitur cor eius. Et prōuocatus rex auſtri, egredietur & pugnabit aduerſum regem aquilonis: & præparabit multitudinem nimiam: & dabitur multitudo in manu eius. Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius: quia deijciet multa milia,
e ſed non prævalebit. Et cōuertetur rex aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem q̄ priùs: & in fine tēporū

philopatoris ignauia: eo qđ deperiret Agathocleã pſaltriã: fratremq; eius, & ipſum agathoclen haberet concubinum: quem poſtea ægypti ducem conſtituit: incredibilem de ſuperioribus locis babylonis exercitum congregauit. Et ptolemæo philopatore mortuo, aduerſum filium eius, qui tunc quatuor annorũ erat, & uocabatur Ptolemæus ἐπιφανὴς rupto fœdere mouit exercitum. Tantæ enim diſſolutionis & ſuperbiæ agathocles fuit: ut ſubditæ prius ægypto .p. uinciæ rebellarẽt: ipſaq; ægyptus ſeditiõibꝰ uexaretur: Philippus quoq; rex macedonũ & magnus antiochus pace facta, aduerſum Agathoclen & Ptolemæum epiphanem dimicarent: ſub hac conditione ut proximas ciuitates regno ſuo ſinguli de regno Ptolemæi iungerent. Et hoc eſt qđ nunc dicit multos conſurgere aduerſus regem auſtri, ptolemæum ſcilicet epiphanẽ: qui erat ætate puerili. a ¶Filij quoq; p̃uaricatorum populi tui extollentur vt impleant viſionem ⁊ corruant. Pugnãtibus cõtra ſe magno antiocho & ducibus ptolemæi: in medio iudæa poſita in contraria ſtudia ſcindebatur: alijs antiocho, alijs ptolemæo fauentibus. Deniq; Onias ſacerdos aſſumptis iudæorum plurimis fugit in ægyptum: & a ptolemæo honorifice ſuſceptus, accepit eam regionem quæ heliopoleos uocabatur: & concedente rege, templum extruxit in ægypto ſimile templi iudæorum: qđ permanſit uſq; ad imperium Veſpaſiani: annis ducentis quinquaginta. Ipſa autem urbs quæ uocabatur Onie: dimicantibus poſtea aduerſus rhomanos iudæis, ad ſolum uſq; deleta eſt: & neq; urbis neq; templi ullum reſtat ueſtigium. Sub occaſione igitur Oniæ pontificis, infinita examina iudæorum ægyptum confugierunt. Eo tempore & Cyreneorum multitudine repleta eſt. Aſſerebat enim Onias ſe Eſaiæ implere uaticinium ſcribentis: Erit altare domini in ægypto & titulus domini in terminis eius. Et hoc eſt qđ nunc dicit: Filij p̃uaricatorum populi tui qui dereliquerunt legem domini: uolentes in alio loco p̃ter quã iuſſum erat deo uictimas immolare: extollentur in ſuperbiã & uiſionem: hoc eſt domini p̃ceptũ ſe implere iactabunt. Sed corruẽt: quia & templum & urbs poſtea deſtruentur. Cumq; antiochus teneret iudæã, miſſus Scopas ætholi filius, dux ptolemæi partium, aduerſus antiochum fortiter dimicauit: cœpitq; iudæam & optimates ptolemæi partium ſecum abducens, in ægyptum reuerſus eſt. b ¶Et veniet rex aquilonis ⁊ comportabit aggerẽ: ⁊ capiet vrbes munitiſſimas: ⁊ brachia auſtri non ſuſtinebunt: ⁊ conſurgent electi eius ad reſiſtendum ⁊ non erit fortitudo ⁊c. Antiochus eñ uolens iudæam recuperare & ſyriæ urbes plurimas: Scopam ducem ptolemæi iuxta fontes iordanis, ubi nunc Paneas condita eſt, initò certamine fugauit: & cum decem milibus armatorum obſedit clauſum in Sidone. Ob quem liberandũ miſit ptolemæꝰ duces inclytos Eropũ & menocleã & damoxenũ. Sed obſidionem ſoluere non potuit: donec fame ſuperatus Scopas, manus dedit, & nudus cum ſocijs dimiſſus eſt. Q.đ.q

Eſa. 19. c

in fine temporum annorumq; ueniet, properans cum exercitu magno & opibus nimijs. Et in temporibus illis multi conſurgẽt aduerſum regem auſtri. Filij quoq; p̃uaricatorum populi tui extollentur ut impleant uiſionem & corruant. Et ueniet rex aquilonis, & comportabit aggerem & capiet urbes munitiſſimas: & brachia auſtri non ſuſtinebunt: & conſurgent electi eius ad reſiſtendum & non erit fortitudo. Et faciet ueniens ſuper eum iuxta placitum ſuum: & non erit qui ſtet contra faciem eius: & ſtabit in terra inclyta, & conſumetur in manu eius. Et põnet faciem ſuam ut ueniat ad tenendum uniuerſum regnum eius, & recta faciet cum eo: Et filiam fœminarum dabit ei: ut euertat illum: Et nõn ſtabit nec illius erit. Et conuertet faciem ſuam ad inſulas: & capiet multas: & ceſſare faciet principem opprobrij ſui: & opprobrium eius cõuertetur in eum. Et conuertet faciem ſuam ad imperiũ terræ ſuæ: & impinget & corruet & non inuenietur. Et ſtãbit in loco eius uiliſſimus & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur: non in furore nec in prælio.

Et ſtabit

ait: Comportabit aggerem: illud ſignificat, qđ præſidium ſcopæ in arce hieroſolymorum adnitentibus iudæis, multo tẽpore oppugnarit: & cœperit alias urbes: quæ prius a ptolemæi partibus tenebant, Syriæ, Ciliciæ, & Lyciæ. Eo enim tpe captæ ſunt Aphrodiſias & Soloe & Zephyrion & Mallos & Anemurũ & Selenus & Coraceſiũ & Coricus & Andriacæ & Limyra & Patra & Xanthꝰ: & ad extremũ Epheſus: de quibꝰ uniuerſis & græca & rhomana narrat hiſtoria: Quodq; intulit: Et ſtabit in terra inclyta & conſumetur ſiue perfi|cietur in manu eiꝰ: Terrã inclytã: ſiue ut Lxx. interpretati ſunt uolũtatis, hoc eſt quæ complaceat deo, Iudææ ſignificat & proprie hieruſalẽ: in qua honorifice ſuſceptos eos q partium ſcopæ erant perſecutus eſt. Pro terra inclyta qđ interpretatus eſt Aquila: quem nos in hoc loco ſecuti ſumus: Theodotio ipſum hebraicum uerbum poſuit σαβί|ρ: p quo Symmachus uertit terrã fortitudinis. c ¶Et ponet faciẽ ſuã vt veniat ad tenendũ vniuerſum regnũ eius ⁊ recta faciet cũ eo. Et filiã fœminarũ dabit ei vt euertat illũ. Hoc eſt ptolemæũ: ſiue illud, hoc eſt regnũ eius. Volẽs antiochus nõ ſolũ ſyriã & ciliciam & lyciam & alias p̃uincias quæ ptolemæi fuerãt partium poſſidere: ſed in ægyptum quoq; regnũ ſuũ extẽdere: filiam ſuam Cleopatram per Euclem rhodiũ ſeptimo anno regni adoleſcentis deſpondit ptolemæo: & tertiodecimo anno tradidit: data ei dotis nomĩe omĩi Cœleſyria & Iudæa. Filiã aũt fœminarũ p πλεονασμὸν uocat: ut eſt illud poeticũ: Sic ore locuta eſt: Vocemq; his auribus hauſi. d ¶Et nõ ſtabit nec illius erit: ⁊ conuertet faciem ſuam ad inſulas: ⁊ capiet multas: ⁊ ceſſare faciet p̃ncipem opprobrij ſui: ⁊ opprobriũ eius cõuertet in eũ. Et conuertet faciẽ ſuã ad imperiũ terrę ſuę ⁊c. Necq; enim obtinere potuit ægyptum: quia ptolemæus epiphanes, & duces eius ſentientes dolum, cautius ſe egerunt, & Cleopatra magis uiri partes q̃ parentis fouit. Vnde uertit ſe ad Aſiam: & nauali certamine aduerſum plurimas inſulas dimicans: cœpit rhodum & Samũ & colophonã & Phoceã & alias multas inſulas. Sed occurrit ei. L. Scipio Naſica cũ fratre ſuo Publio ſcipione aphricano: qui Hannibalẽ uicerat. Cum eñ conſul Naſica frater aphricani hebetioris eſſet ingenij: & contra regẽ potentiſſimũ ſenatus ei bellum nollet credere, ſpontaneã legationẽ obtulit aphricanus pro fratris iniuria. Victus ergo antiochus, intra Taurum regnare iuſſus eſt: & indẽ fugit ad Apamiam ac Suſam & ultimas regni ſui penetrauit urbes. Cumq; aduerſum eli|meos pugnaret, cũ omni eſt delectus exercitu. Et hoc eſt qđ nũc ſcriptura dicit: qđ multas inſulas cœpit, & uincẽte rhomano, regnum aſiæ perdiderit: & opprobriũ eius cõuerſum ſit in caput eius: & ad extremũ de aſia fugiẽs, reuerſus ſit ad imperiũ terræ ſuæ: & ipegerit atq; corruerit: & locus eius nõ ſit inuentus. e ¶Et ſtabit in loco eius viliſſimus ⁊ indignꝰ decore regio: ⁊ in paucis diebus cõtereť nõ in furore nec in p̃lio. Seleucũ dicit cognomẽto philopatorẽ filium magni Antiochi, qui nihil dignum ſyriæ & patris geſſit imperio:

E & absq; ullis prælijs inglorius perijt. Porro porphyrius non uult hunc esse Seleucum, sed Ptolemæum epiphanem, qui Seleuco sit molitus insidias: & aduersum eum exercitū præparauerit: & idcirco ueneno sit interfectus a ducibus suis. Qđ cū unus ab illo quæreret, tātas res moliēs ubi haberet pecuniam: respōdit, sibi amicos esse diuitias. Quod cū diuulgatū esset in populis, timuerunt duces ne auferret eorū substantiā: & idcirco eū maleficis artibus occiderunt. Sed quomodo potest in loco magni antiochi stare ptolemæus qui hoc omnino non fecit: maxime cum Lxx. interpretati sunt: & stabit de radice eius plantatio: id est de germine eius & semine, percutiens dignitatem imperij: & in paucis diebus conteretur: absq; ira & prælio? Hebræi uilissimum & indignū decore regio, Triphonē intelligi uolūt: q tutor pueri arripuit tyrānidem. a ¶ Et stabit in loco eius despectus: & non tribuetur ei honor regius: & ueniet clam & obtinebit regnum in fraudulentia. Hucusq; ordo historiæ se sequitur: & inter Porphyrium ac nostros nulla contentio est. Cætera quæ sequūtur usq; ad finem uoluminis: ille interpretatur super persona Antiochi qui cognominatus est epiphanes: frater seleuci, filius antiochi magni: qui post Seleucum undecim annis regnauit in Syria: obtinuitq; iudæam, sub quo legis dei persecutio & Machabeorum bella narrantur. Nostri autem hæc omnia de antichristo prophetari arbitrantur: qui ultimo tempore futurus est. Cūq; eis uideatur illud opponi: quare tantos in medio dereliquerit sermo propheticus, a Seleuco usq; ad consūmationem mundi: respondent qđ & in priori historia ubi de regibus persis dicebatur, quatuor tantum reges post Cyrum persarum posuerit: & multis in medio transilitis, repente uenerit ad Alexandrum regem macedonum: & hanc esse scripturæ sanctæ consuetudinem: non uniuersa narrare: sed ea quæ maiora uideanť exponere. Cūq; multa q̄ postea lecturi & exposituri sumus, super Antiochi persona conueniant: typum eum uolunt antichristi habere: & quæ in illo ex parte præcesserint, in antichristo ex toto esse complenda. Et hūc esse morem scripturæ sanctæ, ut futurorum ueritatem præmittat in typis: iuxta illud qđ de dño saluatore in septuagesimoprimo psalmo dicitur: qui prænotať salomonis: & omnia quæ de eo dicuntur, salomoni non ualent conuenire. Neq; eñ pmansit ille cū sole & ante lunā generationis generationum: neq; dñatus est a mare usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum: nec omnes gentes seruierunt ei: neq; ante solem permansit nomen eius: nec benedictæ sunt in ipso omnes tribus terræ: neq; omnes gentes magnificauerūt eum. Ex parte autem & quasi in umbra & imagine ueritatis in salomōne præmissa sunt: ut in dño saluatore perfectius implerentur. Sicut igitur saluator habet & salomonem & cæteros sanctos in typum aduentus sui: sic & antichristus pessimum regem antiochum, qui sanctos persecutus est templumq; uiolauit, recte typum sui habuisse credēdus est. Sequamur igitur expositionis ordinem: & iuxta utramq; explanationem, quid aduersarijs, quid nostris uideatur, breuiter annotemus. Stabit inquiunt in loco seleuci frater eius Antiochus epiphanes: cui primum ab his qui in syria Ptolemæo fauebant non dabatur honor regius: sed postea simulatione clæmentiæ obtinuit regnum syriæ. Et brachia pugnātis Ptolemæi & uniuersa uastantis, expugnata sunt a facie antiochi atq; contrita. Brachia autem fortitudinem uocat: unde & manus appellatur exercitus multitudo. Et non solum ait Ptolemæum uicit fraudulentia, sed dū

> a Et stābit in loco eius despectus: & non tribuetur ei honor regius: & ueniet clam & obtinebit regnum in fraudulentia. Et brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius & conterentur: insuper & dux fœderis. Et post amicitias cum eo faciet dolum: & ascendet & superabit in modico populo. Et abundantes & uberes urbes ingredietur: & faciet que non fecerunt patres eius & patres patrum eius: rapinas & prædam & diuitias eorum dissipabit: & contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc
> b usq; ad tempus. Et cōcitabitur fortitudo eius & cor eius aduersus regem austri in exercitu magno. Et rex austri puocabit ad bellū multis auxilijs & fortibus nimis: & nō stabunt, quia inibūt aduersum eū consilia. Et comedentes panem cum eo conterēt eum: exercitusq; eius opprimetur, & cadent interfecti plurimi.

cem quoq; fœderis: hoc est Iudam machabeum superauit dolis. Siue qđ dicit hoc est: Cū ipse obtulisset pacem Ptolemæo: & fuisset dux fœderis: postea est ei molitus insidias. Ptolemæum autē hic non epiphanem significat: qui quintus regnauit in ægypto: sed ptolemæum philometorē, filiū Cleopatræ sororis Antiochi: cuius hic auunculus fuit. Et cum post mortem Cleopatræ Eulaius eunuchꝰ nutritius philometoris & Leneꝰ ægyptum regerent: & repeterent syriam quā antiochus fraude occupauerat: ortum est inter auunculū & puerum Ptolemæum præ

Duorum quoq;

lium. Cumq; inter Pelusium & montē Casiū cōmississent: uicti sunt duces ptolemæi. Porro antiochus parcens puero & amicitias simulans, ascendit memphim: & ibi ex more ægypti regnum accipiens: pueriq; rebus se prouidere dicens, cum modico populo omnem ægyptum subiugauit sibi: & abundantes atq; uberrimas ingressus est ciuitates. Fecitq; quæ non fecerunt patres eius & patres patrum illius. Nullus enim regum syriæ ita uastauit ægyptum: & omnes eorum diuitias dissipauit: & tam callidus fuit, ut prudentes cogitationes eorum qui duces pueri erant, sua fraude subuerteret. Hæc Porphyrius sequens Suctorium, sermone latissimo prosecutus est: quæ nos breui compendio diximus. Nostri autem & melius interpretantur & rectius: quod in fine mundi hæc sit facturus antichristus: qui consurgere habet de modica gente: id est de populo iudæorum: & tam humilis erit atq; despectus, ut ei nō detur honor regius: & per insidias & fraudulentiam obtineat principatum: & brachia pugnantis populi rhomani, expugnētur ab eo & conterantur. Et hoc faciet quia simulabit se ducem esse fœderis: hoc est legis & testamenti dei. Et ingredietur urbes ditissimas: & faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum illius. Nullus enim iudæorū absq; antichristo in toto unq; orbe regnauit: & cōtra firmissimas cogitationes sanctorū inibit consilium: facietq; uniuersa usq; ad tempus: donec eum dei uoluntas facere ista pmiserit. b ¶ Et cōcitabitur fortitudo eius ꝛ cor eius aduersus regem austri in exercitu magno. Et rex austri prouocabitur ad bellum multis auxilijs ꝛ fortibus nimis: ꝛ non stabunt quia inibunt aduersus eum consilia: Et comedentes panem cum eo conterent eum: exercitusq; eius opprimetur ꝛ cadent interfecti plurimi. Hæc Porphyrius interpretatur de Antiocho, qui aduersus Ptolemæū sororis suæ filium profectus est cum exercitu magno. Sed & rex austri, id est duces Ptolemei prouocabuntur ad bellum multis auxilijs & fortibus nimis: & non poterunt resistere Antiochi consilijs fraudulētis: qui simulabit pacem cum sororis filio, & comedet cum eo panem: & postea occupabit ægyptum. Nostri autem scđm superiorem sensum interpretantur omnia de antichristo, qui nasciturus est de populo iudæorum, & de babylone uenturus, primum superaturus est regem ægypti: qui est unus de tribus cornibus de quibus antea iam diximus.

Duorum quoq;

a ¶ Duorum quoq; regum cor erit vt male faciãt: & ad mensam vnam mendacium loquentur &c. Nulli dubium est quin Antiochus pacem cum Ptolemæo fecerit: & inierit cum eo conuiuiũ & dolos machinatus sit: & nihil ꝓfecerit ꝙa regnũ eius nõ potuerit obtinere: sed a militibus Ptolemæi electus sit. Verũ ex eo quia scriptura nunc dicit duos fuisse reges, quorũ cor fuerit fraudulẽtum ut sibi mutuo malefacerent: hoc scd'm historiã non potest demonstrari. Ptolemæus ẽm paruꝰ ætate erat, & decœptus antiochi fraude, illi malum cogitare quid potuit? Vnde uolunt nostri hæc omnia referre ad antichristũ & ad regẽ ægypti: quẽ primũ supaturus est. b ¶ Et cor eiꝰ aduersum testamẽtũ sanctũ &c. Et venient sup eũ trieres & rhomani & pcutiẽt. Siue ut aliꝰ interpretatꝰ est: & cõminabunt ei. Et græca & rhomana narrat historia: postquã reuersus est Antiochꝰ expulsus ab ægyptijs, uenisse eũ in iudæam: hoc est aduersus testamentũ sanctum: & spoliasse templum & auri tulisse ꝯ plurimũ: positoq; in arce præsidio macedonum: reuersum in terram suã. Et post bienniũ rursum contra Ptolemæum exercitum congregasse & uenisse ad austrum. Cũq; duo fratres Ptolemæi Cleopatræ filij: quorũ auunculus erat, obsiderentur Alexandriæ: legatos uenisse rhomanos: quorũ unus Marcus Popilius lenas: cum eum stantem inuenisset in littore, & senatus consultũ dedisset: quo iubebatur ab amicis populi rhomani recedere & suo imperio esse contentus: & ille ad amicorum responsionem consilium distulisset: orbem dicitur fecisse in arenis baculo quem tenebat in manu: & circũscripsisse regem atq; dixisse: Senatus & populus rhomanus præcipiũt ut in isto loco respõdeas quid consilij geras. Quibus dictis ille perterritus ait: Si hoc placet senatui & populo rhomano recedendum est: atq; ita statim mouit exercitum. Percussus autem dicitur esse, non qd' interierit, sed qd' omnẽ arrogantiæ perdiderit magnitudinẽ. De antichristo nullus ambigit quin pugnaturus sit aduersus testamentum sanctum: & primum contra regem ægypti dimicans, rhomanorum pro eius auxilio terreatur. Hæc autem sub antiocho epiphane in imagine præcesserunt, ut rex sceleratissimus qui persecutus est populum dei præfiguret antichristum, qui christi populũ persecuturus est. Vnde multi nostrorũ putant ob seuiciæ & turpitudinis magnitudinẽ, Domicianũ, Neronem antichristũ fore. c ¶ Et reuertetur & indignabitur contra testamentum sanctuarij &c. Hæc plenius in Machabeorũ gestis legimus: qd' postq; eum de ægypto pepulerunt rhomani: indignans uenerit contra testamentũ sanctuarij, & ab his inuitatus sit qui dereliquerant legẽ dei, & se cerimonijs miscuerant ethnicorum. Qd' plenius complendũ est sub antichristo, qui indignabitur contra testamentũ dei: & cogitabit aduersum illos quos uult legem dei derelinquere. Vnde significantius interpretatus est Aquila: Et cogitabit ut deseratur pactum sanctuarij. d ¶ Et brachia ex eo stabunt & polluent sanctuariũ fortitudinis &c. Pro brachijs alius interpretatus est, semina, ut significaret stirpem atq; progeniẽ. Volunt autem eos significari qui ab Antiocho missi sunt post biennium quã templũ expoliauerat, ut tributa exigerent a iudæis: & auferrent cultũ dei: & in templo hierusalẽ, Iouis olympij simulacrum, & antiochi statuas ponerent: ꝙs nũc abominationẽ desolationis uocat: quando ablatum est holocaustum & iuge sacrificiũ. Quæ uniuersa in typo antichristi, nostri ꝓcessisse contendũt: qui sessurus est in templo dei & se facturus ut deũ. Iudæi autem hoc nec de Antiocho epiphane: nec de antichristo sed de rhomanis intelligi uolũt: de ꝙbus supra dictũ est: Et uenient trieres siue itali atq; rhomani & humiliabit. Post multa inqt tẽpora de ipsis rhomanis qui Ptolemæo uenere auxilio, & Antiocho cõminati sunt: cõsurget rex Vespasianꝰ: surgẽt brachia eiꝰ, & semina Titus filiꝰ cũ exercitu: & polluent sanctuariũ: auferẽtq; iuge sacrificiũ: & tẽplũ tradẽt æternæ solitudini. & qppe צִיִּים בְּתִים quos nos trieres & rhomanos ĩterpretatisumꝰ: hebræi italos uolũt intelligi atq; rhomanos. e ¶ Et impij in testamẽtũ simulabunt fraudulenter &c. Et hoc in Machabeis legimus, qd' quidã simulauerint se legis dei esse custodes: & postea cum gentibus pactum fecerint: alij uero permanserint in religione: qd' & antichristi temporibus futurum arbitror, quãdo refrigescet charitas multorum. De quibus dominus loquitur in euangelio: Putas filius hominis ueniens inueniet fidẽ super terram? f ¶ Et docti in populo docebunt plurimos: & ruẽt in gladio & in flãma & in captiuitate & in rapina dierũ. Quanta iudæi ab antiocho passi sunt, Machabeorũ libri referunt: & triumphi eorum testimonio sunt: qui pro custodia legis dei flãmas, & gladios, & seruitutem, & rapinas, & pœnas ultimas sustinuerũt. Quæ futura nemo dubitet sub antichristo, multis resistentibus potentiæ eius & in diuersa fugientibus. Quæ hebræi in ultima euersione templi quæ sub Vespasiano & Tito accidit interpretantur: fuisse plurimos de populo qui scirent dominũ suum: & pro custodia legis eius interfecti sunt. g ¶ Cumq; corruerint subleuabunt auxilio paruulo: & applicabũtur eis plurimi fraudulenter &c. Paruulũ auxilium, Mathathiã significari arbitrat Porphyrius de mõte modin: qui aduersum duces antiochi rebellauit: & cultum ueri dei seruare conatus est. Paruũ aũt inquit auxiliũ uocat, quia occisus est in prælio mathathias: & postea iudas filius eius qui uocabatur machabæus pugnans cecidit: & cæteri fratres eius aduersariorũ fraude decœpti sunt. Lege machabeorum libros. Hæc ait, omnia idcirco sunt facta: ut probentur & eligantur sancti & dealbentur usq; ad tempus præfinitum: quia in aliud tempus erat dilata uictoria. Sub antichristo paruum auxilium nostri intelligi uolũt, quia congregati sancti resistunt ei: & utẽtur auxilio paruulo: & postea de eruditis corruent plurimi. Et hoc fiet ut quasi conflentur in fornace & dealbentur & eligantur donec

a Duorum quoq; regum cor erit ut male faciant: & ad mensam unam mendacium loquentur: & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in
b terram suam cum opibus multis: Et cor eius aduersum testamẽtum sanctum: & faciet & reuertetur in terram suã. Statuto tempore reuertetur & ueniet ad austrum: & non erit priori simile nouissimum. Et uenient super
c eum trieres & rhomani: & percutietur: Et reuertetur & indignabitur contra testamentum sanctuarij: & faciet ac reuertetur & cogitabit de his qui dereliquerunt testa
d mentũ sanctuarij. Et brachia ex eo stabunt & polluent sanctuarium fortitudinis: & auferẽt iuge sacrificium: &
e dabunt abominationem in desolationẽ. Et impij in tẽstamentũ simulabunt fraudulẽter. Populus autẽ sciens
f deum suum, obtinebit & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio & in flamma & in
g captiuitate & in rapina dierum. Cũmq; corruerint subleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent ut conflentur & eligantur & dealbentur usq; ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit.

Et faciet

C

D

g. eodem Nu. 24. d

Matth. 24 b

1. Mach. 2. a

1. Mach. 2. b

donec ueniat tempus præfinitum: quia uera uictoria in aduentu christi erit. Hebræorũ quidam hæc de Seuero & Antonino principibus intelligunt: qui iudæos plurimum dilexerũt. Alij uero de Iuliano imperatore: qđ quãdo oppressi fuerint a Caio cæsare & in captiuitatis angustijs multa ppessi, ille consurgat: Iudæos amare se simulans: & in tẽplo eorũ ĩmolaturũ se esse promittẽs: in quo paruã spem auxilij habebũt: & applicabunt illis gentiliũ plurimi, nõ in ueritate, sed in mẽdacio. Pro idolorum enim cultu, eius simulabũt amicitias. Et hoc facient ut qui probati sunt, manifesti fiant. Tempus enim ueræ salutis eorum & auxilij futurum esse christum, quẽ falso putant esse uenturũ: cum sint recepturi antichristũ.

1. Cor. 11. d

a Et faciet iuxta uoluntatẽ suam rex: & eleuabitur & magnificabitur aduersum omnem deũ: & aduersum deũ deorum loquetur magnifica: & diriget donec compleatur ira: perpetrata quippe diffinitio est. Et deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentijs fœminarum: nec quemcp deorum curabit: quia aduersum uniuersa consurget. Deum autem mauçim in loco suo uenerabitur: & deum quem ignorauerunt patres eius colet, auro & argento & lapide præcioso, rebusq; præciosis. Et faciet ut muniat mauçim cum deo alieno quem cognouit: & multiplicabit gloriam & dabit eis potestatem in multis & terram diuidet gratuito. c Et in tẽpore præfinito præliabitur aduersum eum rex austri: & quasi tempestas ueniet contra illum rex aquilonis in currib9 & in eqtibus & in classe magna: & ingredietur terras & conteret & pertrãsiet. Et introibit in b terram gloriosam & multi corruent. Hæ aũtem solæ saluabuntur de manibus eius, edom & moab & principiũ filiorum ammon.

a Et faciet iuxta uoluntatẽ suã rex: & eleuabit & magnificabit aduersum omnẽ deũ &c. Perpetrata est qppe diffinitio. Siue ut alius interpretat9 est: in ipso enim erit consumatio. Ab hoc loco iudæi dici de antichristo putãt qđ post Iuliani paruũ auxiliũ, surrecturus sit rex q faciat iuxta uolũtatẽ suã: & eleuet cõtra oñe qđ dicit de9: & aduersum deũ deorũ loquat magnifica: ita ut sedeat in templo dei: & seipsum faciat deum, & dirigatur uoluntas eius donec cõpleat ira dei, quia in ipso erit cõsumatio. Qđ quidem & nos de antichristo intelligimus. Porphyrius autem & cæteri qui sequũtur eum de antiocho epiphane dici arbitrantur: qđ erectus sit contra cultum dei: & in tantam superbiam uenerit: ut in templo hierosolymis simulacrum suum poni iusserit. Quodq; sequitur: & diriget donec cõpleatur ira: quia in ipso erit consumatio: sic intelligunt, tamdiu eum posse donec irascatur ei deus, & ipsum interfici iubeat. Siquidem Polybius & Diodorus qui bibliothecarũ scribunt historias, narrant eum non solum contra deum fecisse iudeæ: sed auariciæ facibus accensum, etiam templum Dianæ in elimaide qđ erat ditissimũ spoliare conatum: oppressumq; a custodibus templi, & uicinis circum gentibus: & quibusdam phãtasijs atq; erroribus uersum in amentiã: ac postremũ morbo interijsse: & hoc ei accidisse cõmemorãt quia templũ Dianæ uiolare conatus sit. Nos autẽ dicimus etiam si acciderit ei, ideo accidisse, quia in sanctos dei multã exercuerit crudelitatem, & polluerit templũ eius. Non eñ pro eo qđ conatus est facere: & acta pœnitentia desiuit implere: sed pro eo qđ fecit punitus esse credẽdus est. b Et deum patrum suorum nõ reputabit: & erit in concupiscẽtijs fœminarũ: nec quẽcp deorũ curabit &c. Pro eo qđ nos interpretati sumus, & erit in concupiscentijs fœminarum: Lxx. transtulerunt: & concupiscentijs mulierum non subiacebit. Rursum pro deo מָעֻזִּים, qđ habebatur in hebraico, Aquila transtulit, deum fortitudinum: Lxx. deum fortissimum. Quia uero in hebraico pro eo qđ nos diximus: & erit in cõcupiscentijs fœminarum, ambigue positũ est: dicente Aquila q uerbũ expressit e uerbo: καὶ ἐπὶ θεὸν τῶν πάτρων αὐτοῦ ὃν σωκόσ, καὶ ἐπιθυμίαν γυναικῶν, καὶ ἐπὶ πάντα θεὸν οὐ σωκόσ: id est, & super deum patrũ suorũ non intelliget, & super concupiscentiã fœminarũ: & super omnẽ deum nõ intelliget. Quibus uerbis intelligitur habere eum concupiscẽtiã fœminarum & non habere. Si legerimus & intellexerimus ἀπὸ κοινοῦ, & super cõcupiscentiã fœminarũ non intelliget: de antichristo facilior interpretatio est: qđ ideo simulet castitatem ut plurimos decipiat. Sin autem ita legerimus, & super cõcupiscẽtiã fœminarũ: ut subaudiat erit: antiochi persona magis coaptabit qui luxuriosissim9 fuisse dicit: & in tantũ dedecus p stupra & corruptelas uenisse regiæ dignitatis: ut mimis quoq; & scortis publice iungeret, & libidinẽ suam populo præsente cõpleret. Deũ mauçim ridicule Porphyrius interpretatus est: ut diceret in uico modin, unde fuit Matthathias & filij eius, antiochi ducis, Iouis posuisse statuã: & compulisse iudæos: ut ei uictimas immolarẽt: id est, deo modin. Qđ autẽ sequitur: & deum quẽ ignorauerũt patres eius colet: hoc magis antichristo cp antiocho conuenit: Legimus eñ antiochum idolorum græciæ habuisse cultũ: & iudæos atq; samaritas ad ueneratiõnẽ suorũ deorũ cõpulisse. Necnõ & hoc qđ infert: & faciet ut muniat mauçim cum deo alieno quem cognouit: & multiplicabit gloriã: & dabit eis potestatẽ in multis & terrã diuidet gratuito: Theodotio ita interpretat9 est: Et aget hæc ut muniat præsidia cũ deo alieno: & cum eis ostenderit, multiplicabit honorem, & dominari eos multis faciet: & terram diuidet gratis. Pro præsidijs, cõfugia interpretatus est Symmachus: qđ Porphyrius ita edisserit: faciet hæc oñia ut muniat arcẽ hierusalẽ, & in cæteris urbibus ponat præsidia: & iudæos doceat adorare deum alienũ: haud dubium quin Iouem significet: Quẽ cum illis ostenderit & adorandũ esse persuaserit: tunc dabit deceptis honorem & gloriã plurimã: & faciet cæteris q in iudæa fuerint dñari: & p præuaricatione possessiões diuidet & dona distribuet. Antichrist9 quoq; multa deceptis munera largietur: & terram suo exercitui diuidet: quosq; terrore non quiuerit, subiugabit auaricia.

c Et in tempore præfinito præliabit aduersum eũ rex austri &c. Et introibit in terrã gloriosam & multi corruent. Pro quo interpretatus est Symmachus: & multa milia corruẽt: Theodotio: & multi infirmabũt. Multas aũt corruere iuxta Aqlã uel urbes uel regiones uel puincias intellige. Et hæc porphyrius ad antiochũ refert: qđ undecimo anno regni sui rursus cõtra sororis filiũ ptolemæũ philometorẽ dimicauerit: Qui audiẽs uenire antiochũ, cõgregauit mlta populorũ milia. Sed antiochus q̃si tẽpestas ualida in currib9 & in equitib9 & in classe magna igressus sit terras plurimas, & trãseũdo uniuersa uastauerit: ueneritq; ad terrã inclytam: id est iudæam: quã Symmachus terram fortitudinis interpretatus est: pro qua Theodotio ipsum uerbum hebraicum posuit עִבְרִי & arcẽ munierit de ruinis murorũ ciuitatis: & sic prexerit ægyptũ. Nostri autẽ ad antichristũ & ista referẽtes, dicũt qđ primũ pugnaturus sit contra regẽ austri: id est ægypti: & postea libyas & æthiopas supaturus: quæ de decẽ cornib9 tria cõtrita cornua sup̃ legim9: & qa uẽtur9 sit in terrã isrl & multæ ei uel urbes uel puinciæ daturæ man9. b Hæ aũtem solæ saluabuntur de manibus eius/edom & moab & principiũ filiorũ ammon. Antiochus aiunt festinans cõtra ptolemæum

mæum regem austri, idumæos & moabitas & ammonitas qui ex latere iudææ erant non tetigit: ne occupatus alio prælio, ptolemæum redderet fortiorem. Antichristus quoq; idumæam & moabitas ac filios ammon: id est arabiam relinquet intactam: quia illuc sancti ad deserta confugient.

a ¶Et mittet manum suam in terras: & terra ægypti non effugiet: & dñabitur thesaurozũ auri & argenti & in omnibus pręciosis ægypti. Per libyas quoq; & ethiopias transibit. Hæc antiochũ ex parte fecisse legimus. Sed qđ sequit̃, per libyas & ethiopias transibit: magis nostri asserunt antichristo conuenire. Antiochus enim libyam quam plæriq; aphricam intelligunt, æthiopiamq; non tenuit: nisi forte quia in ipso climate sunt prouinciæ ægypti & longe per deserta uicinæ: captis ægyptijs etiam istæ prouinciæ conturbatæ sint. Vnde non dicit qđ cœperit eas: sed per libyas æthiopiasq; trãsierit. b ¶Et fama turbabit eum ab oriente & ab aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos &c. Et in hoc loco Porphyrius tale nescio quid de antiocho somniat: Pugnãs inquit cõtra ægyptios, & libyas æthiopiasq; pertrãsiens: audiet sibi ab aquilone & ab oriente prælia concitari: unde & regrediens capit aradios resistentes: & omnẽ in littore phœnicis uastauit prouinciã. ¶Confestimq; pergit ad

a Et mittẽt manum suam in terras, & terra ægypti non effugiet: & dominabitur thesaurorum auri atq; argenti & in omnibus præciosis ægypti //Per libyas
b quoq; & æthiopias transibit. Et famâ turbabit eum ab oriente & ab aquilone: Et ueniet in multitudine magna ut conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum in apadno: inter duo maria super montem inclytum & sanctum: & ueniet usq; ad summitatẽ eius & nemo auxiliabitur ei. ¶Ca. XII

B Artarxiam regem armeniæ, qui de orientis partibus mouebatur: & interfectis plurimis de eius exercitu, ponet tabernaculum suum in loco apadno, qui inter duo latissima situs est flumina, tigrin & euphraten. ¶Cumq; hucusq; pcesserit, in quo monte inclyto sederit & sancto, dicere non potest: quamq; inter duo maria eum sedisse probare non potest: & stultum sit duo mesopotamiæ flumina, duo maria interpretari. Montẽ autem inclytum idcirco prætermisit: quia secutus est Theodotionis interpretationẽ, qui ait: inter media maria super montẽ Sabin sanctum. ¶Cumq; sabin nomen montis uel armeniæ uel mesopotamiæ putet: quare sit sanctus dicere non potest: etiam hac licentia mentiendi, possumus nos addere quod ille conticuit: sanctum dici montem: quia iuxta errorẽ armeniorũ sit idolis cõsecratus. Et ueniet inqt usq; ad summitatem ipsius montis in elimaide prouincia: quæ est ultima persarum ad orientẽ regio: ibiq; uolens templum Dianæ spoliare, qđ infinita donaria habebat: fugatus a barbaris est: qui mira uenerationẽ phanum illud suspiciebant: & mortuus est mœrore consumptus in Tabes opido perfidis. Hæc ille in fugillationẽ nostri, artificiosissimo sermone composuit: quæ etiã si potuerit approbare non de antichristo dicta sed de antiocho, quid ad nos: qui non ex omnibus scripturarum locis christi probamus aduentum, & antichristi mendacium? Pone enim hæc dici de antiocho: quid nocet religioni nostræ? Nunquid & in superiori uisione ubi in antiocho prophetia consumata est, aliquid de antichristo dicitur? Dimittat itaq; dubia: & in manifestis hæreat: dicatq; quis sit ille lapis qui de monte abscisus sine manibus, creuerit in montẽ magnũ: & orbem impleuerit: & quadriformẽ imaginem contriuerit: qui sit ille filius hominis qui cum nubibus uenturus sit: & staturus ante uetustum dierum: & dandum sit ei regnũ qđ nullo fine claudat̃: oñesq; populi tribus ac linguæ, ipsi seruituri sint. Hæc quæ manifesta sunt præterit, & de iudæis asserit prophetari: quos usq; hodie seruire cognoscimus. Et dicit eum qui sub nomine Danielis scripsit librum, ad refocillãdam spem suorum fuisse mentitum. Non quo omnem historiam futuram nosse potuerit: sed quo iam facta memoraret: & in ultimæ uisionis calumnijs immoratur, flumina ponens pro marit & montem inclytum & sanctum apadno: quem ubi legerit, nullam potest proferre historiam. Nostri autem extremum uisionis huius capitulum super antichristo sic exponunt, quod pugnans contra ægyptios libyasq; & æthiopias: & tria cornua de decem cornibus conterens: auditurus sit de aquilonis & de orientis partibus, aduersum sẽ bella consurgere: qđ ueniens cum magna multitudine ut conterat & interficiat plurimos, figat tabernaculum suum in apadno iuxta nicopolim: quæ prius emaus uocabatur: ubi incipiunt iudææ, puinciæ montana consurgere. Deniq; inde se erigens usq; ad montem oliueti, hierosolymorum regio ascenditur: & hoc esse qđ nunc scriptura dicit: Et cũ fixerit tabernaculũ suũ in montanæ, puinciæ radicib⁹ inter duo maria: mare uidelicet quod nunc appellatur mortuum ab oriente: & mare magnum in cuius littore cæsaria, Ioppe, ascalon, & gaça sitæ sunt: Tunc ueniet usq; ad summitatem montis eius: hoc est montanæ prouinciæ, id est uerticem montis oliueti: qui inclytus uocatur: quia ex eo dominus atq; saluator ascendit ad patrem: & nullus antichristo poterit auxiliari contra se domino sæuiente. Et asserunt ibi antichristum esse periturũ unde dominus ascendit ad cœlos. Apadno uerbum compositum est: quod si diuidas intelligi potest θρόνου ἀυτοῦ: id est solij sui. Et est sensus: Et figet tabernaculũ suũ & thronum suum inter maria super mõtem inclytum & sanctum. Hunc locum Symmachus ita interpretatus est: καὶ ἐκτενεῖ τὰσ σκηνὰς τοῦ ἱπποσασίου ἀυτοῦ, μεταξὺ τῶν θαλασσῶν εἰς τὸ ὄρος τῆς δυνάμεως τὸ ἅγιον καὶ ἕως ἄκρου ἀυτοῦ. quod in latino sonat: & extendet papiliones equitatus sui inter maria, super montem fortitudinis sanctum: & ueniet usq; ad uerticem montis. Theodotio uero sic uertit: καὶ πήξει τὴν σκηνὴν ἀυτοῦ ἐν ἀφαδανῶ, ἀνὰ μέσον τῶν θαλασσῶν ἐπ' ὄρος σαβὶμ ἅγιον καὶ ἕως μέρους ἀυτοῦ: id est: & figet tabernaculum suum in aphadano inter maria in monte sabin sancto: & ueniet usq; ad partem eius. Aquila ita: Et plantabit tabernaculum prætorij sui in ἀφαδανῶ inter maria, in monte sabin glorioso & sancto, & ueniet usq; ad finem eius. Soli Lxx. omni se nominis quæstione liberantes, interpretati sunt: Et statuet tabernaculũ suũ tunc inter maria & montem uoluntatis sanctum, & ueniet hora cõsumatiõis eius. ¶Quos Apollinarius secutus, de nomine apadno omnino conticuit. Hoc ideo prolixius posui: ut & porphyrij ostẽdam calumniam: qui hæc omnia ignorauit, aut nescire se finxit: & scripturæ sanctæ difficultatem: cuius intelligentiam absq; dei gratia & doctrina maiorum sibi imperitissimi uel maxime uendicant. Notandum autem qđ p litteram hebræus sermo non habeat: sed pro ipsa utatur ב cuius uim græcum φ sonat. In isto tantũ loco apud hebræos scribatur qdẽ ב sed legaf̃p. ¶Quod autẽ antichristus ueniat usq; ad summitatem montis sancti & inclyti: & ibi pereat, Esaias plenius loquitur: Præcipitabit dominus in monte sancto faciem dominatoris tenebrarum super omnes gentes: & eum qui dominatur cunctis populis: & unctionem quæ uncta est contra uniuersas nationes.

¶CAPITVLVM XII

E

IN tempore autem illo consurget michael princeps magnus qui stat pro filijs populi tui: & veniet tempus quale non fuit ex eo quo gentes esse cęperunt usq; ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus: omnis qui inuētus fuerit scriptus in libro. Et multi de bis qui dormiunt in terrę puluere, euigilabunt alij in vitam ęternam: & alij in opprobrium vt videant semper ꝛc. Hactenus Porphyrius utcunq; se tenuit: & tam nostrorū imperitis, q̄ suorum male eruditis imposuit. De hoc capitulo quid dicturus est: in quo mortuorū describitur resurrectio: alijs suscitatis in uitā æternam: & alijs in opprobriū sempiternū ꝛc Nec potest dicere qui fuerint sub Antiocho fulgentes quasi splendor firmamenti: & alij quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed quid non facit pertinacia ꝛc Quasi contritus coluber eleuat caput: & moriturus in eos qui morituri sunt uenena diffundit. Et hoc inquit de antiocho scriptum est: qui uadens in persidem, Lysiæ qui antiochiæ & phœniciæ præerat, reliquit exercitum: ut aduersum iudæos pugnaret: urbemq; eorum hierusalem subuerteret: quæ omnia narrat Iosephus historiæ auctor hebrææ: quod talis fuerit tribulatio, qualis nunq̄: & tempus aduenerit quale nō fuit ex quo gentes esse cœperunt usq; ad illud tempus. Reddita autem victoria & cæsis antiochi ducibus, ipsoq; antiocho in persida mortuo: saluatus est populus israel: omnes qui scripti erant in libro dei: hoc est q legē fortissime defenderunt: & econtrario qui deleti sunt de libro: hoc est qui prævaricatores extiterunt legis: & antiochi fuerūt partiū. Tūc ait hi q quasi in terræ puluere dormiebant, & operti erant malorum pondere: & quasi in sepulchris miseriarum reconditi, ad insperatam victoriam de terræ puluere surrexerunt: & de humo eleuauerunt caput, custodes legis resurgētes in uitam æternam: & prævaricatores in opprobrium sempiternum. Magistri autem & doctores qui legis noticiam habuerunt: fulgebunt quasi cœlum: & qui inferiores populos exhortati sunt ad custodiendas cerimonias dei: ad instar astrorum splendebunt in perpetuas æternitates. Ponit quoq; historiam de Machabeis: in qua dicitur multos iudæorū sub Matthathia & Iuda machabeo ad eremum confugisse: & latuisse in speluncis, & in cauernis petrarum: ac post victoriam processisse: & hæc μεταφορικῶς quasi de resurrectione mortuorum esse prædicta. Tempore autem antichristi talem tribulationem fore, qualis nunquā fuit ex eo quo gentes esse cœperunt, uerius intelligitur: Ponamus enim uicisse lysiam qui victus est: & penitus oppressos iudæos esse qui uicerūt: Nunquid fuit talis tribulatio qualis eo tempore quo hierusalem capta est a babylonijs, templumq; subuersum, & omnis populus ductus in captiuitatem? Oppresso igitur antichristo & spiritu saluatoris extincto: saluabitur populus qui scriptus fuerit in libro dei: & pro diuersitate meritorum alij resurgent in uitam æternam: & alij in opprobrium sempiternum. Magistri autem habebunt similitudinem cœli: & qui alios erudierunt, stellarum fulgori comparabūtur. Non enim sufficit scire sapientiam nisi & alios erudias: tacitusq; sermo doctrinæ alium non ædificans: mercedem operis recipere non potest. Quem locum Theodotio & uulgata ædi tio ita expressit: Et intelligentes fulgebunt quasi splendor firmamenti: & de iustis plurimi quasi stellæ in æternum & ultra. Solent nonnulli quærere, utrum doctus sanctus, & simplex sanctus: eandem mercedē habeāt, & unam in cœlestibus mansionē. Vnde nunc iuxta Theodotionem dicitur: qđ docti simi litudinē cœli habeant: & absq; doctrina iusti, stellarum fulgori comparentur: tantumq; sit inter eruditā sanctitatē & sanctam rusticitatē, quantū cœlum distat & stellæ.

F

G

a IN tempore autē illo consurget Michael princeps magnus, qui stat p filijs populi tui: & ueniet tempus quale non fuit ex eo quo gentes esse cœperūt usq; ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus: omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, eui gilabunt: alij in uitam æternam: & alij in opprobrium, ut uideant semper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamēti: & qui ad iusticiam erudiunt b multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Tu autē Daniel claude sermones: & signa librum usq; ad tempus statutum: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit c sciētia. Et uidi egō Daniel, & ecce quasi duo alij stabāt: unus hinc super ripam fluminis: & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi uiro qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis: quomodo usq; ad tempus finis mirabilia hæc? Et audiui uirum

b Macha. 2. b

b Tu autē daniel claude sermones: ꝛ signa librum usq; ad tempus statutum: Pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia. Qui Danieli multiplicem reuelauerat ueritatē, ipsa occulta esse significans quæ locutus est: præcepit ut inuoluat sermones & signet librū ut legant plurimi: & quærāt historiæ ueritatē: & propter obscuritatis magnitudinem diuersa opinentur. Quod autem ait: Pertransibunt: id est, percurrent plurimi: multorum significat lectionem. Solemus enim dicere: percurri librum, pertransiui historiam. Quod quidem & Esaias de obscuritate sui uoluminis loquitur: Et erunt sermones libri istius, quasi uerba uoluminis signati: quod si dederint homini nescienti literas, dicentes ei, lege: Respondebit, nescio literas. Sin autem dederint illud homini scienti literas & dixerint: Lege librum: Respondebit, non possum legere: signatus est enim. Et in Apocalypsi Ioannis liber uidetur signatus sigillis septem intus & foris. Cumq; nullus posset signacula illius soluere: ait Ioannes, Flebam nimis. Et uenit ad me uox dicens: Ne plores: Ecce uicit leo de tribu iuda radix Dauid, aperire librum & soluere signacula eius. Librū autē illū potest soluere qui scripturarū sacramenta cognouit: & intelligit ænigmata & uerba tenebrosa, propter mysteriorum magnitudinem: & interpretatur parabolas: & occidentem literam transfert in spiritum uiuificantem.

H

Esa. 29. d

Apocal. 5. b

c Et vidi ego daniel: ꝛ ecce quasi duo alij stabant: vnus hinc sup ripā fluminis: ꝛ alius inde ex altera ꝛc. Vidit Daniel duos angelos stantes ex utraq; parte super ripam babylonij fluminis: qui cum hic ponatur absq; nomine: secundū præteritam uisionem puto eum esse tigrim qui hebraice dicitur חִדֶּקֶל: & tamen non interrogat eos qui stabant super utramq; ripam: sed eum quem in principio uiderat: qui indutus erat uestibus lineis siue byssinis: quod hebraice dicitur בַּדִּים, Et hic ipse angelus stabat super aquas fluminis babylonij, suo eas calcans pede. Ex quo intelligimus superiores duos angelos quos uidit stantes super ripam: & non interrogat nec putat scisci tatione condignos, angelos esse persarum atq; græcorum. Hunc autem esse angelum clæmentissimum: qui orationes Danielis in conspectu dei obtulerat: quando ei uigenti & uno diebus persarum angelus resistebat. Interrogabat autem hæc mirabilia quæ in præsenti uisione dicuntur, quo complenda sint tempore: quod Porphyrius more suo de Antiocho: nos de antichristo interpretamur.

Et audiui uirum

Iosephus li. 12. ca. 10.

bat super aquas fluminis: usq; quo finis istorum mirabilium? a Et audiui uirum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis: cum eleuasset dextram & sinistram suam in cœlum: & iurasset per uiuentem in æternũ: quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis. b Et cũm completa fuerit dispersio mãnus populi c sancti, complebuntur uniuersa hæc. Et egõ audiui, & non intellexi: Et dixi: Domine mi quid erit post hæc? Et ait: Vade Daniel, quia clausi signatiq; sunt sermones usq; ad tempus consummationis. Eligentur & dealbabuntur: & quasi ignis probabuntur multi: & impie agent impij: neq; intelligent omnes impij, porro docti d intelligent. e Et a tẽpore quo ablatum fuerit iugè sacrificium: & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille, ducenti, nonaginta. Beãtus qui expectat & peruenit usq; ad dies mille, trecentos, trigintaquinq;. f Tu aũtem Daniel uade ad præfinitum: & requiesce, & stabis in sorte tua in fine dierum.

Ca. XIII

Et erat

a Et audiui uirum qui indutus erat lineis/qui stabat super aquas fluminis: cum eleuasset dextrã et sinistram suam in cęlum: et iurasset per uiuentem in ęternum: quia in tempus/et tempora/et dimidium temporis. Tempus, & tempora, & dimidium temporis, tres & semis annos interpretatur Porphyrius: quod & nos iuxta scripturarum sanctarũ idiomã nõ negamus. Nam & supra legimus, quod septem tempora transierint super Nabucho donosor: id est, septem anni efferationis eius: & in uisione quatuor bestiarũ scriptum est: leonis, & ursi, pardi, & alterius bestiæ: cuius nomen tacetur, quæ regnum significat rhomanorum: & postea de Antichristo, quod reges humiliet: & sermones contra excelsum loquatur: & sanctos altissimi cõterat: & putabit (ait) quod possit mutare tempora & leges: Et tradentur in manu eius usq; ad tempus, & tempora, & dimidium temporis: Et iudicium sedebit, ut auferatur potentia & conteratur: & dispereat usq; in finem. Et manifeste de aduẽtu Christi atq; sanctorũ dicit: Regnũ autẽ & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cœlũ, detur populo sanctorũ altissimi: cuius regnũ, regnũ sempiternũ est: & omnes reges seruient ei, & obedient. Si itaq; superiora quæ perspicue de Antichristo scripta sunt, refert Porphyrius ad Antiochum, & ad tres & semis annos: quibus templum dicit fuisse desertum: ergo & hoc quod sequitur: Regnum eius sempiternum: & omnes reges seruient ei & obedient, debet probare super Antioche: uel ut ipse putat, super populo Iudæorum: quod nequaq; stare manifestum est. Legimus in Machabeorum libris; Iosephus quoq; in eandem consentit opinionem, qđ tribus annis templum pollutum fuerit in hierusalem: & in eo Iouis idolum steterit sub Antiocho Epiphane, centesimo quadragesimoquinto anno regni Macedonum, a Casleu mense eiusdem anni nono, usq; ad mẽsem nonum, centum, quadragintanouem anni, qui faciunt annos tres. Sub Antichristo autem nõ tres anni, sed tres & semis, hoc est, mille, ducenti nonaginta dies, desolationis templi sancti & euersionis futuri esse dicuntur. b Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti/complebuntur vniuersa hęc. Quando (inquit) populus dei dispersus fuerit: uel Antiocho persequente (ut uult Porphyrius): uel Antichristo, ut nostri uerius probant, tunc hæc omnia complebuntur. c Et ego audiui/et non intellexi: et dixi: Domine mi/quid erit post hęc: Et ait: Vade Daniel/quia clausi signatiq; sunt sermones vsq; ad tempus consummationis. Eligentur et dealbabuntur: et quasi ignis probabuntur multi: et impie agent impij: neq; intelligent omnes impij: porro docti intelligent. Vult propheta intelligere quod uiderat, immo quod audierat: & futurorum cupit cognoscere ueritatem: Audierat enim regum bella diuersa, & inter se prælia, & multiplicẽ historiam: sed nomina non audierat singulorum. Si autem propheta audiuit & non intellexit: quid facient hi qui signatum librum & usq; ad tempus consummationis, multis obscuritatibus inuolutum, præsumptione mentis edisserunt? Cum autem (inquit) finis aduenerit, impij non intelligent: & qui docti fuerint disciplina dei, ipsi intelligere poterũt. In peruersam enim animam non introibit sapientia: nec potest se infundere corpori, qđ peccatis subditum est. d Et a tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium: et posita fuerit abominatio in desolationem dies mille/ducenti nonaginta. Hos mille ducẽtos, nonaginta dies, Porphyrius in tempore Antiochi, & in desolatione tẽpli dicit completos: quam & Iosephus & Machabeorũ (ut diximus) liber, tribus tantũ annis fuisse commemorant. Ex quo perspicuũ est tres istos & semis annos, de antichristi dici temporibus: qui tribus & semis annis, hoc est, mille, ducentis, nonaginta diebus, sanctos ꝑsecuturus est: & postea corruiturus in monte inclyto & sancto. A tẽpore igit ἐνδελεχισμοῦ, qđ nos interpretati sumus iuge sacrificiũ: qñ Antichristus orbem obtinẽs, dei cultũ interdixerit, usq; ad internitionẽ eius, tres & semis anni: id est, mille, ducenti & nonaginta dies complebuntur. e Beatus qui expectat et peruenit vsq; ad dies mille/trecentos trigintaquinq;. Beatus (inquit) qui interfecto Antichristo, dies supra numerum præfinitum quadragintaquinq; præstolatur: quibus est dominus atq; saluator in sua maiestate uenturus. Quare autem post interfectionem Antichristi, quadragintaquinq; dierum silentium sit: diuinæ scientiæ est: nisi forte dicamus: Dilatio regni sanctorum, patientiæ cõprobatio est. Porphyrius hunc locum ita edisserit, ut quadragintaquinq; dies qui super mille ducentos nonaginta sunt, uictoriæ contra duces Antiochi tempus significent: quando Iudas Machabeus fortiter dimicauit, & emundauit templum, idolumq; cõtriuit: & uictimas obtulit in templo dei. Quod recte diceret, si Machabeorũ liber, tribus & semis annis templum scriberet fuisse pollutum & non tribus. f Tu autem Daniel vade ad pręfinitum: et requiesce et stabis in sorte tua in fine dierum. Pro quo Theodotio ita interpretatus est: Tu autem uade & requiesce: & resurges in ordine tuo in consumatione dierum. Quo uerbo ostenditur omnem prophetiam uicinam esse resurrectioni omnium mortuorum: quando & propheta surrecturus est. Et frustra Porphyrius, quæ in typo Antiochi de Antichristo dicta sunt, uult omnia referre ad Antiochum. Cuius calumniæ (ut diximus) plenius respondert Eusebius Cæsariensis, & Appollinarius Laodicenus: & ex parte dissertissimus uir martyr Methodius: quæ qui scire uoluerit, in ipsorũ libris poterit inuenire. Hucusq; Danielem in hebræo uolumine legimus: cætera quæ sequuntur usq; in finem libri, de Theodotionis æditione translata sunt.

1.Mach.4.

Ioseph. li.12.ca.10.

Ca. XIII

Et erat

E

ET erat vir habitans in babylone: et nomen eius Ioakim: et accepit vxorem nomine Susannam filiam Helchię/ pulchram nimis/ et timentē dñm. Expositis ut potuimus, quæ in Danielis libro iuxta hebraicū continent, ponam breuiter quid Origenes in decimo Stromatū suo rum libro de Susannæ & Belis fabulis dixerit. Cuius hæc uerba sunt, quæ locis suis subnotabis. b ¶Et parētes eius iusti/ edocuerunt filiam suam iuxta legem moysi. Hoc utendum est testimonio ad exhortationem parentum, ut doceant iuxta legem dei, sermonemq; diuinum: non solū filios, sed & filias suas. c ¶Erat aurē Ioakim diues valde: et erat ei pomarium vicinum domui suę: ꝛ ad ipsum confluebant iudęi: eo q; esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes de populo iudices in anno illo. Referebat hebræus istos esse Ahab & Sedechiam, de quibus scribit Hieremias:

Hiere. 29. e

F

Faciat te dominus sicut Ahab & Sedechiam, quos frixit rex babylonis in igne ꝓpter iniquitatem quam fecerant in israel: & adulterarant uxores ciuiū suorum. d ¶De quibus locutus est dominus: q; egressa est iniquitas de babylone a senibus iudicibus/ qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domū Ioakim: et veniebāt ad eos omnes qui habebant iudicia. Pulchre de presbyteris peccatoribus nō ait: Qui regebant populum: sed qui uidebantur regere. Qui enim bene præsunt populo, regunt populū: qui autem tm̄ nomen habent iudicum & iniuste præsunt populo, regere uidentur populum magis q̄ regant. e ¶Et deambulabat in pomario viri sui: et videbant eā senes quotidie ingredientē ꝛ deambulantem/ et exarserunt in concupiscentiā eius: et euerterunt sensum suum: et declinauerunt oculos suos/ vt non viderent cęlum: neq; meminissent iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi vicissim dolorē suū. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam/ volentes concumbere cum ea: ꝛ obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitq; alter ad alterū: Eamus domū quia prandij hora est. Et egressi recesserunt a se. Cunq; reuertissent/ venerunt in vnum ꝛc. Quod græci uocant πάθος, nos perturbationem magis q̄ passionem rectius interpretamur. Hæc igitur perturbatio & cupido libidinis titillauit, immo percussit corda seniorum. Sed ut in animis eorum iaceret fundamentum, & cogitarent desyderata complere, ipsi euerterūt sensum suū: quo subuerso, oculi eorum inclinati sunt: ut cœlestia non uiderēt, nec recordarentur iudiciorum iustorum, siue dei, siue honestatis, siue naturæ: quæ omnibus ad bonū insita ē. f ¶Et ecce Susanna inambulabat iuxta consuetudinem ꝛc. Ante iam dictum est q; facto mane inambularet Susanna. Nec incongruum est ad placandos eos qui omnium quæ gerimus de scripturis sanctis quærūt exempla: hunc inambulandi locum assumere: quod recte quis ad uegetandum corpusculum deambulet. Quem locū (inquit) de Lxx. æditione nunc posui: quo dicto Origenes ostendit cætera se non iuxta Lxx. interpretes dissentiisse. g ¶Cum autē egressę eēnt puellę/ surrexerunt duo senes/ et accurrerunt ad eam/ et dixerūt: Ecce ostia pomarij clausa sunt/ ꝛ nemo nos videt: et in ꝛc. Qui ad summitatem perfectæ uirtutis uenerit, nunq; dicit sibi imminere discrimen: si adulterorū manus nō effugerit, dicentium:

G

ET erāt uir habitans in babylone: & nomen eius Ioakim: & accepit uxorem nomine Susannam filiam Helkiæ, pulchram nimis, & timentem dominum. Et pārentes eius iusti, edocuerunt filiam suam

b iuxta legem Moysi. Erāt autem Ioakim diues ualde: &

c erat ei pomārium uicinum domui suæ: & ad ipsum confluebant iudæi: eo q; esset honorabilior omniū. Et constituti sunt duo senes de populo iudices in anno illo.

d De quibus locutus est dominus: quia egressa est iniquitas de babylone a senibus iudicibus, qui uidebantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioakim: & ueniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cū autē populus reuertisset per meridiem, ingrediebat Susan-

e na: & deāmbulabat in pomario uiri sui: & uidebant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem, & exarserunt in concupiscentiam eius: & euerterunt sensum suum: & declinauerunt oculos suos, ut non uiderent cœlum: neq; meminissent iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo uulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi uicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam, uolentes concumbere cum ea: & obseruabant quotidie sollicitius uidere eam. Dixitq; alter ad alterum: Eamus domum, quia prandij hora est. Et egressi recesserunt a se. Cunq; reuertissent, uenerunt in unum: & scisitantes abinuicem causam: confessi sunt concupiscentiam suam. Et tunc in commune statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. Factum est autem cum obseruarēt diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri, & nudiuster-

f tius. Vel secundum Lxx. (Et eccé Susanna inambulabat iuxta cōsuetudinē) cū duabus solis puellis: uoluitq; lauari in pomario: Estus quippe erat: & non erat ibi quisq; præter duos senes absconditos & contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum & smigmata & ostia pomarij claudite ut lauer. Et fecerunt sicut præceperat: clauserūtq; ostia pomarij: & egressæ sunt per posticum, ut afferrent quæ iusserat. Nesciebatq; senes intus esse abscōditos. Cūm autem egressæ essent puellæ,

g surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos uidet: & in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum. Quod si nolueris, di-

cemus

H

Assentire

cemus contra te teſtimonium qđ fuerit tecum iuuenis: & ob hanc cauſam emiſeris puellas a te. Ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ mihi ſunt undiq;. Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, nequaq; effugiam manus ueſtras. Sed melius mihi eſt abſq; opere incidere in manus ueſtras, q̄ peccare in conſpectu domini. Et exclamauit uoce magna Suſanna: Clamauerunt autem & ſenes aduerſus eam. Et cucurrit unus ad oſtia pomarij & aperuit. Et cum audiſſent clamorem in pomario famuli domus, irruerunt per poſticum: ut uiderent quid nam eſſet. Poſtq; autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui uæhemēter: quia nunq; dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cunq; ueniſſet populus ad uirum eius Ioakim, uenerunt & duo preſbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam ut interficerent eam: & dixerunt coram populo: Mittite ad Suſannam filiam Helkiæ uxorem Ioakim. Et ſtatim miſerunt: & uenit cum parentibus, & filijs, & uniuerſis cognatis ſuis. Porro Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt, ut diſcooperiretur: erat enim cooperta, ut uel ſic ſatiarentur de decore eius. Flebant igitur ſui & oēs qui nouerant eam. Conſurgentes autem duo preſbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit ad cœlum: Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt preſbyteri: Cum deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis: & clauſit oſtia pomarij, & dimiſit a ſe puellas. Venitq; ad eam adoleſcens qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. Porro nos cum eſſemus in angulo pomarij, uidentes iniquitatem, cucurrimus ad eos & uidimus eos pariter cōmiſceri. Et illum quidem non quiuimus comprehendere: quia fortior nobis erat: & apertis oſtijs, exiliuit. Hanc autem cum apprehendiſſemus, interrogauimus quis nam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem Suſanna uoce magna & dixit: Deus æterne qui abſconditorum es cognitor: qui noſti omnia antequā fiant: tu ſcis quoniam falſum contra me tulerunt teſtimonium. Et ecce morior, cum nihil horum fecerim quæ iſti malicioſe compoſuerunt aduerſum me. Exaudiuit autem dominus uocem eius. Cūnq; duceret ad mortem, ſuſcitauit dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris: cuius nomen Daniel. Et exclamauit uoce magna: Mundus ego ſum a ſanguine huius. Et cōuerſus oīs pplus ad eum, dixit: Quis eſt iſte ſermo quē tu locutus es? Qui cum ſtaret in medio eorū, ait: Sic fatui filij iſrael, nō iudicātes, necq; qđ uerū eſt cognoſcētes, cōdemnaſtis filiā iſrael? Reuertimini ad iudiciū: quia falſum teſtimoniū locuti ſunt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo pplus cum feſtinatione. Et dixerūt ei ſenes: Veni & ſede in medio noſtrū, & indica nobis: quia tibi deus dedit honorē ſenectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos abinuicē procul, & dijudicabo eos.

Cunq;

dicitiæ magnitudine, per quā clamabat ad dominū. Vnde & ſancta ſcriptura in exclamatione ſeniorum nō appoſuit magnam uocem. Sequit ēm: Clamauerunt & ſenes aduerſus eam. d Exclamauit autē ſuſanna voce magna ⁊c. Cordis affectus, & mentis pura cōfeſſio, & bonū conſcientiæ, uocē eius fecerāt clariorē. Vnde magna erat exclamatio eius deo, quæ ab hominibus nō audiebatur. e Cunq; duceretur ad mortē, ſuſcitauit dominus ſpiritū ſanctū pueri iunioris: cuius nomen Daniel. Quo ſermone oſtenditur: non intraſſe in Danielem ſpiritum ſanctum: ſed eum qui erat in illo, & quieſcebat propter ætatis infirmitatem: nec ſua poterat opera demonſtrare, data occaſione pro ſancta fœmina a dño ſuſcitatum. f Et exclamauit voce magna: Mundus ego ſum a ſanguine huius ⁊c. Suſcitato & ſpiritu ſancto & quæ puer deberet dicere ſuggerente, uox eius magna erat. Et notādum, ſicubi in ſcripturis ſanctis, peccatoris uox magna uocatur.

Cunq;

A Aſſentire nobis, & cōmiſcere nobiſcū. Alioquin & ſi nolueris, dicemus teſtimoniū contra te, q̄ fuerit tecū iuuenis: & hac de cauſa dimiſeris puellas a te. Humanæ quippe fragilitatis ē, mortē timere, quæ inferē ꝑ iuſtitia: niſi forte anguſtiā interpretabimur: non imminētis mortis, ſed opprobrij & ignominiæ: qua perfundenda erat, illis accuſantibꝰ atq; dicentibus: Fuit cum illa iuuenis, & idcirco dimiſit puellas.

a Si ēm hoc egero, mors mihi eſt ⁊c. Peccatum mortem uocat. Sicut ergo ei qui facit adulterium, mors eſt adulterium: ſic omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandum eſt. Et totiēs mori credimur, quotiēs peccamus ad mortē. Vnde econtrario totiens reſurgimus & uiuificamur, quotiens uitæ digna opera facimus.

B b Sed melius mihi eſt abſq; opere incidere in manus veſtras, q̄ peccare in cōſpectu domini. In græco non habet, ἀμεινότερον, id eſt, melius, ſed ἀμεινόν: quod bonū interpretari poſſumus. Vnde elegāter non dixit: Melius mihi ē incidere in manus iniquorū preſbyterorum, q̄ peccare in conſpectu domini: ne uideret comparatione peccati qđ erat bonū, hoc appellare melius. Sed bonū eſt (inquit) mihi non facere malū, & incidere in manus ueſtras, ne peccem in cōſpectu domini. Nō ergo per cōparationē legendum eſt: Melius mihi ē incidere in manus ueſtras, q̄ peccare in conſpectu domini: ſed abſolute: Bonum mihi eſt nō facere malum, & incidere in manus ueſtras, ne peccem in conſpectu domini.

c Et exclamauit voce magna ſuſanna ⁊c. Magna uox erat: non aeris percuſſione & clamore faucium, ſed pu

E a ¶ Cũq; diuisi essent alter ab altero vocauit vnum de eis ꝛc. Quia hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis uolumine non haberi: debemus diligenter inquirere nomina, σχίνου καὶ πρίνου, quæ latini ilicem & lentiscũ interpretantur: si sint apud hebræos: & quã habeãt etymologiam: ut a σχίνω, scissio: & a πρίνω, sectio siue serratio dicatur lingua eorum. Q; si non fuerit inuentum, necessitate cogemur: & nos eorũ acquiescere sententiæ, qui græci tm̃ sermonis hanc uolunt esse περικοπήν, quæ græcã habeat tm̃ etymologiam & hebraicam non habeat. Q; si quis ostenderit, duarum istarum arborũ scissionis & sectionis in hebræo stare etymologiam: tunc poterimus etiam hanc scripturam recipere.

F b ¶ Exclamauit autẽ omnis synagoga voce magna ꝛc. Si interfecit eos omnis synagoga, uidetur illa opinio refutari: de qua supra diximꝰ scd'm Hieremiã, q; ipsi essent presbyteri Ahab & Sedechias: nisi forte hoc quod scriptum est: Interfecerũt eos: sic interpretemur :q; eo q; est, regi babylonis occidendos tradiderunt. Sicut & nos dicimꝰ, q; iudæi interfecerint saluatorẽ: non quo ipsi percusserint, sed quo tradiderint occidendũ, & succlamantes dixerint: Crucifige, crucifige eũ. c ¶ Helkias autẽ et uxor eius laudauerũt deum p; filia sua Susanna cum Joakim marito eius: et cognatis omnibus: quia non esset inuenta in ea res turpis ꝛc. Digne quasi sancti laudant deum: non quia liberata est de manu presbyterorum Susanna: hoc enim non satis laudabile est: nec magni discriminis, si non esset liberata: sed quia nõ est inuenta in ea res turpis.

Hiere.29.e

Luc.23.c

Statimq;

a Cunq; diuisi essent alter ab altero, uocauit unum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorũ: nunc uenerunt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocẽtes opprimens, & dimittens noxios, dicente domino: Innocentẽ & iustum non interficies. Nunc ergo si uidisti eam, die sub qua arbore uideris eos colloquentes sibi. Qui ait: sub schino. Dixitq; ei Daniel: Recte mentitus es in caput tuum: Ecce em̃ angelus dñi accepta sententia ab eo scindet te medium. Et amoto eo, iussit uenire alium: & dixit ei: Semen chanaan & non Iuda, species decepit te: & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel, & illæ timentes loquebant uobis: sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem uestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: sub prino. Dixitq; ad eum Daniel: Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus
b domini gladium habens, ut secet te medium & interficiat uos. Exclamauit autem omnis synagoga uoce magna: & benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerũt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. Et fecerunt eis sicut male egerant aduersum proximum: ut facerent scd'm legem Moysi, & interfeceru-
c nt eos: & saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helkiãs autem & uxor eius laudauerunt deum pro filia sua Susanna cum Joakim marito eius: & cognatis omnibus, quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi a die illa & deinceps. ¶ Ca. XIIII

ET rex Astyages appositus est ad patres suos: & suscepit Cyrus Perses regnum eius. Erat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius. Erat quoq; idolum apud babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per singulos dies similæ artabæ duodecim & oues quadraginta: uini quoq; amphoræ sex. Rex quoq; colebat eum: & ibat per singulos dies adorare eum. Porro Daniel adorabat deum suum. Dixitq; ei rex: Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed uiuentem deum qui creauit cœlum & terram: & habet potestatem omnis carnis. Et ait rex ad eum: Non uidetur tibi esse Bel uiuens deus? An non uides quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens: Ne erres rex: Iste est enim intrinsecus luteus: & forinsecus æreus: nec comedit aliquando. Et iratus rex uocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est iste qui comedat impensas has, moriemini: si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel: quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta uerbum tuũ. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis uxoribus, & paruulis, & filijs. Et uenit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis: Ecce nos egrediemur foras, & tu rex pone escas, & uinum misce: & claude ostium, & signa annulo tuo. Et cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta a Bel, morte moriemur: uel Daniel qui mentitus est aduersum nos. Contẽnebant autẽ, quia fecerant sub mensa absconditum introitum: & per illum ingrediebantur semper & deuorabant ea. Factum est igitur postq; egressi sunt illi: & rex posuit cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis, & attulerũt cinerem: & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium: & signantes annulo regis, abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & uxores, & filij eorum: & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex: Salua ne sunt signacula Daniel? Qui

respondit:

A o respondit: Salua rex. Statimq; cum aperuisset ostia, aspiciens rex super mensam, exclamauit uoce magna: Magnus es Bel, & non est apud te ullus dolus. Et risit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur intro, & dixit: Ecce pauimentū, animaduerte cuius uestigia sunt hæc. Et dixit rex: Video uestigia uirorum & mulierum & infantium. Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes, & uxores, & filios eorum, & ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur, & consumebant quæ erant super mensam. Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum babylonij. Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quia iste non sit deus uiuens. Adora ergo eum. Dixitq; Daniel regi: Dominum deum meum adoro: quia ipse est deus uiuens: iste autem non est deus uiuens. Tu autē rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absq; gladio & fuste. Et ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: fecitq; massas, & dedit in os draconis: & diruptus est draco. Et dixit Daniel: Ecce quem colebatis. Quod cum audissent babylonij, indignati sunt uæhementer: & congregati aduersum regem dixerunt: Iudæus factus est B rex. Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerūt cum uenissent ad regem: Trade nobis Danielem: alioquin interficiemus te & domum tuam. Vidit ergo rex q; irruerent in eum uæhementer: & necessitate compulsus, tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum: & erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem: & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: & tunc non data sunt eis, ut deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Iudæa: & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum ut ferret messoribus. Dixitq; angelus domini ad Habacuc: Fer prandium quod habes in babylonem Danieli qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine, babylonē non uidi, & lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in uertice eius: & portauit eum capillo capitis sui: posuitq; eum in babylonē super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel serue dei, tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei deus, & non dereliquisti diligētes te. Surgensq; Daniel, comedit. Porro angelus domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo ut lugeret Danielem: & uenit ad lacum, & introspexit: & ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit uoce magna rex dicens: Magnus es domine deus Danielis: & extraxit eum de lacu leonum. Porro illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: & deuorati sunt in momento coram eo.

¶ Commentariorum Hieronymi in Danielem prophetam finis.

a ¶ Statimq; cū aperuisset ostia / aspiciens rex super mensam: exclamauit voce magna: Magnus es bel / & nō est apud te vllus dolus. Hoc quod scriptura nunc dicit: Exclamauit uoce magna: quia de idolatra & ignorante deum dicitur: uidetur obseruationem nostram subuertere, quā dudum asseruim⁹ uocem magnā in sanctis tm̄ reperiri. Quod solet facile qui hanc historiā in libro Danielis apud hebræos dixerit non haberi. Si quis autē potuerit eam approbare esse de canone, tunc quærendum est quid ei respondere debeamus.

C

¶ FINIS

D

¶ QVATERNIONVM ET FOLIORVM INDEX

A
Primum uacat
Diui Hieronymi
minis ſcriptum
ponunt cuſtodes
dem & in Eſaiæ
B
cum expugnarentur
mus. Sicut
mari imminet
qui imminente
dum eſt
C
conſtitueret. Et
Emanuel.
Primo tempore
Diui Hieronymi
uitas, ſed
D
mecp retractantem
aut dæmones
ſupra legimus
lyme ad arabas
Væ terræ cymbalo
E
à Nabuchodonoſor
Commentariorum
aurum optimum
exactores ueſtri
crediti ſunt
F
prophetæ
iuxta ſenſum
miſceat: &
relicti eſtis
peccatorum
G
& aureæ hieruſalem
ſuperbos humiliet
longe receſſerunt
diabolum acturum
percutiet, ſiue
H
accedebat ad eum
a facie regis
longam traxit
albam & calorem
pore præparata
I
Lætabitur deſerta
domino: iuxta
Sobnam ſcribam
Propterea
tem ſequenti
K
Et tu
porcorum gregem
urbis potentiam
ſalus atcp
Ego ſum
L
niſeſta tranſcur.
ſtella ex Iacob
aſſumptæ dico
conuenit. Ipſe
nunc cœpi
M
Et contritionem
tionem, ululabunt
ſanctum domini
Aut propter
N
ſcriptoribus uidetur
Non enim
domini ſe non
ſignificat:
O
ingerunt deo
Si abſtu.
Tunc de.
dilectus meus
P
cedrum: aut
lugentibus ſion
Tu es Petrus
ta eſt hæc
Q
impetus lætificat
loquebatur. Iſte
quod interpretatur
poſſunt huius
R
manis: ſed
appellantur: quondã
tranſtulerunt in
Diui Hieronymi
S
dicem, cum impie.
atcp aſſyrios
fortitudo &
idcirco lectus
T
uulneratos cupit
dignetur. Et dices
A Dan
nudatiſcp
V
cor meum tecum
bos hominis
potenti manu
adhiberi medicina
X
peruerſa, dicente
iugulata eſt
obſcurioribus
Quia hæc
Y
interpretati ſunt
egreſſa pollutio
retraherent ad
de cœleſti hieruſalem
Z
culis. Alioquin
opere completa
magis nõ habentibus
Et ad
Aa
Delicta iuuentutis
& ſpiritus dei
turus ſit ad eum
nihil fuit
Bb
in eis: non
læticiam, iuſte
illa: de qua
Iacuerunt
Cc
oculis, falſa
legitur, induratur
in deſperationem
dimeret illos
Dd
mundis atcp
mento. Scriptuſcp
fecerit impietatem
factum eſt
Ee
pretatur eccleſia
Et adhuc
perſona feciſſe
Et adduxit
Ff
Et ecce
Et eleuauerunt
idcirco diſperſerit
ſunt: de quibus
Gg
qua non ſolum
ſicut gallina
graui palliorum
illud ſignificat
Hh
tua ſion
ſcriptura nunc
Commentariorum
hæretici faciunt
Ii
Moyſen, deicp
uerunt me
Diui Hieronymi
completur ac
Kk
in eos
in manibus
tridis non
Diui Hieronymi
Ll
eſſe ceſſabunt
retras ſuas
chæ Dan
Quæ eſt
Mm
quam ego
perfectum: &
exercitu
prophetia ſit
Nn
Quæ eſt iſta
audies ex ore
ctionis hæredes
duntur: nullus
Oo
ut crederent
mana corpora
ſe exinaniuit
ueniunt de.
Pp
buerit geometricis
duo erant
uenire poſſimus
mœror, nec
Qq
Diui Hieronymi
& cingebat
quin dei
præcepta ſunt
Rr
iuſti dei
mus eſſe
unamquamcp
autem & aliæ
Ss
& de terris
pauperibus
aquilonis &
mare ſingulacp
Tt
rent, celauerunt
Deus magnus
braico non
nitur: ut non
Vu
tradidit potentiæ
ab eis,
id quod
nitentiam
Xx
res in dubio
philopatoris
Duorum quocp
mæum regem
Et audiui

¶ Finis

SEXTVS TOMVS

OPERVM DIVI HIERONYMI
COMMENTARIOS IN
DVODECIM PROPHETAS,
QVOS MINORES VO/
CANT, IVXTA
VTRAMQVE TRANSLA
TIONEM CON
TINET.

BRVNO AMORBACHIVS CANDIDO LECTORI. SD.

COmmentarios diui Hieronymi in duodecim prophetas, quos minores uocant hic sextus Tomus continet. In quibus Hebraica, sicut & alibi, in suis addita sunt locis, & item Græca. Commentarios autem in Amos prophetã, nescio quis ita confuderat, ut ex unis geminos reddiderit: & tamẽ essent utriq; temere permixti. Hos iuxta ueterũ codicũ authoritatẽ, pristinæ restituim⁹ integritati. Demiq; epitomen i Habacuc adiecim⁹, quã Hieronymi titulo scriptã repperimus, quanq; stilo reclamante. Arbitror ex Hieronymi scriptis ab aliq̃ studioso collectã. Verũ emuero scis cãdide lector, cũ sacra res sit, pphetia, nec ignoras, sacrũ esse interpretẽ, si qd oĩno sacrũ habet apud latinos christi eccl'ia. Nemo eĩ, pphetas intelligere põt, nisi q spũ sit, pphetico. Proinde si religiose subire soles ædes sacras: caue ne illotis (qd' aiũt) pedib⁹ in hæc irruas mysteria, neue qcq; ἀνίπτοις χερσὶ cõtrectes, ubi sancta sunt oia. Atq; hic quidẽ thesaurus p se preciosissimus, aliquãto tibi charior est futurus, si scieris cũ a multis eruditis uiris: e quorũ numero sunt Ioannes Reuchlinus, Conon Norimbergẽsis, Gregorius Reischius, Chonradus Pellicanus, haud æstimandis uigiliis sit desudatum, ut hæc partim ex uetustis exemplaribus, partim ex sagaci coniectura restituerentur, non ignorantibus quo minus superest bonorum authorum, hoc acrius annitendum, ut ab interitu uindicẽtur. Equidẽ tot totius Græciæ proceres, pro una Helena restituenda dimicarunt, at quot Helenis unus præstat Hieronymus? Cui mirum igitur uideri possit, si tam multis eruditissimorũ hominũ suppetiis ad hoc præclarum negociũ sumus usi? Neq; uero silẽtio prætereũdi sunt, q institutũ nostrũ, cõmodatis exemplaribus adiuuerunt, ut illis etiã se debere sciãt studiosi. Miserũt ad nos itaq; Marpacenses cœnobitæ uolumina aliquot uetustissima, nõnulla Lucellenses, sed & Maioraugiani, & Cœnobitæ diui Blasij in sylua Hercinia, & diui Galli: & Albiburgẽses, & Murbachij, quæ habebant benigne, cõmunicarũt. Nam sine ueterũ auxilio codicũ, in restituẽdis authoribus nihil agit'. Nunc̃q; eĩ eorũ exemplũ placuit, qui pro ut temere quod uis in mentẽ inciderit, ita scripturã statim aut supplendam, aut eradendã putant. Exemplariorũ authoritate, & imprimis iudicio neutiq̃ p̃cipiti opus est. Porro nunc qñ superis auxilian tibus, q uod laboris erat, exanclatũ est atq; cõfectũ, superest ut fruamur toto pectore eximij doctoris monumẽtis. Hæc eĩ nõ solũ docent, uerũetiã inflãmãt affectũ, ac linguã simul & uitã emẽdãt. Decuerit aũt postremo candidũ lectorẽ, ut grat⁹ sit nostris laborib⁹, & nostrã operã boni cõsulat. Nã ut in ludo spheræ nõ satis est cõmode mittere, nisi cõmode & accipiat' qd' mittit': ita i officijs respõdere debet, q accipit. Et ut in cõuiuio cõmode agit etiã q accipit', Ille dat operã ut præstet lautũ cõuiuatorẽ, iste ut comem cõmodũq; conuiuã, sic is qui bñficiũ suscipit, erga eũ qui offert animatus esse debet. Bene uale. Basileæ Calend. Iunias. Anno restitutæ salutis. M. D. XVI.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN OSEE PROPHETAM AD PAMMACHIVM PROEMIVM

In explanationibus oim ꝓphetarū ſancti ſpiritus indigemus aduētu,ut cui⁹ inſtinctu ſcripti ſunt,illius reuelatione pandantur:Et in Eſaia,ſignatū librum legimus,quem ſcribæ & phariſæi,qui legis literas noſſe ſe iactant, nō poſſunt legere, quia ſignatus eſt: nulluſq; inueniri potuit,niſi leo de tribu iuda, quem ſignauit deus pater,qui eius poſſet reſerare myſteria: quantomagis in explanatione oſee prophetæ orandus eſt dominus,& cum Petro dicendū:Ediſſere nobis parabolam iſtam:Præſertim cum obſcuritatem uoluminis in fine teſtetur ipſe qui ſcripſit:Quis ſapiens & intelliget iſta,intelligēs & cognoſcet ea? Quod non pro impoſſibili,ſed pro difficili debemus accipere ,iuxta illud euangelij: Quis putas eſt ſeruus fidelis & prudens quem cōſtituit dominus ſuper familiam ſuam? Quis em̄ nō ſtatim in fronte libri ſcandaliçetur,& dicat: Oſee primus omniū prophetarū meretricē accipere iubetur uxorē,& nō contradicit? Non ſaltem nolle ſe ſimulat,ut rem turpem facere uideatur inuitus:ſed exequitur lætus imperiū, q̄ſi optauerit,q̄ſi multo tpe eū pudicitiæ uacaſſe pœniteat:cū honeſtiora & abſq; peccato,ſanctos uiros renuiſſe dño legerimus. Moyſes mittitur ad Pharaonem, & dux iſraelitici populi conſtituitur,& tamē non imbecillitate ſed humilitate reſpondit:Prouide alium quē mittas. Hieremias puerum eſſe ſe dicit ne peccantē arguat hieruſalem. Eçechiel de omni genere legumi nis ac ſementis unum ſubcinericiū panem facere, & coquere illum in humano ſtercore iubetur, & ait: Nequaq; domine,quia nunq; immūdum introiuit in os meū.Et Oſee audiēs a domino: Accipe uxorē fornicariam,non frontē rugat,nō mœrorē pallore teſtatur,non uerecundiam mutato genarum rubore demonſtrat:ſed pergit ad lupanar, & ſcortum ducit ad lectulum. Et non initiat illam pudicitiæ matronali,ſed ſe luxurioſum ac nepotem probat. Qui enim adhæret meretrici,unum cum ea corpus efficitur. Hæc igitur audientes quid poſſumus reſpondere niſi illud propheticū:Quis ſapiens & intelliget iſta,intelligens & cognoſcet ea? Vnde & nobis dicendum eſt cum dauid:Reuela oculos meos & cōſyderabo mirabilia de lege tua,ut introducat nos rex in cubiculum ſuum,& uelamen quod ante oculos Moyſi poſitum fuit in lectione ueteris teſtamēti tollat a nobis. Statim enim ut locutus eſt dominus: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum,& hæc dicens expirauit,uelum templi ſciſſum eſt,& omnia iudæorum ſecreta patuerunt. Et fons qui egrediebatur de domo dauid,ingreſſus eſt mare ſolitudinis: & uerus heliſeus aquas ſteriles atq; mortiferas ſapiētiæ ſuæ condiuit ſale,& fecit eſſe uitales. Marath aqua legis,quæ interpretatur amaritudo, ligno patibuli dulcorata eſt. Intelligimus enim quis ſit iudas patriarcha electus in regem,nec miramur cur ad thamar quaſi ad meretricem uir ſanctus introierit, Quare Samſon qui interpretat̄ ſol, Dalilam amauerit quæ tranſfert̄ in pauperē:& propter eam irriſus & mortuus aduerſariorū milia trucidarit, Cur Salmon uirū iuſtum Booç de raab meretrice generarit:qui ruth moabiten pinna pallij ſui operiēs: & iacentē ad pedes ad caput euāgelij tranſtulit. Quid cauſæ ſit ut cum dauid tot habuerit uxores, nullum alium regni ſui fecerit ſucceſſorem niſi eum qui de Bethſabee procreatus eſt:ut non ſolum meretrices, ſed etiam adulteræ deo placere uideantur. Vnde & in hoc ipſo propheta legimus,q; iunctus primū meretrici,ſecundo adulteræ copuletur,dicente ad eum domino: Adhuc uade dilige mulierem dilectam amico,ſiue diligentem mala & adulteram. Hæc eſt mulier meretrix & adultera,quæ in euāgelio pedes domini lachrymis lauit,crine deterſit,& confeſſionis ſuæ honorauit unguento,indignantibuſq; diſcipulis,& maxime proditore, q; nō fuiſſet uenditum & precium illius in alimenta pauperū diſtributum,dominus reſpōdit: Quid moleſti eſtis mulieri? opus bonū operata eſt in me:pauperes em̄ ſemper habebitis uobiſcū,me autē nō ſemp habebitis. Et ne putarem⁹ leue eſſe quod fecerat:& nardum piſticum:id eſt unguentum fideliſſimū,ad aliud quid & non ad eccleſiam eſſe referendum,dat nobis occaſionē intelligētiæ: & magnæ fidei,magna præmia repromittit dicēs: Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo,dicetur q; hæc fecit in

memoriam eius. Hæc eſt meretrix de qua loquitur dominus ad iudæos: Amen dico uobis, meretrices & publicani præcedent uos in regno dei. Vos enim miſſum ad uos filium patriſſamiliæ & dominũ uineæ qui plantauit eam ſuſcipere noluiſtis. Iſta meretrix exploratores meos duos fortiſſimos iuuenes: quorũ alterum in circumciſionẽ miſi, alterũ ad gentes, humanitate ſuſcepit, abſcondit ſtudio, leuauit in tectum, operuit lini ſtipula, Quæ cæſa perſecutionibus, & lota in baptiſmate, immutat colorem, & de tetro in album uertitur, Nec mirum ſi in figura domini ſaluatoris & eccleſiæ de peccatoribus congregatæ hæc facta memoremus, cũ ipſe in hoc eodem dicat propheta: Loquar ad prophetas: ego uiſiones multiplicaui, & in manibus prophetarũ aſſimilatus ſum. Vt quicquid prophetæ iubentur operari, ad meam referatur ſimilitudinẽ. Cuius uxor æthiopiſſa eſt: contra quam aaron & maria carnale ſacerdotium iudæorum, & prophetia literæ ſeruiens muſſitant & offendunt deum, Quæ dicit in Canticocanticorum: Fuſca ſum & formoſa filia hieruſalem. Alioquin ſi omnia quæ præcipiuntur ob cauſas ut in ſimilitudinem fiant uere facta contendimus: Ergo & hieremias accinctus lumbari, ueſtimento muliebri, inter innumerabiles nationes & aſſyrios atq; chaldæos, gentes inimiciſſimas iudæorũ, iuit ad euphraten ut ibi abſcõderet lumbare ſuum: & poſt multa tempora reuerſus, inuenit illud cõputruiſſe quod nullo eſſet uſui. Quomodo exire poterat & ire tam longe obſeſſa hieruſalem, extructis per circumitũ munitionibus, foſſa, uallo, atq; caſtellis. Qui cum ſemel ad anatoth uiculum ſuum in tertio miliario ab urbe ſitum uoluiſſet exire in portam, capitur: & reductus ad principes, quaſi proditor uerberatus in carcerem mittitur. Si illud in typo, quia fieri non potuit: ergo & hoc in typo, quia ſi fiat turpiſſimũ eſt. Sed reſpõdebis, deo iubente nihil turpe eſt: & nos dicimus, nihil deus præcepit niſi quod honeſtum eſt: nec iubendo turpia, facit honeſta quæ turpia ſunt. Sed quia ſcimꝰ nihil deum uelle niſi quod honeſtũ eſt, hoc præcepit qđ honeſtũ eſt. Hæc in principio prolixius ſum locutus, ut difficillimã primũ ſoluerem quæſtionem: & abditum in ipſo exitu ſcopulum dei auxilio prætergrediens, ad tuta decurrerem. Cæterũ non ignoro Pammachi chariſſime a multis eccleſiaſticis prætermiſſam: & qui exponere ſunt conati, apud græcos repperi Apollinariũ laodicenum: qui cum in adoleſcentia ſua breues & in hunc & in alios prophetas commentariolos reliquiſſet, tangẽs magis ſenſus cꝫ explicans: rogatus eſt poſtea ut in Oſee plenius ſcriberet: qui liber uenit in noſtras manus: ſed & ipſe nimia breuitate ad perfectam intelligẽtiã lectorẽ ducere non poteſt. Origenes paruum de hoc propheta ſcripſit libellum, cui hunc titulum impoſuit περὶ τοῦ πῶς ὠνομάσθη ὁ θεὸς ὡσηὲ ἐφραίμ, hoc eſt quare appellatur in oſee ephraim, uolens oſtendere quæcunq; contra eum dicuntur, ad hæreticorum referenda perſonam. Et aliud uolumen ἀκέφαλον καὶ ἀτέλεσον: quod & capite careat & fine. Pierij quoq; legi tractatum longiſſimum, quem in exordio huius prophetæ die uigiliarũ dominicæ paſſionis extemporali & diſerto ſermone profudit. Et Euſebius cæſarienſis in octauodecimo libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως quædã de Oſee ꝓpheta diſputat. Vnde ante annos circiter uiginti & duos, cũ rogatu ſanctæ & uenerabilis ſocrus, immo matris tuæ Paulæ: illud enim nomen carnis, hoc ſpiritus eſt: quæ monaſteriorum & ſcripturarum ſemper amore flagrauit, eſſem alexandriæ: uidi Didymum, & eum frequenter audiui, uirum ſui tẽporis eruditiſſimũ: rogauicꝫ eũ ut quod origenes nõ fecerat ipſe cõpleret, & ſcriberet in Oſee commentarios: qui tres libros me petente dictauit, quinq; quoq; alios in çachariam. Nam & in ipſum duo tm̃ Origenes ſcripſit uolumina, uix tertiam partem a principio libri uſq; ad uiſionẽ quadrigarum ediſſerens, Hæc dico ut noueris quos in prophetæ huius campo habuerim præcurſores: quos tamẽ ut ſimpliciter & non ſuperbe (ſicut quidam meorum amicorum ſemper inſibilat) tuæ prudentiæ fatear, non in omnibus ſum ſecutus, ut iudex potius operis eorum quam interpres exiſterem, diceremq; quid mihi uideretur in ſingulis, & quid ab hebræorũ magiſtris uix uno & altero acceperim: quorũ & apud ipſos iam rara auis eſt, dum omnes delitijs ſtudent & pecunijs, & magis uentris cꝫ pectoris curam gerunt: & in hoc ſe doctos arbitrantur ſi in taberna medicorum de cunctorum operibus detrahant. Sed iam tempus eſt ut prophetæ uerba ponentes, ea quæ ſcripta ſunt diſſeramus.

A

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN OSEE PROPHETAM LIBER PRIMVS.

VErbū dñi ꝛc. Verbum dñi qđ in principio erat apud deū patrē, & deꝰ erat uerbū: factū est ad osee filiū beeri, ut ꝓphetā quoq; deū faceret: saluatore dicente: Si illos dixit deos ad qs sermo dei factꝰ ē, & nō pōt solui scriptura: Quē pater sanctificauit & misit ī mundum: uos dicitis blasphemas: qa dixi filiꝰ dei sū. Vt quō deꝰ deos facit, & stat in synagoga deorū, in medio autē deos dijudicat: & cū ipse sit uerū lumē quod illuminat oēm hoiem uenientē in hunc mundū: ad apłos loquit: Vos estis lux mūdi: Sic & ipse saluator ꝓphetam suū faciat saluatorē. Osee em̄ in lingua nostra saluatorē sonat: quod nomen habuit etiā iosue filius nun, anteq; ei a deo uocabulū mutaretur. Non enim (ut male in græcis codicibus legitur & latinis) ause dictus est: qđ nihil oīno itelligit: sed osee, id est saluator: & additū est eiꝰ nomini, dñs, ut saluator dñi diceret. Iste ergo saluator filiꝰ est beeri, id ē putei mei: qs puteos fodit abrahā, isaac & iacob: & allophyli eos conabātur semp obruere. Inter puteū & lacū. i. cisternā, hoc interest, q; putꝰ ꝓpetuas aquas habet, & de uiuo fonte manantes: Cisterna, quæ refrigerat aquas suas, externas & aduēticias possidet. Vñ per hieremiam prophetā loquit deus: Me dereliquerūt fontē aquæ uiuæ, & foderūt sibi cisternas, quæ aquas nō ualent cōtinere. De hoc fonte ad dcū psalmista ꝓclamat: Apud te fons uitæ, & in lumine tuo uidebimꝰ lumen. Vñ quidā putant beeri interpretari, lumen meū: sed supior uera trāslatio est.

Nume. xiij. τῆς φυλῆς ὁρμᾶ ἀυσῶν ἡγεμὼν בְּאֵר

b ¶ In diebus oçie ꝛc. Açarias qui uocat & oçias, de stirpe dauid, regnauit in hierusalē sup duas tribus quæ appellabant iuda, annis quinquaginta duobꝰ: Cui successit in regnū filius eius ioatham: qui & ipse regnauit ānis sedecim: post quē filius eius achaç regnauit annis similiter sedecim Cuiꝰ anno undecimo decem tribus quæ appellabant isrl, captæ sūt a salmanasar rege chaldæorꝝ, & in medorꝝ mōtibus collocatæ. Post achaç regnauit filiꝰ eius eçechias annis uiginti & octo. Ex q̄ ꝓspicuū est ꝓphetante osee, esaia, & iohel & amos & abdia & iona & michea: q σύγχρονοι: id est contemporanei eius fuerunt, regnū decem tribuum esse finitū: quod a primo rege hieroboam usq; ad ultimum osee ꝑmansit, annis ducētis quinquaginta: Eo aūt tpe quo oçias regnare cœpit sup iudam, duodecimū annū sup isrl regnabat hieroboam pronepos iehu, cui dñs repromiserat usq; ad quartā generationē sobolē illius regnaturā: eo q; ꝑcussisset duos reges impios, iuda & israel. Hoc dicimus ut tibi breuiter ostēdamus osee ꝓphetā, & ante captiuitatē israel & post captiuitatē eius uaticinatū: & tam uicinā q; præsentē & præteritā & denunciasse uenturā, & luxisse ingruentem, Et in emēdationē iudæ retexuisse præterita: qđ in ipso ꝓpheta iuxta historiā conabimur approbare. Oçias interꝓpretat, fortitudo dñi: ioathā, dñi consūmatio atq; ꝑfectio: achaç, uirtus: eçechias, imperiū dñi. Hi regnabant in ꝑplo iuda, cuius nomen confessio est. Porro in isrl qui sibi idola fecerat & a dei ꝑplo fuerat sepatus regnabat hieroboam: qui interpretat, χρονισμὸς: id est temporalitas siue mora: quod mundū amauerit, & in ipso morari diu, uitā putauerit sempiternā, nequaq; futuris sed præsentib⁹ delectatus.

עֻזִּיָּה יוֹתָם אָחָז יְחִזְקִיָּה יְהוֹאָחָז יָרָבְעָם

c ¶ Principiū loquendi ꝛc. Quia ut supra diximꝰ, & aliis ꝓphetis præferuntur in titulo: oçias, ioatham, achaç, & eçechias, quibꝰ regnantibꝰ ꝓphetauerūt: idcirco nūc dicit qđ inter oēs hos primū in osee dñs sit locutus, & postea ad cæteros. Aliud est autem loqui dñm in osee: aliud ad osee. In osee, nō ipsi loquit osee, sed ꝑ osee ad alios: ad osee ꝩo lo quēs, ad ipsum significat cōferre sermonē. Alij autē nō primū oīm ꝓphetarū uolunt fuisse osee, ex eo qđ dicit: Principium loquēdi dñi in osee, sed oñdi qđ hæc quæ sequunt, primū ad osee dñs sit locutꝰ.

C

ὀζίου. ἰωάθαμ. ἄχαζ. ἐζεκίου ἱεροβοὰμ ἰωὰς.

d ¶ Et dixit dñs ad osee: Vade su. ꝛc. Verbū hebraicū, זְנוֹנִים nō fornicariā & fornicationē ut plærique æstimant: sed multas fornicatiōes sonat. Ex q̄ ostenditur mulier ista quā ꝓpheta sumit in coniugē, nō semel sed frequētiꝰ fornicata: ut quāto illa sordidior ē, tanto sit ꝓpheta patiētior q talē uxorē duxerit. Quodq; addit:

e ¶ Ac filios fornicationū, ἀπὸ κοινοῦ subauditur, Sume tibi uxorē fornicationū, & sume tibi filios fornicationū Vtrūq; pōt itelligi, q; & fornicariæ priores de fornicatiōe susceptos recipiat filios, & ipse ex meretrice generet filios: q; idcirco fornicationis appellādi sūt filij, q; sint de meretrice generati. Nec culpādꝰ ꝓpheta interim ut seq̄mur historiā, si meretricē cōuerterit ad pudicitiā, sed potiꝰ laudandus q; ex mala bonā fecerit. Nō em̄ q bonꝰ ꝑmanet ipse polluit si societ malo: sed q malꝰ est, in bonū uertit, si boni exēpla sectet. Ex q̄ intelligimꝰ nō ꝓphetā perdidisse pudicitiā fornicariæ copulatū, sed fornicariā assūpsisse pudicitiā quā antea nō habebat: Præsertim cū beatus osee, nō ob causam luxuriæ, nō libidinis, nō ꝓpria fecerit uolūtate: sed dei paruerit iperio: ut qđ in isto carnaliter legimꝰ, in deo factū spūaliter ꝓbaremꝰ: Qui susceptit synagogā: hoc est populū iudæorum fornicatiōi & libidini seruientē. Ad quam dñs loquit per eçechielē: Et tu meretrix audi uerbū dñi: Fractæ enim sunt in ægypto mammæ eius: & uolutabat in sanguine: & fuerat polluta usq; ad uerticē, ut nulla pars corporis atq; membrorū eius turpitudinis maculam non haberet. Operuit talem dñs pallio, & suis iunxit amplexibus: dedit ei mel & oleū & similā manducare: & induit eam uestibus preciosissimis: posuit in collo ornamēta gemmarꝝ: aures ornauit auro & lapide preciosissimo: armillas quoq; brachijs præbuit ut bonis operibus uteret. Et nihilominus hæc cōtempta largitate & bonitate uiri, prioris immemor turpitudinis, amatores chaldæos & assyrios & ægyptios q magnarum sunt carniū secuta est. De saluatoris & ecclesiæ typo in præfatiūcula diximus q; sumpserit sibi uxorē fornicariam quæ prius idolis seruiebat. Si quis aūt cōtētiosus & maxime gentiliū noluerit figuraliter dictum recipere: & irriserit ꝓphetā fornicariæ copulatū, opponamus ei illud quod solet laudare græcia, & philosophorū scholæ cōcinunt: Qua rōne predicēt uirū eruditissimū Xenocratē qui Polemonē luxuriosissimū iuuenē & inter psaltrias atq; tibicines & impudicas mulieres ebriū & hedera coronatū fecit obedire sapientiæ: & adolescentē turpissimū mutauit in sapiētissimū philosophorꝝ. Cur socratē ad cœlum leuent, qui phædonē ex cuius noīe platonis liber est, de lupanari ob crudelitatē & auaricīā domini multorū libidini seruientē in academiam transtulerit. Et quicquid illi de philosophiæ magistris responderint, nos ad ꝓphetæ defensionē referimus. Hæc aduersum ethnicos & eos qui ethnicorū sunt similes dixerimus. Cæterū nostris: qui tñ uolunt susciꝑe ueritatē: illud breuiter ostēdamꝰ, ex eo qđ dicit:

D

f ¶ Quia fornicans fornicabit terra a dño: nō tam ꝓphetā iunctū esse meretrici q; oīne hoim genus a societate dñi recessisse. Potest quoq; ex eo q; nō est additū: omnis terra, nūc iudæa accipi, uel proprie samaria & israel: id est decē tribus, quæ eo tēporꝝ quo

 hæc

c ¶ Et dabo ei uinitores ei⁹ ex eodē ꝛc. Quia blanditias & ſolitudinē in præteritæ hiſtoriæ exeuntiū de ægypto ſiſtudine præmiſerat, in q̄ moyſes & aaron de eadem gente iudæorum principes extiterunt: etiam nūc pollicetur, q̄ uinitores ei⁹ de eodem loco daturus ſit. Vineā intelligi iſrael, oīm̄is & ueteris inſtrumēti & noui ſcriptura teſtaꝫ: Vinea dñi ſabaoth, domus iſrael eſt: Et uineam ex ægypto tranſtuliſti. Et in euāgelio: Paterfamilias locauit uineam ſuam, fructuſꝫ non recepit. Et interfecto filio ſuo, nouiſſime locauit eā alijs uinitorib⁹. Hoc igitur prophetalis ſermo promittit, q̄ principes huius uineæ exeuntes de gentibus & de captiuitate hoſtiū ſiue uitiorum, de ipſo ſint genere iudæorū, id eſt apſi: & locus tumult⁹, uallisq̄ turbarū: hoc em̄ interpretaꝫ achor: mutetur in oſtiū ſpei, ſiue ad aperiendā ſpem atꝫ patientiam, q̄ idcirco ſupplicia & tormēta perpeſſa ſit, ut per hæc ad ꝓſpera peruenire. Q̄ autē uallis achor in q̄ interfectus eſt achan ob furtū eorum quæ deo fuerant cōſecrata, cōturbatio & tumultus interpreteꝫ: nō ut qdā putāt ϑιαϑοφή: id eſt peruerſitas: ipſe Ieſus interpretaꝫ loquens ad achan: quia turbaſti nos, conturbet te dominus in die hac. Vnde appellatus eſt locus ille עֵמֶק עָכוֹר: id eſt uallis cōturbatiōis. Simulq̄ & in hoc intelligim⁹: q̄ in principio terræ ſanctæ, iuxta hiericho quando de ſolitudine egreſſus eſt populus, prope fluenta iordanis, in prima iſraelis victoria, mœror in gaudiū cōmutat⁹ ſit. Ibiq̄ aperta eſt ſpes ubi fuerat deſperatio: ut punitis his qui peccauere in chriſto, & cōmiſere ſacrilegium: ſaluentur ex eis qui blaſphemantes iudæos fuerint deteſtati, & c̄ptū in ſe eſt interfecerint. Hæc, cōciſio, & noſtri iudaiçātes, ad mille annorū regnū referūt: quæ & in principio per apoſtolos uinitores, & crēdentium multa milia ex iſrael uidem⁹ eſſe cōpleta, & compleri quotidie in his qui credere uoluerint. Quodq̄ nos diximus: Lactabo eam: & Lxx. interpretati ſunt: Seducā eā, ad anti chriſti tempus referunt: ut qui chriſti nō receperint ueritatem, illius recipiant mendacium: & poſtea Chriſto aduenīte ſaluentur.

d ¶ Et canet ibi iuxta dies ꝛc. In eo loco ubi nos poſuim⁹, canet: & Lxx. trāſtulerūt ταπεινωθήσεται. i. humiliabiꝫ: in hebraico ſcriptū eſt, עָנְתָה: qđ Symmachus interpretatus eſt κακωθήσεται: id eſt affligeꝫ, Theodotion ἀποκριθήσεται. i. reſpōdebit, Aquila ὑπακόσει. i. obediet: nos ab hebræo κατὰ λέξιμ magis accipimus: id eſt præcinet: Vt quia ſemel lactationē & eductionē in ſolitudinē, & uinitores ex eodē loco, & uallem achor poſuerat: & totam hiſtoriam exeuntium de ægypto & pergentium ad terram ſanctam, breui ſermone perſtringens: etiam nunc hiſtoriæ ſimilitudinē cōſeruaret. Vt quomodo eo tempore quando egrediebantur de terra ægypti, ſubmerſo pharaone in mari rubro, arripuit maria tympanum, & præcinēs cæteris exultauit & dixit: Cantemus domino, glorioſe em̄ magnificat⁹ eſt: equū & aſcenſorē deiecit in mare: Sic nunc quoq̄ ſcd̄m dies iuuentutis ſuæ ſiue adoleſcentiæ ſuæ, q̄n egreſſa eſt de terra ægypti canat atꝫ lætet: & regnū chriſti ac ſuā ſalutē inter eccleſiæ choros concinat. Et aīaduerte q̄ quando exi-

mus de

mus de ægypto,& ad meliora tranſimus,dicamur aſcende re: quia hieruſalē in montibus ſita eſt: de qua qui hiericho deſcendere uoluerat,uulneratus eſt. Ad eos autē qui ægypti:id eſt ſæculi huius quærūt auxilia,dicit: Væ qui deſcendunt in ægyptum propter auxilium. Interpretatio Aquilæ & Theodotionis e quibus alter ὑπακόσει poſuit.i. audiet: alter ἀπκριθήσεται.i. reſpōdebit,nobiſcū facit, q̄ præcinentibus alijs,alij reſpondeant cōcinentes: Humiliabitur autē & affligeē, q̄ Lxx.& Symmach⁹ tranſtulerūt,nō cōuenit tempori lætitiæ,niſi forte imitabit Paulum:qui poſtq̄ uocatus eſt apoſtolus, plāgit antiqua peccata:& ſe dicit indignum uocatiōe apoſtoli,qa perſecut⁹ ſit eccleſiā dei: ut humiliatio & afflictio in cōſciētia præteriti uulneris, nō in dolore maloꝝ præſentiū accipiat.

a Et erit in die illa, ait dominus, uocabit me uir meus:& nō uocabit me ultra baali:& auferam nomina baalim de ore eius,& non recordabitur ultra nominis eorum.

b HEB. Et pĕrcutiam eis fœdus in die illa, cum beſtia agri, & cum uolucre cœli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladiū, & bellum cōterā de terra: & dormire eos faciam fiducialiter.

SEP. Et diſponā eis teſtamentū in die illa cum beſtijs agri:& cū uolatilibus cœli & cū reptilibus terræ: & arcum, & gladiū & bellum conteram de terra: & habitare eos faciā in ſpe.

c Et ſpōnſabo te mihi in ſempiternū: & ſpōſabo te mihi in iuſticia,& iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus: & ſpōſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego dñs.

a ¶Et erit in die illa ꝛc. Primum omni aſiæ regnaſſe Ninum beli filium: omnes et græcæ & barbaræ narrant hiſtoriæ: qui apud aſſyrios Ninum ſui nominis condidit ciuitatem,quam hebræi uocant נִינְוֵה. Huius uxor Semiramis,de q̄ multa & miranda referunt,muros babylonis extruxit: de q̄ inſignis Poeta teſtat dicēs: Quā dicitur olim: Coctilib⁹ muris cinxiſſe ſemiramis urbē. Hic aduerſus Zoroaſtrē magū, regē bactrianorū forti certamine dimicauit:& in tantā uenit gloriā,ut patrē ſuū Belū referret in deū,q hebraice dicit בֵּל:& in multis ꝓphetis maximeq̄ in Daniele:& iuxta Theodotionē ſub idolo babylonis,hoc appellat nomine. Hūc ſidonij & phœnices appellant בַּעַל: eadem enim inter ב et ל literas conſonantes,ע uocalis litera ponit, quæ iuxta linguæ illi⁹ ꝓprietatē nūc beel, nunc baal legitur. Vñ & Dido ſidonia regij generis: cum æneam ſuſcepiſſet hoſpitio, hac patera ioui uina delibat,qua belus & omnes a belo ſoliti. Didicimus exordium dæmonis: immo hominis in dæmonem conſecrati: omnia enim idola ex mortuorum errore creuerunt, Audiamus cætera: Lingua hebræa & ſyra בַּעַל interpretat̄ ὁ ἔχων μ. id eſt habens Si uoluerimus dicere: habens me,dicimus בַּעֲלִי: & apud utranq̄ gentem,uxores uiros ſuos uocant baali: id eſt uir meus:quod intelligitur,habēs me:& eſt ſenſus,qui me habet in cōiugio. Eadē hebræorū lingua uocat̄ uir אִישׁ:unde & uxor quæ de uiro ſumpta eſt in Geneſi appellatur אִשָּׁה quaſi a uiro uirago. Q̄z ergo dicit dñs, uir meus: hoc eſt, cum utroq̄ ſermone, אִישִׁי: & בַּעֲלִי appelleē uir meus ſiue maritus meus,tantū odi idolorū nomina:ut etiam qd̄ bene dici poteſt,propter ambiguitatē & uerbi ſimilitudinē,ne q̄q̄ uelim dici:ſed appellari me אִישִׁי magis q̄ בַּעֲלִי:ne dū aliud loquiē,alteri⁹ recordeē:& uirū nominās,idolū cogitet. Ignoſce obſcuritati,quæ trib⁹ naſcit modis: aut rerū difficultate:aut magiſtri imperitia: aut diſcentis nimia tarditate. Neq̄ enim hebræum prophetā ediſſerens,oratorijs debeo declamatiunculis ludere:& in narrationib⁹ atq̄ epilogis aſiatico more cantare: ſed auxilio orationū tuarū, & incredibili diſcendi ſtudio,aperire quæ clauſa ſunt. Denicq̄ Aquila diligens & curioſus interpres: Vocabit(inquit)me uir meus:& non uocabit me ultra habens me: id eſt בַּעֲלִי

b ¶Et percutiam eis fœdus ꝛc. Quando omnia religionis aduerſæ uocabula,fuerint ablata de populo dominū confitente, Et uocauerit me(inquit)uir meus:& nequaq̄ baali: id eſt idolum meū: tunc percutiam eis fœdus atq̄ concordiam cū beſtijs agri & uolucribus cœli,& reptilibus terræ. De hoc tempore & Eſaias loquitur: Habitabit lupus cum agno: & pardus cū hædo accubabit: Vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur:& puer paruulus minabit eos. Vitulus & urſus paſcentur: & ſimul requieſcent catuli eorū: & leo quaſi bos comedet paleas: neq̄uaq̄ carnē ſanguinēq̄ deſyderans, ſed mundis atq̄ ſimplicibus ueſcens cibis. Quādo petro ut Corneliū ſuſciperet ex nationibus reuelatū, iuſſumq̄ eſt ut comederet omnes beſtias: & nihil īmundū eſſe cognoſceret qd̄ cū gratiarūactiōe pciperēt: ſup quib⁹ audit poſtea:quod deus mūdauit,tu ne cōmune dixeris. Ergo in aduētu dñi ſaluatoris,poſt reſurrectionis eius triū phos, & aſcenſum ad patrem,duo parietes angulari lapide copulati ſunt,ab eo qui fecit utrumq̄ unum. Et uocauit eam quæ dicebatur abſq̄ miſericordia, miſericordiam cōſecutam:& eum qui dicebatur non populus meus,populum ſuum: pacatiſq̄ omnibus,arcus & gladius conteretur ac bellum. Non em erunt neceſſaria inſtrumenta pugnantiū,cum qui pugnent defuerint: Iungetur iſrael gentibus, & implebitur illud Deuteronomij: Lætamini gentes cum populo eius. Notus enim in Iudæa deus:in Iſrael magnum nomen eius:& factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in ſion, hoc eſt in eccleſia:in qua confregit potentias arcuum,ſcutum, gladium & bellum:quibus fractis atq̄ contritis dormiēt credentes fiducialiter, & ſub uno paſtore requieſcent ſiue ſperabunt:In his quæ oculus non uidit:& auris non audiuit: & in cor hois nō aſcēderūt:quæ præparauit deus diligētibus ſe. c ¶Et ſponſabo te mihi ꝛc. O quanta clæmētia dei: meretrix quæ cū multis amatorib⁹ fornicata eſt, & ob crimē beſtijs tradita:poſtq̄ reuertiē ad uirum, nequaq̄ reconciliari ei dicitur, ſed deſpondi. Et uide quid ſit inter dei coniunctionem & hominum:homo cum uxorem acceperit,de uirgine mulierem facit:id eſt non uirginem: Deus etiam meretricibus copulatus,eas mutat in uirgines:iuxta illud quod adulteræ dicitur per Hieremiam: Non ut dominum me inuocaſti aut patrem aut principem uirginitatis tuæ. Vnde & apoſtolus poſt fornicationem & idolorū cultum credentibus Corinthijs loquitur: Deſpōdi enim uos uni uiro uirginē caſtam exhibere chriſto. Quærimus cur tertio deſponſionis nomē repetierit. Primo enim ait: Sponſabo te mihi in ſempiternum: Secundo: Sponſabo te mihi in iuſticia & iudicio, & in miſericordia & miſerationibus. Nec hoc ſine contentus iungit & tertium: Sponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego dominus. Primo deſpōdit eam in abraham ſiue in ægypto, ut uxorē habeat ſempiternam. Secundo in monte ſinai,dans ei pro ſponſalibus legis iuſticiam, atq̄ iudicium & iunctam legi miſericordiam: ut quādo peccauerit tradatur captiuitati:cum ægerit pœnitentiam,reuocetur in patriam,& miſericordiam conſequatur. De his ſpōſalibus in diuerſis locis Pſalmiſtā decantat: Miſericordiam & iudiciū cantabo tibi domine. Et: Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi:& iuſticia & pax deoſculatæ ſunt ſe. Quos duos calices in ſeptuageſimoquarto pſalmo legimus: Calix in manu domini uini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in illum: de iuſticiæ calice in calicē miſericordiæ,& rurſum de calice miſericordiæ in calicē iuſticiæ.

Si iniquita

E Si iniquitates inquit obseruaueris domine: domine quis sustinebit: Quia apud te ppitiatio est. Ista igitur meretrix quæ primum uoto sponsi in æternos fuerat iuncta complexus, ut nunq̃ a uinculo recederet maritali: quia recessit & in ægypto fornicata est: rursum per legẽ assumit̃: quã quia præterijt: pphetis q̃si spõsi sodalib⁹, qui ad se missi fuerant, interfectis: Nouissime uenit dei filius dñs iesus: quo crucifixo & a mortuis resurgente, desponsatur: nequaq̃ in legis iusticia, sed in fide & gratia euangelij: ut cum cognouerit unigenitũ, cognoscat & patrem. Dicit enim ipse ad philippũ: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me: Philippe, qui uidet me, uidet & patrẽ meũ: quomodo tu dicis: ostende nobis patrẽ: nõ credis, quia ego in patre, & pater in me est: Qui in fide fuerit desponsatus & crediderit euangelio, statim sciet quia ipse sit deus, credens in eũ quẽ prius negauerat.

a ¶ Et erit in die illa ⁊c. In die illa & in illo tempore quando te mihi in fide desponsero: & cognoueris q̃ ego sim dñs⁹: exaudiam cœlos qui enarrant gloriã dei: & cœli exaudient terrã, ut eã cœlesti pluuia irrigẽt: & terra de q̃ orta est ueritas: & in cui⁹ agrũ paterfamilias egredit̃ ut seminet semen suum, exaudiet triticũ & uinũ & oleũ, de qb⁹ supra diximus: & hæc oĩa exaudiẽt ieçrael. i. semẽ dei, ut intelligat̃ oĩm rerũ abundantia atq̃ fertilitas ob dei semẽ q̃ Christus ẽ cõdonari: qđ dei semen seminat̃ in terra, ut mltiplices fructus afferat, cẽtenariũ, sexagenariũ & tricenariũ. Et illa meretrix quæ deo fuerat copulata & tres ædiderat liberos: duos masculos & unã fœminã: primũ ieçrael, secundã absq̃ misericordia, tertiũ nõ ppl̃us meus: Videat ꝓpter semẽ dei mutata esse rerũ uocabula: & in christi fide cõsecutã misericordiam, quæ absq̃ misericordia erat: et uocatũ populũ dei, q̃ prius nõ ppl̃us uocabat̃. Ex quo ꝓspicim⁹ posse uniuersa quæ dicta sunt referri, & ad decẽ trib⁹ quæ isrl̃ uocant̃, & sub noĩe meretricis tres liberos ædiderũt: & ad oẽm gentẽ iudaici nominis. De exauditione cœli & terræ & frumenti, uini, & olei, & ieçrael: hoc quidã sentiunt, q̃ postq̃ christ⁹ aduenerit, oĩa suo currant ordine: & utilitati hoĩm cũcta deseruiat creatura, ut ab initio cõdita est. Quæ q̃a iudæi & nostri iudaiçantes post antichristũ in fine mũdi corpaliter præstolant̃.

¶ Ca. III

Et dixit dñs ad me ⁊c. Priori mulieri in typũ decẽ tribuũ uel totius iudaici ppl̃i fornicantis, pphetæ cõiungit̃: & abiectos filios atq̃ cruciatos tandem recipit in salutẽ: hic iubetur ut adhuc diligat aduleram mulierem. Quãdo dicitur: adhuc, ostendit q̃ prius amauerit fornicariã: quæ adultera, uel diligat illa mala, uel diligatur ab amico & proximo. רֵעַ enĩ uerbum hebraicũ, uel malum legitur, uel amicus: Et ne putemus dilectionem prophetæ in adulterã, aliud quid significare q̃ dei dilectionem in filios israel. Ergo q̃ ꝓpheta diligit adulterã, & tamẽ nõ ei matrimonio copulatur, nec fornicatione cõiungitur, יזרעאל

b HEB, Et erit in die illa: Exaudiã dicit dñs: exaudiã cœlos, & illi exaudient terram: & terra exaudiet triticum & uinũ, & oleum: & hæc exaudiẽt ieçrael: & seminabo eã mihi in terra: & miserebor ei⁹ quæ fuit absq̃ misericordia: & dicã non ppl̃o meo, ppl̃us meus es tu: & ipse dicet, deus meus es tu. ¶ Ca. III

b ET dixit dominus ad me: Adhuc uade, dilige mulierẽ dilectã amico & adulterã, sicut diligit dñs filios isrl̃: & ipsi respectant ad deos alienos: & diligunt uinacia uuarũ.

c Et fodi eã mihi q̃ndecim argenteis: & coro hordei, & dimidio coro hordei, &

b dixi ad eam: Dies multos expectabis

SEP, Et erit in die illa dicit dñs: Exaudiã cœlum, & cœlũ exaudiet terrã: & terra exaudiet frumẽtũ, uinũ & oleum: & hæc exaudiẽt ieçrael: & seminabo eã mihi sup terrã: & miserebor eius quæ fuit absq̃ misericordia: & dicã nõ populo meo, populus me⁹ es tu: & ipse dicet, dominus deus me⁹ es tu. ¶ Ca. III

ET dixit dominus ad me: Adhuc uade & dilige mulierẽ diligẽtem mala & adulterã, sicut diligit dñs filios isrl̃: & ipsi respiciũt ad deos alienos: & amant† coctiones cum uinacijs. Et conduxi eam mihi quindecim argẽteis: & gomor hordei, & nebel uini, & dixi ad eam: Dies multos

dẽtes, aridi sũt & uetteri siccitate marcẽtes. Vñ ꝓ uinacijs q̃ hebraice dicit̃ אֲשִׁישֵׁי

Aquila interpretatus est παλαιὰ: id est uetera. Symmachus ἄκαρπους. i. steriles: & nõ solũ uinacia sũt, sed & uetera uinacia, ut anti q̃ delicta testentur. Et notandũ q̃ hæc adultera, præsens tẽp⁹ significet iudæorũ, q̃ absq̃ deo & noticia scripturarũ & gratia spiritussancti diligantur a dño, q̃ omnium expectat salutẽ & aperit ianuã pœnitentibus: & nihilomin⁹ illi res inutiles amant, traditiones hominum & δαιμονίων somnia diligẽtes: & neq̃q̃ uuas habeãt & uinũ & plena musto torcularia, sed ueĺa uinacia quæ ꝓpriecta sunt. Pro pemmatib⁹ quæ Lxx. trãstulerũt, & comedunt̃ cũ uuis passis siue uinacijs, placẽtas latine possum⁹ dicere, uel crustulas quæ idolis offerunt̃: & græce appellantur πόπαμα. Filijs aũt israel in præsenti loco duodecim uocantur trib⁹: supra ꝓo decem quæ erãt ĩ samaria, & possidebant metropolim, ieçrael. c ¶ Et fodi eam mihi q̃n. ⁊c. Pro γομὸς in hebraico scriptum est חֹמֶר: quod omnes interpretes absq̃ Lxx. cor̃ interpretati sunt: sermone græco & maxime palæstino qui habet triginta modios. Et ꝓ nebel uini in hebraico legitur לֶתֶךְ שְׁעוֹרִים quod cæteri interpretes ἡμίκορον hordei transtulerũt. i. mediã partẽ cori, quæ facit q̃ndecim modios. Qđ q̃ iungit̃ in æditione uulgata: Nec̃ eris alteri uiro: alteri, in hebraico nõ habet̃: sed simpliciter, nõ eris uiro. Si eñ ponat̃ alteri, subaudit̃ qđ a suo habeat̃ uiro. Qñ autẽ absolute dicit̃: nõ eris uiro, intelligim⁹ q̃ nulli iungat̃ omnino, & absq̃ coitu maritali sit. Mensuram autẽ cori in eçechiel legim⁹: & in euangelio. Fodit itaq̃ eam sibi: id est adulterã, siue cõduxit quindecim argẽteis. Quando dicit: fodi, ostendit uineam quæ a dño plantata est: & in multis locis ponit̃ scripturarũ, significans populum iudæorũ. Sin autẽ legerim⁹: cõduxi, adulteræ preciũ est: nõ ut cũ ꝓpheta dormiat, sed ut cõtenta mercede sua adulterare desistat: nec passim cæteris copulet̃. Fodit̃ etiã siue conducit̃ coro hordei, & dimidio coro hordei. i. q̃draginta & q̃nq̃ modijs: & hac mercede suscepta, audiuit a dño: d ¶ Dies multos expectabis me, siue sedebis mihi: non fornicaberis et non eris viro: hoc est, nec alijs amatorib⁹ turpiter te prostitues: nec mihi uiro a quo cõducta es, legitime cõiungeris. Ac ne putes factam tibi iniuriam: quia dixi, expectabis me, par pari referam, & ego expectabo te. Quintadecima die illuceſcẽte mẽsis Nisan, percussa sunt ægyptiorũ prĩogenita: & israelis de ægypto eductus est ppl̃s, ac in seruitutẽ dei mercede conductus. Denicq̃ pro primogenitis israel quæ plagam nõ senserẽ cõmunẽ, quinos argenti accipe siclos: qui in templi do

narią conferunt̃

A maria conferunt. Plærique nostrorū quindecim ad hebdomadem legis, & ogdoadem referūt euāgelij. i. sabbatū & diem resurrectiōis, q̄ exercet circūcisio spiritualis. Sed quō adultera mulier quæ hordeo pascit, & a uiro aliena est: utrunq; in mercedem accipiat testamentum, explanare nō possunt. Quadragesimo quinto die ad montē sina puenit ppl̄s, statimq; altero die ut sanctificent a coitu fœminarū p triduū, & se præparēt ad accipiēdā legē dei edicit. Transactis tribus diebꝰ, qn quagesimo die Moyses ascēdit in montē & decalogū suscepit. Sedet itaq; ppl̄us iudæorū qui quondā quindecim argēteis, & quadragintaquinq; hordei modijs est cōductus, post aduentum dñi saluatoris, & uiri sui expectat aduentū. Quodq; dicit: nō fornicaberis, & non eris uiro: hoc ostendit q̄ interim modo idolis non seruiat: nec tñ habeat deū, sed & amatoribus & uiro spoliata sit. Et quia uirum nō habet, nō uescit cibo hoim, frumēto & legumine, sed hordeo irrationabiliū iumētorū, B ruminans uilitatē literæ quæ interficit & nō habēs spiritū uiuificantē. Vnde & in lege mulier quæ a marito accusat adulterij: in potatiōe τοῦ ἐλέγμου, id est conuictiōis qñ arguitur in peccato, farinā accipit hordei: quæ em̄ imitata est equos & mulos, quibꝰ non est intelligentia, equorū atq; mulorū sustentat alimentis. Pro dimidio coro hordei, nebel uini Lxx. transtulerūt: qđ penitꝰ in hebraico non habetur. Et possumus dicere: in nebel uini, hoc est mensura plena atq; perfecta inebriatam adulteram: & plenis afflictam esse supplicijs: Vnde & Hieremias calicē meri propinat gentibus & hierusalem. Vir quoq; sedet, immo expectat adulteræ pœnitentiam: ut postq; plenitudo gentium subintrauerit, & nouissimus crediderit israel: ita ut qui fuerat caput, uertat in caudam, & cauda uertatur in caput: tūc fiat unus grex & unus pastor. a ¶ Quia dies multos sede. ſi. zē. Pro אֲפֻדֹ֔ר et תְּרָפִ֑ים Lxx. ἱερατείας, id est sacerdotium: & δήλωσις, id est manifestationes interpretati sunt. Sciendum autē ut crebro diximus ephod significare indumentū sacerdotale: quod in Exodo & Leuitico a Lxx. ἐπωμὶς dicitur: id est superhumerale. Aquila ἐπένδυμα: id est superindumentū. תְּרָפִים autē proprie appellantur μορφώματα: id est figuræ & simulachra: quæ nos possum⁹ in præsenti dumtaxat loco cherubim & seraphim: siue alia quæ in templi ornamenta fieri iussa sunt dicere. Verum quia Lxx. δήλους interpretati sunt: pro quibus Aquila φωτισμοὺς trāstulit: & hæc ipsa sunt ἐμ λογείω, id est in rationali: hoc intelligim⁹, quod in pectore & corde pōtificis ἀλήθεια καὶ φωτισμοί: id est ueritas esse debeat atq; doctrina: ut non solum sciat rectam fidem, sed & quod nouerit possit ore proferre. Quod & apl̄s Paulus scribit ad Titum, docēs qualis episcopus ordinandus sit: Oportet em̄ episcopū sine crimine esse tanq; dei dispensatorē: nō superbū, nō iracundū, nō uinolentū, nō percussorē, nō turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignū, sobriū, iustum, sanctum, continentē, amplectentē eū q̄ scd̄m sanam doctrinā est fidelē sermonē: ut potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui cōtradicūt arguere. Ephod ac theraphim, & in Iudicum libro legim⁹, quæ sibi fecerat leuites: qui postea cū sexcētis de tribu dan armatis profectus est. Post passionē domini saluatoris usq; in præsentē diem, paulomin⁹ quadringētesim⁹ ann⁹ explet̄ur: & q̄ntū tēporis reſideat usq; ad diē iudicij, nec angeli nouerūt nec filiꝰ. Qui ideo ignorare se dicit, qa nobis nō expedit discere. Hi sunt ergo multi dies, quibꝰ infœlix synagoga, & mulier adultera hordeo pascit, & sedet cōtracta: quia cū christo stare nō potest. Sine rege, de q̄ locutꝰ est pater: Suscita, ui regē cū iusticia. Et ipse dicit in psal. Ego autē constitutus sum rex ab eo sup sion mōtem sanctū eius. Sine principe, uel ipso domino saluatore, uel certo pontifice, de q̄ scriptum est: Principi populi tui non maledices. Et sine sacrificio, & sine altari, Subuerso em̄ tēplo & incensa hierusalem, nec sacrificium, nec sacerdotiū iudaica gens exercere pōt. Et sine ephod & sine theraphim. i. instrumentis sacerdotalis habitus, De hoc re D gē & Iacob in benedictiōe Iudæ patriarchæ loquit̄: Nō deficiet princeps ex iuda, nec dux de fœmoribus eiꝰ, donec ueniet cui repositū est: & ipse erit expectatio gētium. Ergo postq; defecit princeps ex iuda & dux de fœmoribꝰ eius: & herodes alienigena & ꝓselytꝰ suscepit imperiū, intelligimꝰ uenisse cui regnū repositū est: & ipse erat expectatio gentiū. Hæc est cæcitas quæ ex ꝑte accidit israeli, ut subintraret plenitudo gētiū: & tūc oīs israhel salu⁹ fieret: & multo post tēpore reuertēt, & quærēt dñm deū suū & dauid regē suū, q̄ de dauid stirpe generatꝰ est: & interpretat̄ fortis manu. Ipse em̄ soluit captiuitatē ppl̄i sui, & dedit uinctis remissionē. Cūq; eū uiderint filij israhel, q̄ a suis fratribꝰ denegatꝰ est, in patris & sua maiestate regnantē, pauebūt & stupebūt ad dominū & ad bonū eiꝰ. Qui bonꝰ filius de bono natꝰ est patre, siue ad bona dñi: de quibꝰ sanctus loquit̄: Credo uidere bona dñi, in terra uiuētiū: hæc em̄ quā incolim⁹ peccatores, terra est mortuorū. Præsens capitulū: alij iudæorū super babylonica captiuitate interpretantur, qñ septuaginta annis desolatū est tēplū & altare, & uictimæ, & sacerdotiū nō fuerūt: & postea sub Zorobabel in sedes pristinas sunt reuersi. Alij ut nos in futurū deferūt tempꝰ: & quæ sit causa tā grandis offensæ, ut tanto tēpore relicti sint, maxime cū idola nō colant: præter interfectionē saluatoris, aliā nō ualēt inuenire.

בְּנֵי֥ם שְׁרָפִֽים

HEB, expectabis me: non fornicaberis, & nō eris uiro: sed & ego expectabo te. Quia dies multos sedebunt filij israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod & sine theraphim. Et post hæc reuertent filij israel, & quærent dominū deum suum, & dauid regē suū: & pauebunt ad dñm & ad bonū eius in nouissimo dierum. ¶ Ca. IIII

b AVdite uerbū dñi filij israh: quia iudicium dño cū habitatoribus terræ: non est enim ueritas, & nō est misericordia: & non est scientia dei in terra. Maledictū & mendaciū

SEP, multos sedebis mihi: & non fornicaberis: nec eris alteri uiro & ego tibi. Quia diebus multis sedebunt filij israh sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibꝰ (quæ græce dicūt δήλωμ.) Et post hæc reuertent filij israel, & quærēt dñm deum suū & dauid regem suū: & stupebunt ad dñm & sup bonis eiꝰ, in nouissimo die. IIII

AVdite uerbū dñi filij israh: quia iudicium dño ad habitatores terræ: quia non est ueritas, neq; misericordia: neq; sciētia dei super terrā. Maledictio, & mendacium, & homicidiū

C

Audite uerbum dñi ꝛc. A principio pphetæ usq; ad hūc locū sub meretricis descriptiōe & adulteræ: q̄rū post grauissimas pœnas & relictionē longissimam, postea fit in pristinū uel in meliorē statū restitutio: decē tribuū uel duarū, & in cōmune oīm peccata numerant̄: Nūc rursum ad Israel, id est decē tribꝰ sermo cōuertit̄, exponēs nō frustra iratū deū, tam grauia cōminari & inferre supplicia, ne forsitan non ex iudicij ueritate, sed ex potētia dei iniuste uideat̄ in eos q̄ nō peccauerūt lata sententia prophetiæ: b ¶ Audite (inquit, ppheta) uerbum dñi o filij israel: Quia uult dominus cum

) suo populo

E suo populo iudicari & exponere causas indignationis suæ: Non est ueritas, & nō est misericordia, & nō est sciētia dei in terra. Nec ueritas em̄ absq; misericordia sustineri potest: & misericordia absq; ueritate efficit negligētes: unde alterum misceť alteri: quæ q nō habuerit, cōsequēter & dei noticiā nō habebit: Sed econtrario pro ueritate mēdaciū: & p misericordia maledictū, homicidiū, furtū, adulteriū Nō dixit: est, sed ut delictorū abundantiam demonstraret, intulit, inundauerunt: & pro sciētia dei, quæ nō est in terra: sanguis sanguinē tetigit: siue sanguinē sanguini miscuerunt, ut augerent peccata peccatis: & nouis uetera cumularēt. Recte autem qui habitatores terræ sunt & nō incolæ, ad iudiciū pro uocantur: quia a facie aquilonis exardescūt mala super habitatores terræ. Et in apocalypsi Ioannis: Væ uæ uæ dicitur sup habitatores terræ. Q. Qui autē pōt cū propheta dicere: Aduena sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei: & ptrāsit mūdū istū q̄si incola & peregrinus, ueritatē sequit̄ & misericordiā & sciētiam dei, ne inundatiōe maledicti atq; mendacij, homicidij & furti & adulterij & sanguinis opprimať. a ¶ Propter hoc lugebit terra ⁊c. Quia non est ueritas, & nō est misericordia, & non est scientia dei sup terrā: sed e regione maledictum, & mendaciū, & homicidium, & furtū, & adulteriū inundauerūt: & sanguis sanguinē tetigit: Idcirco lugebit terra cum habitatoribus suis: & infirmabitur ut non habeat bestias agri, & uolucres cœli, & pisces maris deficient. Cum enim captiuitas decem tribuū uenerit: habitatore sublato, bestiæ quoq; & uolucres cœli & pisces maris deficient: iramq; domini etiam muta elementa sentient. Hoc qui nō credit accidisse populo isrl̄, cernat illyricum, cernat thracias, macedoniam atq; pannonias, omnemq; terram, quæ a propontide & bosphoro usq; ad alpes iulias tendit̄: & probabit cum hominib⁹ & animantia cuncta deficere: quæ in usus hoīm a creatore prius alebant̄. Sin autē uoluerimus ut quidā putant, feros hoīes bestias interpretari: & uolucres cœli eos qui eleuant̄ in superbiā, & oīa humana cōtēnant: & pisces maris qui irrationabiles sunt, & ita bruti, ut nihil omnino sapiant: & aerem liberū cœlumq; nō uideāt, hoc nō tam irati q̄ clæmētis est domini: ut quæ mala sunt, auferant̄ de terra. b ¶ Verūntamen ⁊c. Scd̄m lxx. interpretes: hoc qđ posuimus, ut nullus neq; iudiceť, neq; arguať quisq;, superiori capitulo coaptandū est: sed nos hebræos sequimur. Prouocati ad iudiciū dei, filij isrl̄, qui habitabant in terra ut causas dominicæ indignationis audirent, & præterita peccata

HEB. & mēdaciū, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & sanguis sanguinē tetigit.
a Prōpter hoc lugebit terra & infirmabit̄ oīs qui habitat in ea: in bestia agri & in uolucre cœli, sed & pisces maris congregabunt̄.
b Verūntamen unusquisq; nō iudicet, & nō arguatur uir: populus em̄ tuus sicut hi qui cōtradicūt sacerdoti: & corrues hodie, & corruet etiā propheta tecum.
c Nōcte tacere feci matrem tuam: cōticuit ppl̄us me⁹, eo q; nō habuerit sciētiā: quia tu sciētiam repulisti: repellā te & ego, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis dei tui, obliuiscar filiorū tuorum & ego.
d Scd̄m mltitūdinem eorū sic peccauerūt mihi: gloriā eorū in ignominiā cōmutabo: peccata populi mei comedēt, & ad iniquitatē eorū subleuabunt animas eorū: &

SEP. homicidiū, & furtū, & adulterium effusum est super terram: & sanguinē sanguini miscuerūt. Ideo lugebit terra, & minuet̄ cū omnib⁹ qui habitant eam: cū bestijs agri, cū serpentibus terræ, & cū uolatilib⁹ cœli: & pisces maris deficient. Vt nullus neq; iudicetur, neq; arguať quisq;: ppl̄s autē me⁹ quasi sacerdos, cui cōtradicet̄ & infirmabitur per diem: & infirmabit̄ etiā ꝓpheta tecū. Nocti assimilaui matrem tuā: & assimilatus est ppl̄s me⁹ q̄si nō habēs sciētiā: quia tu sciētiam repulisti, & ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi: oblita es legis dei tui, & ego obliuiscar filiorū tuorum. Scdm mltitudinē eorum sic peccauerūt mihi: gloriā eorū in ignominiā ponā: peccata populi mei comedent: & in iniquitatib⁹ eorum accipient alij animas eorū: &

mihi: q̄si si discipulus magro, sacerdoti plebeĺa cōtradicat, quæ non habet sacerdotij dignitatē. Et quia tales estis, ideo hodie corruetis. i. ducemini in captiuitatē, & perdetis regnū israel. Q. autē dicit, hodie, aut præsens temp⁹ significat: aut non fraude & insidijs, sed clara in captiuitatē luce ducemini, tātaq; erit uestri infirmitas, ut etiam prophetæ qui uobis solebant prophetare mendacium, uobiscū corruant, & sentiāt captiuitatem. Hic, ꝓphetas aut pseudoprophetas debem⁹ accipere: aut certe omnē gratiā prophetalem. Q. diu em̄ nō sunt captæ decē tribus, habuerť & heliā ꝓphetā & helisæum, & cæteros filios ꝓphetarum, qui ꝓphetauerunt in samaria: Vnde & amos propheta qui de tribu iuda erat & de uiculo thecuæ cogitur redire ad patriā suā, ne ī alieno regno & samaria ꝓphetaret.
c ¶ Nocte tacere ⁊c. Nō q; alia mater sit, & alij filij, matrē uocat & filios, sed quō dns loquēs ad populū iudæorū dicebat: Hierusalem hierusalē quæ occidis ꝓphetas, & lapidas eos q ad te missi sunt: quotiēs uolui cōgregare filios tuos, sicut gallina cōgregat pullos suos sub alas & noluisti: Nō q; alia esset hierusalē, & alius ppl̄us eius, neq; em̄ absq; populo ad cemēta urbis & ligna & lapides loquebatur. Sic mater uocatur populi frequētia, & omnis turba nationis hebrææ, ad quā loquitur: filij autē, uel singuli ex populo, uel per opida uilla sq; dispersi. In nocte ergo ac tenebris captiuitatis & mœroris & premētis angustiæ tradit̄ israel: & ppl̄us eius æterno silentio cōticescit: quia non habuit legis scientiā, nec dei præcepta seruauit: recepitq; qđ fecerat: Ipsa em̄ dei repulit legem: & ideo sacerdotiū perdidit in æternū, colens uitulos aureos in dan & bethel: & quia oblita est legis dei: & penit⁹ ægyptijs se idolis mancipauit: Idcirco & dns obliuiscet̄ filiorum eius, tradens eos æternæ captiuitati: qui enim ignorat ignorabit̄. Et in psalmis legimus: Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Oīa quæ dicunt̄ ad decē tribus, referre possum⁹ ad hæreticos: qui reliquerūt regnū dauid & hierusalem. i. christum & ecclesiam: & ideo æterna nocte cooperti sūt: nec habēt sciētiā dei, & repelluntur a dño, ne sacerdotio fungant̄ ei: & filiorū quos genuerint nunq; meminit: quia filij alieni facti sunt ei. d ¶ Scd̄m multitudinem ⁊c. Quot hoīes habuit isrl̄, tot aras extruxit dæmonibus, in

nibus, in quor uictimis peccauit mihi: Propterea gloriam eorũ in q̃ gloriabant̃ sibi, & deo idola præferebant, in igno miniã cõmutabo: ut & sacerdotes capiant̃ & populi. Siqui dem sacerdotes peccata populi mei comedũt, de quib⁹ scri ptum est: Qui deorãt plæbem meam, sicut escam panis. Et idcirco peccata po puli mei deuorant, cõ sentiẽtes sceleribus de linquẽtiũ: quia cũ eos peccare perspexerint: nõ solũ nõ arguũt, sed laudant atq; sustollũt & beatos prædicant. De quib⁹ & Esaias lo quit: Populus meus, qui beatos uos dicũt, seducũt uos: & semi tas pedũ uestrorũ sup plantant. De his & p Psalmistam clamat: Q̃m laudat̃ pc̃tor in desyderijs animæ suæ & iniquus benedicit̃. Vnde æq̃liter populus & sacerdos, indignan tis dei sentẽtiã sustine bunt: quia non solum opera eorum uisitabit, quæ appellant̃ uiæ in quib⁹ ingrediunt̃: sed & cogitationes quib⁹ ut talia facerẽt, tracta uerunt. Non solũ em̃ opus, sed & cogitatio mali operis pœnas lu et. De hæreticis facilis intelligẽtia est, q̃ q̃nto plures fuerint, tanto magis delinquũt deo, & glorientur in popu lis: & idcirco decipiãt infœlices, ut peccata populi comedant: & p dulces sermones de uorent domus uidua rum. C̃ũ em̃ uiderint aliquos delinquẽtes, aiunt: nihil aliud quæ rit deus nisi fidei ueritatẽ: quã si custodieritis, nõ curat qd agatis. Hæc em̃ dicentes: in iniquitatibus eorũ subleuant animas eorũ: ut nõ solũ nõ agant pœnitentiã nec humiliẽ tur, sed gaudeant in sceleribus suis, & erecta ceruice gra dianť. Vnde & populus & sacerdos & hi qui docti sunt, & hi qui docuerunt, pari iudicio constringentur. a ¶ Et co medent ꝛc. Voluptas insatiabilis est: & quanto magis ca pitur, tanto plus utentibus se famem creat. Econtrario bea ti esurientes & sitientes iusticiã: quoniã ipsi saturabunt̃. Si cut iusticia saturat: sic iniquitas substantiã nõ habẽs, uana comedentes fraude deludit: & uteros deuorantiũ uacuos derelinquit. Fornicati sunt & nõ cessauerũt: Vires in fornica tione deficiũt: & fornicãdi desyderiũ nõ quiescit. Fornicatæ sunt & decẽ tribus cũ idolis hieroboam filij nabat: & reli querunt dñm deũ suũ, nõ custodiendo quæ iusserat, dicẽs: Dominũ deũ tuũ adorabis: & ipsi soli seruies. ἐμφανίκως autẽ legẽdũ: Fornicatio & uinum & ebrietas aufert cor. Si cut em̃ uinũ & ebrietas eum qui biberit mentis suæ impo tem facit: ita & fornicatio ac uoluptas peruertit sensum ani mumq; debilitat: & de rationabili homine, brutũ efficit ani mal: ut ganeas & lupanaria & libidinũ lustra sectẽt. C̃unq; ita cor loco suo motũ fuerit, ligna & lapides deos putat: & adorat opa manuũ suarũ. Vñ & ꝓpheta q̃si stupẽs & mira bũdus eloquit̃: Popul⁹ me⁹ q quondã meo uocabat̃ noie, lignũ interrogauit & uirgas: quod gen⁹ diuinationis græci

Deut.6.c

HEB. eorũ: & erit sicut po pulus sic sacerdos: & uisita bo sup eũ uias eius: & co gitationes illius reddã ei. a Et cõmedent & nõ satura bunt̃: & fornicati sunt, & nõ cessauerũt: q̃m dñm re liquerunt in nõ custodien do: fornicatio, & uinum, & ebrietas aufert cor. Popu lus me⁹ in ligno suo inter rogauit: & baculus ei⁹ an nunciauit ei. Spiritus em̃ fornicationũ decepit eos: & fornicati sunt a deo suo b Super capita mõtiũ sacrifi cabant: & sup colles accen debant thymiama: subt⁹ quercũ & pp̃lm & terebin thũ, qa bona erat umbra c ei⁹. Ideó fornicabunt̃ filiæ uestræ: & sponsæ uestræ adulteræ erũt. Non uisita bo sup filias uestras cũ fue rint fornicatæ, & sup spon sas uestras cũ adulteraue rint: q̃m ipi cũ meretricib⁹ cõuersabãtur

SEP. eor⁹: & erit sicut pp̃s sic & sacerdos: & ulciscar su per eum uias eius: & cogi tationes illius reddam ei. Et comedent & nõ imple bunt̃: fornicati sunt & nõ dirigentur: quia dñm reli querunt, ut nõ custodirẽt: fornicationẽ, & uinum, & ebrietatẽ suscepit cor pp̃i mei: in augurijs interroga bãt: & in uirgis suis annũ ciabant ei: q̃m spũ fornica tionis seducti sunt & for nicati sunt a deo suo. Sup uerticẽ mõtiũ sacrificabãt: & super colles imolabant: subter quercũ. & pp̃lm & nemorosas arbores: quia bonũ erat umbraculum. Propterea fornicabunt̃ fi liæ uestræ: & spõsæ uestræ mœchabũt̃: & nõ uisitabo sup filias uestras cũ fuerit fornicatæ: & sup spõsas ue stras cũ adulteraverit: q̃m ipsi cũ meretricib⁹ misce bantur: & cum collibus adolebat incensum: excelsa terræ diligens loca: quia excelsum reliquerat deũ, & umbrã quærens, ꝓdiderat ueritatẽ. Hoc est qd legimus de singulis regib⁹: Verũtamẽ excelsa nõ abstulit: adhuc pp̃lus immolabat & sacrifica bat in excelsis: qd hebraice appellat̃ בָּמוֹת. Hæretici sub limitatem sibi dogmatum repromittũt: & sacrificant sub ter quercũ & populum & terebinthũ, infructuosas arbo res: ficũ & uineam non habẽtes, sub quibus sanctus requi escere dicit̃. Assumũt autẽ sibi interdum terebinthũ, quæ iuxta Esaiã folia nõ habet: ut abrahæ imitari uideant̃ exẽ plum. c ¶ Ideo fornicabuntur filiæ uestræ: et sponsæ ve stræ adulteræ erunt. Non uisitabo super filias uestras cum fuerint ꝛc. Verbum כְּלִמָּה quod Aquila ἐνηλλαγμέ νωμ. Symmachus ἐξαιρέσωμ: Septuaginta τετελεσμένων: Theodotion κεχωρίσμένωμ interpretati sunt: nos effœ minatos uertimus, ut sensum uerbi, nostrorũ auribus pan deremus. Hi sunt quos hodie Romæ matri, nõ deorũ, sed dæmoniorũ seruientes, gallos uocant: eo q̃ de hac gẽte ro mani trũcatos libidine, in honorẽ Atys (quẽ eunuchũ dea meretrix fecerat) sacerdotes illius manciparint. Propterea autem gallorũ gentis hoies effœminant̃, ut qui urbem ro manã cœperãt, hac feriant̃ ignominia. Istiusmodi idololã tria erat in israel: colentibus maxime fœminis beelphegor ob obsceni magnitudinẽ, quem nos priapũ possumus ap pellare. Vñ & asa rex tulit excelsa de populo: & huiusce mo di sacerdotes: &

Eccl.25.

Hiere.3.c

Psa.72.d

Esa.5.d

3.Re.15.

di ſacerdotes:& matrẽ de auguſto depoſuit imperio: ſicut
3.Reg.15.b ſcriptura teſtat dicẽs :Et fecit Aſa rectum ante cõſpectum
domini ſicut dauid pater eius: & abſtulit effœminatos de
terra:purgauitq; oẽs ſordes idoloꝝ,quæ fecerãt patres ei⁹:
Inſuꝑ & maacham matrẽ ſuam amouit, ne eſſet princeps
in ſacris priapi,& in
luco eius quẽ conſe/
crauerat: ſubuertitq;
ſpecum eius,& cõfre/
git ſimulacrũ turpiſſi/
mũ & comb uſſit i tor
rente cedron: Excelſa
aũt non abſtulit:uerũ
tamẽ cor aſa ꝓfectum
erat corã deo ,cunctis
dieb⁹ ſuis.Sciẽdũ aũt
ꝙ i præſenti קְדֵשׁוֹת,
meretrices,ἱερεῖς.i.ſa
cerdotes priapo man/
cipatas uocet. In alijs
autem locis uiros exe
ctos libidine, cade/
ſim legimus: Eſaia di
cente:καὶ ἐμπαίκται
καθαγυρεύσουσιν ἄυ/
τῶν.id eſt & illuſores
dominabuntur eorũ:
ꝙ quo in hebræo ſcri/
ptũ eſt:& קְדֵשִׁים dominabũtur eorũ:qđ nos in effœmi
tos uertimus . Aqla aũt ἐμπλαγμένους interpretans.i.
mutatos, hoc oſtẽdere uoluit ꝙ ſuã naturam mutauerint:
& de uiris facti ſint fœminæ. Symmach⁹ ἑταίρας proprie
meretrices appellauit .Lxx.τετελεσμένους.i.cõſecratos &
initiatos,ut cultores idolorũ oñderẽt.Theodotiõ,κεχωρίσ
μένους.i.a populo ſeparatos:q ſibi uidebãt a uulgo ali/
quid plus habere.De ꝙbo breuiter diſſeruimus:nũc ad ſen
ſum capti reuertamur. Grandis offenſa eſt poſtq̃ peccaue/
ris,iram dñi nõ mereri. Fornicatus fuerat iſrael a dño deo
ſuo, & ſpiritu fornicationis ſeductus : ideo fornicantur &
filiæ eius & ſponſæ:& abſq; ulla uindicta,in ſuo ſcelere re/
linquuntur:ut qđ filij & uxor,uero parenti fecerant & ma/
rito: hoc in liberis ſuis & uxoribus ſentiãt:& ex ꝓprio do/
lore,intelligant dolorẽ dei:qui intantũ iratus eſt ut nequa
q̃ percutiat delinquentes. Q đ & apoſtolus ad Romanos
Roma.1.c ſcribens, myſtico ſermone teſtat: Dicẽtes eñ ſe eſſe ſapien
tes,ſtulti facti ſunt:& mutauerũt gloriã incorruptibilis dei
in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs , & uolucrũ, &
q̃drupedũ,& ſerpentũ. Et quia cũ idolis fuerãt fornicati,ta
li feriunt ſentẽtia:Propter qđ tradidit illos deus in deſyde
ria cordis eorũ, in immundiciã ut cõtumelijs affiçiant cor/
pora ſua in ſemetipſis:qui cõmutauerũt ueritatẽ dei in mẽ
dacium:& coluerũt & ſeruierunt creaturæ potius q̃ creato
ri:qui eſt benedictus in ſæcula:amen. Vt aũt ſciamus uiſi/
tationẽ quaſi uulneratorũ & languentiũ,ideo inferri a deo,
ut ueluti cauterio & amariſſimis potiõibus recipiãt ſanita/
tem & morbis careãt, per ꝓphetã loquentẽ audiamus do/
minum: Viſitabo in uirga iniqtates eorũ: & in uerberibus
ꝑ.88.c peccata eorũ: miſericordiã aũt meam nõ diſpergam ab eo.
Qui igitur amaṫ,corripiṫ:qui negligiṫ,ſuis peccatis dimit
tiṫ: Tãtuſq; fuit nũerus fornicatorũ iſrael ut ceſſet ultio,de/
ſperans emẽdationẽ. Quid eñ turpius q̃ uiros meretricũ
cultui copulari: & cũ effœmiatis ĩmolare hoſtias libidinis
ſuæ? Q̃ autẽ iungit:Populus nõ intelligẽs uapulabit, ꝓ q̃
Lxx. trãſtulerũt: Et populus nõ intelligẽs adhærebat mere
trici: hoc ſignificat quod uapulet in captiuitate:& diuerſis
afficiaṫ plagis: ut ꝙ dolorẽ recipiat diſciplinã. De hæreticꝭ
facilis ĩtelligẽtia eſt,q̃ filij eoꝝ fornicentur:& ſpõſæ.i.animæ
quas in errore genuerũt,& ſuis dogmatibus deſponſarũt:
Iſtiuſmõi indigni ſunt correptiõe dei: qm̃ omnis eorũ cul
tus fornicatio eſt:& turpes turpib⁹ cõmiſcentur: & ꝓpterea
uapulabũt,ut aliqñ ꝙ plagas intelligant quẽ requirãt deũ.
Quãdo uideris peccatorẽ diuitijs affluere: iactare ſe potẽ/
tia:ſanitate gaudere:delectari coniuge:corona circũdari li/

HEB. cõuerſabant:& cum effœminatis ſacrificabãt:
& ppłs nõ intelligẽs uapu
a labit. Si fornicaris tu iſrael
nõ delinquat ſaltẽ iuda:&
nolite ingredi i galgala:&
ne aſcẽderitis i bethauen:
neq; iuraueritis uiuit dñs:
qm̃ ſicut uacca laſciuiens
declinauit iſrł. Nũc paſcet
eos dñs quaſi agnũ in lati
b tudine. Pãrticeps idolorũ
ephraim:dimitte eũ:ſepa/
ratũ eſt

berorũ : & ipleri illud qđ ſcriptũ eſt:In labore hoĩm nõ ſũt ꝑ.72.a
& cũ hoĩbus nõ flagellabunt:dicito in illo cõminationẽ ꝓ
phetæ eẽ cõpletã:Non uiſitabo ſuꝑ filias ueſtras cũ fuerint Oſee.4.d
fornicatæ:& ſuꝑ ſpõſas ueſtras cũ adulteraueriṅt. a Si
fornicaris tu iſrael ⁊c.Pro domo ὤμ in qbuſdã exẽplarib⁹
& maxime in Theo/
dotiõe legim⁹: οἶκον
τῆσ ἀδικίασ.id ẽ do/
mũ iniqtatis:qđ Aq/
la & Symmachus in/
terpretati ſunt οἶκον
ἀμωφελῆ.i. domũ in/
utilem quæ nihil,pſit:
& alio uerbo idolum
nuncupeṫ.Eſt aũt be/
thel & quæ prius uo/
cabaṫ dom⁹ dei:poſt/
q̃ uituli i ea poſiti ſũt,
appellata eſt bethauẽ:
id eſt dom⁹ inutilis &
domus idoli: qđ nos
ut in hebræo legiṫ ex/
preſſimus. Videṫ aũt
mihi idcirco & ppłus
iſrł in ſolitudine feciſ/
ſe ſibi caput uituli qđ
coleret:& hieroboã fi/
li⁹ nabat uitulos aure
os fabricatus:ut qđ in ægypto didicerãt ἀπὶμ καὶ μνεῦϊμ
q̃ ſub figura boũ colũt,eſſe deos:hoc in ſua ſuꝑſtitiõe ſerua
rent. Dicam⁹ ſenſum capti. Si ſemel o iſrael errore decep⁹
es & te cũ meretricib⁹ miſcuiſti:ita ut qcũq; impleret manũ
uel ſuam uel regis,offerendo &dando ei munera, ſacerdos
fieret excelſoꝝ:ſaltẽ tu iuda q̃ poſſides hieruſalẽ:& habes
ex lege leuitas:& exerces tẽpli cerimonias,non debes ſoro/
ris quondã tuæ Oollæ in fornicatiõe exẽpla ſectari:& cum
ea idola colere. Non ingrediaris in galgala:De q̃ in hoc ꝓ/
pheta legim⁹: Oĩs malicia eoꝝ in galgalis:in q̃ ſaul unct⁹ Oſee.9.d
eſt in regẽ:in q̃ exiẽs ppłs de deſerto,primũ caſtrametatus,
ſecũda circũciſiõe purgat⁹ eſt:Ex q̃ tpe religiõis aduerſæ:in
loco celebri error inolcuit: Et ne aſcẽdas i bethauen.i. quæ
quondã uocabaṫ bethel: quia poſtq̃ aurei ibi uituli poſiti
ſũt ab hieroboam filio nabat:nõ dom⁹ dei appellaṫ, ſed do
mus idoli. Pro qua miror cur Lxx. domum ὤμ interpretati
ſũt:niſi forte errore cõſueto ꝓ ל littera media quæ ך & ן litte
ris ex utraq; parte uallaṫ, ן quæ ſola differt magnitudie pu/
tauerũt. Neq; iuraueritis uiuit dñs. Nolo eñ ꝙ os ueſtrum
nois mei fieri mẽtionẽ qđ idolorũ recordatiõe pollutũ eſt.
Sicut eñ uacca laſciuiẽs & abiçiẽs iugũ:ita iſrł.i. decẽ tri/
bus declinauit a dñi ſeruitute. Pro laſciuiẽte uacca. Lxx. trã
ſtulerũt παροιστρῶσαμ: quæ oeſtro aſilo q̃ pcuſſa ſit: quẽ
uulgo tabanũ uocãt . De q̃ & Vergiṫ. in. iij. georgi. li. refert:
Cui nomẽ aſilo Romanũ eſt: oeſtrũ graij uertere uocãtes:
Aſp acerba ſonãs:q̃ tota exterrita ſyluis Diffugiũt armẽta:
furit mugitib⁹ æther Cõcuſſus,ſyluæq; & ſicci ripa tanagri.
Quia ergo inſaniuit iſrł: & pcuſſus fornicatiõis ſpũ,icredi/
bili furore bacchatus eſt:ideo nõ młto poſt tpe: ſed dũ ꝓ/
pheto,dũ ſpũs hos regit art⁹:paſcet eos dñs q̃ſi agnũ in la
titudine. Quia metaphoram a uacca laſciuiente ſiue oeſtro
cœperat:ſeruat in reliqs : ut captiuitatẽ in aſſyrios, & in la
tiſſimã medorũ terrã diſpſionẽ ppłi iſrł q̃ſi i cãpo latiſſimo
& i ſpacioſa terra gregis & agnorũ paſturã uocet. Suꝑ hære
ticis ,pna intelligentia eſt:ad q̃s,uel de qbus diciṫ:Si ſemel
fornicaris hæretice:ſaltẽ tu eccłiaſtice nõ delinq̃s:ne ingre/
diaris in galgalã:hæreticorũ conciliabula,ubi peccata oĩm
reuelanṫ:& inſtar porcorũ uolutanṫ i cœno. Ne te aſcẽdere
putes ad ſuꝑbas & arrogãtes falſorũ dogmatũ fictiones.
Nõ eſt eñ ibi dom⁹ dei,ſed dom⁹ idoli. Nec iuraueris ꝙ no
mẽ chriſti cui⁹ maieſtatẽ miſcẽdo idolis polluiſti. Sicut eñ
uacca pcuſſa aſilo,pcuſſi ſũt hæretici ardẽtib⁹ diaboli ſagit
tis:& legis noticiã reliquerũt:ideo paſcenṫ in lata & in ſpa/
cioſa uia ,quæ ducit ad mortẽ:& patiẽtia dñi bonicq; paſto
ris eoſ nutriet ad ĩteritũ. b ¶ Pãrticeps idoloꝝ ⁊c. Ephrai
de qua

3.Reg.18.

A de qua tribu hieroboam filius nabath: qui primus aureos uitulos in bethel dancq; constituit, rex est decem tribuum. O igitur iuda cui supra dixi: si fornicatur israel, non delinquat saltem iuda: Audi consilium meū: prophetæ uerba non spernas: quia ephraim semel idolorū amicus & particeps est, dimitte eum: ne sequaris impietatē eius, cuius cultus & religio & cibus a tuo conuiuio separat⁹ est. Illi enim semel idolis seruiunt, & dæmonibus īmolant, & quoti die fornicantur, & diligunt fornicationem suā: immo principes & protectores eius, id est reges dilexerunt ignominiam afferre populo: id est uitio principū, infœlix populus suscepit cultū idolorū: quoꝝ imundus spūs ligauit israelem in alis suis, & eum libere uolitare non patitur. Cōfundentur igitur in sacrificijs suis, & ignominiā principū in sua cōfusione suscipient. Symmachus pro eo quod nos interpretati sumus, ligauit spiritus eum in alis suis: hoc mō uertit ī græcū ἐδέκσετο τὸν ἄνεμον ἐν πτέρυξιν ανέμου: uelut si qs liget uentū ī alis uēti: ut. s. & principes & populū, īmo & dæmones & israelem, uanos uanis, & inanib⁹ inanes asserat copulatos: Ventus em̄ & spiritus apud hebræos uno uerbo appellanē רוּחַ. Id qđ Lxx, trāstulerūt ἤρέτκσε χαναναίους. i. puocauit chananæos: in hebraico non habetur: tamē sic interpretari potest: ut dicamus tm̄ studium habuisse israelem in idolorū cultu, ut nō imitatus sit chananæos, id est ethnicos: sed ad imitationē sui eos prouocarit erroris. Hoc ipsum & ad hæreticos referri potest: & dicit ad iudam, id est ad uirum ecclesiasticū: quia ephraim q interpretat̄ καρποφόρος, falsam sibi doctrinæ ubertatem, & frugifera dogmata ꝓmittit: & semel amicus est dæmonū: dimitte eum atq; contēne: presertim cum sacrificia eorū a tuis sint sacrificijs separata: Hoc est em̄ qđ dicit: separatū est cōuiuiū eorū: semel fornicati sūt: & principes eorū infœlicem populū deceperūt: & pro dei cultu imbuerunt eos ignominia idolorū: & ligauit eos diaboli spiritus in alis suis: qui circūferuntur omni uento doctrinæ: & stabili in ecclesia pede permanere nō possunt: Qui uere in suis sacrificijs confundentur, quia panis eorum panis luctus est. Quodq; dicitur, prouocauit chananæos: eodē sensu referri potest ad hæreticos: quod tam spurca plæriq; hæreticorum & nefanda confinxerint habeātq; īmunda sacrificia, ut idololatria inferior sit: Vel certe qa chananæus interpretat̄, negociator siue μετάβολος. i. translator: oēs q domū patris faciūt domū negociatiōis: & lucra quærūt de populis, & ecclesiæ ueritatē trāsferūt in mēdaciū, chananæi appellandi sunt.

HEB, ratū est cōuiuiū eorū: fornicatione fornicati sūt: dilexerūt afferre ignominiā, ꝓtectores eius: ligauit spiritus eū in alis suis: & confundentur a sacrificijs suis. Ca. V

a AVdite hæc sacerdotes & attendite domus Israel: & domus regis auribus percipite: quia uobis iudicium est: quoniam laqueus facti estis speculationi: & rete expansum super thabor: & uictimas declinastis in profundum. Et b ego eruditor omnium eorum: & ego scio ephraim: & israel non est absconditus a me: quia nunc fornicatus est ephraim: contaminatus est israel: non dabūt cogitationes suas: ut reuertantē

SEP, uocauit chananæos: fornicantes fornicati sunt: dilexerunt ignominiam ex fremitu eius: turbo spiritus sibilabit in alis eius: & confundentur ex altaribus suis. Ca. V

AVdite hæc sacerdotes & attendite domus Israel: & domus regis auribus percipite: ad uos enim est iudicium: quia laqueus facti estis speculationi: & sicut rete expansum super itabyrium, quod qui capiūt uenationē cōfixerūt. Ego em̄ magister uester: ego cognoui ephraim: & isrl̄ non recessit a me quia nunc fornicat⁹ est ephraim: cōmaculat⁹ est Isrl̄: nō dederūt cogitatiōes suas ut reuerterentur ad dn̄m deum suū

inquit uos posui, & principes in populo: & in excelso dignitatis culmine constitui, ut populum regeretis errantem: Vos autem facti estis laqueus: & non tam speculatores & principes q̄ uenatores appellandi. Expanditis enim rete super montem thabor, quē lxx. ἰταβύριον transtulerunt: hanc habentes consuetudinem, ut hebræa nomina græco sermone declinent: sicut edom, hoc ē Esau & Seir, semp idumeā interpretantur. Est autem thabor mons in galilea, situs in campestribus, rotūdus atq; sublimis & ex omni parte finit̄ equaliter: De hoc monte & in psalmo legimus: Thabor & hermon in nomine tuo exultabunt. Hūc montē & in Hieremia lxx. itabyrium transtulerunt: in quo aues laqueis capi solent. Et uictimas inquit declinastis in ꝓfundū: ut nullus ageret pœnitētiā, nec occisus eleuaret caput: Prohibuerunt & reges, & sacerdotes ire populum ad templū hierusalem: idcirco in profundum uictimas declinasse dicuntur. Iuxta tropologiam, accusatur populus ne se alienum arbitretur a crimine, si inductus sit a regibus, & a sacerdotib⁹: quos hæreticorum principes intelligimus. Ipsi quoq; principes accusantur, qđ quasi laqueus, cœperint populum: & positi speculatores in ecclesia, eos duxerint in errorem: Et in monte thabor excelso atq; pulcherrimo: qui interpretatur uiens lumen, insidias posuerūt: ut deceptos q̄sq; pertraherēt in ꝓfundū & īmolarēt dæmonib⁹: & in barathrū uictimas declinarēt, ne aliq̄n resipiscerent: ne domū dei ecclesiā suspicarent. Quidam thabor interpretari putant lacum, id est cisternam: & præsenti sensui conuenire: quod hæretici foderint lacū: & inciderint in foueam quā fecerūt. b Et ego eruditor ꝛc. O sacerdotes & reges qui meum populum decepistis: & tu populē qui deceptus es: tā grauiter deliquistis; ut nō solum occideritis uictimas: sed in profundum eas miseritis inferni, nolite arbitrāri magnitudine sceleris uos a me penitus recessisse: Ego sum magister uester: immo eruditor, qui emendare cupiam, non punire: & saluare, non perdere. Ego inquit scio ephraim, id est hieroboam: a quo seductus est populus, & oēs reges qui eum & dignitate & scelere sunt secuti: & Israel nō est absconditus a me, id est decem tribuum populus: quia fornicante rege, contaminatus est israel. Rex primo cœpit a dei cultu fornicari, uitulos aureos cupiens adorare: & uolens secutus est populus: paremq; impietatem pari studio compleuerunt. Denicq; non reuertentur ad dominum, quia quod uoluerunt inuenerunt: & spiritus fornicationis qui iuxta apostolum

b operatur

Ca. V

VAdite hec ꝛc. Sacerdotes decē tribuū ad iudiciū uocant̄, & reges: nō qđ sacerdotes sint de tribu leui: sed qđ sacerdotes uocent̄ a pplō. Vn̄ & sacerdotes baal & pphetæ q̄dringenti q̄nquaginta q̄s interfe

3.Reg.18.f

4.Reg.9.c et.10.t

C

ps.88.c

Hiere.46.c

D

תָּבוֹר

E operatur in filijs diffidētiæ,possidet eorum corda captiua: & idcirco illo regnante dominū nescierunt:imo obliti sunt creatoris sui. Vnde & principes dogmatum peruersorum & populum,dominus non ignorat: non qđ eius noticia digni sint: sed qđ nihil eum lateat eorum que occulte faciunt: quorum alij deceperunt: alij sunt decepti. Nec dabunt cogitatiões suas ut agāt pœnitentiam qui semper in perditione proficiunt:Spiritus enim fornicationis quo fornicati sunt in ecclesia, & a uero matrimonio recesserūt, uersatur in medio eorū: ideo dominum non cognouerunt. a ¶Et respondebit arrogantia ꝛc. Verbum גְּאוֹן:Lxx.& Symmachus interpretantur τὴν ὕβριν.i.iniuriā: Aquila & theodotiō ἀλαζονείαν.i.superbiā. Quicquid igit̄ fecit israel,uel superbe agēs contra dominū, uel in iniuriam creatoris idola uenerans, respondebit in facie eius: ut non abeat impunitus:sed humilietur eius contumelia:& populus & reges in iniquitate sua pariter corruant siue infirmentur: ut qui fortes erant in scelere,infirmi ad dominum redire cogātur. Et hoc non solum eueniet israeli & ephraim,id est decem tribubus & regibus earum,ut ducātur in captiuitatē:sed etiā iudas,id est duæ tribus quæ regnabant in hierusalē,sequētur uestigia captiuorum:ut quorum imitantur scelera,imitētur & pœnam. Hæretici matrem habent iniquitatis suæ superbiam,dum semper altiora se scire iactitant:& in ecclesiæ contumeliam debacchantur. Sed infirmabitur arrogantia eorum: & populus ac magistri pariter corruent: iudas quoq; qui uidetur esse in domo dei, & in ecclesia:nō mente,sed corpore commoratur:& eandem habet cū hæreticis in errore sententiā:frustra nomen ecclesiasticum repromittit:quia & ipse cum hæreticis puniendus est.Manifesta trāscurrimus,ut in obscurioribus īmoremur. b ¶In gregibus suis ꝛc.Non solum israel & ephraim ibunt cum gregibus & armentis ad dominū requirendum:sed etiam iudas,de q̄ supra scriptū est:ruet etiā iudas cū eis: hoc habentes oēs certamē:ut quē preuaricationib⁹ offēderant,hostijs placare nitātur:& nō inueniēt quē reqrūt:qa a recedentib⁹ & ipse discessit:presertim cum & alibi loquatur: Nunquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorū bibam:Et iterum: Non accipiam de domo tua uitulos neq; de gregibus tuis hircos:Et in esaia:Holocausta arietum & adipem agnorum, & sanguinem hircorum atq; taurorum

HEB. ut reuertant ad deū suum: quia spiritus fornicationū in medio eorum: & dñm non cognouerūt. a Et respōdebit arrogantia israel in facie ei⁹:& isrl & ephraim ruent in iniquitate sua: ruet etiam iuda cum eis. In grēgibus suis & in armētis suis uadent ad quærendū dñm, & nō inuenient: ablatus est ab eis:in domino preuaricati sunt: quia filios alienos genuerūt: nūc deuorabit eos mēsis cū partib⁹ suis.

SEP, deum suū: quia spiritus fornicationis est in eis: dominum autem non cognouerunt. Et humiliabitur iniuria israel in faciem eius: & israel & ephraim infirmabūtur in iniquitatibus suis:infirmabit̄ etiā iudas cū eis. Cum ouibus & uitulis ibunt & querent dñm & nō inueniēt eū:declinauit ab illis quia dominum reliquerunt: quia filios alienos genuerunt sibi: nunc deuorabit eos rubigo & deros eorum.

G

1.Esdre.10.c

Iohel:Reliqas bruchi comedet rubigo.i. חָסִיל: mensis autem חֹדֶשׁ dicitur: denicp Aquila neomenias, id est Kalendas interpretatur: Symmachus & Theodotion, mēsem: & est sensus: per singulos menses hostis ad ueniet & cuncta uastabit. Legamus regum & paralipomenon libros: & inueniemus sub rege phacee: qui regnabat decem tribubus,uenisse teglathphalasar regem assyriorum, & magnam partem populi samariæ in assyrios transtulisse: quo tempore apud græcos secundus annus primæ olimpyadis fuit: & apud latinos (necdum roma condita fuit) Albæ uicesimo anno Amulius imperabat:quem postea romulus regno pepulit. Hæretici suspicantur qđ in sacrificiorum multitudine placent deum: & ecclesiastici qđ faciendo elemosynas redimāt peccata, in quibus permanēt: cum omne sacrificium præterita scelera deleat non præsentia: ideo nō inueniūt dominum: quia auferetur a talibus, & procul recedit.Isti uere præuaricati sunt in deum:& alienos filios non christo,sed diabolo procrearunt: ideo omni tempore maledicta sunt opera eorum: & cuncta quæ faciunt, cruenti coloris rubigo populatur: quia sanguini & interfectioni proxima sunt. Rubigo autem proprie descendere dicitur in rore nocturno:ac lactantia in spicis frumenta maculare colore minij uel sinopidis: & congrue iuxta, ἀναγωγήν uastat cleros hæreticorum: de quibus dicitur, Cleri eorum non proderunt eis.

alienos filios accipere qui in idolorum errore generati sūt:siue q̄s ducētes per ignē,idolis consecrarūt. Quia igitur hoc fecerūt: nō multo post tempore: non annorum spacijs infinitis: & ut solitus erā prius,longe post futura prædicere: sed nūc & in præsentiarū aduenient assyrij, atq; chaldæus,& deuorabunt eos cū partibus siue cleris suis, id est cū possessiōibus quas in diuisionem terræ ad mensuram funiculi susceperunt. Pro eo qđ nos diximꝰ,deuorabit eos mēsis, Lxx. rubiginem, transtulerūt:cum utiq; rubigo: id est ἐρυσίβη חָסִיל appelletur, ut ipsi q̄q; dixerunt in propheta

Iohel.1.a

H

F

Ps. 49.c
Ibidem.a.
Esa.1.c.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM OSEE AD PAMMACHIVM PROEMIVM.

QVi sæpe nauigat,aliquando patitur tempestatē:qui uiam frequēter ingreditur,aut sustinet latronum impetus,aut certe metuit:omniq; in arte,tam gloria q̄ obtrectatio,secundis aduersisq; uentis oritur:dum aut amici plus merito laudant,aut inimici plus iusto detrahūt: rarumq; inuenias qui in utrāq; partē non fauore,aut odio, sed rerum æquitate ducatur.Quod mihi in scripturarum explanatione sudanti accidere uideo. Alij em̄ quasi parua contēnunt:& quicquid dixerimus,cōtrectare despiciunt:Alij odio nois nostri,non res,sed personas cōsyderant:magisq; aliorum silentiū q̄ nostrum studium probant.

In Osee prophetam

A Sunt qui audacter nos facere asserant, qđ arripuimus opus, quod nullus ante nos latinorum tẽtare ausus est. Quidam in eo se disertos arbitrantur & doctos, si alieno operi detrahãt: & nõ quid ipsi possint, sed quid nos non possimus dijudicent. Tu autẽ Pãmachi qui nos facere præcepisti hoc, necesse est ut fautor sis imperio tuo: & Amasinios ac Rabirios nostri tẽporis: qui de græcis bonis, latina faciunt non bona: & homines eloquentissimos, ipsi elingues transferũt, euã gelico calces pede: hydrãq; & scorpium, iuxta fabulas poetarũ, aduras cauterio, solea conteras: & scylleos canes ac mortifera carmina sirenarum surda aure pertranseas: ut pariter audire & nosse ualeamus quid uaticinetur Osee propheta: in cuius explanationẽ secundum dictabimus librum. Cũq; tuo læter adminiculo: & in prima urbe terrarum, primũ & nobilitate & religione habere me gaudeã defensorẽ: tñ magis optarẽ illud mihi contingere: quod Titus liuius scribit de Catone: cuius gloriæ neq; pfuit quisq; laudando, nec uituperãdo qsq; nocuit: cũ utrũq; summis prædiri fecerint ingenijs, Significat autẽ M. Ciceronẽ & C. Cæsarem: quorũ alter laudes, alter uituperationes supradicti scripsit uiri. Dum enim uiuimus & in uase fragili continemur: uidentur amicorum pdesse studia: & nocere æmulorũ opprobria. Postq; autem reuersa fuerit terra in terrã suã: & tam nos qui scribimus, cq; eos qui de nobis iudicant, pallida mors subtraxerit, & alia uenerit generatio, primisq; cadentibus folijs uirens sylua succreuerit: tũc sine nominũ dignitate, sola iudicantur ingenia: nec consyderat qui lecturus est, cuius: sed quale sit quod lecturus est: siue ille episcopus, siue sit laicus, imperator & dominus, miles & seruus: aut purpura & serico, aut uilissimo panno iaceat: non honorum diuersitate. sed operũ merito iudicabitur. C

COMMENTARIORVM DIVI HIERONYMI IN OSEE PROPHETAM AD PAMMACHIVM LIBER SECVNDVS

B Clãgite buccina ẽ Ephraim & Israel & iudã, mẽses singuli, siue rubigo cũ suis partib⁹ deuorabunt. Quãobrẽ præcipio uobis q audi tis, ut nõ uoce sublimi: sed clara buccina cõ crepetis: claro enim auditu opus est, ut oñes audiant qui in circũitu sunt. Clangite buccina in gabaa: cui⁹etymologiã i colles Lxx. transtulerunt: & tuba in Rama, quæ interpretat excelsa: iste aũt duæ, sunt in tribu beniamin, uicinæ sibi mutuo ciuitates: id est gabaa, in qua natus est saul: & rama, quæ est iuxta gabaa, in septio lapide a hierosolymis sita: et quã rex israel occupare conatus est, ut exitũ & introitum clauderet tribui iudæ. In gabaa itaq; & in rama clara buccina & tuba personate: quoꝝ buccina pastoralis est: & cornu recuruo efficitur: unde & ꝑprie hebraice שׁוֹפָר. græce κερατινὴ appellatur. Tuba autẽ de ære efficitur uel argento: qua in bellis & in solennitatibus concrepabant. Super bethauẽ, quæ quondã uocabatur bethel: id est in tribu ephraim in qua uitulus aureus erat: nõ clãgore & sonitu, sed ululatu opus est: quia uicina captiuitas est. Et pulchre dixit qđ bethauen post tergum sit beniamin: ubi enim tribus finitur beniamin, haud procul in tribu ephraim hæc urbs condita est. Idcirco autem dico atq; præcipio: clangite buccina in gabaa, & tuba in rama, & ululate in bethauen: quia domus regia ephraim, siue ipse ephraim, hoc est imperium israel, iam in desolatione erit: & instat uicina captiuitas. In die ꝯreptionis, atq; supplicij decem tribuum israel: ostendi mea fidelia uerba: quæ per prophetas comminatus sum: ut quod sermone prædixeram, opere comprobarem. Quidam bethauen iuxta. lxx. qui dixerunt domus ὤν, ciuitatem solis, interpretati sunt: & solem iusticiæ christũ dicẽtes, urbem illius eccleſiã esse uoluerũt. Quod mihi displicet: Neq; em̃ domus idoli, quã Aquila interpretatus, est domum inutilem, iuxta tropologiam ad eccleſiam referri potest: Sed hoc dicam⁹, q hæretici q in gabaa & rama, excelsam sibi scientiam pollicentur, iubeantur ululare in domo idoli: et non sint ante faciem beniamin, qui interpretat, filius dextræ: sed post tergum eius, ubi oculos non habet. Omnis enim ephraim iactãtia, quæ interpretatur ubertas: breui in desolatione erit: & cum iudicij inquit dies & tempus correptiõis aduenerit: uerba mea nõ esse inania, rebus ostẽdam. Pro eo qđ transtulimus nos, post tergum tuũ beniamin: Lxx. uerterunt, mente motus est beniamin: semper ἔκστασιμ, id est mentis excessum, beniamin uiro ecclesiasti, co aptãtes: Vnde & in sexagesimoseptio psalmo dicit: Ibi beniamin adolescentulus in mentis excessu. Et in benedictionibus iacob sub persona beniamin, de qua tribu paulus apostolus fuit, scriptum legimus: Beniamin lupus rapax, mane comedet predã, & ad uesperã dabit escã. Qui em̃ in principio ꝑsequebatur eccleſiam, postea in toto orbe, euangelij credentibus alimenta largitus est. Vnde & saul qui de tribu beniamin fuit: in mentis excessu, tota die usq; ad uesperum uaticinatus est inter prophetarum chorum. D

גִּבְעָה

רָמָה

בִּנְיָמִין

אֶפְרַיִם

Gen. 49. d

1. Reg. 10. c

Clangite buccina in gabaa, tuba in Rama: ululate in bethauẽ post tergũ tuum beniamin: ephraim in desolatione erit in die correptionis, in tribubus israel ostendi fidem.

Clãgite tuba sup colles: sonate sup excelsa: predicate in domo ὤν: mẽte excidit beniamin: ephraĩ in desolatiõe fact⁹ est in dieb⁹ correptiõis: in tribub⁹ isrł ostẽdi fidelia.

Facti sunt

E

a ¶ Facti sunt principes iuda ꝛc. Ductis ephraim & israel in captiuitatē, & redacta terra eorū in solitudinē: principes iuda qui flere debuerant: & suū populū cohortari ut recederent ab idololatria, ne & ipsi similia sustinerent: cœperunt gaudere atq; lætari, quod pateret sibi terra eorum ad possidendū latius: & facti sunt quasi assumētes terminos israel, transeuntes fines suos: & in locis quondam eorū, regnū suū & possessionem dilatare cupientes. Quamobrē dicit dñs: Et sup ipsos principes iuda uenient babylonij: & ita eos quasi aquæ impetus occupabunt: non suis uiribus, sed indignatione mea. Dicit quoq; & ad principes iuda, hoc est ecclesiæ: qđ nō debeant exultare: & hæreticorū perditionem suam salutē æstimare: sed potiꝰ plangere, qđ illi perierint. Vnde &

Ro.11.c apl'us Paulꝰ docet ecclesiasticos uiros, ne glorientē sup fractione iudaicoꝝ ramorū: sed potiꝰ timeāt ne & ipsi

2.Cor.11.g franganē. Et in alio loco: Quis ait scandaliçat, & ego non uror? Alioquin sup tales prncipes qui in alioꝝ miserijs gloriantē: & idcirco se stare putant si alij corruant: effundet dñs

F quasi aquam iram suam. Pro ira, Lxx. ὄρεμμα: id est impetū transtulerūt: & putant quidā pro benedictione accipi-

Ps.45.a endū, iuxta illud qđ alibi legimus: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Sed rectius (ut omnes præter Lxx. transtulerunt) ira accipienda est: præsertim cū nomen effusionis & iræ cōueniat: dicente propheta ad dñm: Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ cōprehendat eos. Transferunt principes iuda terminos quos posuerūt patres eorū: qñ immutant mēdacio ueritatē: & aliud prædicant q̄ ab apostolis acceperūt. b ¶ Calumniā patiēs est ephraim ꝛc. Si impius est ephraim, & ꝓpter impietatē suam erit in desolationem: quō nunc dicit: calumniā patiens ephraim fractus iudicio? qui enim calumniam patitur & frangit, iudiciū eius inique opprimit: maxime cū causa iusta ponatur, quare sit traditus captiuitati: Sequit enim: quoniā cœpit abire post sordem: hoc est, post idola quæ sordibus cōparanē? Quod

4.Reg.15.d ergo dicit, hoc est: opprimit ephraim ab assyrijs: primum a phul, deinde a teglathphalasar, postea a salmanasar: nō qđ illi iusti fuerint, qui eum oppresserūt, & idcirco traditus eis sit: sed quod qui quondā fuerunt populus meus, me eos deserēte tradunt ad pœnas: & in hoc uideē esse calumnia, non deo, qui iustam infert sententiā: sed his qui tormenta sustinent, dū peioribus se aduersarijs concedunt: Redditq; causam dominus, idcirco eos in hac parte calumniam sustinere, & tradi peioribus, & erga illos iudicium non seruari: quia cœpit ephraim: id est hieroboam abire post idola, & deum derelinquere: ipse em̄ aureos fabricatus est uitulos. Secm Lxx. interpretatiōnē: oppressit ephraim, id est hieroboam aduersariū suū roboam: id est tribum iuda: & in eo oppressit: quia deserta hierusalem & templo, ægyptiarū sordium simulachra sectatus sit. De hæreticis manifestus est sensus: quod sophismatibus suis & arte dialectica sæpe opprimant ecclesiasticos: sed cum hoc fecerint, non mundiciā ueræ fidei: sed sordes sequanē mendacij: qui traditi diabolo & angelis eius, uidentur sibi calumniam pati: & in se fractam esse iudicij ueritatē. Taliter uastat israel, & omnes labores eius assyrio uincēte populant: deumq; perdidit præsulem: & idcirco fractus iudicio est: quia secutus est idola.

c ¶ Et ego quasi tinea ꝛc. עָ lingua hebraica tinea dicit.

a HEB, Facti sunt principes iuda quasi assumentes terminū: sup eos effundam

b quasi aquā iram meā. Calumniā patiens est ephraim: fractꝰ in dicio, quoniā cœpit abire post sordem.

c Et egō quasi tinea ephraim: & quasi putredo domui iuda. Et uidit ephraim languorem suum: & iudas uinculum suū: & abijt ephraim ad assur: & misit ad regē ultorē: & ipse non poterit sanare uos: nec soluere poterit a uobis uinculum.

G

עָ putredo & caries: quorū alterū uestes, alterum ligna cōsumit: ꝓ quibus Lxx. ταραχὴν & κέντρον. i. tumultū uel conturbationē & stimulū transtulerūt. Et notandū q̄ tinea referat ad ephraim: & putredo ad domū iuda. Quō igitur tinea uestimenta consumit: & putredo uel caries ligna: qđ utrunq; longo fit tpe: ita deꝰ & decē tribubꝰ & postea tribubꝰ duabus, lōgo tpe dans locum pœnitētiæ: & eos prouocās ad salutem: thesauriçantes sibi irā in die iræ, q̄si tinea efficiē & putredo: nō q̄ deꝰ tinea sit uel putredo, aut cōturbatio uel stimulus: sed q̄ sustinentibus pœnas, hæc uniuersa uideat. Primus igit cōsumptꝰ est ephraim & israel, deinde secuta est & domus iuda: nō ipse iuda, sed domꝰ eiꝰ: alioquin reseruabat de genere iuda cui repositū fuit: Et ipse erat expectatio gētium. Punitis autē hæreticis: qui itelliguntē ephraim: etiā iudas, scilicet hij q̄ cū eccl'ia permanēt, & hæretico

SEP, Facti sunt principes iuda quasi transferētes terminos: super eos effundā sicut aquā impetū meum. Oppressit ephraim aduersariū suū, conculcauit iudiciū: quia cœpit abire post uana. Et ego q̄si conturbatio ephraim: & q̄si stimulus domui iuda. Et uidit ephraim infirmitatē suā: & iudas dolorē suū: & abijt ephraim ad assyrios & misit ÷ legatos: ad regem iarib: & ipse non potuit liberare uos: nec cessare faciet

rum uel errorib⁹ uel uitijs cōtinentē, simili sententiæ subiacebunt. b ¶ Et uidit ephraim languorē suū ꝛc. Legatos, nō habet in hebræo: Et ubi Lxx. posuert iarib, nos iuxta Symmachū, ultorē uertumꝰ: nam Aquila & Theodotion, iudicē interpretati sunt. Q̄ autē יָרֵב ultorē significet & iudicē, nomen gedeonis ostendit: quē cū cultores baal expeterent ad supplicīū, eo q̄ lucū baal arasq; euertisset: respōdit pater: Vlciscat se baal, aut judicet eum baal: & appellatus est inquit יְרִבַּעַל. i. ulciscatur se baal. Intelligens itaq; ephraim infirmitatē suam: & iudas uinculum suū: q̄ cum decem tribubus peccato fuerat colligatus: non a deo qui soluere poterat, sed a rege assyriorū quæsiuit auxilium. Legimus q̄ sub 4.Reg.15.d rege manahen, qui decē tribubus præfuit: israel assyrijs donа transmiserit: & iudas sub rege Achaç præsidium flagitarit teglathphalasar regis assyriorū: qui eos aduersante deo liberare nō potuerunt: nec captiuitatis uinculum soluere. Possumus uinculum ꝓ quo in hebræo scriptum est בְּזַיִת & Aquila interpretatus est ἐπίδεσιν siue σωδεσμόν. i. colligationē siue cōiurationē, & ad illud tēpꝰ referre: qñ Rasin & 4.Reg.16.b phacee multa de tribu iuda hoim milia uastauerunt: q̄ frustra iudas aduersus reges duos: nō dei, sed assyriorū auxilium flagitarit. Quidā iuxta tropologiā: ephraim & iudā, ad hæreticos, & ad uiros ecclesiasticos referunt: eo q̄ & illi & iudas peccatorū uinculis colligati: iuxta illud quod scriptum est: Funibus peccatorū suorum unusquisq; constringitur: miserint ad assur & ad regem ultorem: id est ad diabolum: de quo legimꝰ: Vt destruas inimicum & ultorem. Et quia non uerum uel auxiliatorem uel iudicem deprecati sunt: idcirco permanere eos fecit in dolore languoris & uinculis delictorum. Legi in cuiusdam cōmentarijs regem iarib christum interpretari. Et quia sequitur: Ipse non poterit sanare uos: Hoc argumento usus est, q̄ hæreticos uel ecclesiasticos peccatores christus sanare non possit in tempore iudicij, ubi nulla ē misericordia: iuxta illud quod scriptum est: In inferno autem quis confitebitur tibi? Et q̄ sanare uel liberare nō possit: nequaq̄ sua imbecillitate, sed eorum merito, qui sero auxilium postularint: Quomodo & dominus dicitur signa in patria sua facere non potuisse: & causa cur non potuerit, exponitur: quia inquit non credebant in eum. Hæc ille dixerit. nos in malam partem regem interpretemur ultorem. Pro eo q̄ nos exposuimꝰ iarib: id est ultorem: alij male legunt יְעָרִים, per ם literā, qđ trans-

In trāslatione Lxx. ταρσὸν reperimus

H

Iudic.6.d

4.Reg.15.d

Ps.79

Ps.84.a

4.Reg.16.b

Ioh.14.a

Ps.118.b

Ps.8.a

Ps.6.b

Ioh.10.a

A ertur in siluas: unde סְרִיָה יְעָרִים interpretat̃ uilla siluar̃.
a ¶ Cum̃ ego q̃si leæna ephraim. Illis eũtib⁹ ad assur, & mittẽtib⁹ ad regẽ uindicẽ uel ultorẽ, q eos sanare nõ poterit, nec soluere uinculũ colligatũ: ostendã qd̃ me aduersante omne hominũ auxiliũ uanũ sit: Ero eũ q̃si leæna ephraĩ, & q̃si catulus leonis domui iuda. Pro leæna, qd̃ hebraice dicitur שְׁחַל, lxx. interpretati sũt pantherẽ, quæ græce similiter dicit̃ & latine: et tã nomẽ bestiæ q̃ oĩs bestia accipi põt: ut qc qd sæuũ in bestijs est: hoc in dei indignatiõe cognoscas: Nihil panthere uelocio⁹, nihil leone fortius: in panthere uelox p̃ assyrios regni samariæ significat̃ interitus: & in leone fortissimũ cõtra hierusalẽ & iudã aliquãto post tpe regnũ ostenditur chaldæorũ. Et quia leænã siue pantherẽ, & leonẽ se eẽ dixerat, metaphoram seruat, & dicit:

a HEB. lum. Quoniã ego q̃si leæna ephraim, & q̃si catul⁹ leonis domui iuda.

b ¶ Ego ego capiã: ⁊ vadã: ⁊ tollã: ⁊nõ est q̃ eruat. Querit̃ si capiẽte, & tollẽte, & tenente deo, nullus de manib⁹ eius põt eripere: iuxta illud quod scriptũ est: Nemo põt rapere de manu patris mei: quomodo iudas de manu dei proditione sit raptus? Ad quod breuiter respondebimus nullum posse rapere de manu dei: posse autẽ eum qui tenet̃ propria uoluntate de manu dei excidere. Qd̃ q̃ sequitur: Vadens reuertar ad locum meũ. Locum, dei magnificentiã & maiestatem eius debemus accipere: ut nequaq̃ p̃ dispensatione descẽdat ad hoĩes, irascat̃ misereatur, obliuiscatur, fiat quasi panther, uertatur in leonem, mutet̃ in bestias: sed res spernat humanas, & p̃mittat eos q̃s antea p̃tegebat hostibus subiacere: ut tabescãt, & deficiãt & intereãt, & postea querant faciẽ dñi, & dicãt: Illumina faciẽ tuã, & salui erimus: Et: Ostẽde nobis dñe misericordiã tuã: & salutare tuũ da nobis. Hæreticis quoq̃ & ecclesiæ negligenti, deus in pantherẽ uertitur & leonem: & tollet ab his predam quã ecclesiæ ante rapuerunt: ut capti saluentur qui liberi perierant: & nequaq̃ habitabit in cõciliabulis p̃uersorũ, sed reuertetur ad locũ suũ: de quo dicit: Ego in patre, & pater in me: & eos spernet atq̃ despiciet donec deficiẽt in impietate, & querant eũ per pœnitentiã a quo fuerant derelicti. Alij locum dei cœlum putant: quo offensus deus ab his qui in terra habitant reuertat̃: & eos faciet disperire, qui clæmẽtissimũ dominũ magnitudine peccatorum, in ferarũ sibi rabiem conuerterunt.

Ps.79. Ps.84.a Ioh.14.b

¶ Ca. VI

In tribulatione sua ⁊c. Ideo deus tradidit ephraim & iudam captiuitati, & nullus est qui de manu ei⁹ possit eripere, & reuertetur ad locum suũ donec deficiãt, et querãt faciem eius: ut quẽ propitiũ præsentẽq̃ non sensẽrant, iratũ & absentẽ requirant: & in tribulatiõe sua orto eis lumine pœnitentiæ, mane cõsurgãt ad eũ: iuxta illud quod in Esaia legimus: In tribulatione dñi recordatus sum. Et in primo graduum psalmo: Ad dñm cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Cũq̃ ad dominũ mane surrexerint, quid loquentur? Venite & reuertamur ad dominũ. Non sunt p̃pria salute contenti, sed se mutuo prouocant: ut reuertantur ad dñm, quem reliquerãt, quẽ propter peccata deseruerãt, a quo fuerant derelicti: quia ipse cœpit, & sanabit nos, qui supra dixerat: Ego ego capiam: percutiet & curabit nos. Pro eo quod nos diximus curabit, omnes similiter transtulerunt, μοτώσει: proprie autem μότα appellantur linteola: quæ inferuntur uulneribus, ut putridas carnes comedant, & extrahant purulentias: artisq̃ medicorum est grandia uulnera longo sanare tẽpore: & per dolorem reddere sanitatem. Percutit ergo dominus & curat nos: q̃a quem diligit, corripit: & castigat omnẽ filiũ quem recipit: & non solum curat, sed uiuificat post dies duos: & die tertio resurgens ab inferis, omne hominum secum suscitat genus. Cũq̃ percussos curauerit, & curatos uiuificauerit, & uiuificatos suscitauerit: tũc uiuemus in cõspectu eius, qui illo absente mortui iacebamus. Viuentes autem in conspectu eius, sciemus eũ, & omni studio sectabimur: ut cognoscamus dñm; quo tertia die resurgẽte, surreximus. His sermonibus explicat̃ illud qd̃ sæpe iã admonuimus: & israelẽ & iudã, id ẽ decẽ & duas trib⁹, tũc unũ habituras esse pastorẽ, & regẽ dauid: cũ crediderint in dñm resurgẽtẽ: frustraq̃ iudæi mille ãnorũ sibi somnia pollicent̃: cũ salus uniuersoꝝ die tertio repromissa sit: q̃ dñs ab inferis resurrexit. Hebræi diẽ secũdũ in aduẽtu christi sui interpretant̃: & diẽ tertiũ in iudicio, quãdo saluãdi sunt: Qd̃ ut concedam⁹ respondeant nobis, quæ sit dies prima: hoc est primus saluatoris aduentus? Et cum respõdere nõ potuerint, inferamus primũ diem esse iuxta quod ipsi uolunt in humilitate saluatoris aduentum: secundũ in gloria: tertiũ in habitu iudicantis. Qui autẽ secundum tertiumq̃ suscipiunt: primũ se perdidisse testantur: quia secundus & tertius sine primo nõ potest appellari.

Hebre.12.b

b ¶ Quasi diluculũ p̃parat⁹ est egressus eius ⁊c. Venite inq̃t & reuertamur ad dñm, q̃a ipse q̃ cœpit & sanabit nos: p̃cutiet & curabit nos, & uiuificabit nos post dies duos: & die tertio suscitabit nos: ipse & nõ ali⁹: Quasi mane & aurora parat⁹ est nobis. De q̃ & uicesimi primi psalmi titulus est: Pro assumptiõe matutina, licet in hebræo scriptum sit: Pro ceruo matutino: eo qd̃ interfecta morte, & tortuoso antiquoq̃ serpente, cupiat ad montana cõscendere: & ipse tenebris dissipatis, oritur nobis sol iusticiæ: ut nostrã illuminet cæcitatẽ. Et pulchre ¶ p̃parat⁹ ẽ inquit egressus ei⁹: de quo iuxta tropologiã in octauodecimo psalmo legimus: Et ipse tãq̃ sp̃õsus egredit̃ de thalamo suo. Qui non solum mane uocat̃, & aurora & diluculũ: sed ueniet nobis, quasi imber tẽporaneus & serotinus terræ. Nos christũ recipimus temporaneũ, quãdo fidei in nobis iacta sunt fũdamenta: & suscipiemus eum imbrẽ serotinũ: quãdo maturis segetibus fruges capiemus æternas, & in dominica horrea recondemur. Ergo iudæi qui temporaneas pluuias nõ receperunt: & absq̃ pluuijs iecere sementem: fructus in ultimo tempore nõ recipient. Hæc est pluuia, de qua dominus pollicetur dicens: Dabo uobis pluuiam temporaneã, & serotinã. Iuxta allegoriã: datur pluuia tẽporanea, quãdo ex parte

Ps.18.b Deu.11.b

E ex parte cognoscimus: datur pluuia serotina, quãdo uenerit qđ perfectum est. Semperq; dñs mane surgentibus paratus est, q possũt dicere: Cõsurgam diluculo. Et: Deus de⁹ meus ad te de luce uigilo: Sitiuit in te ania mea. a Quid faciã tibi ephraim: qđ faciã tibi iuda ꝛc. Quando dicit: qđ faciam tibi ephraim, qđ faciã tibi iuda: parẽtis in perditos filios mõstrat affectũ: iuxta illud qđ in Esaia legimus: Quid est qđ ultra debui facere uineæ meæ, & nõ feci ei? Et ĩ Michea: Popule me⁹ quid feci tibi, aut qđ molestus fui tibi? Respõde mihi: quia eduxi te de terra ægypti: de domo seruientium liberaui te, & misi ante faciem tuam moysen, & aaron, & mariã. Quid igitur faciã tibi ephraim, quid faciã tibi iuda? misericordia uestra, qua uobis semper misertus sum: quasi nubes matutina pertrãsijt, & quasi ros mane consurgens qui orto sole siccatur: Iam eñ captiuitas ꝓpe est: iam uos cerno duci in assyrios, & in babylonios catenatos: dolui uos in prophetis, & uerbis terribilibus cõminatus sum: scalpellum, ignes & cautes ria protuli: ut qui clæmentẽ cõtemnebatis, timeatis offensum: & occidi negligentes in uerbis oris mei, ut ante peccatores uerborũ terrore punirẽ, q̃ captiuitas immineret. Et hæc uniuersa feci, ut iudicij q̃ te iudicatur⁹ sum ueritas apperet: nullusq; dubitaret uos iuste quæ patimini fuisse ꝓpessos. Pro eo qđ est dolaui in ꝓphetis, Lxx. trãstulerũt ἀπεδέρισα ὑυς πϱοφήτας ὑμῶν. i. succidi ꝓphetas uros ipsos pseudoprophetas occisos a dño itelligẽtes: ut q̃ causa erroris fuerant prospera ꝓmittentes: interfecti uerterẽtur in occasionẽ salutis: Et est sensus: ne diceretis, ꝓphetis credidimus: etiã ipsos interfeci, ut omnis uobis peccandi tolleretur occasio. Legimus in regũ uolumine quadringentos quinquaginta ꝓphetas baalim interfectos sub helia: & aliã innumerabilẽ multitudinẽ sub iehu: qui subuertit domũ Achab. Hæc eadem & ad hæreticos, & ad uerũ iudã, qui similia ꝓpessurus est dicta sentimus: qđ ꝓuocet eos dñs ad misericordiã, & reuerti cupiat ad salutẽ. Sed illi delitias huius sæcli & refrigeria, q̃si nubẽ & rorẽ q̃ cito trãseat cõsectẽtur: quibus in euangelio dicit: Stulte hac nocte repetunt animã tuã a te, quæ aũt parasti cuius erũt? Et dies ille purpuratus, q̃ ante ianuas suas iacentẽ lazarũ cõtẽnebat: oñe qđ fruitus est, instar nubis ac roris transisse cognouit. Semper aũt ꝓphetas hæreticorũ interficit deus: dum æterna eis supplicia cõminatur, & aufert de uera uita, & morti scelerũ derelinquit. Nos aũt nubẽ diligam⁹ illã quæ ꝓpetua est, & quæ a mũdi hui⁹ ardore nos ꝓtegit: cui sedens dñs uenit in ægyptum, & omnia ægyptiorũ simulachra cõfregit. Amemus illũ rorem de quo moyses loquitur: Descendant sicut ros uerba mea. Et de quo Esaias dicit: Resurgẽt mortui & resuscitabuntur, qui in sepulchris sunt: ros eñ qui a te est, sanitas eorum est. Sunt q̃ ꝓphetas interfectos uere sanctos æstiment, eo qđ causa populi peccatoris etiã ꝓphetæ occisi sint, & hostibus traditi. b Quia misericordiã volui ꝛc.

Pš.56. Pš.62. Esa.5.b Michee.6.a 3.Reg.18.g 4.Reg.10.c Lu.12.c Luce.16.e Deuter.32.a Esa.26.d

F

a HEB. ræ. Qũid faciã tibi ephraim? quid faciã tibi iuda? misericordia uestra, quasi nubes matutina, & q̃si ros mane pertrãsiens: ꝓpter hoc dolaui ĩ ꝓphetis, & occidi eos in uerbis oris mei: & iudicia tua q̃si
b lux egrediẽt. Quia misericordiam uolui, & nõ sacrificiũ: & scientiam dei plus q̃ holocausta: ipsi autem sicut adam transgressi sũt pactũ: ibi preuaricati sunt
c in me. Galaad ciuitas operantiũ Idolum, supplantata sanguine: & quasi fauces uirorum latronũ, siue
d uiri latronis. Pârticeps sacerdotũ in uia interficientium pergentes de sichẽ: quia scelus operati sunt.

In domo

SEP. Quid faciam tibi ephraim: quid faciam tibi iuda? misericordia autem uestra, quasi nubes matutina, & q̃si ros mane ꝓtrã siẽs: ꝓpterea succidi ꝓphetas uestros: occidi eos in uerbo oris mei, & iudiciũ tuum quasi lux egrediet. Quia misericordiã uolo, & non sacrificium: scientiam dei magisq; holocausta: ipsi uero sunt sicut homo præteriẽs testamẽtum. Ibi eñ contẽpsit me galaad, ciuitas quæ operatur uana: & conturbat aquã: & fortitudo tua uiri piratæ. Absconderunt sacerdotes uiam domini, interfecerunt sicima, quia iniquitatem operati sunt.

In domo

G

H

d̃ sequit in Lxx. Ibi cõtẽpsit me galaad ciuitas, quæ operat uana, & reliq̃: sequẽti capitulo coaptanda sũt. nos quod ꝓpositum⁹ differamus: Dolaui eos in ꝓphetis, occidi in uerbis oris mei: grauia cõminat⁹ sum, ut misererer pœnitentiũ, ut lapsis atq; surgẽtibus porrigerẽ manũ. Neq; eñ in sacrificijs delector & uictimis, & holocaustorũ mꝛtitudine: Victimæ meæ & holocausta, salus credẽtiũ, & cõuersio pctõꝝ est. Ipsi aũt imitati sũt adã, ut qđ ille ĩ paradiso fecerat, pactũ meũ legẽq; præteriens, isti in terra facerẽt: Et ibi, hoc est in paradiso, oẽs præuaricati sunt in me, in similitudinẽ præuaricationis adã: Nõ eñ mirũ si qđ in parẽte præcess, sit, etiã in filijs cõdemneť. Quotidie de⁹ & eos q̃ extra eccliam sũt & q̃ peccant in ecclesia cõmorantes, ꝓuocat ad pœnitentiã, & dicit eis: Misericordiam uolo, & nõ sacrificium, & scientiam dei plus q̃ holocausta. Illi uero offerũt panẽ sacrilegũ, & dant elemosynas, et sectari uidenť humilitatem: quæ ego si uere fiant, holocausta interpretor. Cũ autẽ sciam dei reliquerint: frustra trũcato capite fidei cætera mẽbra habere se iactãt: præuaricati sũt eñ pactũ dei in ecclesia, sicut adam præuaricatus est in paradiso: & imitatores se antiq parẽtis ostendunt: ut quõ ille de paradiso, sic isti eĵciant̃ de ecclesia. c Galaad ciuitas operantiũ idolũ ꝛc. virorũ latronũ siue viri latronis: utrũq; eñ legi potest. Legimus in ramoth galaad unctum esse in regẽ iehu, q̃ sanguinẽ sanguini miscuit: & Achab subuertit domũ: & añ solis ortũ aceruos capitum filiorꝝ eius iussit statui: in hac urbe trãs iordanẽ in possessiõe trib⁹ gad, idolũ cõsecratũ est: quæ habitabat̃ a sacerdotibus: nã & ipsa fugitiuorũ ciuitas fuit: Quanto igit̃ celebrior & maioris auctoritatis, quia in partẽ sacerdotũ fuerat delegata: tãto trãs iordanẽ habitãti israel principiũ idololatriæ & malorũ omniũ fuit: ut qui primi peccauerant, primi ab assyrijs caperentur. Et qm̃ ipsa ꝓuincia plena est latrociniorum, comparat eos latronibus: ut quomõ illi uiatoribus, sic sacerdotes simplicitati populi insidiati sunt: Porro scd̃m tropologiã, galaad interpretat̃ trãsmigratio testimonij: & cõtemnit deũ, dum testimonia scripturarũ ad peruersa deprauat dogmata, & oĩa opera illius uana sunt: cõturbatq; eccleſiæ aquas: & de purissimis fontibus cœnosos & sordidos riuos facit, q̃ maculent potius q̃ mũdent baptiçatos: Quisq; fortitudo huius urbis, q̃si uiri piratæ est, dũ imitat̃ diabolũ, q̃ in hui⁹ sæcli mari, in q̃ naues ꝓtrãseũt, insidiat̃ his q̃ ad portũ puenire cõtendũt. Denicq; Symmach⁹ manifestius interpretat⁹ est, dicens: Et fauces tuæ q̃si uiri insidiatoris. De istiusmodi piratis in iob legim⁹: Nõ est dilatio piratis. Quamuis eñ in præsenti sæculo se iactare uideanť, & cõturbare aq̃s, & operari uana, & exercere piraticam: tamen non est mora pœnarũ, quæ eos uelociter cõprehendent. d Pârticeps sacerdotũ in uia ꝛc. Symmach⁹ hũc locũ ita interpretatus est: societas sacerdotũ in uia interficiebãt sichẽ. Theodotion hoc modo: absconderũt sacerdotes uiã, interficiebãt in

dorso

4.Reg.9.d Hiere.20 Hebre.12. Pš.12 Gene.49

A dorſo. Aqla: participatio ſacerdotū in uia occidebāt hume
ros: q̄p cū intelligētiā iuxta hiſtoriā quererem⁹ ab hebræo:
ita nobis expoſitū eſt. Sacerdotes bethel īmo fanatici betha
uē, tpibus paſchæ, & pētecoſtes, & ſcænophegiæ: qñ p ſichē:
quæ hodie neapolis appellat, eundū erat hieroſolymā: ubi
ſolū licebat uictimas
īmolare, ponebant in
itinere latrones, q inſi
diarēt pgētib⁹: ut ma
gis uitulos aureos in
dan & in bethauen, q̄p
in hieroſolymis & ī tē
plo adorarēt deū, Q2
aūt dicit: Participatio
& ſocietas ſacerdotū,
cōiurationē eop̄ ſigni
ficat & in mala pte cō
ſenſum: Sin aūt legere
mus, ut nos interpre
tati ſumus, particeps
ſacerdotū: ad galaad
inquit referendū eſt,
quæ operatur idolū:
& ſupplantata eſt ſan
guine, qđ ſacerdotū
impietatem ſecuta ſit,
& latrocinijs uacet ac
ſanguini. Hoc illi dixe
runt: Nos dicamus in
tercludere hæreticos
uiam, ne de ſichem, id
eſt de bonis operibus
pergamus in hieruſalē, id eſt in eccleſiā: Iſti ſunt quaſi fau
ces uirorum latronū, & interficiunt eos, qui per huius ſæcu
שכמה li uiam ad ueritatem pergere cupiunt. Sichem interpretatur
ὦμοι, id eſt humeri: in humeris opus intelligimus, & oēs
B falſi ſacerdotes abſcondunt uiam, & occidunt hoīes malis
operibus, ne perueniant hieruſalem. Q2 autem humerus
opus ſignificet, illud oſtēdit: Da cor tuum in humerū tuū,
Gene.49.c hoc eſt, quæ intelligis, uerte in opera. Et de iſachar legim⁹
quod ſuppoſuerit humerū ſuū ad laborandū, & uir agrico
la ſit. a ¶ In domo iſrael ꝛc̄. De hoc ſcelere & horrore
Hiere.2.c. terribili, eſt Hieremias locut⁹: Obſtupuit cœlū ſuper hoc,
& exhorruit terra uæhementer. Quid enim horribilius, q̄p
decē tribus ad idolorū cultum repente tranſgreſſas? Vnde
ad metropolim earū dicit: Aufer uitulū tuū ſamaria, in qua
primus fornicatus eſt ephraim. i. hieroboā de tribu ephra
im: & illo fornicante cōtaminatus iſrael eſt, populus uideli
cet ſamarie: q magna ex parte cōmune iſraelis nomen obti
nuit. Vnde & ad iudā ſermo conuertit: Tu quoq̄ iuda po
ne meſſem tibi: & eſt ſenſus: Non te putes eſſe ſecurum, q̄p
iſrael captiuus abducitur: tu quoq̄ præpara tibi ſegetes, ut
metantur: non multo em̄ poſt tpe duceris captiuus in ba
bylonē: & meſſionis tuæ tempus aduenit: cūq̄ te chaldæi
meſſuerint, cōuertā rurſum captiuitatē populi mei: et ſub
Cyro rege perſarū, & artaxerſe reducā populū meū. Et no
ta, q̄p ſignificanter iudæ captiuitas, & regreſſio pariter ꝓphe
tetur. De iſrael autē, hoc eſt de decē tribubus, & nunc tacitū
eſt: & ſi quando ꝓſperū quid dicitur, in chriſti differtur ad
uentū. In domo autē hæreticorū quotidie uidemus horren
da: fornicantibus primū magiſtris, & populo qui ab eis in
ducitur ſordidato. Iudæ quoq̄, hoc eſt eccleſiæ præcipitur,
ut & ipſe, ꝓpter peccata paret ſibi meſſem, ſiue uindemiam
cū iudicij tēpus aduenerit. Sed huic ignoſcit, & ueniā dñs
Hebre.12.b pollicetur: qa quē diligit corripit: & caſtigat omnē filiū quē
recipit, ut ꝓbatū & purgatū cōdat in theſauros ſuos. Qui
dā hoc q̄p dicit, iudaincipe uindemiā tuā, ſiue pone meſſem
tibi, ad bonā partē referūt: ut punito iſrl̄, iſte opeꝝ ſuoꝝ fru
Ps.125a ctus recipiat: iuxta illud qđ ſcriptū eſt: Qui ſeminat in la
chrymis, in gaudio metēt. Nobis ſuperior ſen
ſus magis placet. ¶ Ca. VII

¶ Vm ſanare uellem iſrael ꝛc̄. Multa ſæpe iſrl̄ ido
lolatriæ accæpit uulnera: & maxime illud quan

a HEB. ¶ In dōmo iſrael ui
di horrēdū: ibi fornicatio
nes ephraim: cōtaminat⁹
eſt iſrl̄: ſed & iuda pone
meſſem tibi cū conuerte
ro captiuitatē populi mei.

SEP. In domo iſrael uidi
horribilia: ibi fornicatio
nē ephraim: cōtaminatus
eſt iſrl̄ & iuda, incipe uin
demiam tuā cum conuer
tero captiuitatē ꝓpli mei.

b Vm ſanare uellē iſrael, & reuela ¶ Ca. VII
ta eſt iniquitas ephraim, & malicia ſamariæ: quia operati ſunt mendacium, & fur ingreſ
ſus eſt, ſpolians latrunculus foris.

c HEB. ¶ Et nē dicant in
cordibus ſuis oīs maliciæ
eorū me recordatū: nunc
circūdederūt eos adinuen
tiones ſuæ: corā facie mea
d factæ ſunt. In mālicia ſua
lætificauerūt

SEP. Vt cōcināt q̄ſi canē
tes in cordib⁹ ſuis, oēs ma
licias eorū recordat⁹ ſum:
nūc circūdederūt eos cogi
tatiōes ſuæ, cōtra faciē meā
factæ ſūt, In malicijs ſuis
lætificauerūt

no ſaluatore poſt effuſionem ſanguinis ſui, & eccleſiam ſuā
tam de iudæis q̄p de gentibus congregatam, uolente popu
li peccata ſanare, & eos ad pœnitētiā reducere: ſubito ephra
im, qui ubertatem falſorum dogmatum repromittunt, &
popul⁹ ſamariæ qui ſe dicit dei præcepta ſeruare: ſurrexerūt D
& operati ſunt idolum falſorum dogmatū: & per illos in
greſſus eſt fur & latro diabolus in eccleſiam: ſiue ipſa do
ctrina hæreticorum ingreſſa eſt, quaſi fur & latrunculus:
de quibus ſaluator dicit in euangelio: Omnes qui uenerūt Ioh.10.b
ante me, fures fuerunt & latrones. Fures inſidiantur, & oc
culta fraude decipiunt. Latrones audacter aliena diripiūt.
Qui enim furantur, nocte furantur & in tenebris. Vnde ſi
gnificanter ait, qđ fur ingreſſus clam ſit: & latrunculus ex
poliet foris: Non enim poſſunt expoliare ueſte chriſti quos
docuerūt: niſi eos de eccleſia foris eduxerint, & in peruerſa
doctrinarum ſuarum uia fecerint ambulare. Fures & latro
nes qui uenerunt ante dominum, non moyſen & prophe
tas, qui ſemper ſaluatoris ore laudantur: ſed pſeudopro
phetas debemus accipere: & poſtea hæreticos, qui nō miſſi
ſūt a domino, ſed ſua uoluntate uenerunt. c ¶ Et ne di
cant in cordibus ſuis ꝛc̄. Ne forſitan inquit dicant in cordi
bus ſuis: uetera nobis deus peccata reſtituit, & patrum de
licta perſoluimus: illi comederunt uuam acerbam, & den Hiere.31.
tes filioꝝ obſtupuerunt: idcirco quæ nunc & in præſentia
rum me uidente fecerunt, & quotidie faciunt, ſequenti ſer
mone narrabo: & oſtendam illis adinuentiones ſuas, ſiue
cogitationes, quibus mala ſtudioſiſſime conſectati ſunt, &
quæ me præſente geſſerunt, nō timētes faciem meā. Q2 aūt
in Lxx: legimus, ut concinant quaſi canentes in cordibus
ſuis, ad illud referendum eſt: qđ ideo fur ingreſſus, ſiue la
trunculus expoliauerit foris, ne in priſtinis diuitijs & ueſti
bus permanentes, repellerent furis latroniſq̄ conſenſum:
ſed cum ſpoliati fuerint concinant cum eis, & uno corde
afficiantur: idcirco recipient quæ fecerunt, & oēs cogita
tiones eorum uel opera, meum non merebūtur aſpectum.
Hæretici quoq̄ non poſſunt uetera contra deum peccata
cauſari, cum quotidie antiquis operibus nouam addāt im
pietatem: et cum perditis pereant ſuiſq̄ ligentur errori
bus: & cū deū ſe celare putēt, oculos eius uitare nō ualeāt.
d ¶ In malicia ſua ꝛc̄. Exponit quæ coram facie eius fece
runt: In malicijs ſuis lætificauerūt regem hieroboam: & in

 mendacijs ſuis

E mendacijs ſuis principes q ſub hieroboā popło præfuerāt. Hæretici quoq; in malicia operū ſuoꝝ lætificauerūt regem diabolū, & in mendacijs dogmatū ꝓuerſorum principes: haud dubium quin mūdi huiꝰ: quoꝝ falſam ſapientiā deſtruit deus. Poſſumus regē apud hæreticos dicere, q primꝰ hæreſim reperit: & principes eos q præpoſiti hæreticorum populiſ, falſum ſibi uendicant ſacerdotium. Et ſimul notandum, qđ in peccatis noſtris gaudeāt cōtrariæ fortitudines & rectores ac principes tenebrarū iſtarū.

a Cōmes adulterantes ꝛc. Qui in malicia ſua lætificauerūt regē, & in mendacijs ſuis principeſ: oēs adulteri ſunt, & inſtar clibani ab hieroboam idololatriæ igne ſuccenſi, ut panē coquerēt impietatis: q cum erroris in anīas eorū miſiſſet in cēdiū: q̄ſi canimus & cliban⁹ primo igne ſuccēſus, paululū cōquieuit: ut nō uim faceret populo, ſed ſuæ eū dimitteret uoluntati, donec fermētareť totū mēdaciū: quicqd em̄ neceſſitate fit, cito ſoluiť: qđ uolūtate arripitur, ꝓſeuerat. Ideo & hic qa trāſlationē a clibano ſumpſerat, q ad coquēdos panes ſuccendiť: ſeruat in reliqs: ut in cōmixtione fermēti totius populi monſtret aſſenſum: quo ſcilicet & rex & popul⁹ pari in idololatria ardore corruerint. Hæreticorū corda diaboli igne ſuccenſa, ut in eis panes coquant̄ antichriſti, nemo ambigit: q idcirco primū qeſcūt in eccl̄a, & loquūť occulte, & oīa pacificare ꝓmittūt: ut cancer paulatim ſerpat in populos, & fermētū doctrinæ eoꝝ: (qđ & dñs intelligens loquiť: Cauete a fermēto phariſæoꝝ) cum intumuerit in cordibus deceptoꝝ: tunc in apertā prorumpunt inſaniā, & impletur in eis qđ a Ioāne apoſtolo dicit: Ex nobis exierūt, ſed nō fuerūt ex nobis: ſi em̄ fuiſſent ex nobis, manſiſſent utiq; nobiſcū. b Dies regis noſtri ꝛc. Obſcurus locus & attento lectoris ſenſu indigens. Vt primū hiſtoriā cognoſcamus: paululū iſrael & ſamariæ ciuitas cō quieuit recepto in ſe erroris ardore, donec tota maſſa fermēto ſimilis fieret, & creſceret atq; erumperet: ac populus intumeſcēs clamaret ad fores hieroboā regis & diceret: Hic eſt dies hieroboam regis noſtri, hic eſt feſtus dies quem nobis cōſtituit imperator noſter: hūc celebram⁹, hunc canim⁹: in hoc exultamus & ludim⁹, in hoc uitulos aureos adoram⁹: Clamāte populo: Principes nō irati ſunt, ut quidā putant: ſed & ipſi cœperūt furere a uino, & intelligentiā ſuæ mētis amittere, obliuiſci dei & in idoloꝝ ligna ipingere. Q̄d cū rex cerneret clamare ſcilicet pp̄m & dicere: Dies iſte regis nr̄i eſt, & principes q̄ſi temulentos, & fanaticos neſcire qd dicerent: extendit manū ſuam illuſoribus, copulauit aſſenſum his q ei uanis laudib⁹ illudebāt. Qui illuſores cū inſi diaretur eis rex ſuus, & eos a deo ſuo abduceret: præbuerūt ei quaſi clibanū cor ſuum, ut eos ſuccenderet, & idololatriæ flammis ardere faceret. Idcirco em̄ aſſenſus eſt populo, qa intellexit omni eos ad errorē mente cōuerſos. Q̄d cū ſequiť: tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flāmæ: hoc ſignificat: poſtq̄ miſit ignem in clibanum cordis eorum, & uidit eos furere, & nullum eſſe qui ſuæ reſiſteret uoluntati: tota nocte dormiuit, id eſt ſecurus fuit: uerſatus in tenebris eſt, dum illi coquerentur & impietatis panem efficerent: Vnde poſtea ſurrexit mane, & ſcelerum ſuorum flammā aperta oſtendit inſania: ut nequa q̄ per inſidias, ſed impudenter a dei cultu ad idolorum cerimonias trāſilirent. Quid pluraꝫ oēs q̄ſi cliban⁹ idololatriæ igne calefacti ſunt, & deuorarūt iudices ſuos: ut etiam qui bon⁹ eſſe potuerat per naturā & religionis dñi recordari: uidēs & principes & populum uitulis ſubditos, & illos putare deos: etiā ipſe a ſcelere deuoraretur. Denicq; oēs reges ceciderunt iſrael: & ambulauerunt in uijs Hieroboam filij Nabath, q peccare fecit iſrł: & nullus inuentus eſt q deſertis idolis reuertaē ad deū. Hæc iuxta hebræoꝝ traditionē audacter magis q̄ ſcienter locuti ſumus, fidē dictorum auctoribus relinquētes: Nunc ad ſpiritualem intelligentiam trāſeamus: inſœlices ppłi: q a rege diabolo, & ab eius principibus ſeducunt̄: ſiue qui ab hereſæos principe, & ab eius ducib⁹ ſolēnitates alias ſuſceperūt: relinquentes eccleſiam, & ueritatem conculcantes fidei, ſolent clamare & dicere: Hæc eſt dies regis noſtri: Verbi gratia: Valentini, Marcionis, Arij, atq; Eunomij. Quod audientes qui eis præpoſiti ſunt, non inebriantur uino, ne leue putetur eſſe peccatum: ſed inſaniunt ex uino: de quo moyſes ſcripſit in cantico deuteronomij: Furor draconū uinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis: hi em̄ comedūt cibos impietatis & uino iniqtatis inebriant̄. Dicit & Apoſtol⁹: Nolite inebriari uino, in q̄ eſt luxuria. Et in ꝓuerbijs legimus: Principes uinum non bibant, ne obliuiſcantur ſapientiæ, & recta iudicare non poſſint. Vnde deceptis & populis & ducibus: princeps extendit manum ſuam, uel illuſoribus & peſtilentib⁹, quales erant filij Heli: et de qbus in primo pſalmo legimus: In cathedra peſtilentium nō ſedit. De quo dicitur: Eijce peſtilentem de concilio, & egredietur cum eo contentio: quorum ſuccenſa ſunt corda, ut allidant quos deceperint. Hoc enim iuxta Lxx. ſignificant cataractæ, quæ nō ſurſum leuant, ſed allidūt deorſum. Quod q̄ dicit: Tota nocte Ephraim in ſomno repletus eſt, oſtēdit hæreticos dormiētes lucem ſolis iuſticiæ nō uidere: Qui em̄ dormiūt, nocte dormiūt, qa oppreſſus eſt ſenſus eoꝝ. Et de his in pſalmis legim⁹: Dormierūt ſomnū ſuū, & nihil inuenerunt. Horū corda calefiunt uarijs perturbationibus: ira, amore: auaricia: & deuorant iudices ſuos: uel ſi qd pñt in animo habere uirtutum, uel ſenſus quibus mala diſcernūt a bonis. Siue hoc dicendum q̄ duces hæreticorum a ſuis populis deuorentur: ut quorum domos deuorant turpis lucri gratia: ipſi eorum deuorentur aſſenſu. Omnes hæretici corum principes ceciderunt, q̄uis clament ad dominum: nullus eſt qui inuocet nomen eius: Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius: inuocabant dominū, & ipſe exaudiebat illos: q hæreticorum reges & principes non exaudit, quia non eſt inter eos qui clamet ad dominū. a Ephraim in populis ꝛc. Factum eſt regnum decem tribuum, ſicut omniū nationū, quia

F

G

H

Matth. 16. a

1. Ioā. 2. c.

Deuter. 32.

Ephe. 5. d

Prouer. 31. a

ps. 1.

Pro. 22. b

ps. 75

Rom. 10. c

A quia receſſerũt a domino: & ſicut ſubcineritius panis, q̃ nõ reuerſatur: hoc eſt, nõ agit pœnitẽtiam: comederunt aſſyrij atq; chaldæi fortitudinẽ eius: & q̃q̃d uiriũ habere poterat deuorauerũt. Tãtæq; uecordiæ fuit: ut deuoratũ eẽ ſe neſciret: aut certe ignoraret cãm, ꝓpter quã fuiſſet deuorãtib⁹ tradit⁹ denicq; uſq; ad ſenectutẽ. i. uſq; ad ultimã captiuitatẽ, in cepto errore ꝑmanſit: Vñ humiliabit̃ ſuperbia iſrl̃, nõ multo poſt tpe, ſed nũc & in pñti: hoc eſt enim qđ dicit, in facie eius: humiliabitur autẽ, quia ſe erexerat, & nõ in deo, ſed in multitudine confidebat exercitus: Et quia ſuperbis deus reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiã. Pro ſuperbia, id eſt גְּאוֹן more ſuo Lxx. ὕβριμ. i. iniuriã trãſtulerũt. Et q̃a ſupra dixerat: Ephraim fact⁹ eſt ſubcineriti⁹ q̃ non reuerſatur: & uidebatur ambiguũ, nec ſatis ſonare quid diceret: nũc ponit manifeſti⁹: Non ſunt reuerſi ad dñm deũ ſuum, & nõ quæſierũt eũ in oĩbus his: qđ ſi fuiſſent reuerſi ad dñm deum ſuum, audiſſent utiq; ꝑ Hieremiam loquentem deũ: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad uos. Et cum tanta fecerint, nõ quæſierũt eũ, quẽ ſuo uitio perdiderũt. Cum aũt debeat ephraĩ (ut ad ſenſum alium tranſferamus)

B docere populos, & ad ſimilitudinem ſui ſubtrahere: ipſe populis commiſcetur, & ſimilis eorum efficitur: iuxta quod ſupra dictum eſt: Erit ſicut populus ſic ſacerdos. Siue ephraim populis & gentibus cõmiſcetur, ut omnes hæretici nihil differãt ab errore gentiliũ. Et q̃ quondã fuit princeps in eccleſia: factus eſt ſubcineritius panis: ex omni parte immundo cinere & ignium ardore circũdatus: ut non reuerteretur ad dñm, ſed in cæpto ꝑmaneret errore. Comederunt dæmones robur eius: iſti ſunt eñ alieni & hoſtes omniũ chriſtianorũ: & ipſe neſciuit, aduerſarios amicos putãs, & deuoratores ſuos arbitrans eſſe cõuiuas: ſed & cani effuſi ſunt in eo, ĩmo efflorueruũt. i. multo errauit tẽpore: & nihilomin⁹ ignorauit ſenectutẽ & uetuſtatẽ ſuã: Heb. 8. d de qua ſcriptũ eſt: Qđ ueteratur & ſeneſcit, prope extermiSapien. 4. b niũ eſt. Et ſi ad iuſtum uirũ, & ad eccleſiaſticũ dicitur: Cani hominis ſapientia eius, quare nõ dicat̃ ad iniquũ, & ad hæreticũ: Cani hominis ſtulticia eius? De hac ſenectute Da-
Da. 13. f niel dicebat ad preſbyteros: Inueterate dierũ malorũ. Vnde & in libro paſtoris: ſi cui tñ placet illi⁹ recipere lectionẽ: Hermæ primũ uidet̃ eccleſia cano capite: deinde adoleſcentula & ſponſa crinibus adornata. Cũq; humilitet̃ ſuperbia hæreticoꝝ, ſiue cõtumelia quã quotidie faciũt eccleſiaſticis uiris: nõ reuertunt̃ ad dñm, ſed in oĩbus his nequaq; requrũt eũ: q̃a calefacti ſũt q̃ſi cliban⁹, & nõ quæſierũt eũ: deuorauerũt iudices eoꝝ, & reges pariter cõciderũt: nec eſt q̃ clamet ad dñm. Quæ uniuerſa ꝓpeſſi ſũt: ut dñm q̃rerẽt, quẽ quærere noluerũt. a Et fact⁹ eſt ephraim q̃ſi colũba ꝛc. Præce-
Matth. 10. b pit dñs in euãgelio: ut ſim⁹ ſimplices q̃ſi colũbæ: & aſtuti q̃ſi ſerpẽtes: ut imitãtes ſimplicitatẽ colũbaꝝ, & ſerpẽtis aſtutiã, nec alijſ nocere poſſim⁹, nec ab alijs patiamur inſidias: ſed ſimplicitate & prudentia, exhibeam⁹ hoĩem tẽperatũ: q̃a prudẽtia abſq; bonitate malicia eſt, & ſimplicitas abſq; rõne ſtulticia noĩat̃. Fact⁹ẽ ergo ephraim q̃ſi colũba ſeducta qđ hebraice יוֹנָה מְפֻתָּה ab Aqla & Symmacho θελγομένη ἢ ἀπατῶμένη dicit̃. i. lactata, ſiue decepta: et a Lxx. ĩſipiẽs, ſiue ĩſenſata: ἄνους enim utrũq; exprimere põt. Et pulchre colũba ſeducta, ſiue inſipiẽs appellat̃, q̃a eſt columba & ſapiens: quæ dicit ĩ pſalmis: Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbæ, & uolabo & requieſcã? Cui⁹ pẽnæ deargentatæ ſũt, & poſteriora dorſi ei⁹ in uirore auri. Ephraĩ aũt colũba inſipiẽs, & non habens cor, intm̃ brutæ mẽtis oñdit̃, ut ægyptũ inuocãs, ad aſſyrios prexerit. Qui enim depræcatus ægyptiorum auxilium eſt, ab aſſyrijs captiu⁹ abducitur. Baculus arũdineus ægyptus: cui qui innixus fuerit ſtatim conteret eum: & fract⁹ atq; cõtrit⁹, manũ trãſforat incũbẽtiſ. Et ut oñderet de⁹ q̃ cõmutãtes loca oc̃los ei⁹ uitare nõ poſſum⁹, & ſp dei regimur ptãte: Cũ inq̃t, pfecti fuerint in aſſyrios, etiã ibi extẽdã rete meũ: & ſi exaltati fuerint ut uolucreſ, inde detrahã illoſ. Detrahã illos aũt nõ ĩ

C

c ¶ Propter malicią adinuentionũ eorũ ꝛc. omnes pꝛin/cipes eorum receden/tes siue inobedientes. Et de hæreticis qui/dem non est dubium, quin de domo dei eie ćti sint, & non addat ut diligat eos, ꝙdiu in errore permãserint: omnesq; principes eo rum recedentes a deo sũt, siue inobediẽtes, ut Valẽtin⁹, Marcion & cæteri. Possumus principes hæreticorũ dæmones dicere, qui uere a deo recesserũt: & appellantur princi/pes, iuxta quod domi nus loquitur in euan/gelio: Veniet priceps huius mundi & inue/niet in me nihil. Et apꝛus aduersus potestates, & principat⁹ & rectores tenebrarũ istarũ pugnare nos dicit. Queriẽ aũt iuxta historiã quomodo de domo sua eiecerit eos. i. decem tribus, cum in domo dei non fuerint: Sed domum dei uel terrã sanctam appellabimus in quã introducti sunt: uel fal sum nomen israelis: uel qđ ad eos, quasi ad populum dei mittebantur prophetæ: quod autem non addat ut diligat eos, & omnes reges israel a deo fuerint recedentes, pspicuũ est: usq; hodie enim permanent in captiuitate. Alij hoc qđ scriptum est, de domo mea eijciam eos: ad regnũ iuda refer ri arbitrantur: quod & ipsi ducendi sint in captiuitatẽ. Sed quomodo eis poterit adaptari: nõ addam ut diligam eos: cum postea hierosolymã sint reducti, et omnes principes eorũ recedẽtes: cum legerimus Dauid Asa Iosaphat, Eze/chiam, Iosiam reges fuisse iustos? Vnde ad christi tempora transeundum est: quod in aduẽtu eius eiecti sint de domo dei: & nequaꝙ saluentur ut israel, sed ut populus christia/nus. Vnde & dominus fecit sibi flagellum de funiculis, & eiecit eos de templo: quia domum patris eius fecerant do/mũ negociationis. d ¶ Percussus est ephraim ꝛc. Meta/phoram sumit ab arbore: cui⁹ si radices aruerint, fructũ af/ferre non poterit: et si paululum fecerit, statim in ipso flore siccabitur. Dicit autem de ephraim: cuius radix aruit, quia deũ in quo fundatus erat perdidit: siue patres suos abrahã Isaac & Iacob, in quibus radicem miserat, habere non me/ruit: & propterea fructũ iusticiæ non faciet: quod & si fece/rit, interficiam inquit amãtissima uteri eius: iuxta id quod supra dixerat: si enutrierint filios suos, absq; liberis eos fa ciã in hoĩb⁹: unde & abiecit eos deus, & fecit ire captiuos: & erunt uagi in nationib⁹. Possumus hoc ipsum, & de om/nibus iudæis dicere: quorum quia principes a deo recesse/runt, commouentes populum, ut eum ad mortem expete/rent: propterea eiecit eos de domo sua: & nõ addet, ut ultra diligat eos: Percussit radicem eorum & exiccauit, & fructũ ultra non facient: quod & si fecerint, & uisi fuerint scriptu/ram sanctam legemq; meditari: & quasi amantissimos fi/lios aliquid sciẽtiæ atq; doctrinæ de suo corde protulerint, aduersante domino succideẽ. Abiecit emꝫ eos deus omniũ prophetarum: quia non audierunt eum: & uagi erũt in na/tionibus: non habentes altare, non sedem, non ciuitatẽ pro priam. Vnde & dauid loquitur in psalmo: Ne occidas eos, ne quãdo obliuiscantur populi mei: disperge illos in uirtu te tua. Et in alio loco: Secundum multitudinem impietatũ eorum expelle eos, quoniam irritauerũt te domine. De hac arbore etiam in euangelio legimus: Iam securis ad radices arborũ posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bo num, excidetur & in ignem mittetur. Hæreticos fructus fa

cere non

Ioh.14.d
Ephe.6.b
Ioh.2.c
Matth.3.c

Pſ.123.a
Pſ.30.e
Ibi.in.a
Sapien.3.c
Sapien.3.d
1.Reg.10
Pſ.58.c
1.Reg.17.a
Pſ.5.c

A cere non posse uirtutũ, quia dñm perdiderũt: in quo iuxta
Eph.3.d Apostolũ radicati esse debuerãt & fundati, nemo dubiter:
quod & si fecerint, & aliqs uteri sui fœcũditate generarint,
dño aduersante morienť: Siue qa fructus eorũ, uniuersa
que fingũt, & de suo corde generãt, arefiẽt & peribũt: & erit
cunctis pspicuũ siccã radicẽ fruges afferre nõ posse. Isti abiciẽ-
tur, ĩmo abiecti sunt a deo: quia nõ audierũt
Deu.19.d eum dicentẽ: Ne transferas terminos quos posuerũt patres tui. Et idcirco uagi erũt ĩ nationibꝰ: nunc ad has, nũc ad illas sentẽtias trãseuntes, dũ non eis placet, qđ semel reperierint: sed semp uetera mutãt nouis, & ethnicorum imitantur errores.

a Ca. X Vitis frõdosa isrł: ꝛc. Pro uite frondosa: Aqla ĩterprætatꝰ est ἔννυδρον quam nos aqsam uel ἔξοιμον possumꝰ dicere, eo qđ uini pdat saporẽ: Symmachus ὑλομένουσαμ q̃ tota in frõdibꝰ creuerit. Vites quæ putatæ a uinitore nõ fuerint, in flagella frõdescẽ luxuriant: & humorẽ quẽ debuerãt in uina mutare, uana frõ diũ & foliorũ ambitiõe dispdũt: istiusmodi uitis dãnosa est agricolis. Talis fuit israel, crescẽs in multitudine ppłorũ, & nõ reddens fructus agricolæ deo. Dicamus & aliter. Vitis frõdosa siue iuxta Lxx. εὐκλήματοῦσα. id est bonas habẽs propagines, & flagella fructifera: multos botros attulit: & uuarũ fœcũditas, ramorum magnitudinẽ coæquauit. Sed hæc quæ prius talis erat anteq̃ offenderet deũ, postea abundantiã fructuũ uertit in offensæ multitudinẽ: ut quãto plures haberet populos, tãto plura ædificaret altaria, & abũdãtiã terræ numero uinceret idolorũ. Pro simulachris, Lxx. uerterũt στήλας, quas nos statuas, uel titulos appellamus: qui proprie dæmonũ sunt, aut hominũ mortuorum. Ita & hæretici dũ essent in ecclesia plantati, & crescerent in domo dei, uocabanť uinea sorech, & afferebãt uberrimos fructus: postea uero quãto plures facti sunt, tanto sibi multiplicauerũt altaria: ut pro uno altari qđ uerũ est, plures erroris sui aras extruerẽt: & iuxta ubertatẽ terræ suæ exuberauerũt simulachris. Hæreticorũ terra fœcunda est: qui a deo acumẽ sensus & ingenij ꝓcipiẽtes: ut bona naturæ in dei cultũ uerterẽt, fecerũt sibi ex his idola. Nullus em̃ põt hæresim struere, nisi qui ardentis ingenij est: & habet dona naturæ quæ a deo artifice sunt creata. Talis fuit Valẽtinus: talis Marcion, qs doctissimos legimꝰ. Talis Bardesanes, cuiꝰ etiã philosophi admiranť ingeniũ. Isti ergo terræ suæ bona uerterũt in titulos mortuorũ: qa oĩs doctrina eorũ nõ ad uiuẽtes referť sed ad mortuos, tã eos quos colũt q̃ illos quos decipiunt.

b Diuisum est cor eor ꝛc. Tradũt hebræi huiuscemodi fabulã: suspitionẽ suam scripturarũ auctoritate cõfirmãtes. Qđiu & reges & ppłi pariter uitulos aureos adorabãt: & habebãt in impietate cõsensum: nõ uenit captiuitas. Extremus rex decẽ tribuũ fuit Osee: de quo scriptũ est: quod fecerit quidẽ malũ Osee in cõspectu dñi: sed nõ sicut reges israel
4.Reg.17.a qui fuerũt ante eũ: cuiꝰ nono anno salmanasar rex assyriorũ cœpit populũ israel, & eduxit eos in assyrios, & habitare fecit iuxta flumẽ goçan in ciuitatibꝰ medorũ. Quæriť ergo quare sub pessimis regibus capti nõ fuerint: sed sub eo qui

Vitis fron/ Ca.X
dosa isrł: fructus
abundans in ea:
scđm multitudinẽ fructuũ
suorum multiplicauit alta
ria: iuxta bona terræ eorũ
ædificabũt titulos. Diuise/
rũt corda sua: nũc pibunt:
ipse suffodiet altaria eo/
rum: affligentur tituli eo/
rum. Propterea nunc di/
cent, nõ est rex nobis: quia
nõ timuimus dominum:
rex autem quid faciet no/
bis? loquẽs uerba, occasio
nes mẽdaces: disponet te/
stamentum: orietur sicut
gramen: iudicium super
desertum agri.

C cœperat ex pte aliqua ad meliora cõuerti? Ad qđ hæc inferũt: excusabat se primũ populus & dicebat: regũ paremus imperijs: nec possumꝰ eorũ resistere tyrãnidi: colimꝰ uitulos qs adorare cõpellimur: in diebꝰ aũt Osee ab eodẽ rege præceptũ est, ne tãto studio uituli colerenť: sed qui uellet iret in hierusalẽ & in tẽplo sacrificaret deo: huic aiunt sentẽtiæ populus contradixit: Et hoc est quod nũc dicit: diuisum est cor eorũ, hoc est regis & populi: & nulla excusatione remanẽte, nũc interibũt & tradenť æternæ captiuitati: statim em̃ ut ppłs dissẽsit a rege, uenit interitꝰ. Quodq; sequiť: ipse confringet simulachra eorũ: de deo dicit: arasq; depopulabiť: nõ qđ deus ipse propria hoc fecerit manu, sed qđ p hostes uolũtas eiꝰ expleta sit. Hæreticoq; inter se corda diuisa, & contrarijs repugnare sententijs, etiã ipsi nõ negãt dũ diuersa sentiũt: Vnde disperdentur & cõfringet siue suffodiet dñs simulachra uel altaria eorum, quæ de suo corde finxerũt: & uastabit titulos quibꝰ
D singuli suis appellanť noĩbus: & uocauerũt noĩa sua super terras suas, ut nequaq; christi ecclesiæ, sed illius uel illiꝰ esse dicanť. c Quia nũc dicẽt ꝛc. Postq; cõfregerit deꝰ simulachra israel, & depopulatꝰ fuerit aras uel statuas eorũ: & extrema captiuitas uenerit, dicent: non est rex nobis. Et ne in longũ tẽpus putẽt sententiã ꝓtelari, addidit: Nũc dicẽt, qñ uastanť, qñ sentient osee regẽ ultimũ a se esse sublatũ: ideo rex ablatꝰ a nobis est: quia nõ timuimꝰ dñm uerũ regẽ: hõ em̃ rex ꝓdesse qd poterat? Dicite quid uultis, errores uetres suspirate: pollicemini uobis ꝓspa q̃ uertenť in cõtraria: fœdꝰ ferietis, neq; q̃ cũ deo, sed cũ mẽdacio: Et post fœdꝰ, qđ Lxx. interpretati sunt, testamentũ: germinabit uobis, nõ seges fœcũda frumẽti, nõ saltẽ iumẽtorũ cibos hordeũ, nõ legumĩa uaria, nõ uites quæ fructꝰ suos in musta desudãt, nõ poma arbores germiabũt, quæ humorẽ terræ in uarios mutant sapores: sed orieť uobis amaritudo, ĩmo amaritudinis iudiciũ: siue ἄγχωσιν, quã latine in gramẽ uertimꝰ. Est em̃ genus herbæ calamo simile, quæ p singula genicula, fruticẽ sursum & radicẽ mittit deorsum: rursusq; ipsi frutices & uirgulta alteriꝰ herbæ seminaria sunt: atq; ita in breui tpe si nõ imis radicibꝰ effodiať, totos agros uepriũ silẽs facit. Deniq; etiã si sicca eiꝰ aliq̃ pars, dũmodo geniculũ habeat, sup cultã terrã ceciderit: oĩa replet gramĩe. Hæc diximꝰ iuxta Lxx. interpretes: Cæterũ in hebraico אֲחָזָה scriptũ habet: q; in amaritudinẽ uertiť: hoc est amaritudinis iudiciũ: de quo & dñs loquiť in euãgelio: In iudiciũ ego in mundũ istũ ueni: & de alijs scriptũ est: qđ recipiãt amplioꝰ iudiciũ. Discipuli quoq; Iob.9.g
cõtrariorũ dogmatũ cũ eorũ fuerint cõtrita mẽdacia: & aræ Mar.12.d
luciq; subuersi, sero dicẽt: Nõ habemꝰ reges qui nobis prioꝰ imperauerãt: qbꝰ decipiẽtibꝰ, dñm nõ timuimꝰ: qd em̃ nobis profuit illos sequi q̃rũ in necessitate nõ sentimꝰ auxiliũ? Hæc loquenť quærẽtes aliquã excusationẽ, ut nõ p se sed p doctores pessimos errasse uideanť. Vnde & Lxx. uerba eorũ, excusatiões falsas trãstulerũt: quas propheta deuitat, dicẽs: Ne declines cor meũ in uerba maliciæ ad excusandas excu/ ps.140.a
satiões in peccatis: libẽter uitijs nostris applaudimꝰ: & superati uoluptatibus, obtendimus carnis infirmitatẽ, aut dura

c maiorũ imperia

E

maiorum imperia: unde uerba & uisiones hæreticorũ inutiles erunt. Et feriẽt fœdus, nequaq̃ cũ deo, sed cũ amaritudine: quæ cũ dies iudicij aduenerit, germinabit super sulcos agri eor̃: ut q̃ seminauerũt in gaudio, metãt in lachrymis: qui riserũt, fleant: qui habuerũt consolationẽ, lugeant. G

Cõmentarij secũdi in Oseeprophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM IN OSEE AD PAMMACHIVM PROEMIVM

NOn ignoro Pammachi, difficillimum me duodecim prophetarũ opus cudere: certe interpretatũ latinis: & quod magis temeritatẽ nostrã possit arguere, q̃ scientiã prodere. Sed quia tibi hortanti, imo imperãti, negare nihil possumus: & pro offerentiũ uiribus in gaçophylatiũ dei, multor̃ diuitias, duo mulieris pauperis æra superarũt: Luce.21.a quicquid possumus, primũ deo, deinde tibi qui dei es soluimus: illiusq̃ semper uersiculi recordamur: Pollio & ipse facit noua carmina. Cũq̃ aptum fautorẽ pro iure amicitiæ esse te gaudeã: tacitum eruditionis tuæ iudiciũ ptimesco: magisq̃ te laudantem q̃ aduersarios detrahẽtes metuo. Illis em̃ æmulatio detrahit fidem: & nõ tam iudices q̃ accusatores uocãdi sunt. Tu autẽ qui diligis, nequaq̃ psonarũ, sed rerũ ꝓmis sententiã: q̃q̃ & amor recipiat errorem: pulchrũ q̃ sit illud θεόφράσου, quod Tullius magis ad sensum q̃ ad uerbũ interpretatus est τυφλὸν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. id est, amantiũ cæca iudicia sunt. Attamen in istã partẽ peto magis ut labaris: non odio sed amore. Tertiũ in Osee ꝓphetã dictamus librũ: & ad uaccas bethauen usq̃ peruenimus: nobisq̃ interpretationis uela pandẽtibus, tu debes ꝓpheticũ illud dicere: A quattuor uẽtis cœli ueni spiritus: ut celeri cursu uarios insidiantiũ scopulos transeuntes; merces dominicas, ex omni parte sæuiente naufragio: ad portus tutissimos perferamus. Ecce.37.c

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN OSEE PROPHETAM LIBER TERTIVS.

F יְרַע

VAccas bethauen coluerunt ꝛc. Quæ sit bethauen: ꝓ qua Lxx. transtulerũt, domũ ὤν, & qui sit rex Iarib q̃ interpretat ultor: supra pleni⁹ disputauim⁹. In bethauen igitur, id est bethel, uaccas aureas coluerunt habitatores samariæ: quas cũ irrisione nõ uitulos sexus masculini, sed uaccas, id est fœminas appellauit: ut uidelicet israel non solũ deos uitulos, sed deas uaccas coleret. Et ut ostenderet uaccas bethauen, unũ in bethel uitulũ sentiẽdum, nõ intulit: luxit super eis populus, sed super eo, id est uitulo aureo. Si autẽ luxit populus, quare æditui eius super eo exultauerunt? Tradunt hebræi uitulos aureos a sacerdotibus furto esse sublatos: & pro his æneos & deauratos repositos. Cum igitur lugeret populus tempore necessitatis & angustiæ: etiã uitulos aureos inter munera cætera assyrijs regib⁹; & maxime regi sennacherib ab israel rege esse directos, exultabant editui, q̃ fraus eorũ nequaq̃ possit argui uel deprehendi. Et hoc est qđ ait: æditui eius, id est uituli, super eo exultauerunt in gloria populi: hoc est in uitulo quem habebant pro gloria: quia migrasset ab eo, id est a populo, & translatus esset ad assyrios. Et ut sciamus inquiunt hoc esse quod dicitur, perspicue sequens uersus ostendit: Si quidẽ ipse in assur delatus est: munus regi ultori: statimq̃ sequitur: Confusio ephraim capiet: & confundetur israel in uolũtate sua, siue in consilio suo. Depræhensa enim fraus deauratorum uitulorũ, regi israel literis indicatur: & unde se placere estimauerant, inde uel maxime confundũtur: & offendũt eos quibus munera miserant, estimantiũ nõ furto sacerdotum, sed fraude regũ atq̃ consilio hoc esse pfectũ. Legimus in regum uolumine regẽ israel Manahen, regi assyriorũ phul mille argenti talenta misisse, ut esset manus eius cum eo: id est ut ei præberet auxilium: interquæ nõnulli arbitrantur etiam uitulos aureos esse directos. Protarib in præsenti loco Symmachus interpretat⁹ est ὑπερμάχοντι: id est præsuli & defensori. Iuxta spiritualẽ intelligentiã laborandũ est quõ omnia hæreticis coaptem⁹: Vaccas bethauen, siue domus ὤν, quod interpretatur labor, coluerunt hæretici: qui se in custodia mandatorum dei, hoc est samaria habitare iactabant: dicq̃ iudicij quando germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri: lugebit populus super eum: hoc est super uitulum, & super dogma peruersum: quod putabat deum: Sed & æditui, nõ dixit exultabunt, sed exultauerunt, ad præteritum tempus referens, super gloria sua: qua quondã glorioſa confinxerant: eo qđ migrasset populus a deo: siue qđ ipsa gloria dei migrasset a populo, a quo fuerat derelicta. Quicquid autẽ loquũtur hæretici: & pulchro sermone cõponunt: & mittunt munera regi suo diabolo, ad illum cuncta referentes: unde confusio eos capiet in æternum & confundentur in uolũtatibus suis. Quidam et supra & in præsenti loco in commentarijs suis scriptum reliquit: regem יְרַב id est ultorem, christum intelligendũ. Qđ nobis omnino displicet.

H

A

nino displicet: Impiũ em̃ est qđ iuxta historiã intelligit̃ de rege assyrio: iuxta tropologiã ad christũ referri. a ¶ Trãsi re fecit samaria regẽ ꝛc. Pro spuma quã Lxx. & Theodotiõ φρύγανον, id est cremiũ transtulerunt: aridas herbas, siccaq; uirgulta quæ camino & incẽdio præparant̃: Symmachus posuit ἐπίζεμα: uolẽs ostẽdere feruẽtis ollæ supiores aquas & in spumã bullasq; surgẽtes, quas græci πομφόλυγας uocãt. Sicut igitur spuma que sup aquã ẽ cito dissoluit̃: sic regnũ decẽ tribuũ uelociter finiet̃: & peri tibũt excelsa. i. בָּמוֹת de quibus scriptũ est:

3 Regũ. 22. f Verũtamen adhuc po pul⁹ ĩmolabat & ado lebat in excelsis. Ipsa aũt excelsa ὦν sũt: siue אָוֶן id est idoli qđ in terpretat̃ inutile: qđ idolum & inutile, pec catum est israel. Dissi pato autẽ idolo & ex celsis eius. b ¶ Lappa ꝛ tribul⁹ ascẽdet su per aras eorũ: Signũ ultimæ solitudinis, ut ne parietis quidẽ & ex trema ædificiorũ uesti gia relinquantur. Eo tempore dicent mon tibus, operite nos: & collibus, cadite super nos. Qđ dñs in ultimo tempore captiuitatis iudaice dicit esse complendũ. Quicquid ergo nũc contra decem tribus

B siue contra omnẽ dicitur israel: sciamus τυπικῶς etiam ad totum populum posse trãsferri: ut quando romani cœpe rint hierusalem & subuerterint templum: siue cum iudicij dies uenerit, ut alij suspicantur: dicant magno horrore me tuentes: operite nos montibus: & collibus, cadite sup nos: mori magis optantes q̃ cernere quæ afferunt mortẽ. Sed & spiritalis nequitiæ samaria: quæ se a populo dei diuiserat: fecit regem suum transire uelociter: sermonẽ uidelicet hæ reticorum atq; doctrinam, quasi spumã siue cremium sup faciẽ aquæ: quorũ aliud dum uidetur, repente dissoluitur: aliud facile est tollere de aquarum summitatibus & in ignẽ mittere. Tales sunt hæretici spumãtibus uerbis tumentes: & arsura præcepta christi baptismate ac sermonibus illius cõmiscentes. Quæ omnia pertransibunt: & uerba magni fica in quibus laborauerũt, qđ interpretatur ὦμ, ilico disp gent̃: in quibus peccauit israel: tantaq; erit solitudo doctri næ pessimæ: ut spinæ & tribuli ascendant super aras eorũ. Spinas & tribulos ibi nasci, ubi agrorum nulla cultura est: omnibus patet. Istæ spinæ sunt quæ suffocant sementem: & crescere non sinunt quæ nascũtur in manu temulenti: quas pro uua fecit israel. Dominus enim expectauit ut faceret uuas: & fecit spinas, siue labruscam habentem uuæ simili tudinem: & amaro gustu uescentium ora torquentem. Ideo cum iudicij tempus aduenerit: & fuerint cuncta subuersa: dicent montibus quos prius excelsos putabant: & magi stris quondã suis: operite nos: collibusq;, cadite super nos. Sed quia in montibus posuit, operite nos: & in collibus, ca dite, sacratius aliquid explanandũ est. Montibus. i. sanctis qui ueram habent & non fictam altitudinem, dicent: operi

Psã. 31. a te nos: Beati em̃ quorũ opertæ sunt iniquitates. Et collibus qui non habent altitudinẽ naturalem, quos dudum puta bant habere aliquid summitatis, loquẽtur: cadite sup nos: montes em̃ operient & colles cadent: hæc autẽ fient præ pa uore & incredibili formidine, per quã & mõtes & colles hu miliabuntur. c ¶ Ex diebus gabaa peccauit israel ꝛc. Ex

a HEB, Trãsire fecit sama ria regẽ suũ quasi spumã sup faciẽ aquæ: & dispden tur excelsa idoli: peccatum

b israel: Lappa & tribulus ascendet sup aras eorũ: & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite sup

c nos. Ex diebus gabaa pec cauit israel: ibi steterũt. Nõ cõprehendet eos in gabaa præliũ sup filios iniquita tis: Iuxta desyderiũ meũ corripiã eos: congregabũ tur sup eos populi, cũ cor ripientur sup duas iniqui

d tates suas. Ephraim uitula docta diligere trituram: & ego transiui super pulchri tudinem

sep, Proiecit samaria re gem suũ sicut cremiũ sup faciem aquæ: & auferẽtur aræ ὦν peccata israel. Spi næ & tribuli ascendẽt sup altaria eorũ: & dicẽt mon tibus, operite nos: & colli bus, cadite super nos. Ex q̃ colles sunt peccauit isrl̃: ibi steterũt: nõ comprehẽ dit eos in colle bellum su per filios iniquitatis: uenit ut corrumperet eos: & cõ gregabũtur sup illos po puli, quando correpti fue rint in duabus iniquitati bus suis. Ephraim uitula edocta diligere contentio nem: ego aũt ueniã super pulchritudinẽ

eo die quo uxorem leuitæ turpiter atq; crudeliter interfecit beniamin in urbe gabaa: peccauit mihi omnis israel: non quia ultus est iniuriam, & scelus sanguine uindicauit: sed quia dolore maritali, psiluit ad pugnã, & sacrilegium in deũ suũ noluit uindicare: eo q̃ in domo michæ ephod & thera

C Iudic. 19. f phim quæ pro idolis adorabantur neglexe rint. Hic igitur stetit israel: ibi suũ repræssit gradũ ne ultra ambu laret in uijs dñi: idcir co nõ eos cõprehẽdet ꝓpter gabaa præliũ, si ue captiuitas sicut ipsi putant: ibi em̃ bñ fece rũt ut ꝓsequerẽt̃ filios iniquitatis: Sed corri piam inquit eos atq; erudiã tota mei animi uoluntate: & cõgrega bo aduersus illos po pulos mꝫtitudinẽ, qa duas fecerunt iniqui tates: uindicando ho minẽ & dei sui iniuriã negligẽdo. Siue duas iniquitates: quia pri mũ peccauerũt in ido lis michæ: secundo in uitulis hieroboã: uel certe duos uitulos sa mariæ in dan & be thel, possumus duas iniquitates appellare: de quib⁹ & Hieremi as loquit̃: Duo pessi Hiere. 2. c ma fecit ppl̃us meus: me dereliquerũt fontem aquæ uiuæ: & foderunt sibi lacus contritos qui nõ possunt aquas continere. Hæ duæ iniqui

D tates cõtra duo decalogi erupere præcepta: in quib⁹ dicit̃: Ego dñs deus tuus: non erunt tibi dij alij absq; me. Lxx. Exo. 20. a Gabaa, colles interpretati sunt. A diebus ergo colliũ pecca uit israel: quãdo montes eccleſiæ dereliquit, & ad colles siue cliuos descẽdit hæreticos: doctiorẽ se putans q̃ eccleſia est: & sublimius aliquid reperisse: ibi steterũt, hoc est in errore ꝑseuerauerũt. Quodq; sequit̃: Nõ cõprehẽdet eos in colle prælium: quidã sic interpretati sunt: Quia genuerũt filios iniquitatis: & de eccleſia recedẽtes, cœperũt esse in collibus: cũ persecutio aduenerit, nõ eos cõprehendet prælium, dia bolo suos impugnare nolente. Alij ita: qm̃ ex diebus colliũ peccauit isrl̃ & ibi stetit & ultra ambulare nõ potuit: nonne oportet eum in collibus a prælio cõprehendi? Nõne debẽt pugnare aduersum eum uiri eccleſiastici, ut illos destruant super filios iniquitatis? qui si fuerint cõprehẽsi & superati, ultra generare nõ poterunt. Simulq; dñs polliceꝫ q̃ corri piat eos atq; erudiat: ut cũ superati fuerint magistri, congre gentur aduersus eos discipuli sui, quos ante deceperant: & uideant correptionẽ, ꝓpter duas iniquitates: quia & eccleſiã fontem dñi reliquerunt: & foderunt sibi lacus cõtritos, spe luncas scilicet hæreticorum: qui non possunt aquas, id est doctrinam saluatoris & sacramentum baptismi continere.

d ¶ Ephraim vitula siue vacca: Etem̃ qđ hebraice dicitur עֶגְלָה id est μόχος, et δάμαλις, utrũq; significat. Locus iste ĩmo omnia quæ hoc capitulũ sequũtur: magnis obscu ritatibus inuoluta sunt. Vnde & nos qui explanare cona mur: & prudens simul lector attendat: ut si nõ ueritatem, q̃ difficillimũ est: saltem suspitionẽ ueriſimiliũ inuestigare ua leamus. Hãc habet consuetudinem sermo diuinus: ut per tropologiam & metaphoram historiæ exprimat ueritatẽ. Igitur ephraim similis est uaccæ uel uitulæ, quæ a iuuẽtute sua didicit aream terere, & ferreos orbes super aceruos segetum trahere, ut paleæ a tritico separẽtur: & non solum didi cit, uerum nimia consuetudine cœpit amare qđ docta est.

E Et ego inquit trāsiui sup pulchritudinē colli eius. Verbū hebraicū עָבַרְתִּי id est trāsiui, maxīe qñ a deo dicit, semp plagas & aduersa significat: Deniq; & exterminator in ægypto transisse memoratur. Quia ergo ephraim uacca uel uitula diligit aream terere: ego inquit transiui sup pulchritudinem colli eius: & tu mentes ceruicū toros iugo iposito edomui. Quid memorē legis iugū? Ipse ascendi sup eam: & me ita laborāte: iudas, hoc est duæ tribus cœperunt arua scindere uomere, & in sulcos terram reclinare. Portante autē iugū ephraim, & arante iuda: cōfregit sibi sulcos iacob. Hic iacob ad distinctionē israel & iudæ, duodecim tribus intelligamus: qđ cœperint rastris glebas frangere: terrāq; cōminuere: ut emollita recipiat sementem, & fœcunda post modicum seges pullulet. Pro tritura uel area, contentionē Lxx. transtulerunt: Et est sensus: Quia ephraim non uult legis recipe iugum: ego transibo & ascendam sup pulchritudinē colli eius: ut discat contentiosa uacca atq; lasciuiens laborare qđ nō uult. Iudas autē arabit sponte sua: quia habet templū & moratur in lege: ut totæ certatim duodecim tribus arua præparēt ad serendū. Quodq; sequitur iuxta eosdem Lxx. superponā ephraim & reticebo iudam, roborabit sibi iacob: hic esse sensus pōt:

F Ephraim qui contentiosus est, & non uult legis onera portare, imponā captiuitatē: iudam autē parumper relinquā, & nihil loquar de eo: quicūq; autē tam de ephraim q̄ de iuda mea præcepta seruauerit, roborabit sibi & uocabitur iacob. Scđm ἀναγωγήν hoc dici potest: qđ ephraim qui eruditus fuit in lege dei ut tereret aream scripturarū, & meditaret in ea die ac nocte: cœpit diligere cōtentionē: & iugum legis abiicere: & contēdere cōtra ecclesiasticos in subuersionē audientiū. Vnde dñs eleuatam ceruicem & sibi sublimia promittentē: uel iugo præmet, uel ipse transiens calcabit pedibus suis: & ascendet sup eum: ut sciat se habere dñm. Iudas autē, hoc est ecclesiasticus arabit: incœpto opere perseuerās, siue reticebo inquit iudam. Non enim sani indigēt medico, sed qui male habent. Iacob uero q̄ interpretat supplantator: & quotidie supplantat uitia atq; peccata: & accipit primitiua fratris sui: & hæres paternæ possessionis est: & dormit in bethel, qđ interpretatur domus dei: sulcos glebasq; cōfringet: ut molli sinu iactatam sementē terra suscipiat: & faciat centū modios hordei: siue ut habeat in hebræo centuplū. Neq; eñ credēdū est qđ patriarcha Isaac hordeo studuerit: & nō frumēto. Vsq; hodie uir ecclesiasticus iacob glebas historiæ & literæ duritiam confringit in partes: & spiritaliter diuidit ut possint fruges reddere spiritales: Q. đ qui dem & dñm fecisse legimus: ut quinq; legis panes quos integros populus comedere nō poterat, in frusta cōcerperet: ut p aplōrū manꝰ uescēdos credētibꝰ daret. Q. đ aūt dicit iuxta Lxx. ἐνισχύσει αὐτῷ Ἀκώβ, i. roborabit sibi iacob: oñdit sibi omnē laborantē laborare: ut fructꝰ capiat sempiternos.

a Seminate vob in iustícia ꝛc. Seruat ab agricolis semel cœptam translationem: Dixerat ephraim uitulam edoctā triturā areæ amare ac diligere: & se ascendisse sup collū eius & arasse iudam: & cōfregisse sulcos, siue glebas iacob: Nūc præcipit ut seminent sibi per pœnitentiā, & seminēt in iustitia, id est in lege: metantq; in misericordia: id est in gratia euangelij: Ibi enim oculum pro oculo, dentem pro dente: hic legimus: Q. ui te percusserit in dexteram maxillā: præbe ei & alteram. Cūq; seminaueritis in iustitia, & messueritis in tis in misericordia: innouate uobis læta noualia. Redditq; causas cur seminēt, cur metāt: cur inouēt læta noualia: Tempus inqt requrēdi dñm est: cū uenerit christus atq; saluator qui docebit uos iusticiā quā nūc speratis in lege: finis eñ legis christꝰ est ad iusticiā oñi operāti bonū. Pro eo qđ nos diximꝰ, metite in ore misericordiæ: Lxx. trāstulerunt, uindemiate fructū uitæ: magisq; semini conuenit messio q̄ uindemia: fructus autē uitæ ipse est, q & lignum uitæ. Et p eo qđ nos posuimus, innouate uobis nouale: illi uerterūt, illuminate uobis lumen scientiæ: ut ex opibus atq; mandatis legis noticiam habere mereamur: iuxta illud qđ in quodam libro legimꝰ Desyderasti sapientiā, serua mandata: & dominus dabit eam tibi: Qui enim mādata in opa uerterit, semīat in iusticia & metet ex ea fructus uitæ. Vnde & alibi legimus: Mandatū domini lucidum illuminans oculos. Et esaias ad dñm dicit: Lux præcepta tua super terram. Et in alio loco: A mandatis tuis intellexi. His quoq; q ab ecclesia separati sunt & falsum sibi christianorum nomen assumunt: præcipitur ut agant pœnitentiam, & utrūq; recipiant testamentū: in ueteri iusticiam seminent: in nouo metant misericordiā: & illuminent sibi lumen sciētiæ: siue innouent sibi noualia & requirant dominum, qui docere eos potest ueram iusticiam: falsosq; magistros destruant: a quibus nō discunt iusticiam, sed iniquitatem. b Arastis impietatem ꝛc. Cogor cōtra uolūtatem meam sæpius de hebreæ linguæ proprietatibus disputare: Neq; enim rhetorum more sentētias repetimus: uerba cōstruimus: & audientes uel legentes in laudes nostras declamationibus suscitamꝰ: sed quæ obscura sunt, maxime alienæ linguæ hominibꝰ explanare nitimur. Supra ubi nos interpretati sumus: arabit iudas, in hebraico legitur יְהָרֹשׁ per ׳ primam literam: quā Lxx. ׳ putātes interpretati sunt, & tacebo. Nūc quoq; in hebræo scriptum est חֲרַשְׁתֶּם qđ nos uertimus, arastis: pro quo Lxx. transtulerūt, quid reticetis: simili errore quo supra, silentiū p aratione interpretātes. Est autem sensus iste dictorum: Super collum uitulæ ephraim contentiosæ amantisq; triturā: ego transiui & ego ascēdi: ut arāte iuda & cōfringēte sulcos iacob, tereret areā, & solis ferret calorē: Monuitq; eos ut semīarēt in iusticia: & meterēt in misericordia: & facerēt sibi noualia: tēpusq; requrendi dñm illud esse cognoscerent: quo uēturus est qui docebit nos iusticiā. Me hæc iubente & uolēte de lætis noualibus, fructus iusticiæ ac misericordiæ accipere: arauerunt impietatem: qua egerunt impie contra dominū, relinquentes creatorem & colentes idola: & messuerunt iniquitatem: de malo semine, malas fruges recipientes: de quibus fecerunt non solum panem subcincritium, sed fraudulentum atq; mendacem: qui uana spe deciperet comedētem. Istiusmodi sunt hæretici: qui arant sermone composito & protegunt uel tacent impietatem: ne impietas esse uideatur, sed credatur pietas. Vnde qa dixerūt in corde suo, nō est deus: corrupti sunt & abominabiles facti sunt: & messuerunt siue uindemiauerunt iniquitates. Q. uomodo enim radix omnium malorum est auaricia: sic peccatorum scelerumq; cunctorum radix est impietas: quā qui arauerit siue seminauerit, metet iniqtates. Q. ui igitur arauerunt impietatē & messuerunt iniquitates, comederūt fructum mendacij: omnia quæ falsa sunt deceptis populis prædicantes: ut non quærant panē uerum, qui de cœlo descendit: sed panem mendacij qui

Rom. 10.a

Eccl. 1.d

Ps. 18.c

Ps. 118.

יִזְרְעֶאל

וחרוש

Ps. 19.b

1. Timo. 6.b

Luce. 5.f

יַעֲקֹב

בֵּיתְאֵל

Luc. 9.b

Exo. 21.c

Matth. 5.f

A dacij qui suffocat & interficit deuorantes. a Quia confi sus es in curribus tuis ꝛc. Ideo comedetis frugē mendacij: & in cunctis quæ proposuistis spes uos uana decepit: quia confisus es o ephraim in uijs idololatriæ tuæ: hæ sunt enim uiæ tuæ: & in multitudine fortiū tuorum: nō in deo habēs spem: sed in exercitus robore: Itaq; cōsurget tumult⁹ in pp̃lo tuo: qđ hebraice dicitur, שְׁאוֹן, id est sonitus & fremitus ululantis exercitus: quibus cla mātibus, omnes mu nitiones tuæ uastabū tur: & ea quæ muni ta arbitrabaris et tu ta, patebunt hostibus: & sic uastabūtur: quo modo uastatus est at Iudicū.8.e q; contritus salmana princeps madianita rum: qui interfectus est a domo hierobaal: Haud dubium quin gedeonem significet: qui ex eo qđ destru xit phanum baal lu cumq; succidit: & ille se uindicare nō potuit cognomētū Hieroba al sortitus est, id est ul ciscaē se baal: ut quo modo salmana inter fecit filios coram ma trib⁹: ipsis quoq; ma tribus deinceps inter B fectis: sic & filij tui o Ephraim te præsente interficientur, qui & ipse trucidandus es. Quærimus ubi scriptū sit qđ salmana matrem super filijs occiderit: Legi mus in Iudicum libro loquente gedeone ad principem ma dian: Quomodo absq; liberis fecit gladius tuus multas matres: ita sine filijs erit inter mulieres mater tua. Sicut igiē uastatus est salmana ab Hierobaal, quē male qdā arbitran tur hieroboam filium nabath, qui decem tribub⁹ præfuit: & uastatus est: ut in hebræo cōtinetur ab אַרְבְּאֵל: id ipsum יְרֻבַּעַל significante, q & hierobaal, sed breuiori disertioriq; ser mone: sic fecit uobis o israel a facie maliciarum uestrarum bethel, in qua uitulū aureū posuistis, & estis uenerati ægy ptios deos. Pro בֵּית אֵל qđ interpretatur domus dei: Lxx. trāstulerūt οἶκος τοῦ ἰσραηλ, i. dom⁹ israel: qđ in hebræo pe nitus non habetur. Euasimus utcūq; de confragosis locis: Nunc in altum uela tendentes, allegoriæ pelagus transea mus. Quia confisus es o ephraim in uijs siue in curribus Ps.19.b tuis: de quibus scriptū est: Hi in currib⁹ & hi in equis: nos autem in nomine dñi dei nostri magnificabimur: et confi sus es in multitudine fortium tuorū, quos tibi falsa sciētia roborasti: ideo consurget tumultus & sonitus in populo tuo. Quicquid enim loquūtur, non habent uocem senten tias explicantem: sed tumultum clamoremq; & sonitum: Et oēs munitiōes tuæ siue que murata sunt uastabūtur: nō enim testimonijs scripturarum: sed arte dialectica, & argu mētis philosophorum munita sunt atq; constructa: Sicut uastatus est quondā salmana a gedeone, matre sup filijs in terfecta: Cuius historiæ & octogesimus secūdus psalmus meminit: ubi inter cæteros duces madian etiam salmana fuisse cōmemorat dicēs: Fac eis dñe. haud dubiū quin eos significet qui contra dominum inierunt pactum siue testa mentum, sicut madian & sysare. Et post reliqua: Pone in quit principes eorum sicut oreb & zeb & sebee & salmana: oēs principes eorū qui dixerāt: hæreditate possideam⁹ san ctuarium dei. Et in hoc eodem psalmo duces hæretici de scribunt: qui altare dei sibi uēdicare conati sunt. Qđq; se quit: Sic fecit uobis bethel a facie maliciæ neqtiaꝝ uestraꝝ: C pprie hæreticoꝝ pricipib⁹ coaptaē: q; eis fecerit bethel quā ipsi uocāt bethel, hoc ē domū dei, & falsā ecclesiā: ut sit sēsus Sic uobis faciet ecclesia uestra quā uocatis domū dei: cæ terū ex quo a uobis tenetur, appellanda est bethauen, id est בֵּית אָוֶן domus idoli propter multitudinē malitia rū uestrarū. Ca. XI

a HEB. Quiā confisus es in uijs tuis: in multitudie for tium tuorū: consurget tu multus in populo tuo: & omnes munitiōes tuæ ua stabunt: sicut uastatus est salmana a domo eius: qui uindicauit baal in die præ lij: matre sup filios allisa: sic fecit uobis bethel a fa cie malitiæ nequitiarū ue strarum. Ca. XI

b SIcut mane transijt: Spertrāsit rex israel: quia puer israel: & dilexi eum: & ex ægypto uocaui filium meum: Vo cauerūt eos: sic abierunt a facie eoꝝ: Baali īmolabāt & sīmulachris sacrificabāt. Et ego SEP. Quia speraſti in cur ribus tuis: in multitudine fortitudinis tuæ: cōsurget perditio in populo tuo: & oīa murata tua abibūt sicut princeps Salmana de domo hierobaal in dieb⁹ belli: matrē sup filios alli serunt: sic faciā uobis do mus israel a facie malitia rum uestrarum. Ca. XI

MAne proiecti sunt, piect⁹ ē rex isrl: qa par uulus israel: & ego dilexi eū & ex ægypto uocaui filios suos. Sicut uo caui eos ita abierūt a facie mea ipi: baali īmolabāt & sculptilib⁹ adolebāt icēsū. Et ego

SIcut manetrā sijt ꝛc. Diuer sis figuris eū dem explicat sensum. Qui supra di xerat, transire fecit sa maria regem suū qua si spumam super faciē aquæ: eo qđ spuma & bullæ in aquarū sum mitatibus natantes ce leriter dissoluāt: Nūc eandem rem sub alia ponit similitudine: Si cut enim ortus auro ræ & diluculū & prici piū diei, qđ appellaē mane, inter noctis so lisq; uiciniā transit ce leriter: ita ut finiatur nox & claresçat dies: sic rex israel, id est de cem tribuū uelociter transiet: Exponitq; be neficia quæ in ipsum cōtulerit deus. Dum inqt esset puer & par uulus & capt⁹ in ægy pto teneretur: intan tū eum dilexi ut mit D terem seruum meum moysen: & ex ægypto uocarem filium meū: de quo dixi in alio loco: Filius primogenitus meus Exo.4.f israel. Et quia israel singulariter quidem dicitur: sed plurali ter intelligitur, quō & populus & ephraim & iudas: si qui dem in numero singulari multus est numerus, qui hoc nu mero continetur: ueteris recordatur historiæ: qđ uocaue rit quidem eos per moysen & aaron, qui uocauerunt eos ut egrederentur de ægypto: ipsi uero uocati ab eis recesserunt a facie eorum, uertentes eis terga & mētis duritiā gestu cor poris indicātes. Nec eis suffecit uocantes contēnere, nisi īmo larent baal & sculptilibus siue simulachris adolerent incen sum. Adorasse eos baal primum sub Achab rege israel legi 3.Reg.16.g mus: qui sidonij regis filiam ieçabel duxit uxorem: & baby loniū ac phœnicis idolum transtulit in samariā. Ergo distā tia peccata temporibus, uno sermone coniungit: quomodo primū uocati sint de ægypto & appellati filij: deinde in so litudinē recesserint a deo: beelphegor magis colētes q; deū: et postea in terra sancta baalim & astaroth & cæteris idolis seruierint. Et transire hæreticos instar diluculi, & regem eo rum diabolum uel heresiarchā intelligimus: quos in infan tia quando crediderunt in ecclesia & erant paruuli & christi nomine censebanē: dilexit deus & uocauit illos de tribula tione & tenebris ægypti: Vocauit autē per apostolos & do ctores ecclesiæ. Cūq; a meis inquit ducibus sint uocati, re cesserunt a facie eorum: & adorauerunt beelphegor, hoc est suis uitijs & libidini seruierunt: & postea īmolabant baalim & simulachris quæ sibi confinxerant. Singuli em̄ hæretico rum habēt deos suos: & quodcūq; simulauerint, quasi scul ptile colunt atq; conflatile. Pro eo qđ nos diximus: Ex ægy pto uocaui filium meū. Lxx. transtulerunt: ex ægypto uoca ui filios eius: qđ in hebraico non habetur: nullicq; dubium est Mattheū de hoc loco sumpsisse testimoniū iuxta hebrai Matt.2.c cam ueritatē. Ergo q detrahunt nostræ translationi, uideāt scripturam de qua euangelista hoc testimoniū sumpserit: & interpretatus est in dño saluatore: qñ de ægypto reductus

 est in terram

E est in terram israel: & cum inuenire nō quiuerint: desinant rugare frontem, adducere supercilium; crispare nares, digitis cōcrepare. Hunc locū in septimo uolumine Iulianus augustus qđ aduersum nos, id est christianos euomuit calumniatur: & dicit qđ de israel scriptū est, Matthæus euāgelista ad christum trāstulit: ut simplicitati eorum qui de gētib⁹ credidērāt illuderet. Cui nos breuiter respōdebim⁹: Primū matthæū euangelium hebræis literis ædidisse: qđ non poterant legere nisi hi qui ex hebræis erant: ergo nō propterea fecit ut illuderet ethnicis. Sin autem hebræis illudere uoluit, aut stult⁹ aut impitus fuit: stultus, si apertum finxit mendatiū: imperitus si nō intellexit de quo hæc dicerentur. Stulticiam ipsū uolumē excusat: qđ prudēter ordinateq; cōpositum est: imperitum nō possumus dicere quem ex alijs testimonijs scripturarum scientiam legis habuisse cognoscimus. Supereſt ut illud dicam⁹ qđ ea quæ τυπικῶς præcedunt in alijs: iuxta ueritatem & adimpletionem referantur ad christū: qđ Apostolū in duobus montibus sina & sion, & in sara & agar fecisse cognouimus. Neq; enim est sina mons, & non est sion: non fuit sara & non fuit agar: quia hæc apostolus Paulus ad duo retulit testamēta. Sic igitur hoc qđ scriptū est: Paruulus israel & dilexi eum: & ex ægypto uocaui filiū meum: dicitur quidem de populo israel: qui uocatur ex ægypto qui diligitur: qui eo tempore post errorem idololatriæ quasi infans & paruulus est uocatus: sed perfecte refertur ad christū. Nam & F isaac in typo christi fuit: qđ futuræ mortis ligna sibi ipsi portauerit: & iacob qa liam dolentē oculos: & rachel pulchrā habuerit uxorem. In lia quæ maior erat, cæcitatem intelligimus synagoge: in rachel pulchritudinem ecclesiæ: et tamen qui ex parte typi fuerunt domini saluatoris, nō omnia quæ fecisse narrantur, in typo eius fecisse credēdi sunt: Typus ēm partem indicat: qđ si totum præcedat in typo, iam non est typus, sed historiæ ueritas appellāda est. Hæc breuiter ut in cōmentarijs diximus: nūc ad reliqua recurramus. a ¶ Et ego quasi nutricius ephraim ⁊c. Multū inter se hebraicū & Lxx. interpretū æditio dissonat. Tentemus igitur iuxta hebræos historiam: iuxta Lxx. ἀναγωγὴν texere. Qui supra dixerat: puer israel, & dilexi eum: & ex ægypto uocaui filiū meum: et postea intulit qđ perpetrauerit nefas, baalim immolabāt & simulachris sacrificabāt: Nunc narrat quo israel
Deu.1.e amore dilexerit, scđm illud qđ in Deuteronomio legit: Portauit te dñs deus tuus ut solet homo gestare paruulū filium suum in omni uia per quā ambulasti: donec uenires ad lo-
Ibi.32.b cum istum. Et in alio loco: Expādit alas suas & assumpsit eū atq; portauit in humeris suis. Ego inquit qui pater erā, nutricius factus sum: & paruulum meū in ulnis meis ipse portabam, ne lederetur in solitudine: & ne uel æstu uel tenebris terreretur, in die nubes erā: in nocte ignis colūna: ut quos protexeram, meo illustrarem & sanarem lumine: cūq; peccassent & fecissent sibi uituli caput, dedi locum pœnitentiæ: & ignorauerunt qđ curarem eos, & uulnus idololatriæ quadraginta annorum spacio obducerem, & pristinæ redderē sanitati. Curaui autem eos propter funiculos & uincula charitatis: quibus mihi abraam isaac & iacob astrinxeram. Pro adam enim Aquila & Symmachus & Lxx. theodotio, homines transtulerunt: ut dicerent, in funiculis hominum traham eos, in uinculis charitatis. Quodq; sequit: Ero eis quasi exaltans iugū: pro quo interpretatus est Symmachus: & putauerunt qđ imponerem iugum super maxillam eorum: dupliciter accipitur: Aut absţuli ab eis iugum

a HEB. Et ego q̄si nutricius ephraim, portabā eos in brachijs meis: & nescierūt qđ curarē eos. In funiculis adam traham eos: in uinculis charitatis. Et ero eis quasi exaltans iugum sup maxillas eorū: & declinaui ad eum ut uescerētur.

b Nōn reuertetur in terram ægypti: & assur ipse rex eius: qm̄ SEP. Et ego colligaui ephraim: suscepi eū sup brachiū meū: & non cognouerunt ut sanarem illos in corruptione hominum: extēdi eos in uinculis charitatis meæ. Et ero illis quasi dās alapas hō super maxillas eius: & respiciā ad eū p̄uales ei. Habitabit ephraim in ægypto: & assur ipse rex eius: quia

cunctarum per circūitum nationum: aut legem meam quasi grauissimum iugi pōdus arbitrati sunt. Et dedi eis escam manna in deserto quo uescerētur: hoc est enim qđ ait: declinaui ad eū ut uesceretur: pro quo interpretatus est Symmachus: & declinaui ad eum cibos: Non qđ deus ad eum declinauerit: sed quod cibū mannæ ad eū fecerit declinare. Aliter: Intantū dilexi eos: & tā clæmēs pastor fui: ut morbidā ouem humeris meis ipse portarem: ipsi uero ignorauerunt qđ mea illos passione curarem: & q amator sum omniū hominū, traherē eos ad credendum in uinculis charitatis: iuxta illud qđ in euangelio Ioh.6.e
scriptum est: Nemo uenit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et arbitrati sunt iugum meū leue, esse grauissimū: et declinaui ad eos deserēs regna cœlorum: ut cum eis uescerer assumpta forma hominis: siue dedi eis esum corporis mei: ipse & cibus & conuiua. Transeamus ad intelligentiam spiritalem, iuxta Lxx. dumtaxat interpretes: ne si utrūq; & scđm historiā & scđm ἀναγωγὴν, uoluerim⁹ exponere, tēdamus libri magnitudinem: Illis imolantibus baalim que de suo corde finxerunt: & me uocante fugientibus a facie mea: ita enim in Lxx. continetur: Ego clæmētissimus dominus ligabam pedes ephraim, ne a me longius fugerēt: hoc enim significat σωφρόνισα: ligabam autem testimonijs scripturarum, & disputatiōe magistrorum ecclesiæ: ut ligatos per patientiam suis brachijs contineret: non intelligentes qđ patientia dei salutis eorum esset occasio: Vnde in corruptione hominū uidelicet magistrorū qui eos deceperant contractos perfidiæ frigore extendi calorem fidei: & quasi repugnātes uinculis meæ dilectionis astrinxi. Et qa non sua sponte currebant: sed uincti funibus trahebantur: paululum maxillas eorum alapis uerberaui: non puniens sed corrigens & emendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, flagellis atq; ignibus cruciat. Qui autem pater est: lasciuientem filium palma percutit manus. Et pulchre non dixit: ero eos alapis uerberās, sed q̄si homo maxillas manu percutiens: Percutit autem deus filios aberrantes cōminatione pœnarum: euangelica lectione, & testimonijs prophetarum. Cūq; sic percusserit in maxilla ut hæreticorū panem atq; doctrinam excutiat de ore polluto: tūc respicit ad eum dicente sibi filio uerberato: Respice in me & miserere mei. Et psā.85.e
iterum: Respice & exaudi me dñe deus meus. Cūq; eos re- Ibi.12.a
spexerit, præualebit siue proderit eis: id est superabit aduersarios: et de fugitiuis seruos faciet. Siue dabit eis uerum & dulcem cibum qui prius hæreticorum mendacia & cibos amarissimos deuorabant. b ¶ Non reuertetur in terram ęgypti ⁊c. Q. ñ dicit: nō reuertet in terrā ægypti: ostēdit qđ reuerti cupiat sed ire non possit. Reuerti autē cupiebat israel ab ægyptijs auxiliū efflagitans: sed possessus est ab assyrio: qui cœpit eum & dominatus est illius iure uictoris: & hoc passus est: quia cōuerti noluit, nec agere pœnitentiam. Vel certe dicamus quod reuersus sit in terram ægypti: quando ægyptios in terra sancta adorauit deos. uel illo sensu accipiēdum quo supra dictum est: ægyptum inuocabant: ad assyrios abierunt. Cœpit itaq; gladius in ciuitatib⁹ eius: siue irruet: ut interpretatus est Aquila: aut uulnerabit, ut Sym-
Gen.19. machus transtulit. Et uide quātum pondus sit miseriarum ut non agri uel possessiones ac rura uastentur: sed medias ciuitates hostis introeat, & cōsumat electos eius, siue brachia illius: ut interpretat⁹ est Symmach⁹ qđ hebraice dicit בְּדִיר
Cumq; consumpserit gladius electos & principes, siue robur exercitus

A bur exercitus:& deuorauerit uel capita uel consilia eorum, ut non possint aliquod inuenire præsidium: tunc plæbs miserabilis quæ ad me reuerti noluit,meum ad se reditū præstolabitur:& sero aget pœnitentiam,hostibus cuncta uastãtibus:Itaq; qa peccata grãdia, grãdibus sunt puniẽda supplicijs: imponẽt eis q derelicti fuerint de populo (rege eorum ac principib⁹,assyrio mucrone truncatis) iugũ grauissimũ seruitutis: et imponẽt pariter qđ nõ auferetur iuxta literã:nisi spiritaliter tollatur in christo. Iuxta Lxx.habitabit ephraim in ægypto: terram sanctam se habere dicẽs,& ecclesiã dñi saluatoris:sed uitijs atq; peccatis & ꝓuersitate fidei semp in ægypto cõmoratus est. Quia igit̃ habitauit in ægypto : sensus magnus assyrius erit rex eius: noluit em̃ reuerti ad ecclesiã:& uirtute perdita,id est christo:qui est dei uirtus & dei sapiẽtia:semp in lãguore uersatus est & infirmus fuit,cunctis dæmonib⁹ ac ꝓturbationibus subiacẽs:idcirco gladius,hoc est sciẽtia spiritalis uel sermo ecclesiastici uiri uastãs atq; debellãs sẽp uersabit̃ in urbib⁹ ei⁹:q̃s ĩpiæ extruxit cõtra dñm:& ipse gladi⁹ requescet in manib⁹ ei⁹:ut occisus ab alio,aliũ nõ possit occidere:nec contra aduersarium leuare manũ. Deniq; recipiẽt & uorabunt scđm cõsilia sua. Infœlix autẽ populus & uulgus indoctũ suspirabit antiquã patriã & captum se esse sentiet:siue pendebit in incolatu suo,nesciẽs quid agat: & quo uertatur ignorans:deus uero sup̃ præciosa eorũ, aurũ uide licet & argentum quæ acceperant ab eo:de quibus sæpe diximus,irascet̃:& nequaq̃ liberabit eũ q suo uitio corruit. Hoc iuxta Lxx.eũdẽ aũt sensum & hebraico coaptabimus.

a Hæc ostendit mihi dñs deus ꝛc. Primū dominus ostendit prophetæ fictorē locustarū in principio germinantium serotini imbris: & post imbrē serotinū, tonsorē regē siue regis: & ut uerbū exprimamꝰ e uerbo, tonsurā regis sennacherib: qua cūcta decē tribuū totonderit atq; uastauerit: Nunc idem dñs ostēdit nabuchodonosor, immo uocat & uenire præcipit cōtra iudam & hierusalem. Vocat autē ut templū hierusalē igne succendat, & faciat in igne iudiciū: de eo qui quondā fuit populus suus. Cunq; uenisset ignis ad iudiciū ut impleret dñi iussionē, deuorauit abyssum multam: & comedit simul partē, cunctas urbes iudææ & partē dñi quæ uocabaꝫ templū eius. Cunq; hoc ꝓpheta uidisset, dixit ad dñm: nō ut supra, ꝓpicius esto obsecro: sed quiesce uel desine: ut quē cœpisse iam uiderat, cessare precibus impetraret: præsertim cum nullus sit alius qui iacentē & paruulū & humiliatū iacob ualeat suscitare: nisi dñs qui potest captos in chaldæam q; translatos reducere in terrā iudam. Quia ꝟo semel iuxta osee, ꝓphetā & psalmistā dicentē: Filij ephraim intēdentes & mittentes arcū, conuersi sunt in die belli: decē tribus ad hæreticorū personā retulimus, quæ appellabanꝫ israel: & duas quibꝰ iudas præerat ad ecclesiā & ecclesiæ peccatores: qui cōfitenꝫ quidem rectam fidem: sed ꝓpter uitiorū sordes purgantibꝰ se indigēt flammis: idcirco nunc dominus ad ignem iudicium uocare se mōstrat: ut uniuscuiusq; opus quale sit ignis probet: & impleaꝫ illud quod scriptū est: Ambulate in lumine ignis uestri: & in flamma quam succendistis. Vnde & ad babylonem dicitur: Habes carbones ignis: sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutoriū. Et in psalmo: lingua dolosa & plena mendacijs, igne carbonum dicitur esse purganda: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs. De his altaris carbonibus desolator carbo duorum testamentorum forcipe prendit: & Esaiæ labia purgat immunda: ut possit uerbum domini prophetare. Vocatus autem ignis ad iudicium, deuorat

pō. 77. b
Esa. 50. d
pō. 119. a
Ibidem
Esa. 6. b

E primum abyssum: id est omnia genera peccatorum: ligna, fœnum, stipulam: & postea comedit simul partem, hoc est, ad sanctos illius peruenit, qui in peculium domini & in ei⁹ parte reputantur: tempus em̃ est ut incipiat iudicium a do/
Eçech.9.c mo domini. Et in Eçechiel præcipitur his qui pœnas illatu/
ri sunt: A sanctis meis
1.Cor.3.c incipite. Et in Apostolo legimus: Si cuius opus arserit, detrimẽtum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Cunctꝫ omnes fuerimus in peccato & iacuerimus ad sentẽtiæ ueritatem, miserebitur dominus nostri: & quia paruuli sum⁹, resurrectionis nos tempore suscitabit: siue suscitabit p uirtutes qui in uitijs iacebamus: hoc domino promittente, atꝫ dicẽte: Sed & istud non erit. Pulchre autẽ dixit, sed &: quia iam supra dixe/
ps.102.b rat: hoc non erit. Non enim in finem irascet̃, necꝫ in æternũ cõminabit̃. Nõ scd̃m pct̃a nr̃a fecit nobis, necꝫ scd̃m iniqtates nr̃as retribuet nobis. Quãtum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomõ miseret̃ pater filiorũ, misertus est do/
F minus timentibus se. a ¶ Hæc ostendit mihi dominꝰ ꝛc̃. Priusꝫ de adamante disseramus, quem Symmachus & Lxx. pro eo quod in hebraico אזר scriptum est, transtulerunt: Dicendũ est breuiter ꝙ hoc uerbum Aquila ἀλείφω/σιν, Theodotio, τηκόμενον interpretati sunt: quorum alterum stagnaturam, alterum tabescentem significat: ut illa
Eçech.4.a sartago quam legimus in Eçechiel: in qua populi obsidione uallati, frixura significatur: etiam in decem tribubus, &
4.Reg.14. in regno hieroboam, qui nepos erat iehu: sub quo prophetia hæc cernit̃, per stagnaturæ uocabulum demonstretur. Dominus itaꝫ cernitur stans supra murum stagnatum siue litum: & in manu eius stagnatio siue trulla cæmentarij: qua solent superinduci parietes: & non solum pulchritudinem accipere, sed & fortitudinem cõtra iniuriam imbrium
Eçech.13.b & creberrimas tempestates. Legimus in Eçechiel: dominum comminantem ꝙ tempestate & grandine consurgente, nequaq̃ linat nec uestiat parietẽ israel: sed dimittat eam pluuijs dissipari. Vnde & nunc dicit ille, de quo scriptum est: Structor macerie uocabit̃, ipse angularis lapis, ædificator domus, ꝙ deponat trullam in medio populi sui israel: & cessare faciat atꝫ torpere: ut nequaq̃ ultra superinducat eum: & suo uestiat ac tueat̃ auxilio. Cunctꝫ dñs protectionẽ suam: & ut ita dicam, parietis uestimentum trulla cessante subtraxerit: tunc demolient̃ excelsa idolorum, quæ hebraice appellantur במות: & sanctificationes decem tribuum desolabuntur: ut destruatur dan & bethel, in quibus adorabantur uituli aurei. Diximus ut potuimus quid ab hebræis nobis iuxta historiæ sit traditum ueritatem: transeamus ad anagogen: de Xenocrate, qui scribit super lapidum gemmarumꝫ naturis pauca uerba ponentes. Adamas sui nominis lapis est, quem latine indomitum possumus appellare: eo ꝙ nulli cedat materiæ, nec ferro quidem: Nam si ponatur super incudem: & graui ictu feriatur mallei, antea incus & malleus uulnus accipiunt, q̃ adamas conteratur. Cunctꝫ ignis omnia domet, & uniuersa metalla consumat, reddit adamantem duriorem: ut ne paruulum quidẽ in eo angulum uis nimij ardoris obtundat. Vidi & in auro adamantem magnitudine milij: cunctꝫ uicinum consumatur aurum longo usu ac nimia uetustate, solus adamas non atteritur: & nulla lima imminui potest: sed econtrario limam terit: & quicquid attigerit, lineis sulcat. Hic lapis durissimus & indomabilis, solo hircorũ cruore dissoluitur: & missus in calidum sanguinem, perdit fortitudinem suam. Est autem paruus & indecorus: ferrugineum habens colorem, & splendorẽ crystalli. Quatuorꝫ adamantis genera describunt̃. Primus est indicus: secundus arabicus: tertius macedonicus: quartus cypri⁹: pro qualitate regionũ plus uel minus duriciam possidentes. Dicitur quocꝫ in electri similitudinem uenena deprehẽdere: & maleficis resistere artib⁹. Talis est dominus & saluator: Qui cum in
Philip.2.a forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: in similitudinẽ hominum factus: & habitu inuentus ut homo: humilians semetipsum, factus obediens usqꝫ
H ad mortem, mortem autem crucis. De quo Esaias scribit:
Esa.23.a Non est species illi necꝫ decor: uidimus eum, & nõ erat pulchritudo: despectum & nouissimum hominum: uirum dolorum & scientem ferre infirmitatem. Hic stat supra murũ adamantinum, id est super sanctos & apostolos suos: quibus donauit, ut & ipsi adamantes uocarentur: & a nullo superati dicerent: Quis nos separabit a charitate christi? tri/
Rom.8.g bulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et iterũ: Certus sum: quia necꝫ
Ibidem mors, necꝫ uita, necꝫ angeli, necꝫ principatus, necꝫ instantia, necꝫ futura, necꝫ fortitudo, necꝫ altitudo, necꝫ profundum, necꝫ creatura alia poterit nos separare a charitate dei:
Matth.16.c quæ est in christo iesu domino nostro. Petrus quocꝫ qui erat fortissimus adamas, portæ inferorum non præualuerunt aduersus eum. Hic uir & dominus qui stat super murum adamantinum, habet in manu sua adamantem: qui nisi dei teneat̃ manu, & illius ualletur auxilio: omnẽ perdit
Ioh.10.f fortitudinem, dicente domino in euangelio: Nemo potest rapere de manu patris mei. Et intantum robustus est ut dicatur ad eum: Si transieris per ignem, flamma non combu/
Esa.43.a ret te: quantocꝫ magis temptationibus cæditur, tanto fortior fit: & pro nomine saluatoris inter flagella lætat̃. Cunctꝫ a nullo superari queat, solo mortiferæ libidinis calore dissoluitur. Hæc enim sanguinis hircorum & ipsius hirci dicitur esse natura: ut sit ad libidinem calidissimus: & qd̃ ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor. Ponit ergo dominus huiuscemodi adamantem in medio populi sui israel: & ultra non transit eum, nec dimittit ut dissipentur aræ: quæ risu & subsannatione sunt dignæ: & omnia hæreticorum mysteria, domumꝫ hieroboam, qui primus dei populũ separauit, percutiat gladio atꝫ subuertat. b ¶ Et misit amasias sacerdos bethel ꝛc̃. Salomonis prouerbium
Pro.9.b est, immo mandatum: Noli arguere malos, ne oderint te.
Ibidem Et ecõtrario de bonis præcepit: Argue sapientem, & diliget
Ibi.28.d te. In alio quocꝫ loco: Qui arguit (inquit) hominis uias, gratiam habebit magis q̃ is qui loquit̃ quæ delectẽt. Itaꝫ & amos emendationis affectu loquebatur ad populũ: & ex

sermonibus

a HEB. Hæc ostendit mihi: Et ecce dominꝰ stabat super murũ litum, & in manu eius trulla cæmentarij. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides amos? Et dixi: Trullam cæmentarij. Et dixit dominꝰ: Ecce ego ponã trullam in medio populi mei israel. Nõ adijciam ultra superindu/
cere eum: & demolientur excelsa idoli: & sanctifica/
tiones israel desolabunt̃: & cõsurgã sup domũ hie/
roboã in gladio. Et misit
b Amasias sacerdos bethel
ad hieroboam

SEP. Sic ostendit mihi dominus: Et ecce uir stabat super murũ adamantinũ: & in manu eius adamas. Et dixit dñs ad me: Quid tu uides amos? Et dixi: Adamantẽ. Et dixit dñs ad me: Ecce ego inijciam adamantem in medio populi mei israel. Nequaq̃ ultra addam ut pertranseam eum: & dissipabuntur aræ risus: & sacrificia israel desolabuntur: & consurgam super domũ hieroboã in gladio. Et misit
Amasias sacerdos bethel
ad hierobam

A sermonibus dei terribilia minabatur: ut agentes pœnitentiam, reuerterentur ad deum, & idola desererẽt. Tunc sacerdos bethel in qua erat uitulus aureus: quem constituerat hieroboam filius nabath: & alij qui illi in imperio successerant, mittit ad hieroboam nepotem iehu, qui ei nunciet dicens: Rebellauit cõtra te amos, siue congregationes facit: atq; cõuent⁹ in medio regni tui isrl̃: & tãta loquit̃, ut terra regni tui uerba eius sustinere non possit. Audet autẽ mittere ad regẽ israel quasi pontifex: metuẽs ne si populus cõuertatur ad cultum dei, ille sacerdotij perdat gloriã. Cunq; duo audierit, demolient̃ excelsa idoli siue aræ risus: & sanctificationes uel cærimoniæ israel desolabuntur: & consurgam super domum hieroboam in gladio: eo q; idola penitus destruãtur, quib⁹ præerat Amasias sacerdos: & contra hieroboã deus cõsurgat in gladio, nisi ægerit pœnitẽtiam: ille de sua nõ mandat iniuria, ut de regis tm̃ contumelia dolere uideat̃: Hæc em̃ inquit, dicit amos. Erras calũniator: In omnib⁹ em̃ sermonib⁹ suis nõ q̃si ex se, ꝓpheta loquitur, sed semp; præponit in titulo: Hæc dicit dominus. Igitur quæ locutus est dominus, amos prophetam dixisse commemorat, ut magis regẽ prouocet ad uindictã. Quæ sunt quæ dicit amos? In gladio morietur hieroboam. Et in hoc mẽtiris: Non em̃ dixit, morietur: si enim hoc dixisset, uidebatur non suscipere pœnitentiam: sed consurget dominus super domum hieroboam in gladio, comminans pœnam, non inferens. Nec dixit: In gladio morietur hieroboam, sed consurgam in gladio super domum hieroboam. Hieroboam quippe gladio nõ est mortuus, sed domus eius: id est filius ẓacharias deo percutiẽte deletus est. Et israel (inquit) captiuus migrabit de terra sua: adde & cætera, si non ægerit pœnitentiam. Porro hieroboam uanissima amasiæ mandata contemnens: nihil ad ea quæ ille mandauerat uoluit respondere: Vnde ipse sibi assumit auctoritatem sacerdotalis fastigij, & loquitur ad amos: Qui uides, gradere, fuge in terram iuda. Prophetæ (ut crebro diximus) prius appellabantur uidentes: quia quæ uentura dicebant, cordis oculis intuebantur. Quærat prudens lector, quare uidentem uocet & nomine prophetali, quem de terra israel exire compellit? Cui respõdendum est: aut cum irrisione eum dicere κατὰ ἀντίφρασιμ: q; omnia mentiatur: aut quia uidebat multos esse in populo, qui eum libenter audirent: propter q̃d & regi retulit: congregationes facit contra te amos: Aperte iniuriam non audet facere, ne audientes ledere uideatur. Vade inquit in terram iuda in qua natus es: ubi libenter audiuntur insani: & comede ibi panem tuum, uel ibi uiue: aut certe exerce artem tuam per quam tibi reperias cibos: & ibi uaticinare qui habes multos quos consueuisti seducere: in bethel autem in qua ego sum sacerdos, ultra non adijcies prophetare: quia sanctificatio regis est, & domus regni. Et hoc quasi falsus sacerdos loquitur: adulans regali fastigio, ut non dicat: sanctificatio dei nostri est & domus idoli, sed sanctificatio regis & domus regni: hanc habentibus cunctis qui falsos deos colunt consuetudinem: ut superbiam suam regibus imputent: & quod ipsi faciunt, rex fecisse uideatur. Omnia quæ de amasia, & hieroboam, & israel, & amos interpretati sumus τροπολογικῶς, ad hæreticos referenda sunt: quorũ sacerdos amasias solet interdũ mittere ad hieroboam regẽ hæreticum, atq; hæreticorũ patronũ: & sanctos uiros ac precones fidei accusare apud eum: & iubere doctorib⁹, ne prædicent in israel: ne cõtra regis faciant uoluntatem: quia bethel, hoc est domus dei, & falsa ecclesia sanctificatio regis sit, & dom⁹ regni. Solent em̃ dicere: Impator nobis cõmunicat: & si quis eis resistiterit, statim calumniantur: ergo tu contra imperatorẽ facis? Augusti mãdata contemnis? & tamen consyderem⁹ q; multi reges christiani qui persecuti sunt ecclesiam dei: & arianam impietatem in toto orbe fundare conati sunt, uincant in scelere hieroboam regem israel. Ille enim falsi sacerdotis mandata despexit, nec ad suggestionem eius quicq̃ uoluit respondere: Isti autem cum multis amasijs sacerdotibus suis, fame & penuria, carceribus & exilijs amos prophetam, & sacerdotes domini necauerunt.

HEB. ad hieroboã regẽ israel dicens: Rebellauit contra te amos in medio domus israel: Non poterit terra sustinere uniuersos sermones eius. Hæc enim dicit amos: In gladio morietur hieroboã: israel autẽ captiuus migrabit de terra sua. Et dixit amasias ad amos: Qui uides, gradere: fuge in terram iuda: & comede ibi panem, & ibi prophetabis: & in bethel non adijcies ultra ut prophetes: quia sanctificatio regis & a dom⁹ regni est. Et respõdit amos, & dixit ad amasiam: Nõ sum ꝓpheta ego & nõ sum filius prophetæ, sed opilio

SEP. ad hieroboã regẽ israel dicens: Cõgregationes facit contra te amos in medio domus israel. Non poterit terra sustinere omẽs sermones eius. Hæc enim dicit amos: In gladio morietur hieroboã: israel autem captiuus ducet̃ de terra sua. Et dixit amasias ad amos: Qui uides, egrede: recede in terrã iuda: & ibi uiue, & ibi prophetabis: in bethel autem non adijcies ultra prophetare: quia sanctificatio regis est & dom⁹ regni. Et respondit amos & dixit ad amasiam: Non eram ꝓpheta ego neq; filius prophetæ, sed pastor

a ¶ Et respondit amos, et dixit ad amasiam: Non sum ꝓpheta et non sum filius ꝓphetę ꝛc̃. Hoc q̃d beatos Apostolos fecisse scriptura commemorat: quando denunciauerunt eis scribæ & pharisæi, ne docerẽt in nomine iesu: & illi responderunt dicentes: Obedire deo magis oportet, q̃ hominibus? etiam amos prophetam fecisse cognoscimus: qui iubente idolorum pontifice, ne prophetaret in bethel: non solum prophetat & ostendit se magis deum timere mittentem, q̃ illum prohibentem: sed audacter & libere ipsi denunciat supplicia, qui uetare conatus est, & dei impedire sermonem. Non solum (inquit) non sum propheta, siue non eram: quorum alterum humilitatis, alterum ueritatis est: Nec filius prophetæ, nec de ꝓphetali stirpe descendens: sed cum essem armẽtarius, & ruborum mora destringerem, tulit me dominus sequentem greges. Pro armentario qui hebraice dicitur בּוֹקֵר: Aquila & Symmachus & Theodotio, & quinta æditio βουκόλον transtulerunt: qui armenta pascit, non oues. Soli Lxx. ἀιπόλον dixerunt: qui ꝓprie pastor caprarum appellatur ἀπὸ τοῦ, ἀιπόλιον, q̃d interpretatur quidem grex qui in altioribus cõuersatur: ut ostendat greges caprarũ, semper rupes & asperas cautes & altiora conscendere. Sed quoniam infert: Et tulit me dominus ἐκ τῶν ποβάτων: id est de pecoribus: uidetur oues magis significare q̃ capras: licet in principio leuitici legerimus: & oues & capras, pecorum nomine demonstrari. Ita enim dominus loquitur: Si obtuleris ἀπὸ τῶν ποβάτων: id est de pecoribus domino agnum uel hædum, & ouem, siue capram. Porro hoc quod ait Vellicans sycamina: id est συκάμινα κνίζων. quod Aquila interpretatus est ἐρθυνῶν συκομόρους: id est scrutans sycomoros. Et Theodotion χαραχῶν συκαμίνους: id est uellicans sycamina. Et Symma-

Actũ. 4. d

chus

E chus ἔχων συκομώρους. i. habens sycomoros. Quidam ita edisserunt, ut sycamina uelint appellari genus arborũ, quæ palæstinæ nascuntur in campestribus: & agrestes afferunt ficus: quæ si nõ uellicentur, amarissimas cariculas faciunt: & a culicibus corrumpunt. Nobis autem (quia solitudo in qua morabat amos, nullam huiuscemodi gignit arborẽ) magis uidetur rubos dicere, qui afferunt mora: ac pastorũ famẽ & penuriam cõsolant. Vtcũq; uoluerit lector accipere, hoc dicendum est: q̃ humilem pastorem & rusticum assumpserit dominus: & miserit ad populum suum israel: & præceperit ei, ut egrediens de terra sua, samariã pergeret: & ibi quæ uẽtura sunt ꝓphetaret. Quia igit̃ domino inquit, iubente ut loquar, tu amasia dicis mihi: Noli prophetare super israel: & nõ stillabis sup domũ idoli, audi quæ cõtra te dominus cõminet̃. Pro domo idoli in hebraico scriptum est: בֵּית יִשְׂחָק id est domus risus: Isaac enim risus interpretatur: qd̃ Lxx. transtulerunt, domum iacob: nomẽ ꝓ altero nomine, & non rem intelligẽtes. Rursum ubi nos posuimus: & non stillabis: Symmachus interpretatus est, non increpabis. Stillare autem ꝓphetas, idioma scripturarum est: q̃ non totam dei simul inferant iram, sed paruas stillas comminatione denunciẽt. Quia ergo dixisti mihi, nõ ꝓphetabis: uxor tua in ciuitate fornicabit̃: quod melius interpretatus est Symmachus πορνευθήσεται: non q̃ ipsa fornicetur: sed q̃ passiuo genere, ab alijs constuprata sustineat fornicationẽ. Grandis autem dolor, incredibilisq; ignominia: quando maritus in media ciuitate, præsentibus cunctis, uxoris iniuriam prohibere non potest. Filij quoq; inquit tui & filiæ tuæ in gladio cadent. Non est tantus dolor in filia cõstuprata, quant9 in uxore polluta: nec tantus dolor in uxore occisa, quantus in filijs trucidatis. Maritus enim libentius audit uxorem interfici q̃ pollui. Nec hoc sufficit ad iniuriam, nisi & terra ipsius funiculo ab hostibus diuidatur: & nouos cultores recipiat. Ipse quoq; Amasias qui nunc gloriatur in sacerdotij potestate, nequaq; morietur in terra sua: sed ductus in captiuitatem, morietur in terra quæ polluta est idolis: & non ante morietur, nisi populum quem deceperat, seruientem uideat atq; captiuum. Scd̃m tropologiam, Amasias sacerdos interpretat̃ robustus & rigidus: eo q̃ rebellis & ferox, ecclesiasticũ uirũ, & uere ꝓphetã uetet dei uerba proferre & doctrinã: & errantẽ pp̃lm corrigere, phibeat. Hui9 uxor falsa ecclesia, patebit fornicationi omniũ: & filij ei9 ac filiæ q̃s male in errore generauit, domini mucrone ferientur: hum9 quoq; illius & uniuersa possessio erit pars dæmonũ: & ipse morietur in terra polluta: quæ non habeat habitatorem deum, sed multis prauæ religionis contaminetur erroribus: & omnis populus qui falsum sibi nomen assumit israel, captiuus migrabit de terra sua: ut non seruiat deo, sed hæreticorum ac dæmonum iugo colla submittat.

HEB. sed opilio ego sum uellicãs sycomoros: & tulit me dñs cum sequerer gregem, & dixit ad me: Vade ꝓpheta ad populum meũ israel, & nunc audi uerbũ dñi, tu dicis: Non ꝓphetabis super israel: & nõ stilla bis super domũ idoli. Propterea hæc dicit dñs: Vxor tua in ciuitate fornicabit̃: & filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadẽt: & humus tua funiculo metiet̃: & tu i terra polluta moreris: & israel captiu9 migrabit de terra sua.

SEP. sed pastor uellicans sycamina: & tulit me dominus ex ouibus, & dixit dñs ad me: Vade & prophetisa sup populũ meũ israel: & nũc audi sermonẽ dñi, tu dicis: Noli ꝓphetare sup israel: & ne congreges audiẽtes cõtra domũ iacob. Propterea hæc dicit dñs: Vxor tua in ciuitate fornicabit̃: & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadẽt: & terra tua funiculo diuidet̃: & tu in terra imũda moreris: israhel autẽ captiu9 ducet̃ de terra sua.

Ca. VIII

HEc ostẽdit mihi dñs deus: Et ecce uncin9 pomorũ, & dixit: Quid tu uides amos? Et dixi: Vncinum pomorũ. Et dixit dñs ad me: Venit finis super populum meum israel: non adijciã ultra ut pertranseã eũ: & stridebunt cardines templi in die illa dicit dñs de9. Multi morient̃: in omni loco proijcient̃ silentiũ. Audite

Ca. VIII

SIc ostẽdit mihi dñs deus: Et ecce uas aucupis. Et dixit: Quid tu uides amos? Et dixi: Vas aucupis. Et dixit dominus ad me: Veniet finis super populum meũ israel: non addam ultra ut pertranseam eum: & ululabunt laquearia templi in die illa, dicit dñs deus: Multi cadẽtes erũt: in omni loco inijciam silentium. Audite

Ca. VIII

HEc ostẽdit mihi dñs deus: Et ecce uncin9 pomorũ, & dixit: Quid tu uides amos? Et dixi: Vncinum pomorũ. Et dixit dñs ad me: Venit finis super populum meum israel: non adijciã ultra ut pertranseã eũ: & stridebunt cardines templi in die illa dicit dñs de9. Multi morient̃: in omni loco proijcient̃ silentiũ. Audite

Hiere. 1. c

Hieremias sub uirga cernit uigiliarum, siue nucis: eo q̃ uigilaue/rit super peccata populi sui: ne quasi clausis & conniuentibus oculis eorum delicta non uiderit: hoc nũc amos aduersus iudã & israel pariter intuet̃ sub specie uncini, qui hebraice dicitur בלוע: & a Lxx. in uas aucupis uertitur: cum auceps proprie מוקש nuncupetur: sicut supra in hoc eodem ꝓpheta legimus: Si cadet auis sup terrã sine aucupe. Et est sensus: Sicut uncino rami arborũ detrahunt̃ ad poma carpenda: ita ego proximum captiuitatis tempus attraxi. Et ut sciamus hoc esse, q̃ dicimus: ipse interpretat̃ deus, quid significet uisio, quam prophetæ ostẽderat. Venit finis super populum meũ israel: Q̃d̃ q̃ sequit̃: Non adijciam ultra ut pertrãseam eum: Hoc significat, q̃ iniquitates populi sui ultra non transeat: nec negligat: neq; impunita scelera transire permittat. Et ne solũ de decẽ tribubus dicere uideretur, intulit: Stridebunt cardines templi, siue laquearia in die illa dicit dominus. Hoc autem ὑπερβολικῶς accipiendũ est: quod tam graue malorum pondus incumbat: ut ipsi quoq; portarũ cardines & excelsa laquearia ululent: & incredibilem sentiant uastitatẽ: quando multi morientur: & captis habitatorib9 uel occisis, in omni loco proijciat̃ silentium. Sin autẽ uoluerimus legere pro uncino pomorũ, uas aucupis: hoc dicendum est, q̃ quomodo auceps uisco uel retibus aues uolantes per aerem, & sublimius discurrentes ad terrã detrahit: sic deus per sennacherib siue nabuchodonosor, quos nunc aucupes intelligimus, populũ suum pri9 liberum, & legis obseruatione sublimem comprehenderit, uinxerit, transtulerit, enecarit: Non enim iniuste tenduntur retia auibus. Et hoc nõ solũ ad babyloniæ captiuitatis tẽp9 referendũ est, sed & in aduentũ dñi saluatoris, q̃ dixerũt: Aufer de terra talem: crucifige eum, crucifige eum: & perdiderunt alas columbæ. Et uenit finis sup eos: & extrema captiuitas, ultraq; nõ pepercit eis dñs. Et ululauerũt cardines tẽpli, uel laquearia tẽpli, sup occisum pp̃lm corruẽtia. Et in omni loco proiectũ est silentiũ: habẽtib9 iudæis moysen & prophetas: & nõ habentibus uerbum dei: legentibus literã & perdentibus

A & perdentibus ſpiritum: qñ facta eſt menſa eorũ in laqueũ & in retributionẽ & ruinã: & excæcati ſunt oculi eorũ, ut nõ uiderent: & obduratæ ſunt aures eorũ, ut nõ audirẽt: & incuruatũ eſt dorſum eorũ ne cœlũ ſuſpicerẽt: ſed cũ euangelica illa muliere quæ habebat ſpiritũ infirmitatis ſemp terræ Mar.7.c incumberent: & effuſa eſt ſuper eos ira dei, & furor iræ ei⁹ cõprehendit illoſ: ita ut fieret habitatio eorũ deſerta: & in tabernacul⁹ eorũ nõ eſſet habitator: qñ cõpletũ eſt: Ecce dies uenĩunt dicit dñs: & emittã famem ſup terram: nõ famem panis neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi uerbum domini: de quo in poſteriorib⁹, ſi peruenerim⁹ ad calcẽ, plenius diſſerendum eſt. Nos ergo cernẽtes, qa deus naturalib⁹ ramis nõ pepercit, timeam⁹ eadem perpeti: & aucupis laqueos decli/ nemus, dicamuſq; ad ps.27.a dominum: Ne taceas neq; cõpeſcaris deus: & ne ſileas a me: & aſſimilabor deſcẽdentib⁹ in lacum. In toto orbe terrarũ proiectum eſt ſilentium iudæorum: ubicũq; fuerint muſſitãt poti⁹, q̃ loquunt: B & cũ blaſphemia eorũ contra dñm ſaluatorẽ ad cœlum uſq; peruenĩat: omnis interpre/ tatio ſcripturarũ muta eſt & ſilens: & aures nõ penetrat audientium. a ¶ Audite hoc q̃ conteritis pauperẽ ꝛc. Ne frũſtra uideaꝫ uncinus pomorũ, & uas aucupis eſſe mõſtratũ: & p hæc uicina imminere captiuitas, cauſæ offenſæ dei breuiter deſcribuntur: O tu iuda, & o tu iſrael, audite quæ ſcelera feceritis: de nocte ſurgentes, pro oratione & hymnis in deũ, ſtudium habetis opprimẽdi ſiue cõterẽdi pauperes: ut fame & ægeſtate cõfecti auferanꝫ de terra. ¶ Qui expectatis kalendas ut negociemini, & uſuras augeatis de uſuris: & ſabbata, ut aperiatis horrea, detiſq; frumẽta ampli⁹ receptu/ ri: & dei ſolennitates turpis lucri gratia in uẽſtra cõpendia uertitis: qui minorẽ in uendendis mercib⁹ mẽſurã facitis, & maiora pondera in accipiẽdis: ſtatheraq; iniquã, ut poſſideatis pecunia pauperes, & tam uiles habeatis homĩes: ut ẽ.2.b impleatis illud qd̃ ſupra de uobis dixerã: Pro eo q̃ uendidiſtis argento iuſtum, & pauperẽ, p calciamẽtis: & in tantã lucri rabiem proſiliſtis: ut nõ frumenta, quorũ eſu hominũ corpora ſuſtentanꝫ: ſed quiſquilias & purgamẽta frumenti uendatis pauperibus, puluerẽ & paleas tritico cõmiſcẽtes. ¶ quidẽ & peruerſos doctores ac principes, qui abſq; dei timore dominanꝫ cleris: de quib⁹ Hieremias loquit̃: ¶ Cleri Hiere.23. eorũ nõ proderunt eis, nõnunq; facere cernim⁹: qui putant queſtum eſſe pietatẽ: & ſedentes in tẽplo nummulariꝫ proponunt columbas: nõ in caueis, ſed in cathedris quaſi magiſtri, ſpirituſſancti dona uendentes: qui faciũt mẽſurã minorẽ atq; maiorẽ: ut pauperib⁹, uel parũ uel nihil: diuitib⁹ autẽ & his de quibus ſectanꝫ lucra in modũ concionatorũ loquanꝫ ſermone longiſſimo: & ꝓpter pecuniam cõterant capita pauperũ atq; cõculcent: & nõ frumentũ domini, qd̃ cõfirmat cor hominis: ſed quiſquilias & uiliſſimũ puluerẽ auidis faucib⁹ ingerant: etiam hæc quæ nullius ſunt preciꝫ Matth.10.a uenditantes, cum dominus Apoſtolis præceperit: Gratis

a HEB. Audite hoc qui conteritis pauperẽ: & deficere facitis ægenũ terræ dicentes: Q̃n tranſibit mẽſis & uenundabim⁹ merces: & ſabbatũ, & aperiem⁹ frumentũ: ut iminuam⁹ menſurã, & augeam⁹ ſiclum: & ſupponam⁹ ſtatheras doloſas: ut poſſideam⁹ in argẽto ægenos: & pauperes ꝓ calciamẽtis: & quiſquilias frumenti uendamus.

b Iurauit dñs in ſuperbiã iacob: ſi oblit⁹ fuero uſq; in finẽ oĩa opa eorũ. Nunqd ſup iſto nõ cõmouebit̃ terra: & lugebit oĩs habitator ei⁹: & aſcẽdet quaſi fluui⁹ uniuerſus, & eiciet̃ & defluet quaſi riuus ægypti.

c Et erit in die illa dicit dñs: Occidet

SEP. Audite hæc qui conteritis mane pauperem, & opprimitis ægenos de terra, qui dicitis: Q̃n pertrã/ſibit menſis & negociabimur: & ſabbata, & aperiemus horreum: ut faciam⁹ minorẽ menſurã & maius pondus: & faciam⁹ ſtatheram iniquam: ut poſſideamus in pecunia pauperes & ægenũ ꝓ calciamẽtis: & de omni uenditione negociemur. Iurauit dñs cõtra ſuperbiã iacob: ſi obliuiſcet̃ in finẽ oĩa opa ueſtra. Et ſup his nõ cõturbabit̃ terra: & lugebit oĩs habitator ei⁹: & aſcẽdet q̃ſi flumẽ cõſummatio ipſi⁹: & deſcendet q̃ſi fluui⁹ egypti. Et erit in die illa dicit dñs deus: Occidet

C Genĩ.22.c

ẽ.4.a

D

Rom.2.a

Iac.4.b

Luc.23.f

miat: & uigilantibus uigilet: hiſq; qui ſibi theſauriçauerũt iram in die iræ, dicaꝫ iraſci. Iurat autẽ qd̃ nõ obliuiſcaꝫ uſq; in finẽ operũ eorũ: Superbis enĩ deus reſiſtit: humilibus autem dat gratiã: ſed omnia memoriter teneat quæcunq; pecauerint: & uſq; ad finem & iudiciꝭ tempus adducat. Vnde pœnitentes rogant: ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: præſertim cum aduerſus ſuperbos ipſa terra moueatur ſiue turbetur & lugeat: non colonus & aduena, ſed habitator eius: & aſcendat ſicut fluuius conſummatio: & deſcendat ſicut flumen ægypti: ut qui egerit pœnitentiã, aſcendat cum fluuio ſcandente: qui autem perſeuerauerit in delictis, deſcẽdat ſicut fluuius ægypti: & ingreſſus mare abſorbeaꝫ: ac per hoc oſtendit ſuperbiam iacob, cõtra quã iurat dominus æternis ſupplicijs deuorandã. c ¶ Et erit in die illa dicit dominus ꝛc. Dies illa, diem captiuitatis ſignificat: quando uterq; populus ducetur in aſſyrios atq; chaldæos, quibus præ triſticiæ magnitudine occidet ſol meridie: & clara omnibus luce, tenebræ cuncta comprebunt: quando feſtiuitates eorũ & omnia cantica in luctum planctumq; cõuerſa ſunt. Et ſuper omne dorſum ſiue lumbos accincti ſunt cilicio: & iuxta conſuetudinem ueterum lugentiũ ſuper capita habuere caluitium: qd̃ & Iob in mortibus filiorum feciſſe legimus. Et tanta erit magnitudo luctus atq; triſtitiæ, ut unici filij morientis matriq; chariſſimi uincat dolorẽ: & omnia planctu & amaritudine compleantur. Poſſumus hunc locum & in domini intelligere paſſione: quando ſol hora ſexta retraxit radios ſuos: & pendentem in cruce dominum ſuum ſpectare non auſus eſt: quando tenebris cuncta complentibus, feſtiuitates eorũ & cantica, Veſpaſiano Titoq; ſuperantibus, in planctũ luctumq; mutata ſunt: quando lachrymarum & pœnitudinis & ciliciorum repleta ſunt omnia, & capita habuere caluitium:

Iob.1.d

Luc.23.f

quæ prius

E quæ prius naçareorum decorata cæsariæ, comam domino nutriebant. Tunc primogenitus filius dei ppłus israel: qui in unigenitū & uere filium dei miserat manū, æterno luctui traditus est: & nouissima eius siue qui cum eo erant, amaritudine sunt repleta. Nunc ergo illis habentibus tenebras, quia repulerūt solem iusticiæ: nos qui sedebamus in tenebris, &
Esa. 9. a in umbra mortis, uidimus lucē magnā: & illorū uniuersa festiuitas ad ecclesiæ translata est mysteria: ut illis flētib⁹, nos laudes domino concinam⁹. Illi ꝓ çona accingunē fu-
nibus & cilicijs: nobis cum Apostolis dicit:
Luc. 12. e Sint lumbi uestri præcincti: & lucernæ ardentes in manib⁹ uestris. Nos accincti sumus Christi ueritate, implentes illud quod
Eph. 6. c scriptū est: State accincti lumbos uestros in ueritate: Illi autē ꝓ ueritate circundati sunt diaboli mēdacio. Nostrum caput: de quo
Matth. 10. d saluator loquitur: Vestri autē & capilli capitis numerati sunt: habet comā perpetuam, & in capite nostro qui christus est, fortitudinem possidem⁹: ut interficiamus leonē: Illi autē dormierūt in me
F retricis synagogæ genib⁹: & diabolo tondente derasi, uirtutem capitis perdiderunt: amittētes cum robore oculos: de quibus in
Eccē. 2. c Ecclesiaste scriptū est: Sapiētis oculi in capite eius: qui autem stultus est, in tenebris ambulat. Illorū socij uersantur in luctu: nostri comites induunt̄ læticiæ uestimēto.

HEB. Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terrā in die luminis: & conuertā festiuitates uestras in luctū: & omnia cantica uestra in planctum: & inducam sup omne dorsum uestrū saccū: & sup omne caput caluitiū: & ponā eā quasi luctum unigeniti, & nouissima ei⁹ quasi diem amarū. Ecce dies ueniunt dicit dñs: & emittā famem super terrā: nō famem panis neq; sitim aquæ, sed audiendi uerbū domini. Et commouebuntur a mari usq; ad mare: & ab aquilone usq; ad orientē: circumibunt quærentes uerbum dñi, & nō inuenient. In die illa deficient uirgines pulchræ: & adolescētes in siti: qui iurāt in delicto samariæ, & dicunt: Viuit deus tuus dan, & uiuit uia berłsabeæ: & cadent & non resurgent ultra. ¶ Ca. IX

Vidi dñm

SEP. Occidet sol meridie, & cōtenebrescet super terram in die lux: & cōuertā solennitates uestras in luctum: & oīa cantica uestra in planctum: & inducam super omnē lumbū saccū, & super omne caput caluitium: & ponā eam quasi luctum dilecti: & qui cum eo sunt, quasi diem doloris. Eccē dies ueniunt dicit dñs de⁹: & emittā famem sup terrā: non famē panis neq; sitim aquæ, sed famē audiendi uerbū dñi. Et cō mouebunt̄ aquæ de mari usq; ad mare: & ab aquilone usq; ad orientē: circumibunt quærentes uerbum dñi, & nō inueniēt. In die illa deficient uirgines pulchræ, & iuuenes in siti: q iurant p ꝓpiciationē samariæ, q dicūt: Viuit de⁹ tu⁹ dan, & uiuit deus tuus berłsabeæ: & cadēt & nō resurgent amplius. ¶ Ca. IX

Vidi dñm

G & adolescētes siue electi atq; doctores: hoc em̄ significat: בְּחוּרִים defecerunt in siti, uirgines pulchræ, quas synagogas interpretā tur: & electos magistros populi. Qui cū defecerint, maledictiones Deuteronomij in populo iudaico dicēt esse completas. Hi electi atq; doctores iurauerunt in idolo samariæ, in uitulis scilicet aureis & dixerūt: Viuit deus tuus dan: in terminis terræ iudaicæ, ubi nunc Pameas est: & eo tempore uitulus aureus colebatur: & uiuit uia berłsabeæ: qa longo illuc & raro itinere cōmeabāt, propter reges iudæ iustos pariter & iniustos. Et quia hoc fecerūt, idcir co corruēt: & nō resurgent ampli⁹. i. nō recipient eū statū quē pri⁹ habuerāt. Mittit autē dñs famē in terrā sup eos q terrena sapiunt: & famem non panis: sitimq; non aquæ, sed audiēdi uerbum dñi: qñ ꝓpter peccata ppli doctrina defecit in ecclesijs: & a mare usq; ad mare, id est a salsis & amarissimis fluctibus usq; ad mare peruenīūt: nō occurrētes fluminib⁹, nō dulcissimis & uarijs fontib⁹: sed rursus ad amara currētes: & ab aquilone usq; ad orientem, cupiētes aquilonē deserere, qui est uentus durissim⁹: & ab ignorantib⁹ dexter uocat̄: & peruenire ad orientē, quē reperire nō poterūt: quia nō recto pergūt itinere, sed deuijs circūeunt callib⁹: uiāq; regiā nō tenētes, curuis ducunt̄ anfractib⁹. In illo tpe deficiēt aniæ uirginales, q̄s incorruptas apls noīat: & cupit æternā pudicitiā possidere, scribēs ad co-
2. Cor. 11. a rinthios: Despondi em̄ uos uni uiro uirginē castā exhibere christo: Timeo aūt ne sicut serpēs euam seduxit astutia sua:
Matth. 25. a ita corrumpant̄ sensus uestri: & excidāt a simplicitate quæ est in christo. Et si essent om̄es uirgines pulchræ uel bonæ, nunq; dixisset, deficient uirgines bonæ: sed ad distinctionē malarū uirginū bonas posuit, quæ sunt sanctæ corpore & spiritu. Malæ uirgines quinq; sunt stultæ, quæ lampadib⁹ suis oleum non parauerunt. Bonæ & speciosæ uirgines illæ sunt, quæ lumē habuerūt uirtutū: & sponsi thalamū ingressæ sunt. Deficiēt autē ỹgines: qa ỹbū dñi nō inueniēt. Ex q̄ intelligim⁹: qñ doctrina nō fuerit in ecclesijs, perire pudicitiam, castitatē mori: oēs abire ỹtutes: qa nō comederūt uerbum dñi: qđ qui comederit saginat⁹ ei⁹ cibo, audiet p salomonē: Iustus comedēs, saturat aīam suā: aniæ autē impioꝝ
Pro. 13. d esuriēt. Et dauid qui ad senectutē peruenerat abrahā, libere
Ps. 36. d decantabat: Iuuenis fui & senui: & non uidi iustum dereliłctum:

A ctum: nec semen eius quærens panem. Quanti martyres in persecutionibus perierunt fame, & indiguerunt frumento alimentisq; istis corporum. Ergo de eo dicit pane qui de cœlo descendit: quē qui comederit, nec esurire poterit nec sitire. Deficientibus autem uirginibus, & adolescētes deficient qui pri⁹ uicerant mūdū: & idcirco deficient: qa iurant in idolo samariæ, quā in hæreticoꝝ persona semp accipimus: dicēte hoc
5.6.a eodem propheta: Væ qui despiciunt sion, & cōfidunt in monte samariæ. Despiciunt em̄ hæretici ecclesiam dei, & cōfidunt in falsitate dogmatū suorū: erigēte s se cōtra sciētiā dei: & scisso pp⁹o ei⁹ dicen
3.Reg.12.d tes: Nō est pars nobis in dauid: neq; hæreditas in filio isai. Si quis ergo iurat in delicto samariæ, & dicit: Viuit de⁹ tuus Dan: & uiuit uia Bersabeæ: iste cadet & resurgere ultra nō poterit. Dan trib⁹ in ultimis iudæorum terminis posse sionem inuenire nō potuit: si-
Iudic.18. cut in libro iudicū scriptum est, interpretaturq; iudiciū. Bersabeæ autem pro uarietate accentuū uertitur in linguam nostrā, puteus iuramēti: aut puteus sacietatis ac septimi. Itaq; & hæretici in extremis scripturarū scrūtatores finib⁹ sitient, dei iudiciū cōtēnētes: & desyderātes uiā bersabeæ quæ fuit in tribu iuda: multaq; ecclīæ imitari sacramēta cupiētes, saturatos & repletos eē se dicūt:
1.Cor.4.b Quib⁹ ap'ls exprobrat Paulus: Iam saturati estis, iā diuites facti estis: & iurant in noīe dñi: qui semel cadētes: qa deos idolorū, deū arbitrant̄ suū: ampli⁹ nō resurgent. Qui autē uoluerint agere pœnitentiā, & nō dixerint: uiuit deus tuus
Hiere.8.b Dan: & uiuit uia bersabeæ, audiēt p Hieremiā: Nunquid q cadet, nō resurget: aut q auersus est, nō reuertet̄?

Ca. IX

Eçech.1.a Vidi dñm stantē cē. Qui cū Eçechiel & Ioanne
Matt5.3.d baptista apertos uiderit cœlos: & uelamē qd̄
Exo.34.g positum erat ante faciem moysi, ab oculis eius fuerit ablatum: ut compleatur in eo quod scri-
Pſ.18.b ptum est: Mandatū dei lucidū illuminās oculos: Iste uidebit stantem dñm super altare, præcipientē ꝓphetæ: siue ut multi putāt, angelo: qui reddendis pc̄ōrū supplicijs mancipatus est: ut percutiat cardines tēpli, siue ꝓpiciatoriū: & cōmoueant̄ superliminaria eius siue uestibula. Cuncq; ait: templū, ppter m liciā hoīm dissipatū fuerit & destructum, & ira mea a sanctuario meo cœperit: unusquisq; cognoscat se nō posse euadere, auaricia oīa possidēte: & nouissima sua esse mortē: nullaq; præsidia ad euadendā sentētiā dei posse succurrere. Qd̄cq; iuxta Lxx. legim⁹: ut dissiceret in capita omniū: Pulchre eorū capita diuidunt̄: qui ab eo qui est ca-
Iob.19.c put omniū, sua sponte diuisi sunt atq; dixerūt: Nō habem⁹ regē nisi cæsarē: qui uoce impia clamauerūt: Crucifige, crucifige talē. Et: Sanguis ei⁹ super nos & super filios nostros. Quæ oīa & ad hæreticos referre possum⁹: quorū altare percutitur: & oēs initiationes & sacramēta sacrilega cōmouentur: qui auariciā habuerūt in capitib⁹ suis, clamante p eos perdice: & cōgregante, quos nō peperit: & faciente diuitias absq; iudicio. Vñ & nouissima ei⁹ siue reliquias dñs interficiet: ut cœptū capitulū compleat̄: & nouissimū eius erit insi-

Vidi dñm stantē sup altare, & dixit: Percute car-
a dinē: & cōmoueant̄ sup liminaria: auaricia em̄ in capite omniū, & nouissimū eorū in gladio interficiā. Nō erit fuga eis, fugiēt & nō saluabit̄ ex his qui fu-
b gerint. Si descēderint usq; ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint usq; in cœlū, inde detraham eos: & si absconditi fuerint in uertice carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos: & si abierint in captiuitatem
corā inimicis

Vidi dñm stantē sup altare, & dixit: Percute sup ꝓpiciatorium: & cōmouebuntur uestibula, & dissice in capita omniū: & reliqs eorū gladio interficiā. Nō fugiet ex eis, qui fugerit: & nō saluabit̄ ex illis, qui fuerit resaluat⁹. Si defossi fuerint in inferno, inde man⁹ mea euellet eos: & si ascenderint in cœlum, inde detraham illos: si absconditi fuerint in uertice carmeli, inde scrutās auferā eos: & si demerserint se ab oculis meis in ꝓfundū maris, ibi mandabo draconi & mordebit eos: & si abierint in captiuitatem ante faciem
inimicorū

C

Deu.32.f

D

educēt eos: nō q̄ nullus añ resurrectionis diē ab inferis retrahat̄: sed q̄ & in inferno positi, in illi⁹ ptāte sint: Qd̄ sup dathan & abiron impletū esse cognoscim⁹, qs uiuētes terræ hiatus absorbuit. Et si ascēderint inquit usq; ad cœlū, inde detrahā eos: qa & enoch & helias rapti cū corpib⁹ in cœlū, dei regunt̄ arbitrio. Et cerne ꝓprietates: ad infernū descēdi tur, ad cœlū cōscēdit̄: de inferno educi mur, de cœlis detrahimur. In altero extrema desperatio est, in altero superbiæ magnitudo. Si absc̄ōditi fuerint in uertice carmeli, uel iuxta phenicis terminos in septentrionali plaga, uel ad meridiē ꝓpter eremi uastitatē, ubi habitauit q̄ndā nabal carmelius: inde inquit, scrutans auferā eos: & si in ꝓfundo maris: atq; ut de ꝓpheta loquar in tharsis, dei oculos uitare conent̄: ibi mandabo serpenti, quem in hoc leuiathan siue cete significat: ut seruet metaphoram: & per serpentem atq; cete ad hostes ueniat. Et mordebit eos, id est suis faucibus deuorabit. Et ne forsitan per superiora quæ dixit aliud quid, cū captiuitatem ab hostibus sentiremus: iuxta morem suum aperit scriptura qd̄ prius sub ænigmatibus dixerat. Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio & occidet eos: ne scilicet extrema malorum suorum æstiment seruitutem, sed etiam captos hostilis mucro confodiat: & qui superesse potuerint & mortem euadere, dei aspectum non effugiant: sed ponat super eos oculos suos in malum & non in bonum, ut semper eos uisitet: & ad pœnitentiam per tormēta compellat. Et hæc facturū esse se dicit omnipotens deus, ad cuius tactum & nutum terræ fundamēta quatiuntur siue tabescunt: & omnis eius habitator planctu & luctibus occupatur. Quæ loquitur ut ostendat magnitudinem diuinæ potentiæ: ne forsitan uelit quidem facere quod minatur, sed uires non impleant uoluntatem. Sin autem terra tabescit siue concutitur: & creatorem suum insensibilis quoq; natura persentit: quanto magis homo fragile animal, cuius animæ thesaurus in uasis fictilib⁹ atq; corporeis

Deu.32.f
Nu.16.e
Eccī.44.
4.Reg.2.a
1.Reg.25.a
Ione.4.a

E corporeis claudit: & quō ægypti fluui⁹ decurrit ī mare atq; sorbet: ita & terra isr̄l de q̄ supra dixerat: Qui tangit terrā & tabescit, ibit in captiuitatē & ab hostib⁹ deuorabit: μέσω/νυμικῶς, ab eo q̄ habet id qd̄ habet, diuino significante sermone. Et hæc quidē sequentes historiæ ordinē, utcunq; potuimus interpretati sumus: si tn̄ in quibusdā nos intelligētia nō defecit: Cæterū oēm loci istius περιοχήν, dauid
Ps.138. explicat dicens: Dñe probasti me & cognouisti me. Statimq; infert: Quo ibo a spiritu tuo: & a facie tua q̄ fugiam? Si ascendero
Ibidem in cœlum, tu illic es: si descēdero ad infernū,
Ibidem ibi es. Si sumpsero pēnas meas diluculo: & habitauero ī extremis
a maris: etēm illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. In deuteronomio q̄q; sīle quid legimus:
Deu.30.c Mandatū hoc qd̄ ego præcipio tibi hodie, nō supⁿ te ē: neq; procul positū, nec ī cœlo situ: ut possis dicere: Quis nostrū ad cœlū ualet cōscendere, ut deferat illud ad nos: & audiamus atq; opere compleamus: Neq; trans
F mare positum, ut causeris & dicas: Quis e nobis transfretare poterit mare: & illud ad nos usq; deferre: ut possim⁹ audire, & facere qd̄ præceptū est? sed iuxta ē sermo ualde in ore tuo & in corde tuo ut facias illud. Quando ēm anima uinculis laxata corporeis uolandi quo uelit, siue q̄ ire cōpellit, ꝓpter tenuitatē substantiæ habuerit libertatē:
Ps.9.c aut ad inferna ducetur: de quib⁹ scriptum est: Conuertant peccatores in infernū: omnes gentes quæ obliuiscunt deū:
Ibi.6.b Et: In inferno q̄s cōfitebit tibi? Et: Descēdit in infernū gloria tua:
Ibi.48.e Aut certe ad cœlestia subleuabit, ubi sunt spiritalia nequitiæ in cœlestib⁹: & si sibi ueræ circūcisionis sciētiā uoluerit uendicare, hoc ēm interpretat carmelus: & humilitate cōtempta habitare in montib⁹: & ibi scrutantē manū dei
בַּרְמֶל euadere nō ualebit. Q̄z si desperans salutē, oculos domini uitare tentauerit: & in ultimos falsorū fluctuum terminos
Apo.20.a puenire: etiā ibi mandabit dñs serpēti tortuoso & antiquo, qui est inimicus & ultor, & mordebit eam. Capta quoq; uitijs atq; peccatis, gladio domini punietur: & ponet oculos suos super eam in malum & non in bonū: ut per cruciatus atq; supplicia ad dñm reuertat. Cunq; deus omnipotēs tetigerit terrā eorū atq; concusserit: & tabescere fecerit cuncta terrena: intelligentes scelera sua uertent in luctū: & ipse dñs dupliciter ascendet atq; descendet. Ascendet super sanctos quasi fluuius cōsummationis ei⁹. i. terræ: ut opera eorū terrena cōsumat. Descēdet super peccatores quasi flumē ægypti, ut in tormētorū amaritudinē impetu dñi detrudantur.
a Qui ędificat in cęlo ascensionē suam ⁊c. Dñs deus omnipotens qui respicit siue tangit terrā & cōmouet eam: ipse est qui quotidie ædificat in cœlū ascēsionē suam: & dicit in
Iob.5.c euangelio: Pater meus usq; hodie operat, & ego operor: &
Gen.2.d nō solum de costa adam in typum ecclesiæ semel ædificauit euam, sed q̄tidie credētes & mēbra corporis sui ædificat: & de terris ad cœlū leuat, ut in illis ipse cōscēdat. Ascēdit dñs in cœlū cū enoch: ascēdit cū helia: ascēdit cū moyse: cui⁹ sepulturæ loc⁹, qa in cœlū ascenderat, in terra nō potuit inueniri. Ascēdit cū paulo, qui uas electionis, in apostolū de persecutore mutat⁹ est: & de humilib⁹ raptus in sublimia: ita ut
2.Cor.12.a ascēderet in cœlū tertiū: & p spiritū sanctū & filiū peruenire ad patrem: & audiret uerba ineffabilia mysteria trinitatis, quæ hoīb⁹ audire nō licitū est. Iste ergo qui q̄tidie ascendit in sanctis, fasciculū suū fundauit super terrā: de q̄
Luc.12.d in euāgelio loquit: Ne timeas grex paruule: quia complacuit patri meo habitare ī te. Iste fasciculus una dñi religione cōstrictus est. Vn̄ & ipsa religio a religādo, & in fascē dñi uinciendo nomē accepit. Porro iuxta Lxx. πλὴν ἐπαγγελίαμ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς θεμελιῶμ.i. repromissionē suā fundat sup terrā: ut oēs illius repromissiōes q̄s sancti ꝓphetæ suo ore cecinerūt nō inanē sonū habeāt: & cassa solius tropologiæ noīa, sed fundentur in terra: Et cū historiæ habuerint fundamēta, tunc spiritalis intelligentiæ culmen accipiant: ut uere christus de uirgine natus sit, uere laçarū mortuū suscitarit: uere ad tactū ei⁹ αἱμορροοῦσα sanata sit, uere in aduētu dñi cæci uiderint, claudi cucurrerint, contractæ manus extensæ sint, lepra mundata sit: licet scd̄m tropologiā quotidie de anima uirginali nascat sermo diuin⁹: quotidie peccato mortui, & uitiorū funib⁹ alligati, de sepulchro scelerū suorū iubeant exire: quotidie sanguinis opa cōstringant: cæci infidelitate christi lumē aspiciāt: claudicātes pri⁹ fide, currāt in uia dñi: & aridæ man⁹ auaricia, extēdant ad elemosynā: & lepra mariæ quæ cōtaminat quicquid attigerit, recipiat pristinā puritatē. Iste autem dñs amarissimas quoq; aquas maris uocat: & effundit eas sup eos, qui faciē suā uerterūt ad dñm. Ideo autē uocat amaras aquas, ut dulces faciat: & educat uentos de thesauris suis: & graues salsugine aquas, sua in altū iussione suspendat: eli quansq; eas, & æthereo calore decoquēs, dispēset in pluuias & emittat sup faciē terræ: ut arentia quæq; rigent imbrib⁹: & ubi abūdauit peccatū, superabundet gra. b Nunqd nō ut filij ⁊c. Pro cyrene Aquila & quinta æditio ipsum uerbum hebraicū posuerūt קִיר, Lxx. foueā. i. βόθρον: Theodotio, parietē: Symmach⁹, cyrenē: quē & nos in hoc loco secuti sum⁹. Totā loci hui⁹ quē ꝓposui, & omniū quæ hoc capitulo cōtinent intelligētiā, breui sermone cōcludam: usq; ad eū locū in q̄ scriptū est: Qui dicunt: nō appropinquabit: & nō ueniet sup nos malū: ut possim⁹ nosse qd̄ dicit: Ego dominⁿ de⁹ oīpotēs, quē celare nihil pōt: qui tango terrā & mouebit: q ædifico in cœlo ascēsionē meā: qui uoco aquas maris: & effundo eas sup faciē terræ: cui⁹ est nomē dñs: qui creator sum oīm: cūctas gētes de eodē finxi luto: & æquali sorte generaui. Deniq; æthiopes, palæstinos, syros, atq; iudæos, distantes locis atq; corpib⁹, mortalitatis lege sociaui: & p arbitrio meo seruos meos huc illucq; commuto: & in uniuersas, puincias trāsfero. Ne erigamini in supbiā, q̄ uos de ægypto eduxerim: & q̄si peculiarē ppl'm meū pharaoni seruire non passus sim: hoc idē feci & palæstinis, quos Lxx.
Rom.5.d

G

H

SEP. inimicorū suorū, ibi præcipiā gladio & interficiet eos: & obfirmabo oculos meos sup illos in mala, & non in bona. Et dñs de⁹ omnipotēs qui tangit terrā & cōmouet eā: & lugebunt oēs habitatores ei⁹: & ascēdet sicut fluuius consummatio eorū: & descēdet sicut flumē ægypti. Qui ædificat in cœlo ascēsionē suam, & ꝓmissionē suā sup terrā fundat: qui uocat aquā maris: & effundit eā sup faciē terræ: dñs oīpotens nomē ei⁹. Nōne ut filij æthiopū, uos estis mihi filij israel, dicit dñs? Nonne israel eduxi de terra ægypti: & alienigenas de cappadocia, & syros de cyrene? fouea?

alienigenas

A alienigenas tranſtulerũt,qui hebraice appellanť בְּנֵי־תוּרִים: ut tãſſerrẽ eos de cappadocia:& in paleſtinæ regionib⁹ collocarem:Syros quoq;,id eſt אֲרָם trãſtuli de cyrene: ex quo q æquali cõditione ſunt facti, æquali iudiciȝ mei ſentẽtia punient:& oĩa abſq; diſcretione perſonaȝ,impia regna ſubuertã: uos autẽ o filiȝ iſrael:de quibus dixi:

Exo.4. f Primogenitus filius
Oſee.11.a me⁹ iſrael:Et ex ægy-
pto uocaui filiũ meũ:
pſ.88. e percutiam in uirga:& uiſitabo peccata ueſtra:ſed non in perpetuũ conterã:& miſericordiã meã nõ auferã a uobis:& q̃ſi in cribro agitatos atq; concuſſos,mũdabo & eligam:ut q lapillus fuerit,& per pœnitentiã roboratus: de cribro meo non excidat: qui autem inſtar pulueris ceciderit in terram, p-cutiať gladio: ut moriantur peccatores populi mei: nõ quia ante peccauerint:ſed qa uſq; ad mortem perſeuerauerint in peccatis. Oĩs autem qui eſt iſrael,& prius deũ mente cõſpiciens: eductuſq; de ægypto:ſi de ſyderans uitia ægypti & ſæculi uoluptates: non ſolum in ægyptũ

B ſed i æthiopiã reuerta

Hiere.13. d tur:in qua qui fuerit iuxta Hieremiã,pellem ſuam mutare non poteſt, chriſti ſaluatur aduẽtu:& implẽť in eo qd̃ ſcri-
pſ.67. g ptum eſt: Ethiopia præueniet manus eius deo. Cũq; eum
Ibi.71. a adorauerit,dicetur de illo:In conſpectu ei⁹ procident æthiopes. Qui cum prociderint,& trans flumina æthiopiæ inde
Cañ.1.b detulerint uictimas dño,dicere poterunt: Nigra ſum & ſpecioſa quoniam decolorauit me ſol. Corpora eĩm umbrioq; marcentia, tentationes, & æſtus ſæculi ferre nõ poſſunt:quæ autem ad luctam & ad certamina præparanť,ſole ſiccata:ſuperant mundi iniurias & benedictionem ſancti
pſ.120.b ſpiritus cõſequunť, dicentis ad iuſtum:Per diem ſol non uret te:neq; luna per noctem Ethiopes ergo uertunť in filios dei,ſi ægerint pœnitentiã:& filiȝ dei tranſeunt in æthiopes:ſi in profundũ uenerint peccatorum. Ipſe enim creator omniũ de⁹ cappadoces uertit in palæſtinos:& eos qui uerſabantur in frigore fidei,& aquiloni uento duriſſimo ſubiacebant,fecit bibentes cadere:& depoſita ſuperbia, domini ſentire iudiciũ. Syros quoq;,id eſt excelſos atq; ſublimes q dicuntur אֲרָם: tranſtulit de cyrene infirmo pariete: ſiue quæ imminebat amariſſimo mari,& uicina ſyrtib⁹ erat: & iuxta Lxx. in fouea tenebať,mutauit in bonam partem:ut excelſos faceret. Oculi enim dñi ſuper oĩa ſũt regna peccantia:
Matth.4.b quæ oſtendit diabolus dño:& de quibus Apſtus dicit:Non
Rom.6.b regnet peccatũ in mortali ueſtro corpore, ad obediendũ deſyderiȝ eius. Verũtamẽ cum in uirga uiſitet peccatores: & cõterat eos atq; percutiat q permanſerint in pctõ:eas anĩas quæ appellanť dom⁹ iacob,& ſupplantãt peccatũ:& in certamine ſuperãt:& plantã cruenti fratris inuadũt:in æternũ perire non patitur. a Ecce eĩm ego mandabo ꝛc. Deus
e Et subleuabis de corruptione ꝛc. Proprie dixit, subleuabis, uel ascendet de corruptiōe uita mea: quia ad corruptionē, & ad inferna descenderat: hoc est qḋ apostoli interpretātur in quintodecimo psalmo ex persona dñi prophetatum: Qñ nō derelinquas animā meā in inferno: nec dabis sanctum tuū uidere corruptionē: Quod dauid scilicet & mortuus sit & sepultus: saluatoris autē caro non uiderit corruptionē. Alij uero interpretātur qḋ ad comparationem cœlestis beatitudinis & uerbi dei, humanū corpꝰ corruptio sit: qḋ seminatur in corruptione: & in centesimosecundo psalmo ex persona iusti significet: Qui sanat omnes infirmitates tuas: qui redemit de interitu uitā tuā: Vñ & Apostolus dicit: Miser ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Et appellatur corpus mortis, uel corpus humilitatis. Hoc illi ad occasionē suæ ducunt hæreseos: ut sub persona christi mētiantur antichristū, ecclesias teneant: ut uentrem pinguissimū nutriant: & carnaliter uiuentes, cōtra carnem disputant: Nos aūt scimus de incorrupta uirgine corpus assumptū, non corruptionem christi fuisse, sed tēplum: Qḋ si in Apostoli ad corinthios sentētiā trahimur: in qua

1. Cor. 15. f

corpus dicitur spiritale: ne cōtentiosi uideamur: dicemꝰ id ipsum quidem corpus, & eandem carnē resurgere, quæ sepulta est: quæ in humo condita: sed mutare eā gloriam: nō mutare naturā: Oportet em̄ corruptiuū hoc induere incorruptionē: & mortale hoc induere īmortalitatē. Quādo dicit: hoc, quodāmodo duobꝰ digitulis cōprehensum corpꝰ oñdit: hoc in q̄ nascimur: hoc in q̄ morimur: hoc qḋ timēt recipere q puniēdi sūt: hoc qḋ uirginitas expectat ad premiū: adulteriū formidat ad pœnā. Sup Iona aūt ita ītelligi potest: qḋ qui in uentre ceti iuxta naturā corporum corrūpi debuerat, & in cibos bestiæ proficere: ac ꝑ uenas artusq; diffundi: sospes & integer manserit. Porro qḋ ait: Dñe deꝰ meus, bladientis affectus est: qḋ cōmunē deū omniū: beneficij magnitudine, suū & quasi proprium senserit deum.

Ibidem. g

f Cum angustiaretur in me anima mea ꝛc. Cū inquit nullum aliud sperarē auxiliū: recordatio dñi mihi saluti fuit: Iuxta illud: Recordatus sum dñi &, lætatus sum. Et in alio

ps. 76. a
Ibi. 142. b

loco: Recordatus sum dierū antiquorꝝ: & annos æternos in mente habui: Ego cū desperarē salutē: & carnis fragilitas

Ibi. 76. b

in medio uētre ceti nihil me de uita sperare permitteret: qḋ impossibile uidebat, dñi recordatiōe superatū est: Videbā me clausum in utero ceti, & tota spes mea dñs erat. Ex q

H

bus discim

A bus discimus iuxta Lxx. eo tempore quo deficit anima nostra, & a corporis compage diuellit: nō nos debere alio cogitationē uertere: nisi ad eum qui & in corpore & extra corp⁹ noster est dñs. Sup saluatoris uero persona non est difficilis
Matth. 26. d interpretatio: qui dixit: Tristis est ānia mea usq; ad mortē. Et: Pater si possibile est transeat a me calix iste
ps. 30. b Et: In manus tuas cōmendo spiritū meum: & cætera his similia.

a ¶ Vt veniat ad te oratio mea ad &c. Idcirco in tribulatione dñi recordatus sum: ut oratio mea de extremo mari, & scissuris montium conscendat ad cœlos, & ueniat ad templū sanctū tuum: in quo tu æterna fruēris beatitudine. Et cōsyderandū qđ nouo genere, oratio fiat pro oratione: & præcet ut oratio illius conscēdat ad templum dei. Petit autē quasi pontifex ut in corpore suo popul⁹ libereť. b ¶ Qui custodiunt vanitates &c. Deus natura miseri-

B cors est: & paratus ut saluet clæmētia, quos nō potest saluare iustitia: nos autē uitio nostro paratā misericordiā, & ultro se offerentem perdimus & relinquimus. Et nō dixit, q
Eccs. 1. a faciūt uanitates. Vanitas quippe uanitatū: & omnia uanitas: ne damnare uidereť uniuersos: & cūcto generi humano misericordiā denegare: sed q custodiūt uanitates siue mēdaciū: qui trāsierūt in affectū cordis: qui nō solū faciunt, sed ita custodiūt uanitates, quasi diligāt, & thesaurū inuenisse se putēt. Simulq; cerne magnanimitatē ꝓphetæ: in ꝓfundo maris: in uentre tantæ bestiæ æterna nocte cooptus: nō cogitat de piculo suo: sed de natura rerum, generali sententia philosophaꝝ. Misericordiā inqt
ps. 144. b suā derelinquent. Licet offensa sit misericordia, quā nos possumus ipsum intelligere deum: Misericors eī & miserator dñs, patiens & multæ miserationis: tamē eos qui custodiūt uanitates: nō relinquit: nō detestaꝝ, sed expectat ut redeāt: Illi uero stantem misericordiā & ultro se offerentē sponte ꝓpria derelinquūt. Potest hoc & ex ꝓsona dñi de iudæoꝝ ꝓfidia ꝓphetari: qui dum se æstimāt præcepta hominū & phariſæorū mādata seruare: quæ uanitas atq; mendaciū sunt: deum qui semp eorū misertus fuerat reliquerūt. c ¶ Ego autē in voce &c. Qui custodiunt uanitates, suam misericordiam reliquerunt: Ego autē qui pro multorū salute deuoratus sum, in uoce laudis & cōfessionis īmolabo tibi, meipsū
1. Cor. 5. c offerens: quia pascha nostrū īmolatus est christus. Et quasi pontifex & ouis seipsum pro nobis obtulit. Et confitebor
Matth. 11. d inquit tibi ut ante confessus sum dicens: Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ: & reddā uota quæ feci pro salute om-
Iob. 6. d nium dño: ut omne qđ dedisti mihi nō pereat in æternum.
et 18. b Cernimus quid in sua passione saluator pro nostra salute ꝓmiserit: non faciamus mendacē iesum: mundi simus & abuniuersis peccatorū sordibus separati: ut nos deo patri offerat uictimas quas uouerat. d ¶ Et dixit dñs pisci &c. Hæc quæ supra legimus sub persona Ionæ dñs deprecatus est in
Iob. 3. b uētre ceti: de quo & Iob mystice loquitur: Maledicat ei qui maledixit diei: ille qui magnum cetum capturus est. Præcipitur ergo huic magno ceto, & abyssis & inferno: ut terris restituant saluatorem: & qui mortuus fuerat, ut liberaret eos qui mortis uinculis tenebantur, secum plurimos educat ad uitam. Q đ autem scribitur, euomuit, ἐμφατικώτερον debemus accipere: qđ ex imis uitalibus mortis, uictrix uita processerit. ¶ Ca. III

ET factum est verbum dñi &c. Non dicitur ꝓphete quare nō feciſti qđ tibi fuerat imperatum: sed sufficit ei naufragij & deuoratiōis sola correptio: ut qui imperātem nō sensērat, dñm intelligeret liberantē. Alioquin superfluum est delinquenti seruo post plagas uelle imputare qđ fecit: cum huiusce modi correptio non tam emendatio sit, q; exprobratio. Dominus autem noster post resurrectionem secundo mitti-

D tur ad niniuen: ut qui prius quodāmodo fugerat: dicens: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: Et noluerat dare panem filiorū canibus: Nunc quia illi dixerant: crucifige, crucifige talē: nos nō habemus regem nisi cæsarem: sponte pergit ad niniuen: ut hoc prædicet post resurrectionem, qđ ut prædicaret & ante passionē ei fuerat imperatum. Totum autem qđ iubetur, qđ obedit: qđ non uult: qđ iterū uelle cogitur: qđ patris secūdo exequiť uoluntatē: refer ad hominē & ad formam serui, cui talia ῥba cōueniūt.
f ¶ Et surrexit ionas &c. Statim Ionas qđ fuerat sibi impatum ope perfecit. Niniue aūt erat ad quā pergebat ꝓpheta: ciuitas magna, & tanti ambitus: ut uix trium dierū possit itinere circūiri. At ille præcepti & supioris naufragij memor uiam trium dierū unius diei festinatione compleuit: quāq; sint qui ita simpliciter intelligant: qđ in tertia tantū parte urbis prædicauerit: & ad reliquos confestim prædicationis sermo peruenerit. Dñs autē noster proprie post inferos consurgere dicitur, & uerbū dñi prædicare: quando mittit apostolos ut baptiçent eos qui erant in niuiue: in nomine patris & filij & spūssancti: hoc est itinere trium dierū. Et hoc ipsum sacramētū salutis humanæ unius diei uia, id est uni⁹ dei confessione ꝓficiť: nō tā apostolis q; in aplis prædicāte iona: Ipse eī dicit: Ecce ego uob'cum sum usq; ad consu- Matth. 28. c
mationem sæculi. Nulliq; dubium quare niniue magna sit ciuitas dei: cum mundus & uniuersa per ipsum facta sint: & sine ipso factum est nihil. Notandū quoq; qđ nō dixerit tribus diebus & noctibus: uel uno die & nocte: sed absolute diebus & die: ut ostēderet in mysterio trinitatis, & unius dei confessione nihil esse tenebrosum. g ¶ Et clamauit &c. Trinus numerus qui ponitur a Lxx. non conuenit pœnitētiæ: & satis miror cur ita translatum sit: cum in hebræo nec literarum nec syllabarum nec accentuum, nec uerbi sit ulla cōminitas. Tres eī dicit שְׁלֹשׁ & quadraginta אַרְבָּעִים Alioquin & de iudæa tanto itinere missus propheta in assyrios, dignam suæ prædicationis pœnitentiam flagitabat: ut

h / antiqua

a Vt ueniat ad te oratio mea ad templum sanctū tuum.
b HEB. Qui custodiūt uanitates frustra: misericordiā
c suam derelinquent. Egō autē in uoce laudis immolabo tibi: quæcunq; uouī reddam pro salute do-
d mino. Et dixit dominus pisci: & euomuit ionam in aridam. ¶ Ca. III
e ET factum est uerbum dñi ad Ionā secūdo dicēs: Surge & uade in Niniuen ciuitatē magnā: & prædica in ea iuxta prædicationē priorē quā ego loquor ad te.
f Et surrexit Ionas & abiit in Niniuen: iuxta uerbum dñi: & niniue erat ciuitas magna dei itinere triū dierū: & cœpit ionas itroire in ciuitatē itinere diei unius.
g Et clamauit & dixit: ad-

/ huc

SEP. Qui custodiūt uana & mendacia: misericordiā suā reliq̄tūt. Ego aūt cū uoce laudis & cōfessionis immolabo tibi: quæcūq; uoui reddā tibi salutare dño. Et præcepit ceto, & eiecit Ionam sup siccū. ¶ Ca. III

ET factus est sermo dñi ad Ionā secundo dicēs: Surge & uade in Niniuen ciuitatē magnam: & prædica in ea iuxta predicationē priorē quā ego locut⁹ sum ad te, Et surrexit Ionas: & abiit in niniuē: sicut ei locut⁹ fuerat dñs. Erat aūt niniue ciuitas magna deo: q̄si itinere uiæ dierū trium: & cœpit Ionas ingredi ciuitatem quasi itinere uni⁹ diei. Et prædicauit & dixit: ad-

/ huc tres

E antiqua & putrida uulnera, diu appoſito curarentur emplaſtro. Porro quadragenarius numerus conuenit peccatoribus, & ieiunio, & orationi, & ſacco, & lachrymis, & perſeuerantiæ deprecãdi: ob q̃ & moyſes quadraginta dieb⁹ ieiunauit in monte ſina: & helias fugiẽs ieçabel: & dei deſuper ira pendente, quadraginta dies ieiunaſſe deſcribit. Ipſe quoq; dominꝰ uerus Iona miſſus ad prædicationem mũdi, ieiunauit q̃draginta dies: & hæreditatẽ nobis ieiunij derelinquens, ad eſum corporis ſui ſub hoc numero nr̃as anĩas præparat. Q̃z autẽ clamauit, euãgelicũ illud expleꝫ: Stans clamabat in tẽplo dicẽs: Qui ſitit, ueniat ad me & bibat. Omnis enim ſermo ſaluatoris quia de magnis prædicabat, clamor appellatur.

Exo.34.d
3.Reg.34.b
Ioh.7.f

a ¶ Et crediderunt viri niniuite ꝛc. Credidit niniue: & iſrael incredulus peꝛſeuerat. Credidit præpuciũ, & circumciſio permanet infidelis. Et primum credunt uiri de niniue qui ad ætatem chriſti peruenerant: prædicantq; ieiunium, & ueſtiunt̃ ſaccis a maiore uſq; ad minorem: Dignus & uictus & habitus pœnitentiæ: ut qui offenderãt deum luxu & ambitione, eorum damnatione placent, per quæ prius offenderãt. Saccus & ieiunium, arma ſunt pœnitẽtiæ, auxilia peccatorũ: ante, ieiunium: & ſic ſaccus: ante, quod occultum eſt: & poſtea, quod palam: hoc ſemper deo, illud interdum exhibetur & hominibus. Et ſi e duobus neceſſarijs unum eſt ſubtrahendum: magis ieiuniũ abſq; ſacco, q̃ ſaccum eligam abſq; ieiunio. Maior ætas incipit, & uſq; ad minorẽ peruenit: nullus enim abſq; peccato: etſi unius quidem diei fuerit uita eius, & innumerabiles anni uitæ illius. Si enim ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu dei: quanto magis uermis & putredo: & hi qui peccato offendentis adam tenentur obnoxij? Sed & ordo pulcherrimus: Præcipit deus prophetæ: propheta prædicat ciuitati: prius uiri credunt: & illis ieiunium prædicantibus, omnis ætas ſacco induitur: uiri nõ prædicant ſaccũ, ſed tm̃ ieiuniũ: At uero his quibus pœnitentia præcipitur, conſequenter ad ieiunium ſaccum copulant: ut inanis uenter, & habitus luctuoſus, ambitioſius dominũ deprecẽtur.

Iob.25.b

b ¶ Et peruenit uerbum ad regẽ niniue: ⁊ ſurrexit ꝛc. Scio plæroſq; regem niniue qui extremus audiat prædicationẽ: & deſcendat de ſolio ſuo: & priſtinum abijciat ornatum: ueſtituſq; ſacco, ſedeat in cinere: nec ſua cõuerſione cõtentus: cæteris quoq; conducibus ſuis prædicet pœnitentiam, dicens: Homines & iumenta & boues & pecora crucientur fame, operiantur ſaccis: & damnatis priſtinis uitijs, totos ſe conferant ad pœnitentiam, ſuper diabolo interpretari: qui in fine mundi, quia nulla rationabilis, & quæ a deo facta ſit creatura pereat, deſcendens de ſua ſuperbia, acturus ſit pœnitentiam: & in locum priſtinum reſtituendus. Ad cuius ſenſus comprobationẽ: etiam illud de Daniele exemplum

Dañ.4.e

F proferunt: ubi nabuchodonoſor acta per ſeptem annos pœnitentia, in regnum priſtinum reſtituitur. Sed hoc quia ſcriptura ſancta non dicit: & euertit penitus timorem dei: dum facile homines labuntur ad uitia: putantes etiam diabolum, qui auctor malorũ eſt, & omnium peccatorũ fons, acta pœnitentia, poſſe ſaluari: de noſtris mẽtibus abijciamus: Et ſciamus peccatores in euãgelio mitti in ignẽ æternũ, qui præparatus ſit diabolo & angelis eius: & de his dici: Vermis eorum nõ morietur: & ignis eorum non extinguetur. Scimus quidem clæmentẽ eſſe deum: nec qui peccatores ſum⁹, crudelitate illius delectamur: Sed legimus: Miſericors & iuſtus dominus: & deus noſter miſeretur. Iuſtitia dei uallatur miſericordia: & tali ad iudicium ambitione procedit: ſic parcit, ut iudicet: ſic iudicat, ut miſereatur. Miſericordia & ueritas obuiauerũt ſibi: iuſticia & pax oſculatæ ſunt ſe: Alioquin ſi omnes rationabiles creaturæ æquales ſũt: & uel ex uirtutib⁹, uel ex uitijs ſponte, ppria aut ſurſum eriguntur: aut in ima mergunt̃: & longo poſt circũitu atq; infinitis ſæculis, omnium rerum reſtitutio fiet: & una dignitas militantium: quæ diſtantia erit inter uirginem & proſtibulum? Quæ differentia erit inter matrem domini: & quod dictu quoq; ſcelus eſt, uictimas libidinum publicarum? Idem ne erit gabriel & diabolus? Idem apoſtoli & dæmones? Idem prophetæ & pſeudoprophetæ? Idem martyres & perſecutores? Finge quod libet: annos & tempora duplica: & infinitas ætates congere cruciatibus: ſi finis omnium ſimilis eſt, præteritum omne pro nihilo eſt: quia non quærimus quid aliquando fuerimus: ſed quid ſemp futuri ſimus. Nec ignoro quæ aduerſum hæc ſoleant dicere: & ſpem ſibi ac ſalutẽ cum diabolo præparare. Verũ nõ eſt iſtius tpis cõtra dogma peruerſum & σύμφραγμα, diabolicum regnum docentiũ, & angelis publice denegantium priuilegium, latius ſcribere. Sufficit nobis indicaſſe quid de hoc teſtimonio ſenſerim⁹: & quaſi in cõmentarijs breuiter intimare, quis ſit rex niniue: ad quem extremũ dei ſermo perueniat. Quid ualeat apud hoĩes ſæculi eloquentia & ſapiẽtia ſæcularis, teſtes ſunt Demoſthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophraſtus, Ariſtoteles, & cæteri oratores ac philoſophi: qui uelut reges habentur hominum: & præcepta eorum: non ut præcepta mortalium, ſed quaſi oracula accipiuntur deorum. Vnde & plato dicit: Fœlices fore reſpublicas, ſi aut philoſophi regnent: aut reges philoſophentur. Q̃z autem difficile iſtiuſmodi homines credant in deum, ut quotidiana exempla præteream, & ſileam de ueteribus hiſtorijs æthnicorum, ſufficit nobis apoſtoli teſtimonium: qui ad corinthios ſcribens ait: Videte fratres uocationem ueſtram: quia non ſunt multi ſapientes ſcd̃m carnem: nõ multi nobiles: ſed ſtulta mũdi eligit deus, ut confundat ſapiẽtes:

1.Cor.1.d

G

H

Hebr. huc quadraginta dies & niniue ſubuertet̃.

a Et crediderunt uiri niniuite in deum, & prædicauerunt ieiuniũ: & ueſtiti ſunt ſaccis a maiore uſq; ad minorẽ.

b Hebr. Et peruenit uerbum ad regem niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit ueſtimentum ſuum a ſe, & indutus eſt ſacco: & ſedit in cinere: & clamauit & dixit in niniue, ex ore regis & principum eius dicens: Homines & iumenta & boues & pecora non guſtent quicq̃ nec paſcant̃: & aquam non bibant: & operiant̃ ſaccis homines & iumenta: & clament ad dominum in fortitudine: & cõuertatur uir a uia ſua mala: & ab iniquitate quæ eſt in manib⁹ eorũ. Quis ſcit ſi cõuertat̃ & ignoſcat deus: & reuertat̃ a furore iræ ſuæ, & nõ peribimus?

Sep. huc tres dies, & niniue ſubuertetur.

Sep. Et appropinquauit ſermo ad regem niniue: & ſurrexit de throno ſuo: & abſtulit ſtolam ſuã a ſe: & coopert⁹ eſt ſacco, & ſedit in cinere: & prædicatũ eſt niniue a rege & ab omĩb⁹ maiorib⁹ ei⁹ dicẽtib⁹: Homines & iumẽta & boues & oues nõ guſtent quicq̃ nec paſcant̃: & aquã nõ bibant: & cooperti ſũt ſaccis hoĩes & iumẽta: & clamauerunt ad dm̃ uæhementer: & reuerſus ẽ unuſq; ſq; de uia ſua mala: & ab iniq tate quæ erat in manibus eorũ dicentiũ: Quis ſcit ſi cõuertat̃ deus & exhortetur, & auertatur ab ira furoris ſui & nõ pereamus?

Et uidit

Et uidit

A fundat ſapientes: & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & ea quæ erant contemptibi
1. Cor. 1. c lia elegit deus, & cætera. Vnde rurſum dicit: Perdam ſapientiam ſapientium: & intelligẽtiam prudentium reprobabo.
Col. 2. b Et: Videte ne quis uos ſpoliet per philoſophiam & inanem ſeductionem. Ex quo perſpicuum eſt prædicationem chriſti reges mundi audire nouiſſimos: & depoſito fulgore eloquentiæ & ornamẽtis ac decore uerborũ, totos ſe ſimplicitati & ruſticitati tradere: & in plæbeium cultum redactos ſedere in ſordibus: & deſtruere ꝙ ante prædicarant. Proponamus nobis beatũ Cyprianum: qui prius idolatriæ aſſertor fuit: & in tantam gloriam uenit eloquentiæ, ut oratoriam quoq; doceret Carthagini: audiſſe tandẽ ſermonẽ Ionæ: & ad pœnitentiã conuerſum, in tantam ueniſſe uirtutem, ut chriſtum publice prædicaret: & pro illo ceruicẽ gladio flecteret. Profecto intelligim⁹ regem niniue deſcendiſſe de ſolio ſuo: & purpurã
B ſacco, unguenta luto, mundicias ſordib⁹ cõmutaſſe: non ſordib⁹ ſenſuum, ſed uerboꝝ. Vnde & de babylone
Hiere. 51. a in Hieremia dicit̃: Calix aureus babylon inebrians omnẽ terram. Quem non inebriauit eloquẽtia ſæcularis? Cuius non animos compoſitione uerborum & diſertitudinis ſuæ fulgore perſtrinxit? Difficile homines potentes & nobiles & diuites: & multo his difficilius eloquentes credunt deo: obcæcatur enim mens eorum diuitijs & opibus atq; luxuria: & circundati uitijs, non poſſunt uidere uirtutes: ſimplicitatemq; ſcripturæ ſanctæ: non ex maieſtate ſenſuum, ſed ex uerborum iudicant uilitate. Cum autem ipſi qui prius mala docuerant, uerſi ad pœnitentiam docere cœperint bona: tunc uidebimus niniuiticos populos una prædicatione conuerti: & fieri illud quod in Eſaia legimus: Sanata eſt gens ſimul. Homines quoq; & iumẽta operta ſaccis & clamantia ad dominum: eodem ſenſu intellige: ꝙ & rationabiles & irrationabiles, & prudentes ac ſimplices ad prædicationem Ionæ agant pœnitentiam: iuxta illud quod & ali
ps. 35. b bi dicitur. Homines & iumenta ſaluabis domine. Poſſumus autem iumenta operta ſaccis & aliter interpretari: de
Ezech. 32. b his maxime teſtimonijs in quibus legimus: Sol & luna in-
Eſa. 50. b duentur ſacco. Et in alio loco: Induam cœlum ſacco: pro lugubri ſcilicet habitu: & mœrore atq; mœſticia quæ μεῖω-φορικῶς ſaccus nominatur. Illud quoq; quod dicit̃: Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat deus: ideo ambiguum ponitur & incertum: ut dum homines dubij ſunt de ſalute, fortius agant pœnitentiã: & magis ad miſericordiam prouocent deum. a ¶ Et vidit deus opera eorum quia conuerſi ſunt de via ſua mala ꝛc. Scd'm utramq; intelligentiam, ſiue tunc urbis aſſyriæ, ſiue quotidie mundi deus populis comminatur ut agant pœnitentiam: qui ſi conuerſi fuerint, ipſe quoq; uertet ſententiã ſuam: & populi cõuerſione mutat̃: Quod hieremias & eçechiel manifeſtius explicant: nec bona uidelicet implere dominum quæ promiſerit, ſi boni uer

a HEB. Et uidit deus opera eorũ quia cõuerſi ſunt de uia ſua mala: & miſertus eſt de⁹ ſuper malicia quã locut⁹ fuerat ut faceret eis & non fecit. ¶ Ca. IIII

b ET afflictus eſt Ionas afflictione magna & iratus eſt: &
c orauit ad dominum & dixit: Obſecrõ domine: nunquid non hoc eſt uerbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea: propter hoc præoccupaui ut fugerem in tharſis: Scio enim quia tu deus clæmens & miſericors: patiens & multæ miſerationis, ignoſcẽs ſuper malicia: & nunc dñe tolle quæſo animã meã a me: quia melior eſt mihi morſ ꝙ uita.

SEP. Et uidit deus opera eorum, qm̃ reuerſi ſunt de uijs ſuis malis: & ægit pœnitentiã deus ſup malicia, quã locutus fuerat ut faceret eis & nõ fecit. Ca. IIII

ET contriſtatus eſt Ionas triſticia grandi, & confuſus eſt: orauitq; ad dominum & ait: O domine, nonne iſti ſunt ſermones mei, cum adhuc eſſem in terra mea: ꝓpterea præoccupaui fugere in tharſis: Scio enim ꝙ tu miſericors & miſerator, patiens & multæ miſerationis: & agens pœnitentiam ſuper malicijs: & nunc dominator domine tolle animã meam a me: quia melius eſt mihi mori ꝙ uiuere.

Ego ſolus electus ſum de tanto numero prophetarum, qui per aliorum ſalutem ruinam meo populo nunciarem. Non igitur contriſtatur ut quidam putant, ꝙ gentium multitudo ſaluet̃, ſed ꝙ pereat iſrael. Vnde & domin⁹ noſter fleuit Luc. 19. f
ſuper hieruſalem: & noluit tollere panem filiorum, & dare Mar. 7. c
eum canibus. Et apoſtoli primum prædicant iſraeli: Et paulus cupit eſſe anathema ꝓ fratribus ſuis, qui ſunt iſraelitæ: Rom. 9. a
& quorũ adoptio, & gloria, & teſtamentum, & repromiſſiones, & legiſlatio: ex quib⁹ patres: ex quib⁹ chriſtus eſt ſcd'm carnẽ. Pulchre autẽ dolens (qd̃ interpretat̃ Ionas) affligit̃ dolore: & triſtis eſt anima eius uſq; ad mortẽ: quia ne periret populus iudæorũ, ꝗtum in ſe fuit multa perpeſſus eſt. Hiſtoriæ quoq; magis dolentis conuenit nomẽ, ſignificans laborioſum prophetam, & peregrinationis atq; naufragij miſerijs prægrauatum. c ¶ Obſecro domine ꝛc. Hoc quod nos interpretati ſumus, obſecro: & Lxx. tranſtulerũt ὦ δ᾽ in hebraico legitur נָא: quæ mihi uideꝝ interiectio deprecantis ſignificare blandientis affectum. Quia igitur oratio eius dum ſe dicit iuſte fugere uoluiſſe, quodammodo iniuſticiæ arguit dominum: querelas ſuas obſecrationis exordio temperat. Nunquid ait, non hoc eſt uerbũ meũ cum adhuc eſſem in terra mea? ſciui te hoc eſſe facturũ: non ignorabam miſericordem: propterea fœuerum & truculentum nunciare nolebam: ideo fugere uolui in tharſis, uacare cõtemplationi rerum: & in mari iſtius ſæculi quiete potius & ocio perfrui: Dimiſi domum meam: reliqui hæreditatẽ meam: egreſſus ſum de ſinu tuo, & ueni. Si miſericordẽ dicerem atq; clæmentem & ignoſcentem maliciæ, nullus ageret pœnitentiam: ſi crudelem & tantum iudicium nunciarem, ſciebam hoc tuæ nõ eſſe naturæ. In hoc ergo ambiguo poſitus, malui fugere potius, qm̃ aut pœnitentes lenitate decipere: aut de te prædicare qd̃ non eras. Tolle igit̃ domine

C

Deu. 32. c

D

E

animam meam: In manus enim tuas commendo ſpiritum meum: melior quippe mihi eſt mors q̄ uita. Viuens unam iſrael gentem ſaluare non potui: moriar & mundus ſaluabitur. Hiſtoria manifeſta eſt: & ſuper perſona prophetæ ſic poteſt intelligi, ut crebro iam diximus: qđ propterea contriſtetur & mori uelit, ne cōuerſa multitudine gentium, in æternū pereat iſrael. a ¶ Et dixit dñs: putas ne bñ iraſceris tu. Verbum hebraicum חָרָה לְךָ: & iratus es tu: & contriſtatus es tu, transferri poteſt: quod utrūq; & pphetæ & domini perſonæ conuenit: q̄ uel iratus ſit, ne uideretur apud niniuitas fuiſſe mētitus: uel contriſtatus, intelligens iſrael eſſe periturum. Et rationabiliter nō ei dicit, male iratus es, uel cōtriſtatus es: ne uideretur reprehēdere contriſtatū. Nec rurſum bene iratus es aut contriſtatus: ut uel cauſas

a HEB. q̄ uita. Et dixit dō/minus: putas ne bene ira/ſceris tu?

SEP. q̄ uiuere. Et dixit do/minus ad Ionā: uæhemen ter contriſtatus es tu?

b Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra orientē ciuitatis: & fecit ſibimet umbraculū ibi: & ſedebat ſub/ter illud in umbra donec uideret quid accideret ciuitati.

c HEB. ¶ Et præpārauit do/minus deus hæderam, & aſcēdit ſuper caput Ionæ: ut eſſet umbra ſup caput eius: & protegeret eum, la/borauerat enim: & lætat⁹ eſt Ionas ſup hædera læti

SEP. Et præcepit dominus deus cucurbitæ, & aſcēdit ſuper caput Ionæ, ut eſſet umbraculū ſup caput ei⁹, & protegeret eum a ſuis malis: lætatuſq; eſt Ionas ſuper cucurbita gaudio

b cia magna. Et pārauit dñs

uermem

magno. Et præcepit deus

uermi

iræ reſpōdeat uel mœroris: aut ſi ille tacuerit, uerum dei iudicium ex ei⁹ ſilentio cōprobet. b ¶ Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate ꝛc. Primus cain fratricida & homicida, cruentū mundum germani ſanguine dedicans, ædificauit ciuitatem & uocauit eam ex nomine filij ſui enoch. Vnde & Oſee propheta dicit: Deus ego & non hō, in medio tui ſanctus: & non ingrediar in ciuitatem: Domini enim (Pſalmiſta dicente) ſunt exitus mortis: Quamobrem & una fugitiuorum ciuitas appellatur ramoth, quod interpretatur uiſio mortis. Et recte quicunq; fugitiuus eſt, & propter peccata non meretur habitare hieruſalem, habitat in urbe mortis: & eſt trans fluenta iordanis, qui deſcenſus exprimit. Egre/ditur ergo columba, uel dolens, de iſtiuſmodi ciuitate: & habitat cōtra orientē unde ſol oritur: & eſt ibi in tabernaculo ſuo, ubi labentia quæq; tempora cōtemplatus, expectat quid ſupradictæ eueniat ciuitati: anteq̄ niniue ſaluaretur: & areſceret cucurbita: anteq̄ chriſti euangeliū coruſcaret: & compleretur Zachariæ prophetia: Ecce uir oriens nomen eius: ionas ſub umbraculo erat: Nec dum quippe ueritas uenerat, de qua idem euangeliſta & Apoſtolus loquitur: Deus ueritas eſt. Et eleganter additur: Et fecit ſibimet umbraculum ibi, iuxta niniuen. Sibimet fecit: nullus enim de niniuitis tunc temporis habitare poterat cum propheta: & ſedebat ſub umbra, uel iudicis habitu, uel de ſua maieſtate contractus: & accinctus lumbos in fortitudine: ut non tota ad pedes & ad nos qui deorſum ſumus, ueſtimenta defluerent: ſed in ſe artiori baltheo contraherentur. Porro quod dicit: ut uideret quid accideret ciuitati: Solita conſuetudine utitur ſcripturarū, ut humanos deo iungat affectus. c ¶ Et pæparauit dominus deus hederam ꝛc. In hoc loco quidam Canthelius de antiquiſſimo genere corneliorum, ſiue (ut ipſe iactat) de ſtirpe Aſinij pollionis, dudum romæ dicitur me accuſaſſe ſacrilegij: quod p cucurbita hæderam tranſtulerim: timuit uidelicet ne ſi pro cucurbitis hæderæ naſcerentur: unde occulte & tenebroſe biberet, non haberet. Et reuera in ipſis cucurbitis uaſculorum: quas uulgo ſaucomarias uocant, ſolent apoſtolorum imagines adumbrare: e quibus & ille non ſuum ſibi nomen aſſumpſit. Q2 ſi tam facile uocabula commutantur: ut pro cornelijs ſedicioſis tribunis, Emilij conſules appellentur: miror cur mihi nō liceat hæderā tranſferre pro cucurbita. Sed ueniam⁹ ad ſeria. Pro cucurbita ſiue hædera in hebræo legim⁹ קִיקָיוֹן quæ etiam lingua ſyra & punica elkeroa dicitur: Eſt autem genus uirgulti, uel arbuſculæ, lata habens folia in modum pampini: & umbram denſiſſimā, ſuo trunco ſe ſuſtinens: quæ in palæſtina creberrime naſcitur: & maxime in arenoſis locis: mirumq; immodum ſi ſementem in terram iecēris, cito confota conſurgit in arborem: & intra paucos dies quam herbam uideras, arbuſculam ſuſpicis. Vnde & nos eodem tēpore quo interpretabamur, pphetas, uoluim⁹ idipſum hebrææ linguæ nomē exprimere: quia ſermo latinus hanc ſpeciem arboris non habebat: ſed timuimus grammaticos ne inuenirent licentiam commentandi: & uel beſtias indiæ, uel montes beotiæ: aut iſtiuſmodi quædā portēta confingerent: ſecuticq; ſumus ueteres tranſlatores: qui & ipſi hæderam interpretati ſunt: quæ græce appellatur κικιόν: aliud em̄ quid dicerēt, nō habebant. Diſcutiamus ergo hiſtoriam: & ante myſticos intellectus, ſolam literā uentilem⁹. Cucurbita & hædera huius naturæ ſunt, ut per terram reptent: & abſq; furcis uel adminiculis, quibus innitunt, altiora nō appetant: Quomodo igitur ignorante propheta, cucurbita in una nocte cōſurgens umbraculum præbuit: quæ naturam non habet ſine pergulis & calamis uel haſtilibus in ſublime conſurgere: Ciceion autem cum in ortu ſubito miraculum præbuerit, & potētiam oſtenderit dei in protectione uirentis umbraculi, & naturā ſuam ſecuta eſt. Ad perſonā uero domini ſaluatoris, ne penitus propter φιλοκολοκεύθον, cucurbitā relinquamus: ſic referri poteſt, ut illuſa commemoremus Eſaiæ: Relinquetur filia ſion ſicut tabernaculum in uinea: & uelut caſula in cucumerario: quaſi ciuitas quæ expugnatur. Et dicam⁹ quia in alio ſcripturæ loco cucurbitam non inuenimus, q̄ ubi cucumis naſcitur, ibi naſci ſoleat & cucurbita. Et iſrael huic generi cōparatum, quod quondam protexerit Ionam ſub umbra ſua, conuerſionem gentium præſtolantem: & non paruam læticiam tribuerit ei faciens umbraculum, & tabernaculum potius q̄ domum: habens tectorum imaginem: domorum non habens fundamenta. Porro ciceion noſtra, arbuſcula modica, cito conſurgens, & cito areſcens, ordine & uita comparabitur iſraeli, radices paruas mittenti in terram: & conanti quidem in excelſa ſuſtolli, ſed altitudinem cedrorum dei & abietum non æquanti. Q2 mihi uidentur & locuſtæ ſignificare, quibus ueſcebatur Ioannes: qui dicit ſub typo iſraelis: Illum oportet creſcere, me autem minui. animal paruum, infirmas habens alas: de terra quidē conſurgens: ſed altius non ualens auolare, ut plus ſit q̄ reptile: & tamē auibus non æquet. d ¶ Et parauit dominus ꝛc. Anteq̄ oriretur ſol iuſticiæ, uirens erat umbraculum: & nō arebat iſrael: poſtq̄ ille ſurrexit: & tenebræ niniuiticæ eius luce diſcuſſæ ſunt: paratus uermis in craſtinum aſcenſione diluculi: de quo uiceſimus primus pſalmus inſcribit: pro aſſumptione matutina: & qui abſq; ullo ſemine de terra oritur: & dicit: Ego ſum uermis & non homo: percuſſit umbraculum quod deſertum auxilio dei omnem uirorem perdidit. Præcepitq; dominus uento calido & urenti: de quo prophetatur in Oſee: Adducet urentem uentum dominus de deſerto aſcendentem, & ſiccabit uenas eius: & deſolabit fontem eius. Et eſtuare cœpit Ionas: & iterum uelle mori in baptiſmate cum iſraele: ut in lauacro recipiat humorē quē in negatione perdiderat. Vnde & Petrus arentibus loquit iudæis: Pœnitentiā agite & baptiçetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine ieſu chriſti in remiſſionem peccatorum ueſtrorū: & accipietis

Gen. 4. c

Oſee. 11. c

Ps. 67. e

F

רָאמֹת

יָרֵק

Zach. 6. c

1. Ioh. 4. c

G

H

Esa. 1. b

Matth. 5. a

Luc. 5. g

Oſee. 13. d

Act. 2. f

A & accipietis donū ſpirituſſancti. Sunt qui uermem & urentem uentum, romanos intelligant duces: qui poſt reſurrectionem chriſti iſrael penitus deleuerunt. a ¶ Et dixit dominus ad ionam: putas ne bene iraſceris tu ſuper hẽderam ⁊c. Supra niniuitis agentibus pœnitentiam: & gentiū urbe ſaluata, interrogatus idipſum ꝓphęta: Putas ne bene iraſceris tu? Nihil reſpondit: ſed interrogationem dei ſilentio comprobauit: ſciens enim clæmentem eſſe deum & miſericordem & patientem & multæ miſerationis & ignoſcentem malicijs, ſuper ſalutē gentiū non dolebat: hic autē poſtq̄ inſiccata cucurbita aruit iſrael: & cum diſtinctione interrogatus: bene iraſceris tu ſuper hædera? Confidenter reſpondit & dicit: Bene iraſcor ego uel contriſtor uſq; ad mortē: non enim ſic uolui ſaluare alios, ut perirent alij: non ſic alienos lucrifacere, ut meos perderem. Et reuera uſq; ad præſentē diem chriſtus plangit iſrł: & hieruſalē plangit uſq; ad
B mortem, nō ſuam, ſed iudæorum: ut morian tur negantes, & reſurgant dei filium confitentes. b ¶ Et dixit dominus: tu doles ſuper hędera ⁊c. Nimiæ difficultatis eſt exponere quomodo iuxta tropologiam dicat̄ ad filium: tu doles ſuper hædera in qua non laboraſti, neq; feciſti ut creſceret: cum omnia per ipſum facta ſint: & ſine ipſo factum eſt nihil. Vnde quidam locum iſtum interpretans: ut imminentē ſolueret quæſtionem, incurrit blaſphe-
Mar.10.b miam. Aſſumens enim illud de euangelio: Quid me dicis bonum: nemo bonus eſt niſi unus deus: patrem interpretatus eſt bonum: filium uero ad comparationem eius qui perfecte & uere bonus ſit, in minori gradu poſitum: & non conſyderauit hæc dicens: ꝙ in Marcionis potius incurrerit hæreſim: qui alterū deum tantum bonū, alterum infert iudicem & conditorem, cōꝑ Arrij: qui cum maiorem patrem & minorē filium prædicet: tamen filium non negat cōditorē. Ergo cum uenia audienda ſunt, quæ dicturi ſumus: & conatus noſtri fauore potⁱ⁹ & oꝝonibⁱ⁹ audiēdi & adiuuādi, cōꝑ ſpernēdi aure maliuola: quia carpere & detrahere uel imperiti poſſunt: doctorū autē eſt, & q laborātiū nouere ſudorē: uel laſſis manū porrigere, uel errantibⁱ⁹ iter oſtendere. Dñs noſter atq; ſaluator nō ita laborauit in iſrael quō laborauit in gentiū populo. Deniq; iſrael loquit̄ cōfidenter: Ecce tot
Luc.15. g annis ſeruio tibi: & nunq̄ mandatum tuum præteriui: & nunq̄ dediſti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer: ſed poſtq̄ filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus uenit, occidiſti illi uitulum ſaginatum: Nec tamen confutatur a patre, ſed clæmenter ei dicitur: Fili tu ſemper mecum es: & omnia mea tua ſunt: epulari & gaudere te oportebat; quia hic frater tuus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Pro gentium populo immolatus eſt uitulus ſaginatus, & precioſus ſanguis effuſus: de quo Paulus ad hebræos pleniſſime diſputat: Et Dauid in pſalmo: Frater inquit nō redimit, redimet homo. Decreuit chriſtus, ut ille creſceret: Iſte mortuus eſt, ut ille uiueret: hic deſcendit ad inferos, ut ille cœlos aſcenderet. In iſrael uero nullus tantus labor fuit. Vnde & inuidet iuniori fratri, ꝙ poſt ſubſtantiam cum meretricibus, lenonibuſq; prodactam, recipiat annulum & ſtolam: & polleat priſtina dignitate. Quod autem ait: quæ ſub una nocte nata eſt: ſignificat tempus ante aduentum chriſti: qui mundi lumen fuit: de quo dicitur: Nox præ Rom.13. d ceſſit, dies autem appropinquauit. Et una nocte periſt: qñ occubuit eis ſol iuſticiæ & dei perdidere ſermonem. Ciuitas uero niniue magna atq; pulcherrima, præfigurat eccleſiam: in qua maior eſt numerus cū decem tribuum iſrael: ꝙ & fragmenta in ſolitudine ſignificant duodecim cophinorum. Ignorant autem quid ſit inter dextram & ſiniſtram: uel ꝓpter innocentiam & ſimplicitatem, ut lactentem monſtret ætatem: & D relinquat intellectui, quantus ſit numerus ætatis alterius, cū tantus ſit paruulorū: Vel certe quia magna erat urbs: & in domo magna nō ſolū uaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia. Erat in ea plurima multitudo quæ ignorabat ante actam pœnitētiā quid eſſet inter bonū & malū, inter dextrā & ſiniſtrā: Sed & iumēta multa. Multus eſt eñ niniue numerus iumentorū & irrationabiliū hominū: qui comparanť iumentis inſipientibus, & aſſimilanť eis.

heb. uermem aſcenſione diluculi in craſtinū: & percuſſit hædera & exaruit: & cum ortus fuiſſet ſol, præcepit dñs uento calido & urenti: & percuſſit ſol ſup caput Ionæ, & æſtuabat: & petijt animæ ſuæ ut moreret̄, & dixit: Meliⁱ⁹ eſt mihi mori q̄ uiuere. Et dixit
a dñs ad Ionā: putas ne bñ iraſceris tu ſuper hæderā? Et dixit: Bene iraſcor ego
b uſq; ad mortē. Et dixit dō mínⁱ⁹: tu doleſ ſup hædera: in q̄ non laboraſti neq; feciſti ut creſceret: quæ ſub una nocte nata eſt, & ſub una nocte periit: & ego nō parcam niniue ciuitati magnæ in q̄ ſunt pluſq̄ centum uiginti milia homi/num: qui neſciunt quid ſit inter dextram & ſiniſtram ſuam & iumenta multa.

sep. uermi mane in craſtinum: & percuſſit cucurbitam, & arefacta eſt: ſtatimq; ut ortus eſt ſol, præcepit dominus ſpiritui aroris urenti: & percuſſit ſol ſup caput Ionæ, & anguſtiatⁱ⁹ eſt: & tęduit eum animæ ſuæ & dixit: meliuſ eſt mihi mori q̄ uiuere. Et dixit dominus deus ad Ionam: ualde contriſtaris tu ſuper cucurbita? Et ait: ualde contriſtor ego uſq; ad mortē. Et dixit dñs: tu pepercíſti ſuper cucurbita pro qua nō laboraſti neq; nutriſti eā: quæ nata eſt in nocte, & in nocte periit: ego autē nō parcā niniue ciuitati magnæ in qua habitant pluſq; duodecim milia uirorū qui ignorant dexteram & ſiniſtrā ſuam & pecora multa.

¶ Commentarij hieronymi in Ionam prophetam ad Chromatium epiſcopum finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN MICHEAM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROLOGVS.

E MIcheas in quẽ nunc cõmẽtarios dictare cupio, in ordine duodecim ꝓphetarũ ſcd'm Lxx. interpretes, tertius eſt: ſcd'm hebraicã ueritatẽ, ſextus: & ſequit' Ionam ꝓphetã, qui ſuccedit Abdiæ: atq; ita fit ut tertius ſit Amos, & Ioel ſecundus poſt Oſee: qui apud omnes primus eſt. Ergo quaſi in corde uoluminis poſitus, debet profunda cõtinere myſteria: & ſermo dei qui ſemper deſcẽdit ad ꝓphetas: deſcẽdit ad Micheam quoq; qui interpretat' humilitas: ad Micheam de Moraſthi: qui uſq; hodie iuxta eleutheropolim urbem palæſtinæ haud grandis eſt uiculus. Moraſthi autem in lingua noſtra hæredem ſonat. Pulchre igitur humilitas quæ inter uirtutes uel præcipua eſt, ſpe hæreditatis dominicæ naſcitur. Humilitas autẽ nõ illa quæ uenit de cõſcientia peccatorũ, ſed quæ inter uirtutes ponitur: iuxta quã dicit': 1.Pe.5.b Humiliamini ſub potẽti manu dei, ut uos exaltet in tẽpore uiſitationis. Et: Qui ſe humiliat, exaltabitur. Luc.18.c Et ante contritionẽ eleuatur cor uiri, & ante gloriam humiliatur. Vnde & dominus: Diſcite (inquit) a me: quia mitis ſum & humilis corde. Matt̃.11.d Quomodo ergo apud nos uotiua & quaſi ob uirtutis auſpicium ponuntur uocabula: uerbi gratia: Victoris, caſti, pñ, probi: & apud græcos σώφρωμ uocat', & εὐσεβὴς: & appellatiua nomina uertunt' in propria: Sic apud hebræos & Micheas & Abdias & Zacharias cætera q; his ſimilia, ex uirtutũ uocabulo liberis a parentib9 imponunt'.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN MICHEAM PROPHETAM LIBER PRIMVS.

F VErbũ dñi ꝛc. q' vidit ſup ſamariã & hierm. Siue iuxta Lxx. περὶ ὧν εἶδεν περὶ σαμαρείας. i. de quibus uidit ſup ſamariã & hieruſalẽ: factũ eſt ad Micheã: poſt oſee, amos & Eſaiã: qui ſub oçia uaticinati ſũt. Ex q̃ intelligim9 Micheã oçiæ tẽporibus nõ prophetaſſe: ſed filij eius Ioatham, poſt quem regnauit achaç: eçechia in patris achaç imperium ſuccedente: ſub quo decem tribus ab aſſyrijs in captiuitatẽ ductæ ſunt. Quantũ ergo ad hiſtoriam pertinet: ſcd'm ordinem captiuitatis: quia primum eſt capta ſamaria metropolis iſrael: poſtea hieruſalem urbs Iudæ: prophetiæ titulus ponitur, primum de ſamaria: ſcd'o de hieruſalem. Cætum uero ad myſticos intellectus: quia ſamaria ſemper in hæreſibus accipitur, hieruſalem in eccleſia: dicimus uerbum domini fieri ad humilem & ad cohæredem chriſti, de peruerſis dogmatibus & de eccleſia, ſi qua forte peccata cõmiſerit: & totius uoluminis ordinẽ cõtexere. Q2 autẽ ſamaria & decem tribus quæ ſciſſæ ſunt ſub rege hieroboã a ſtirpe dauid accipiantur in perſona hæreticorũ: & omnis quidem ſcriptura teſtatur: ſed maxime propheta oſee: & hic ipſe liber: qui hæreticos impios, & eccleſiaſticos pctõres uocat. Statim enim ſequitur: Quæ eſt impietas iacob, nonne ſamaria? & quod eſt peccatũ domus iuda, nonne hieruſalem? Hoc dumtaxat iuxta Lxx. tranſlatores. Cæterum in hebraico quomodo legatur, poſt paululũ ſubijciemus. Sed & illud quod hæretici ſemper in dogmatum ſuorum ſibi quaſi ſublimitate confidant: & eccleſiæ ſimplicitatẽ deſpiciant: in alio loco dicitur: Væ qui deſpiciunt ſion, & confidunt in monte ſamariæ: Amos.6.a de ſion enim egredietur lex: & uerbum domini de hieruſalem. Porro ſamaria fabricata eſt ſibi de proprio ſenſu uitulos aureos: habentes quidem in ſuperficie pulchritudinẽ: ſed uitalem ſpiritum nõ habentes: & fabricata eſt in domo dei, quod interpretat' bethel. Nec enim recipere poterat populus iſrl' deos, niſi qui de ſcripturis & in domo dei fabricati ſunt. Quis autẽ cõciliabula ſua uocent bethel: tamen poſt fabricationẽ idolorũ deſijt eſſe bethel: & uocatur bethauen, quod dicitur domus idoli: pro quo Lxx. tranſtulerũt domũ ὠμ. Hoc de titulo: nunc ueniamus ad exordium prophetiæ: & lernæa beſtia ſæuiente, ſanctiſpiritus inuocemus aduentum. Vos o Paula & Euſtochium ad dominũ ſaluatorẽ fundite preces, ne mihi noceat inuidia: ſed ut mens libera id tantum cogitet quod nititur explanare: nec ſentiat conuitiorum alapas quas dominus in paſſione contempſit.

a VErbum dñi qd' factum eſt ad Micheã moraſthitẽ in diebus ioatham, achaç, & eçechiæ regum iuda, qd' uidit ſuper ſamariã & hie
b ruſalẽ. Audite populi omnes: & attẽdat terra & plenitudo eius: & ſit dñs deus uobis in teſtem: dñs de tẽplo ſancto ſuo.

Quia ecce

VErbum dñi qd' factum eſt ad Micheã moraſthitẽ in diebus ioatham, achaç, & eçechiæ regum iuda, de quib9 uidit de ſamaria & hieruſalẽ. Audite ppli oẽs & auſcultet terra, & oẽs q ſunt in ea: & ſit dñs de9 uobis in teſtimonium: dominus ex domo ſctõ ſuo.

Ecce enim

H

בֵּיתָה

מוֹרֶשְׁתִּי

בֵּית־אֵל

בֵּית־אָוֶן

Iob.1.a
Ieui.2.

Gal.5.d

Iob.3.d

Ibidem

b Audite populi omnes ꝛc. Quia iuxta hiſtoriam manifeſtus eſt ſenſus, lectoris prudentiæ intelligentiã derelinquo. Iuxta tropologiam autem conuocat ad auditum populos: id eſt totius orbis eccleſias: & ad auſcultandum terram: quia terrena in ea hæreticorum extructa ſunt dogmata. Q2 autem hæreſes inter carnis opera numerentur, quæ ſemper refertur ad terram: & Apoſtolus ad galathas non tacet: & dominus in euangelio prudenti indicat auditori: Qui de terra eſt, de terra loquitur. Et ad diſtinctionem eorum rurſus de eccleſiaſticis dicit: Qui autẽ de cœlo uenit, ſuper omnes eſt. Et: Quod uidit & audiuit,

A uidit & audiuit, hoc teſtatur. Si autē hoc quod ait: Audite populi, propter illud dominicū: Qui habet aures audiendi, audiat: plus aliquid ſonat, q̄ q̄ poſtea inferē: Attendat terra: aptabimus eccleſiæ: audite populi omnes. Hæreticis uero qui terrenam ſuſcepere doctrinam: Attendat ter-
Luc. 8. a ra, & omnes qui in ea ſunt: ut & iſti ſi audierint, & illi ſi attenderint, non patiantur ea quæ poſtea ſermo domini comminatur. Et ſit eis dominus in teſtimonium: ſiue ut in hebraico legitur, in teſtem: uel ut apertiꝰ interpretatus eſt Symmachus, teſtificans: & teſtificās nō aliunde, niſi de domo ſua, quæ eſt eccleſia: aut certe in filio, id eſt in dño noſtro ieſu chriſto: qui uere templū eſt patris: Et de cuiꝰ ore loquit̄ pater, uiſcera penetrās & medullas eorū qui attendere uoluerint & audire. a ¶ Quia ecce dominꝰ ꝛc̄. O ſamaria & hieruſalē audite & diligenter attendite dominū uobis de templo ſuo teſtificantem: & prædicentem quæ cunq; facturus eſt. Ecce egredietur de loco
B ſuo. Qui enim mitis eſt & benignꝰ, & cuiꝰ natura clæmentia eſt: ueſtri cauſa cogit̄ perſonam quam non habet crudelitatis aſſumere. Et deſcendet & calcabit ſuper excelſa terræ. Deſcēſio dei eſt: & maieſtatis eiꝰ ad inferiora decurſus. Calcare terrā, & potentes quoſq; cōterere. Et cō ſumentur (inquit) ſiue tabeſcent montes, & ualles ſub eo: quos principes intelligamus & ppℓos. Et quō uiciniā ignis cæra nō ſuſtinet: & pro no curſu aquæ ferunt̄ in præceps: ita oīs impiorū ſuperbia dño ueniēte ſolueſ & defluet. Hoc autē totū fiet ꝓpter ſcelera decē tribuū, quas uocat iacob & iſrael: & ꝓpter præuaricationē Iuda: quia in decē tribubꝰ ſamaria metropolis fuit: & in regno Iudæ, hieruſalē excelſorū idola fabricata eſt. hoc iuxta literā. Tropologice autē: egredietur dñs de loco ſuo: quē uel filiū, uel oīes ſanctos intelligere poſſumꝰ. Ipſe eīm
Ioh. 14. b filius ait: Ego in patre, & pater in me. Et de ſanctis: Habita-
leui. 26. b bo & inambulabo in eis: & ero eorū deus: & ipſi erunt mihi ppℓus. De his ergo egredieſ, nō q̄ derelinquat eos: nā & de apℓis egrediebat̄ ſermo dñi ad audiētes: & tñ nō relinquebat eos: & huiuſcemodi loca. i. ea quæ deū hoſpitē habere mereant̄, quaſi cum chriſto reſurgētia: & cum eo in cœleſtibus ſedentia, ſurſum poſita ſunt. Vnde & deſcēdere dicitur ad eos qui doctrinam eius in monte audire non poſſunt. Cunq; deſcēderit, non aſcendet in humilibus: & in his qui deorſum poſiti ſunt: ſed qui terræ uocant̄ excelſa: & qui intelligentes ad ueniētis domini maieſtatem commouebuntur. Et q̄uis montes ſint, tamen ad talis aurigæ & aſcenſoris pauebunt præſentiā. Valles autē, id eſt animæ χοϊκοὶς

a HEB. Quiā ecce dominus egredietur de loco ſuo: & deſcēdet & calcabit ſuper excelſa terræ: & conſumentur montes ſubtus eum: & ualles ſcindentur ſicut cæra a facie ignis: ſicut aquæ quæ decurrūt in præceps: in ſcelere iacob oīe iſtud: & in peccatis domꝰ iſrael. Quod ſcelus iacob, nōne ſamaria? Et quæ excelſa Iudæ, nonne hieruſalem?
b Et pōnam ſamariam quaſi aceruum lapidū in agro cum plantat̄ uinea: & detraham in uallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo: & omnia ſculptilia eius cōcidentur: & omnes mercedes eius comburentur igni: & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis cōgregata ſunt, & uſq; ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam & ululabo: uadam

SEP. Ecce enim dominus egredietur de loco ſuo: & deſcēdet & aſcendet ſuper excelſa terræ: & cōmouebunt̄ montes ſubter eū & ualles tabeſcent ſicut cæra a facie ignis: & ſicut aqua profluēs in deſcēſum: propter impietatē iacob oīa hæc: & ꝓpter pc̄tm̄ domꝰ iſrl̄. Quæ eſt īpietas domꝰ iacob, nonne ſamaria? Et qd̄ eſt pc̄tm̄ domus iuda, nonne hieruſalē? Et ponā ſamariā in pomorū cuſtodiam in agro: & in plantationē uineæ: & detrahā in uoraginē lapides eius: & fundamenta eiꝰ reuelabo: & cuncta ſculptilia eiꝰ concident: & uniuerſæ mercedes eiꝰ comburent̄ igni: & cuncta idola eius ponā in perditionē: quia ex mercedibus fornicationis cōgregauit: & ex mercedibꝰ fornicationis deſtruxit. Propter hoc planget atq; luget bit; ibit

C inſertæ corporibus: nec cum cœleſti homine reſurgentes, præſentiam eius ferre non poterūt: ſed quicquid in eis durum fuerit, reſoluet̄: & ita fluent quomodo ſi aquæ plana non habeant, feranturq; præcipites in profundum. Veniet ergo dominus terribilis ad docendum, id eſt ad mouēdos mōtes: & uallium humilia reſoluēda: quia impietatē fecit iacob, & peccatum iſrael. Impietas eīm iacob concliabula hæreticorum ſunt, quæ uocantur ſamaria. Et peccatum iuda, id eſt eius qui dominum confiteſ, non eſt aliud niſi hieruſalē in qua multa crimina reperiuntur. Q2 autē domus iuda referatur ad chriſtū, cuius eccleſia eſt, & ſæpe diximꝰ: & illud ponamus ad præſens: Iuda te laudabūt fratres tui: manus tuæ ſup dorſum inimicorum tuorum. Pōt quoq; & ſic intelligi: q̄ propter impietates ſamariæ & ſcelera iuda, ꝓgreſſus ſit dominus de loco quondam ſuo, & dixerit ad iudæos: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Et deſcendet de cœlis, & aſcēderit ſuper excelſa terræ: id eſt ſuper eos qui ex gentium humilitate credētes, excelſi eſſe meruerunt. Et cōmoti ſunt montes, philoſophorum dogmata: & regna ſublimia: & hi qui humiles permanſerunt, cōſumpti ſunt & cōtriti ſaluatoris aduentu: & creſcente eccleſia, montibuſq; in ſublime ſurgentibus: Geñ. 49. b
D idola corruerūt in profundū. Egreſſus eſt ergo dominus de loco ſuo: & de gentibus conſtructa eccleſia eſt: ut moueren tur montes ſub pedibus eius: & profunda uallium ſolue rentur: quia impie ægit iacob, & peccauit iſrael: & oīes tribus dominum negauerunt. b ¶ Et ponā ſamariam quaſi aceruum lapidum in agro ꝛc̄. Scd̄m ordinem peccatorum, fit ordo pœnarum. Primum peccauit ſamaria, & fabricata eſt idola: & pro domino uitulos adorauit: prima ergo & pereat. Deſtruam eam uenientibus aſſyriis: & ponam quaſi aceruum lapidum cum plantatur uinea, ut redigatur in tumulos: Et detrahā in uallem lapides eius: erat quippe in montibus ſita, ubi nunc Sebaſte eſt: in qua & ſancti Ioannis baptiſtæ oſſa ſunt condita. Et fundamenta eius reuelabo. Tanta quippe ruina erit, & tanta urbis ſubuerſio: ut nō ſolum parietes & ædificia corruant: ſed fundamenta quoq; uſq; ad extremum lapidem reuelentur. Et omnia ſculptilia eius, cunctæq; diuitiæ: quas diuerſi reges in eam cōportauerant, concidentur & comburentur igni: & ad nihilum redigentur. Siquidem opes & multiplex ſuppellex, quæ ex fornicatione (ut putabantur) idolorū fuerant congregata, ducentur ad aliam meretricē, id eſt ad niniuen: ut quomodo in terra ſua fornicati ſunt cū idolis quæ fecerunt: ſic uadant

E ad aliam terram idolorum & fornicationis, id est ad assyrios. Hucusq; de samaria. Et quia eadem plaga peruentura sit ad hierusalem: & ipsa enim simili errore peccauit, derelinquens deum suū & idola fabricans: propterea propheta facit quasi προσωποποιίαν dei: & sub psona sua inducit plangentis affectum, & dicit: Super hoc plangam & ululabo: uadam spoliatus & nudus: decem enim tribus perdidi: & faciā planctum uelut draconum: & luctū quasi struthionū. Quō enim dracones terribili sibilo psonant: iuxta historias eorū qui de physicis cōscripserūt, eo tēpore quo uincuntur ab elephantis: Et sicut struthiones immemores sunt ouorū suorū: & quasi non pepererint in arena calcandos pedib⁹ bestiarum fœtus relinquūt: de quo in Iob plenius scribit: Ita & ego sine filijs spoliatus & nudus incedam. Et hoc faciam: quia desperata est plaga eius, id est samariæ. Et idem peccatum, immo eadem pœna peccati, quæ euertit samariam, ueniet usq; ad iudam: & usq; ad portam urbis meæ hierusalem. Vt em̄ samaria subuersa est ab assyrijs: ita iuda & hierusalem subuertent̄ a chaldæis. Quia uero samariam, hæreticorum semel intelleximus ecclesiam: quæ separata a deo populi facta est conciliabulum: ipse dominus cōminatur posituru se eam in pomorum custodiam: in agrum & in plantationem uineæ. Multo enim melius est subuerti inutilem ciuitatē: & lapides eius quibus extructa fuerat, in præceps detrahi: & præparari eam in pomarium plantationēq; uinearū, q̄m in ædificatione pessima permanere. Cum em̄ destructa fuerit & reuelāta fuerint fundamēta eius, quib⁹ sua uidebat̄ celare mysteria: & firma habere dogmata in quib⁹ stabat: & omnia idola quæ speciem uidebant̄ habere, & pulchritudinē artifici sermone compositam: & a ministris dei fuerint cōcissa, id est a uiris ecclesiasticis: tunc in loco ædificationis pessimæ, uariæ ecclesiæ poma nascentur: & non solum nascentur, uerumetiam custodiētur: & plantabitur uinea sorech: de qua fiat uinum quod se dominus in regno patris bibiturum esse promisit. Non solum autem fundamenta eius quæ prius terra præmebantur, aperientur, & proferentur in medium: & idola quæ sibi finxerat, concidentur: sed gloria quoq; & diuitiæ quas de fornicatione uidebatur habere & errore suo, igne meo consumentur: de
Luc.12.f quo dixi in euangelio: Ignem ueni mittere super terram: & quem uolo ut ardeat: atq; comburentur & redigentur ad nihilum: quia non de ueritate contracta sunt dogmatum, sed de fornicatione animæ: & errore hincinde collecta sunt. Hæretici quippe non habent diuitias de paterna hæreditate uenientes: sed quotidie quod colant reperiunt: & idola sibi artifici manu, & curiosa mente cōfingunt. Propter hoc cum conuersus fuerit ager eorum in pomorum custodiam & præparatus ad uineas: & lapides quibus ædificata erat ciuitas, detracti in profundum: & reuelata fuerint fundamenta eorum: & omnia sculptilia concissa & incensa: & mercedes quas sibi uana spe pollicebantur: & quicquid uelut deum colere uidebantur redactum ad nihilum: quia de fornicatione animæ, omne sibi precium compararant: Tunc intelligentes errorem pristinum, in semet reuersi plangent,

HEB. uadam spoliatus & nudus: faciam planctum uelut draconum: & luctum quasi struthionum: quia desperata est plaga eius: quia uenit usq; ad iudam tetigit portam populi mei usq; ad hierusalem.

a In geth nolite annūciare: lachrymis ne ploretis: in domo pulueris, puluere uos conspergite: transit a uobis habitatio saphir cō fusa ignominia: non est egressa quæ habitat sennan. Planctum dom⁹ asel

accipiet

in quibus ante ridebant: & lugebunt, in quibus prius fornicantes quodammodo lætabantur. Deponentq; de pedibus suis quicquid mortiferum habuerant: & erunt discalciati: quia terra in qua staturi sunt, locus est sanctus: & uestimenta fornicationis suæ uniuersa proijcient: eruntq; nudi, ut possint christi indui uestimēto: & facient planctum quasi draconum. Plancturi quippe sunt aliquando & dracones, quando uiderint draconē maximum captum: & in hamo pēdere piscantis, & mare desolatum. Et lugebunt quasi filiæ sirenarum: dulcia enim sunt hæreticorum carmina: & suaui uoce populos decipientia. Nec potest eorum cātica præterire, nisi qui obturauerit aurem suam: & quasi surdus euaserit. Propterea au/tem hæc istiusmodi samaria planget atq; lugebit: quoniam sagitta domini uulnerata: & plagam sermonis accipiens, suum cognoscet errorem. Non

G

sep. bit: ibit discalciata & nuda: faciet planctū quasi draconū: & luctum quasi filiæ sirenarū: quia obtinuit plaga eius: quia uenit usq; ad iudam: & tetigit usq; ad portā populi mei usq; hierusalē. Qui in geth nolite magnificari: qui in bachim nolite redædificare ex domo deri/sum: terra aspergite deri/sum uestrū: quæ habitas bene ciuitates eius: nō est egressa habitatrix sænnan. Plangite domū iuxta eā:

accipiet

solum autem ipsa peccauit, sed iniquitatem & errorem suum: in Iudæ quoq; portas uoluit introducere. Vnde dicitur de ea: Venit usq; ad iudam, & tetigit usq; ad portas populi mei, usq; ad hierusalem. Portas (inquit) tetigit, quas aures intelligimus. Cæterum urbem mediam intrare non potuit: q; si intrasset, fecisset de hierusalem samariā. Quotiens uiderimus de ecclesia aliquos ad hæreticorum sermones scandaliçari: & quærere quomodo eorum respōdeant quæstionibus: nec tamen recedere de ecclesia: dicamus, uenit samaria, siue plaga samariæ usq; ad populum confitentem: usq; ad aures populi dei, usq; ad aures hierusalem. Hoc enim quod dicitur: tetigit usq; ad portas populi mei ἀπὸ κοινοῦ intelligendum est, ut subaudiatur, tetigit etiam usq; ad portas hierusalem. Hucusq; cōtra samariam & contra hierusalem: uideamus & cætera quæ sequunt̄. a In geth nolite annunciare / lachrymis ne plozetis cē. Multum hebraicum a Lxx. interpretatione discordat: & tantis tam mea q̄m illorum translatio difficultatibus inuoluta est: ut si quando indiguimus spiritu dei: semper autem in exponendis scripturis sanctis illius indigemus aduentu: nunc uel maxime eum adesse cupiamus: & quæ in prophetis locutus est, pandere: ut de nobis quoq; possit intelligi, quod ipse alibi polliceri dignatur: Aperi os tuū & implebo illud: ps.80.b Geth (ut regnorū quoq; testatur historia) una est de quinq; urbibus palæstinæ: uicina Iudææ confinio: & de eleuthero poli euntibus gaçam: nunc usq; uicus uel maximus: unde fuit & Goliath ille getheus, quem Dauid occidit in prælio. 1.Re.17.f Quia igitur propheta, immo per prophetam dominus dixerat: Plangam & ululabo: uadam spoliatus & nudus: faciam planctum uelut draconum: & luctum quasi struthionum: quia desperata est & insanabilis plaga samariæ: & uenit usq; ad iudam: tetigitq; portam populi mei hierusalem: propterea flentis adhuc uoce præcipio: Nolite annunciare in geth, ne audiant & lætentur inimici: lachrymis ne ploretis: id est ne dolor quidem in singultus erumpat: dissimulate fletū, ne aduersarij gratulent̄: lachrymas ora nō habeāt, cum dolorem pectus habeat: nolite exire foras: sed in domo pulueris: & ruente cinere, uos conspergite ruinarum: Trāsit a uobis habitatio. שָׁפִיר quod syro hebræoq; ser/

mone

A mone dicit pulchra: samaria quippe in pulcherrimo iudeæ & uberrimo sita loco, nunc quoq; ostendit. Dicit ergo ad eā: o tu quæ habitas in regione uberrima: quia confusa es ignominia, sic transi, sic ad captiuitatem deducere: ut præ malorum magnitudine, ne uicinus quidem allophylus audiat uocem tuā. Porro qđ sequitur: צַאנָן Nō est egressa quæ habitat in Sennan, quæ interpretat exitus: siue ut Symmachus uertit: non est egressa habitatio abūdans: de eadem samaria dicit: quæ in ipsis assyriæ captiuitatis est foribus: & statim ut mota fuerit de finibus suis, hostilem terram ingreditur: Nam habitatio abundans: iuxta illud accipiendum qđ & supra iam dixi mus: habitatio pulchra. Non est igitur egressa quæ habitat in exitu uel in abundantia propria uoluntate: sed ui ducta est in assyrios: Vnde domus uicina & ex latere qđ interpretatur אֵצֶל regnū uidelicet iuda, plāctum accipiet ex uobis: quæ nunc interim samaria capta substitit

NEB. accipiet ex uobis: quæ stetit sibimet: quia in firmata est in bono quæ habitat in maroth: quia descendit malum a domino in portam hierusalem. Tumultus quadrigæ stuporis habitanti lachis: principium peccati est filiæ sion: quia in te inuentæ sunt scelera israel: Propterea dabit emissarios super hæreditatem geth: domos mendacij in deceptionē regibus israel. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in maresa: usq; odollā ueniet gl'ia isr'l.
decaluare

B & deum habuit defensorem. Accepit autem planctum & percussa formidine est, & infirmata bono suo: quæ habitat in Maroth, id est, in amaritudinibus: siue ut Symmachus uertit, habitatio ad amaritudinem prouocans, hoc est ἡ κατοικία ἡ παραπικραίνουσα: quod hebraice dicitur: יֹשֶׁבֶת מָרוֹת propter captiuitatem uicinarum tribuum: quia descendit malum a domino in portam hierusalem. Assyrius quippe uastata samaria, uenit etiam ad hierusalem: eo tempore quo rabsaces est missus insultans: de quo & regnorum quartus liber & Esaias plenius scribunt: Vbi dicitur qđ rex assyrius de lachis miserit hierusalem: & postea capta lachis ad oppugnandam transierit lobnam. Veniet igitur o lachis urbs idolis dedita, & ad te quadriga & equites assyriorum: quia & in te inuenta sunt scelera israel: & tu fuisti principium idololatriæ in iuda: per te enim quasi per portam impietas decem tribuum migrauit in hierusalem. Non solum autem super lachis tumultus ueniet & quadrigæ: sed & super geth metropolim palæstinæ: de qua supra dixeram: In geth nolite annunciare: mittet enim assyrius latrunculos suos quos uocat emissarios: & possidebit domum idololatriæ urbemq; mendacij: quæ in supplantatione fuit regibus israel. Q; autem sequitur: Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in maresa: pulchræ alluſit ad nomen: quia enim מוֹרֵשָׁה hæreditas dicitur: aduentum in eam hostiū pro hæredibus appellauit: & usq; odolam urbem iudæ ueniet maresa, id est hæreditas: quæ odola glorioſa est in urbibus suis israel. Denicq; & Symmachus ita transtulit ἔτι κληρονόμον ἄξω καί σοι κατοικία μαρέσα ἕως ὀδολὰμ ἥξει τῆς δόξης ἰσραήλ: hoc est, adhuc hæredem adducam & tibi habitatio maresa, usq; odolam ueniet gloriæ israel: hoc est quæ glorioſa es in urbibus israel. Et ubi dicitur gloriæ, genitiuus casus sit numeri singularis, huius gloriæ: & non nominatiuus pluralis, hæ gloriæ. Vel certe ita intelligamus: Captiuitas israel quæ uenit lachis & geth & maresa, usq; odolam quoq; ueniet. Et præstius legēdum gloriæ israel, ut κατὰ ἀντίφρασιν ignominia uel ua-

4. Reg. 18. d
Esa. 36. a

stitas sentiat. Porro quod supra urbē prophetæ מוֹרֵשְׁתִּי C
hæreditatem interpretati sumus: sciat lector in eodem uersiculo quem posuimus: Propterea dabit emissarios super hæreditatē geth: in hebræo ꝑ hæreditate geth מוֹרֵשֶׁת גַּת positum. Huc usq; secundum hebraicum ut potuimus: & ut nobis uisum est: certe ut ab hebræis audiuimus: quasi inter saxa & acutissimos scopulos nauiculam nostrā reximus: quæ utrum intrauerit portum an adhuc in salo fluctuet: lectoris erit prudentiæ iudicare. Nunc orationibus uestris pergamus ad alios fluctus: & imminente expositionis hinc inde naufragio si possumus euadamus. גַּת interpretatur torcular: qui ergo in geth, id est in torculari sunt, putantes se uindemiasse fructum uitæ & calcasse botrum de uinea sorech: extolluntur in superbiam, ignorantes quod botrus terræ iudeæ in Allophylorum finibus non reperiatur. Nolite inquit extolli qui estis in torcularibus: Quia de uinea sodomorum uinea uestra est: & propago uestra de gomorris: & uua uestra amaritudinis: & botrus fellis uobis: & furor draconum uinum uestrum: furor aspidum insanabilis. Nam si etiam feceritis fructum: quoniam uindemia uestra non solum de sodoma & gomorra, sed de ægypto quoq; est & cæteris inimicis gentibus: dabit dominus erugini fructum uestrū: & labores uestros locustæ: & occidet in grandine uineas uestras, & moros uestros in pruina. Non uos decipiat similitudo uini, nec dicatis amarum dulce: gustate diligenter uinum uestrum: & inuenietis pro uino sorech furorem draconum & uenenum aspidum. Vnde nolite superbire: sed magis humiliamini sub potenti manu domini: & ad illud transite torcular de quo ascendens ex edom, & rubicundus ex bosra, loquitur in Esaia propheta: Esa. 63. a
Torcular calcaui solus: & de gentibus non est uir mecum. Rursum quia sunt de alienigenis & alij: multas enim habet regiones & urbes allophylorū prouincia: qui per mala opera & sensus contrarios deo loquuntur: destructi sumus: sed reuertentes ædificemus quæ destructa sunt: Vnde & uocantur termini impietatis, & populus cui iratus est dominus: Dicitur ad eos: Qui in bachim: nolite ædificare de domo derisum. Bachim in lingua nostra plāctum & fletum בָּכִי
sonat. Denicq; exceptis Lxx. omnes κλαυθμὸν, id est fletum transtulerunt. Qui estis igitur in huiuscemodi operibus atq; sententijs quæ fletu digna sunt: nolite ædificationem pessimam instaurare: nec sensum uestrum extructionem dei arbitremini: neq; ædificetis super arenam: ne cum tempestas uenerit domusq; uestra conciderit, cassus labor risum uidentibus præbeat. Quin potius intelligentes ædificationē uestrā dignā esse derisu: ruinis eius & puluere cōspergite capita uestra: & agite pœnitentiā: quod absq; consilio casuram domum ædificare uoluistis. Sequitur: Quæ habitat bene in ciuitatibus suis: nō est egressa habitās in Sennan: Qđ mihi uidetur hanc habere sententiam: Vos qui superbitis in geth & in bachim, frustra domū risu dignā

 ædificare

E ædificare conamini: aſpergite uos puluere: agite pœnitentiam: quia unum deteſtabile præmere, & ædificationē deo contrariam conſtruere uoluiſtis. Eccleſia autem chriſti quæ habitat bene: & in toto orbe eccleſias poſſidens, ſpiritus unitate coniuncta eſt: & habet urbes, legis, prophetarum, euangeliȝ & apoſtolorum: non eſt egreſſa de finibus ſuis, id eſt de ſcripturis ſanctis: ſed cœptā retinet poſſeſſionem: quia habitat in Sennan, quod interpretatus eſt, ut ſupra diximus Symmachus, abundantiā: habet eȝ patrē & filiū & ſpiritū ſanctum: cum quibus oȝes ſpiritales gratiæ copiæq; uirtutum ſunt: Vn
ps.121.b de dicitur ad eā: Fiat pax in uirtute tua, & abūdantia in turribus tuis. Vos uero qui habitatis iuxta Sennan, id eſt iuxta abundantem eccleſiam: O hæretici, o contraria dogmata: plangite uos: quia ædificaſtis uobis domū in deriſum, & præſſiſtis torcular in ſuperbiam: nec in ſcripturis, ſed in uicinia ſcripturarū domum ueſtram, iam non riſu ſed planctu dignam & lachrymis conſtruxiſtis. Vnde ſubiungitur: plāgite domū quæ eſt iuxta eam, id eſt iuxta ſennan. Sed & hoc qđ additur: accipiet ex uobis plagam doloris, ad eoſdē hæreticos dicitur: quibus imperatur ut plangant domum uicinam eccleſiæ: qđ inimicus & ultor diabolus cui traden
di ſunt in ſuppliciū: ipſe eis inferat plagas & extorqueat pro ædificatione peſſima, plagarum dolorem: Quæ propterea inferūtur: ut ſcientes peccata que fecerant, agant pœnitentiam: & dolorum habitatio ſit eis bonorum occaſio:
F Siue eccleſiæ indicatur dolor, qđ plangat quondam filios ſuos: & ipſa ſit cauſa ſalutis hæreticorum, ſi ad lugētem matrem reuerti uoluerint. Porro qđ infertur: quia deſcēderūt mala a domino ſuper portas hieruſalē. Et marcionitæ ac manichei utuntur hoc ſcripto: eo qđ legis deus malorū ſit conditor: Sic dicamus mala a domino deſcendiſſe quomodo
Luc.10.c & ſaluator loquitur in euangelio: Videbam ſathanam quaſi fulgur de cœlo cadentem. Quomodo enim ibi cecidit de cœlo lucifer qui mane oriebatur: & contritus eſt ſuper terram, qui mittebatur ad gentes: ſic & hæc mala quæ a domino ceciderunt & uenerunt ad portas hieruſalem, anteq; caderent non erant mala: ſed quia a domino corruerunt, id circo facta ſunt mala. Et ut ſciamus malorum inſidias: uenerunt inquit ad portas hieruſalem: quæ quia firmæ ſunt & adamantinæ, & claudūtur ab apoſtolis: quibus hieruſalem claues cōmiſſæ ſunt: ante eas uerſantur inimici: & quos exire conſpexerint interficiunt. Si quis igitur eſt de hieruſalem: quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis: non egreditur cū habitet in abundantia: ſed ſemper intrinſecus manet: nec egreditur portas eius, quas qui egreſſus fuerit occiditur. Occiditur autem ab his qui ſe eleuant in geth: & habitant in bachim, & ædificant domū in deriſum. Denicq; mala quæ deſcenderunt a domino ad portas hieruſalē, ſtrepitum tantum habent curruum & equorum tumultum, confuſumq; ſonitum pro foribus hieruſalem: ut oris ſui lancea quoſcūq; uagari uiderint interficiant. Poſt hæc ſcriptum eſt: Quæ habitas lachis: princeps peccati eſt filiæ ſion. Lachis interpretatur πορεία ἔσιν, id eſt, eſt ambulatio. Et hi igit̄ qui aſcēderunt in curribus ſuis: & habuerunt equites, & ſtrepitum tantū inanemq; ſonitū quibus locuta eſt: quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis: Iſti in curribus & iſti in equis: nos autē in nomine domini dei noſtri inuocabimus: quia mouerunt pedes ſuos, & circumlati ſunt omni uento doctrinæ falſæ: & de eccleſia exire uoluerunt: quæ interpretatur ſpe-
צִיּוֹן cula, id eſt ſion: principes peccati fuere filiæ ſion. Et in ipſa hoc eſt in lachis, inuētæ ſunt impietates iſrael: quæ a regno priſtino dei populū ſeparauerunt. Princeps ergo peccati eſt filiæ ſion quæ habitat in lachis, id ē ambulatio peſſima, gradu iugiter fluctuante: & impietas iſrael in is eſt qui ſem-

per mouent pedes ſuos: & habitare dicuntur in lachis. Dabunt quoq; emiſſariȝ uſq; ad hæreditatē geth: geth peſſimā & torcular uenenorū, qđ ædificatur cōtra domum dei: ubi ſunt uanæ domus quæ ædificatæ ſunt in deriſum. Et iſte uanæ domus, in uanum factæ ſunt regibus iſrael. Quantum ad hiſtoriam pertinet: his regibus quorum peccata in regnorum & in paralipomenon libris ſcripta ſunt: quantū autē ad anagogen, principibꝰ hæreticorum, ducibuſq; peruerſorum dogmatum: his enim domuſ uanæ ſunt & fruſtra extructæ: Et tandiu perſeuerantes: donec teneant eas hæredes qui a domino ad ducendi ſunt. Poſt hæc ſequitur: Quæ habitas lachis, hæreditas uſq; odollam ueniet. Odolla interpretatur teſtimonium haūſtus uel hauritionis eorum: quod in græco ſignificantius dicitur μαρτυρία ἀνλήσεως αὐτῶν. Legimus in prouerbiȝ: Si malus fueris, ſolus hauries mala. Quæ igi
Pro.9.c לָכִישׁ tur habitat in lachis, id eſt in itinere peſſimo, ueniet uſq; ad teſtimonium exhauſtionis ſuæ, qđ exhauriet atq; ebibet iuxta operum ſuorum menſuram. Vel certe ita diſtinguendū, ut hoc qđ dicitur: quæ habitas lachis, ad ſupiora referatur: & ſit ordo ac ſenſus. Adducam hæredes tibi de eccleſia quæ habitas lachis: quia de hæreditate domini, & tu eris cum hauſeris & receperis quæ mereris. Obſecro in capituli fine
H lectorem ne neceſſitatem uoluntatem putet: & expoſitionē prolixam uerboſitatem exiſtimet: magiſq; miretur in locis tam aſperis me aliquid inuenire: cȝ quicquā eorum quæ dicenda ſunt non prætermittere. a Decaluare z detondere ſuper filios delitiarū tuarū ꝛc. Hoc qđ dictū eſt a Lxx. gloria filiæ iſrael, addentibus filia: hebræi in fine ſuperioris capituli legunt. Nobis autem quia ſic uoluiſtis: & ſemel ſuſcepimus: incumbit neceſſitas ita interpretari ſcripturas, quomodo leguntur in eccleſia: & nihilominus hebraicam non omittere ueritatē. Dicitur ergo ad iſrael, interim ſcđm
lram: ut uel decē tribꝰ accipiamꝰ in ſamaria: uel in cōmune, oēm iſrlq; captiuꝰ ductꝰ eſt ppls: & oīs iudæa ab aſſyriis babyloniſq; uaſtata eſt: aſſumāt planctū & plorēt filios ſuos. Et quō aquila quæ regina eſt auium, certo tēpore amittit pilos, & remanet implumis: ſic etiam iſrael deponat omnem gloriam ſuā qua ante fuerat circūdatus: & plangat filios, hoſtiū poteſtati ſubditos, peccatiq; obnoxios. Qđ aūt aquila certo tempore ſoleat amittere plumas: & in pſalterio ſcriptū eſt: Innouabit̄ ut aquilæ ſenectus tua. Et Comicus ps.102.a ἐμ ἑαυτὸν τιμωρουμένω: uiſa eſt inquit uere quod dici ſolet, aquilæ ſenectus. Si autem uoluerimus hoc ipſum & de præſenti tempore iudaicæ euerſionis accipere: uidebimus omnem gratiam qua quondam apud deum floruit ab eis penitus receſſiſſe. Vbi eſt enim propheta? ubi doctor leEſa.33.c gis? ubi angelorum præſidia? ubi contra plures a paucis in 1.Cor.1.c ſperata uictoria? Decaluata eſt hieruſalem: quæ omnem comam priſtinæ gloriæ perdidit: & filiȝ eius qui clamauerunt contra dominum, crucifige, crucifige eum: in captiuitatem ducti ſunt. Legi in cuiuſdam commentariȝs hoc qđ dicitur, decaluare & detondere ſuper filios delitiarum tuarum: de conditione humana poſſe accipi: ut dei ad adam, ſiue ad hieruſalem cœleſtem dirigatur eloquium. O anima humana: O urbs quondam ſanctorum mater: quæ prius eras in paradiſo: & fruebaris delitiȝs arborum diuerſarū: & habebas ſpecioſiſſimā comam: nunc quia proiecta es de ſublimibus & deducta in babylonem: & ueniſti in locum captiuitatis & perdidiſti comam tuam: radere & aſſume habitum pœnitentis: & quæ prius quaſi aquila uolabas in excelſis: plange filios: plange ſobolem tuam: quæ ex te ducta eſt captiua.

Exo.

Væ qui

HEB. Decaluare & detondere ſuper filios delitiarū tuarum: dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniā captiui ducti ſunt ex te.

SEP. Gloria filiæ iſrael decaluare & detondere ſup filios delicatos tuos: dilata caluitiū tuū ſicut aquila: qm̄ captiui ducti ſūt ex te.

A Væ qui cogitatis inutile ꝛc. Q2 in fine ca/ Ca. II
pituli iuxta hebraicū posuimus: In cœtu dñi: ꝓ
q̄ Lxx. trāstulerūt, in eccl'ia dñi: iuxta æditionē
uulgatā sequētis capituli principiū est: Et ideo
in illo si dominus iusserit differemus. Væ igit̄ uobis iudæo
rum cœtus: qui & co/
gitatis malum: & ope/
re cōsummatis. Et cu
bilia ad quiescendum
data, stupris polluitis:
& quicquid iniquita/
tis nocte tractatis: q̄si
differre non liceat, sta/
tim ut dies claruerit fe
stinatis implere: non
consyderantes qꝺ ad/
uersum dominum for
tis est manus uestra.
Et ut doceret scriptura
quid esset qꝺ in nocte
cogitarent, & in die fa
cerent, exponit in par/
tibus. Concupierunt
agros inquit & uiolen
ter tulerūt: & domos,
subauditur, concupie
runt: & quas cōcupie
rant, diripuernnt: &
non solum calumnia/
bātur homines, & do
mos eorum: sed poste
ros quoq; qui miseri/
cordiam propter æta/
tem paruulam mere/
bantur, rabido ore ua
stabant. Quia igitur
ista feciſtis & cogita/
stis inutile: & ego do/
minus cogitabo super
familiam istam malū:
nō qꝺ malū sit qꝺ ego
cogito, sed qꝺ patienti
bus malū uideat qꝺ
irrogo: qꝺ ita uos præ
met, ut colla uestra nō
possitis leuare: nec am
buletis supbi: scilicet
q̄s tēpus captiuitatis
oppresserit. Tū diceꝫ
super uos parabola: &

B Væ qui co/ Ca. II
gitatis inutile: &
operamini malū
in cubilibus uestris: in lu/
ce matutina faciunt illud:
quoniam contra deum est
manus eorum: & concupie
runt agros & uiolenter tu/
lerunt: & domos rapuerūt
& calumniabantur uirum,
& domum eius: uirum &
hæreditatem eius. Idcir/
co hæc dicit dominus: Ec/
ce ego cogito super fami/
liam istam malum: unde
non auferetis colla uestra:
& non ambulabitis supbi:
quoniam tempus pessimū
est. In die illa super uos su
metur parabola: & canta/
bitur canticum cum sua/
uitate dicentium: Depo/
pulatione uastati sumus:
Pars populi mei cōmuta/
ta est. Quomodo recedet
a me: cū reuertat̄ qui regio
nes nostras diuidat. Pro/
pter hoc nō erit tibi mittēs
funiculū sortis in cœtu dñi.
ne loquamini

C Facti sunt Ca. II
cogitātes labores
& operātes mala
in cubilibus suis, & simul
in die consūmabūt ea: qa
nō leuauerūt ad deum
manus suas: & desyde/
rabant agros: & diripie/
bant pupillos: & domos
opprimebāt: & rapiebāt
uirū & domū eius: uirū
& hæreditatē eius. Pro/
pterea hæc dicit domi/
nus: Ecce ego cogito sup
tribū istā mala: de qb9 nō
auferetis colla uestra: &
non ambuletis recti su/
bito: quia tempus pessi/
mū est. In die illa sume/
tur super uos parabola:
& plāgetur planctus in
cantico dicentiū: Miseria
miseri facti sumus: pars
ppli mei dimēsa est in fu/
niculo: & nō erat q̄ phibe
ret eū, ut auerteret: Agri
nostri diuisi sunt: ꝓpter
hoc non erit tibi mittens
funiculū in hæreditate.
in eccleſia

D camus: Propterea hæc
dicit dñs: Ecce ego co/
gito super tribū istam
mala subito: de quib9
nō possunt eleuare cer
uices suas: & ob id ele
uare non poterunt qa
tēpus malū est. Sicut
eī mala operati sunt
contra dñm iesum: sic
mala captiuitatis ꝓpe
tuæ sustinebunt: & in
tantam uenient angu/
stiam: ut omnia eorū
cantica & psalmi uer/
tant̄ in luctū: Nihilq;
aliud nouerit popul9
loqui: nisi hoc: miseria
miseri facti sum9. Ter/
ra qppe repromissio/
nis quæ prius duab9
& semis tribubus, sor
te diuisa fuerat trans
iordanem: moyse mit/
tente funiculū: & po/
stea ab iesu naue tribu
bus reliquis disperti/
ta: hæc gētibus roma/
no mensore diuisa est:
& nemo fuit q̄ phibe/
ret, quin potius cū uni
uersas obtineāt natio/
nes, null9 est ex iudæis
qui antiquū pristina
libertate possideat so/
lum. Q2 si tertiā expo
sitionē seq uoluerim9,
de qua sup̄ dixerā: ad
animā hūanā sermo/
nē dirigi quæ de para/
diso corruens in capti
uitatē hui9 mundi ue/
nerit: uidebimus qꝺ
omnis cogitatio no/
stra labor & dolor sit:
& cubilia nostra plena sint malis, & lux ipsa quæ uidetur mi
xta sit tenebris: quæq; nocte tractem9, in caligine cōpleam9.
Quis eī nr̄m ad deū sanctas eleuat man9 sine ira & cogi/
tatiōe? Quis nō desyderat uillas istius sæculi, oblitus pos/
sessionū paradisi? Videas alios agros agris & terminos iūge
re terminis: & puo hois corpusculo rura urbiū nō sufficere.
Propterea cogitat dñs sup nos mala: de qbus nr̄as eleuare
nequeamus ceruices: nec ambulare recti, qa tēpus pessimū
est: iuxta Ioānis uerba dicētis: Mūdus in maligno posit9 est. 1. Ioh. 5. d
Idipsū significat, & illa in euāgelio filia abrahā nobilis anīa:
quā sathanas uinxerat & icuruauerat: & nisi ad aduētū dñi
in sublime erigi añ nō potuit ne& suū suspicere creatorē. Vñ
saluator ait: Hāc inqt filiā abrahæ quā alligauerat sathanas Luc. 13. d
nō oportuit solui de uinclo isto die sabbati? Quia ergo gl'ia
nr̄a ois attōsa est & dilatauim9 rasurā uel nuditatē nr̄am: sic
eī i qbusdā codicib9 inuenit̄: missi sūt q nos plāgerēt cū hie
remia & sumerēt sup nos ꝓpabolā & dicerēt cū Apl'o: Lugebo 2. Cor. 12. g
mltos q̄ peccauer̄t & nō ægerūt pniam. Quis eī nō plāgat
uidēs hūanas aīas q̄si uariā suppellectilē a dæmōib9 & diuer
sis uitijs eē possessas? Ali9 dæmonū mittit fornicatiōis funi/
culū: ali9 auariciæ, ille homicidij, hic piurij lineas tēdit: pars
ppli dei diuisa ē i funicło: & agri q̄ndā sc̄itatis & padisi q̄s
odore

Exo. 17. c

E odore delectabat Isaac in iacob filio suo: traditi sunt assyrijs
regicp babylonio: Et habētib⁹ uulpib⁹ foueas, & uolucrib⁹
Matth.8.c cœli nidos: filius hominis non habet ubi caput suum recli
net. Exposui iuxta qđ mei ingenioli patiebantur angustiæ:
& primā ab assyrijs babylonijsq; populi captiuitatem: & se
cūdā a romanis: quia
dominū crucifixerūt:
& tertiam spiritualem:
q̄ unusqsq; nostrū cū
adā de paradiso cecidit:
& i hui⁹ mūdi captiui/
tate ysaē: de q̄ cū uene
rit dns, eriget elisos,
& soluet cōpeditos:
& captiuos q̄ndā dia/
boli, reducet in posses/
sionē suā: & cōplebit
sermo psalmistæ dicē/
ps.67.d tis: Ascendēs in altū:
captiuā duxit captiui/
tatē. Iuxta quā exposi
tionē pōt & de eccl'ia,
quarta captiuitas ac/
cipi: de qua unusqsq;
egreditur per peccatū:
2.Esdre.7.a & postea ab Esdra qui
עזרה interpretatur adiutor:
id est sermone dei re/
ducitur in hierusalē.
Si quis autem in lege
domini die ac nocte
meditatus maius habuit studium: maius ingenium: ociū,
gratiāq;: & potest de præsenti capitulo probabilius aliquid
dicere: non inuideo: non aspernor: quin potius cupio ab eo
discere qđ ignoro: & libenter me discipulum profitebor: dū
modo doceat, & non detrahat. Nihil em̄ tam facile, q̄ ocio/
sum & dormiētem, de aliorum labore & uigilijs disputare.

F ¶ Ne loquamini loquentes ⁊c. Ne loquamini inquit lo/
quentes: pro quo interpretatus est Aquila: ne stilletis stil/
lantes: quodam idiomate hebraico: eloquium ab eo qđ
fluat, & ad aures perueniat audientium: in similitudinem
pluuiæ descēdentis, stillationem uocans. Nolite uos deci/
pe o dom⁹ iacob: & in cōsolationē mutuā dicere: deus bo/
nus est: non ueniet captiuitas quā timemus. Num larga
eius misericordia: & clæmētissimus spiritus, qui late & abū
dāter ortus est oīmibus: tantū in nobis abbreuiabit & sæue
rus erit: aut huiusce modi sunt cogitationes eius, quales in
hominibus cernimus: ut antiquam teneat iracundiam: &
ad uindictam furore subito concitetur: Ad quæ respondit
dominus: Bonus quidem sum: & uerba mea sonant clæmē
tiam: sed ad eos qui recto itinere gradiuntur. Qui autē, nō
dico olim, sed hesterno die in contumeliam meam uenera/
tus est idola: & quantum in ipso fuit tyrannica aduersum
me arma corripuit: qui infœlicem populum expoliauit au/
xilio dei: & quasi desuper tunicam pallium q̄ tulit: qui sim
plices quosq; credentium & acquiescentes auctoritati ma
lorum contra me uertit in bellum: nunquid nō stillabit su/
per eum dominus, & apprehendet eum confusio: Hoc autē
qđ nos uertimus, & econtrario populus meus in aduersa/
rium consurrexit: quia uerbum מרוד & contrarium & diē
hesternum sonat: Symmachus apertius transtulit ut dice/
ret: ante unam diem populus meus quasi inimicus restitit:
ut solueret questionem: qđ deus non præterita uitia impu/
taret populo, sed recentia: & quæ quasi die cōmissa uideren/
tur hesterno. Hæc iuxta hebraicam intelligētiam: cæterum
Lxx. interpretes in hoc loco penitus sibi non cohærent. Ad
id enim qđ præmissum est, in ecclesia domini nolite flere:
quæ consequentia est ut inferatur: non enim abijciet oppro
bria quæ dicit, domus Iacob prouocauit spiritum domi/
ni: Sed & illud q̄ sequitur: Si hæ adinuentiones eius sunt:
nonne sermones eius sunt boni cum eo, & recti ambulaue/
runt: ad posteriora quid pertinent quæ dicuntur: Et prius
populus meus in aduersarium restitit, contra pacem suam:
pellem eius excoriauerunt ut auferrent contritionem belli:
Videtur autem mihi ut in loco uel difficillimo sic posse sen/
sus reddi uel exprimi, si tamen prudens lector nostræ ratio/
ni acquieuerit. Præcipitur itaq; ecclesiæ: ut non habeat tristi
ciam & sollicitudinē
super rebus sæculi, &
damnis quæ in hoc
mundo euenire con/
sueuerunt: & dicitur
habitatoribus eius: O
uos qui estis in eccle/
sia domini semp gau/
dete: & quicquid uo/
bis de dei iudicijs ac/
ciderit, gratulamini.
nec hoc dico qđ flere
nō debeatis: Beati q̄p Luc.6.d
pe flentes, quoniam
ipsi ridebūt: Sed illud
admoneo: ne in his
quæ sunt sæculi lugea
tis. Si quis mortuus
fuerit ꝓpinquorum:
si substantiā fiscus in
uaserit: si corp⁹ uel po
dagra, uel alius quili/
bet morbus oppresse/
rit: nolite flere: nolite
lachrymas fundere:
nec consyderetis præ/
sentia sed futura: & aggrauamini magis qđ diutius in hoc
tabernaculo mortis habitetis: Quin potius illud cauete, ne
insultetis cadentibus, & alienam ruinam uestram ædifica/
tionem putetis: unusquisq; se ex suis uiribus, non ex imbe/
cillitate alterius metiatur. Alioqui quæ ista iusticia ramos
oleastri insultare ramis oliuæ: qui propter infidelitatē suam
fracti fuerunt: & dicere: domus iacob ad iracundiam spiri/
tum domini prouocauit: interficiens prophetas: idola co/
lens: dei filium crucifigens: Qui hoc facit non erit ab op/
probrio alienus: & ea mēsura qua iudicauit iudicabitur de
eo: & quomodo ipse de peccatis loquitur corruentis: ita
alius ruinæ illius insultabit. Sequitur: Si hæ adinuentiones
eius sunt: nonne uerba eius bona sunt cum eo: & recti am/
bulauerunt. Qđ offendit ait iudaicus populus: ut plēi/
tudo gentium subintraret, dispensationis dei est: ut postea
credente israel, omnes salui fierent: & uniuersi dei miseri/
cordia indigerent. Vnde & Apostolus ad huius loci ue/ Rom.11.d
niens quæstionem: profundum sapientiæ & scientiæ & iu/
diciorum dei: & abyssum inuestigabilem esse proclamat.
Si ergo adinuentiones & cogitationes dei sunt: frangi prio/
res ramos oliuæ, & inseri alios de oleastro: non debes insul
tare sed timere ne corruas: nec æstimes in eo te placere deo si
sermones, id est scripturas illius legas. Tunc scripturæ pro/
sunt legenti: si qđ legitur opere compleatur. Si loquens de
scripturis possis dicere: An experimentum quæritis eius 2.Cor.13.a
qui in me loquitur christus: Dominus quippe dabit uer/ ps.67.c
bum euangeliçantibus uirtute multa: & super montem ex/ Esa.40.b
celsum ascende qui euangeliças sion: & leua uocem in for/
titudine qui euangeliças hierusalem. Atq; hoc modo ser/
mones dei boni sunt si secum sint, hoc est: si deus non dese
rat prædicātem: cuius cor labia q̄ consentiunt. Cæterū qui
confitetur labijs & cor eius longe est a deo: & narrat iusti/
cias eius: & assumit testamentum per os suum: & peccato/
rum sordibus inquinatur: cū hoc non sunt boni sermones
dei. Nec solū de peccatore: sed de eo q̄q; q gratiā non habet
spiritalē, id est, pphetiæ ac doctrinæ: & interpretationis ma/
iorūq; charismatū: hoc dicendū est: qđ huiusmodi homo si
uoluerit elementorū causas fideiq; suæ reddere rationē: &
quare deus q bon⁹ & creator est omniū ad solos tm̄ iudæos
uenerit, & in ultimo iā sæculo uocauerit natiōes: nō habeat
secū bonos dei sermones: sed de ꝓpria impitia etiā ea quæ

SEP. In ecclesia domini nolite flere lachrymis, ne/
q; plorent super his: non
enim abijciet opprobria
quæ dicit: dom⁹ iacob pro
uocauit spiritum domini:
si hæ sunt adinuentiones
eius: nōne sermones eius
boni sunt cum eo: & recti
ambulauerunt? & prius
populus meus inimicitijs
restitit cōtra pacem suam:
pellem eius excoriaue/
runt: ut auferrent spem
contritionem belli.

a HEB. Nē loquamini lo/
quentes: non stillabit su/
per istos: non comprehen
det confusio, dicit domus
iacob. Nunquid abbreuia
tus est spirit⁹ domini: aut
tales sunt cogitatiōes ei⁹?
nonne uerba mea bona
sunt cum eo qui rectæ gra
ditur? & econtrario popu
lus meus in aduersarium
consurrexit: desuper tuni/
cam pallium sustulistis: &
eos qui transibant simpli/
citer, conuertistis in bellū.

mulieres

duces

bona sunt

A bona ſunt dei uerba contaminet: quæ uerba recte ambulant & rectas aures requirũt. Et hæc quidem dominus præcipit populo ſucceſſori, & eccleſiæ de gentibus congregatæ: ne inſultet generationi priſtinæ, & aliena non ſit ab opprobrijs inſultãdo. Refert autem ipſe qui uerus eſt iudex & ſine perturbatione loquitur: quomodo in paſſiõe ſua iſrael ei cõtrarius fuerit: & hoc fecerit nõ q̃ ſuo nocere potuerit creatori: ſed q̃ contra pacẽ ſuã oĩa perpetrarit. Vñ & ad Luc.19.f hieruſalẽ ſermo eſt: Si ſcires ea quæ ad pacẽ ſunt tibi. Pace autem perdita: pellem ſuam excoriauerũt: id eſt tulerunt a ſe dei quo protegebanť auxilium: & q̃ſi nudaſ carneſ abſq̃ cute & tegmĩe relique-

a HBB. Mulieres populi mei eieciſtis de domo delitiarũ ſuarum: a paruulis earum tuliſtis laudẽ meã in ꝑpetuũ. Surgite & ite: quia non habetis hic requiem: propter immundiciam ſuam corrumpetur putredine peſſima.

runt: ut quicqd uidebať eſſe pulchrũ operiẽte deſuꝑ miſericordia dei: hoc illa recedente præberet uidentibus turpitudinem. Recedẽte autem pace & auxilio dei quia reſtiterãt Iudith.16.a domino: de quo dicitur: Dominus conterens bella: dominus nomen ei: aduerſarijs ſuis reſiſtere non potuerunt: ſed in omni certamine uicti ſunt: nec fuit qui contereret aduerſum eos bella naſcentia, iuxta utramq̃ perſonam hoſtium uel hominũ qui eos duxere captiuos: uel aduerſariorum fortitudinẽ qui animas eorũ quotidie iugulabant blaſphemãdo. a ¶ Mulieres populi mei eieciſtis ꝛc. Interpretatio ſeptuaginta: ſi tñ Lxx. eſt: Ioſephus enim ſcribit, & hebræi tradunt: quinq̃ tm̃ libros legis Moyſi ab eis tranſlatos & Ptolæmeo regi contraditos: tm̃ diſcordat in præſenti loco ab hebraica ueritate: ut nec capita poſſim⁹ ex æquo ponere, nec eorũ ſimul ſentẽtias explicare. Quãobrem noſtra primum tranſlatio diſſerať, & poſtea ad eoſdem ueniemus. Adhuc contra populum dei ſermo eſt: cui ſupra iam dixerat: Econtrario populus meus in aduerſariũ conſurrexit: deſuꝑ tunicã palliũ ſuſtuliſtis: qđ nõ ſolũ hoc ægerint, ſed mulieres q̃q̃, id eſt matronas, quondã delicatas fecerint captiuas ire: ſiue ſub metaphora urbeſ iudeæ, quas & in Eſaia Eſa.26.a filias ſion uocat, eo qđ ſion metropolis fuerit. A paruulis quoq̃ earũ tuliſtis inquit laudẽ meam in perpetuũ: nullus remãſit in populo: cunctis uel interfectis uel captis q̃ meos pſalmos caneret: ſed & pauci qui in babylone ſupererant, ꝑs.136.a canere ſe non poſſe teſtantur: Quõ inquiunt cantabimus canticũ dñi in terra aliena? Surgite itaq̃ & ite in captiuitatẽ: quia in hac terra requiem non habetis: quæ propter ſcelera ueſtra polluta eſt: & mundari non poterit, niſi longum ſabbatum antea celebrarit. Propterea autẽ dico uobis non habetis hic requiem: quia polluta eſt terra ueſtra, & corrumpetur putredine peſſima: captiuitate uidelicet uel babylonica uel romana: eo qđ dñi ſanguinẽ hauſerit: Iuxta utrãq̃ eñ hiſtoriæ ueritatẽ intelligi poteſt. a ¶ Duces populi mei ꝛc. Poteſt hoc & generaliter de iudaici populi principib⁹, ſacerdotibus, ac phariſæis accipi: qui poſt paſſionẽ domini ꝓpieſti ſunt de urbe delitiarum ſuarũ in qua prius laſciuierant propter malas adinuẽtiones ſuas: & ſpecialiter de ſtirpe dauid: quia ſtatim ut natus eſt dominus, defecit princeps ex iuda: & dux de fœmoribus eius: ueniente cui repoſitũ erat: & expectatione gentium apparente. Sed & eccleſiæ quoq̃ principes qui delitijs affluunt: & inter epulas atq̃ laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt: propheticus ſermo deſcribit qđ eĳciẽdi ſint de ſpacioſis domib⁹: lautiſq̃ cõuiuijſ: & multo labore epulis cõq̃ſitis: & eĳciendi ꝓpter malas cogitationes & opera ſua. Et ſi uis ſcire quo eĳciendi ſint, euangeliũ Matth.22.b lege: In tenebras ſcilicet exteriores: ubi erit fletus & ſtridor dentium. An non confuſio & ignominia eſt, Ieſum crucifixum magiſtrum pauperem atq̃ eſurientem farſis prædicare corporibus: leuiorũq̃ doctrinam: rubentes buccas: tumentiaq̃ ora proferre. Si in apoſtolorum loco ſumus: non ſolum ſermonem eorum imitemur: ſed cõuerſationem quoq̃ & abſtinentiam amplectamur. Sanctum utiq̃ eſt & apoſtolicum miniſterium uiduis & pauperibus miniſtrare. Nõ Actũ.6.a oportet inquiunt dimiſſo uerbo dei miniſtrare nos menſis. At nunc non dico pauperes, non dico fratres, & qui rurſum inuitare non poſſint: ex quibus excepta gratia nihil aliud epiſcopalis ſperet manus: ſed militantes & accinctos gladio: & iudices excubãtibus ante fores ſuas centurionibus & turmis militum: chriſti ſacerdos inuitat ad prandium. Tota clerici urbe diſcurſant: quærunt exhibere iudicibus: quæ illi in prætorijs ſuis, aut inuenire non poſſunt, aut certe inuenta

a SEP. Duces populi mei ꝓĳcient de domib⁹ delitiarũ ſuarũ: ꝓpter malas adinuẽtiones ſuas eiecti ſũt. b Ꝓpopin-
c q̃te montib⁹ æternis. Surge & ãbula: q̃ nõ eſt tibi hic reqes. d Ꝓpter imũdiciã cõſũpti eſtis corruptione
e ne Fugiſtis nemie ꝑſeq̃nte

b utinam

Spiritus

non coemunt. Nec uero arbitrãdum qđ generaliter ad omnes hæc dirigatur inuectio: ſed qđ eos qui tales ſunt pulſet ſermo propheticus: & cõminetur eis ſupplicia, & tenebras ſempiternas: ut qui pudore & uerecũdia non tenenť, agant pœnitentiã ſaltẽ cõminatione pœnarum. b ¶ Propinquate montibus æternis. Eternos montes uel angelos intelligere poſſumus uel prophetas: de quibus & in pſalmo ſcriptum eſt: Fundamenta eius in montibus ſanctis: Et in alio ꝑs.86.a loco: Leuaui oculos meos in mõtes: unde ueniet auxilium Ibi.120.a mihi. Appropinquat autem æternis montibus qui non in peccatis ſuis a beatorum contubernio ſeparatur: quomodo Moyſes appropinquabat deo, nõ loco ſed merito. Et ad eos D qui appropinquabant æternis montibus: ipſe dominus lo- Hiere.23.e quebatur: Deus appropinquans ego: & nõ de longe. Montes autem æterni ad diſtinctionẽ eorum uocantur qui non ſunt æterni: principum ſcilicet huius ſæculi montium tenebroſorum: qui cum erecti fuerint uelut cedrus libani, tranſeuntes cum mundo: locus eorum non poterit inueniri.
c ¶ Surge & ambula quia non eſt tibi hic requies. Iubemur in nullis mundi rebus putare nobis requiem, ſed quaſi a mortuis reſurgentes ad ſublime tendere, & ambulare poſt ꝑs.62.c dominũ deum noſtrum, & dicere: Adhæſit anima mea poſt Ephe.5.d te. Q2 ſi neglexerimus & noluerimus audire dicentem: Exurge qui dormis & eleuare, & illuminabit te chriſtus: dormitabimus quidem, ſed decipiemur: & non inueniemus requiẽ: quia ubi chriſtus nõ illumĩat reſurgentẽ: quæ uideť eſſe requies tribulatio eſt. d ¶ Propter imundiciã cõſumpti eſtis corruptiõe. Pro eo qđ nos diximus conſũpti eſtis: poteſt iuxta græcã intelligentiã in latino ſonare ſermõe, corrupti eſtis: ut ſit ordo: ꝓpter imundiciã corrupti eſtis corruptiõe. Hoc aũt ad eos dicit q̃ uoluptati corpis & libidini ſeruiẽtes, nõ ſolũ animã, ſed corpus q̃q̃ ſuũ corrũpũt, uoluptatũ amatores magis q̃ amatores dei. Poterat q̃q̃ dicere: propter immundiciam corrupti eſtis: & ſenſus etiam abſq̃ corruptione fuiſſet expletus. Nunc autem quia ait: corrupti eſtis corruptione: ad diſtinctionem mihi uidetur corruptionis ſalutaris dixiſſe: iuxta quã & Apoſtolus loquitur: 2.Cor.4.d Et ſi is qui foris homo noſter eſt corrũpitur, ſed qui intus eſt renouatur de die in diem. Qui ſemper mortificationẽ ieſu portat in corpore ſuo: & exteriorem corrumpit hominem: & carnem imperio animæ ſubijcit: iſte corrumpitur quidẽ: ſed nõ corruptiõe: quia corruptio illius ſalutaris eſt.
e ¶ Fugiſtis nemine perſequente. Ad eos dicitur qui propter immundiciam corruptione corrupti ſunt: qđ conſcientia peccatorum etiam abſq̃ ſupplicijs reſiſtere hoſtibus & dimicare non audiant. Vnde & formidoloſi in ſanctorum Deu.20.b prælio ne terreant mentes fratrũ ſuorũ eĳciuntur e caſtris: & ex acie repellunť: & in maledictis Leuitici ad huiuſcemodi homines ſermo dirigiť: Perſequetur uos folĳ uox uolan- Leui.26.f tis: & fugietis nullo ꝑſequẽte. Scio me in cuiuſdã cõmentarijs legiſſe: exponentis Ioãnis euãgeliſtæ principiũ: Oĩa

ꝓ ipſum

E per ipsum facta sunt,& sine ipso factū est nihil:hoc qđ dicit nihil,ad maliciā retulisse:rursumq; ipsam maliciā interpretatū esse diabolū:& isto quasi gradu,ipsum qđ factū est sine christo nihil: diabolū intellexisse. Si igit malicia uel diabolus nihil est:& fugerūt qui corruptiōe corrupti sunt:nullo.i. nihil persequente, diabolus eos est persecut⁹ in nihili. Q; si cui uidet nimis coactum & cōtra scripturæ simplicitatē artificio poti⁹ eloquij q; uera iterpretatione dissertum: uel priorē uel quā ipse reperit expositionē seq; tur. a ¶ Vtinā nō es semvir ꝛc. Et in hoc capite multū Lxx. interpretes ab hebraico discrepant: Vnde primū iuxta id qđ nobis ab hebræis est traditū exponamus: & postea si dñs uoluerit de eorū trāslatiōe tractabim⁹.

a HEB. Vtinā non essem uir habēs spm̄:& mendaciū potius loquerer. Stillabo tibi ī uinū & in ebrietatē:& erit sup quæ stillat populus iste: Cōgregās cōgregabo iacob:totū in te unū cōducā reliqas isrl pariter: Ponā illū q̄si gregē in ouili:quasi pec⁹ in medio caularum:tumultuabuntur a multitudine hominum.

O ppe iudaice ad ꝗs repromissiōes:quoꝝ testamenta & lex:& ex qbus christus scđm carnē:cui īminētib⁹ babyloniis uel romanis dixi: surgite & ite in captiuitatem: qm̄ non est uobis in terra ista requies:quæ pp̄ter īmundiciā suam corrumpetur populatione nouissima: non me putetis uolentē loqui:& prædicare gaudētē,qđ uēturū uideo:optarē & ipse anathema esse ,p fratribus meis qui sunt israelite: Vtinā de meo sensu loquer & sanctū spiritū nō haberē:& inter pseudo,pphetas potius cōputatus, solus perirē: & nō essent uera quæ dico: & tanta multitudo crederet in filium dei: & non traderetur æternæ captiuitati. Verū quia ,ppheta sum & dei spiritu loquor:& a diuinitate missus,prædico ueritatē:Propterea stillabo tibi sermonē meum in meracū uinū qđ te inebriet, & corruere faciat. Me autem stillāte & futuræ captiuitatis malū canente:populus iste meas suscipiet pluuias:hoc est,uult nō uult,sustinere habet quæ dico. Et ne me uatē tantoꝝ malorū arbitremini esse: nunc quidē ueniet prædicta captiuitas:ut agnoscatis quia in me sermo dei loquit:qui ad oēs prophetas fit:quo reticēte ,ppheta non loquit:& dicit: Veniam & humanū corpus assumā:nascar de uirgnie.siue ita: Quia in carnis hūilitate ueni: & nō credidistis mihi:ueniā in consūmatione mundi in maiestate mea,cum angelis cæterisq; uirtutibus:& tunc te totū congregabo iacob:tunc in unum cōducā reliquias israel:& cum gētium populo in ouili meo pariter copulabo: tunc te muro firmissimo sepiam: & tanta erit credentiū multitudo, & inter caulas positi gregis tumultuatio,ut uincat numerus pecorum largitate. Ac ne forsitan putes quia dixi:Ponā illum quasi gregē in ouili: & quasi pecus in medio caularum,de ouibus me loqui:intellige qđ oues iste homines sint. Sequitur em̄: Tumultuabuntur a multitudine hominū. Tumultus,uox plurimorum est,& nimiæ multitudinis clamor pariter emissus. ne æstimemus unius uocē esse, sed omniū cōmunē,landantiū bonum pastorem: qui ardua quæq; complanauerit, & suo equauerit pede:dux itineris eorum ipse sit paradisi ianua,& dicat:ego sum porta:quo iter diuidente & precedēte,& uiæ porta,transibit per eum credulum pecus. Pastor autem iste & rex est & dominus. Vnde sequit:Et trāsibit rex eorum coram eis:& dominus in capite eorū. Qđ si uoluerimus hæc omnia de primo aduētu eius accipere:& totum Iacob & reliquias israel ad apostolos & eam referre multitudinē,quæ in actibus apostolorum saluata est ex iudæis:non abhorrebit a ueritate expositio tractatoris:Hos em̄ uere congregauit dñs in ouile suū:& posuit ī medio caulaꝝ:& fecit iter ante eos & induxit eos in ecclesiā:& fuit rex eoꝝ corā eis:& est dñs in capite eorum in perpetuum. a ¶ Spiritus statuit mendaciū ꝛc. Non ut plerique æstimāt spiritus stetit mēdax: sed spūs statuit mēdaciū, legēdū est,qđ græce dicit πνεῦμα ἔστησε ψεῦδος,hoc est πνεῦμα ψεῦδος. Quomodo em̄ in uulneribus putridis ne cancer serpat & emortuū corpus uiuas carnes depascatur:medici statuunt uulnus & urunt cauterio, uel puluere καυστικῶ: Ita spiritus dei finem posuit mendacio, ne ultra populus dei pseudoprophetaꝝ uocibus subuertat. Qui aūt spūs tam in nouo q; in ueteri testamēto ubicunq; sine additamēto ponitur in bonā partē intelligat: & sæpe diximus: & nūc ex parte ponemus ne cui dubiū sit:Fruct⁹ autē spiritus:charitas,gaudiū,pax. Et:Si spū uiuimus,spū & ambulemus. Et alibi: Si autē spū opa carnis mortificaueritis uiuetis. Et in ueteri testamento dās flatū ppho q est in ea:& spm̄ his,q calcāt eā:haud dubiū exprecedētib⁹ qn terrā significet: Qui em̄ calcāt terrena opa & pedib⁹ suis subiiciūt ea: utiq; nō malū, sed bonū spm̄ merent accipe. Ecōtrario malus spūs semp cū additamēto legitur. ut ibi: Cū aūt spūs īmundus exierit ab hoīe. Et in alio loco: Increpauit spm̄ īmundū. Et spiritus malus inuasit saul:& cætera his similia. Spiritus ergo dei qui finem mendacio posuit in pseudoprophetis,ipse tibi stillabit in uinum & ebrietatem. Vinum qđ lætificat cor hominis:& ebrietatem qua inebriatus est noe: & de qua dicitur: Comedite amici mei & inebriamini. Hæc autem omnis lætitia & ebrietas ad cōparationem sapiētiæ dei: quæ ut fluuius cœlestem irrigat hierusalem: stilla est, & gutta permodica. Nec dubitabunt sapientiæ dei stillam in hominibus dicere: qui lapidem abscisum de monte sine manibus legerint: & fatuum dei sapiētius hoībus:& apl̄os quoq; ipsos ex parte cognouisse: & ex parte ,pphetasse. De hac igit sapiētia.i.de stilla iudaici populi(nō em̄ uenit nisi ad oues p̄ditas domus israel) congregatus est iacob:omnis qui supplātat esau, & eripit primitiua eius ac benedictionem: & antequā nascat adhuc in utero positus plantā pilosi fratris inuadit. b ¶ Cum omnibus ꝛc. Cum inquit crediderit gentium populus : & omnis orbis ad meam fuerit fidem adductus:& intrauerit gentium plenitudo:tūc etiā reliquiæ isrl saluabunt: Nō ille reliquiæ:de quibus est scriptum in regnorū libro: Dereliqui mihi septē milia uirorū qui nō curuauerunt genua baal: Et de quibus Paulus:Ergo & in isto tempore reliquiæ scđm electionem gratiæ saluæ factæ sunt:de quibus supra hic propheta testatur: Et erit de stilla populi huius, congregandus congregabitur iacob : Sed ille reliquiæ quæ postq; omnes susceptifuerint,in fine susciperentur a deo: Et de quibus nunc dicit: Cum omnibus suscipiēs suscipiam reliquias israel:ut iuxta id qđ supra diximus: Concludens deus omnes sub peccato , omnibus misereatur. c ¶ Ponam auersionem eorum ꝛc. Reliquias de israel ꝗs postq; oēs susceperо susceptur⁹ sum:nunc interim quia uersi sunt a me:ponam in tribulatione,& coangustabo:& faciā sedere,sine sacerdote,sine altari,& sine propheta : ut quem per beneficia non senserunt, intelligant per supplicia. d ¶ Quasi gregem in medio cubilis eorum:subauditur ponam. Non solum inquit auersio eorum qua a me auersi sunt ponetur quasi grex in tribulatione: sed postquā tribulati fuerint : & angustiæ tempus expleuerint: ponentur in requie, hoc est in cubili suo: Et tunc de hominibus cōmigrabunt & transcendent humanæ cōditionis statum & implebunt qđ sequit: Exilient ex hominibus. Non solum autem illi exilient & abibunt: sed omnes ad quos fit dei sermo:& qui humana uitia relinquētes,cōuersationē diuinitatis imitātur: & audiūt: Ego dixi dij

a SEP. Spiritus statuit mendacium:stillauit tibi in uinum & ebrietatem: & erit de stilla populi huius:congregādus congregabit iacob. Cum omnibus, suscipiens suscipiam reliquias de israel. Ponam auersionem eorum sicut oues in tribulatione. Quasi gregem in medio cubilis eorum exiliēt ex hominib⁹.

Gal.5.d
Ibidem.6.a
Rom.8.c
Matth.12.d
Luc.9.e
1.Reg.16.c
Can.5.a
Dañ.2.g
1.Cor.1.d
Ibidem.13.c
3.Reg.19.d
Rom.11.
ps.81.b

A dixi dñi estis & filij excelsi omnes: exilient ex hominibus &
ps. 81. b quasi feruntur ad cœlum. a Ascende per diuisionem. Præsens locus quasi proprium habet exordium & apostrophen eloquij prophetalis, ad eũ q saluari cupit: cui imperatur ut ascẽdat per diuisionẽ. Q. quidẽ manifestius fiet: si de genesi sumpseri/mus exemplum: ubi nascuntur gemini de thamar: cũ qua iudas patriarcha cõcubuit:
Genẽ. 38. g Factum est inquit cũ pareret & haberet geminos ĩ utero: in ipso partu unus ptulit manum, & tulit obstetrix & ligauit in manu ei9 coccinum, dicẽs: Hic egredietur prior. Cũ autem cõtraxisset manum, statim egressus est frater ei9, & illa ait: Quare diuisa ẽ, ppter te maceria? & uocauit
פרץ nomẽ eius phares, q interpretatur diuisio. Et post hæc egressus est frater eius in cuius manu erat coccinum: & uocauit nomen ei9
זרח çara: qui in lingua nostra dicitur semen uel oriens. Ostendit ergo senior populus in quo erat ortus & semen ante
B cẽ de gentibus ecclesia nasceretur manum suam in operibus: & postea contraxit eam: audiens per Esaiam:
Esa. 1. d Manus em uestræ sanguine plenæ sũt. Cũq ille cõtraxisset manũ, & a iusticiæ cessaret opibus: frater ei9 egressus est gentiũ ppls. Et ppter ipsũ diuisa est spes: & destruxit dñs atq saluator, ut ille posset ĩcedere parietẽ q erat in medio: & maceriã duos popl̃os separantẽ: & fecit unũ gregem, & duos creauit in semetipso in uno nouo homine faciens pacẽ. Vnde & obstetrix prophetice loquens dicit ad phares populum iuniorem: Vt quid diuisa est, ppter te maceria? Si intellexistis exemplum de genesi, ascende qui saluari cupis: nequaq̃ per ueterem populũ, qui manum cõtractam habet: sed per nouũ in quo uia christus est: in quo porta iesus: per quem ad patrem incedimus: ipse em̃ soluit mediũ parietem & maceriam, id est obscuritatẽ ueterũ prophetarum: & omnia antiquæ legis aperuit sacramẽta: & dissipata incedendi difficultate, uiam oculis omniũ reuelauit: ut qui uult pgere nullo irretiatur obice, nec obscuritatis caligine terreatur. b Ante faciem eorũ ꝛc. Propterea dixi tibi: ascende per diuisionem qui surrexisti cum christo: & ea quæris quæ sursum sunt: quia angeli siue pater & filius & spiritussanctus diuiserunt q̃d uidebatur obstare: & fecerunt uiam uolentibus ingredi: & quia aperto itinere inuaserunt iter: non solum ingressi sunt portam: sed & transierunt per eam. Ingressi sunt autẽ, quia & rex eorũ eãdem ingressus est portã: & aperuit eis iter: ut absq̃ ulla difficultate graderent̃.
Ioh. 10. b Ipse enim dñs, & rex & pastor, & uia est & porta: dicitq̃: Ego sum porta: p me q fuerit ĩgressus, saluabit̃: ingredie & egredietur & pascua inueniet: De qua porta & alibi pphetatur:
Ps. 117. c Hæc est porta dñi: iusti intrabũt p eã: Quicũq̃ aũt ingressus fuerit: non debet in eo statu in quo intrauerat pmanere: sed egrediat̃ ad pascua, ut in intrãdo exordiũ sit: in exeũdo & in pascua reperiendo, uirtutũ perfectio. Qui ingredit̃, adhuc in sæculo est: & ex creaturis intelliget creatorẽ: Qui aũt egredit̃, transcẽdit uniuersam creaturã: & oĩbus quæ uidẽri possunt pro nihilo cõputatis, inueniet pascua sup̃ cœlos, & sermone dei ueset̃: & dicet: Dñs pascit me & nihil mihi deerit. Hoc ideo, ut intelligerem9 euangelicum testimoniũ: Ingredie & egredie, & pascua ĩueniet: & q̃d nũc dicit̃ per pphetã: Et trãsierũt portã: & egressi sũt p eã: q tñ trãsitus & egressio absq̃ christo rege nr̃o tribui nõ potest: q rex & dñs est. Statim qp̃pe cõnectit̃: Dñs aũt princeps erit. Ca. III

C

ps. 22. a

Ioh. 10. b

D

Actũ. 1. a

a SEP. Ascende per diuisio/
b nem. Ante faciem eorum diuiserunt & transierunt portam & egressi sunt per eam: & exiuit rex eorum ante faciem eorũ: dominus autem princeps erit.

ET dicet: Ca. III
c Audite hæc princi/pes dom9 iacob &
d reliqui dom9 israel: Nõn uestrũ est cognoscere iudiciũ? q odio habetis bo/
e nũ & queritis mala: Diripientes pelles eorũ ab eis: & carnes eor̃ ab ossib9 eorũ: Sicut deuorauerũt carnes pp̃li mei: & pelles ab eis excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt: & conciderunt sicut carnes in lebete, & sicut carnes in olla: sic clamabunt ad dominum & non exaudiet eos: & auertet faciem suam ab eis in tempore illo, eo q̃d pessime egerunt in adinuentionib9 suis.

ET dixi: Ca. III
a Audite principes ia/cob & duces dom9 israel: Nunquid non uestrũ est scire iudicium? qui odio habetis bonũ: & diligitis malum: qui uiolẽter tollitis pelles eorum desuper eis: & carnẽ eorum desuper ossibus eorum: qui comederunt carnem populi mei: & pellem eorum desuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt: & conciderunt sicut in lebete: & quasi carnẽ in medio ollæ. Tunc clamabunt ad dominũ, & non exaudiet eos: & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut neqter egerũt in adinuẽtionib9 suis.

hæc dicit

hæc dicit

c Et dicet: Audite hęc ꝛc. Cũ supiorib9 hæret sẽtẽtia. Supra em̃ dixerat: Dñs aũt princeps erit, & dicet: audite principes domus iacob: & reliqui domus israel. Pro reliquis domus isr̃l, exceptis Lxx. oẽs, duces domus israel, trãstulerũt Dñs ergo q uiã fecit pp̃lo suo & egressus ẽ ante faciẽ eor̃ & ipse ẽ priceps itineris simplicioris pp̃li, quẽ gregẽ uocat: his q nolũt se præuiũ seq, sed supbiũt: & q̃si iudicet pp̃li uestigia illi9 nõ sequũt̃: cõmiat̃ & dicit: Audite pricipes dom9 iacob & duces domus israel. Quid est autẽ q̃d eos cogit audire? d Nõ vrm ẽ inq̃t scire iudiciũ .i. nõ meremini dei scire iudiciũ, q̃d est abyssus multa: & pfundũ iusticiæ ei9 mens prava nõ inuenit: Aut quõ potestis scire iudiciũ dei: q odistis bonũ & quæritis malũ: q detestamini sanctos paupes & honoratis diuites pctõres? Simulq̃ cõsyderem9 uerbor̃ signi ficãtiã: bona nõ amare pctũ ẽ: quãti sceleris etiã odisse? & ecõtrario mala nõ fugere uitij ẽ: q̃ntæ ipietatis est etiã diligẽter ingrere? Post hæc describit̃ sæuitia iudicum & in subiectos crudelitas. e Diripiẽtes pelle ꝛc. Nõ suffecerat spoliasse subiectũ gregẽ, sed corpa q̃q eor̃ afflixerũt duro impio: & ossa eorũ contriuerunt: ut quicquid in eis forte fuerat frangerẽt atq cõtererẽt: Quõ ergo illi spoliauerũt populũ meũ & nudauerunt omni pulchritudine & decore cutis: & carnes & ossa miserunt in ollam feruentem quã rex accendit assyrius: tradentes gregem meum diabolo, & angelis eius:

sic &

E sic & ipſi cum uenerit dies ultionis, clamabunt ad dñm, & nõ exaudientur: quia nec ipſi rogantes audierant: & extendent manus ſuas ad dominũ: & deus auertet faciẽ ſuam ab eis: quia & illi auerterãt a precantib⁹ uultũ: Et hæc uniuerſa patienẽ: quia peſſime ægerunt in ſtudijs & uoluptatibus ſuis: & non reges fuere, ſed tyranni: nec præpoſiti, ſed leones: nec magiſtri diſcipulorũ, ſed lupi ouiũ: & ſatiauerunt ſe carnibus, & incraſſati ſunt: & ſicut pinguiſſima hoſtia interfectionis & ſuppliciſs domini præparati. Hucuſq; cõtra principes malos: ſequens uero ſermo aduerſus pſeudoprophetas eſt, & doctores peſſimos: qui populũ dei adulatione ſupplantant, pollicentes ſcientiam ſcripturarum. a ¶ Hęc dicit dñs ꝛc. Legimus fuiſſe pſeudoprophetas in iſrael: qui ꝓpter dona pacẽ quæ eis data non erat, ꝓdicabant: & ſi quis munera non dediſſet, q̃uis ſanctus eſſet, iram dei nunciarẽt illi eſſe uenturam. Vnde nunc dicitur ad eos q̃ loquantur mẽdacia: & ſermo eorũ non ꝓphetia, ſed diuinatio ſit falſa: nec habeant lumen, ſed tenebraſ & errorẽ: Cũq; in contrariũ uerſa fuerint quæ promiſerãt: tunc operienẽ confuſione: quia nõ erat inquit reſponſum dei: iam nec dæmones accipiẽt poteſtatẽ, ut eos ſua fraude decipiant: muta erunt oracula: tacebit immũdus ſpiritus: & illudere non audebit. Hoc de pſeudoprophetis: rurſum oro, ꝓphetæ loquẽtis inducit: illis falſa uaticinantibus, & opertis cõfuſione & ignominia: Ego quæ loquor, a ſanctoſpũ inſtitut⁹ loq̃r: & loq̃r iudiciũ dñi & uirtutem. Cunq; pſeudoprophetæ mordeant dentibus & prædicent pacẽ: ego abſq; ulla formidine annuncio iacob ſcelus ſuum, & iſrael peccatũ ſuũ: quia pro deo uel idola uenerati ſunt, uel dei filium crucifixerũt. Si autem iuxta Lxx. quod dicit, de hæreticis uoluẽ: im⁹ accipere: qui uere pſeudoprophetæ ſunt: & dicunt, hæc dicit dominus: & dominus non miſit eos, nõ errabimus. Illi eñ populũ quondã dei errore decipiunt: & hoc faciũt, ut comedant eos: uel ſimpliciter in accipiendis muneribus, uel myſtice in occiſione animarũ eorũ: & promittunt eis pacẽ & regna cœleſtia, & dicunt: nõ neceſſe eſt ut uiuas cõtinenter & ſancte: habeto fidem quã docemus: & omnia promiſſa domini conſequeris: quæ loquentes, magis aduerſum eos irã dñi cõcitant: & prælio in illos ſanctificant. Quãobrẽ o hæretici qui putatis habere uos prophetiam: & imitamini eccleſiam dei: ubi æſtimatis eſſe uiſionem, ibi nox erit: & ubi iactatis uaticiniũ prophetale, ibi ſpiritus loquetur immundus. Occidet enim ſol iuſticiæ ſuper huiuſcemodi prophetas: & uidebunt tenebras ſuas & confundenẽ. Cunq; diuini magis q̃ prophetæ fuerint comprobati, ridebuntur ſuper ſomnijs ſuis: & populi qui ab eis prius decepti fuerant, contra eos loquenẽ. Tunc etiã ipſi magiſtri pœnitentiam agent: & nemo eos exaudiet, niſi ego quem offenderãt. Et quia clæmẽs ſum: & nolo mortem peccatoris, ſed cupio ut reuertatur & uiuat: cum exaudiero eos, dabo eis uirtutem ſpiritus mei: & implebo eos iudicio meo & fortitudine: ut qui pri⁹ populũ blandimentis decipiebant, poſtea uera annunciãdo deterreant: & ad rectam reuocent uiam: & qui cauſa erroris fuerãt, incipiant mederi uulnerib⁹ quæ intulerant, & eſſe occaſio ſanitatis. Animaduerte in præſenti loco poſſe aliquem docere poſt peccatum, ſi tñ uitia priſtina digna pœnitentia eluerit. Vñ & Dauid poſt adulteriũ & homicidium loquitur in pſalmo: Aſperges me hyſopo & mũdabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Nec ſua tñ puritate cõtent⁹ eſt, ſed infert: Redde mihi læticiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Cunq; hoc feceris: Docebo ait iniquos uias tuas: & impij ad te cõuertentur.

b ¶ Audite ꝺ p̃cipeſ dom⁹ iacob ꝛc. Nemo ambigit hier⁹m, ꝓpter ſcelera quæ in hoc capitulo deſcribunẽ fuiſſe ſubuerſam: & quia ſupra, uel ad iudices, uel ad pſeudoprophetas præceſſerat cõminatio: Audite principes dom⁹ iacob & duces domus iſr⁹. Et poſt paucos uerſiculos: Hæc dicit dominus ſuper prophetas: qui ſeducunt populum meum: & reliqua: Nunc generaliter, & aduerſum iudices, & aduerſum pſeudoprophetas: & contra ſacerdotes: & contra eos qui ſibi dei pollicebantur noticiam, prophetalis ſermo texitur: & arguit eos q̃ propter ſcelera eorum ſion quaſi ager aranda ſit: & hieruſalem uelut aceruus lapidum corruitura: & mons templi futurus in excelſa ſyluarum. Videmus completa quæ dicta ſunt: oris eloquiũ oculi probant: prophetiæ teſtis aſpectus eſt: hoc ipſum teſtimonium & in Hieremiæ uolumine ſcribitur, ubi & Micheæ ꝓphetæ fit mentio: & hieruſalem uaſtitas prædicatur. Iudices & principes domus iacob, & dom⁹ iſrael, id eſt & duarũ & decẽ tribuũ: non ſolum iudicium nõ faciebant, ſed abominabanẽ illud: & omnia recta peruertebant: ne ſaltem parua iuſticia remaneret in ciuitate. Qui ædificauerũt ſion in ſanguinibus: & hieruſalem in iniquitate, rapinis pauperũ, cæde inſontiũ,

a HEB. Hæc dicit dominus ſuper prophetas qui ſeducunt populum meum: qui mordent dentibus ſuis: & prædicant pacẽ: & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium: ꝓpterea nox uobis ꝓ uiſione erit: & tenebræ uobis pro diuinatione: & occumbet ſol ſuper ꝓphetas: & obtenebrabitur ſuper eos dies: & confundentur qui uident uiſiones, & confundentur diuini: & operient uultus ſuos omnes: quia non eſt reſpõſum dei: ueruntamẽ ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini, iudicio & uirtute: ut annunciẽ iacob ſcelus ſuũ: & iſrl̃ peccatũ ſuũ. Auditẽ hæc principes domus iacob, & iudices domus iſrael: qui abominamini iudiciũ: & omnia recta peruertitis: qui ædificatis ſion in ſanguinibus: & hieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant: & ſacerdotes ei⁹ in mercede docebant:

SEP. Hæc dicit dominus ſuper prophetas qui ſeducunt populum meum: & mordent dentibus ſuis: & prædicãt ſup eum pacẽ: & nõ eſt data in ore eorum: ſanctificauerunt ſup eum prælium: propterea nox uobis erit pro uiſione: & tenebræ erunt uobis ex diuinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas: & contenebreſcet ſup eos dies: & confundentur qui uident ſomnia: & irridebunt ha/rioli: & loquentur aduerſum eos omnes iſti: quia non eſt qui exaudiat eos: niſi ego impleuero fortitudinẽ in ſpiritu domini: & iudiciũ & potentiã ut annunciem iacob impietateſ eius: & iſrael peccata ſua. Audite hæc duces domus iacob & reliqui dom⁹ iſrl̃: qui abominamini iudiciũ & oñia recta peruertitis: qui ædificatis ſion in ſanguinibus: & hieruſalem in iniquitatib⁹. Duces ei⁹ in munerib⁹ iudicabãt: & ſacerdotes eius in mercede reſpondebant:

Ezech. 18. g

Pſa. 50

Hiere. 26. e

occiſione

A occisiõe sanctoꝝ. Qđ si qs de principibꝰ uidebaꝫ iudicare
cꝑ erat rectũ: uẽdebat magis sententiã, & in muneribꝰ iudi-
cabat. Sacerdotes q̃cꝑ nõ docebãt ppẽm, nisi accepto p̃cio:
& cũ dicaꝫ ad sanctos: Gratis accepistis, gratis date: illi dei
respõsum accepta pecunia ꝓferentes: gratiã dñi auara mer-
cede uẽdebãt. Et post hæc mala nõ intelligẽ
tes pctm̃ suũ: quasi sce
leribꝰ redimerẽt chari
tatem dei, iudices ac
sacerdotes & ꝓphetas
dei esse se mẽorabãt: &
scđm ipœnitẽs cor suũ
dicebãt: Dñs i medio
nostrũ est: & nõ ueniẽt
sup nos mala. Quia
igiꝫ nõ ægerant pœni
tentiã: & oĩs ppls secu
tus est principũ & sa-
cerdotũ prophetarũcꝑ
uitia: sion quasi ager
arabitur: & hierusalem, sicut aceruus lapidum erit: & tem-
plum qđ prius auro argentoꝗ fulgebat: in ruinas ultimas
collabetur. Hæc contra populum iudæorũ: cuius uera capti
uitas & extremæ ruinæ: & propter sup̃iora quidẽ scelera:
sed maxime propter effusionẽ dominici sanguinis irroga-
ta sunt: Vnde & sion quasi ager arata est: & hierusalẽ in tu-
mulos uersa saxorum: & templũ illud quondã nobile atcꝑ
B sublime, in extremos cineres cõminutũ est. Si quis aũt hæc
quæ de hierusalẽ dicunt & de sion ad ecclesiam transferat:
ipsa est em̃ domus iacob, & domus israel: scđm illud cꝑ in
Esa.41.b Esaia scribitur: Iacob puer meus suscipiã eũ: Et illud ad ti-
1.Timo.3.d motheũ: Vt scias quomodo te oporteat in domo dei cõuer
sari, quæ est ecclesia: iste liquido peruidebit, cꝑ principes
domus iacob: & reliqui de domo israel: siue ut melius in
hebræo scriptum est: Iudices domus israel: non sint alij nisi
episcopi, presbyteri & diaconi: Qui nisi omni custodia ser
uauerint cor suum: abominanꝫ iudiciũ & uniuersa recta p-
uertunt: quando em̃ iuxta personã iudicant: & in discepta-
tione negocij non ualet causæ meritũ, sed ꝑeorũ potẽtia: nõ
ne abominanꝫ iudiciũ, & oĩa recta peruertunt? Potest autẽ
& aliter accipi, qđ principes domus iacob & iudices domꝰ
israel abominenꝫ detestenturcꝑ iudiciũ: dei iudicis senten-
tiam declinantes: & omnẽ regulam scripturarum malis in-
terpretationibus deprauantes: isti ædificant sion in sangui-
nibus, & hierusalẽ in iniqtate. Cũ em̃ scriptura iubeat: Ne
Ps.5.b inducas impium in tabernaculum iustorum: & uirum san-
guinũ & dolosum abominet dñs: hi q̃sciꝫcꝑ de asseclis suis
ordinant clericos: & uitam eorũ in scandalum populis ex-
ponẽtes: rei sunt infidelitatis eorum qui scandaliçanꝫ: Vñ
Matth.18.a dicit expedire homini, ut mola asinaria ligetur in collo eius
& præcipitetur in profundũ: cꝑ ut scandaliçet unum de mi-
Malach.2.b nimis ecclesiæ. Cũcꝑ sacerdotes Malachias propheta ange-
los uocet: & os eorum oraculum domini sit: sine munerum
Deu.16.d acceptione nõ iudicant: legentes: munera excæcant oculos
etiã sapientiũ: & quasi frenũ in ore auertunt increpationẽ: &
Matth.10.a cum dicaꝫ ad aplos: Nolite possidere aurũ & argentũ: neq;
æs in çonis uestris sit: & excutiaꝫ de sancti uiri manibꝰ etiã
labore parta pecunia: uoces domini uenditant: & de colum
bis mercantur in templo. Sed & prophetæ hierusalem in pe
cunia diuinabant, nescientes aliud esse prophetiam, aliud
diuinationem: nunq̃ enim diuinatio in scripturis in bonã
Nu.23.d partem accipitur. Non erit ait augurium in iacob: neq; di-
uinatio in israel. Videbanꝫ sibi quidẽ esse ꝓphetæ: sed quia
pecuniam accipiebant: prophetia ipsorum facta est diuina-
tio. Petrus apostolus: Argentum inquit & aurum non ha-
Actũ.3.a beo: poterat utiq; Simoni mago uendere, qđ petebat: ĩmo
Ibi, 8.d poterat simulare uendentem: Spiritus em̃ sanctus, nec ue-
nũndari, nec emi potest: sed oblatam pecuniã cum offerente
damnauit. Nunc uideas prophetas hierusalem non habere
in ore ꝓphetiã: & in dño requiescere, & dicere: Nõ uenient
super nos mala: quorũ causa, speculatorium dei hostili ara
tro diuiditur: & locus quondam pacis, ruinis plenus fit: &
templũ dñi in uepres spinasq; conuertitur: & est habitacu-
lum bestiarum. Nec quemquam moueat illud qđ in pri-
mo regum libro legimus: Saul uolentem ire ad samuelem
1.Re.9.a dixisse puero suo, ad eum se ire non posse: quia præcium qđ
offerret pro uaticinio non haberet: & puerum respondisse:
ecce inuenta est in ma-
nu mea quarta pars
sicli pecuniæ: & dabo
uiro dei & annuncia-
bit nobis uiam no-
stram: non enim scri-
ptum est, qđ samuel
acceperit: aut quod il-
li obtulerint: quin po-
tius a propheta pascũ-
tur & inuitanꝫ ad prã-
dium. Sed fac eum ac-
cepisse, stipes magis
æstimãdæ sũt taberna
li, cꝑ munera ꝓphetiæ:
Siclus em̃ uiginti obo
los habet: & quarta pars sicli quinq̃ sunt oboli. Et nostri
igitur sacerdotes: si uolunt uendere prophetiam, & colum-
bas in cathedris suis proponere: quas dominus flagello
Ioha.2.c subuertit: qui utinam non præcia uillarum: sed quinq̃
obolos acciperent. Hoc ipsum sonat & in tertio regnorum
libro qđ uxor hieroboam infirmante filio pergit ad Achiã
3.Re.14.a hominem dei, & defert ei panes & uuas passas & uasculum
mellis: Dicitur enim quid secum illa portauerit: & tamen
D propheta, non scribitur accepisse: quippe cum & corripue-
rit eam & uenturum luctum prædixerit: licet potuerint hi
q̃ ad hariolos ire cõsueuerant (quia multi diuini & harioli
erant in israel) mala consuetudine æstimasse idipsum etiã
de prophetis: & uoluisse sanctis uiris offerre, quod diuinis
offerre consueuerant: & tantummodo scripturã narrasse
quid illi uoluerint: nec tamen intulisse quod ipsi aut offer-
re ausi fuerint: aut prophetæ acceperint. Apostolus Paulus
qui altari inquit seruiunt: & de altari participant, & ui-
1.Cor.9.b uunt: Permittitur tibi o sacerdos, ut uiuas de altari, non
ut luxuries. Boui trituranti os non clauditur. Scimus ista,
& tamen licentia hac Apostolus non abutitur: & habens
uictum uestimentumcꝑ contentus est: nocte & die laborat
manibus suis, ne cui grauis sit. Et iurat in epistolis se san-
cte, & sine auaricia in christi euangelio conuersatum: & nõ
2.Tes.3.b solum de se, sed de discipulis quoq; suis hoc ipsum asserit:
quod nullum miserit, qui ab ecclesijs, aut posset aliquid,
aut uellet accipere. Si autem gratulatur in quibusdam epi-
stolis: & mittentium munera beniuolentiam dei appellat:
non tam sibi congregat cꝑ pauperibus sanctorum: qui erãt
in hierusalem. Sancti autem pauperes, hi erant in hierusa-
lem: qui primum in christo crediderant de iudæis: & proie-
cti a parentibus & cognatis atcꝑ affinibus suis: tam posses-
siones, cꝑ uniuersam suppellectilem sacerdotibus templi ac
populo uastante perdiderant. Si tales pauperes sunt, ac-
cipiant. Si autem sub occasione pauperum paucæ ditantur
domus, & in uitro ac uase fictili aurum comedimus: aut
cum thesauris mutemus & uestes: aut pauper habitus nõ
quærat diuitias senatorum. Quid prodest circa collum ad
abstergendos sudores linteolum non habere? Quid iuuat
esse μονοχίτωνας & præferre habitu paupertatem: cum mar
supium nostrum uniuersa pauperum turba suspiret? Pro-
pter hoc, causa nostri qui tales sumus: qui sion ædifica-
mus in sanguine: & hierusalem in iniquitate: qui iudica-
mus in muneribus: qui mercedibus respondemus: qui in
pecunia diuinamus: & super hoc fictam nobis sanctimo-
niam uendicantes dicimus: non uenient super nos mala:
Audiamus sententiam domini quæ sequatur: Sion & hie
rusalem, & mons templi speculatorium, & uisio pacis: &
templũ christi in cõsumatione & in fine: quando refrixerit
charitas & rara fides fuerit: quasi ager arabitur & redigetur
in tumulos: & erit in excelsa syluarum, siue in custodiã po-
morũ: ut ubi amplæ quõdã domꝰ erãt, & absq; nũero acer
ui frugum: ibi uix parua sit casula seruans speciem ciborũ,
C

HEB. docebant: & pro-
phetæ eius in pecunia di-
uinabant: & sup dominũ
requiescebãt dicẽtes: Nũ-
quid non dominus in me
dio nostrũ? nõ ueniẽt sup
nos mala: ppter hoc causa
uestri sion ut ager arabit̃:
& hierusalẽ

SEP. respondebant: & p
phetæ eius in pecunia di-
uinabant: & super domi-
nũ requiescebant dicẽtes:
Nonne domin9 in nobis
est? nõ uenient super nos
mala: Idcirco propter uos
sion quasi ager arabitur:
& hierusalẽ

refectionem animæ non habentium. Ca. IIII

ET erit in nouissimo dierũ ꝛc. Quia principes iudæorum abominati sunt iudicium: & omnia recta peruerterant, & ædificauerãt sion in sanguinibus, & hierusalem in iniquitate: & non solum hæc fecerant: uerꝝ in mune ribus ꝙq; iudicauerãt: & sacerdotes hierusalẽ in mercede respondebãt: & prophetæ eiº in pecunia diuinauerãt: & propter eos sion, q̃si ager aratus erat: & hierusalẽ in tumulos lapidum corruerat, & mons templi dei desolatº in excelsa syluarũ: Idcirco nunc derelicta domo eorum atq; deserta: quãdo filius dei egrediens de templo
Mar. 14. e Luc. 13. g ait: Surgite eamꝰ hinc: & relinquetur uobis domus uestra deserta: Angeli quoq; Iosepho referente dixerunt: trãseamus ex his sedibº: pro monte sion mons domini eleuatus est: de quo ad principem
Eçech. 28. Tyri dicitur: Et uulneratus es in mõte domini. Iste autem mõs domini in nouissimo dierum ostensus est: quãdo appropinquabit regnum cœlorum: Si quidem in consumatione sæculorum in reprobationẽ peccati, p hostiã suam saluator noster apparuit: & undecima hora ad cõducendos operarios uenit: Et completa illius
2. Iob. 2. c passione Ioannes loqꝛtur: Nouissima hora est: in sex milibus eñ annis, si quingenti anni per horaſ diei singulas diuidantur: nouissima hora consequenter dicetur tempus fidei gentiũ. Et manifestus inquit, erit mons domini præparatus super uertices montium. Manifestus erit, qui ante fuerat occultus: & præparatus non solum in montibus, sed super uertices mõtium: moysen & prophetas, qui de eo uaticinati sunt. Licet eñ omnia sancta conscripserint: tamẽ ad comparationem prophetiæ, in qua saluatoris aduentum prophetauerũt, humilia sunt cætera: & nequaq; usq; ad uerticem montiũ pertingẽtia. Et exaltabiẽ inquit super colles: Homo quidẽ apparuit, & formã serui accepit: hũiliauit ſ usq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis: sed exaltauit eũ pater, & dedit ei nomen qđ est sup oñe nomẽ: & ad cõuersationẽ illiº uniuersa uita hominũ cõparata, campi dicuntur & ualles. Ad hunc ergo montem qui præparatus est super uerticem montium: & exaltatus super colles, festinabũt: siue ut in hebræo habeẽ, fluent oñes populi: id est in morem fluuiorum turbæ innumerabiles congregabuntur. Festinabunt autẽ populi, quando in
Actũ. 2. b eum pariter crediderint, parthi, & medi, & elamitæ, & habitantes mesopotamiam, iudæam, & cappadociã, põtum, & asiam, phrygiam, & pamphiliam, ægyptũ, & partes libiæ: quæ est iuxta cyrenem, & aduenæ romani, iudæi, & proselyti, cretes, & arabes. Nonne uobis festinasse uidentur ad mõ

HEB. & hierusalẽ q̃si acer uus lapidum erit: & mons templi in excelsa syluarũ.

8 ET erit in Ca. IIII. nouissimo dierum mons domus dñi præparatus in uertice mõtium: & sublimis super colles: & fluẽt ad eum populi: & properabunt gentes mltæ & dicẽt: Venite ascẽdamus ad mõtem dñi, & ad domũ dei iacob: & docebit nos de uijs suis: & ibimus in semitis eius: qa de sion egredietur lex: & uerbũ dñi de hierusalem: & iudicabit inter populos multos: & corripiet gẽtes fortes, usq; in longinquũ: & concident gladios suos in uomeres: & hastas suaſ in ligones: non sumet gẽs aduersum gẽtem gladiũ: & non discent ultra belligerare: & sedebit uir subtus uineam suam: & subtus ficũ suam: & non erit qui exterreat: quia os domini

SEP. & hierusalẽ ut custodia pomarij erit: & mons domini in lucum saltus.

ET erit in Ca. IIII. nouissimis dierum manifestus mons dñi præparatus super uerticem montium: & eleuabitur super colles: & festinabunt ad eum populi: & ibunt gentes multæ & dicent: Venite ascendamus ad montẽ dñi: & in domũ dei iacob: & ostendet nobis uiam suam: & ambulabimus in semitis eius: qa de sion exiet lex: & uerbũ dñi de hierusalẽ: & iudicabit inter pplos mltos: & arguet gẽtes fortes usq; in longinquũ: & cõcident gladios suos in aratra: & hastas suas in falces: & ultra nõ tollet gẽs cõtra gentẽ gladiũ: & neq̃q; discent belligerare: & requiescet unusqsq; sub uite sua: & unusquisq; sub ficu sua: & non erit q exterreat: qa os

dñi

Matth. 4. c G Matth. 9. a Ibi. 4. d H Esa. 2. a Esa. 2. a Rom. 9. f Ioh. 5. d Ps. 93. b Esa. 2. b

lud in euangelio, quãdo secutæ sunt eũ turbæ multæ de galilæa: & decapoli & hierosolymiſ, & iudæa & trãs iordanẽ, & curauit eas festinãtes populos, pbat. Populis autem festinãtibus gentes ꝙq; plurimæ ibunt ad mõtem: totus scilicet orbis in eum credens & dicẽt ita, & ad uexillũ se patibuli mutuo puocantes: Venite ascẽdamus in mõtem domini. Ascẽsione opus est, ut quis ad christũ ualeat peruenire: & ad domũ dei iacob, ecclesiam quæ est domus dei: columna & firmamẽtum ueritatis. Porro qđ iacob saluatorẽ significet: & supra diximus: Iacob puerme us suscipiam eũ. Sed & hoc dicent ad eos, quibus locuti fuerant: Venite ascẽdamus in montem domini, & in domum dei iacob: & addent: Vt ostẽdat nobis uiam suam: quam uel in angelis intellige ecclesijs præsidentibº, uel in scripturis sanctis quæ uiam domini præostendunt, & eũ q dicit: Ego sum uia: Et ambulemus in semitis eius: in apostolis scilicet per quos in christũ credidimº: De sion eñ lex egressa est spiritalis: & ad gentes dei sermo transibit de hierusalem: qui iudicauit inter populos multos: pater enim omne iudicium dedit filio. Et corripiet gentes multas usq; in longinquum: dñs enim apprehendit sapientes in astutia eorum: & cognouit cogitationes sapientium, quoniã uanæ sunt. Dijudicat autẽ inter populos qui salute digni sint, & q indigni: & in eius aduẽtu oñe bellandi studiũ cõferẽ ad pacẽ. In aratra gladij mutabunẽ: hastæ cudenẽ in falces: gens bellare desinet cõtra gentẽ: Nemo pugnare discet, pugnandi necessitate deposita: Tãtaq; erit requies: ut nõ solũ in urbibº: sed in uiculis ꝙq; & agris sit unusquisq; securus: & hoc fiet, quia os domini locutum est. Ac primũ quidem iuxta literam anteq; nasceretẽ nobis puer: cuius principatus in humero eius: totus orbis plenus erat sanguine: populi contra populos: reges contra reges: gentes dimicabant aduersum gentes. Denicq; etiã ipsa romana res publica bellis lacerabaẽ ciuilibus, Cinna & Octauio & Carbone pugnantibus, Sylla & Mario, Antonio & Catilina, Cæsare & Cneo pompeio, Augusto & Bruto: & eodẽ Augusto & Antonio: in quorũ prælijs uniuersa sanguinem regna fuderũt. Postq; aũt ad imperium christi, singulare imperium roma sortita est: apostolorum itineri pernius factus est orbis: & apertæ sũt eis portæ urbium: & ad

prædicationem

Matth. 5. a Esa. 2. a 3. Reg. 18. d Mar. 9. g Actũ. 2. g Ibi. 2. d

A prædicationē unius dei, ſingulare imperium conſtitutū eſt. Poteſt quoq; hoc qđ dicitur: Cōcident gladios ſuos in aratra & haſtas ſuas in falces, & tropologice accipi: ut dicam⁹ ad fidē chriſti, irā & effrenata conuitia eſſe depoſita: ut mittat unuſquiſq; manum ſuper aratrum; & non reſpiciat poſt tergum: & contumeliarum iacula haſtaſq; confringens, fructus metere cupiat ſpiritales: ut laborantibus aliįs nos intrem⁹ in labores eorum: & dicatur de nobis: Venientes autem uenient in exultatiōe, portantes manipulos ſuos. Nūc nemo pugnat aduerſus alium: quia legim⁹: Beati pacifici: Nemo diſcit contendere in ſubuerſionē audientium: ſed ponit ſilentium ori ſuo & tacet: quia tempus malum eſt. Et requieſcet unuſquiſq; ſub uite ſua, ut præmat uinum: qđ exhilarat cor hominis: ſub uite illa cui⁹ agricola pater eſt: & ſub ficu ſua dulcia ſpirituſ ſancti poma decerpēſ, charitatem, gaudium, pacē: & reliqua. Hæc autem omnia accident ſcđm uerāq; expoſitionem, quia domini uerba ſunt uera: & eius dixiſſe feciſſe eſt. Omnes populi ibunt unuſquiſq; in uia ſua: nos uero ambulabimus in nomine domini dei noſtri in ſæculum & ultra. Cunctis inquiunt nationibus euntibus iuxta errorē ſuum: nos ad montem domini feſtinauimus, & diximus: Venite aſcēdamus in montem domini, & in domum dei iacob: & ambulabimus in nomine chriſti domini noſtri: quia ipſe eſt mōs qui deus eſt. In die illa in qua lucebit ſol iuſticiæ, congregabitur illa quæ fuerat ante contrita: & quæ expulſa erat ſuſcipiet: & ad hoc cōgregabit contrita, ut ponat in reliquias & derelicta in gentem fortem: Niſi em dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen: quaſi ſodoma eſſemus, & quaſi gomorra ſimiles fuiſſemus. Sed iuxta hebraicum pulchre: Congregabo inquit claudicantē & eam quæ male ambulauerat: & ad quā Helias dixerat: Vſq; quo claudicatis: cuius pes ſcādaliçatus fuerat abſciſus. Quā eieceram: & cui dederam libellum repudij, colligam: & quam afflixeram captiuitatibus uarijs, uel tradiderā diabolo & angelis eius. Ac ne ſtatim nobis diligens lector opponat: quomō congregatā aſſeris claudicantem, & collectam eam quæ fuerat eiecta, cum iudæi in infidelitate permaneāt: Audiat de prima chriſti dici eccleſia quæ credidit ex iudæis: de qua fuerūt & apoſtoli: ſuper qua in Actibus apoſtolorum Lucas deſcribit: qđ in una die crediderint tria milia: etiam alibi quinq; milia: & de quibus Iacobus loquitur ad Paulū: Vides frater Paule quanta milia ſunt de iudæis credentium: & omnes hi æmulatores legis ſunt. Sed & ſignificātiā conſydera prophetalem: non dixit, ponam claudicantem totam ſaluam: ſed ponam claudicantem in reliquias: ut reliquiæ & electio ſaluæ fiant: & eam quæ laborauerat in gentem robuſtam: in nomen uidelicet chriſtianum: quod non gladius, non ignes, non tormenta ſuperabunt. Vide fidem & paſſionem martyrum: & de robuſta gente non ambiges. Et regnabit dominus ſuper eos: id eſt ſuper gentes multas, & ſuper reliquias claudicantis in monte ſion: in eccleſia, in ſpecula, in contemplatione uirtutū, a præſenti ſæculo, & uſq; in futurum. Si quis autem uoluerit hoc qđ dicitur, congregabo eam quæ cōtrita fuit: & eiectam ſuſcipiam & cætera: de anima humana intelligere: qđ ante aduentū chriſti uarijs paſſionibus uitijſq; ſeruierit: & quaſi erronea, & morbida ouis luporum fuerit laniata morſibus, non errabit: dum tamen nouerit eam, quæ cōtrita fuerat & afflicta ſub domini poſt ea regno futuram: & uicturam in ſion, & ad priſtinū mōtem boni paſtoris humeris reportandam. Sciendum quoq; qđ hoc capitulum quod nunc expoſuimus: & huic ſimile de Eſaia: iudæos & eorum erroris hæredes ad mille annorum referre imperiū chriſti atq; ſanctorum: Et illud qđ dicitur: Omnes populi ambulabunt, unuſquiſq; in noīe dñi dei ſui: ita iterpretari, unā quamq; gentem cum idolo ſuo torqueri, & mitti in ignem æterni ſupplicij. Sed ex conſequentibus arguuntur, non de fine ſæculorū hoc dici: ſed de primo aduentu chriſti in quo colliguntur reliquiæ claudicantis, & gentes ante ſaluantur: Igitur Eſaias huiuſcemodi poſuit teſtimonium: Sermo qui factus eſt ad Eſaiam filium Amos de iuda & hieruſalem: qa erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons domini: & domus dei ſuper ſūmitatem montium: & exaltabitur ſup colles: & uenient ad eum oēs gentes, & ibunt nationes multæ, & dicent: Venite aſcendamus in montem domini, & in domum dei Iacob: & annunciabit nobis uiam noſtram & ambulabimus in ea: de ſion enim exiet lex, & uerbum domini de hieruſalem: & iudicabit inter gentes multas: & arguet populum plurimum: & concidēt gladios ſuos in aratra: & zibynas ſuas in falces: & non ſumet gens contra gentem gladium: & non diſcent ultrā belligerare. Signifi/canter hic dicit: qđ ſermo dei egrediens de hieruſalem: iudicet inter gētes multas: & arguat proprie populum iudæorum. Nos enim quaſi peccatores iuxta operum noſtrorum menſuram iudicabit: illos uero ut impios & negatores, nō iudicabit: ſed arguet condemnatos.

HEB. mini exercituum locutum eſt: quia omnes populi ambulabunt, unuſquiſq; in nomine dei ſui: Nos autem ambulabim⁹ in nomine domini dei noſtri in æternum & ultra. In illa die dicit dominus congregabo claudicantē: & eam quam eieceram colligam & quam afflixeram: Et ponam claudicantem in reliquias: & eam quæ laborauerat in gentem robuſtam: & regnabit dñs ſup eos in monte ſion: ex hoc nūc & uſq; in æternū.

SEP. domini omnipotentis locutum eſt hæc: quia omnes populi ibunt unuſquiſq; uiam ſuā: Nos autem ibimus in nomine domini dei noſtri in æternū & ultra. In die illa dicit dominus congregabo eam quæ cōtrita eſt: & quæ eiecta fuerat ſuſcipiam, & quos repuleram: & ponam contritam in reliquias: & repulſam in gentem fortem: & regnabit dominus ſuper eos in mōte ſion: ex hoc nunc & uſq; in ſæculum.

Esa. 2. a


¶ Cōmentarij primi in Micheam ꝓphetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM SVPER MICHEAM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROLOGVS.

E SEmper inuidis reſpondemus: quia non ceſſat inuidia: & librorum noſtrorum exordia æmulorũ maledicta confutant: qui uulgo iactant me ſterilis ieiuniq; ſermonis, quaſdã ineptias ſcribere: & cũ loqui neſciã, tacere nõ poſſe. Ita q; obſecro uos o Paula & Euſtochiũ: ut ad huiuſcemodi latrat⁹ claudatis aures: & infantiã (ut dicũt) meã, oratiõibus adiuuantes, impetretis mihi iuxta apoſtolũ adapertionẽ oris mei: ut de ſcripturis loquẽti adaptari poſſit: Dñs dabit uerbũ euãgelizãtib⁹ uirtute mlta. Moneo aũt tauros pingues: ps.67.c qui circũdederũt me: ut qeſcant & deſinant maledicere, malefacta ne noſcant ſua: q̃ pferent poſt ſi pergãt ledere: Nã qđ dicũt: Origenis me uolumina cõpilare: & cõtaminari nõ decere ueterum ſcripta: qđ illi maledictũ uæhemens eſſe exiſtimant, eandem laudem ego maximã duco: cũ illũ imitari uolo quem cunctis prudentibus & uobis placere non dubito. Si enim criminis eſt græcorum benedicta trãſferre, accuſetur Ennius & Maro, Plautus, Cecilius & Terẽtius. Tullius quoq; & cæteri eloquẽtes uiri: q nõ ſolũ uerſus, ſed mlta capita & lõgiſſimos libros ac fabulas integras tranſtulerunt. Sed & Hilarius noſter furti reus ſit: q̃ in pſalmos quadraginta ferme milia uerſuum ſupradicti Origenis ad ſenſum uerterit. Quorũ omniũ æmulari exopto negligentiam potius q̃ iſtorum obſcuram diligentiam. Verum iam tempus eſt alterum in Micheam librum cudere: & renaſcentia hydræ capita ῥοῦ ϖάλω contundere prophetali.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN MICHEAM PROPHETAM LIBER SECVNDVS.

F ET tu turris gregis ☞. Turrem gregis nebuloſam, ſiue ſqualentẽ: qđ hebraice dicit עֵדֶר: nullã aliam debem⁹ accipere, niſi illam: de qua Eſaias ait: Eſa.5.a Et ædificaui turrem in medio eius: id eſt uineæ. Vinea autem dñi domus eſt iſrael. Hæc turris q̃diu habet torcular: id eſt altare: & in circũitu maceriã: auxilia uidelicet angelorũ: & nõ ingrediẽ diabolus aper in uineã, non eſt ſqualida, non eſt tenebroſa: ſed a domino lucente ſortita uocabulũ, appellatur ciLuc.20.b uitas: quæ in monte ſita latere non poteſt. Turris igitur quondã gregis & populi dei: quia peſſimi coloni interfecerunt patris familiæ filiũ: nunc ſqualida eſt & deſtituta, & ſub nomine iſrael clamat in Eſaia de terra. Et hæc turris filiæ ſion: ſiue ut Symmachus uertit in græcũ: Ipſa eſt filia ſion: & uſq; ad hãc ueniet de⁹, uel poteſtas prima: q̃ poteſtas regnũ eſt filiæ hieruſalẽ. Venit aũt ad hãc turrim prima ptãs, ſiue Apoc.22.c principatus prim⁹: ille q̃ dixerat: Ego ſum alpha & ω, principiũ & finis, prim⁹ & nouiſſimus. Et q̃ ex pſona aſſũpti hoĩs Pro.8.c ait in Prouerbijs: Dñs creauit me in principio uiarũ ſuarũ in opa ſua: ſiue ut in hebræo ſcribit: dñs poſſedit me. קָנָנִי eñ nõ creauit me, ſed poſſedit me habuitq; ſignificat. Et uenit poteſtas prima: & regnũ filiæ hieruſalẽ: ut poſt primam Ioh.8.b fieret & ſecunda: ſicut eñ ipſe loquit cõfidenter: Ego ſum lux mũdi: ita & diſcipulis ſuis donat, ut ipſi q̃q; lumẽ uocentur mundi: dicitq; ad eos: Vos eſtis lux mundi. Sed & uineam ueram ſe in euangelio uocans: de credentibus per Hiere.2.d Hieremiam loquitur: Ego autem plantaui te uineam fru- Ioh.6.c giferam totam ueram: Et cum ſit panis uiuus de cœlo deſcendens: diſcipulis dedit, ut appellentur panis. Vñ & apo 1.Cor.10.d ſtolus Paulus loquitur cõfidenter: Omnes eñ unus panis ſumus. In hunc igitur modum ingreditur poteſtas prima & regnũ in hieruſalẽ: ut & credenteſ in ea, poteſtatẽ faciat & regnum. Hoc qđ in quibuſdã libris legitur: Et ingredi- H tur principatus primus regnum filiæ ſiõ: de babylone ſciamus additum eſſe: qa nec in hebræo, nec apud alios habetur interpretes. Et uidetur mihi q̃dam de captiuitate ſenſiſſe babylonia: quod popul⁹ inde egrediens uenerit hieruſalẽ. Sequitur: Et nunc quare mœrore contraheris: ſiue ut in Lxx. ſcriptũ eſt: Et nunc quare cognouiſti mala: ad quã uenturus eſt, inq̃t dominus & poteſtas prima & regnum: Quare nunc mœrore cõtraheris: aut quare cognouiſti mala: Statim reſpõdeẽ & diciẽ: Quia rex nõ eſt tibi, & cõſiliari⁹ tu⁹ perijt: q̃a cõprehendit te dolor ſicut parturientẽ. Aut certe cũ hæc omnia habeas: uitio tuo nec regis, nec cõſiliarij mereris auxilium: Q̃z autem ait: Quare cognouiſti mala: illo ſenſu accipiendũ eſt, quod oĩs qui mereẽ & patitur mala, diciẽ noſſe mala & ignorare bona. Iuxta illud qđ in primo q̃q; regnorum libro ſcriptum eſt. Filij heli, filij peſtilentiæ: non 1.Reg.2.c cognouerunt deum. Et alibi: Qui cuſtodit mandatum neſciet uerbum malum. Et ad peccatores: Recedite a me inq̃t dominus qui operamini iniquitatẽ, quia neſcio uos: Ecõ- Pſ.6.c trario de domino: qui cum non cognouiſſet peccatum, pro 2.Cor.5.d nobis peccatũ fecit: ſubauditur de⁹ pater: rex aũt & magni conſilij angelus: ſaluator intelligitur: qui perijt pro populo non credente: quẽ comprehenderũt dolores ſicut parturiẽtem: putans eñ iſrael obtinere ſe imperium, repente uaſtatus eſt. Et quomodo pariens dolorem effugere non poteſt: ſic ille imminentẽ captiuitatẽ, & exercitũ urbi circũdatũ uitare & differre nõ potuit. Legamus ſcripturas & nũq; inueniemus



Tu tur ris gregis neſ bulosa filiæ ſi on uſq; ad te ueniet: & ueniet poteſtaſ prima, regnũ filiæ hieruſalẽ. Nunc quare mœrore cõtraheris? nũ quid rex non eſt tibi: aut conſiliarius tuus perijt: quia comprehendit te dolor quaſi parturiente m.

Dole &



Tu tur ris gregis caligoſa filia ſiõ: ad te ueniet, & ingredieſ principatus: primũ regnũ de babylone filiæ hieruſalẽ: Et nũc q̃re cognouiſti mala: nunq̃d rex nõ erat tibi? aut conſilium tuũ perijt: quia obtinuerunt te dolores ſicut parturientẽ.

Dole &

A niemus ſanctas mulieres, excepta rachel, cū dolore peperiſſe: quæ quia in uia erat & in hippodromo, id eſt æquorum curſu, q̄ in ægypto uenundātur, filiū peperit doloris: quem poſtea uocauit p̄ filiū dextræ. Eua eiecta de paradiſo & au-
Gen. 35. b
Ibid. 3. c
1. Re. 4. d
diēs: In dolorib⁹ paries: peperiſſe deſcribit̄ in dolore. Vxor phinees cōtracta: nec ſe erigēs, ſicut illa quā in euangelio diabolus alligauit: peperit poſt-q̄ captam arcam dei: populiq̄ cognouiſſet ruinā. Sara autē quia ſancta erat: & ei defecerant muliebria: nato iſaac dicit: Riſum mihi fecit dn̄s: quicunq̄ eū audierit cōgratulabit̄ mihi. Dolores igitur q̄ obtinuerūt turrē gregis: dolores inferi ſūt & dolores mortis: q̄ circūdederunt q̄dē & uallauerunt etiā ſalUatorem: ſed nequaq̄ eū obtinere potuerūt: ſicut ipſe loq̄t̄ in pſalmo decimoſeptīo: Circūdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me: & dolores inferi uallauerunt me. Quidā putāt turrem ſqualentem, ſiue tenebroſam & filiam hierl'm, de cœleſti hieruſalē intelligi: quæ ſit mater ſanctor̄: de q̄ & Apoſtolus ait: Acceſſiſtis ad ſion montē & ciuitatem dei uiuētis, hieruſalem cœleſtem: quæ tamdiu ſqualet q̄diu filiſ ſui nō reducuntur ad eam: & rex & cōſiliarius non ſit in ea: & dolores ſicut parturientē apprehēdāt eā: q̄d fruſtra peperit uidēs tātos filios interfectos. a ¶ Dole & ſatage filia ſion ꝛc. Cui p̄cipit̄ ut doleat ſiue parturiat: & poſtea inferē, uiriliter age: nō fruſtra præcipit̄: ſed ut dolores patienter ferens, egrediatur de ciuitate: & habitet in campo ſiue in regione: & ueniat uſq̄ ad babylonē: & cum pro p̄cto ſuſtinens captiuitatē fortiter tulerit q̄d illatum eſt: tunc liberet eam dn̄s, & redimat deus ſuus de manu inimicorū ſuorum: ut poſt-q̄ fuerit liberata, inſultantib⁹ dicat: Noli inſultare mihi inimica mea q̄ cecidi, reſurgā: & ſi eū ambulauero in tenebris, domin⁹ lux mea eſt: irā domini ſuſtinebo: quoniā peccaui ei: donec iuſtificet cauſam meam: & faciat iudicium meū: & educat me in lucē: & uidebo iuſticiā ei⁹, & aſpiciet inimica mea, & operietur ignominia. Vnde & in pſalmis congrua uoce cantat̄:
Luc. 13. d
Gen. 21. a
Infra. 7. b
Ps. 102. b
Non in perpetuum iraſcetur: neq̄ in æternum cōminabitur dominus. Q̄d autem: Dole & uiriliter age: ad ſalutem dolentis pertineat, & agētis uiriliter: Ieſus quoq̄ filius nauæ teſtis eſt: cui dominus dicit: Confortare, & uiriliter age. Dolet autem & agit uiriliter filia ſion: quia excalciata & nuda egreſſa eſt de ciuitate: & captiua ducenda eſt in campum ſennaar: & futura in babylone donec ẓorobabel ueniat, & Eſdras qui interpretatur adiutor: & de manu chaldæorum liberet eam. Quod cū iuxta literam manifeſtum ſit, intelligere mihi uideт, animam ꝓpter peccatū de eccleſia pulſam, & inimico & ultori contraditam in interitū carnis: ut ſpiritus ſaluus fiat, exirede ciuitate: quam fluminis impetus lætificat: & habitare non in monte: ubi prius fuerat: ſed in campo, in quo aſſyriorū uagatur exercitus: & eſſe in
Ioſ. 1. b

B HEB. Dole & ſatage filia ſion quaſi parturiēs: quia nunc egredieris de ciuitate: & habitabis in regione: & uenies uſq̄ ad babylonem: ibi liberaberis: ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum. b Et nūnc cōgregatæ ſūt ſuper te gētes multæ quæ dicunt: lapidetur & aſpiciat in ſion oculus noſter: Ipſi autem non cognouerunt cogitatiōes domini: & nō intellexerūt conſiliū eius: q̄a cōgregauit eos, q̄ſi fœnū areæ: Surge & tritura filia ſion: quia cornu tuū ponā ferreum: & ungulas tuas ponā æreas: & cōminues populos multos: & interficies dn̄o rapinas eorum: & fortitudinem eorum dn̄o uniuerſæ terræ.

Nunc

cōfuſione uitiorū ſuorū: & poſt-q̄ habuerit cōpedes: & traxerit molam, farinam babylonijs fecerit: in ſemet reuerſam dicere: Quanti mercēnarij patris mei ſaturantur panibus: & ego hic fame pereo: & ad paternam domū poſtea reuertentem ſuſcipi a clæmentiſſimo patre: & redimi de manu duriſſimi domini. Ponamus exēplū: ut quod imperatur filiæ ſion & dicitur: Dole & uiriliter age quaſi pariens: non ad pœnam, ſed ad utilitatē illius referamus. Loquitur Paulus ad Galathas: Filioli mei quos iterū parturio, donec chriſtus formet̄ in uobis. Et tādiu doluit q̄ diu parturiuit: donec eos rurſum p pœnitētiā generaret, qui per delictum perierāt. Puta medicum febricitāti, uel uulnerato dicere: Dole & uiriliter age ſuſtine ſitī: porta cauterium, ut certior ſanitas cōſequat̄. b ¶ Et nunc cōgregate ſūt ꝛc. O hieruſalē, o filia ſiō: quæ uenies uſq̄ in babylonem: & ibi liberaberis: & redimet te dominus de manu inimicorum tuorū: nunc interim cōgregatæ ſūt ſuper te gentes mltæ: quæ quaſi de adultera loquūtur, & dicūt: Lapidetur, & aſpiciat in eā oculus noſter: Sicut in Lxx. ſcriptum eſt: inſultemus⁹ & gaudeam⁹, & deſpiciāt ſuper ſion oculi noſtri: & non cognouerunt domini uoluntatem atq̄ conſilium: quia propterea aduerſum te congregatæ ſint nationes ut cōteras eas, quaſi fœnum uel ſtipulam areæ. Surge igitur filia ſion: & in cornibus ferreis, quæ tibi dare me ſpondeo: atq̄ in ungulis æreis, quas acceptura es: uentila & contere populos: & interfice eos domino uniuerſæ terræ. Tali enim uictima & tali ſacrificio delectatur. Hæc iudæi, nec dum expleta cernentes, in futuro ſibi chriſti polliCentur aduētu: & dicunt uniuerſas nationes iudaico populo ſeruituras: Ipſumq̄ imperium rhomanorū, q̄d ſub nomine interpretātur edom: conterendū eſſe ungulis ſuis & cornibus uentilandū. Q̄ q̄ ſtultum ſit ex oīmibus ſcripturis facile comprobatur: ſed hoc alterius temporis eſt. Nos ergo qui non occidentem literam: ſed ſpiritū uiuificantem ſequimur: dicimus aduerſum filiam ſion quæ interpretat̄ eccleſia, multas nationes dæmonū congregari: & in præſenti ſæculo, quod in maligno poſitum eſt inſultare: & in occiſione filiorum eius gaudere, neſcientes cogitationes dn̄i: nec eius conſilium agnoſcentes: Si eū cognouiſſent, nunq̄ dominum maieſtatis crucifixiſſent. Congregabit itaq̄ eos quaſi manipulos areæ: ut quicquid ſpinoſum habere uidebantur & aſperum, uacuūq̄ & leue: ungulis ſuis conterat, & cornibus uentilet: & purū remanens frumentū, in domini offerat̄ donaria. Quid aūt in eo ſignificet q̄ ait: Et cōminues populos multos, & conſecrabis dn̄o multitudinē eorum: & robur eorum domino uniuerſæ terræ: Legamus numeros & ieſum naue: & primum regnorum librum: Et uidebimus quō de ſubiectis gentibus: cū uniuerſa perierint in ore gladij aurū & argentū: & tam de hominibus, q̄ de iumētis: certus

C Luc. 15. d

Gal. 4. c

1. Cor. 2. b

D

E mētis: certus prædæ numerus domino consecratus sit. Denicꝙ & achor qui de anathemate hiericho aliquid est furatus cōturbauit populum: & ex peccato, ualli nomen impositū est emek achor: id est uallis tumultus siue turbarum.
Iosue.7.a עֵמֶק עָכוֹר
Vt autem scias iuxta Lxx. interpretes: qui dixerūt: cōsecra bis domino mltitudinem eorum: & robur eorū domino uniuersæ terræ: in bonā partem debere accipi consecrationem: Theodotio, multitudine, munera trāstulit. i. δῶρα: Quinta æditio, emolumentum: id est ὠφελήμα: Symmachꝰ lucrum eorum: id est τὸ κέρδος αὐτῶν. Ca. V

a NVnc uastaberis filia latronis: obsidionē posuerunt super nos: in uirga percutient maxillam iudicis israel. Et tu bethlehē ephratha paruulꝰes in milibus iuda: ex te mihi egredietur: qui sit dominator in isral: & egressus eiꝰ ab initio a diebꝰ æternitatis.

Propter

NVnc uastaberis ꝛc. tribus isral ꝛc. Non quod una tribus pcutiat maxillam alterius: sed qđ alij percutiant tribus israel in maxillā. Pollicitus quidem tibi sum o filia sion: qđ uenturum sit tempus quo cornu tuum ponam ferreum: & ungulas tuas æreas: & cōminuta dæmonū multitudine oferas qcquicꝙ illi ante possederāt dño uniuersæ terræ. Sed
Rom.11.d quia hoc tunc futurum est quando subintrauerit gentium plenitudo: & omnis israel saluatus fuerit: nunc interim pro meritis tuis uastare: siue ut in hebræo habetur, cōcidere. Ne
Philip.3.a quaꝙ em̄ iuxta Apostolum uocaris circūcisio: sed concisio: nec te appello filiam meam, sed latronis filiam: qđ hebraice dicitur בַּת־גְּדוּד: id est diaboli ad prædandū semper ac
Matth.21.b cincti. Fecisti em̄ domū meam speluncam latronū: repugnasti aduersum me: & filij tui obsidionē posuerunt super me: & super filium, & spiritum meū. An non contumelia trinitatis est: quando in uirga & calamo: te faciente, percussere rhomani caput iudicis israel, dicentes: Prophetiça nobis chriF ste: quis est qui te percussit: siue quando unus de ministris
Matth.26.g Ioh.18.d tuis percussit eum in maxillā, dicens: Sic respondes pontifici? Hoc iuxta hebraicū: cui interpretationi Aquila & Symmachus & Theodotio, & æditio quinta consentiunt. Iuxta Lxx. aūt multo aliter sensus est: & quasi a proprio intelligiē exordio. Nunc obstruitur synagoga obstructione: & dicēt qui in ea clausi fuerint: Angustiā posuit sup nos: & rhomanis potestatibus subditæ, percutiētur in maxilla tribus isral.
Esa.3.a Abstulit em̄ dominus de iudæa & de hierusalem, fortem & ualidū, & sapientē architectū, & intelligentē auditorē & uiæ eius usꝙ hodie clausæ sunt & obseptæ: nec potest egredi de captiuitate: sed durissimo præmitur imperio. Si autē iuxta superiorē sensum uoluerimꝰ de ecclesia dictū accipere: Nūc obstruet filia obstructiōe: illud de Osee, pferamus exēplū:
Osee.2.a in q̄ adultera loquitur: Vadam post amatores meos q̄ dabant mihi panes meos, & aquā meam, & uestimenta mea, & linteamina mea, oleum meum, & omnia quæ mihi prosunt. Et postea deus uolēs impedire cogitationem pessimā: non eā facit qđ desyderat adimplere: sed obstruit uias eius, ne consequatur amatores suos, & amplius fornicetur. Ait
Ibidem scdm. Lxx. quippe: Propterea ecce ego obstruā uias eius in sudibus: & obsepiam uias eius, & semitam suam non inueniet: & persequet amatores suos, & nō apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam & reuertar ad uirum meū priorem: quia bene mihi erat. Animaduerte opus domini, pfecisse: Adultera em̄ nō inueniēs uiā suā, nec ualens pergere quo uolebat: necessitate obstricta ad maritum reuertiē priorem: & confitetur, melius sibi in domo uiri esse prioris: qꝙ quondā apud amatores suos fuerat: tribulationibusꝙ & plagis israel eruditē. Vñ & ad Dauid sub typo christi myPs.88.e stice dicit: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iusticias meas prophanauerint, & præcepta mea non custodierint: uisitabo in uirga iniquitates eorum, & flagellis peccata eorum: misericordiā autem meam, non dispergam ab eo. Tribulationē ergo posuit deus sup filiā israel: & pcutient eā angeli, q̄ plagis præpositi sūt in maxilla. Ac ne forte nescires quæ esset filia quæ obstruit obstructiōe, & ponit in angustia: statim infertur, & dicitur, tribus israel. Nos autē sumus israel qui mente cernimus deum: ad quorum distinctionē Apostolus loquitur: Videte israel scdm carnem: nunqꝙ em̄ uocaret carneum israel, nisi sciret eē etiā spiritalē. b Et tu bethlehē ephrata ꝛc. In euāgelio scdm mat
1.Cor.10.d
Matth.2.d thæū, cū magi de oriē te uenissent: & herodes a scribis quæreret, ubi nam christus dominꝰ nasceretur: respōdisse narrātur, in bethleem terra iuda: quia prophetæ testimoniū adden-

a NVnc ōb/struetur filia obstructione: angustiam posuit super nos: in uirga percutiēt sup maxillā tribus isral. Et tu bethleē domꝰ ephrata neqqꝙ minima es ut sis in milibꝰ iuda: ex te mihi egrediet: ut sit in principē isral: & egressus eiꝰ ab initio ex diebꝰ sæcli.

Propterea

tes dixerūt: Et tu bethleem terra iuda: nequaqꝙ minima es in ducibus iuda: ex te enim egredietur dux, qui regat populum meū israel. Qđ testimoniū, nec hebraico, nec Lxx. interpretibus cōuenire, me q̄qꝙ tacēte pspicuū est: & arbitror Matthæū uolētē arguere scribaꝝ & sacerdotiū erga diuinæ scripturæ lectionē negligentiā: sic etiā posuisse, ut ab eis dictum est. Sunt autē qui asserant in omnibus pene testimonijs quæ de ueteri testamento sumuntur: istiusmodi esse errorem: ut aut ordo mutet, aut uerba: & interdū sensus q̄qꝙ ipse diuersus sit: uel apostolis, uel euangelistis, non ex libro carpentibus testimonia: sed memoriæ credētibus quæ nōnūqꝙ fallitur. Exponamus ergo hebraicū. Et tu bethlehem: בֵּית־לֶחֶם
H id est domus panis: quæ uocaris ephrata: minima qdē es in ciuitatibus iuda, & tantis milibus cōparata uix paruus es uiculus: sed ex hoc paruo uiculo egredietē christꝰ: q̄ est dominator in isral. Ac ne putes eū de genere Dauid tātū eē: cui repromisi, dicens: De fructu uentris tui ponam sup sedem
Ps.131.b meā: carnis assumptio, diuinā nō impedit maiestatē: de me enim natus est ante omnia sæcula: & temporū conditor, in
Ibi.109.a Ioh.1. tēpore non tenetur. Ipse est cui & in alio psalmo dixi: Ante luciferū genui te. In principio em̄ erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deū. Et idcirco egressus eiꝰ ab initio a diebꝰ æternitatis. Qđ aūt bethleē ipsa sit ephrata: liber geneseos ostendit, in q̄ scriptura cōmemorat: Mortua est rachel, & sepulta in uia ephra
Gen.35.c ta: hæc est bethleem. Et in utroqꝙ nomine significat sacramētum: Domus em̄ panis dicitur: propter panem uiuum, qui אֶפְרָתָה de cœlo descendit: Et Ephrata, qđ interpretatur furorem: propter herodis insaniam: quia illusus a magis iratus est ualde: & mittens uniuersos occidit infantes in bethleem &
Ps.44. in omnibus finibus eius a bimatu & infra: scdm tempus quod exquisierat a magis: & propter plurimum sanguinē audita est uox in excelso, planctus & ululatus rachel flentis
Hiere.31.c liberos suos. Legimꝰ iuxta Lxx. dūtaxat interpretes in iesu naue: ubi tribus iudæ urbes & opida describunē: inter cæ-
Iosue.15. tera etiā hoc scriptū: thæco & ephratha: hæc est bethleem, & phagor, & ætham, & culon, & tami, & soris, & caræm, & gallim & bæther, & manocho ciuitates undecim, & uiculi earū: qđ nec in hebraico, nec apud aliū inuenitur interpretem: & Ps.22. siue de ueteribus libris erasum sit malicia iudæorū, ne christus de tribu iuda ortus uideretur: siue a Lxx. additum: ne quaqꝙ liquido cognoscētes, certum quid nouimus. Nihilominus & de libro iudicū hoc ipsum possumus approbare
Iudic.19.a qđ bethleem in tribu iuda sit: scriptū est em̄: Et fuit uir leuites habitans in lateribus domus ephraim, & accepit sibi mulierem concubinā de bethleem iuda: & irata est ei cōcubina sua: & abijt in domū patris sui in bethleem iuda. Pulchre aūt dicit in bethleē iuda: ad distinctionē eius bethleē

quæ in

A quæ in galilæa ſita eſt: ſicut in eodem ieſu uolumine repe/ri. Poteſt ephrata in lingua noſtra ſonare: κάρπωσοφόρον, ube/rem atq; frugiferam: & id ipſum oſtẽdere in myſterio, qđ & domus panis. a ¶ Propter hoc dabit eos ꝛc. Quia de bethlehẽ quæ eſt ephratha egreſſus eſt chriſtus dominator in iſrl̃: & egreſſus eius non eo tantũ fuerat tẽ pore q̃ uiſus in carne eſt: ſed ab initio æterni tatis, ſiue ab initio ſæ/culi: Quia ſemp ipſe locutus eſt per ꝓphe/tas: & ſermo dei factꝰ eſt in manu eorum: Ideo dabit iudæos: eoſq; regnare permittet uſq; ad tempus pariẽ/tis, quando compleẽ illud: Lætare ſterilis Eſa.54.a ſcđm Lxx. quæ non paris: erum/pe & clama quæ non parturis: quoniã mul ti filij deſertæ magiſ q̃ eius quæ habet uirũ. Cũ enim ſterilis pepe rerit ſeptẽ: & quæ mul tos habuerat filios, fuerit infirmata: & de/licto ꝓpli iudaici, ple/nitudo gentium ſub/intrauerit: tunc oĩs iſrael ſaluus fiet: & reli quiæ fratrum eius ad filios iſrael cõuertent: B & aduenies Helias ꝓ/אֵלִיָּהוּ pheta quod interpretatur, deus dominus, conuertet corda Luc.1.b patrum ad filios: & cor filiorum ad patres ſuos: & nouiſſi/mus populus iungetur antiquo: ut uere filij Abraham ap̃/ Iob.8.g pellentur, cum in eum crediderint quem uidit abraham, & lætatus eſt. Quod eſt autem tempus in quo ſterilis pariet: Eſa.49.c Vt reor illud de quo Eſaias loquitur: Tempore acceptabili exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Quod & 2.Cor.6.a Paulus intelligens de chriſti tempore prædicatum, ait: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies ſalutis. Hoc ipſum puto & illud myſtice demõſtrari: qđ in Eccleſiaſte ſcriptũ Eccs.3.a eſt: Tempus pariendi, & tẽpus moriendi: qđ eo tempore q̃ ex ſterili natus eſt gentilium populus, filios amiſerit ſyna/goga. Poteſt aũt & aliter intelligi: Dabit dñs tẽplum & hie roſolymam, & iudæos uſq; ad illud tempus quo uirgo pa/riet: quæ poſtq̃ pepererit, & natus paruulus acceperit ſpo/lia ſamariæ: & uirtutem damaſci: interfecto populo iudæo rum, reliquiæ iſrael ſaluabũtur. Et fratres chriſti, id eſt apo ſtoli conuertentur ad prophetarum & patriarcharum fi/dem: qui uenturum chriſtum annunciauerunt: & comple/ ps.44.d bitur pſalmi uaticinium: Pro patribus tuis nati ſunt tibi fi/lij: & cætera quæ ſequuntur. b ¶ Et ſtabit ꝛ paſcet in fo/rtitudine ꝛc. Poſtq̃ ſol iuſticiæ egreſſus fuerit a ſummitate cœlorũ: & peruenerit uſq; ad terminos eorum: & pepererit pariens, & reliquiæ fratrum eius conuerſæ fuerint ad filios iſrael: tũc ipſe dominus qui prius ambulabat, & cum his qui in itinere erant poſiti, nec dum habebat fixum gradũ: ſtabit & paſcet eos in fortitudine domini: ut poſſint dicere: ps.22.a Dñs paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ, ibi me collocauit: ſuper aquas refectiõis enutriuit me, animã meã conuertit. Paſcet autem eos, nõ ſolum in fortitudine domi/ni, ſed in ſublimitate nominis domini dei ſui: quãdo dicit Iob.17.b ad patrem: Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos de/diſti mihi, ut ſint unũ ſicut & nos: quando eram cũ eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cuſtodiui & nullus ex his periit. Et conuertentur ſiue ut melius inter/pretatus eſt Symmachus, habitabunt. יֵשְׁבוּ eñ uerbũ he braicũ utrũq; ſignificat. Habitabunt autẽ in eccleſia dñi, qa magnificatus eſt chriſtus uſq; ad terminũ terræ. Siue iuxta

a NEB Prõpter hoc dabit eos uſq; ad tẽpus in quo parturiens pariet: & reli/quiæ fratrum eius conuer b tẽtur ad filios iſrael. Et ſtã bit, & paſcet in fortitudi/ne domini, in ſublimitate nominis domini dei ſui: & conuertent: qa nũc ma/gnificabit uſq; ad termi/ c nos terræ. Et erit iſte pax: aſſyrius cum uenerit in ter ram noſtram: & quando calcauerit in domibus no ſtris. Et ſuſcitabimus ſup d eũ ſeptẽ paſtores: & octo primates hoies: & paſcent terram aſſur in gladio: & terrã

SEP. Propterea dabit eos uſq; ad tempus parientis: pariet & reliquiæ fratrꝫ re uertent ad filios iſrael. Et ſtabit, & uidebit, & paſcet gregem ſuum in fortitudi ne domin9: & in gloria no minis domini dei ſui erũt: quia nunc magnificabun/tur uſq; ad terminos ter/ræ. Et erit hæc pax: aſſyri9 quando ſupuenerit in ter/ram ueſtram: & cum aſcẽ/derit ſuper regionem ue/ſtram. Et conſurgent ſu/per eum ſeptem paſtores: & octo morſus hoim: & paſcent aſſur in gladio: & terrã

Lxx. quia magnificabunt ipſi cũ paſtore ſuo uſq; ad extre/mũ terræ: ut in oẽm terrã exeat ſonus eorũ: & in fines orbis terræ uerba eoꝝ. c ¶ Et erit iſte pax ꝛc. Quãdo uenerit diabolus, qui interpretatur ἐνθάνων: id eſt arguens atq; cor ripiens ſup terrã regionẽq; credentium: & eorũ quos paſcet dominus in fortitudi ne, & ĩ ſublimitate no/minis domini dei ſui: & eos calcauerit tribu latiõibus uariſs: & do mos animarũ noſtra/rum, id eſt corpora q̃/ſi ſuperbus aſcenderit atq; depræſſerit: & tñ nihil nos a chriſti cha/ritate ſeparauerit: Tũc chriſti pax: ſiue ipſe chriſtus erit in nobis: & diceẽ de ſancto: Ni/hil proderit inimicus in eo. Ponamus exem plum: ut qđ dicimus poſſit manifeſtius fie/ri. Venit aſſyrius ſup terram quõdam Pau/li: & aſcendit ſuper re/ gionem eius, quando 2.Cor.11.e fuit in laboribus ſu/pra modũm: in plagis abundantius: in car/ceribus nimis: in mor tibus frequenter: quã do a iudæis qnquies D quadragenas una mi/nus accepit: ter uirgis cæſus eſt: ſemel lapidatus eſt: nocte & die in profundo ma/ris fuit: in periculis latronũ, periculis in falſis fratribus, peri culis ex genere, periculis ex gentibus: ſed in his oĩbus uin/cebat ꝓpter illum qui dilexerat eum: Et ideo implebaẽ pa/ce, quia impletus fuerat contumeliis. Iudæi in aduẽtu chri/ſti quẽ ſibi ſimulant: hæc oĩa iuxta literam futura eſſe cõten dunt. c ¶ Et ſuſcitabimus ſup eũ ꝛc. Vbi nos poſuimus primates homines: & in hebraico ſcriptũ eſt נְסִיכֵי אָדָם: Symmachus interpretatus eſt χρισοὺς, hominũ: Theodo/tio & Quinta æditio, principes hominum: Aquila, graues uel cõſtitutos homines: id eſt, καθεσταμένους. Rurſum in eo ubi ego & Aquila trãſtulimus, in lanceis eius: ut ſubaudiaẽ terræ nemroth: Symmachus uertit, ἐντὸς πυλῶν ἀυτῆς: id eſt intra portas eius: Theodotio, in portis coꝝ: Quinta æditio, ἐμ παραξίφεσιμ ἀυτῶμ: quod nos poſſumus dicere in ſicis eorum: In hebræo autem poſitum eſt בְּמַהֲתֶיהָ. Tunc igitur erit pax, cum reliquiæ fratrum chriſti cõuerſæ fuerint ad filios iſrael: & uenerit aſſyrius in terram noſtram: & ad/iuti a domino eum qui noſtras domus calcare cupiebat, ue lociter contriuerimus ſub pedibus noſtris. Ipſe eñ domi/nus ait: Suſcitabimus ſup eũ ſeptẽ paſtores: & octo prima/tes hominũ, uel morſus hoim. Suſcitabimꝰ aũt ego & filius meus & ſpũſcẽtũs: iuxta illud q̃ in Geneſi ſcriptũ eſt: Facia Geñ.1.b mus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. Et in Ab Abdie.a diæ principio: Surgite & aſcendamus aduerſus eam in præ lio. Septem paſtores, oñes patriarchas & prophetas & ſan ctos uiros arbitror eſſe, qui hebdomadi: id eſt ueteri ſeruie rint inſtrumento. Octo autẽ morſus hominum, ſiue octo primates hoies: & ut Symmachus interpretatꝰ eſt, χρισοὺς uniuerſos noui teſtamẽti, qui ab apoſtolis uſq; ad hanc æta tem momorderint aſſyriũ & ſuis dentibus lacerauerint. Vñ & in eccleſiaſte præcipitur, ut demus partes ſeptem, demus Eccs.11.a & octo. Et in templo Eçechiel: qđ interpretatur eccleſia & Eçech.40 cœleſtis hieruſalẽ, ſeptẽ & octo gradibus aſcẽdiẽ. Et in pſal terio qndecim gradus ſunt qbus p hebdomadẽ & ogdoa/dem ad canendas deo laudes ſcãdimus. In octaua die cele/bratur circũciſio ſpiritalis: & in templo iudæorũ deſtruitur ſabbatum: & quidam pſalmi pro octaua inſcribuntur: Iſti

E igitur septem pastores & octo morsus hominũ, pascent assur in gladio. Viuens em̃ & efficax sermo dei, & acutus sup omnẽ gladiũ bicipitem: missus est ab eo qui uenit gladium mittere sup terrã, ut diuidant̃ duo in tres. Et terram nemrod, qui interpretatur temptatio descendens: pascent in foHebre.4.b Matth.10.d

נִמְרוֹד

uea eius: gigantis em̃ & uenatoris & superbientis cõtra dominũ terra: non est in montibus, sed in foueis. Iste cecidit quasi fulgur de cœlo: & semper uersat̃ inter bestias: & quia uenator est, infructuosa ligna lustrat & syluas. Quantũ ego possum in mea recolere memoria: nũq̃ uenatorẽ in bonam partẽ legi. Ismahel & Esau uenatores fuerũt: & præcesserunt in typo populi iudaici: quorum alter filius ægyptiæ est ambulans iuxta carnẽ & iuxta carnẽ uiuens. Alter primitiua ꝓpter lenticulã ꝓdidit: & bñ

F dictionibus fratris inuidens, fugat eum in mesopotamiã. Reducta ergo terra nemrod in foueis suis:

Pro.26.d Ps.7.d Qui em̃ fodit foueã, incidet in eam: & q̃ lacum aperuit & effodit eum, incidet in foueã quam fecit: & reuertet̃ dolor ei⁹ in caput eius: & super uerticem eius iniquitas eius descendet. Et cõfosso assyrio a septem pastoribus, & octo morsibus: liberauit nos christ⁹ de manu assur: qui uenerat sup terram nostrã, & calcare cupiebat terminos israel. Q̃d autẽ Symmachus ait: Et pascent terrã assur in gladio & regionẽ nemrod intra portas eius: hoc sentiendũ est, q̃d in domo sua alligetur fortis & uulneretur aduersarius. Et iuxta Aquilã & quintam æditionẽ, sicis & lanceis septem pastorũ, & octo christorum hominum confodiatur. a **Et erunt reliquiæ iacob in medio populorũ ꝛc.** Liberatis nobis de assur quãdo uenerit super terram nostrã, & ascenderit super terminos nostros: & liberatis a dño qui suscitauit super eum septem pastores & octo morsus hominum: reliquiæ Iacob, quos apostolos intelligimus, & primã de iudæis ecclesiam: erunt in medio populorum multorum, quasi ros a domino cadens. Ardebant enim ignitis diaboli iaculis corda populorum. Et oẽs gentes adulterantes a deo habebant corda, quasi clibanus igne succensus. Vnde rq̃ a domino cadens, factus est sanitas infirmorũ. Et q̃d in Anania, Açaria & Misael legimus, quod spiritus roris sibilantis fornacẽ ignis extinxerit: Hoc de omnibus generaliter sentiamus, q̃d in medio uniuersarum gentium doctrina apostolorꝝ, quasi ros a dño sit aspersa. Q̃d autem sequitur: Et sicut agni super gramen: ut non congregetur quisq̃ neq̃ sit in filijs hominũ: de his accipiamus, qui de gentibus credere noluerunt: quod sint super eos apostoli & reliquiæ Iacob, sicut agni carpentes gramẽ, & herbã dentibus demetentes. Et hoc facient: ut qui angeli esse noluerunt, spiritalem accipientes rorem: nequaq̃ inter hoies congregentur: neq̃ in parte rationabili deputent̃: sed dicatur de eis: In labore hominũ nõ sunt: & cum hominibus non flagellabuntur. Et erunt reliquiæ iacob in medio gentium, quasi leo in iumentis in saltu: & quasi catulus leonis in gregibus ouium. Dñs em̃ iesus, de quo in Genesi ꝓphetatur: Catulus leonis iuda: de germine filij mi ascendisti, accubãs dormisti ut leo & quasi catulus leonis. Et in alio loco: Accubãs requieuit ut leo: & quasi catulus leonis, quis suscitauit eum? dedit & apostolis suis quibus dixerat: Ite baptiçate oñes gentes in nomine patris & filij & spũssancti: ut quomodo leoni nemo potest resistere in iumentis: & catulo leonis in ouib⁹: ita illi de manu assyrij, & de manu diaboli liberati: raperent iumenta & pecora: hoies q̃ppe & iumẽta saluos faciet dominus. Et raperẽt, non ut interficerẽt, sed ut diuiderent: hoc est ab infidelibus separarent: & non essent qui eis resisterent. Leone autem & catulo leonis ita in iumentis & in ouibus peruagante: man⁹ dei exaltat̃ super eos: q̃ uel deũ uel reliquias isrl̃ añ tribulauerãt. Et oẽs inimici ei⁹ disperdẽtur: non q̃ pereãt inimici & eẽ desistant: sed q̃a in eo, q̃ inimici sunt pereãt. Sicut Thessalonicẽsibus scribit̃: Q̃uẽ dñs iesus interficiet spũ oris sui: Hæc ĩterfectio nõ abolitionem significat: sed cessationẽ pessimæ uitæ q̃ male añ uiuebant. Denicq̃ infert: Et destruet illustratiõe aduẽtus sui. Nũq̃ aũt destrueret si interfectio abolitionẽ sonaret, cũ iã eẽ cessasset: Ita & hic inimicorũ cõsũptio, iuxta ꝓuerbia Salomonis accipit̃: in q̃b⁹ scriptũ est: Interitus impijs hospitabit̃: non erit perpetuus, nõ eos rediget ad nihilum: sed hospitabit̃ apud eos q̃diu quæ in illis est impietas consummat̃. Deus em̃ creauit hominẽ, ne interiret, & mortẽ non fecit. Post hæc sequitur: Et erit in die illa, quãdo eleuata fuerit manus tua super hostes tuos O israel, & omnes inimici tui perierint: interficiam equos tuos de medio tui: id est de principali cordis tui lasciuiẽtes impetus, & equorum more ruptis uinculis proruentes: & currus tuos q̃bus tibi in uitijs tuis placebas: & peccata peccatis consocians, quasi triumphans in quadrigis ferebaris. Et disperdam ciuitates terræ tuæ: Nõ em̃ ædificasti urbem quam lætificat impetus fluminis dei: & quæ in montibus sita est, & cœlestem hierusalem: sed quã ædificauerat Cain. Vnde dicunt̃ ciuitates terræ, operibus terrenis extructæ. Et auferam inquit omnes munitiones tuas: diuitias scilicet & pompam sæculi: & rhetorum eloquentiã, dialectorumq̃ tẽdiculas: in quibus tibi uelut in munitionibus confidebas. Et auferã maleficia tua de manibus tuis: q̃bus uel ipse decipiebaris ab alijs, uel deceptus alios decipiebas: & loquẽtes siue pronunciantes non erunt tibi. Nunc loquentibus & pronunciantibus plenus est orbis: loquuntur quæ nesciũt, docent quæ non didicerunt: magistri sunt cũ discipuli ante nõ fuerint

SEP. & terram nemroth in fouea eius: & liberabit te assur, cum uenerit super terrã uestrã: & cũ ascenderit sup termios uestros. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorum multorũ quasi ros a domino cadens: & quasi agni sup gramen: ut non congregetur quisq̃, neq̃ sit in filijs hominũ. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorum multorũ quasi leo in iumẽtis, in saltu: & quasi catulus leonis ĩ gregib⁹ pecor: quo si ꝓtranseat & diuidens rapiat, & nõ sit q̃ eruat: Eleuabitur manus tua super eos qui tribulãte: & oñes inimici tui perdentur. Et erit in die illa dicit dominus: interficiam equos tuos de medio tui: & disperdam currus tuos: & subuertam

HEB. & terram nemrod in lanceis eius: & liberabit ab assur cũ uenerit in terram nostram: & cum calcauerit in finibus nostris.

a Et erunt reliquiæ iacob in medio populorum multorum, quasi ros a domino: & quasi stillæ sup herbã, quæ non expectat uirum: & non præstolatur filios hoim. Et erunt reliquiæ iacob in gentibus, in medio populorũ multorũ, quasi leo in iumentis syluarum: & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit & conculcauerit & cœperit: & non est qui eruat: Exaltabitur manus tua sup hostes tuos: & oñes inimici tui interibũt. Et erit in die illa dicit dominus: auferam equos tuos de medio tui: & disperdam quadrigas tuas: & perdã

Ps.72.a G

Gen.49.b

Matth.28.d

H

2.Tess.2.b

Dañ.3.c

A non fuerint. Cum ergo docuerit deus hominem scientiam, cessabunt falsæ præsumptiones: & peruersa doctrina tollet/ur. Et disperdã sculptilia tua & titulos tuos de medio tui. Sculptilia nostra sũt: quæ a loquẽtibus facta sunt: uel quæ
Exo.20.a ipsi fingimus nobis. Vnde præcipitur in lege, ne nobis scul/
Leui.26.a ptile faciamus: & ne ti
tulos in terra nostra
Deu.5.a ponamus. Et nequaq̃ ultra adorabis opera manuum tuarũ. Infœlix humana conditio & insipientiæ plena atq̃ erroris: scit de suo sensu dogmata esse cõposita: nõ ignorat a se esse idolum simulatĩ: & pro deo adorat opera manuum suarum: & curuatur homo, ut deceptus decipiat. Additur in promissione quæ dirigitur ad reliquias. i. ad ὑπόλειμμα Iacob: Et succidam lucos de medio tui: & disperdã ciuitates tuas: ut omnia ligna syluarum, & lucos quos in templo dei plantari prohibitum est, & ciuitates male extructas, quas antea uocauerat ciuitates terræ, destruat atq̃ consumat. Postq̃ autẽ hoc fecerit reliquijs iacob:
B tunc conuertetur ad gentes q̃s depasti sunt apostoli q̃si agni gramẽ. Et quia rorem ser/monis recipere noluerũt: faciã inq̃t in ira & in furore ultionẽ in gentibus pro eo q̃ audire noluerunt. Vnde & propheta
Ps.6. ait: Domine ne in furore tuo arguas me: neq̃ in ira tua corripias me. Hoc iuxta Lxx. interpretes, quia intelligentia spiritualis est: & debuimus sensum cũ superioribus capitulis iungere, disputatum sit. Cæterum hebræi istiusmodi delyramenta somniant: postq̃ septem quos fingunt, & quos uolunt pastores: & octo principes homines assyrium uicerint: & terram nemrod in gladijs suis pauerint: & hoc factum fuerit cum in terram iudæ ante assyrius uenerit: Tunc ueniente inquiũt christo: oẽs reliquiæ iacob quæ potuerint de gentibus superesse: erunt in benedictione, quasi ros a domino ueniens, & quasi pluuia super herbam: & nequaq̃ sperabũt in hominibus, & in filijs hominum: sed in deo. Et erũt in medio gentium atq̃ populorum sanguinarij atq̃ crudeles: & de ueteribus quondam se dominis uindicantes, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: & nullus erit qui possit eorum robori resistere: Tunc exaltabitur o deus, uel o israel manus tua super assyrios: & omnes hostes & inimici tui, qui nunc te possident interibunt. In illa uidelicet die quando de gentibus fueris liberatus auferam equos & quadrigas tuas: quæ in medijs urbibus tuis sunt. Non q̃ equos & quadrigas tunc habuerit israel, sed assyriorum equos & quadrigas quæ in medio urbium tuarũ uersantur: & disperdam omnes ciuitates tuas: & munitiones quas idolis dedicasti: Et auferã magos & hariolos de terra tua, & perire faciam omnia sculptilia & statuas tuas: & non adorabis ultra opera manuum tuarum: Euellam quoq̃ atq̃ subuertam omnes lucos tuos: & ciuitates tuas quas idolis dedicaras. Cumq̃ hoc tibi fecero: & ita placatus fuero, ut quicquid in te malũ est auferatur: Tunc etiam in furore & in indignatione mea ulciscar te de uniuersis gentibus, quæ meum noluerunt audire sermonem. Respondeat hoc loco carneus israel: utrum facta dicat hæc an futura? Si facta cõmẽorat, præbeat historiam: det auctoritatem ueterum librorum: doceat cunctas gentes & assyrium israeli quondam fuisse subiectum. Si autem se uana spe ludens futurũ putat esse q̃d dicitur: quando christ⁹ uenerit, quæ tũc de israhel idola auferẽtur quæ modo nõ colit? qui succidentur luci, quos non habet? quæ urbes subruentur: quæ olim subruꝛtæ sunt? qui tollentur harioli, quos cum nõ habeat, nec habere se glorietur: tamen tanto tempore derelicta est filia sion: & sedet sine altari: & sine sacerdotib⁹: & alijs fruges eorum comedẽtibus: ipsi siccis faucibus sibi futura promittunt quæ nesciunt. Ca. VI

C

HEB. & perdam ciuitates terræ tuæ: & destruã omnes munitiões tuas: & auferam maleficia de manu tua: & diuinationes non erunt in te: Et perire faciã sculptilia tua: & statuas tuas de medio tui: & nõ adorabis ultra opera manuum tuarum: Et euellam lucos tuos de medio tui: & cõterã ciuitates tuas: & faciam in furore & in indignatione ultionem in cunctis gentibus quæ non audierunt. Ca. VI

SEP. & subuertam ciuitates terræ tuæ: & auferã omnes munitiões tuas: Et auferam maleficia tua de manibus tuis: & qui loquunt non erunt in te: & disperdã sculptilia tua: & statuas tuas de medio tui: & ultra non adorabis opera manuum tuarum: & succidã lucos de medio tui: & demoliar ciuitates tuas: & faciam in ira, & in furore ultionẽ in gentibus, pro eo quod non audierunt.

a AVdite quæ dñs loquit: Surge cõtende iudicio aduersũ mõtes: & audiãt colles uocẽ tuã. Audite mõtes iudiciũ

AVdite Ca. VI quæ dominus locutus est: Surge iudicare apud montes: & audiant colles uocem tuam. Audite montes iudicium

AVdite quæ dominus loquit. Pro fortibus fundamentis terræ quæ Lxx. καὶ αἱ φάραγγες θεμέλια τῆς γῆς. i. & ualles fundamenta terræ, interpretati sũt: Symmach⁹ & Theodotio transtulerunt: & antiqua fundamẽta terræ. Quãta aũt æditio ipm hebraicum posuit אֵיתָנִים

D

fundamenta terræ. Prima igitur uox prophetæ est: Audite quæ dominus loquitur. Deinde deus loquitur ad prophetam: Surge contende iudicio aduersum montes: & audiant colles uocem tuam. Rursum propheta, sicut ei fuerat imperatũ montibus loquitur: & non solum montibus, sed ad fortia q̃q̃ fundamẽta terræ: & dicit: Audite montes iudicium domini, & fortia fundamẽta terræ. Causamq̃ reddit quare eos compellat audire: Quia iudicium domini cũ populo suo, & cum israel dijudicabitur. Pro montibus ad quos ꝓpheta loquitur: & ꝓ fortibus fundamẽtis terræ, colles & ualles. Lxx. trãstulerũt: id (ut mihi uidet) intelligẽtes, q̃d populus nihil dignum montiũ auditione fecerit: sed uel collibus qui inferiores sunt a sublimitate mõtium, uel uallibus in ima dimersis. Surge inquit iudicio, contende apud montes, & audiant colles uocem tuam. Iubetur surgere qui uel sedet, uel iacet, uel dormit, uel mortuus est: scd̃m illud q̃ Apostolus ait: Eleuare qui dormis, & surge a mortuis, & illuminabit te christus. Surge a mortuis: ut in nouitate ambules uitæ: ut terram deserens, ad altiora nitaris. Et iudicio contende aduersum montes: quos non alios significari puto q̃ angelos quibus rerum humanarum cõmissa est procuratio: Deuteronomĩ canatico in idipsum cõgruente: Cum diuideret excelsus gentes, cum disseminaret filios adam: constituit terminos terræ, scd̃m numerum angelorum dei: Hi sunt administratorij spiritus missi in ministerium propter eos qui hæreditatem salutis possessuri sunt. Et contende iudicio: ut siue montes, siue colles reperti fuerint nõ digne ꝓpos ꝓcurasse: uel meũ uideat eẽ q̃ tales præposui: uel culpa tollat a ꝓpo, & referat ad principes. Legamus apocalypsim Ioannis apli: in q̃ laudanẽ accusanturq̃ angeli ecclesiarũ ꝓ uirtutibus uitijsq̃ eorum q̃bus præesse dicũtur. Sicut enim interdum episcopi culpa est, interdum plæbis: & sæpe magister peccat, sæpe discipulus: et non/

Eph.5.c

Deu.32.a

Hebre.1.d

 nũq̃ patris

E nunc̄ patris uitium est, nonnūc̄ filij: ut uel bene uel male erudiantur: Ita in iudicio dei uel ad angelos crimen referet: si non ægerint cuncta quæ ad suū officium pertinebāt: uel ad populū, si illis uniuersa facientibus, ipsi audire contē pserint. Sūt q̄ mōtes & colles & fortia fūdamēta terræ, Abraham, Isaac & Iacob & patriarchas reliquos interpretētur: quibus quasi auditoribus, & ad iudiciū cōuocatis, populi israel negociū uētilandū sit. Alij mōtes colles & ualles, angelos sicut supra diximus arbitrantur: qui uel in cœlestibus seruiant deo, uel hominibus præsint sup̄ hanc terram: uel apud inferos cōstituti, eor̄ qui suo uitio extitere terreni fundamēta dicant̄: De quibus terræ fundamentis & alibi scriptū inuenimus: Ignis accensus est ex furore meo: & ardebit usq; ad inferos deorsum: deuorabit terrā & fundamēta eius: fortia & antiqua fundamenta terræ: quorum causa hucusq; terra nō præterit: & super inane pēdens, librata consistit: iustorum merita sunt: de quibus Apostolus loquitur: Edificati ait, super fundamenta apostolorum & pphetarum. Sicut igitur apostoli & prophetæ & uniuersus martyrum chorus fortia fundamenta sunt terræ: sic scd̄m Lxx. ualles & prærupta quæ significātius græce φάραγγες appellant̄, eorū sunt fundamenta, qui χοϊκοῦ, imaginē receperunt. Iudicium ergo dñi cum populo suo: & cum israel dñjudicabit̄. Qui poterat quasi deus pro sceleribus populi peccatoris inferre supplicia: non uult uideri potens, sed iustus: & ad iudicium prouocat peccatores: iuxta illud pphe ticum: Venite & iudicemur dicit dominus: etiam nunc populum israel cogit præsentibus angelis & omni creatura, si quid habeat respondere: ut iustificetur deus in sermonibus suis, & uincat cū iudicar̄. a Pope mee qd feci tibi ꝛc. vt cognosceres iusticias dñi. Pro iusticijs siue iusticia, miscd̄ias interp̄tat̄ est Symmach⁹: & ubi Lxx. ἀπὸ τῶν χοίνων. i. de schœnis: oēs שִׁטִּים ipsum hebraicū trāstulerūt. Est aūt locus in quo balac rex moabitarū aduersum isrl̄ congregauit exercitū, ὁμώνυμος arboribus: quæ per eremū montis sinahodie quoq; gignunt̄: Nam ubi in Lxx. uel arca testamenti uel altare & tabernaculum cæteraq; quæ de lignis imputribilib⁹ facta referūtur: in hebraico ponūt̄ ligna sethim: quæ habent similitudinē arboris, quā nos uulgo spinam albam dicimus. Vnde arbitror & Lxx. χίνον, interp̄tatos esse, hoc est lentiscū: sed paulatim librariorum errore factum esse: ut χοῖνοι: id est funes pro χίνοις: hoc est lentiscis legerent̄. Loquit̄ igitur deus ad populū israel, & ad iudiciū prouocat: & licentiā cōtra se tribuit disputandi. Pope meus qd feci tibi, quod facere nō debui, uel quid cōtristaui te: licet hoc nō habeatur in hebraico. Cōtristat autem pater filium flagellatum: & iniquitates ouiū in uirga pastor uisitat. Quid molestus fui tibi: uel ut significantius in hebraico scriptū est: q̄ labore te præssi: an bñficia mea cōtumeliā interpretaberis: & pepones carnesq; ægyptias desyderās, dolebis te eductū de terra ægypti: ac de domo seruitutis meo auxilio liberatū: qa dedi ductores tibi moysen amicū meū: & aaron sacerdotē meū: & mariā pphetā meā: Q si hoc tibi paruū, uidet̄: recordare illius tēporis qñ balac rex moab, balaā diuinū aduersum te mercede cōduxit: & unde quō cōtra uoluntatē suā cupiēs tibi maledicere hariol⁹ bñdixerit: de sethim usq; ad galgal, totū exercitū israel oculis lustrans: & mutans loca, q̄si ego nō possem cū pergēte pgere, & cū trāseūte trāsire: & hoc feci ut miscd̄iæ meæ & iusticiæ noscerent̄ tibi: tantū te amātis ut cū ego q̄tidie ore blasphemātiū maledicar: tibi ab inimico nō dimiserim maledici. Hebræi hūc locū in q̄ dicitur de sethim usq; ad galgal, ut cognosceres iusticias domini: ita exponūt: Ab eo tempore quo fornicati estis in madian usq; ad tēpus quo saul apd̄ galgal est unctus in regem: repetite memoria quæ mala operati estis: & q̄nta uobis bona fecerim, & meā in uos misericordiā cognoscetis. Hoc iuxta historiā deus ad carnalē israel locutus sit: Nos autē qui cupimus reuelata facie gloriā domini cōtemplari: & uere habem⁹ patrē Abraham: Audiamus cum peccauerimus aduersum nos disputantem deum: & nos in beneficiorum suorū magnitudine arguentē. Seruiuimus quippe aliquādo pharaoni: & ægyptio populo, lutum & lateres fabricati sumus: & redemit nos qui dedit semetipsum redēptionem pro omnibus: ut diceremus qui redēpti eramus a domino: quos redemit de manu inimicorum: & quos de regionibus cōgregauit: Quia in æternū misericordia eius. Emisit quoq; ante faciem nostram Moysen spiritalem legē: & Aaron magnum sacerdotem, non typicum ephod ueritatemq; portantem: sed signaculum sanctitatis in fronte habentem: quod deus pater signauit. Et misit mariam uaticinium prophetarū: & non solū id nobis præstitit: sed de inimicorum quoq; nos manibus liberauit. Recordemur em̄ quid cogitauerit aduersum nos qui deuorare uoluit: & nostram congregationem elingere uerus balac diabolus. Balac enim interpretatur, ἐκλίχων: id est elingens, rex aquæ paternæ: Si quidē moab iuxta aliā etymologiā, aqua paterna dicit̄. Cū igit̄ insidiaret̄ nobis balac: & insidiaret̄ p uanū populū suū, qd̄ interpretat̄ balaā: nō p̄misit nos deus maledictis illius subiacere: sed econtrario benedixit nobis rei ipsius ueritate compulsus uanus populus gentium natus de eo qui in pelle est: Nam beor interpretat̄ in pelle: semper carni & mortis operibus deditus: respondit̄q; pro nobis uanus populus, ortus ex eo qui totus in pelle est, semp̄ cōmutās loca, uel stans sup̄ spinas, siue super funiculos: ut uulgatæ quoq; æditiōis seqūmur errorē. Spinæ aūt iuxta eloquiū saluatoris: curæ huius sæculi & diuitiæ & uoluptates sunt in q̄bus uanus est pp̄us. Qd̄ autē stet in funibus, in uinculis uidelicet peccatorū: funibus em̄ peccatorū suorum unusq̄sq; cōstringit̄: & Esaias testis est, dicens: Væ q̄ trahunt peccata sua quasi funem longum: & quasi lorū iugi uitulæ iniqtates. Si igitur stat, non stat nisi in spinis & in funibus: si autē uoluerit circuire, nō habet stabilem gradum: sed semp̄ fluctuās & uacillans, p̄uenit usq; ad galgal: qd̄ in terp̄tat̄ κύλισμός. i. uolubilitas, uel uolutabrū. Si q̄n uideri mus cōsurgere alios aduersū nos: & auidis faucib⁹ nostris sitire sanguinē, & ex iprouisa dispēsatiōe dei p nobis fieri eos qui

SEP. iudicium domini & ualles fundamenta terræ: quia iudicium domini aduersus populū suum & cum israel iudicabitur. Pp̄us me⁹ quid feci tibi: aut quid cōtristaui te: aut in quo molestus fui tibi: respōde mihi: qa eduxi te de terra ægypti: & de domo seruitutis redemi te: & misi añ faciē tuā moysen & aaron & mariā. Populus meus recordare quid cogitauerit aduersum te balac rex moab: & qd̄ rñdit ei balaā filius beor de schœnis usq; ad galgal: ut cognoscerēt̄ iusticia dñi. In quo

HEB. Iudicium domini & fortia fundamenta terræ: quia iudicium domini cum populo suo: & cum israel dñjudicabitur. a Pōpule meus quid feci tibi: et quid molestus fui tibi: respōde mihi: quia eduxi te de terra ægypti: & de domo seruientium libera ui te: & misi ante faciē tuā Moysen & Aaron & mariam. Populus meus memēto queso quid cogitauerit contra te balac rex moab: & quid responderit ei balaā filius beor de sethim usq; ad galgal: ut cognoscerēs iusticias domini. Quid

Deu. 32. a
Hiere. 15. c

F Ephe. 2. b

G Nume. 22. c

H

Hebre. 10.

4. Reg. 3.

Iudic. 11.

Ps. 72.

Ps. 50.

Ps. 118.

Deu. 6. et 26.

Ibi.

בָּלָק

מוֹאָב

בִּלְעָם

בְּעוֹר

עֲגָלָה

A q cõtra nos uenerãt: dicamus, balaã de funiculis uenit uſq; ad galgal, ut cognoſcat iuſticia dei. a ¶ Quid dignum ꝛc. Deus pp̃m ad iudiciũ, puocarat: ille ſciens peccatũ ſuũ nõ uult cõtendere, ſed rogare: nec tñ in ipſis præcib⁹ habet fiducia. Nihil em̃ dignũ eſt, qđ pro peccato poſſit deo offerri: &

Hebre. 10. a nulla humilitas poteſt mæculas eluere delictorum: quia impoſſibile eſt ſanguinẽ tauorum & uitulorum & holocauſta medullata: & cruorẽ arietũ, & hircorum pinguiũ animæ ſordes lauare. Nũquid ait dabo primogenitum meũ pro ſcelere meo: ſicuti rex

4. Reg. 3. d moab feciſſe deſcribitur: aut fructũ uẽtris mei ꝓ peccato animæ

Iudic. 11. g meæ: qđ fecit iepte pro temeritate uoti offerẽs filiam? Nos ergo q ſumus de populo dei, ſcientes quia non iuſtificatur in cõſpectu eius omnis uiuens: Et dicẽ

ps. 72. d tes: Iumentum factus ſum apud te: agentes pœnitentiam pro peccatis: dubitam⁹ & dicimus: In quo appre/hendam dominũ: ſuſcipiam dominũ meũ excelſum? quomõ eũ potero tenere fugiẽtẽ? quanta mundicia ualebo præparare hoſpitiũ trinitati? An cõprehẽdã eũ in holocauſtomatibus: ut totum me ei holocauſtum offeram: uel in uitulis ãniculis, ut lac deſerens, & ad ſolidum ueniens cibum, anno dñi acceptabili dignus efficiar? Si mille obtulero arietes: ſi decẽ milia hircorũ, & totas leuitici uictimas, ſpiritaliter intelligens, in me exhibuero: & cadant ex latere meo mille, & decem milia a ſiniſtris meis: tamẽ nihil dignum dare potero: in quo apprehendam, uel ſuſcipiam deum. Si dedero primogenita mea pro impietate: & fructum uentris mei pro peccato animæ meæ: dabo quidẽ qcquid in me primũ eſt: ſed pro meo peccato & impietate, nihil dignũ offeram deo. Vnde & Da

ps. 50. a uid præcatur, & dicit: Magis magiſq; laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me: Quoniã iniqtates meas ego cognoſco, & delictum meũ contra me eſt ſemper. Pro peccato animæ ſolus digne ſanguis offertur: Et ſanguis nõ uitulorum, non arietum, nõ hircorum: ſed proprius digne

ps. 115. a offertur: dicẽte atq; quærente propheta: Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et poſtea reſpondente: Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo: Præcioſa in cõſpectu domini, mors ſanctorũ eius. Verum & ipſum ſanguinem non damus, ſed reddimus. Et quid ſimile? cum iuſtus pro peccatoribus dei filius pro hominibus mortuus ſit: nos peccatores & hoĩes pro nomiſ eius confeſſione moriamur? b ¶ Indicabo tibi o homo ꝛc. Quia dubitas o populeiſrael īmo uniuerſum hominum genus: nequaq; em̃ loquor ad populum iudæorum, ſed generaliter ad omnem hominẽ meus ſermo percurret: quomodo pro peccatis tuis deum poſſis placare: ſi nec habes uictimas quibus tua compẽſetur impietas: Ego reſpõ. debo tibi, quid quærat deus: immo iam ante in lege mon-

Deu. 6. a et. 26. d ſtraui. Scriptum eſt em̃ in Deuteronomio: Et nũc iſrael qđ dominus deus tuus quærit a te: niſi ut timeas dominum deum tuũ: & ambules in omnibus uĩs eius: & diligas eũ: & ſeruias domino deo tuo, de toto corde tuo: & de tota ani

Ibi. 5. b ma tua: & cuſtodias mandata dñi dei tui, & iuſtificationes

a HEB. Quid dignum offeram domino: curuabo genu deo excelſo? nunqd offeram ei holocauſtomata & uitulos anniculos? Nũquid placari poteſt dominus in milibus arietũ: aut in multis milibus hircorũ pinguiũ? Nũquid dabo primogenitum meũ pro ſcelere meo: fructum uentris mei ꝓ peccato animæ b meæ? Indicabo tibi o homo quid ſit bonũ: & quid domin⁹ quærat a te: utiq; facere iudiciũ: & diligere miſcd'iam: & ſollicitũ am c bulare cum deo tuo. Vox dñi ad ciuitatẽ clamat: & ſal⁹ erit timẽtib⁹ nomẽ tuũ Audite

SEP. In quo apprehendã dominũ: ſuſcipiam deum meũ excelſum? Si apprehendam eum in holocauſtis in uitulis anniculis? ſi ſuſcipiat dominus in milibus arietum: uel in decem milibus hircorũ pinguiũ? ſi dabo primogenita mea pro impietate: fructũ uentris mei pro peccato animæ meæ. Annunciatum eſt tibi homo quid bonũ, aut quid domin⁹ quærat a te: niſi ut facias iudicium & diligas miſericordiam: & paratus ſis ambulare cũ deo tuo. Vox domini ciuitati clamabit: & ſaluabit timentes nomen eius. Audi

eius: quæcũq; ego mãdabo tibi hodie, ut bene ſit tibi. Querit a nobis dominus: & neceſſariam habens noſtram ſalutem poſcit accipere, qđ danti proſit: ut faciamus iudiciũ, id eſt ut nihil abſq; ratiõe & cõſilio faciamus: ut ante mens iudicet quid factura ſit, & poſtea opere compleat: ut miſeri-

C cordiam diligamus, & non quaſi compulſi: aut ex neceſſitate miſericordes ſimus: quoniam hilarem da- 2. Co. 9. b torem diligit de⁹. Nec dicamus, uade hodie: & creas reuertere & dabo tibi. Cumq; feceri-mus iudicium & dilexerimus miſericordiã quid accipiemus præmĳ? Ambulabimus cum domino deo, ſicut Enoch iuxta fidẽ Geñ. 5. d hebraicorum uolumiñ ambulauit cũ deo: & placuit ei: & nõ inueniebat: qa tranſtulit il- Eccĩ. 44. c lũ de⁹. Tu em̃ dixiſti in quo conſequar dominum: uel in quo appre-hendam eũ? Ego tibi amplius polliceor: fac iudicium & dilige miſericordiam: & ambulabis cũ deo tuo. Vel certe ambulare cũ deo non eſt præmium, ſed præceptum. Sicut em̃ iubetur nobis: ut faciamus iudicium & miſericordiam diligam⁹:

D Ita præcipitur ut præparati ſimus ambulare cum domino deo noſtro: nulla hora dormire, nullo tempore ſecuri eſſe debemus: ſed ſemper expectare patrem familias uenientem: & diem formidare iudicĳ: & in nocte huius ſæculi dicere: Ego dormio, & cor meum uigilat. Verbum צנע: qđ Lxx. tranſtulerunt, paratum eſſe: id eſt, ἕτοιμον εἶναι. Et nos diximus, ſollicitum ambulare: Theodotio ſignificantius expreſſit: καὶ ἀσφαλίζου τοῦ πορεύεσθαι μετὰ θεοῦ σου: id ẽ & caue diligenter, ut ambules cum deo tuo: Siue ut quinta æditio tranſtulit: καὶ φροντίζειν: agere ſcilicet ſollicite: & hanc habere curã, ut ambules cum deo tuo. Qui enim dicit in chriſto ſe credere: ſic debet ambulare quomodo & ille ambulauit. Et Paulus apoſtolus: Imitatores mei eſtote inquit: ſicut 1. Co. 4. d ego chriſti. c ¶ Vox domini ad ciuitatem clamat ꝛc. In hebraico alterius hoc capituli exordiũ eſt: apud Lxx. uero interpretes finis ſupioris: Et habet ſenſum: Nihil a te aliud o homo querit deus tuus: niſi ut facias iudicium & miſericordiã diligas, & paratus ſis ambulare cũ deo tuo. Vox em̃ domini auditur in ciuitate eius eccleſia: & in ſcripturis ſanctis quotidie perſonat: quod non ſolum hi qui diligunt miſericordiam: ſed & hi qui inferiores ſunt & timent adhuc nomen domini: ipſius doctrina clæmentiaq; ſaluentur. Si autem ſequentis capituli exordium eſt: referamus iuxta hiſtoriam quod dicitur ad ſamariam metropolim decem tribuum: quæ prophetante Michea capta eſt: Et dicamus, ſamariam corripit dominus: & illi plagas quæ uenturæ ſunt comminatur: ut audiens populus iuda: ſiue timentes nomen domini alios ſupplicia pati: ipſi timore correpti adipiſcantur ſalutem. Peſtilente quippe flagellato, non ſolum ſapiens: ſed etiam ſtultus prudentior fiet. Et hoc ipſum referes ad peccatores generaliter & ad iuſtos: ut cruciatus aliorum cæteris fiat exemplum. Quod quidem & dominus in euangelio de his ſuper quos turris in ſiloa cor- Luc. 13. a ruerat, interpretatur: qđ nõ ſoli in uniuerſo populo fuerint pctõres: ſed ut illoꝝ pœna cæteros ad pœnitẽtiã puocaret.

Audite tribus

E. a ¶ Audite tribus ꝛ quis approbabit, siue testificabitur ꝛc. Multum in hoc capitulo Lxx. ab hebraica ueritate discordant, in principio uel maxime: audi tribus, & quis ornabit ciuitatē: id est, ἄκουε φυλή καὶ τίς κοσμήσῃ πόλιμ. Et dissipabuntur legitima ppli mei: id est, καὶ ἀφανισθήσεται μόμιμα λαοῦ μου. pro quo nos posuimus ꝓpter sermonis consequentiam: Et custodisti præcepta Amri: licet & in hebræo scriptum sit: & & custodita sunt præpta Amri: & oīa opera domus achab. Si em̄ scriptum esset in hebræo עַמִּי: recte Lxx. trāstulissent ppli mei; Nunc uero cum scriptum sit עַמְרִי: & ר litera addita: non populi nomen: sed patrē achab sonat: de quo regum narrat historia: errorem esse nulli ambiguum est. Deniq; post patris nomen ponitur filius: diciturq;: & omnia opera dom⁹ achab. Reuertamur ergo ad initiuꝫ capituli: Et primum iuxta literam differentes, uobis orātibus nitamur sensum assequi spiritalem. Audite decem tribus samariæ: quæ uobis dominus contestatur: adhuc ignis: id est iniquitas in domo impij est amri: & thesauri impietatis in domo regia perseuerāt. Vultis audire per singula quibus malis urbs uestra plena sit? Discite: mēsura minor dei irā ,puocās: stathera fraudulēta & diuersa pōdera: & in alio pōdere uendētes: in alio emētes mercimonia. Et siquidē pauperes hoc facerent, poterat inopia scelus necessitate defēdere: Nūc ꝙo diuites ei⁹: nō tā diuitijs q̄ iniqtate pleni sūt: qa oēs diuitiæ dū alios spoliant, iniqtate pariunt. Cōgregationē diuitiarū sequit mēdaciū: & manus assueta thesauros cōdere, fraudulētam linguā possidet. Veritas pauptatē: mēdaciū diuitias parit. Cū hoc facerēt principes uestri: nolui uos statim subuertere: sed paulatim cœpi percutere, & plagis uarijs admonere: Misi in uos famem, misi sitim, misi morbos: & hostilem in circuitu uastitatem: seges frumenta non attulit: oleum præssa oliua non fecit: uinum steriles uindemiæ negauerunt. Aduersus iniquitates, & mensuras dolosas, & pondera fraudulenta: hæc intuli supplicia. Quia uero custodisti omnes cærimonias idololatriæ: quas Amri rex impius cōstituerat: & omne opus domus achab & hieçabel, ꝓ mea lege seruasti: impulsus sum scelere tuo: ut darē te, & habitatores tuos in sibilum, & opprobrium populi mei portares: dum capti ab assyrijs, quasi populus dei uincimini: & propter uos nomē meum blasphematur in gentibus. Notandum in præsenti loco: q̄ ubi legitur, & opprobrium mei populi portabitis: Siue ut Lxx. transtulerunt: καὶ ὀνείδη λαῶν λήψεσθε: id est opprobria populorū accipietis: pro populi mei עַמִּי: in hebræo scriptum sit. Si ergo āmi populi mei sonat: nulli dubiū est male supra pro Amri ppl'm meū esse translatū. Huc usq; iuxta hebraicū quid nobis uidetur expræssimus: Nūc ad trāslationē Lxx. interpretū reuertētes, de singulis ut possumus disputem⁹, ¶ Audi trib⁹ ꝛc. Trib⁹ samaritica uocat ad audiendū: quæ se abscidit a populo dei, Et dicit illi: frustra fabricaris idola, aureos uitulos artifici cōponis manu, & imitatione hierusalem uis aliam metropolim extruere: Quis em̄ ornare poterit ciuitatē? Nū ignis qui ardentibus diaboli iaculis succendit: & dom⁹ iniqui: quæ scd'm duriciam suam & cor impœnitens thesauriçat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Et iniquitatem auget iniuria: ut nō solum de domo dei rapiat: quæ est ecclesia: sed etiam cum supbia & supercilio aliena deuastet. Nūquid iustificari potest qui absq; stathera & pondere cōgregat fraudulēter de testimonijs scripturarū diuitias suas: quæ diuitiæ thesauri iniqtatis sunt? Nā cū præcipiat dñs, Nō erit in sacculo tuo pōd⁹ grāde & minus: hi turpis lucri gratia semper personam accipiunt in iudicio: & in eadem causa diuites ac pauperes, non iuxta negocium: sed iuxta facultatū diuersitatē aliter atq; aliter iudicant: Et inhabitatores ciuitatis suæ quā prauis dogmatibus, peruersaq; doctrina a se ornari putant: loquuntur mendaciū, & ponunt in excelsum os suū: & simplicitatē ecclīastici ppli despiciunt. Vnde clæmentissimus deus nō eos pariter percutit: sed paulatim per plagas nititur commonere, dicens: Et ego incipiā te percutere ꝓditione ,ppter peccata tua. & est sensus: O ciuitas quā hæretici uolunt extruere: percutiam te, ut pereas non in abolitionē: sed iuxta id quod peccatrix es. Sequitur: Comedes, & non saturaberis: Legunt enim, & non intelligunt: uescentes q̄ sermonibus scripturarum ueritatis inopiam patiuntur. Et eijciam inquit te: & apprehēdes, & nō saluabis: & qcūq; saluati fuerint, gladio tradētur: Tuo te ait iudicio derelinquā: & postq̄ multa querēs nihil repereris, intelligēs errorē tuū: uidebis te ex uniuersis dogmatibus tuis nō posse saluari. Quicūq; aūt se putauerint saturatos: & nō eiecti fuerint a se: nec cōprehēderint ueritatem: tradentur gladio & pœnis erudientur. Seminabis ergo o tribus, & o pessima ciuitas quam igne, & iniquitate, & contumelijs, & stathera dolosa, & sacculo fraudulento hæretici extruunt: & non metes: præmes oliuam, & nō ungueris oleo: & uuas, & non bibes uinū. Prodest q̄ppe tibi errore cognito ne habeas discipulos: ne caput tuū oleo unguas peccatorū: ne uino sodomorū bibentes inebries: Et dispergentur legitima populi mei, siue Amri: & oīa opera domus achab: eorū q̄ in hæresib⁹ patriarchæ, & principes extiterūt: Quos possum⁹, uel ad cōtrariaſ referre ꝛ tutes, uł ad hæresiarchas: ut fuit Marciō & Basilides: & nup Ari⁹ & Eunomi⁹

F

G

H

A

B

Zach.10.c

Cor.5.b Timo.1.d

Rom.2.a

Deu.25.c

Pro.11.a

5.Reg.16.f

SEP. Audi tribus: & quis ornabit ciuitatem: nunqd ignis & domus iniqui thesaurizans thesauros iniquos: & cū iniuria iniquitates: si iustificabit in statera iniquus, & in sacculo pondera fraudulenta: de quibus diuitias impietatis suæ repleuerunt: & qui habitant in ea locuti sūt iniqua: & lingua eorꝝ exaltata est in ore eorum: Et ego cruciaui te perditione propter peccata tua: tu comedes, & nō saturaberis: & eijciam te in temetipsam: & apprehendes, & non saluabis: & quicūq; saluati fuerint gladio tradēt: tu semiabis, & nō metes: tu premes oliuam, & nō ungueris oleo: & uuā, & nō bibes uinū: & dissipabunt legitima ppli mei: & oīa opera dom⁹ achab: & ambulastis

NEB. Audite tribus: & qs approbabit illud: Ad huc ignis in domo impij thesauri impietatis: & mēsura minor iræ plena: Nū quid iustificabo statherā impiam: & saccelli ponderā dolosa: In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate: & habitātes in ea loquebātur mendacium: & lingua eorum fraudulēta in ore eorum. Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. Tu comedes, & non saturaberis: & hūiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & nō saluabis: & quos saluaueris in gladium dabo. Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & nō ungueris oleo: & mustū, & nō bibes uinū: Et custodisti præcepta amri: & omne opus dom⁹ achab: & ambulasti

A Et ambulastis in uoluntatibus eorum: Amri uidelicet & Achab. Pulchrecp ait, in uolūtatibus eorū: Doctrina enim magistrorum nequam, non est doctrina dei: sed adinuentiones cordis illorum. Et tradam te in perditionem: ut pereas iuxta id qđ hæretica es. Et habitatores tuos in sibilū: uel ut pastoris boni iuxta Zachariā seqris

Zach. 10. c sibilū dicentis: Sibilabo eis & congregabo eos: qa redemi eos. Vł certe in sibilum draconis: id est in interitum

1. Cor. 5. b carnis: ut spiritus sal-

1. Timo. 1. d uus fiat: & correpti discant non blasphemare. Et hoc totum patiētur, ut intelligant errorem suum, cp omniū gentiū multorūcp populorū opprobria & peccata portauerint. Scio quosdam ad ecclesiam retulisse, quæ nos super hæresib9 interpretati sumus. Sed quomodo nomē Amri & Achab: samariæ principū ad hierusalē & iudā: sub quorū nominib9 interpretať ecclesia possit referri, nō satis intelligo. Ca. VII

B Væ mihi quia factus ct̄. Prædicta captiuitate & decē tribuum & duarū (Verbum enim domini factum est ad Micheam morasthiten sup samariam & hierusalem) Plangit propheta qđ nullus e popło iustus inueniatur in terra: q possit iræ dei resistere: & mediū se quasi murū opponere: Frustra inquit locutus sum, frustra uolui iam uindemiatæ & perditæ ciuitatis quasi extremos racemos requirere: & cum non sit botrus ad comedendum, saltem immaturas ficus: quas hebræi בִּכּוּרָה uocant: id est grossos ficorum, in cibo sūmere: quasi dicat, non inueniens panem, præ famis magnitudine, quisquilias & furfures requisiui. Perijt sanctus de terra: & rectus in hominibus non est: ubicp insidiæ: ubicp fraudulentia: innoxius sanguis effunditur: præ auaricia & libidine, germanitas ignoratur: & non solum faciunt, sed defendunt quocp mala: & nominibus cōmutatis, bonum dicūt esse quod malum est: Ipsi principes non ab offerentibus accipiunt munera: sed cogunt dare subiectos & postulant: Et iudex in reddendo est: sic alium iudicans, quomodo ipse ab alio iudicatur: ut præstent sceleribus suis mutuum fauorē: & in alterius crimine se defendant. Quicūcp magnus est, & quasi in lege doctissimus: non dei, sed suam loquitur uolūtatem: Et cōturbauerūt eam, uel urbem, uel ueritatem: siue terram, de qua supra dicit̄: Perijt sanctus de terra. Qui em optimus inter eos est, quasi paliurus pungens, & retinens: uulnerans appropinquantem sibi: & adunco dente comprehendens: & qui rectus fuerit inuentus quasi spina de sepe: ut ibi inueniatur dolor, ubi putabatur auxilium. Hoc iuxta hebraicum. Porro scđm Lxx. qui dissentiunt in quibusdā: & in fine capituli omnino aliter transtulerunt: huiuscemodi mihi sensus uidetur: Plāgit sermo propheticus, siue apostolicus, generaliter humanū genus: qđ frustra sementē iecerit doctrinarū: & pro segetibus, & pro frumentis uix uuas stipulas & inanes culmos serus messor inuenerit: & ne paruos quidem racemos in uinea potuerit reperire: & reliqua usqp ad finē capituli. Si enim beatus est qui in aures loquentis audientis: & auris auditoris desyderium sapientis est: lætitiacp dicentis, auditor intelligens: Ecōtrario luctą doctoris est malus discipulus: Hieremiæ ąqp uerbis huic querelæ cōgruētibus: Nō profui necp pfuit mihi quisqp. Sunt qui ex persona saluatoris hoc dici putēt: causantis qđ in tanta credentiū multitudine, & in toto orbe generis hūani uix suo sanguine digna opa reperiat: qui & in uicesimonono psalmo ait: Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionē? Licet asserāt alij personæ illius hoc minime conuenire, ut dicat: Væ mihi quia factus sum, sicut qui colligit stipulam in messe: qui in euangelio locutus est: Leuate oculos uestros & uidete regiones: quia iam candidæ sūt ad metendū. Et alibi: Messis quidē multa, operarij autem pauci. Quicp ergo ex psona saluatoris uolūt intelligi: aiunt, nō mirū esse si dicat: Væ mihi: qui & hierusalē fleuerit: & in laçari morte lachrymatą sit. Sed & illud: Factus sum sicut q colligit stipulā in messe: ad cōsumationē referunt sæculi: quā & significāter messem interpretātur: & dicūt illo tēpore hāc pphetiā posse cōpleri: quando multiplicata iniqtate refrixerit charitas multoz: & ueniens filius hominis rarā fidem inuenerit sup terram: Tūc em quasi post messem stipulam: & quasi post uindemiā racemos uix in his reperiri, qui fidē in omniū uastitate seruauerint: uocēcp hanc ex persona assumpti hominis, putāt de sequētibą approbari: Væ mihi anima: de qua loquebať: Tristis est anima mea usqp ad mortē. Perijt reuerēs de terra: uel antichristo interficiēte sanctos: uel ad magnitudinem scandalorū cūctis corruentibus. Et q corrigat̄ inter hoīes nō est: oēs qui in sanguine iudicātur, nō in leuibus paruiscp peccatis, sed in maximis & ad sanguinem pertinētibus: non uicinitas, non amicitia, nō affinitas, scelus morabitur: cūcti manus leuabūt ad malum: ut etiā qui malū facere nō potuerit: tamē dum manus præparat, uoluntate delinquat. Ipse princeps petit: & iudex uerba pacifica loquitur: accipit em munera, desyderiū animæ suæ: Qđ qa manifestū est: & inuidiā caueo principū iudicūcp: lectoris intellectui derelinquēs: tātū illud adiungā: Munera excæcāt oc̄los etiā sapiētū. Viuificāt ąqp aīam quā uiuificare nō debuerāt: & iterficiūt eā q̄ merito suo & ꝑtutibus uiuit: & hoc faciūt ꝓpter dona quæ postulāt ipudēter, & turpius accipiūt. Quib9 dñs cōminať hæc dicēs: & auferā bona eoz, quæ putāt bona, q̄ ill̄ bona uidēt̄: Cæterꝝ ꝑ vita

SEP. & ambulastis in cōsiliis eorum: ut traderem te in perditionem: & habitatores eius in sibilum: & opprobria populorum accipietis. Ca. VII.

a Væ mihi: quia factus sum sicut qui congregat stipulā in messe: & sicut racemos in uindemia: cū nō sit botrus ad comedendum primiti-ua, quæ passa est aia mea: Væ mihi ania: quia perijt reuerens de terra: & q corrigat in hominibus non est: omnes in sanguine iudicantur: unusquisqp proximum suum tribulat tribulatione: in malum manus suas præparant: princeps postulat: & iudex uerba pacifica locut9 est, desyderiū aniæ suæ est. Et auferā bona eoz q̄si tinea comedēs: & ambulās sup regulā i die speculatiōis tuæ.

Dies

Væ uæ

C

D

Ioh. 4. c

Matth. 9. d

Math. 2. b

Deu. 16. d

E te rei nūcꝫ bona appellabūt, quæ & dantē ſpoliāt, & accipiē/tē interficiūt: licet nō tā cōminatio ſit cꝫ bn̄dictio auferre ab eis mala: & ipſum dn̄m diuinūcꝫ ſermonē ingredi in cōſciē tias eoꝝ: & q̄ſi tineā comedere qđcunqꝫ puerſum eſt: & præ darū malarumcꝫ cogitationū facere uaſtitatē: & ambulare ſuper normā & regu/lā ꝟitatis: & eos ipſos ad rectum retrahere: qui prauis opinioni/bus ducebant̄: & hoc facere in lumine ueri/tatis. Et in die illo quā do qui ſancti ſunt, & electi de eccleſia aſcen/dent ad ſpeculam: & in ſublimitate doctri/narum atcꝫ operū ſuo rum de rebus cœleſti/bus diſputabunt.

a HEB. Diēs ſpeculatiōis tuæ, uiſitatio tua uenit: nūc erit uaſtitas eoꝝ: nolite crede re amico: & nolite cōfide/re in duce. Ab ea q̄ dormit ī ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui: qa filiꝰ cōtumeliā facit patri: & filia cōſurgit aduerſus

SEP. Væ, uæ, ultiones tuæ uenerūt: nunc erūt fletus eorum: nolite credere in amicis: neqꝫ ſperetis in du cibus. Ab ea quæ tecum cubat caue ne credas ei: quia filius contumeliam facit patri: filia ſurgit aduerſum

a Dies ſpeculatio/nis tuę ꝛc. Excepto principio capituli: in reliquis partibus ædi/tio utraqꝫ concor/dat: & interim iuxta hiſtoriam diem ſpeculatiōis ſamariæ: ſiue hieruſalem, quā ſæpe expectauerat & timuerat eſſe uen turam, & uiſitationem eius, captiuitatem ſignificat, dicens: Vaſtatio tua uenit: nunc erit uaſtitas eorum: id eſt habitato rum, ſiue obſidio: מְבוּכָה enim magis, πολιορκίαν μὴ φρόν/ρησιν, id eſt obſidionem & cuſtodiam cꝫ uaſtitatē in hebræo ſonat. Nullis ergo credatis uocibus prophetarum: nec ac/cōmodetis aurem decipienti blandiciæ diuinorum: quia ſi inter cara nomina, & conſanguinitatis affectum rara eſt fi des: quāto magis in his qui adulantes uobis mentiuntur pro præda ſua: & quaſi ægrotantibus: non quid utile ſit, ſed quid delectabile, & placēs imperant. Nolite credere amico:

F 2. Re. 15. f & Achitophel quippe cōſurrexit aduerſum dauid: & uerus Matth. 26. b achitophel iudas aduerſus chriſtum: Et nolite confidere in Iudic. 9. a duce: Vt uiri ſichem in abimelech: ipſi enim eum fecerūt re gem: & ab eo oppreſſi ſunt. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo: Ibi. 16. d cuſtodi clauſtra oris tui: ne patiaris quod ſamſon a dalila p 2. Re. 16. d peſſus eſt. Quia filius cōtumeliam facit patri: Abſalon ui/delicet dauid: nō ſolum regnum: ſed & concubinas patris inceſto coitu maculauit. Filia conſurgit contra matrē ſuā: Cuius rei cum interim de ſcripturis ſanctis teſtimoniū nō reperiamus: tanta exempla ſunt quotidianæ uitæ: ut magis Geñ. 26. g fugere qđ tanta ſint, cꝫ quærere debeamus. Nurus contra ſocrum ſuam: ut uxor eſau conſurrexit contra rebeccam: Inimici hominis uiri domeſtici eius. Hic exempla nō quæ/ro: cū plura ſint cꝫ ut teſtimoniꝭ indigeamus. Cum ergo hæc ita ſe habeant: nolite credere ſamariæ & hieruſalē pſeu/doprophetis. Ego autem inquit propheta: ad dominū aſpi ciam: exultabo ad dominū ſaluatorē meū: ſiue ieſum meū, & audiet me deus meus. Sequit̄ Lxx. expoſitio. Qui dixe/runt, uæ, uæ ultiones tuæ uenerunt: id eſt ſupplicia quæ pro ſceleribus inferenda ſunt: Mihi inquit uindictam & ego re Eçech. 9. a tribuam, dicit dominus. Et in alio loco: Venerunt dies re/ Oſee. 9. b tributionis tuæ. Facit em̄ dominus ultionem uociferantiū ad ſe die ac nocte: atcꝫ dicētium: Vſcꝫ quo domine ſanctus Apoc. 6. c & uerus, non iudicas & uindicas ſanguinem noſtrū, de his qui habitant in terra? Venerunt ergo ultiones, & nunc erūt fletus eaꝝ: id eſt ultionum ut plangant qui ante riſerūt: & ſtatim exeūtes de ſæculo tormenta ſuſtineant: Quæ diues Luc. 16. e ille quondam purpuratus, & delitiꝭ affluens ſuſtinet in in/ferno, ubi eſt fletus & ſtridor dentium. Qđ autem ſequi/tur: Nunc erūt, uel in fine uniuſcuiuſcꝫ uitæ intellige, uel in conſumatione rerum omnium, & in die iudiciꝭ: quando ge nerales ſuper uniuerſos uenient ultiones. Nolite ergo crede Hiere. 9. b re amicis: quia omnis amicus ſupplantatione ſupplantat: & qui propter aliquid eſt amicus: non tam amicus eius eſt quem amare ſe ſimulat (ab amore quippe amicus dicit̄) cꝫ eius rei quā diligit. Interrogatus quidam quid eſſet ami cus, reſpondit: Alter ergo. Q2 ſi pythagoreorū nobis oppo/nitur exemplum: qui ſe uades inuicem tyranno dederunt. Dicemus nō generaliter aduerſum omnes amicos: & cha ritatis affectus, ſententiam a deo eſſe prolatam: nec contra omne tempus: ſed de eo ſuper quo Apoſtolus ait: In nouiſ/ſimis diebus aduenient tempora periculoſa: erunt enim ho mines ſeipſos amantes, cupidi, faſtidioſi, ſuperbi, blaſphe/mi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectio ne, pactum non cuſto/dientes, delatores, in/continentes, īmites, ſi/ne benignitate, ꝓdito res, proterui, inflati, uo luptatū amatores ma gis cꝫ dei, & cætera: Tunc enim tradet fra/ter fratrem, & pater fi/lium, & mater filiā, & inimici hoīs domeſti/ci eiꝰ. Sed & nūc rara fides eſt: cum aliud in labijs, aliud in corde uerſatur: uenenū ani/mi, linguæ mella te/gunt: Amici diuitum multi: a pauperibus autem etiam qui uidentur eſſe diſcedunt. Vnde dicitur: Si habes amicum, in temptatione poſſide eum. Legi in cuiuſdam controuerſia: Amicus diu quæritur, uix inuenitur, difficile ſeruatur. Scri/pſit Theophraſtus tria de amicitia uolumina, omni eā præ/ferens charitati: & tamen raram in rebus humanis eſſe cō/teſtatꝰ eſt. Eſt & Ciceronis de amicitia liber, quē Leliū inſcri pſit: in q̄ illud cꝫ apud noſtros præcipitur: Vt ſit nobis ami cus, quaſi uinū uetus: & in ſuauitate bibamꝰ illud: pene eiſ/dem uerbis poſitum eſt: Amicitia pares, aut accipit, aut fa/cit: ubi inequalitas eſt, & alterius eminentia, alterius ſubie/ctio: ibi non tam amicitia cꝫ adulatio eſt. Vnde & alibi legi H mus: Sit amicus eadem anima. Et Lyricus pro amico præ/cans. Serues inquit animæ dimidiū meæ. Nolite ergo cre/dere in amicis: id eſt his hominibus, q̄ de amicitijs ſectant̄ lucra. Si uis uera amicitia delectari: eſto amicus dei: ſicut Exo. 33. c Moyſes q̄ loquebat̄ deo, quaſi amicus ad amicū. Eſto ami Iob. 15. b cus: ut Apoſtoli ad quos ſaluator ait: Iam non dicam uos ſeruos: quoniā ſeruus neſcit quid uelit dn̄s ſuus: ſed dicā uos amicos: quoniā perſeueraſtis mecum in omnibus tē/ptationibus meis. Delicata eſt amicitia quæ amicorum fœ licitates, & diuitias ſequitur: iſtiuſmodi homines: non mihi uidentur amicos, ſed ſe ipſos diligere. Cōſyderemus atten tius uerba domini: Sed dicā uos inquit amicos: Redditcꝫ cauſas quare illos amicos uocet: Quia perſeueraſtis mecū in tēptatione, & non hucuſcꝫ ſtetit: ſed in omnibus inquit tēptationibus meis. Euenit quippe interdū, ut qui nobiſcū perſeuerauit in una tēptatione, alijs uictus recedat. Secūdo præcipit̄: Necꝫ ſperetis in ducibus: Maledictꝰ em̄ eſt omnis Hiere. 17. a homo qui ſpem habet in homine. In hoīe ſpes uana: & ue/ra in deo eſt: Vñ & Paulus loquit̄: Et ex uobis ipſis cōſur/ Actu. 20. f gēt uiri loquētes peruerſa. Et ipſe dominus per ꝓphetam: Duces populi mei me neſcierunt: filij ſtulti ſunt, & nō intel Hiere. 4. f ligētes: ſapiētes ſunt, ut faciūt mala: bene aūt facere neſcie/rūt. Duces quidē ait mei uocabant̄, & duces ppli mei: ſed quia neſcierūt me: & opere uocabulū deſtruxerūt: ꝓpterea filij ſtulti ſunt: & nō intelligentes prudentiā, ob hoc tantū habent, ut ſubijciant ſibi ſimplicem gregē & proterant pe/dibus ſuis: bene autē facere & regere populū neſcierūt. No/lite credere in ducibus, non in epiſcopo, non in preſbytero, nō in diacono, non in qualibet hominū dignitate. Nec hoc dico: qđ iſtiuſmodi gradibus in eccleſia non debeatis eſſe ſubiecti: Quicūcꝫ enim maledixerit patri, aut matri, morte Leui. 20. b morietur: & Apoſtolus docet præpoſitis in eccleſia obedi/ 1. Pe. 2. c dum: ſed quod aliud ſit honorare duces: aliud ſpem habe re in ducibus. Honoremus epiſcopum, preſbytero defera/mus, aſſurgamus diacono: & tamen non ſperemus in eis: quia hoīs uana: & certa ſpes eſt in dn̄o. Tertiū mādatū: Ab ea quæ tecū cubat cuſtodi te ne credas ei. Vñ & Apſtus mu 1. Theſſ. 4. a lieres uas infirmū uocat: & eis a maritis ſuis, exhiberi ho/ Epb. 5. c norē iubet: Nō em̄ creatꝰ eſt uir ꝓpter mulierē: ſed mulier ꝓ 1. Cor. 11. b pter uirū: Et uxor inqt ut timeat uiꝝ. Vxoꝝ timere eſt: & cū timore uirū

Eſphe. 5
Eccl. 7
Matth. 10. c
Eccl. 6. a
Iudic. 19

A timore uirum diligere: Viri tantū diligere: quia dilectio per
Ephe.5.e fectorū est: Viri ait, diligite uxores uestras: & nolite amari
esse ad eas: licet illæ ad iracundiā prouocent, & talia faciant:
per quæ mereantur amaritudinē sustinere: Hoc em̄ signifi-
cat, παραπικραίνεσθαι: tamē uos nolite eis in amaritudine
uicem reddere. Sed &
salomon in ecclesiaste:
Eccs.7.d Et hominē inqt unū
de mille inueni: & mu
lierem in his omnib⁹
non inueni: forsitan
suo doctus exemplo
mulieribus non credē
dum, per quas offen-
derat deū. Sed & Poe-
ta sublimis: nō home
rus alter, ut lucili⁹ de
ennio suspicatur: sed
prim⁹ Homerus apud
latinos: Varium inqt
& mutabile semp fœ-
mina. Plenæ sūt histo
riæ græcæ & latinæ:
quanti uiri ab uxori-
bus suis decepti sint
eorumq; uita sit pro-
dita. De scripturis aūt
& Dalilæ, cuius supra
fecimus mentionem:
& alterius ante dalilā
testātur exemplā: quæ
Iudic.15.d arcanū samson septem
dierū expræssit lachry
mis: & amore simula-

HEB. ¶ aduersus matrem suam: nurus aduersus so-
crum suam: inimici homi-
nis domestici eius: Ego au
tem ad dominū aspiciā:
expectabo deum saluato
rem meum: audiet me de-
c us meus. Nē læteris inimi
ca mea super me, quia ceci
di, consurgam: Cum sede-
ro in tenebris, dominus
lux mea est: iram domini
portabo quoniam pecca-
ui ei: donec causam meā iu
dicet: & faciat iudiciū me-
um: & educet me in lucē,
& uidebo iusticiam eius:
& aspiciet

SEP. ¶ aduersum matrem suam: nurus contra socrū
suam: inimici hominis ui-
ri domestici eius: Ego au-
tem in domino cōtempla
bor: expectabo deū salua
torē meū: exaudiet me de
us meus. Ne insultes mihi
inimica mea, quia cecidi: &
resurgam: quia si ambula
uero in tenebris, domi-
nus illuminabit me: Iram
dñi sustinebo, quia pecca-
ui ei: donec iustificet cau-
sam meā: & faciat iudiciū
meum: & educat me in lu-
cē: & uidebo iusticiā eius:
& uidebit

ptura: Nonne deus unus creauit uos? nōne pater ur[illegible]m Malach.2.b
nium uestrum? & anima cœlestem despicit hierusa[illegible]na
tremq; contemnit ecclesiam: quam qui contempserit, mor-
te morietur. Et nurus consurgit aduersus socrum suam:
Quod iuxta tropologiam intellectu uidetur difficile: sed
C qui legerit canticum
cāticorū: & sponsum
animæ, dei sermonem
intellexerit crediderit
q; euangelio: qđ scđm Matth.10.c
hebræos æditum nu-
per transtulimus: in
quo ex persona salua-
toris dicitur: Modo tu
lit me mater mea, san-
ctusspiritus in uno ca
pilorum meorum: nō
dubitabit dicere ser-
monem dei ortum es-
se de spiritu: & animā
quæ sponsa sermonis
est, habere socrum san
ctumspiritū: qui apud
hebræos genere dici-
tur fœminino רוּחַ.
Hæretici ergo cū ante
crediderint in scriptu-
ris: quæ a spiritusan-
cto conscriptæ sunt &
editæ: trāsferunt se ad
nouas doctrinas & fer
mentū pharisæorū &
mandata hominum:
dumq; sermonem dei
D contemnunt, socrui suæ faciunt iniuriam. Et ne forte dubi-
tes uerbum & filium dei, nasci de spiritusancto: Gabrielis
ad mariā uerba consydera: Spiritussanctus ait, ueniet super Luc.1.b
te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: propterea quod nasce
tur ex te, uocabitur filius dei. Post hæc sequitur: Inimici ho-
minis uiri domestici eius: Qđ sic nobis iuxta tropologiā
exponēdum uidetur: Omnis uiri caput christus est: & chri- 1.Cor.11.a
stus caput ecclesiæ: huius sæpe inimici sunt, qui putantur
in domo eius esse. i. in ecclesia: & a capite quidem non rece
dūt: sed contra suum sentiunt caput: qui absq; magistro, &
gratia domini, scientiam scripturarum suo iudicio promit-
tentes: inflati sunt, & nihil sciunt: & languent circa quæstio-
nes & contentiones pugnasq; uerborum: qui uere consistēn
tes in domo inimici sunt ueritatis. Scire autem debemus q;
in euangelio prope eadem uerba sint, quæ nunc legimus
in ꝓpheta: & iuxta cōtextū illius loci alterū habere sensum:
quæ utrū assumpta sint de ꝓpheta an ꝓpria auctoritate præ
cepta, nosse domini est: qui & in prophetis, & in euangelijs
locutus est. Ait autem illic dominus: Veni diuidere uirum
aduersus patrem suum: & filiam contra matrem suam: &
nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis dome-
stici eius. His itaq; ediserti: si tamen potuimus sensum at
tingere scripturarum: sanctus refrigeratam intelligens cha
ritatem: & homines in consumatione mundi non esse ama-
tores dei, sed amatores sui: alijs credentibus amicis & du-
cibus & uxoribus: filioq; & filia, & nuru aduersus patrem
& matrē & socrū cōsurgentibus, & inimici hoīs domestici
eius: ipse credit in domino: & omnis contemplatio eius est
in deo suo: & q;q; tribulationibus & præsuris mundi præ-
matur: tñ præter eū qui dicit: Nolite timere: ego uici mūdū
in nullo fiducia habēs, expectat deū saluatorē suū: & credēs
in eo oculosq; suos ad eum semp dirigens, sperat se exaudiē
dū q̄tiēs eū inuocauerit. a ¶ Ne lęteris inimica mea ⁊c.
Videt mihi iuxta lram hierusalē cōtra babylonē & cæteras
gētes loq, quæ sibi insultauerāt: Ne lætemini in ruina mea:
quia dño miserante cōsurgam: postq; sedero in captiuitate:
educet me ille de tenebris, & erit lux mea. Iram dñi sustine-
bo: qa me scio meruisse qđ passa sum: donec ulciscar de gē-
tibus: & fiat iudiciū meū. Noui qppe qđ me sit eductur⁹ in
lucē & uidebo

E lucē & uidebo iusticiā eius: & aspiciet inimica mea babylō, & cæteræ gentes in circuitu: & operietur confusione, quæ nunc dicit insultans: ubi est dominus deus tu⁹? Oculi mei uidebunt eam: & non longo post tēpore: sed nunc & in præsentiarum conculcatā, quasi lutum platearū. Hactenus hierusalem, siue prophe/ta ex p̄sona pp̄li sit locu⁹: Nūc deus ad hierusalem respondēs in/ducitur: O hierusalē: uenerunt dies, ut ædi/ficentur maceriæ tuæ: quæ erāt a babylonio uastatæ & destructæ: In die illa lōge fiet lex, siue p̄ceptum & iussio: ut Symmach⁹ & Theodotio interpretati sūt dicētes: ἐπιταγὴν καὶ πρόσταγμα: & est sensus: nequaq̄ babylo/niorū imperio subiacebis: In die illa qua ædificabū⁹ maceriæ tuæ: uenient ad te de assur: & de ciuitatibus mu/nitis: a ciuitatibus in q̄s munitis usq; ad iordanē: per quē & ante transiuit pop̄lus: & a mari rubro: & cunctis gentibus usq; ad mare mortuū: qđ uicinū est terræ tuæ: & ad mōtem sion: de montib⁹ persarum atq; mædorum: in quo translati prius fuerant: & erit terra reliqua chaldæorum: & eorum qui te uastauerant in desolationē: propter habitatores suos, & propter mala opera eorum. Hoc sibi iudæi usq; hodie pollicentur: & in eo loco, in quo nos exposuimus: in die illa longe fiet lex: sicut nobis uisum eū: & sicut prudentiores eorum disserunt: Ali qui friuole mentiunt̄ & aiunt: In die illa qua a christo ædificatæ fuerint maceriæ hierusalē: scripturas sanctas legis & p̄phetarum, quæ nunc tenent̄ a nobis: tolli de manibus nostris, & tradi populo iudæorū. Nam qđ dicitur iuxta. Lxx. ἡμέρα ἀλοιφῆς πλίνθου. i. dies lituræ lateris, deletio tua: non ad hierusalē: ut iuxta hebraicū exposuim⁹: sed adhuc ad babylonē dici intelligamus: qđ & ipsa delenda sit: & in morē lateris conculcanda. Et repellet legitima dies illa: non legitimā dei: sed ea legitima quæ aduersum legem dei, o babylon iusseras obseruari: Et ciuitates tuæ ueniēt in cōclusionē, siue in diuisionē assyrijs te impugnātib⁹: Si quidē babylon chaldæor̄ fuit ciuitas, nō assyriorū. Et urbes tuæ munitæ erūt in diuisionē hostilis exercit⁹, a tyro usq; ad flumē tygrim: q̄ circūuris: & a mari magno usq; ad mare rubrum: qđ exlatere pergentibus indiam, tangit regiones tuas. Et de mōte usq; ad montē: de mōtib⁹ scilicet iudææ usq; ad mōtes mediæ atq; persarū: tota mesopotamia & uniuersa regio, quæ nunc a te tenetur in medio, aduersarior̄ imperio subiugabitur. Et erit terra in desolationē, p̄pter pessimos fructus studiorū uestrorū. Vbi Lxx. interpretati sunt de Tyro: sciam⁹ in hebraico scriptū esse, מְצוֹר: qđ uerbū si in præpositionē מ & nomē צור, diuidat̄, de tyro intelligit̄: sin aūt unus sermo sit, munitionē sonat. Deniq; oēs περιοχὴν & περίφραγμα καὶ πολιορκίαν, non de Tyro: ut Lxx. sed munitionē & ambitū muratæ urbis transtulerūt. Hoc iuxta hebraicū, & uota carnei isr̄l & p̄p̄h cōcisionis, q̄si ex supfluo ociosus sermo præluserit. Nūc ueniamus ad intelligentiā spiritalē: & ipso spūsctō exponente: quo scripta sūt: in locis uel difficillimis desudemus. Videtur mihi omnis anima hierusalem: in qua ædificatū fuit templum dn̄i, & uisio pacis, & noticia scripturar̄; & postea superata a peccatis, ducta est in captiuitatē: tormentisq; tradita: dicere cōtra babylonē, id est cōfusionē huius mundi, & aduersus contrariā fortitudinē quæ huic mundo præsidet: Noli insultare mihi inimica mea: qa cecidi & resurgam: Dn̄s em̄ alleuat elisos. & loquit̄ per p/phetam: Nunqd q cadit non resurget? Et nolo mortē pec/catoris: tantū ut reuertat̄, & uiuat. Si autē ideo me despicis: qa tormenta sustineo: Disce p̄ Ezechiel: pœnas primū sanctiorib⁹ irrigari: & dici a dn̄o: A sanctis meis incipite: Quia si ambulauero in tenebris, dn̄s lux mea est. Licet em̄ rectores tenebrarum istarū me deceperint, & sedeā in tenebris, & umbra mortis: & pedes mei impegerint in mōtes tenebrosos: tn̄ sedentibus in tenebris, & in umbra mortis, lux orta est: & lux lucet in tenebris: Et dominus illūinatio mea & salus mea, quem timebo: & loquar ad eū & dicam: Lucerna pedibus meis uerbū tuū dn̄e: & lumen semitis meis. Ipse q̄ppe mihi præcepit in tenebris huius sæculi constituto: Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus uestris. Sequitur: Iram dn̄i sustinebo, q̄m peccaui ei: donec iustificet causam meam: & faciat iudiciū meū: & educat me in lucē: & uidebo iusticiā eius. Omnis correptio ad præsens, non uidetur esse gaudij, sed mœroris: & postea fructum pacificū iusticiæ reddet̄ his q per eam fuerint eruditi. Sentiēs igitur anima se peccasse & habere uulnera peccatorum: & in mortuis carnibus uiuere, & indigere cauterio: cōstanter dicit ad medicum: ure carnes meas; reseca uulnera: humores omnes & ῥεῦμα noxium dura hellebori potione constringe. Mei uitij fuit, ut uulnerarer: mei doloris sit, ut tot tormenta sustineā: & postea sanitatē recipiam. Verusq; medicus iam sospiti atq; securæ ostendit causam medicaminis: & recte se docet fecisse qđ fecit. Deniq; post cruciatus atq; supplicia: educta de tenebris exterioribus anima, & reddito nouissimo quadrante dicit: Videbo iusticiam eius & loquar. Iustificata sunt iudicia tua deus. Si autem christus factus est nobis a deo sapientia, & iusticia, & sanctificatio, & redemptio: qui iusticiam post iram dei uidere se dicit: christi sibi reprobat aspectum. Et hæc dūtaxat de pœnitentibus. Cæterū multo melius est, non habere uulnera, & medico nō ægere. Curatio nō beatitudo sanatorū est: sed solatiū post dolorē. Igitur qui curatus est caueat, nec iterum peccet: & rursum ei aliquid deterius fiat. Legimus in Leuitico: si tamen oculis apertis legimus: Et uelamen qđ in lege positū est interioris oculi, nō excludit intuitū, in uibice & cicatrice cōbusturæ leprā solere generari, & mutare colorē pili, & ad priorē deformationem cicatricis nouellam accedere fœditatem. Hoc p̄pterea, ne quis securus de pœnitentia, eo q̄ post peccatum possit dicere: iram dei sustinebo, q̄m peccaui ei, donec iustificet causam meā, peccet & cauterio indigeat, & sanatus iterum uulneret̄. Cum autem eduxerit nos dn̄s in lucē & uiderimus iusticiam eius: tunc uidebit inimica nostra babylon, & operietur cōfusione, quæ prius loquebat̄ ad nos: ubi est deus tuus: existimans hierusalem post uulnera non posse sanari. Et respicient eam oculi nostri: & erit in conculcationem ut lutum platear̄. Et quia omnis pœnarum finis bonorum exordium est: & dolor proficit ad sanitatem: de luto illius latercs fient: & erit formatio laterū litura eius. Et

SEP. & aspiciet inimica mea: & operietur confusione, quæ dicit ad me: Vbi est dominus deus tuus? Oculi mei uidebunt eam: nunc erit in conculcatione, ut lutum platearum: dies ut ædificent̄ maceriæ tuæ: In die illa lōge fiet lex: In die illa usq; ad te ueniet de assur: & usq; ad ciuitates munitas: & a ciuitatibus munitis, usq; ad flumē: & ad mare, de mari: & ad montem, de mōte: Et erit terra in desolationē, p̄pter habitatores suos: & p̄pter fructū cogitationū eorū.

Pasce p̄p̄m

SEP. & uidebit me inimica mea: & operiet eam cōfusio, quæ dicit ad me: ubi est dominus deus tuus? Oculi mei uidebunt eam: nūc erit in conculcationē, sicut lutū i uijs: dies lituræ lateris deletio tua: & repellet legitima tua dies illa & urbes tuæ ueniēt i cōclusionē & i diuisionē assyriorū: & ciuitates tuæ munitæ i diuisionē a tyro usq; ad flumen: & a mari usq; ad mare: & de mōte usq; ad mōtē: & erit terra i dissipationē cū habitatorib⁹ suis, p̄pter fructū adinuentionū eorū.

Pasce p̄p̄m

F

G

Ps. 144. c
Hiere. 8. b
Eçech. 33. c

Ibi. 9. c

Esa. 9. a
Ps. 26. a

Ibi. 118. o

Luc. 12. b

H

Ioh. 10

Ps. 78.

1. Cor. 1. d

1. Cor. 4.

1. Ioh. 4.

Ioh. 14.

in die

A in die illa ueteres abijciet errores, ciuitatesq illius quæ male munitæ fuerant, ueniēt in conclusionē siue in diuisionem & diuidentur ab assyrijs. De tyro quoq quæ interpretatur צור σωοχη, id est anguſtia: consurgēt aliæ fortitudines: & erit sedi-
tio usq ad eos qui sæculi huius reumate delectantur: & libidines generant in hominibus. Et de mari usq ad mare: & de monte usq ad montē inuicem bella consurgēt ut amaritudo pugnet, contra amaritudinem: & erigens se humilianda sublimitas, contra aliam dimicet altitudinē: & tunc uere compleatur: Venite
Gen.11.a descendamus & confundamus linguas eorū, ne audiat unusquisq uocem proximi sui: prodest quippe fortitudines pessimas inter se non habere con-
Matt.12.b cordiam. Et cū satha-nas aduersus sathanā diuisus fuerit: tunc demū omne regnū illius destruet: Et qd frequēter in magnis exercitibus euenire solet: ut interfecto tyranno, satellites eius regnum inter se diuidant contra seq; consurgant: & intestinum inter eos bellum sit. Hoc & in consummatione mūdi fiet: qñ hierusalē maceriæ fuerint ædificatæ: & babylon corruerit: assyrijq & Tyrij de flumine & de mari & de mōtib⁹: id est uniuersæ inter se pugnabūt dæmonū na-
B tiones: & dissipato regno illorū fiet regnū dño iesu: & omne genu flectetur cœlestium & terrestrium & infernorū: & uniuersa lingua confitebitur: quia dñs iesus in gloria est dei patris. Vt autē sciatis finem huius seditionis profectum esse uirtutum: erit tunc terra babylonia in dissipationē cum omnibus habitatoribus suis, & nequaq fructus faciet babylonios. a ¶ Pasce populū tuum in virga tua ꝛc. Hoc q dicitur: Pasce populū tuū in uirga tua: deus pater loquitur ad filium, id est ad dominum nostrum iesum christum: ut
Ioh.10.b quia pastor bonus est: & ponit animam suam pro ouibus suis: pascat populū in uirga sua: & oues hæreditatis suæ. Ac ne putemus eosdem esse populos quos & oues: in alio loco
ps.78.c legimus: Nos autem populus tuus: & oues pascuæ tuæ. Populus refertur ad rationabiles quosq: oues autē ad eos qui nec dum rōne uiuentes, tantum simplicitate contenti sunt: & appellantur de hæreditate dei. Tam populus autem q oues indigēt uirga pastorali: de qua loquitur & Apostolus:
1.Cor.4.d Quid uultis: in uirga ueniam ad uos: an in charitate & spiritu mansuetudinis? Ob hanc puto causam quia populus israel duræ ceruicis erat: & semper carnes ægyptias suspirabat: usum esse moysen non solum aduersum ægyptios q̄s percussit decem plagis: sed etiam aduersus populum in solitudine, uirga legali, uirga percutiēte: & omnia uasa testea, & fragilia confringēte. Apostolis autē dñi saluatoris qui sapientiā loquebant inter pfectos, uirgā excussam esse de ma-
1.Ioh.4.d nibus: quia perfecta dilectio foras mittit timorem. Qd si quis nobis opposuerit: quomodo nunc dicatur ad christū: hoc est ad bonū pastorem: qui utiq maior apostolis & melior est ut utat uirga: cū maioris profectus sit uirgā non habere q uirga populos ouesq corripere. Respondebimus eis
Ioh.14.b scd'm illud qd dñs pollicet apostolis suis: maiora eos signa in populis esse facturos q ipse fecerit. Et quia adhuc dominus loquebatur ad carneum israel: & nec dum ad eum qui perfecte poterat nosse mysteria: idcirco dictum esse de eo: ut pascat in uirga populum & gregem suum: Apostolis autem uirgam excussam esse de manibus: & sæueritatem legis, euangelij clæmentia temperatā. Porro hi populi & istæ oues ꝓpterea percutiētur & pascentur in uirga: quia habi-

tauerant soli in saltu: Qd quidē possumus & de his accipe qui se de ecclesia separantes, conuiuijs dedunt amicitijsq gentilium: Necnon & de his qui odio generis humani uitam appetūt solitariam: qualē Timonem fuisse athenis legimus: non qd solitaria uita & prophetica quā habuerunt helias & ioannes condēnāda sit: sed quia si cæteros despiciēs ipse superbiat, & habitet in saltu uitiorum: uirga corripienda sit. Qui solus habitat & non habitat in saltu, iste in laude uirtutū est: qui autem solus est, & nō facit opera iusticiæ & quietis: tantum fruitur uoluptate, & non in christi opere & labore desudat: nec, pprijs manibus quærit cibū qd Apostolus iubet, & in superbiā erigit: hic habitat in saltu, & inter ifructuosa ligna uersatur. Sed tamen quia bonus pastor est, & uirga eius ob hoc pcutit ut emēdet: me-

SEP. Pasce populū tuum in uirga tua, oues hæreditatis tuæ: habitantes solas in saltu: in medio carmeli pascēt basanitin & galaaditin iuxta dies pristinos: & iuxta dies egressionis tuæ de terra ægypti, ostē-
dā eis mirabilia. Videbūt gentes & confundentur in omni fortitudine sua: ponent manus super os suū: aures eorum surdæ erunt: Lingent humum sicut ser-
pentes

liora sermo propheticus pollicetur & dicit: In medio carmeli pascētur basanitiden & galaaditin, iuxta dies æternitatis, & iuxta dies egressionis tuæ ex ægypto. Carmelus interpretatur scientia circūcisionis: basanitis confusio: & galaad trās migratio testimonij. Populus ergo dei & oues pascuæ eius quæ prius pascebātur absq grege domini, & extra ecclesiā eius, in saltu uersabanē errorū: postea transferuntur ad noticiam ueræ circūcisionis: & seruiēt deo in spiritu: & gloriabuntur in dño & nō in carne confident: & erunt uera circūcisio & nō concisio. Cūq pasti fuerint spirituali circūcisione intelligentes peccata pristina, confundētur in uitijs suis: & erubescent, & erunt in confusione quæ ducit ad uitam: qa est & alia confusio quæ ducit ad mortem: in qua habitauit quondam Og rex basan: si quidem basan interpretatur confusio: de qua confusione pessima & dominus repromittit liberaturum se populum suū. Dixit dñs ex basan conuertā: ps.67.e
conuertam de ꝓfundo maris. Cūq scierimus ueram circūcisionem, & confusi fuerimus super peccatis nostris: tūc erimus in galaad: quæ interpretatur transmigratio testimonij in ecclesia christi: ad quā testimonia legis & prophetarū elo-
quia transcenderunt: & hoc fiet nobis scd'm dies antiquos: scd'm dies qñ egressi sumus de terra ægypti: de qbus moyses dicit: Recordamini dies æternitatis: non dies huius sæculi: qui appellantur mali, sed dies perpetuos. Recordat aūt dierum æternitatis qui nō aspicit præsentia: surrexitq cum christo & sedet cum eo in cœlestibus, iam mente præsumēs se de diebus præsentis sæculi liberatū. Promittit quoq sermo diuinus qd ostendat populo suo, & ouibus hæreditatis suæ mirabilia. Tunc inquit uidebunt gentes & confundentur in omni fortitudine sua qua uastauerant quondam & præualuerant aduersus populum dei: & confusio earum habebit profectū cum sua intellexerint mala. Ponēt em manus suas super os suum: malaq opera, omnē eis loquendi auferēt libertatē. Quō autē impiarū gentium manus claudunt ora eorū: sic iustorū manus eorum ora reserabunt, ex opere bono loquēdi cum deo accipientiū facultatē. Aures quoq eorū obsurdescent: quia malicia non solū oculorum obcæcauit intuitum: sed & aures fecit surdescere: noluerunt em audire uocem incantantiū & uenefici incantantis sapiēter. Et iuxta Esaiam, auribus suis grauiter audierunt: quā q Esa.33.c
multo minus sit grauiter audire: q penitus non audire: & surdum fieri ut uerbū non audiat ueritatis. Post tanta mala dicitur de eis, qd lingent humum quasi serpentes: quæ trahunt terrā ambulantes in uentre suo: & comedentes ter-

k ram

C

בַּרְמֶל בָּשָׁן גִּלְעָד D

E ram omnibus diebus uitæ suæ: Et carnis, id est terrena opa facientes & trahentes secum usq; ad diem ultionis & uisitationis dñi: nō puluerē, nō terræ pua uestigia: sed totā humū. Q2 cum fecerint & ad iudicium dei uenerint & cōclusi fuerint atq; turbati: tādiu turbabunt & cōclusi erūt, q̄diu terra quā traxerāt q̄si serpētes permanserit in eis. Cum autē illa defecerit, obstupescent & admirabunt, nō in dño deo suo: necdū em̄ merebūtur ut dicatur dominus deus eorū: sed in domio deo nostro. Et subito fit ἀπροσδοκήτως ad christum: diciturq; ad eum: Et timebunt

Pro. 1. a a te: Principiū em̄ sapientiæ timor dñi. Et hæc fient ut uideāt gētes & confundant in omni mala fortitudine sua: & ponant manus super os suum: & auribus obsurdescāt, & lingant terram uelut serpentes qui trahunt humū: ut primū concludant cōclusiq; turbentur: inde territi obstupescant ad dñm deū sanctorū: & ad extremum ipsi quoq; timeant illū. Hoc iuxta

F Lxx. Porro quia non multum ab eis in præsenti dūtaxat loco nostra discordat æditio: quod in illis dictum est, etiam in hac dictum existimemus. a Quis deus similis tui ꝛc. Intelligens propheta gentium multitudinē, propterea in conclusione sua esse turbatam, ut obstupesceret & timeret deum: & idcirco dñm desæuire, ut peccata auferat & donet salutē: laudat dñm atq; miratur & dicit: Quis deus sicut tu? au-

Exo. 12. b ferens iniquitates: & transcendens iniusticias: ut quō exterminator in ægypto transcendit populum israel: & non uastauit eum: Vnde a transitu phase, id est pascha nomen accepit: Sic tu parcas gentibus nequaq; illis imputans iniquitates suas. Porro qđ sequitur: His qui reliqui sunt de hæreditate eius, nō tenuit in testimoniū iram suam: hic est sensus: Si gentibus pepercit quæ legi eius credere noluerunt: & qui superflui & reliqui de populo sunt relicti, iniqtates suas eis noluit imputare: nec in testimoniū iusti supplicij eorum intulit iram suam: quid faciet de grege suo qui pascitur in medio carmeli & in basanitide & in galaad? Volens em̄ mi-

פסח

HEB. pētes: uelut reptilia terræ, turbabunt de ædib⁹ suis. Dñm deum nostrum formidabunt: & timebunt a te. Quis deus similis tui? qui aufers iniquitatem: & transis peccatū reliquiarū hæreditatis tuæ. Nō imitet ultra furorē suū: quoniā uolens misericordiam est. Reuertet & miserebitur nostri: deponet iniqtates nostras: & p̄jciet in profundum maris omnia peccata nostra: dabit ueritatem iacob: misericordiam abraham quā iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

SEP. pētes: quæ trahūt terrā turbabunt in cōclusionibus suis: sup dño deo nostro formidabūt & timebunt a te. Quis deus sicut tu auferens iniquitates: & transcendēs iniusticias his qui reliqui sunt de hæreditate tua. Non tenuit in testimoniū irā suā: quia uolens misericordias est. Reuertet & miserebit nostri: demerget pctā nostra: & p̄jcient in pfundū maris omnia pctā nostra. Dabit ueritatem iacob: misericordiam abraham: sicut iurasti patribus nostris iuxta dies priores.

G sericordiam est: & reuertēs miserebitur nostri: & gratia peccata nostra: & iniquitates quæ sedent super talentum plūbi ipse portabit, & demerget in mare & parere nō faciet. Dabit ueritatem iacob & misericordiam abraham: ut supplantatori populo & nouello, & semp in lucta posito: reddat in christo ueritatem suam: & multitudini gentium (Abraham quippe uocatur pater multarum gentium) tribuat misericordiā: sicut iurauit eis, qui patres extiterunt fidei nr̄æ sc̄m dies antiquos: qđ de tota hominū multitudine alios saluet in ueritate: alios in misericordia. Porro ubi nos interpretati sum⁹: non immittet ultra furorē suum: pro ultra, Symmach⁹ trāstulit in sempiternum. Theodotio in finē. Lxx. & quinta æditio εἰς μαρτύριον, id est in testimonium: pro quo positū est in hebræo לָעַד: & tam ultra q̄ sempiternum & testimonium intelligi potest. Dicam & ego in fine uoluminis, laborem opusculi mei, domini inuocatione consignans: Deus quis similis tibi? aufer iniquitatem

Gen. 17. a

H serui tui: transi peccatū reliquiarum animæ meæ: ne immittas in me furorem tuum, neq; in ira tua corripias me: Quoniam misericors es & multæ miserationes tuæ. Reuertere & miserere mei: præcipita iniquitates meas: & mittē eas in pfundum maris: ut salsugo & amaritudo uitiorum in sala regione dispereat. Da ueritatem quā promisisti seruo tuo iacob: & misericordiā quā pollicitus es amico tuo abrahā: & libera animā meā a persecutoribus prophetarū tuorum: Achab & hieçabel: sicut iurasti patribus meis in diebus antiquis, dicēs: Viuo ego dicit dñs: Nolo mortem peccatoris, tantum ut reuertatur & uiuat. Et alibi: Statim ut conuersus ingemueris, saluus eris. Tūc uidebit inimica mea & operietur confusione: quæ nunc dicit ad me: Vbi est dñs deus tuus? Videbo in ea ultionem tuam: & erit quasi lutum platearum, atq; calcabitur ne amplius de luto & paleis ægyptias extruat ciuitates.

Ezech. 18. g

Cōmentariorū in Micheam prophetā finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NAHVM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROEMIVM

נחום

IVxta septuaginta interpretes, in ordine prophetarū duodecim, post Ionā Nahum ponitur: quia uidentur de eadem urbe prophetare. Scriptum si quidem est in Iona: Factus est sermo dñi ad Ionam filium Amathi dicens: Surge & uade in niniuen ciuitatem magnam & prædica in ea: In Nahum uero istud exordium est: Assumptio niniue: liber uisionis Nahum helkesæi. Igitur uterq; de niniue assyriorū metropoli, quæ nunc uocatur ninus, texunt uaticinium. Porro in hebraico post Ionam Micheas ponitur: & Micheam sequitur Nahum: qui interpretatur cōsolator. Iam enim decem tribus ab assyrijs deductæ fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege iuda: sub quo etiam nunc in cōsolationem populi trāsmigrati,

aduersum

A aduersum niniuen uisio cernitur. Nec erat parua cõsolatio,tam his qui iam assyriis seruiebãt, C
cẽ reliquis qui sub Eçechia de tribu iuda & beniamin ab iisdem hostibus obsidebantur:ut audi
rent assyrios quoq; a chaldæis esse capiẽdos:sicut in consequẽtibus huius libri demonstrabitur.
נִינְוֵה Sciendum autẽ est quoniã niniue in nostra lingua de hebræo speciosam sonat: speciosus autẽ
mundus hic dicitur:unde & apud græcos κόσμος ab ornatu nomẽ accepit:quicqd nunc aduersum
niniuen dicit,de mũdo figuraliter prædicari.Quã ob causam, assumptio quã Lxx.interpretant
λῆμμα,& Aquila ὅραμα interpretatus est: apud hebræos מַשָּׂא ponitur.i.graue onus: eo qd eam
aduersus quã uidetur præmat:nec sinat eleuare ceruicẽ.Porro qd additur: Nahum helkesei:qui
dam putãt helkeseũ patrem esse nahum:& scdm hebræam traditionẽ etiam ipsum prophetam
fuisse:cum helkesei usq; hodie in galilea uiculus sit:paruus quidẽ & uix ruinis ueterũ ædificiorũ
indicans uestigia: sed tamen notus iudæis:& mihi quoq; a circũducente monstratus. Simul &
hoc attendendum quod hæc ipsa uel assumptio, uel onus,uel pondus prophetæ uisio sit. Non
eñ loquitur in ἐκστάσει,ut Mõtanus & Prisca Maximillaq; delyrant:sed qd prophetat,liber est ui
sionis intelligentis uniuersa quæ loquitur:& pondus hostiũ facientis suo populo uisionẽ. De cõ
sumatione itaq; mundi scdm ἀναγωγήν, O paula & eustochiũ in consolationẽ sanctorũ prophe
tia texitur:ut quæcũq; in mundo uident,quasi prætereuntia & caduca contemnant: & præparẽt
se ad iudicij diem,ubi ultor aduersus ueros assyrios futurus dominus est.

COMMENTARII HIERONYMI IN NAHVM PROPHETAM

Deus æmulator & ulciscẽs dñs. Vox ꝓphetæ laudantis deum: qd de assyriis populi sui sit ultus iniuriã. Siue iuxta altiorẽ intelligẽtiã: qd audiat gemitum sanctorũ suorũ, & in consumatione mũdi faciat aduersarios sentire supplicia. Qd aũt æmulus in bonã partem accipiatur: & Paulus apostolus ostẽdit dicens: Zelamini χαρίσματα maiora. Et in alio loco: Zelor eñ uos dei æmulo. Et ipse dñs in psalmo: Zelus domus tuæ comedit me. Et helias: Zelãs inqt æmulatus sum dño omnipotẽti deo israel. Phinees quoq; æmulum: & Matathiæ legimus. Et Simonẽ æmulotẽ apẽm iesu christi: quẽ Marcus euãgelista Simonẽ chananæũ uocat. Zelatur autẽ dñs in salutẽ eorũ quos æmulatur: ut quos nõ potuit eius seruare clæmentia, seruet æmulatio. Vnde & ad hierusalem quæ ꝓpter peccata nimia uisitationẽ æmuli & furoris eius nõ merebaẽ: in eçechiele loquit deus: Zelus meus recedat a te:& nõ irascar ultra tibi. Quidiu itaq; agebat pœnitentiã mũdus,cõsumatio illi nõ fiebat:postq; uero multiplicata iniqtate refrixerit charitas multorũ: ita ut temptent etiã electi dei:tunc æmulator dñs uenit in ultionẽ: non qd ipse sit inimicus & ultor, qd de diabolo dicitur:sed qd inimica sit eius ultio:& quasi ignis ligna,fœnum,stipulãq; consumat: ut purum aurũ remaneat & argentũ. b **Vlciscens dñs & habens furorẽ** ⁊c. Scdm utrãq; intelligentiã: quia diligit dñs quẽ corripit:& castigat omnẽ filium quem recipit: ideo irascitur ut qd aduersarium & inimicũ sibi est, tollat ex hostibus:& cõtrarijs cogitatiõibus fractis:sermonibusq; sublatis,in antiquũ redeant statum. Denicq; in consequentibus ait: Dñs patiens & longa fortitudo eius. Sed quia semel & historiam exponere proposuimus, inimicos & hostes dei intelligamus assyrios:in quos cum diu patiẽs fuerit,postea cũ furore & iracundia ultor existet. c **Dñs patiẽs ⁊ magnus fortitudine,⁊ mundãs nõ faciet innocentẽ.** Qd significantius in græco dicitur: κύριος μακρόθυμος καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς ἀνιεὶς καὶ ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσει. Et est sensus: diu quidẽ sceleris assyriorũ patiens fuit,& magnanimitatis suæ fortitudine iniquitates eorum sustinuit, ꝓuocãs eos ad pœnitentiam: sed qa contẽpta boni/tate dei:scdm cor impœnitẽs thesauriçauerunt sibi irã in die iræ: qui ante patiens fuit: nequaq; eos tanq; mũdos & innocẽtes inultos abire patietur. Vel certe ita: qñ in bonã partẽ simul uolumus accipere quæ dicũtur: patiens est qui sustentat omnes ruentes: & erigit elisos: qui sanat tribulatos corde: & alligat cõtritiones eorũ: & magna uirtus eius soluens inimicitiã in carne,& nocentẽ nõ faciens innocentẽ: cũ etiã qui nimiũ sibi applaudet q; argutus fuerit: nõ merito ꝓprio sed misericordia dei sit saluat9. Licet eñ dicat: Ecce ego tot annos seruio tibi, & nunq; præceptũ tuũ præteriui: tñ qñ bonus est dñs omnibus:& misericordiæ illius sup omnia opera eius:& omnes peccauerũt,& indigent gloria dei:iustificatus ab eo gratis audiet: An oculus tuus nequã est: qa ego bon9 sũ? Atq; ita fiet:ut i eo ipso qd arguit & ignoscit:nullũ innoxiũ abire patiat. d **Dñs in tẽpestate** ⁊c. Pro tẽpestate & turbine σωῒπελείαμ ἢ συσσῄσμὸμ.i. cõsumationẽ & cõmotionẽ Lxx.trãstulerũt:licet i eo ubi nos posuim9 in tẽpestate:& in hebræo scribit בְּסוּפָה in cõmotione quoq; possit intelligi. Hoc autem significat qd in fine mũdi uniuersa moueant: iuxta illud qd scriptũ est in Aggeo: Adhuc semel & ego mouebo cœlũ & terrã, mare & aridã:& cũ fuerint cuncta cõmota,ut credant uiæ dñi q in euãgelio dicit: Ego sum uia & uita & ueritas. Et: Cũ uenerit filius hominis in nubib9. Quibus mãdat in Esaia:ne pluat sup uineã imbrem:& ad quas peruenit ueritas dei:dicente psalmographo: Veritas tua usq; ad nubes. Tunc etiam ipsæ nubes ꝓphetæ uidelicet,animæq; sanctorũ: quæ prius con

Onus niniue: liber uisionis Nahum helkesei.

Assumptio niniue: liber uisionis Nahum helkesei.

a Deus æmulator & ulciscens dominus.

b HEB. Vlciscẽs dñs & habẽs furorem: Vlciscẽs dñs in hostes suos & irascens ipse inimicis suis. SEP. Vlciscẽs dominus cũ furore:ulciscens dominus in aduersarios suos:& tollens ipse inimicos suos.

c Dominus patiens & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem.

d HEB. Dñs i tẽpestate & in turbine SEP. Dñs in cõsumatione & cõmotiõe

1.Cor.12.d 2.Cor.11.a ps.68.b 3.Reg.19.b Nu.25.c 1.Macha.2.c Actũ.1.b Mar.3.c Eçech.16.e Pro.3.b Rom.2.a ps.146.a Luc.15.g Math.20.b Aggei.2.b Ioh.14.a Mar.13.c Esa.5.b ps.35.b

E iunctione carnis fuerãt prægrauatæ: eleuatæ in sublime, tenuioris substantiæ fient: & in scabellũ pedum dei redactæ: in extremis qbuscꝫ inter angelos officijs ministrabũt. Priora quippe & antiqua quæ ad caput ptinent, nosse non poterunt. Alius uero nubes in cõtrariam partẽ accipiet: qđ semper serena conturbent & clarũ solis stellarũqꝫ lumen, sua caligine nitantur prætexere: & qꝫ subiectæ postea dñicæ potestati, in puluerem rediganẽ & in nihilũ: & terra in eis quæ pinguis est dissoluatur.

a ¶ Increpans mare ⁊c. Iuxta literã, dei potentia describitur: q uindicatur⁹ est de aduersarijs israelem: qđ non grande sit ei assyrios destruere: cuius maiestatis sit etiã elemẽta mutare. Vel certe quia semel de consumatione mũdi esse diximus prophetiam: & hoc simpliciter accipite: cum uenerit mũdi consumatio & ꝑtransierit cœlũ & terra: mare quoꝫ & fluuios siccari. Sed mihi legenti illud in psalmis: Hoc mare magnũ & spacio

HEB. turbinæ uiæ eius: & nebulæ puluis pedũ eius.

a Increpans mare & exiccans illud: & omnia flumina ad desertum perducens.

b HEB. Infirmatus est basan & carmel⁹, & flos libani elãguit. Montes cõmoti sunt ab eo: & colles desolati sũt: & contremuit terra a facie ei⁹: & orbis & oẽs habitantes ĩ eo. Antẽ faciẽ idignatiõis ei⁹ qs stabit: & qs resistet in ira furoris ei⁹. Indignatio ei⁹ effusa ẽ ut ignis & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus dñs & cõfortãs in die tribulatiõis: & sciẽs

SEP. & in cõmotiõe uia ei⁹ & nubes puluis pedũ ei⁹:

SEP. Imminuta ẽ basanitis & carmel⁹: & quæ florebãt libani defecerũt. Mõtes cõmoti sũt ab eo: & colles cõcussi sũt: & cõtracta est terra a facie ei⁹, uniuersitas & oẽs q habitãt ĩ ea. A facie iræ ei⁹ qs sustinebit: & qs resistet in ira furoris eius. Furor ei⁹ cõsumit principatus & petræ cõtritæ sũt ab eo. Suauis dñs expectãtibus eũ ĩ die tribulatiõis: & cognoscens

sperantes

Ps. 103. c

F sum: ibi reptilia quorũ nõ est numerus: animalia parua cũ magnis: ibi naues perambulãt: Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei: dignũ uidetur bonitate & clæmentia dei: oẽm amaritudinẽ & salsuginẽ maris sua cõminatione destruere: Et regnantẽ in aquis humiliare draconẽ: & maliciæ exiccare gurgites: in quibus parua natant reptilia: quorũ non est numerus: neqꝫ eũ digna sunt numero quæ cũ dracone uersantur. Flumina quoqꝫ ad desertũ perducens, oẽm falsi nominis scientiã, quæ se cõtra deũ erigẽs, flumine eloquentiæ utitur, & uolubilitate uerborũ, & tumentes contorquẽs gurgites, cum miraculo spectantiũ fertur in pronũ. Vide Platonem: spectа Demosthenẽ: Tulliũ quoqꝫ philosophũ pariter & oratorem: & hæreticorum principes intuere: de quibus fuit Valẽtinus, Marcion, Bardesanes, Tacianus: & de fluminibus nõ ambiges. Sed hæc oẽia cõsumet dñs iesus spiritu oris sui: & destruet illuminatione aduẽtus sui: & ad deserta ꝓducet. Simulqꝫ cerne qđ iuxta titulũ q inscribit: Assumptio niniue, liber uisionis Nahum helkesei: recte & in niniue mũdus figuraliter intelligit: & mare ei⁹, eloquẽtiæ flumĩa, in cõsumatiõe siccanẽ. b ¶ Infirmat⁹ est basan ⁊c. μεταφορικῶς. per basan & carmelũ & libanũ regionẽ uberẽ & montes consitos, assyrij uastitas demonstrat: qđ ille potens quondã & florens & plurimis gentibus imperãs, dño irascente populãdus sit. Sed & de cõsumatione mundi possum⁹ intelligere, qđ potẽtes quiqꝫ & nobiles & nimijs opi-

Luc. 12. c bus abũdantes repente pereant: & dicat eis: Stulte hac nocte auferetur ania tua a te: cuiæ autẽ præparasti cuius erunt?

בּשׁן Porro scđm interpretationẽ nominũ: quia basan confusionem & ignominiam sonat: in consumatione mundi, omnia quæ ignominia & rubore digna sunt, asserimus cũ dñs uenerit infirmari: & non solum peccata redigi in nihilũ: sed &

כרמל carmelũ quoqꝫ: qui interpretat scientia circũcisionis: & eos qui sibi uidẽtur in bonis opibus uberes & florentes christo ueniente trepidare: & impleri illud qđ dicitur in euangelio:

Luc. 18. b Cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidem super terram? Increscente quippe iniquitate, refrigescet charitas plurimorum, propter quæ ueniet ira dei. c ¶ Montes cõmoti sunt ab eo ⁊c. Potest & simpliciter accipi qđ in consumatiõe mundi cum in maiestate sua saluator uenerit, & montes & colles, & orbis & terra & cuncta moueantur. Si enim in passione eius sol fugit, saxa scissa sunt: terra contremuit: multo magis in claritate eius omnia turbabuntur. Sed & figuraliter montes & colles: sublimes quiqꝫ & potentes intelligendi sunt: qui in aduentu dñi prosternentur humi: ac de solio suo depositi pauimento cohærebunt. Facies enim domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum. Tunc & terra cõtremiscit & orbis atqꝫ uniuersitas faciem domini formidabunt: hoc pro summo cruciatu pœnaqꝫ ducentia: qđ uultum eius respicere non audebunt. d ¶ Ante faciẽ indignationis eius ⁊c. Pro eo qđ nos posuimus: Et quis resistet in ira furoris eius: apertius interpretatus est Symmachus: & qs sustinebit iram furoris eius. Aut rarus igitẽ aut nullus poterit inueniri: qui ira corripiẽte nõ dignus sit: Nec erit ulla ania quæ non paueat ad iudiciũ dei: cum astra quoqꝫ non sint munda in conspectu eius. Porro uerbum hebraicum יָסוֹם qđ & Aquila & Lxx. similiter transtulerũt ἀνθίστησι. i. resistet: ad illã intelligentiã trãsferamus: de q in scđo regnorũ libro & in primo paralipomenon dicit, super ira dei, genere masculino. Nullicꝫ dubium quin ibi ira dei diabolus intelligatur: & angeli pessimi qui mittũtur ad plectendos eos qui ira digni sunt. Difficile itaqꝫ reperietur in consumatione mũdi: qui imaculatus & purus audeat dicere: Ecce uenit princeps mũdi isti⁹ Iob. 14. d & inuenit in me nihil: & libera aduersus eum fronte consistat. Contra assyrios autẽ sic sentiendũ, quia cũ uenerit dñs in tempestate & turbine: siccãs babylonis imperiũ, qđ interpretatur mare: & omnia eius regna subuertens, que intelliguntur flumina: & potentiã ubertatẽqꝫ eius ad nihilũ redigẽs: quæ μεταφορικῶς basan & carmelus & flos libani & mõtes collesqꝫ dicunt: ac latitudinẽ imperij cõcutiens, quæ orbis terrarꝫ appellat: tũc nulla potẽtia resistere poterit irascẽti deo, & ppẽm suũ uindicãti. e ¶ Indignatio eius effusa est vt ignis ⁊c. Pro eo qđ nos posuim⁹, effusa est: Aqla iterpretatus est σωεχωνεύσθη. i. cõflata est: Symmach⁹ & Theodotio ἔσταξεν, hoc est stillauit. Siue igitur conflata est indignatio dei quasi ignis, siue furor eius in similitudinẽ stillauit incendij: ut dura corda hominũ quæ petræ uocant cõtererẽtur & dissoluerent: utilis est indignatio dei: quæ diu per patientiã nostra peccata sustentans: uix aliqñ conflata est: & tamẽ non tota ꝓrumpit in pœnã, sed modico ad nos stillabit ardore. Si autẽ stilla indignatiõis ei⁹ cõsumit principatus, ad uersum quos nobis est pugnæ colluctatio: qd fieret si tota in nos ira dei funderet? Prestet iesus ut auferat cor lapideũ: & mutet in nobis cor carneũ: duritiaqꝫ mollita possit in se præcepta dñi suscipe quæ scribunt: Sacrificiũ enim deo spiritus contribulatus: cor cõtritũ & humiliatũ deus non sper- Ps. 50. nit. Et ut sciatis clæmentiã dei sonare quæ dicta sunt, nõ sæueritatẽ: in consequẽtibus discite. f ¶ Bonus dñs ⁊ confortans ⁊c. Cũ irasci cœperit gentibus & quondã potẽtissima regna uastare, sciet eos q sui sunt: & non una tempestate opprimet nauigãtes. Diẽ autẽ tribulatiõis scđm ἀναγωγήν, diẽ intelligam⁹ iudicij: de quo scripsit Esaias: Ecce dies dñi Esa. 13. b insanabilis uenit furoris & iræ, ponere orbẽ terræ desertũ: & pctõres ꝑdere ex eo. Speremus in dño & ꝑ patiẽtiã eius

expectemus

A expectemus aduentū: ut cū uenerit, bonū eum, nō iudicem
2. Timo. 2. c sentiamus: & cognoscat uel sperātes uel timētes se. Scit em
dñs eos q eius sunt. a ¶ Et in diluuio pretereūte ꝛc. Dñs
patiens & multæ miserationis: & nō irascet in finē: neq; in
æternū indignabit: sed cū creuerit malicia sup terrā, & oīs
caro corruperit uiam
suam: inducet diluuiū
qđ ptrāseat: nō qđ p-
maneat in æternū. Cō
sumationē autē siue fi
nē faciet loci eius. i. di
luuij: ut quō de im-
Ps. 36. g pio dicit: Et ptransiui
& nō est inuētus locus
Ps. 1, b eius: Et iter impiorū
peribit: Sic diluuij iter
pereat post iram dñi,
sola apparēte clæmen
tia. Qđ qdē & scđm
Histo. historiā intelligi pōt:
quia cum uastauerit
israel & quasi diluuio
terram repromissiōis
inundauerit, finem fa-
ciet captiuitatis, ad se-
des eū pristinas reuo-
cādo: At ecōtrario ini-
micos eius assyrios q
populū duxerūt in ca-
ptiuitatē, tenebræ pse-
quent. Qđ aūt dixi-
mus de israł & assyrijs,
intelligi de consumatione mundi & de sanctis ac de psecu-
toribus siue cōtrarijs uirtutib⁹ pōt: qđ sanctorū deus post
iram misereatur: psecutores uero & inimicos eorū qui elege
runt tenebras & nō lucem: ipsæ quas elegerūt tenebræ com
B prehēdāt: mittent em in tenebras exteriores: ibi erit fletus
& stridor dentiū. Verbū מסובה qđ nos interpretati su-
mus, loci eius: oēs in duas oratiōis pres diuiserūt: ut מ in
prepositionē de, uerterēt. i. ἀπὸ: סובה surgētes interpretarē
tur. Denicq; Aquila ἀπὸ τῶν ἀνισαμένων inquit. i. a cōsurgē
tibus: Lxx. cōsurgentes. i. τοὺς ἐπεγερομένους, Theodotio,
cōsurgētibus ei. Quinta æditio, a cōsurgētibus illi. Solus
Symmachus cū nostra interpretatiōe cōsentiēs ait: Et in di
luuio transeūte consumationē faciet loci eius. Quidā de no
stris, cōsurgētes & inimicos, Marcionē & oēs ueteres hære
ticos interpretant: q aduersū creatorē disputāt. a ¶ Quid
cogitatis ꝛc. nō vindicabit bis in idipm in tribulatiōe. Sym
mach⁹ apti⁹: Nō sustinebūt impetū secūdæ angustiæ. Theo
Tropo. dotio: Nō cōsurget secūda tribulatio. Loqt aūt iuxta tropo
logiā aduersum Marcionē: de q̄ sup diximus, & oēs ueteres
hæreticos q bonū nescio quē cōfingētes deū: ipsū dicūt cō
sumationē mūdi esse facturū: & arguūt legis deū quasi cru-
delitatis, qđ multos puniat: & pro peccatis irroget cruciat⁹.
Quid ergo ait cōtra dñm cogitatis? ipse q creauit mūdū: &
consumationē eius faciet. Qđ si uobis uidet crudelis, rigi-
Ge. 7. d. 19. e dus & cruentus qđ in diluuio genus deleuit humanū: sup
Exo. 14. g sodomā & gomorram ignē & sulphurē pluit: ægyptios sub-
Nu. 32. g mersit fluctibus: israelitarum cadauera pstrauit in eremo:
scitote eū ideo ad præsens reddidisse supplicia ne in æternū
puniret. Certe aut uera sunt quæ pphetæ loquūt aut falsa.
Si uera sunt quæ de sæueritate eius uident dicere: Ipsi dixe
rūt: Nō uindicabit dñs bis in idipsū in tribulatiōe. Sin aūt
falsa sunt: & falsum est hoc q̄ dicit: Nō cōsurget duplex tri
bulatio: falsa est ergo & crudelitas quæ in lege descripta est.
Q2 si uerū est ut negare nō poterūt dicēte pphetā: Nō uin-
dicabit dñs bis in idipsum in tribulatione: ergo qui puniti
sunt postea nō punient. Si aut illi postea punient: scriptura
mentit: qđ dicere nefas est. Receperunt ergo & q in diluuio
pierāt & sodomitæ & ægyptij & israelitæ in solitudine, mala
sua in uita sua. Quærat hic aliquis: si fidelis deprehēsus in
adulterio decollet: qđ de eo postea fiat: Aut em punietur, & fal
sum est hoc qđ dicit: Nō uindicabit dñs bis in idipsum in C
tribulatiōe: Aut nō punietur: & optādū est adulteris ut in præ
sentiarū breui & cita pœna, cruciatus frustrentur æternos.
Ad qđ rñdebimus: Deū ut omniū rerū, ita & suppliciorū
quoq; scire mēsuras: & nō preueniri sentētia iudicis: nec illi
in peccatorē exercēdæ
de hinc pœnæ auferri
potestatem: & magnū
pētm, magnis diutur-
nisq; elui cruciatibus.
Si qs autē punitus sit:
ut ille in lege q israeliti
cis maledixerat: & qui
in sabbato ligna colle-
gerat: tales postea non
puniri: quia culpa le-
uis præsenti supplicio
cōpēsata sit. Hebræus
hūc locū ita exposuit:
Quid putatis o assy-
rij iniqtatē cōtra dñm
cogitātes: qđ populū
isrł. i. duodecim trib⁹
usq; ad internetionē
nõ eſt ei credendũ: ſiquidẽ nulla rõnabilis creatura ad hoc facta eſt:ut habitaculũ dæmonis ſit. Sequit̃: Terribilis & illuſtris eſt:ex ipſo iudiciũ ei⁹ erit:& aſſumptio ei⁹ ab eo egredieť. Terribilis eſt chaldæus ꝓpter multa uariaq; ſupplicia quæ infert in cõtẽptores. Illuſtris quia aſſumit ſibi diuinitatis gloriã. Et ꝓ oracula ſua & falſa reſpõſa,& curatiões morborũ, quos ipſe ĩmiſerat apud imperitos & contẽptores dei uideť illuſtris. Erit em̃ cõtẽptoris iudiciũ atq; ſuppliciũ ex eo:hoc eſt,ex ſemetipſo ſiue ex chaldæo. Ipſi em̃ ſcđm Apoſtolũ tradent̃ ad pugnã,ut diſcant nõ blaſphemare: a q̃ qui 1.Timo.1.d
ægerit pœnitẽtiã & ad deũ cõuerſus fuerit,egredieť:cũ pri⁹ manib⁹ illius teneret̃,& eſſet chaldæi aſſumptio. Si qñ uidemus multo aliquẽ tpe ſeruiſſe diabolo:& poſtea ad deum eſſe conuerſum,dicam⁹ de eo: Et aſſumptio eius egreſſa eſt ab eo, Quicũq; em̃ ægerint pœnitẽtiã & dereliquerint dæ-

D בְּשֻׁרִים

E mones,quib⁹ q̄si equi pri⁹ ad ſedendū terga præbebant:& uelocitate pardorū & luporum ueſpere equites ſuos abiecerint & eliſerint: & uacuo leuiq; dorſo ad eum portandū uenerint, qui ſup pullum aſinæ manſuetus & pauper aſcēdit: hi quaſi de longe,pperantes : & nō cōtenti curſu & impetu, aſſumēt uolatū:& uenient quaſi aquila : ut ſermonis dei ueſcanē carnib⁹ : & famē tanti tpis ſaturēt . In eo eī qđ dicit̄ καὶ ἐξ ἱππάζοντο οἱ ἱππεῖς αὐτοῦ: noſq; tranſtulimus:& equitabuntur equites ei⁹ : iuxta ſenſum quē ſupra poſuim⁹, interpretatus eſt Symmachus:effundentur equites eius : id eſt corruent: & alliduntur in terrā. Lupi autē arabiæ.i.ueſperæ & occidētis hērecte uocanē:quib⁹ cōuerſatio peſſima occubuit : & ante in caligine cōſtituti,toto gradu ueſperā derelinquunt: quā cū relinquerint & uolauerint prompti , ut comedant carnes uerbi dei:tunc cōſumatio ueniet in impios.i.in chaldæos qui reſiſtebant uultib⁹ pœnitētiū ne reuerterenē ad dīm ſuum. Cōtobrē cōſumatio in impios ueniet,reſiſtētes uultib⁹ eorū ex aduerſo. Cum autem illi fuerint cōſumati,& de manib⁹ eorū erepta captiuitas: tunc ſermo diuin⁹ cōgregabit quaſi arenam chaldaicæ captiuitatis:& delectabit̄ in regib⁹: & tyranni ludicrazi⁹ erūt:uidens potētiſſimū quondā diabolū: Matth.4.a & regna ei⁹, quæ ſaluatori q̄q; oſtendens ait:Hæc oīa dabo tibi,ſi ꝓcidēs adoraueris me:ei⁹ aduētu eſſe deſtructa: Delitiæ prudētiæ ſunt: & uoluptas ſapiētiæ cū ſtulticia deſtruitur:& tyrannorū quondā potētia ſuperata atq; deiecta,uertitur in deriſum. Neq; eī ſolus draco formatus eſt ut luſui haberet a dño:qui eſt principiū plaſmationis ei⁹,factus eſt F angelis ludicrū . Neq; illū ſolū dabit de⁹,q̄ſi paſſerē paruulum:ſed ſi quis etiā alius crudelis, & mētis tyrānicæ fuerit, tradet̄ ſermoni dei ī deriſum. Et ipſe ait,in oēm munitionē illudet. Quæ aūt ē alia munitio,niſi illa de q̄ loquit̄ Apl̄s: 2.Cor.10.a Arma eī militiæ noſtræ nō carnalia ſūt,ſed potētia deo ad deſtructionē munitionū,cogitatiōes deſtruētia, oēm altitudinē eleuātē ſe aduerſus ſciētiā dei.Si quæ igit̄ fuerint uel in ſermonib⁹ qui ꝓmittūt altitudinē, & magnitudinē ſe habere cōtrariā ueritati munitiones,uel in oīm glia atq; diuitijs & fortitudine,quæ laudat̄ in ſæculo:oīa deſtruenē,& ſermo dei uniuerſæ munitioni illudet. Et mittet aggerē & obtinebit eā p aggerē & terrena quæ profert: arguēs eā fragilitatis in his quib⁹ ſibi uidebat̄ prius aliquid habere fortitudinis. Cū autē hoc fuerit expletū:tūc ſpiritus cōuertet̄: & neq; quaq; puniet ut ante punierat: ſed pertrāſiēs pctōres rogabit ꝓ eis,& recōciliabit eos priſtino dño:in q⁹ oīb⁹ oſtenditur fortitudo,qui tanta pfecerit dei nr̄i. Cernitis q; cōfragoſa loca ſint, & aduerſa hiſtoriæ ueritati . Et quō ea quæ ſcđm literā ſup chaldæis interpretati ſum⁹:nunc iuxta tropologiam uideanē ſonare clæmētiā & libertatē eorū qui de chaldæorū manib⁹ euaſerint. Hiſtoria ſtricta eſt,& euagandi nō habet facultatem. Tropologia libera,& his tm̄ legib⁹ circūſcripta,ut pietatē ſequat̄ intelligentiæ ſermoniſq; contextum:nec in rebus multū inter ſe cōtrarijs uiolenta ſit copulandis. a ¶ Nōne tu a pncipio dñe deus meus ſancte me⁹ z non moziamur:dñe in iudiciū poſuiſti eū:z plaſmauit me vt arguam in diſciplina ei⁹. Symmachus manifeſtius. Nōne tu a ꝓncipio dñe de⁹ me⁹ ſctē me⁹ vt nō mozeremur: dñe ad iudicandū poſuiſti eū: fortē ad corripiēdū cōſtituiſti illum. a ¶ Nunq̄d nō tu a pncipio zc̄. Ad ꝓphetæ querimoniā dicētis: Vſq; quo dñe clamabo & nō exaudies? Reſpōderat de⁹ dicēs: Aſpicite in gētib⁹ & uidete. Et poſt præfationē intulerat: Ecce ego ſuſcitabo chaldæos gentē amarā & uelocē. Omniq; deſcriptione cōpleta,uel de nabuchodonoſor,uel de diabolo in fine memorat : Tunc mutabit̄ ſpūs & pertrāſibit & corruet:hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Qđ ꝓpheta audiēs & intelligēs:idcirco nabuchodonoſor contra iudā ſiue diabolū,cōtra credentes accipere poteſtatē:ut corripiat eos:& poſt correptionē ipſe quoq; puniat̄ in fine:

a HEB. Nunquid non tu a principio dñe deus meus, ſancte meus & nō moriemur? domine in iudicium poſuiſti eum:& fortem ut corriperes fundaſti eum. Mundi

rīndit dño : Ergo ne tu es dñe deus meus ſancte meus.Hæc autē loquit̄ blandiētis & pœnitētis affectu, qui a principio nos creaſti:cui⁹ miſcđia hucuſq; ſubſiſtim⁹ . Nō eī ſciebā tantū poſſe aduerſarios noſtros: nec noueram nabuchodonoſor,uel diabolū mūdi hui⁹, & cunctarū accepiſſe gentiū poteſtatē. Quātum igit̄ ad uires ei⁹ nullus noſtrum poteſt reſiſtere. Quātū autē ad miſericordiā tuā, tuū eſt omne qđ uiuim⁹ : q; non ab eo interfecti ſum⁹, & ad mortis opa perducti . Tu eī dñe ad iudicādū poſuiſti eū, ut ipſe ſit inimicus & ultor: & ut p illū corripias quicūq; peccauerit tibi . Sed qa ſemel chaldæos ſup dæmonib⁹ interpretati ſum⁹:& nabuchodonoſor ſup regē eorū diabolū debem⁹ deſcriptionē diaboli & potentiā eius breuiter perſtringere,ut iuſte ꝓpheta dicat: Dñe in iudiciū poſuiſti eum:& fortē ut corriperes fundaſti eū.Suſcitat̄ aduerſum incredulos & cōtemptores natio dæmonū , amara ad puniendū,& ubiq; præſens . Ambulat quoq; ubicunq; terrarū eſt latitudo,ut poſſideat hoīes in quib⁹ chriſtus habitare debuerat . Horribilis atq; terribilis eſt:& difficile ab aliquo ſuperari poteſt:nec ante frangit̄, niſi cū magnitudine peccatorū & iniquitatis ſuæ pondere prægrauata ad conſumationē uenerit . Equi ei⁹ & equites in ſimilitudinē pardorū & luporū ſemp ſanguinē ſitient : & deſyderabūt prædas:ſimulabūt abſentiā:& dū nō ſperanē,cito de longe uenient.Volabūt q̄ſi aquila,quæ exaltans uolatū ponere uult inter ſydera cœli nidū ſuū:& ſemp feſtinat ad prædā. Et in Ezechiele ſub figura nabuchodonoſor regis ægyptij ſuper diabolo deſcribit̄. Null⁹ ē dæmonū q; parcat:oēs ad prædā feſtini ueniēt:añ faciē eorū uentus urens: qcqđ aſpexerint: qcqđ uultui eorū obuiū fuerit,urere deſyderabūt & perdere. Rex autē potētiſſim⁹ erit in medio captiuorū & eorū numerū quaſi arenā maris a ſatellitib⁹ ſuis hincinde ſuſcipiet: & ipſe de regib⁹ triumphabit:& tyranni ridiculi eius erunt. Multos eī ſanctos ſua ſupplantatione decipiet : & eos qui ſibi uidebanē potētiſſimi,& tyrannidem exercere cōtra dæmones ,& eijcere illos de corpib⁹ obſeſſis:ſubijciet ſeruituti ſuæ,& riſui deputabit.Ipſe uero fortiſſimus coacta manu & perditorū exercitu congregato,de omni munitione ridebit:& quicquid forte fuerit,nitetur euertere. Comportabit eī aggerē,id eſt circūdabit opera terrena : & cū terra fuerit aggerata , facile omnē capiet munitionē . Poſt tantam autē uictoriā mutabit̄ ſpūs eius : & pertranſibit os eius uſq; ad cœlū:& deum ſe faciens,blaſphemare incipiet creatorē ſuū. Qđ cū fecerit,corruet:& ruina eius oſtēdet q; fortis diuinitas illius fuerit, & idolorū ſimulatio: ſub quorū imaginib⁹ ſuo cultui homines ſubiugabat . Audiens igitur hæc propheta q; tantus taliſq; ſit rex mundi huius: ut congreget captiuitatē quaſi arenam maris : & triumphet de regibus , & tyranni ridiculi ei⁹ ſint:& de omni munitione rideat & comportet primū aggerē:& poſtea capiat eā : & tantæ ſuperbiæ ſit,ut cōtra creatorē ſuum audeat reſiſtere & ſe facere quaſi deum:qui prius audacter loquebat̄ ad dominum:& ſe uel ſuum populū , ſiue eos ex quorū perſona querebat̄ iuſtos eſſe memorarat:Nunc in blandimentorū uerba prorūpit & ait:Ergo ne tu a principio es domine deus me⁹, ſancte me⁹ & qđ q; nō morimur,nec capimur a tanto hoſte, tuæ clæmentiæ eſt. Tu enim domine conſtituiſti eum quaſi carnificem, & fortē feciſti eum:ita ut aut nullus aut rarus ei⁹ poſſit reſiſtere fortitudini.Porro ſcđm Lxx.hoc quod in fine dicitur: Et plaſmauit me ut arguerem in diſciplina eius : ad perſonam ꝓphetæ referri pōt : ut ſit ſenſus: Ego autē ꝓpterea inſpiratus ſum in prophetā,ut arguā delinquētes: & doceam domini diſciplinam. Quidam de domino dici putant:qui a patre idcirco plaſmatus ſit , & corpus aſſumpſerit, ut doctrina dei patris homines erudiat . Sed hoc q; diſcordet a contextu ſuperiorum , & totius loci continentia : non tam mei erit iudicij, q; lectoris.

a SEP. Nonne tu a principio domine deus me⁹, ſancte meus & non moriamur? domine in iudiciū poſuiſti eum : & plaſmauit me ut arguā in diſciplina ei⁹. Mundus

G

H

Mundi

A a ¶ Mundi sunt oculi tui ꝛc. Tale qd & Hieremias ad deū loquit̄: Iustus es dñe, cōfiteor: uerūtamē iudicia loquar ad te: Quid est ꝙ uia impiorū ꝓsperat̄: abundant oēs q̄ præuaricant̄ & delinquūt. Plantasti eos & radicati sunt: genuerūt filios & fecerūt fructū: ꝓpe es tu ori eoꝝ & lōge a renib⁹ eorum. Ergo & Habacuc in eadem sentētia: Mundi sunt (inquit) dñe oc̄li tui: & scio qm̄ malū iniustūq̄ non libēter aspicias: nec pōt quisq̄ de tua dubitare iusticia. Verūtm̄ cur pateris babylonios tā ta crudelitate iactari: & ab impio nabucho/donosor iustū oppri/mi israel: non ꝙ perfectus sit qui opprimit̄, sed ꝙ opprimēte se iustior sit. Et quomodo pisces qui nō habent principē: & irrationabilia iumēta & multitudo reptilium absq̄ ꝓuidētia subiacet fortiori: & quicunq̄ plus ualuerit uirib⁹, dominatur in alterū: sic inter hoīes aīal rationale, & ad sīlitudinē tuā cōditū, non ualebit ratio: non merita, sed uires corporis, & irrationabilis fortitudo. Si autē uoluerim⁹ generaliter intelligere sup ꝓuidētia quærēte propheta: Cur diabolus tm̄ ualeat in sæculo: & dominātē deo alter exercet tyrannidē: Istiusmodi sensus erit: & cū superioribus hæc expositio iungetur: Noui dñe deus meus, sancte meus: quia te ꝓuidēte & defendēte nō morimur: & scio qa ꝓpterea posuisti aduersarium, ut ipso quasi carnifice corrigeres, & nō occideres pctōres. Noui quia nihil tibi placeat iniustū: & oculi tui ab omni iniquitate sint puri: nec uidere possis dolores eorū, qui iniusticiæ sunt subiecti. Verūtamē
Gen.4.b causam inuenire nō possum: cur abel iustū, cain occidat iniustus, & taceas? Cur sæuiēte ceto & oīa deuorante nō solū
Ione.2.a minores pisciculi: sed ipse q̄q̄ tuus deuoret̄ Ionas? Quare impius uincit, & iustus uincit̄? Nec hoc dico ꝙ nouerim quēq̄ iustificari in cōspectu tuo, & absq̄ pctō esse: & humanæ fragilitatis ignarus sim. Sed quō sodoma & gomorra
Luc.18.b cōparatione hierusalē iustæ sunt: Et publicanus in euāgelio pharisæi collatione fit iustior: ita & iste qui opprimit̄ a diabolo: pctōr quidem est, sed opprimēte se iustior est. Quare igit̄ nō est mēsura nec pōdus: ut si semel iustus opprimit̄ & subijcit̄: nō impio, sed iustiori se subijciat̄? Dicā quicq̄ sine te fieri, & te nolente tm̄ posse impiū? hoc sentire blasphemū est. Cū itaq̄ tu sis uniuersitatis rector & dñs, tu necesse est facias qd̄ sine te fieri nō pōt. Et hæc dicit nō ꝙ ipse ꝓpheta sic sentiat, ut supra testatus sum: sed ꝙ impatiētiā humanā in sua ꝑsona exprimat: sicut frequēter uidim⁹ Ap̄m uarias
Rom.7.d hominū in se recipere sentētias: Et nunc dicere: Video autē aliā legē in mēbris meis, repugnantē legi mētis meæ: & captiuantē me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Et q̄si
Philip.3.c incipiens sit: Fratres ego nō arbitror me cōprehēdisse: & ex
1.Cor.13.c parte cognoscim⁹, & ex parte ꝓphetamus. Ac rursus quasi ꝑfectus sit: Quotquot ergo ꝑfecti hoc sapiam⁹: cum uticq̄ nō sit unius atq̄ eiusdē dicere se ex parte cognoscere, & esse perfectū. Ac ne forsitan putes non aplicæ cōsuetudinis, sed nostræ: hoc est argumentū qd̄ ipse loquitur ad corinthios:
1.Cor.4.a Hæc autē fratres trāsfiguraui in me & Apollo ꝓpter uos, ut in nobis discatis. Alioquin quō potest sic habere de⁹ hoies

a HEB. Mundi sunt oculi tui ne uideas malū: & respice/re ad iniquitatē non pote/ris. Quare nō respicis sup iniqua agētes: & taces de/uorante impio iustiorē se: & facies hoies quasi pisces maris: & quasi reptile non
b habens principē? Totū in hamo subleuauit: traxit il lud in sagena sua: & cōgregauit in rete suū: sup hoc lætabit̄ & exultabit: propterea immolabit sagenæ suæ: & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars ei⁹: & cib⁹ ei⁹ electus: ꝓpter hoc ergo expandit sagenam suam: & semper interficere gētes nō cessat.

SEP. Mundus oculus ne uideat mala: & aspicere sup dolorē nō poteris. Quare nō aspicis sup cōtēptores: tacebis cū deuorauerit impius iustiorē se? Et facies hoies quasi pisces maris: & q̄si reptilia nō habentia ducē. Cōsumationē in hamo subleuauit: & attraxit eum in reti suo: & congregauit eum in sagenis suis: ꝓpter hoc lætabit̄ & gaudebit: ꝓpterea immolauit sagenæ suæ: & incēdet reti suo: quia in ipsis incrassauit partē suam: & escæ ei⁹ electæ: propterea expandit rete suū: & semper interficere gentes nō cessat.

B Super quasi pisces maris: & uelut reptilia quæ nō habēt principē: cū angeli singulorū q̄tidie uideant faciē patris qui in cœlis est: & circūdet angelus dñi in circūitu timentiū eū & eripiat eos. Sicut igit̄ in hoīb⁹ etiā p̄ singulos dei currit ꝓuidētia: sic in cæteris aīalib⁹ generalē quidē dispositionē & ordinē, cursumq̄ rerū intelligere possumus. Verbi gratia: quomō nascat̄ piscium multitudo & uiuat in aquis: quō reptilia & quadrupedia oriant̄ in terra, & quibus alant̄ cibis? Cæterum absurdum est ad hoc dei deducere maiestatē: ut sciat per mōmēta singula quot nascant̄ culices, q̄tue moriant̄: Quæ cimicū & pulicum, & muscarū sit in terra multitudo. Quāti pisces in aqua natent: & qui de minoribus maiorū prædæ cedere debeāt. Non simus tā fatui adulatores dei: ut dū potentiā ei⁹ etiā ad ima detrahimus, in nos ipsos iniurioſi sim⁹: eandē rationabilium q̄q̄ irrationabiliū ꝓuidentiā esse dicentes: ex q̄ liber ille apocryphus stulticiæ cōdemnādus est: in q̄ scriptū est, quendā angelū noīe tyri præesse reptilibus. Et in hanc sīlitudinē piscib⁹ q̄q̄ & arboribus & bestijs uniuersis ꝓprios in custodiā angelos assignatos. b ¶ Totū in hamo subleuauit ꝛc. Quia supra pisces noīauerat dicēs: Et facies hoies quasi pisces maris, & quasi reptile: qd̄ significātius dicit̄ in hebræo דָּגֵי.i. κινούμενον: oīne uidelicet qd̄ moueri pōt: idcirco μετ᾽ ἀφορμὴν pisciū seruat in cæteris: ut quō piscator mittit hamū, & rete & sagenā: ut qd̄ hamus nō potuit, rete cōprehendat: qd̄ euaserit rete, sagenis latioribus circūdetur: Ita & rex babyloni⁹ cuncta uastauerit: & uniuersum hoīm gen⁹, suā prædam fecerit. Porro qd̄ ait: Lætabit̄ atq̄ gaudebit, & īmolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: Idolū significat qd̄ fecit in campo dura: & simulachrū belis, cui q̄si grandi sagenæ īmolauit pinguissimas uictimas, totas quas uicerat nationes ad cultum ei⁹ cogens. In ipsis quippe, hoc est in idolis suis incrassatū esse se credens: & suā partē. i. oēs se habere diuitias, quasi grandes pisces etiā principes q̄sq̄ atq̄ reges suo subiugauit imperio: quas escas electas uocat. Et quia semel piscatione opulētissima saturat⁹ est: & sagenā suā. i. suū repleuit exercitū: ꝓpterea gētes interficere. i. semper pugnare, & iugulare nō cessat. Porro scd̄m Lxx. impius diabolus qui opprimit iustū: & habet hoies q̄si pisces maris: & uastat cūcta q̄si reptilia nō habētia ducē: misit hamū suū cōtrariū ei hamo, a q̄ per Ap̄m petrū prim⁹ captus est piscis, in cuius ore inuētus est stater. Et adhæsit hamo ei⁹ adā: & attraxit eū foras de paradiso retę suo: & coopuit illū sagenis suis, uarijs & mīltiplicibus dolis atq̄ fallacijs. Idcirco lætabitur & decipulas suas plus arbitrabit̄ esse q̄ præceptū dñi. Et īmolabit non hamo, qui peruersus sermo intelligit̄, & adhuc in principio cōstitutus: sed reti suo: quia pinguissimas in ipso hostias cōprehendit. Et p̄ unū hominē pctōres cōstituti sunt plurimi: & in adam oēs mortui sum⁹: & uniuersi deinceps sancti cum illo pariter de paradiso eiecti. Vñ & cibi eius electi sunt: ut scd̄m psalmistam, quærat a deo escam sibi: ꝓphetas subuertere uolēs & apostolos. Et quia primū decepit hominē, quotidie uniuersum humanū gen⁹

C Matth.18.b

D Dan.3.a

Matth.17.d

Rom.5.d
1.Cor.15.e

E interficere nō ceſſat. Poteſt autem & de hæreticorū accipi peruerſa multiplicitꝫ doctrina, ꝙ & ipſi hamo ſuo & rete ſuo, & ſagenis ſuis plurimos piſces capiant: & multa repti/lia comprehendant: & idcirco lætentur: & ſermonem ſuum quo decipere & perſuadere potuerūt, quaſi deum adorent: & illum colant, illū ex/poliant: ipſi omni ar/te deſeruiant: per quē ſciant a ſe tantas uicti/mas interfectas, & tan/tos potētium atꝫ ſan/ctorum eſſe deceptos: quos pinguem partē, & electas eſcas ſcriptu/ra nunc nominat. Pro/pterea in ſimilitudinē beſtiarum, quæ guſta/tum ſemel ſanguinem ſemper ſitiunt, expan/dunt rete ſuum: & hoc omne eorū ſtudiū eſt: ut nō paucos, ſicut in principio, ſed plures interficiant. Non am/bigit de interfectione multarum gentium, qui tantam hæreſeon & peruerſarum doctri/narum multitudinem diaboli uiderit hamo, rete, ſageniſq; compre/henſam: & tamē captu/ræ eorū finis interitus eſt. Ca. II

F Super cuſtodi/am meam ſta/bo/ et aſcendā ſuper petrā: et contēplabor vt videam quid loquat in me: et quid reſpōdeam ad correptionē meam. Symmachus mani/feſtius eſt proſecutus. Quaſi cuſtos ſup ſpeculam ſtabo: et ſtabo velut incluſus: ⁊ contēplabor vt videā q̄d dicat mihi: et quid reſpondeam/⁊ contradicam aduerſum arguentē me.

a Super cuſtodiam meam ſtabo: et figam gradum ſuper munitionē ⁊c. Pro munitione & petra, in cuius locum Sym/machus interpretatus eſt, concluſum: in hebræo ponitur מְצוֹר: quod Theodotio, gyrum: Aquila & Quinta æditio circinū tranſtulerūt. Primæ cauſationi reſpōderat domin⁹:

5.1.b Aſpicite in gentibus & uidete & admiramini & obſtupeſci/te. Ad quā propheta quaſi ſuperioris dicti agens pœniten/tiam, temperauerat quidē quæſtionē dicēs: Domine deus meus ſancte meus, & non moriemur. Sed nihilominus cū ueneratione & laudibus dei ipſum fuerit ſciſcitatus: Mun/di ſunt oculi tui ut nō uideas malum: & reſpicere ad iniqui/tatem neſcis. Quare nō reſpicis ſuper iniqua agentes: & ta/ces deuorāte impio iuſtiorē ſe? Et quæ eſſet iuſti deuoratio, executus in partib⁹ eſt: ut fierent homines quaſi piſces ma/ris, & quaſi reptilia. Et ꝙ hamo & ſagena & rete ſuo oēs ad interitū traherent: & nō eſſet finis interfectionis eorū. Itaꝫ quia ꝓpheta ē, & ꝓpterea quærit, & dubitare ſe dicit: ut qđ illi reſpōderet, reſpōdeat omnib⁹: Stabo inquit in ſpecula mea, id eſt in prophetiæ meæ ſublimitate: & uidebo poſt ca/ptiuitatē populi, & euerſionē ciuitatis & templi, & deinceps quid ſequat. Vel certe ita: Cuſtodiam omni diligentia cor/meum: & ſtabo ſuper chriſtum petrā. Et hoc gyro & circi/no quaſi muro ſepiar, ne ad me leo rugiēs poſſit irrumpere: & uidebo quid mihi poſt ſecundam quæſtionē reſpondeat deus: & poſtꝫ mihi reſpōderit & me corripuerit male fuiſſe cōqueſtū: quid ego quoꝫ ei debeam reſpōdere. Eleganter autē & miro ſenſu humanā deſcribit impatiētiā, quā in diſ/ceptationib⁹ ſemper habere cōſueuim⁹: ut anteꝫ nobis ex aduerſo aliquis reſpōdeat: & ſciamus in quo nos arguerit, ad reſpōdendum paremur. Ex quo oſtendit reſpōſionē nō rationis eſſe, ſed cōtentionis. Si enim eſſet ratio, reſpōſio de/

G buerat expectari: & ſic uidere utrum reſpondere deberet an cōſentire rationabili reſponſioni. Sed & hoc notandū ex eo qđ dixerat: Vt uideam quid loquat in me: ꝓphetica uiſio/nem & eloquium dei nō extrinſecus ad prophetas fieri: ſed intrinſecus & interiori hoī reſpondere. Vnde & Zacharias: Et angelus inquit qui loquebat in me. Et in pſalmis: Audiā quid loquatur in me dñs. Zach.1.c

a Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradū ſu/per munitionē: & contem/plabor ut uideam quid di/catur mihi: & quid reſpon/deam ad arguentem me.

b Et rēſpōdit mihi dñs & di/xit: Scribe uiſum & expla/na eū ſup tabulas, ut per/currat qui legerit eū: quia adhuc uiſus procul, & appa/rebit in finē, & nō mētiet: ſi moram fecerit, expecta illū: quia ueniēs ueniet, & nō tardabit: ecce qui incre/dulus eſt, nō erit recta aia eius in ſemetipſo: Iuſtus autem in fide ſua uiuet.

Et quō

a Super cuſtodiam meam ſtabo, & aſcendā ſuper pe/tram: & contemplabor ut uideam quid loquatur in me: & quid reſpondeam ad correptionem meam.

Et reſpondit ad me dñs & dixit: Scribe uiſionē & ma/nifeſte in buxum: ut per/ſequatur qui legit ea: quia adhuc uiſio in tempus, & orietur in finem, & non in uacuum. Si defecerit, ſuſti/ne eum: quia ueniens ue/niet, & non tardabit: ſi re/traxerit ſe, nō placebit ani/mæ meæ in eo. Iuſtus au/tem ex fide mea uiuet.

Qui autem

b Et reſpōdit mihi dñs ⁊c. Pro tabulis & buxo qđ hebraice di/citur לֻחוֹת: Symma/chus interpretatus eſt paginas. Et ubi Lxx. poſuerūt, iuſtus autē ex fide mea uiuet: om/nes æqualiter tranſtu/lerūt: ex fide ſua uiuet. Denicꝫ Symmachus ſignificātius interpre/tans ait: Iuſtus autē ꝑ fidem ꝓpriā ſuam ui/uet: quod græce dicit ὁ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσεται: בְּאֱמוּנָתוֹ quippe, qđ interpretat in fide ſua: ſi ו & nō ן literā haberet in fine: ut Lxx putauerunt: & legeret בְּאֱמוּנָתִי, re/cte tranſtuliſſent in fi/de mea. Nunc autem ſimilitudo literæ ו & ר quæ mēſura tm̄ inter ſe diſtant, cauſa erro/ris fuit. Hoc quare dictum ſit, ſequens diſputatio compre/hendit: iuxta repromiſſionem quæ ad ſanctum uirum in Eſaia fit dicens: Adhuc loquēte te, dicam ecce adſum. Nunc quoꝫ prophetæ reſpondit dominus, & præcepit ut ſcribat uiſionem: & dirigat eam ſuper tabulas, id eſt manifeſtius ſcribat. Tabulas autem puto illas, de quibus & Apoſtolus loquitur ad corinthios: Epiſtola noſtra uos eſtis: ſcripta in cordibus noſtris: quæ cognoſcit & legit ab omnibus homi/nibus manifeſtati: quoniā eſtis epiſtola chriſti manifeſtata a nobis: & ſcripta non atramēto, ſed ſpiritu dei uiuentis: nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Sed & Salomon tale quid ſignificat in prouerbijs dicēs: Deſcribe eam ſuper latitudinem cordis tui. Scribere autem iubetur planius, ut poſſit lector currere: & nullo impedimento ue/locitas eius, & legendi cupido teneatur. Et hoc præcipit: quia adhuc uiſio procul eſt, & in tpe cōſtituto. Et cum finis rerum aduenerit, tunc etiā ille ueniet: & probabit ꝓphetia uera opere completa. Quod ſi forte ꝓ cupiditate tua o lec/tor & uidendæ uiſionis ardore paululū tibi uiſum fuerit moram facere quod promiſſum eſt: noli deſperare uentu/rum, ſed expecta patienter: me enim habes qui tibi polli/ceor & dico: Veniens ueniet: & non tardabit. Si quis autē incredulus eſt huius ſponſionis meæ: & me dicēte, ueniens ueniet & non tardabit: cœperit ambigere, & in ſe tacitus fluctuare, putans nō eſſe uenturum quod moratur ad tem/pus: hic meæ animæ diſplicebit: iuxta illud: Neomenias & ſabbata ueſtra odit anima mea. Quo autem animam ſuam deus dixit: pro mente & cogitatione debemus accipere, ut ſit intellectus: meo ſenſui diſplicebit. Sicut autem diſplice/bit ille qui me promittēte dubitauerit uenturum eſſe quod ſpondeo: ita iuſtus qui crediderit promiſſioni meæ uiuet in fide ſua. His quaſi lineis capituli huius pictura deſcripta eſt. Quđ autē dicit huiuſcemodi eſt, ita dūtaxat ut & tranſ/lationem Lxx. miſceamus: Scribe in corde tuo: & quaſi par uuli qui prima elemēta accipiunt literarum: curuos apices & trementem manum in buxo erudiunt: & ad recte ſcriben/

dum

Timo.6 Rom.12 1.Cor.14 Eſa.49 1.Ioh. Eſa.65.d 2.Cor.3.a Pro.3.a Eſa.1.d

A dum meditatione cõſuescunt: Ita tu quoq; qui ex persona ambigẽtis locutus es populi: in tabulis cordis tui & in buxo pectoris scribe quod dico. Visio enim est quæ promitti/tur subeturq; describi: & scribi manifestius ut nullo inuoluatur nubilo: & nullis ænigmatũ obscureꝫ ambagibus: manifesta spes manifestã habeat spõsionẽ. Hoc aũt oppheta præcipio: nõ qđ tu nescias (non enim esses propheta si ignorares): sed ut qđ tu manifestius scripseris, lector absq; impedimẽto & difficultate possit legere atq; percurrere: qđ Lxx. trãstulerũt ὅπως διώκῃ ὁ ἀναγινώσκων. i. ut pseqꝫ qui legit: iuxta illũ sen
1.Timo.6.c sum, q ad Timotheũ scribitur: Persequere iusticiã: & pietatẽ & fidẽ, charitatẽ, patiẽtiã, mansuetudinẽ: Et ad
Rom.12.c rhomanos: hospitalitatẽ sectãtes. Et ad co/
1.Cor.14.a rinthios: psequimini charitatẽ. Ipsa aũt uisio de q̃ tibi dixi: scribe uisionẽ & manifesta in buxo, ut possit p
B sequi qui legit: adhuc in tẽpore cõstituto est:
Esa.49.c de q̃ saluator ait: Tpe acceptabili exaudiui te: & in die salutis auxiliat⁹ sum tibi. Et orieꝫ in cõsumatione mũdi & in extrema diei hora: de qua loquiꝫ & io
1.Iob.2.c annes: Filioli nunc hora nouissima est. Et nõ frustra ueniet: saluabit enim multos: & cum reliquijs israelitici populi multitudinem gentium congregabit. Qđ si paululum se subtraxerit, & uotis tuis o lector qui legere iuberis in buxo & in tabulis quas ꝓpheta describsit, uenire tardius uisio cœperit: expecta eam: quia ueniens ueniet & nõ tardabit. Si autem dubitauerit fides tua & putaueris nõ uenire qđ spondeo: habebis pro grandi pœna qđ meæ animæ displicebis. Iustus aũt qui credit uerbis meis: & de his non ambigit quæ polliceor: habebit premiũ uitã sempiternã. Nec statim debes arguere uel in te interficiendo uel in illo uiuificando: qđ apud me acceptio ꝓsonarũ sit: qa ipse uiuificatiõis suæ causa est, q ex fide sua uiuit: sicut tu ex eo qđ te subtraxisti & credere noluisti, displicuisti animæ meæ. Manifeste autẽ in his de aduentu christi ꝓphetia est. Vnde & ꝓposita questio soluitur: qđ donec ille ueniat iniqtas dominetꝫ in mũdo, & iudiciũ nõ pueniat ad finẽ: & uerus nabuchodonosor capiat rete suo & sagena homines quasi pisciculos: & rõnabile aĩal q̃si reptile nõ habẽs principẽ. Porro qđ ꝓ uisione interpretati sumus: qa adhuc uisus ꝓcul: & si morã fecerit, expecta illũ. i. uisum: nõ putet aliqs errore decept⁹ ꝓ uisiõe quæ est generis fœminini, uisũ posuisse q est generis masculini, & min⁹ usitatũ est in latino: Si quidẽ חָזוֹן qđ Aquila interpretatur ὁραματισμὸν apud hebræos genere masculino uisus dicitur: & usq; ad finẽ sub eodem genere uisionis. i. uisus masculina declinatio conseruatur. Lxx. autem dicentes γράψον ὅρασιν. i. scribe uisionẽ, & postea, si defecerit sustine eum: quia ueniẽs ueniet & non tardabit: Si subtraxerit se, nõ placebit animæ meæ in eo: primũ interpretati sunt uisionem genere fœminino: quæ apud hebræos ut diximꝰ, generis masculini est: deinde scđm hebraicũ genus ubi declinatꝫ masculine, sustinebeũ, & nõ placebit aniæ meæ in eo: ipsi quoq; masculino genere declinauerunt: Cũ utiq; debuerint iuxta id qđ primũ interpretati sũt uisionẽ, etiã in reliquis fœmininũ genus ponere uisionis: ut diceret, expecta eã: qa ueniẽs ueniet: qđ si se subtraxerit, nõ placebit aniæ meæ in ea, id est in uisione. Hoc propterea ne qđ scieb amus uideremur tacere. Cæterꝫ nõ ignoro scđm interpretationem eorũ posse & ita accipi. Scribe uisionẽ in qua christus repromittitꝫ: & ꝓphetiæ tuæ uel in buxo uel in tabulis: uel ut Symmachus trãstulit paginis hunc texe sermonem: qđ tpe cõstituto & in cõsumatiõe mũdi ueniat filius meus q salues oues perditas domus israel: & alias q̃ oues antiquis ouibus copulet: & unũ efficiẽs gregem, iungat duas uirgas, q̃s Eçechiel. i. uirtꝰ dei, sociatas & sibi inuicẽ cohærentes tenet in ꝓphetali manu. Qđ si paululũ o ꝓpheta, uel tu populeꝫ (ex cuius psona dubitare uisus est & ꝓpheta meꝰ) se subtraxerit christus: & uisus fuerit retardare: expecta illũ: ueniens eñ ueniet & non tardabit & cætera quæ iã supra exposuimꝰ. Porro qđ Apls Lxx. magis testimonio abusus est ad rhomanos scribens: Iustus aũt ex fide mea uiuet: & non eo qđ habeꝫ in hebraico: causa ꝑspicua est. Scribebat eñ rhomanis q scripturas hebraicas nesciebãt: nec erat ei cura de uerbis, cum sensus esset in tuto: & damnũ ex eo præsens disputatio non haberet. Alioquin ubicũq; diuersus est sensus: & aliter scriptus est in hebraico: aliter in Lxx. nota eum his uti testimonijs quæ a Gamaliele doctore legis didicerat.

a HEB. Et quõ ũinũ potãtẽ decipit: sic erit uir supbus & nõ decorabitꝫ: qui dilatauit quasi infernꝰ animã suã: & ipse quasi mors & nõ adimpletꝫ. Et congregabit ad se omnes gentes: & coaceruabit ad se omnes populos. Nunqd non oẽs isti sup eum parabolã sument: & loquelã ænigmatũ eius: & dicetur: Væ ei q multiplicat non sua: usq; quo aggrauat cõtra se densum lutũ? nunqd non repente consurgẽt qui mordeant te: & suscitabunt la/cerãtes te: & eris in rapinã eis. Quia tu spoliasti gẽtes multas, spoliabunt te oẽs qui reliqui fuerint de populis: ꝓpter sanguinẽ hoĩs & iniqtatẽ terræ ciuitatis & omniũ habitãtium in ea. Væ qui

SEP. Qui autẽ arrogãs est & contẽptor, uir superbus, nihil perducit ad finẽ: qui dilatauit sicut infernꝰ animã suã: & iste quasi mors nõ adimpletꝫ: & congregabit ad se omnes gentes: & accipiet ad se oẽs populos: nõne uniuersa hæc aduersum eũ parabolã sument: & propositionẽ ad narrationẽ eius: & dicent: Væ q multiplicat sibi quæ non sũt sua: usq; quo aggrauat torquẽ suam grauiter: qa subito consurgent mordẽtes eum: & uigilabunt insidiatores tui: & eris in rapinã illis? Quia tu expoliasti gentes multas, expoliabũt te oẽs reliq populi: ꝓpter sanguinẽ hominũ & impietatis terræ, & ciuitatis, & oĩm habitatorũ eius. Q qui

C

D

Eçech.7.c יְחִזְקְאֵל

Rom.1.b

E totius orbis expolietur a reliquis populis: qui manū & crudelitatē illius euadere potuerunt. Hoc aūt ei fiet ꝓpter sanguinē hoīs. i. iudæ: & iniqtatē terræ, uidelicet iſrael: & ciuitatis: haud dubiū qn hierlm & oīm habitātiū in ea generaliter pplm significās. Discutiam⁹ & Lxx. Oīa quæ de babylone & nabuchodonosor diximus: referri possunt ad mundū istū, & ad diabolū: qui uere arrogās & supb⁹, & aliqd esse se credens, nihil producet ad finē. Si quidem conatus eius & omnis labor habebit interitū: qui in similitudinē inferni & mortis nō saturat occisis: & omniū gentiū deceptione lætat: & ad se pplos cōgregat. Qui cum eū uiderint missum in abyssum & tartaro traditum: ea quæ in ꝓphetis parabolicæ & αἰνιγματωδῶς legerant, uidētes esse completa: & interpretantes super eo, consona uoce memorabūt: Væ diabolo qui multiplicauit sibi nō sua: Væ ꝓdici quæ cōgregauit quæ nō pepit. Vsqꝙ: uel increpantiū est uox ista: uel iudicij diem demonstrantium. Et aggrauās torquē suā infinito pondere. Et pulchre qui arrogans & supbus est: Superbia autē proprie in extensione colli & ceruicis erectione monstratur: torques grauissima fit: ut curuet qd fuerat erectū. Et istud eueniet: quia subito consurgēt qui mordeāt eum: uel angeli cū quibus diabolus traditur in pœnā: uel qui ab eo tenti fuerāt, agētes postea pœnitentiā: & ad christi uexilla cōuersi, mordebūt eum: iuxta illud qd alibi dicit: Viri pacifici tui posuerunt insidias tibi.

F Denicꝙ sequit: Et euigilabūt insidiatores tui, id est quos ante consopieras, quos inebriaueras, illorꝝ insidijs subiacebis, uastantiū regnū tuū: & eos qui captiui fuerūt in christi turmas redigentiū. Tu em̄ deprædatus es gentes multas: & iudaicū populū, ornatu, & uestibus quas ei dederā spoliasti: id circo omnes reliqui populi, qui tuo imperio nō subiecerint ceruicem, spoliabūt te & nudū facient: Quia & tu interfecisti gentes plurimas & fudisti sanguinē eaꝝ. Sed & terræ impietas. i. iudaicæ & ciuitatis hierusalē, & omniū habitatorū eius: q dixerūt aduersū creatorē suū: Crucifige, crucifige eū: sanguis eius sup nos & sup filios nostros: reuertet in caput tuū & expoliatiōis tuæ causæ erūt. Potest autē hoc ipsum & de antichristo interpretari: qui intantū erit arrogans & superbus: ut in tēplo dei sessurus sit faciens se deum: Et quasi infernus & mors tantos interficiet, & ad se cōgregabit: ut si fieri possit decipiat etiā electos dei. Cōgregabit q̄q ad se oēs gentes, ut uniuersos populos in suū ducet errorē. Qui cum postea interfectū illum spiritu oris christi uiderint: intelligēt uera esse quæ de eo ante prædicta sunt: & dicent oīa quæ sequūtur: eadē intelligētia qua exposuimus sup diabolum, Qd aūt dicit, expoliabūt te oēs reliq populi ꝓpter sāguinē hominū & impietatē terræ: & ciuitatis & omniū habitantiū in ea. Reliquos populos sanctos intelligamus qui antichristo nō seruierūt: a quibus expoliabit impius ꝓpter impietatem quā exercuit in uniuersam terrā: & uastationē ciuitatis ecclesiæ, & psecutionē omniū qui habitauerūt in ea. Tanta em̄ uastitas & tanta impietas in fine rerū antichristo sæuiēte grassabit in ecclesijs: & multiplicata iniquitate multorū intantū refrigescet charitas: ut dns qui cordis arcana cognoscit: & qd futurū est nō ignorat dixerit: Putas ueniens filius hoīs inueniet fidē sup terrā? Possumus quoꝙ scdm Ioannē
1.Ioh.4.a apl'm q scribit: Sicut audistis qa antichrist⁹ ueniet: nūc aūt antichristi multi sūt: vñ & cognoscim⁹ qm̄ nouissima hora est. Oēs hæreticos & uniuersū dogma puersū arrogātiū sibi sciētiā: & simplicitatē ecclesiæ contēnētiū: q nihil producūt ad finē: sed delectant mortib⁹ plurimorū: arrogātes & supbos

HEB. Væ qui congregat auariciā malā domui suæ ut sit in excelso nidus ei⁹: & liberari se putat de manu mali: cogitasti confusionem domui tuæ: concidisti populos multos: & peccauit anima tua: quia lapis de pariete clamabit: & lignū qd inter iuncturas ædificiorꝝ est respōdebit. Væ qui

SEP. O qui multiplicat auariciam malam domui suæ, ut ponat in excelso nidum suum: & eruatur de manu malorum: cogitasti confusionē domui tuæ: cōsumpsisti populos multos: & peccauit anima tua: propter quod lapis de pariete clamabit: & scarabeus de ligno loquetur ea. Væ qui

G A liqui populi ecclesiasti ci uidelicet uiri qui nō fuerint eorū errore decepti, subito cōsurgēt & euigilabūt: quasi de graui somno, & mordebunt eos & insidiabunt illis & habebūt eos in prædā. Quidā putāt hoc qd dicitur: Væ qui multiplicāt sibi quæ nō sunt sua: & cætera de diuitib⁹ posse accipi: qui possessiones terminos dilatant: & ea quæ nō sunt hominis, hoīs arbitrātes, cōgregāt sibi: a qbus subito relinquent. Qd autē nō sit hoīs, id est animalis rōnabilis terrena possessio: & dns demonstrat dicēs: Si in alieno nō fuistis fideles: qd uestrū est qs dabit uobis? totūqꝙ capi textū sup hac psona edisserunt. Sed nescio an possent questiōes & solutiones ꝓpheticæ ordinē seruare. Luc.16.c

a Væ qui congregat auariciā malā ⁊c. Ad huc ad ipsum sermo est q sibi coaceruet mala, & diuitiarꝝ multitudinē nō intelligat causam esse ruinæ suæ domus: simulqꝙ per metaphorā supbiæ arguitur: qd ad auiū similitudinē in excelso posuerit nidū suū: & arbitratus sit erui se de manu mali, id est nunqꝙ uenire in hostiū potestatē: qd supbiæ consiliū & arrogans cogitatio, finē habuit ignominiā. Interfecisti populos multos: & in alijs occidēdis cōtra animā tuā desæuisti: & in tāta crudelitate bacchat⁹ es: ut si dici pōt: lapides ciuitatis & ligna parietū q̄s subuertisti tuā ferociā clamitēt. Tale qd & dns i euāgelio cōtra pharisæos obiurgātes: q̄re nō icreparet pueros acclamātes sibi: Osanna in excelsis filio dauid: Bñdictus q uenit in noīe dñi: osanna in excelsis. Nō legistis inqt qa scriptū est: Ex ore infantiū & lactētiū pfecisti laudē? H Matth.21.b pā.8.a Et si isti tacuerint lapides clamabūt. Licet em̄ plericꝙ ita intelligēdū putēt: si iudæi tacuerint, mltitudo me gētiū cōfitebit: tñ hæc est expressior & uerior intelligentia: etiā si hoīes tacerēt, & signorꝝ meorꝝ multitudinē lingua inuidēs nō loq̄tur: tñ lapides ipsi & fundamenta murorū & parietū ædificatio, meā poterunt magnitudinē psonare. Qd ut significantius fiat: ponamus literaturæ quoꝙ sæcularis exemplā. Crispus loquit in historia: Sagūtini fide atqꝙ erūnis inclyti p morta liū studiū maiores q̄ opibus: qppe qs etiā tū semiruta mœnia, domus intectæ, parietesqꝙ tēplorū ambusti, manus punicas ostētabāt. Simile qd & Tullius ad cæsarē pro Marcello: Parietes mediusfidius. C. Cæsar (ut mihi uidet) huius curiæ tibi grās agere gestiūt: qd breui tpe futura sit illa auctoritas in his maiorū suorū & suis sedibus. Porro qd nos interpretati sumus: & lignū qd inter iūcturas ædificiorū est rñdebit. Philip.b Pro q̄ Lxx. posuerūt καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά. i. & scarabe⁹ de ligno loquet ea: manifestius more suo transtulit Symmachus καὶ σωσθεσμὸς οἰκοδομῆς ξύλινος ἀποφθέγξεται αὐτά. i. iūctura ædificij lignea loquet ea: Theodotio quoꝙ καὶ σωσθεσμὸς ξύλου φθέγξεται αὐτά, nec nō & Quinta æditio καὶ σωσθεσμὸς ξύλου φθέγξεται αὐτά, quæ & ipse iterpretatiōes cū Symmachi & nr̄a iterpretatiōe cōcordāt: qd em̄ lingua hebraica dicit בְּדִיס lignū significat: qd ad cōtinēdos parietes in medio structuræ ponit: & uulgo apud græcos appellat ἐμάνλωσις. Hoc est ergo iuxta historiā qd ꝓphetal⁹ mo significat: lapides parietū q a te destructi sūt: & ligna eorꝝ ābusta tuā crudelitatē sonabūt. Repi exceptis qnqꝙ æditiōib⁹. i. Aqlæ, Symmachi. Lxx. & Theodotionis, & qntæ in duodecī ꝓphetis: & duas alias æditiōes: In q̄bꝝ una scriptū est: qa lapis de pariete clamauit Matth.21.a

quasi

A quasi uermis in ligno loquẽs: & in altera: lapis eñ de pariete uociferabit & σκώληξ de ligno loquet ea. Sed & Aqla aliud quidda quã nos diximus posuit καὶ μάζα, id est & massa de ligno respondebit. Quorũ interpretatio quid sibi uelit, in Lxx. trãslatorũ expositiõe dicemus: in qbus ꝓ, uæ, o, positum est: & dirigit sermo uel ad diabolũ, uel ad antichristũ, uel ad hæreticos: qui multiplicãt sibi auariciã mala. Mala aũt dicit auaricia ad distinctionem bonæ: ut sit bona auaricia doctoris ecclesiastici: qui nunq̃ satiat multitudine sectatorũ: & quãto plures habuerit discipulos: tãto magis ad doctrinæ studiũ concitet. Væ ergo ei qui multiplicat sibi auariciã pessimam: ut congreget domui suæ conuenticula peruersa: & ponat in alto nidum suũ, ut eruat de manu malorũ. Pollicent eñ & diabolus & antichristus & hæretici, eos q suũ dogma suscipiãt fore in cœlestib⁹ possessuros regna cœlorum: gehẽnæ incendia non sensuros. Et cum hæc repromiserint, consiliũ ipsorum ad perfectum uenire non poterit: sed erit consiliũ confusionis & ignominiæ domus eorũ: postq̃ quæ fuerãt repromissa, falsa ipse rerum finis ostenderit: tunc probabitur confusionis esse consiliũ non salutis. Iste ut diximus peruersitatis doctor cõsumpsit populos multos: & quanto plures habuit in comitatu suo: tanto magis deliquit cõtra animã suã. Denicp̃ ecclesiæ eius lapides & κάνθαρος .i. scarabeus de ligno clamabũt contra auariciam superbi: eo qd oẽs gentes sua persuasione decepit. Lapides, stolida corda credẽtiũ doctrinis hæreticorũ possumus intelligere: & scarabeũ de ligno, magistros q̃sq̃ puersos: qui turpis lucri gratia assumẽtes prædicationẽ crucis loquũtur ex utero. Deus eñ eorum uenter est: & omnia ciborũ causa faciunt qui rediguñ in stercus: qa scarabeus uel cantharus uermis est stercoris: & ad hoc tantũ assumũt crucẽ: ut auariciã & supbiã magistri sui diaboli doceant ore uipereo. Si quãdo uideris hæreticorũ quẽpiã, quasi recondita & occulta mysteria cõtra ecclesiã loqui: & domũ diaboli domui præferre christi: dicito: Lapis de pariete clamat & cãtharus de ligno loquit. Legi in cuiusdã uolumine ꝓpterea cantharũ sup hæreticis intelligi: qa dogmata habeant stercori comparanda. Vnde & Apostolus: doctrinæ ueteris errorem dicit se reputasse in scybala, id est in stercora. Non qd lex uetus, ut manichei arbitrantur ad comparationẽ euangelij scybala computetur: qd impium est dicere: cum unius dei utrũq̃ sit testamentũ: Sed qd doctrinæ pharisæorum & præcepta hominũ & deuterosis iudæorum stercora dicantur ab Apostolo. Scio quendã de fratribus, lapidem qui de pariete clamauerit intellexisse dominũ saluatorem: & scarabeum de ligno loquentem, latronem qui dominũ blasphemauerit: qd licet pie possit intelligi: tamen quomodo cum uniuerso prophetiæ contextu possit aptari nõ inuenio. Sunt nõnulli qui putẽt cantharũ de ligno loquentẽ, & ad saluatoris personã referri posse: qd impiũ esse, ex ordine ipso sermonis apparet. Cantharus enim de ligno loquetur ea: non intelligit in bonam sed in malã partẽ: id est loquit auariciam pessimã multiplicantis aduersus domũ suã, & confusionẽ diaboli, & cætera quæ de iniquitate eius & scelere præcesserũt. Qd aũt ait Aquila, & massa de ligno respondebit. Massam referimus ad illum sensum quẽ dñs posuit in euãgelio: Cauete uobis a fermento pharisæorũ. Cũq̃ dubitarẽt apostoli: & quid nam esset scire nõ possent: euangelista interpretatus est dicens: Dixerat aũt eis de doctrina pharisæorũ. Recte igitur doctrina hæreticorũ de ligno loquitur: aliter eñ persuadere non possunt, nisi gloriam ligni suæ peruersitati præferãt. Necnon & illud qd dixeramus: Quia lapis de pariete clamabit, sicut uermis in ligno loquẽs: uel lapis de pariete uociferabitur & σκώληξ de ligno loquetur ea: Quidam e nostris uermem in ligno loquentẽ illũ esse aiunt qui dicit in psalmo: Ego autẽ sum uermis & non homo: & auẽ uocalẽ ad eiusdẽ psonam referũt, qui ait: Factus sum quasi passer solitarius in tecto: & cætera his similia. a Cæterũ qui ædificat ciuitatẽ in sanguinibus &c. Nulli dubiũ est quin iuxta literam adhuc cõtra nabucho donosor loquatur sermo ppheticus: Et plãgat eum qd ædificet babylonem in sanguinibus: & plurimorum ruinis ac mortibus illius mœnia construat. Qui qa hoc fecerit urbi quã in sãguinib⁹ cõstruxerat, postea quæ a dño inferañ auscultat: Sequit eñ: Nunquid non hæc a dño sunt exercituũ, id est quæ dicunt. Laborabũt ppli in multo igne & gẽtes in uacuũ, id est incensa babylone, frustra ppli laborabũt & nitent in nihilũ: & deficiẽt populi gẽtis chaldaicæ: Quia replebit terra ut cognoscat gloriã dñi, id est cũ babylon fuerit euersa: manifesta fiet oñibus potẽtia ẏtutis dei q̃si aquæ operiẽtes mare: sic glia dñi i terra uniuersa cõplebit, sicut aquæ alucũ & fundũ cõtegũt maris. Hæc ut diximus iuxta literã. Cæterũ pspicuũ est qd & diabol⁹ & antichristus & hæreticorũ p uersa doctrina ædificẽt ciuitatẽ in sanguinib⁹. i. ecclesiã suã in eorũ q̃s decœperũt interitu: & præparent urbẽ in iniqtatibus: loquẽtes cõtra deũ iniqtatẽ & ponẽtes i excelso os suũ. Qd cũ fecerint manifeste oñdit: qa ex semetipsis ædificẽt ciuitatẽ in sanguinib⁹: & præparẽt eã in iniqtatib⁹: Sequit eñ: Nõ sũt hæc a dño oñipotẽte. i. talis ædificatio nõ est a dño sabaoth: quẽ nũc Lxx. interpretati sunt omnipotentẽ. Deficiẽt eñ multi populi: & q̃uis infinitæ gẽtes in eorũ ducãt errorẽ: tñ uel lassabũt, qd magis significat ὀλιγοψυχήσαι: uel certe coartabunt in angustũ: & ecclesiæ multitudini nõ poterũt cõpari. Illis qppe i igne deficiẽtib⁹, qd sentit: aut diaboli principis sui igne consũptis: aut certe succẽsis igne dñi: de quo ait: Ignem ueni mittere super terram: & quẽ uolo ut ardeat: & de priore cursu retractis & agentibus pœnitentiã, & cœptũ iter deserentibus, qd sonat, ὀλιγοψυχία, replebitur uniuersa terra gloria domini: qñ ad prædicationẽ apostolorum in uniuersum orbem exierit sonus eorum: sicut aquæ operiẽtes marc, id est ut omnẽ salsuginem & amaritudinem sæculi, quã terra biberat, pluente desuper diabolo, aquæ dñi operiãt: & efficiãt maris locũ, & amaritudinis pristinæ non apparere. Vnde & in psalmo dicit: Beati quorũ remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Põt autẽ quãq̃ non conueniat ordini lectionis: nec ad præsentẽ scripturæ textum faciat: & super hieruſalem intelligi ciuitatem plenam sanguine prophetarũ: de qua scriptura cõmorat, qd redũdauerit in ea sctõrũ sanguis a porta usq̃ ad portã. Et quæ dicit in dñi passione: Sanguis eius sup nos & super filios nostros: Et ad quã deus loquit in Esaia: Cum leuaueritis manus ad me, nõ exaudiam uos: Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Hæc ædificata est in iniquitatibus: in qua iuxta eũdem ꝓphetam iusticia dormiuit. Nec est ædificatio eius a dño sabaoth. Vnde & defecerũt populi multi in igne: & gentes multæ lassatæ sunt eo tempore quo Vespasiani & Titi circũdata est exercitibus: & ad diẽ solẽnẽ paschæ uenientes, urbe quasi carcere sunt recluſi: & fame & penuria defecerũt: & usq̃ ad extremas ruinas hadriani eos ꝓduxit obsidio. Subuersa autem ciuitate sanguinũ: & urbe iniqtatũ: & populis igne cõsumptis: & gẽtibus quæ ad auxiliũ eorũ uenerãt, huc illucq̃ dispsis: & dimittẽtibus lassas man⁹, repleta est uniuersa terra gloria christi: & q̃si aqs, ita sermonibus & doctrina ei⁹ uniuersus mũdus cooptus est.

SEP. Væ qui ædificat ciuitatẽ in sanguinibus: & præparat urbẽ in iniqtatibus: nõne hæc sunt a dño oñi potẽte? & defecerũt populi multi in igne & gentes mltæ coanguſtatæ sũt: qa replebitur terra ut cognoſcat gloriam domini quasi aquã ad operiẽdũ maria.

a HEB: Væ qui ædificat ciuitatẽ in sanguinibus & præparat urbẽ in iniqtate: nũquid non hæc sunt a dño exercituum: laborabunt enim populi in mlto igne: & gentes in uacuum: & deficient: quia replebitur terra ut cognoſcãt gloriã dñi q̃si aquæ operiẽtes mare.

Væ qui

Væ qui

Ps. 21. b
Ibi. 101. b

Philip. 3. b

Matth. 16. a

Luc. 12. f

Ps. 31.

Matth. 23. c

Ibi. 27. c

Esa. 1. d

Ibidem, f.

E a Ve qui potum dat amico suo ꝛc. Pro subuersione turbida: Symmachus interpretatus est καὶ ἀφιῶν ἀκρίτως τὸν θυμὸν ἑαυτοῦ, id est & emittēs absq; iudicio furorem suum. Theodotio ἀποχύσεως σου, quod interpretatur, diffusione tua. Quinta æditio ἐξ ἀπροσδοκήτου ἀναιρετῆς τῆς ὀργῆς σου, qđ significat de subuersione insperata iræ tuæ. Aquila ἐξ ἐκπέμψεως χόλου σου qđ possumus uertere de emissiõe furoris tui. In alia æditione reperi ὀυαὶ τῷ ποτίζοντι τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ ἀέλλην πεμένην, qđ ipsum in lingua nostra sonat Væ qui potū dat amico suo, turbinē uolantē. Sed & alibi translatum legi: Væ qui potū dat ꝓximo suo ἕκσαισιν ὀχλουμένην, id est amentiã turbidã. Hoc ꝓpterea ut uerbū hebraicum מְסַפָּח qđ transtulerūt Lxx. ἀναστροπήν. i. subuersionē sciri possit q̄nta apud omnes æditiones uarietate discordet. Igit̄ adhuc contra nabuchodonosor inuectio est: qđ oblitus cõditionis suæ, & quasi ignorans se esse hominē, alteri homini fel & amaritudinem ꝓpinarit. Possumus autem eum uel regem intelligere iudææ: uel generaliter omnes homines: qđ inebriauerit eos malis, ut uideret Sedechiæ & captiuorum omnium nuditatem. Pro quo interpretatus est Symmachus & Quinta æditio, ut uideret ignominias eorꝝ. Dicuntur autem hæc per metaphoram ebrij hominis, & nudita-

a HEB. Væ q̄ui potum dat amico suo, mittens fel suū & inebriās: ut aspiciat nuditatem eius. Repletus est ignominia pro gloria: bibe tu quoq; & consopire: circūdabit te calix dexteræ domini: & uomitus ignominiæ super gloriam tuam: quia iniquitas libani operiet te: & uastitas iumētorū deterrebit eos: de sanguinib⁹ hominū & iniqtate terræ & ciuitatis & omniū habitātiū in ea.

quid ꝓdest

SEP. Væ qui ꝓpinat proximo suo subuersione turbida: & iebriās ut aspiciat in spelūcis eorū: saturitatē ignominiæ de gloria: bibe tu & cōmouere: circūdedit te calix dexteræ dñi: & cō-

G gregata est ignominia super gloriam tuam: quia impietas libani operiet te: & miseria bestiarum terrebit te: propter sanguinem hominum: & impietates terræ & ciuitatis: & omniū habitantiū in ea.

quid ꝓdest

tem turbati: qđ nabuchodonosor omnes inebriauerit calice furoris sui: cunctosq; expoliatos uiderit & captiuos: & illi q quondã glorioſi fuerãt in ultimã redacti sint seruitutē: hoc em̄ est qđ ait: Repletus est ignominia ꝓ gloria: ut subaudiat amicus & proximus siue consors regni qui tuū o nabuchodonosor calicē bibit. Vnde quia inebriasti plurimos: tu q̄q; bibe de calice dñi & cōsopire, circūdaberis supplicijs dexteræ dñi: & cū ignominia uomitus tui omnia quæ absorbueras egeres: & de sublimi gloria ad ultima deduceris mala: Quia iniquitas libani operiet te: superbia inquit tua & euersio templi: & rapina sanctuarij te depopulabit̄ atq; uastabit. Et quia semel nominauerat montem libanum: sub eiusdem trãslatione uictimas & sacrificia uel certe multitudinem populorum quæ interfecta est hierusalem: animalibus uel bestijs comparat: dicēs: Et uastitas animaliū opprimet te. Hoc autem omne patieris: quia uastasti iudam: subuertisti terrã repromissionis: & ciuitatem hierusalē omnesq; habitatores eius. Audiui liddæ quendã de hebræis, qui sapiens apud illos, & δευτερότης uocabatur: narrantē huiusmodi fabulam. Sedechias inquit a nabuchodonosor rege cæcatus in reblatha, hoc est antiochiæ: uarijsq; irrisus modis: ductus est babylonē: Vbi cum quadam die nabuchodonosor conuiuij festa celebraret, iussit ei dare potionem: qua hausta uenter potantis solueretur in fluxum: ac subito introductū ante ora epulantiū, cōpulsumq; ui uentris pollutū esse sterco-

4.Re.25.b
Hiere.39.b

re: & hoc esse qđ nunc hic scriptura dicat: Væ qui potum dat amico suo: mittens fel suum & inebrians: ut aspiciat nuditatem eius & ignominiã pro gloria: qđ scilicet ille qui rex potētissim⁹ fuerat ad tale dedecus ꝓ eū sit deductus. Vñ & cōminatur ei deus qđ & ipse bibiturus sit huiusmodi potionem: & passurus oīa quæ passus est sedechias: Hoc q̄q; ridiculum sit, me tacente cognoscitis. Si em̄ qđ sequitur: Bibe tu quoq; & cōsopire: & circūdabit te calix dexteræ domini: & uomitus ignominiæ super gloriam tuam: non de calice intelligunt sed de malis quæ bibiturus est nabuchodonosor: ergo & ille calix quo sedechiæ propinatum est, mala sunt intelligenda: non ut illi uolunt καθαρτικὸν. Sin autem dicunt uere factum & temperatam huiusmodi potionem: ut supra retuli: ergo & calix iste quem bibiturus est nabuchodonosor καθαρτικῶ extimandus est plenus: ut deus sabaoth & domin⁹ omnipotēs pro uindicta magna nabuchodonosor propinet καθαρτικὸν, & faciat eū suo stercore pollui. Hoc aduersus iudaicã traditionem. Veniamus autem ad intelligentiam spiritualem. Væ tibi diabole siue antichriste: uel heretico-

Ps.74.

rum dogma peruersum: q doctrinis tuis & potione turbida inebrias populos deceptorum: & subuertis priorem fidem: dans eis potionem: non de siloa, non de iorda-ne: non de fontibus israel: sed de torrente cedron, & de flumine ægypti: de quo Hiere-

Hiere.2.d

mias dicit: Quid tibi & uiæ ægypti: ut bibas aquam geon: pro quo in hebræo scriptū est שִׁיחוֹר, id est turbidã atq; cœnosam: quãuis em̄ de paradiso scripturarum flumina ægypti exire credantur: Tamen quia conculcantur pedibus pharaonis, perdiderūt splendorem suum: & uiolata luto ægyptio, uersa sunt in torrentes: de quibus sanctus qđ euaserit gratulatur: Torrētem pertransiuit anima nostra. Qđ si quis opposuerit torrentē corath: de quo bibit helias: & torrentem alium de quo dominus bibit in uia; Ita enim scriptum est: De torrente in uia bibet. Hoc dicendum: quia quicūq; in ægypto fuerit: & in uia huius sæculi: q̄uis Moyses & Aaron: q̄uis hieremias sit & helias: tamen necesse est eum de tēptationibus ægypti & solitudinis bibere. Vnde & domini sermo qui ob hoc carnem assumpserat ut biberet de torrente: consyderans maiestatem suã dixit: Pater si possibile est transeat calix iste a me. Rursum uidens se esse in ægypto & aquas non posse mundari nisi ipse potasset, ait: Verũtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Hæc propterea: quia diabolus subuersiõe & poculo turbido: ac peruersis quibusq; doctrinis inebriet proximos, id est rationale animal: & faciat eos quos deceperit respicere ad spelūcas suas: Ecclesiæ enim dogmata libera sunt: die gratulantur & lumine. Qui autē inebriantur, nocte inebriantur: & qui eos inebriant nō ducunt in atria domini: quæ nulla tectorum præmũtur umbra: sed in spelun cas. Fecerunt enim domum patris quæ fuerat domus ora-

Psa.125.a
H
3.Re.17.a
Psa.109.a

Matth.27.d

tionis spelūcas latronum: pollicentes initiationes quasdã & mysteria: & recondita solumq; hæreticis nota secreta: de quibus loquitur & Esaias: Et manu facta omnia abscondent: inferentes in spelūcas & in scissuras petrarum & foramina terræ Non ingrediamur ergo in spelūcas hæreticorum nec absc̄ondamur ibi, ubi impius saul stercora doctri-

Matth.21.b
Esa.2.d
1.Re.24.a

narum suarum egerere consueuit: sed magis ascēdamus ad spelūcam excelsam montis sina: ubi & helias uidit dominum: & moyses posteriora eius ante conspexit: Et esaias de dño clamitans: Hic habitabit ait in spelūca excelsa. Si quis autem non habet poculum turbidum & doctrinam hæreticam: & magister ecclesiæ est: & omnia facit turpis lucri gratia: & uēdit colūbas in templo: hoc est dona sancti spiritus: & in cathedra sacerdotali liberas suffocat aures: iste non fa-

5.Re.19.b
Exo.33.d
Esa.32.d

cit quidem domum orationis spelūcam latronum: sed facit domū patris domū negociationis. Post hæc sequitur: Saturitatem ignominiæ pro gloria bibe tu & cōmouere: id est o diabole: o dogma ꝓuersum: o hæretice q̄ te putabas calicē

Dañ a

esse

A esse aureū quo inebriant omnes gentes, ut uiderent spelun/cas & secreta tua: pro gloriæ magnitudine, replere saturitate ignominiæ: & reputare in uas fictile opa manuū figuli: bibe
ps.74.b & tu de calice dñi: de q̄ in psalmo dicit: Calix in manu dñi, uini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in illud: uerūta/men fex eius non est exinanita. Et a priori sententia cōmouere, & noli putare firma esse & stabilia in qbus pri/mū stare cupiebas: qa circūdedit te calix de/xteræ dñi. Porro quia ꝓpinasti ꝓximo tuo subuersione turbida: congregabit ignomi/nia sup te: & sup glo/riā tuā, quā primū te habere credebas: istud q̄ patieris, quia impie/tas libani operiet te: scd̄m illud q̄ dicitur: Et oratio ei⁹ fiat in pec/catū. Libanus em̄ mōs iuxta græcum sermo/nē ὁμώνυμος est thuri: thus aūt σύμβολον est spiritalis thymiamatis q̄d est cultus dei. Idcir/co hæreticorū puersa oratio & non euange/lica simplicitate directa, eis uertetur in peccatū: & impietas
B cultus dei operiet eos. Vñ sequit̄: Et miseria bestiarū terre/bit te ꝓpter sanguinē hominū: & impietates terræ & ciuita/tis & omniū habitātiū in ea. Et est sensus: Eos q̄s tuis frau/dibus decepisti, & de quibus christi fecisti esse bestias tuas: cū uideris in miseria, & p̄ errore sustinere supplicia: tūc terre/beris, tūc iacebis. Ac ne arbitreris me qa libanū & eius be/stias nominaui, de brutis aīalibus & nō de hominibus lo/qui: manifestius tibi dico: Sustinebis hæc: quia multorū ho/minū fudisti sanguinē, q̄s deo perire fecisti: Et exercuisti im/pietatē in terra uiuentiū, in terra māsuetorū: & impietas tua in ciuitate quoq; dñi desæuit, id est in ecclesia eius: multosq; qui habitabāt in ea, impietatis tuæ fecisti esse ꝓticipes. Hoc sub persona hæreticorū dictū sit. Cæterū si uolumus de an/tichristo intelligere, siue de diabolo qui opaturus est in anti/christo: Et iste calice suo q̄ christi cupiet subuertere discipli/nā, inebriabit plurimos ut ebrij ingrediant̄ spelūcas ei⁹: sed postq̄ finis aduenerit, ꝓ ea gloria qua se magnificauerat, im/plebit̄ ignominia. Implebit̄ autē quia bibet suppliciorū ca/licem, & cōmouebit̄: nequaq̄ firmus in malicia sua, sed tre/pidus & sero pœnitens: Circūdabit em̄ eum calix dexteræ dñi: qui est dñs atq; saluator, qñ interfecerit eū spiritu oris sui, & destruxerit illuminatione aduentus sui. Tunc omnis ignominia quā sibi cogitationibus, factis, sermonibus, con/gregauit, ueniet sup gloriā eius: ut quantū ante putabatur inclytus: tantū postea ignominia plenus sit: Blasphemauit em̄ in deum, & impietas quā exercuit in libano operiet eū: & multorum hominū furor qui aduersum dei ecclesiā de/bacchati sunt, ipsi imputabit̄: nec poterit eleuare ceruicē, sed terrore deprimetur in terrā. Multos em̄ homines interfecit: & totū orbē. i. ecclesiā christi & habitatores eius, sua impie/tate uastauit. Sciendū igitur & hoc capitulū q̄d nunc expo/suimus, id est: Væ qui potū dat proximo suo subuersione turbida: & priora tria in quibus dictū est: Væ qui multipli/cat sibi quæ non sunt sua. Et: Væ q congregat auaricia ma/lam domui suæ. Et: Væ q ædificat ciuitatē in sanguinib⁹: & iuxta historiā, & iuxta anagogē uel aduersum nabuchodo/nosor, uel aduersus diabolū & antichristū & hæreticos pos/se equaliter accipi. a ¶ Quid prodest sculptile ⁊c. Conse/quēter supioribus de nabuchodonosor dicitur: q̄d fabrica
Dañ.3.a tus sit statuā idoli bel: & posuerit eam in cāpo δκρᾶ: siue ut in hebræo scriptū est דּוּרָא sup quo plenius in Daniele le


gimus. Miratur itaq; scriptura regis amentiam & stulticiā: C
quia ipse iusserit statuam aureā fieri: & fictor confidat in si/mulachro q̄d finxit: q̄d quidē possumus & generaliter con/tra oēs idolorum accipere cultores. Nec putemus unum esse q̄d sculpitur & conflatur: Sculpturā quippe possumus in lapidibus & in mar/moribus accipe. Con/flatura uero in his me/tallis intelligitur quæ solui possunt atq; con/flari: Verbi gratia, au/ro, argento, ære, plum/bo, stagnoq;. Hoc di/ctū sit ut iuxta tropo/logiā scire possumus quid sit inter sculptile atq; conflatile. Legi/mus ī deuteronomio Maledictus omnis q̄ Deu.27.c
fecerit sculptile & con/flatile op⁹ manuū arti/ficis: & posuerit illud in abscōdito. Sculptile atq; cōflatile reor dog/mata esse puersa: quæ ab his a quibus facta sunt adorantur. Vide Arium sculpsisse sibi idolū creaturæ, & ado/rasse q̄d sculpsit. Cer/ne Eunomiū cōflasse
imaginē falsam: & conflationi suæ curuare ceruicē. Signan/terq; scriptura: Et ponet inquit illud in abscondito: Habent enim & ipsi orgia sua: & quasi, ꝓ perfectis quibusq; discipu/lis tradunt abscondita sacramenta: quæ si ad lucem proce/serint, statim q̄d ficta sunt arguuntur. Nihil igitur eis pro/derit sculptura & conflatio sua. Sculptura quæ refertur ad lapides: in his dogmatibus intelligitur quæ stulticiam pri/ma fronte demonstrant: Conflatio est ibi, ubi aliqua uide/tur esse ratio sapientiæ secularis: & ueluti quodam auro ita disciplinis philosophorum & splendore eloquentiæ ido/lum conflatum est. Nihil ergo proderit figmentum fictori suo. Et mutum surdumq; simulachrum adoratorem suum audire non poterit. Si quando uideris aliquem nolle crede/re ueritati: & ostensa suorum dogmatum falsitate in cœpto studio perseuerare: congrue poteris dicere: Sperat in figmē/to suo: & facit simulachra muta uel surda: κωφά quippe apud græcos utrumq; significat: quāq; Symmachus ἄλαλα in/terpretans, muta magis uideatur intellexisse q̄ surda. Nec moueat quēpiam illud ἰδίωμα scripturarum: de quo sæ/pe diximus: Quis putas fidelis & sapiens dispensator? Et Luc.12.e
in alio loco: Quis sapiēs & itelligit hæc? eo q̄d quis uel q̄d ps.106.d
pro raro accipiatur: cum possumus & de alio loco pro im/possibili hoc ipsum accipere: Quis nos sepabit a charitate Rom.8.g
christi: tribulatio, an angustia, & cætera. Et de præsenti capi/tulo: Quid prodest sculptile quia sculpsit illud fictor suus? In utroq; enim impossibilitas demonstratur: q̄d nec apo/stoli charitatem ulla tribulatio & angustia diuidere possit a christo: nec in idolis sit ulla utilitas. b ¶ Væ qui dicit ligno expergiscere: surge lapidi tacenti ⁊c. Et hoc similiter uel ad/uersum nabuchodonosor uel aduersum omnes qui uene/rātur idola accipi potest. Et describitur error humanus, q̄d argentum, aurum, gemmas & sericum: quibus uel obuo/luta, uel operta sunt idola, præ fulgore materiæ deos existi/mant: cum formam quidem potuerit artifex dare: animam autem quibus uegetantur artus nequiuerit. Et econtrario ps.10.a
dominus dicitur in templo sancto tuo: non in templo ma/nufacto: sed uel in cœlis uel in unoquoq; sanctorum: iuxta 1.Cor.3.c
Apostolum dicentem: An nescitis quoniam templum dei estis: & spiritus dei habitat in uobis? Et alibi: Corpora ue/stra templum dei sunt. Vel in filio sicut ipse ait: Pater in me Ibi.6.b
manēs, ipse facit opa. Aut certe iuxta illud: q̄d cœlos & ter/ras, & maria, & uniuersum mundum: Spiritus intus alit: Ioh.14.e
totamq;

E totamq; infusa per artus: Mens agitat molem, & magno se corpore miscet: mundus omnis qui cœlo constat & terra & cœlorum circulis clauditur, dei domus esse perhibet. Vñ
Actū.17.f & Aplūs cōfidēter: In ipso eī ait, uiuimus & mouemur & sumus. Q̄d si quis opposuerit: quō spiritus in idolis nō esse dicat: cū omnibus simulachris assideant īmundi spiritus? Discat scripturæ sanctæ cōsuetudinē, nunq; spūm puersum absolute, sed cū additamēto aliquo spiritū nuncupari: sicut
Osee.4.c ibi: Spiritu fornicationis seducti sunt. Et in euāgelio: Cum
Luc.11.c autē spūs īmundus exierit de homine: & cætera his similia. Spiritus autem ubicūq; solus & absolute sine aliquo addi/tamento legitur: semp refertur ad bonā partē, id est ad spiri/
Gal.6.b tūsanctū: ut est illud Aplī: Qui seminat in spiritu, de spiritu
Ibidem.5.d metet uitā æternā. Et alibi: Fructus autē spūs est: charitas,
Ibidem.c gaudiū, pax. Et in alio loco: Spiritu ambulate, & desyderia carnis nō pficietis. Neq; hoc dicimus q̄d nō & spūsctūs cū additamēto ponat: Vocat eī & spūssanctus, & spūs princi/palis, & spiritus rectus, & spūs dei: & cætera his similia: sed q̄d spūssanctus & cum additamento & solus sæpe ponatur: spūs autē puersus nusq; nisi cū additamēto lectus sit. Sed & illud dici pōt, si quis cōtentiose spiritū puersum in hoc lo/co uoluerit accipe: q̄d aliud sit: Omis spiritus nō est in eo: Aliud si dixisset: omnis spūs nō est circa eum. Potest enim assidere simulachris: cæterū intrinsecus esse non potest. Vñ & Aquila significantius uertit hebraicū dicēs: Et spūs eius nō est in uisceribus, siue in medio eius. Præterea sciendum G
in quibusdā hebraicis uoluminibus nō esse additū, omnis: sed absolute, spiritū legi. Q̄d si quis rōne supatus in bonā partē accepit spiritū & quæsierit: cur cū de spūsancto dictū sit, cū additamēto legat: Et omis spūs nō ē in eo? Sciat oēm spiritum diuersas gratias intelligi spūssancti: ut sit sensus: Nihil in se gratiæ, nihil poterit habere uirtutis. Q̄d q̄dē & iuxta tropologiā magis intelligit: q̄d in uniuersis idolis hæreticorum & figmētis diaboli, nulla sit gratia spūssancti: sed imaginē diuinitatis & pulchritudinē dogmatū præferre uideātur: cū in illis nihil spirās sit & uitale. Dicamus & illud ne lectorē uideamur celasse q̄d nouimus: spiritū & uentum apud hebræos eodē appellari uocabulo. i. רוּחַ: & p sensu loci, uel spūm accipi solere, uel uentū. Ergo & in hoc loco, spiritū uel pro uento accipe possumus, q̄d nihil spiret in idolis: uel pro aīa q̄d simulachra inanimātia sint. Q̄d autē spūs accipiat pro aīa, manifeste significat saluatoris oratio: Pater Luc.23.f
in manus tuas cōmendo spiritū meū. Neq; eī iesus aut per uersum spiritū: q̄d cogitare quoq; nefas est: aut spiritūsctūm qui & ipse deus est, patri poterat cōmendare: & non potius animā suā: de qua dixerat: Tristis est aīa mea usq; ad mortem: & nemo potest eripere animam meam a me: sed uoluntate mea depono animā meā: & spōte mea rursū assumo eā.

¶Cōmentarij primi in Habacuc prophetā finis.

¶DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM SECVNDVM HABACVC AD CHROMATIVM EPISCOPVM

¶PROEMIVM

F  Alterū mi Chromati papa uenerabilis in Habacuc librū scribimus: propriū cantico eius opusculum dedicantes: sermonēq; epicum & psalterij, id est lyrico more compositū, totis uiribus aggredientes. Sibilet igit excetra: & Sardanapalus insultet, turpior uitijs & nomine: nos cœptum carpamus iter: & oratiōibus tuis, qui carnem uirtute superasti, manifestissimam de christo prophetiam in octauo propheta, id est in resurrectionis dominicæ numero disseramus. H

NEB. ¶Oratio Habacuc prophetæ pro ignorationibus.

SEP. ¶Oratio Habacuc prophetæ cum cantico.

¶Aquila & Symmachus & qnta æditio, sicut nos pro ignoratiōibus trāstulerūt: solus Theodotio ὑπὲρ τῶν ἑκουσιασμῶν, id est pro uoluntarijs & pro his qui sponte delinquūt. Hoc propterea, ut intelligamus exceptis Lxx. nullum orationē cū cantico transtulisse. Nam & in hebraico habet עַל שְׁגִיוֹנוֹת, q̄d dicitur, ἐπὶ ἀγνοημάτων, & nos transtulimus, pro ignoratiōibus. Est autē sensus: quia supra temere dixerat: Vsq; quo dñe clamabo, & nō exaudies? uociferabor ad te uim patiens, & non saluabis? Ac deinde in secūda quærimonia: Quare non respicis super iniqua agentes: & taces deuorante impio iustiorem se? Ad quod audierat: Scribe uisum, & explana eū super tabulas. Et post cætera: Ecce qui incredulus est, nō erit recta anima eius in semetipso: Iustus autē in fide sua uiuet. Et didicerat uel nabuchodonosor, uel diabolum, uel antichristum positū in iudicio peccatorū, & fortem ad corripiēdas gentes: nūc agit pœnitentiā, & plangit q̄d temere sit locutus: petitq; ueniā, ut misericordiā cōsequatur, quia ignorās fecit. Vnde & dauid: Delicta, inqt, iuuētutis meæ: & pō.24.b
ignorātias meas ne memineris. Sunt q putēt orationē esse ꝓphetæ, ut in aduētu christi error auferat hominū: unde & prophetæ nomē sit titulo prænotatū, q̄d ꝓphetico spiritu oret tolli caliginem, & reddi lucē: auferri imaginē, & tribui ueritatē, Q̄d autem prophetia sit: & totus cantici textus ostendit, & maxime illa: In medio duorū animalium cognosceris. Et: Cū appropinquauerint anni, notus eris. Et de iudicio: Cū turbata fuerit aia mea in ira, misericordiæ recordaberis. Et rursum de aduentu christi: Deus a theman ueniet, & sanctus de mōte umbroso & cōdenso. Necnon in futurū: Pauebunt tabernacula terræ madian: & ascendes sup equos tuos, & extēdēs extendes arcū tuū super regna. Si autē aliquis quæsierit, quare solus Theodotio pro spontaneis transtulerit? Possumus dicere: uel confessionē ꝓphetæ, quod nō aliqua necessitate, sed spōte peccauerit, male sentiens de iudicio dei. Vel certe futuram gentiū fidem demonstrari: quod priorem errorem uoluntarie relinquentes, in eum credituræ sint, qui in cantico repromittitur. Legimus in psalmo.xvi. Oratio Dauid: & in alio similiter: Oratio Dauid. Et in.lxxxix. Oratio Moysi hominis dei. Et in centesimo primo: Oratio pauperis cū anxiatus fuerit, & coram domino effuderit precem suam. et sicubi alibi nomen orationis infertur: attamen nullo loco cum cantico legitur. Et nescio, an decens sit orare cū cantico: nisi forte iuxta Lxx. orare dicimus prophetam pro aduentu christi: et hoc ipsum cum delectatione, & psalmis & cantico prophetare: ut & in eo quod oratio est, deprecetur patrem: & in eo quod canticū patris q miserit filium: & filij qui uenerit, laus dicatur. Hæc de titulo cantici. Videamus nunc, quæ dicantur in Cantico.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI IN HABACVC PROPHETAM LIBER SECVNDVS.

DOmine audiui auditionē tuā ⁊c̄. Pro eo qđ nos & Aquila & Theodotio tranſtulimus, uiuifica illđ Symmachꝰ interpretatus eſt, reuiuifica illud. Qđ autē Lxx. dixerunt, cōſyderaui & obſtupui: nec in hebræo habeť, nec apud quēpiā aliorum interpretum: ut ſublatis his quæ in hebraico nō habeť, poſſit legi iuxta Lxx. Dñe opa tua: in medio duorū animaliū cognoſceris: qđ quia ἀδιανόητον uidebať, ſuperiora cō iuncta ſunt. Legiť aūt in hebræo חַיֵּהוּ: id ē dñe: פָּעָלְךָ opus tuū: בְּקֶרֶב in medio: שָׁנִים annorum: חַיֵּהוּ uiuifica illud. Hoc ꝓpterea ut quæ ſupflua ſunt in Lxx. manifeſte addita cognoſcamus. Hebræi iuxta hiſtoriā hunc locū ita explanāt: Dñe audiui auditionē tuā & timui. Audiui inquit pœnas q̄s nabuchodonoſor & diabolo præparaſti, in qbus dixiſti ei: Væ q multiplicat nō ſua. Et ſecundo: Væ q cōgregat auariciā malā domui ſuæ. Et tertio: Væ
B q ædificat ciuitatē in ſanguinibus, & præparat urbē in iniq̄tate. Et quarto: Væ qui potū dat amico ſuo mittēs fel ſuum & inebrians. Et quinto: Væ qui dicit ligno, expergiſcere: ſurge lapidi tacēti. Et ſicut timore ꝓterritus ſum, qđ draco magnus tantis uulneribus cōfodiendus ſit: ſic deprecor dñe, ut qđ ꝓmiſiſti expleas, & finito tpe reddas chriſtum tuū: Tu enim dixiſti: qa adhuc uiſus procul & apparebit in fine & nō mentieť. Viuifica ergo qđ pollicitus es: hoc eſt, tuum imple promiſſum: non moriať irritus ſermo tuus, ſed opere cōpleatur. Qđ quidē iuxta nos, & de reſurrectiōe ſaluatoris intelligi pōt: ut ille qui pro nobis mortuus eſt, conſurgat a mortuis & uiuificeť. Iuxta Lxx. autem multo alter eſt ſenſus: & debemus etiā uulgatæ æditionis explanationē ponere. Dñe audiui in ſcripturis ſermonē tuū & timui dāte te
Eſa.50.b mihi auriculā: iuxta illud q̄ loq̄ť Eſaias: Addidit mihi auriculā ad audiendū: ita audiui ut tu uis audiri ſermonē tuū: Et opera tua diligentius cōtemplatus: ne mihi diceretur: opera aūt dñi non reſpiciunt, & opera manuū eius nō conſyderant: ex creaturis intellexi creatorem: & per ſingula quæ feciſti & quæ q̄tidie operaris in uniuerſo mūdo, totꝰ obſtupui: & ſenſu humanitatis amiſſo, in ſanctā amentiā ſum cōuerſus. Vel certe admiratione turbatus, in laudes tuas trepidus erumpo, dicens: In medio duoꝝ animalium cognoſceris: qđ multi putant de filio intelligi & de ſpirituſancto, eo qđ pater per filium intelligať & ſpiritū. Quæ quidē & duo
Eſa.6.a ſeraphim in Eſaia, & duo cherubim, ſcribi interpretanť in
Exo. 25. b exodo: quæ contra ſe reſpiciunt, & in medio habent oracu-
Eſa. 6. a lum: & in Eſaia, uelantia caput & pedes dñi in præſenti tantum ſæculo uolent: & alter ad alterum myſteriū inclament trinitatis: & mittať unus de ſeraphim, qđ interpretatur ardens: & ueniat in terram & mundet, pphetæ labia, & dicat:
Luc.12.f Ignē ueni mittere ſup terrā: & quē uolo ut ardeat. Hoc æſtimant alij: & ad hanc interpretationē multis ſcripturarum utūtur teſtimonijs. Porro ſimplex interpretatio, & opinio uulgi de ſaluatore intelligit: q̄ inter duos latrones crucifixus agnitus ſit. Qui aūt melius: hoc dicūt, qđ in prima eccleſia quæ de circūciſiōe fuit & de præputio cōgregata, duobus populis ſe hinc inde cingentibus intellectus ſit ſaluator & creditus. Sunt qui duo animalia, duo intelligāt teſtamenta, nouū & uetus: quæ uere animantia ſint atq̄ uitalia quæ ſpirēt: & in quoꝝ medio dñs cognoſcať. b ¶ In me

a OMinē audiui auditionem tuam & timui: domine opus tuum in medio annorum uiuifica illud. b In mēdio annorum c notum facies. Cūm iratus fueris miſericordiæ recordaberis. d Deus ab auſtro ueniet: & ſanctꝰ de mōte

a OMinē audiui auditū tuū & timui: dñe conſyderaui opa tua & obſtupui: in medio duoꝝ aīaliū cognoſceris. Cū appropinq̄ a uerit āni cognoſceris. Cū ād ueneritt tps demōſtraberis cū turbata fuerit aīa mea, in ira miſericordiæ recordaberis. d Deꝰ a themā ueniet: & ſctus de monte

C dio annoꝝ notū facies: Cū uenerit inquit tēpus & opere, ꝓmiſſa cōpleueris, mōſtrabis uera eſſe quæ pollicitꝰ es: Siue cū appropinq̄uerit cōſumatio: & ī extrema hora ad deſtruēda pctā uenerit filius tuus, manifeſtius cognoſceris. Seq̄ť. a ¶ Cū aduenerit tps ⁊c̄. fuerit aīa mea: Qđ exceptis Lxx. nec in hebraico, nec apud quēq̄ aliorꝝ habeť interp̄tū. Et eſt ſenſus: Cū uenerit tps, de q̄ dicitur: Tēpore accep-
Eſa. 49. c tabili exaudiui te: tēpus aduētus dñi ieſu chriſti: tunc o deus pater cognoſcetur nomē tuū: qđ ante occultū fuit hominibus: de q̄ dicit dominus in euāgelio: Pater reuelaui
Ioh.17. a nomen tuum hominibus. Quod autē infertur: Cū turbata fuerit aīa mea: Apud Lxx. interpretū æditionē: cū poſterioribus copulatur: ut poſſit legi: Cū turbata fuerit aīa mea in ira: & hucuſq̄ diſtinctio: deinceps inferať: miſericordiæ recordaberis: qđ ſcilicet ꝓphetæ ſufficiat ꝓ pœna ſola cōturbatio: & ad iram dei, anima illius conturbata, nequaq̄ inferatur ſuppliciū: ſed iram excludat miſericordia. Habet & ira dei mēſuras, quātū & quanto tēpore, & ob quas cauſas, & qbus inferať: iuxta illud q̄ ſcriptum eſt: Cibabis nos pane lachrymarū: & potabis nos la-
Pſ.79.a chrymis in menſura. Quod ſi propheta turbať ad irā dei: D & quia turbatus eſt impetrat miſericordiā: quid nos ſperare īmo timere debemus: quorū omnia opera dei digna ſunt ira. Quod autē ſequiť iuxta hebraicū. c ¶ Cū iratus fueris ⁊c̄. Nō debemus putare obliuiſci deū: & poſt irā ſuæ miſericordiæ recordari: ſed qđ nos eū in pœna poſiti putemus obliuiſci: iuxta illud: Vſq̄quo dñe obliuiſceris
Pſ.12.a me in finē. Nam & ſi quādo tēptationibus, quaſi fluctibus operimur: & rapida dæmonum aduerſus nos ꝓcella deſæuit: uelut ad dormientē loquimur: Exurge quid dormitas dñe? Simulq̄ dei cerne clæmentiā: non dixit, cum inuleris ſupplicia miſericordiæ recordaberis: ſed cum iratus fueris. Qui autē iraſcitur: interdū nō percutit, ſed tantūmodo cōminať: qđ & Apłs ſentiēs ait: Reuelať eī ira dei de cœlo
Rom.1.b ſup oēm impietatē & iniq̄tatē hominū. Vbi aūt reuelať, nō inferť, non percutit: ſed reuelatur ut terreat, & territis nō inferatur. d ¶ Deus ab auſtro veniet ⁊c̄. Et Aquila & Symmachus: & quinta æditio ipſum hebraicum poſuerunt תֵּימָן: ſolus Theodotio qđ ſignificaret Theman interpretatus eſt, dicens: אַלּוֹחַ ab auſtro ueniet, & ſanctus de mōte pharan, in finem. Ex quo intelligimus a ſolis Lxx. poſitū ἐξ ὄρους κατασκίου δασέος: id eſt de monte umbroſo & condenſo. Sed & hoc quod Lxx. trāſtulerūt δι' ἁλμα: & nos poſuimus, ſemper: Symmachus interpretatus eſt εἰς τὸν αἰῶνα. i. in æternū. Theodotio εἰς τέλος. i. in finē. Quinta æditio ipſum hebraicū סֶלָה. Deus ergo ab auſtro ueniet. i. a meridie, a clara luce, & ab his qui appellanť filij dierum. Vnde & in cantico canticorum: aquilonem ſponſus abigit
Cañ.4.d & auſtrum uocat, dicens: Exurge Aquilo & ueni auſter: perfla hortum meū, & fluant aromata mea. Deus ſemp in me-
Ibi.1.b ridie eſt. Vbi inq̄t paſcis ubi cubas? in meridie. Et ad abra-
Geñ.18.a ham quādo erat ſub quærcu, nō uenit deus niſi in meridie.
et, 43.g Et ioſeph q̄ in typo præceſſit ſaluatoris: conuiuiū fratribus facit meridie. Agnitio ergo dei patris his qui digni ſunt, uenit in pleno lumine. Et agnitio ſancti. i. filij dei, uenit de mōte umbroſo & cōdenſo. Mons umbroſus atq̄ cōdenſus: uel ipſe pater intelligitur, plenus uirtutibus omniq̄ ſapiētia, & maieſtate ſua cuncta ꝓtegens: & extendens alas, & cōfouēs pullos ſuos. Vel certe paradiſus & cœleſtia plena angelis, plena uirtutibus, plena arboribus uberrimis. Atq̄ utinā & mihi cōtingat ut ad uocē meam & ad expoſitionē: deus ue-

m niat in claro

Eniat in claro lumine: & filius eius, de quo scriptū est: Sancti
Leui. 19. a et. 20. b estote quoniā ego sanctus sum: de sublimitate eloquij umbrosi & cōdensi & scripturarum testimonijs hinc inde con-
texti: & patre simul filioq; ueniente, fiat eorum auditor ha-
Iob. 14. c bitaculū: & cōpleat scriptura, dicens: Ego & pater meus ue-
niemus ad eū: & mansionē apud eum faciemus. Sed qa pro mon-
te umbroso & condenso in hebræo scriptum est, mōs פָּארָן: & pharan interpretat os uidentis: pulchre iuxta interpretationem nostram, de eruditi sermone uiri uenit notitia filij: & non qlicūq; sermone: sed de eo qui plenus est lumine: plenus oculis: ut manifestus & purus ad aures audientium deferat. Qd autē ait: de mōte, sublimia dogmata intellige. Audiui ego hebræū istū locū ita disserere: Quod bethlehem sita sit ad austrū in qua natus est dñs atq; saluator: & ipsum esse de q̄ nunc dicatur: Dñs ab austro ueniet: hoc est nascet in bethlehē & inde cōsurget. Et qa ipse q natus est in bethlehē, legem quondā dedit in monte sinai: ipse est sanctus qui uenit de mōte pharan: Pharan qppe uicinus est locus monti sina. Et qd infertur, diapsalma: id est semp, habere sensum: ipse q natus est
F in bethlehē, & qui in sina: id est in monte pharan legem dedit: semp in uniuersis bñficijs, præteritis & præsentibus & futuris auctor est & largitor. De diapsalmate, qd hebraice dicit סֶלָה: in psalterio plenius disputatū est. Simulq; cerne iuxta Lxx. qd diapsalma nō ponat nisi in psalterio & in præsenti loco: Ex quo intelligimus recte a Lxx. oratiōis cāticū prænotatū. a ¶ Operuit cęlos gloria eiꝰ ꝛc. Pro eo q̄ Lxx. interpretati sunt: & posuit dilectionē robustā fortitudinis suæ: & nos diximus: ibi abscōdita est fortitudo eiꝰ: Aquila transtulit: Et posuit absconsionē fortitudinis suæ. Symmachus: Et posuit absconditā fortitudinē suā. Solus Theodotio nostræ trāslationi congruēs ait: Et ibi absconsio fortitudinis eius: Verbū em̄ שָׁם pro qualitate loci: & posuit intelligit, & ibi: magisq; in præsenti loco, ibi legendum est q̄ posuit: ut sit sensus & ordo sententiæ: Cornua in manibus eius: & subaudiat, ibi: id est in cornibus abscondita est fortitudo eius. Manifestū est autē iuxta hebraicū, qd in aduētu christi cūcta repleta sint gl̄ia: scd̄m illud q̄ in euāge-
Luc. 2. b lio dicit: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hoibus bonæ uolūtatis. Et alibi: Pacē fecit in cœlis & in terra p sanguinē
Ps. 147. a crucis: & sedit in dextera magnitudinis: uelociter em̄ currit
Ps. 8. a sermo eius. Et alibi: Dñe dñs noster, q̄ admirabile est nomē tuū in uniuersa terra. Et rursum in psalmo decimooctauo: In oēm terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ
Ibi. 18. a uerba eorū. Splendor quoq; eius, quasi sol iusticiæ clara luce radiauit: & cornua in manibus eius, uexilla & trophea crucis: & in ipsis cornibus abscōdita est fortitudo eius. Cū
Philip. 2. a em̄ esset in forma dei, nō rapinā arbitratꝰ est eq̄lē se esse deo: sed exinaniuit se, formā serui accipiens: factus est obediens patri usq; ad mortē, mortē autem crucis. In cruce ergo pau-
Matth. 26. d lisper abscōdita est fortitudo eius, quādo dicebat ad patrē: Tristis est anima mea usq; ad mortē. Et pater si possibile est
Luc. 23. f trāseat iste calix a me. Et in ipsa cruce: Pater in manus tuas cōmendo spiritū meū. Porro iuxta Lxx. in eo q̄ dictum est: Operuit cœlos uirtus eius: nosse debemus minus esse qd operit ab eo, q̄ qd operit: si tm̄ totū operiat, & non ex parte qd opertū est. Cū ergo uirtus dei operiat cœlos, maior est cœlis uirtus eius, qa operiūtur cœli. Cœlos autē eos esse q portēt imaginē supcœlestis, & q enarrent gloriā dei, crebro legimus. Virtutē quoq; dei dñm saluatorē, Apostolus pro-
1. Co. 1. d bat: Christus dei uirtus, & dei sapientia. Hæc uirtus omniū spūalium uirtutū quasi mater est: Verbi gratia: appellatur uirtus, sapientia, fortitudo, iusticia, tēperantia, ueritas, sanctitas, redemptio. Christus aūt factus est nobis a deo sapiē-
G tia, & iusticia, & sanctificatio, & redemptio. Hæ igit̄ species uirtutes, in qbus christus ostendit: scd̄m profectū eoꝝ q̄ eū uel sapientiam recipiūt, uel fortitudinem, uel iusticiam, & cætera huiuscemodi: cōtinent̄ in generali uirtute dei: hoc est in dño saluatore: atq; in hunc modum & de terra intelligimus: qd qui primū, ppter imaginē terreni terra uocabātur: & dicebat ad eos: Terra es, & in terram ibis: in aduentu saluatoris laude dñi repleantur. Cū autē & cœli uirtute dei operti fuerint: protecti uidelicet & ex oīm parte uestiti: & uniuersa terra repleta laude dei: tūc splēdor eius ut lux erit. Imaginē autē dei & splendorē gl̄iæ eius esse deū saluatorē, Apostolus non tacet: Qui postq̄ nobis
Hebre. 1. a apparuit splendor gloriæ dei: reuersus est ad pristinā maiestatē. Et si em̄ nouerampꝰ christū scd̄m carnē: sed iā nō nouimus eū iuxta carnē, uerū iuxta spiritū: Quia qd factū est in
Iob. 1. i ipo uita erat, & uita erat lux hoim̄: qd & manifestius in euāgelio saluator ostendēs ait: Pater glorifica me gloria quā habui apud te prius q̄ mundus fieret: ut post ascensionē ad
Iob. 17. a cœlos, sit splendor qd lux: hoc est id accipiat filius esse qd
H pater est. Qd autē sequit: Cornua in manibus eius: Moris est scripturaꝝ, ut semp cornua, p regnis ponant. Nam &
1. Re. 2. a illud qd anna loquit in primo regnoꝝ libro: Exaltauit cornu christi sui: magnificentiā regni saluatoris significat. Et in
Dañ. 7. b Daniele, decem cornua, decē regna demonstrāt. Sic aūt nūc dicit: Cornua in manibꝰ eius: quō & alibi scriptū legimus:
Pro. 21. a Cor regis in manu dei, pro eo q̄ est, mens & principale cor dis uiri sancti, q pergit ad regna cœlorū, qui adhuc positus in terra regnat corpori absq; peccatis: nō uagatur extrinsecus, sed in dei tutela situs est. Quia uero & in hebræo, & in cæteris æditionibus, nō habet scriptū: cornua in manibus eius: sed in manu eius, qd dicit יָדָיו: manū dei fortem atq; robustā intelligamus filium eius. Et in hac manu oīa regna cœlorū: eorūq; q ad cœlos nitunt̄ ascendere, posita esse dicamꝰ: qd & Esaias sonat dicēs: Vinea facta est dilecto in cor
Esa. 5. a nu, in loco uberi: p eo q̄ est in regno. Ob hāc puto causam nullū cornutū animal inter īmūda poni in leuitico: & idipm
Ps. 49. e et. 91. b significare unicornem in psalmis, siue μονοκερώτα: & illud: In
Ps. 43. b te inimicos nostros uētilabimus cornu. Qz aūt iuxta Lxx. legimus: & posuit dilectionē fortē uirtutis suæ: etiam hoc de christo intelligendū est: quod deus pater idcirco cooperuit cœlos uirtute sua: & terrā repleuerit laude: & splendorē suū fecerit esse ut lumen: & regnū posuerit in manu filij sui: ut faceret dilectū suum ab hominibus diligi: & diligi, nō leuiter, sed uehemēter & fortiter: ut q eū fortiter dilexissent & hærerēt in dilectiōe eius: nemo tolleret eos de manu illius. Ecōtrario diabolus facit amare nos mundū: & pro dilectione uirtutis diligere uitia: & non leuiter, sed fortiter: ita ut de nobis possit dici: Et posuit diabolus dilectionē fortē uitioꝝ suoꝝ. b ¶ Ante faciē eius ibit mors ꝛc. Pro eo qd nos transtulimus mortē, in hebræo tres literæ positæ sūt ר ב ר absq; ulla uocali: quæ si legāt רֶבֶר uerbū significāt: si רֶבֶר pestem, quæ græce dicit λοιμός. Denicq; & Aquila interpretatus est: Ante faciē eius ibit pestis: Symmachus: Ante faciem eius præcedet mors: Quinta æditio, Ante faciem eius ambulabit mors: Soli Lxx. & Theodotio, sermonem pro morte interpretati sunt. Nec non in consequenti uersiculo, ubi diximꝰ: Egredieť diabolus añ pedes eiꝰ: & Lxx. aliter trāstulerūt: iuxta q̄s postea disputabimꝰ. Aqla, p diabolo

SEP. de mōte umbroso & cōdēso. Diapsalma. Operuit cœlos uirtꝰ eius: & laudis eiꝰ plena ē terra: & splē dor eiꝰ q̄si lux erit: cornua in manibꝰ eiꝰ: & posuit dilectionē robustā fortitudinis suæ. Ante faciem eius ibit uerbū: et egredieť in campū post pedes eius. Stetit

HEB. de monte pharan
a Semper. ¶ Operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.
b Antē faciem eius ibit mors: & egredietur diabolus ante pedes eius. Stetit

transtulit

A

trāſtulit,uolatile. Symmachus aũt & theodotio:& Quinta æditio,uolucrem:qđ hebraice dicitur רְשָׁף. Tradunt autẽ hebræi:quomodo in euangelio,princeps dæmonũ dicitur
Matth.12.d eſſe beelçebub:Ita reſeph dæmonis eſſe nomen:qui principatum teneat inter alios. Et propter nimiam uelocitatẽ atq; in diuerſa diſcurſum, auis & uolatile nuncupetur: Ipſumq; eſſe q in paradiſo ſub figura ſerpentis mulieri ſit locutus: et ex maledi/ctione qua a deo condemnatus eſt accepiſſe nomen: Si quidem reſeph:reptans uentre interpretatur. Hoc eſt ergo qđ dicitur:ſtatim cum uenerit dñs & in iordane fuerit baptiçatus:& ad columbæ deſcenſum uox patris in
Matth.3.d tonuerit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui:exeunti de aqs occurrit diabolus:& ante pedes il
Ibi.4.a lius ſtabat mors:& coluber antiquus,q quadraginta diebꝰ tentauit eum in ſolitudine. Si autem iuxta Lxx. legerimus, (Ante faciem eius ibit uerbum, & egredietur in cãpos poſt pedes eius):Hoc ſignificat,qđ ſermo dei ante uiſitationem eius,quæ nunc allegorice facies dicitur,præcedat & præparet corda credẽtiũ: ut prauа in rectũ:& inequalia ſternat in planum. Et auditoris anima quaſi conſectus ager, ſementẽ poſſit recipere ſpiritalẽ. a Stetit & menſus eſt terrã &c. Stans ſaluator & cuncta perſpiciens,& oculo ſuo uniuerſitatem mundi metiens:gentium multitudinẽ diſſipauit: quibus diſſipatis & diſſolutis, contriti ſunt mõtes huius ſæculi:& incuruati ſunt colles huius mũdi. Sunt eñ & aliꝭ mõ
B Cañ.2.b tes & colles, quos ſalit & tranſilit ſponſus in canticocanti/
Pſ.120.a corum:de quibus & in ſecundo graduũ pſalmo dicit:Leuaui oculos meos in montes:unde ueniat auxiliũ mihi. Montes autem ſæculi ipſi ſunt qui & mõtes tenebroſi: de qbus
Hiere.31.b Hieremias præcepit:ne impingantur pedes noſtri ſup eos.
ii.Reg.22.c Iſti ſunt colles in qbus regnabat ſaul, quãdo interficiebat
גִּבְעָה ſacerdotes dei: gabaa qppe collis interpretatur. Et elegãter incuruati ſunt inquit colles mundi. Ante aduentũ qppe ſaluatoris erecta ceruice gradiebantur,& ſuperbiam eorũ humiliare nemo poterat. Cõtriti autẽ ſunt & incuruati ab itineribus æternitatis eius, id eſt dei: quia æternitas illius ad nos uenire dignata eſt, ſiue qđ ſemp a principio mũdi uſq; ad incarnationem ſuam uenerit ad ſanctos: & factus ſit in ſingulorum manus ſermo dei:atq; in uniuerſis uincẽtibus ipſe ſuperarit,& æternũ eiꝰ iter incuruauerit: colles mõteſq; cõtriuerit:Hæc per metaphoram iuxta hebraicũ dicta ſint. Porro ſcđm Lxx. poſtq; faciem dei ſermo præceſſerit: & egreſſus fuerit in plana: deꝰ pater uenit illuc,ubi ei ad ſermonem ſuum regio præparata eſt:& uenit poſt pedes ſermonis ſui,& ſtat: nunq; ante præcedens,ſed ſemper expectans:ut ille ſibi muniat uiã. Vbi autẽ ſteterit iuxta pedes ſermonis ſui:ibi ſtatim terra,opa uidelicet carnis,& corpoꝛa nõ ualẽtia ſuſtinere dei pñtiã cõmouẽt: Qũq; cõmota fuerint:uirtꝰ ſermonis & pſentia dei reſpicit cũctas animæ gẽtes:qs cogitatiões & multiplices in diuerſas ſentẽtias poſſumꝰ intelligere,quæ ilico diſſoluunt ac tabeſcũt. Si qđ etiã aduerſum ſciẽtiã dei ſe exaltauerat in terra:& ſenſum occupauerat audientis:hoc præcedente ſermone, & aduentu dei cõfringeꝛ atq; cõteritur. Mõtibus autẽ cõfractis cõtritiſq; ad aſpectũ dei,colles liquido cõſumẽtur,& redigẽtur ad nihilum. Nõ eñ ſunt montes dei, ſed mõtes ſæculi. Sempiternũ eñ iter dei ea reſpiciens ad quæ ſuus ſermo p̃cedit, & fortius collibus ſæculi,conſumet & deſtruet eos. Poſſunt autem montes & dæmones intelligi, qui uerſantur in hæreticis: & eleuant ſe contra ſcientiam dei:colles quoq; aliæ dæmonũ for

SEP. Stetit & cõmota eſt terra: Aſpexit & diſtabuerunt gentes: contriti ſunt montes uiolentia: tabuerunt colles ſæculi itineris ſempiterni eius. Pro laboribus uidi tabernacula æthiopum:pauebũt & tabernacula terræ madian. Nunquid in fluminibus iratꝰ es domine:aut in fluminibus furor tuus: uel in mari

titudines: quæ faciunt homines,corporũ pulchritudinem, C
dignitates,diuitias,nobilitatem generis, cæteraq; mũdi bona admirari. Licet uidere poſt aduẽtũ ſermõis dei,& dei patris præſentiã:quomodo humanæ animæ cõmoueantur:& omne quod terrenum eſt diſſoluatur:& cogitationes priſtinæ redigãtur ad nihilũ. Tũc deſtruũtur dæmones:tunc ſæculi altitudines ad nihilum deducũtur: & omnes hæretici, quorum ſciẽtia quæ primũ tumebat,ad dei ſermõis aduentũ humiliatur conteritur atq; conſumit. Et qđ prius pulchrũ & maximũ uidebatur, quaſi deſpectum abiſcitur & paruũ. Et hoc fit propter aduentum dei & hoſpitium chriſti: iuxta qđ alibi ſcriptum eſt:Inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero deus eorũ, & ipſi erunt mihi populus. b Pro iniquitate uidi tentoria &c. Ethiopes tetri & amãtes tenebras:& ab omni luce alieni:qui draconis carne ueſcunt:de quo ſcriptum eſt:Dediſti eũ eſcam populis æthiopibus: dæmones intelligũtur:quorum fit tabernaculum quicunq; in hoc ſæculo propter honores & diuitias laborarit:qđ ſignificãter ſub uno uerbo iniquitatis oſtẽditur:omnis eñ dies,aut iniquus,aut hæres iniqui eſt. Videhomines maria tranſire:ante potentum excubare fores:pati omnia quæ ſeruorum conditio uix patitur:ut diuitias congregent,ut aliquã accipiant dignitatem. Et poſtq; hoc fuerint conſecuti,tradere ſe luxuriæ & uoluptatibus & omni iniquitati: ut quod auaricia congregauit,luxuria conſumat. Iſti ergo pro laboribus ſuis efficiuntur hoſpitium dæmonum:& qui templum dei eſſe debebant,fiunt tabernaculum æthiopum. Sed & hoc quod ſequit:Turbabuntur pelles terræ madian: ſiue pauebunt & tabernacula terræ madian:eoſdem intellige, tabernacula æthiopum,& tabernacula terræ madian. Poſtq; eñ ditati fuerint, & per fas ac ne fas ad altiſſimum gradum conſcenderint:tunc conſcientia peccatorũ ſuorum,ſemper mortem,ſemper iudiciũ formidabunt:& ad leuem febriculã,quaſi latrones in carcere: ita de æternis ſupplicijs ſuſpirabunt:Madian autem in lingua מִדְיָן
noſtra ſonat,ex iuditio:id eſt in cõdemnationẽ: & oſtendit qđ metu iudicij æternarũq; pœnarum ſemp in formidine ſint:& cruciatus qs ſentiũt ſe mereri,pauore q̃tidiano ſuſtineant. c Nunquid in fluminibus &c. Vbi Lxx.diapſalma:& Aquila,ſemp:cæteri ut ſupra ſimiliter tranſtulerunt. Et qa ad tropologicã interpretationẽ feſtinat oratio:breuiter ſecđm literam ſenſum capituli comprehendens,pergam ad reliqua. Sicut iordanem & mare ſiccaſti rubrum pro nobis dimicãs: nõ eñ fluminibus & mari iratus es: aut quic q̃ inſenſibilia offenſionis cõtrahere potuerunt: ita nunc q̃drigas conſcendens tuas, arcumq; corripiens, ſalutem da/bis populo tuo:& iuramenta quæ iuraſti patribus noſtris, & tribubus explebis in ſempiternum. Quod autem dicit: Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, uel in mari impetus tuꝰ: dicit ambigue:& interrogãtis magis eloquio q̃ probantis. Sũt eñ & bona flumina,ſunt & mala:eſt mare peſſimũ,& eſt mare optimũ. Bonorum fluminum illud exẽplum eſt:Fluminis impetus Pſ.45.a
lætificat ciuitatẽ dei:Et quod qui de aqua domini biberit: Ioh.4.b
fluant de uentre eius flumina aquæ ſalientis in uitam æternam. Malorum illud qđ Pharao loquitur in Eçechiel:Mea Eçech.29.a
ſunt flumina,& ego feci illa:in qbus draco habitat:& multa his ſimilia. Q2 autẽ mare in bonam partem accipiaꝛ:pſalmus uiceſimus tertiꝰ teſtimonio eſt:in q̃ tropologice de eccleſia dicit, ἡ οἰκουμένη:id eſt orbis terrarum: Dñi eſt terra

E & plenitudo eius: orbis terrarū & oēs qui habitant in eo: ipse super mare fundauit eū, & super flumina præparauit illum, id est orbem. Quod autē a domino fundatur sup flumina, & præparatur super mare: utiq; in bonam partem accipitur. Necnon & illud quod de uinea dicitur quæ transla
Ps.79.b ta est de ægypto: Extēdisti propagines eius usq; ad mare: & usq; ad flumia flagella eiꝰ: usq; ad mare, puto qđ in bonam partem posit accipi. Et dicimus ẏba diuina q̄ manifestiora sunt: & quasi potum sitientibus præbēt, hæc dici flumina. Ea aūt quæ plena sunt sacramentis, & in profundo posita: de qbus
Rom.11.d dicit Apostolus: O profundum sapientiæ & scientiæ dei. Et
Ps.129.a propheta consonat: De profundis clamaui ad te dñe: mare in scripturis appellari. Hoc de eo quod possit, & mare in meliori parte sentiri. Quod autem accipiaē & in cōtrario: mul
Ps.103.c ta testimonia sunt: de qbus illud in psalmis est: Hoc mare magnum & spaciosum: ibi naues pertransibunt: animalia
Ibidem parua cum magnis: Draco iste quem formasti ad illudēdū ei. Et de euangelio quando saluator increpauit uentos &
Mar.4.d mare, & dixit ei: Tace & obmutesce. Qđ em̄ increpatur ma
Zach.3.a lum est: iuxta illud Zachariæ: Increpet dominus in te dia-
2.Timo.4.a bole. Et ad Timotheū: Argue, cōsolare, & increpa. Prophe-
ta itaq; sciscitante: Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, uel in mari impetus tuus? nos dicamus si ægypti flumina sunt: & mare rubrum atq; sanguineum: irascitur dominus & percutit ea, & toto impe-
F tu fertur in gurgites, eleuantes se cōtra scientiam dei. Vnde
Ps.113.a mare uidit & fugit, præsentiā dei ferre non sustinens: Et iordanis reuersus est retrorsum, cedens gloriæ populi transeūtis: qui & ab Helia scinditur & ab Heliseo. Vt autem manifestius loquar, hæreticorum eloquentiā quæ cōtra ueritatem & ecclesiam fluit, intellige flumina quibus irascitur dominus. Animas uero eorū qui circūferunt omni uento doctrinæ: & semp malicia fluctuāt, & falsis gurgitibus obruūtur, animaduerte mare: super qđ impetus dñi fit: ut sentiat eius aduentum: & sciat qbus terminis & obice concludaē, & audiat: In te conterent fluctus tui. Qđ si bona sunt flumina & bonum mare: lauatur in illis iesus: & ecclesiam suam super huiusmodi mare collocat. Post hæc sequitur: Qui ascendes sup equos tuos, & eqtatio tua salus. Quæro equos sup quos ascēdat dominus? Et puto nō esse alios nisi sanctorum animas: super quas ascēdit sermo diuinus: ut & ipsas saluet, & alios per eas. Ponamus equorum exē-
Can.1.a pla: Sponsus loqtur in cāticocanticorū: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te proxima mea. Non quod christus ecclesiam uel sermo dei animam quam sponsam suam uocat quadrigis comparet pharaonis: sed q; oīs anima q̄uis sancta sit atq; perfecta ad deum cōparata, q̄si currus pharaonis sit, & iumentum. Vnde & Moyses loqtur ad
Exo.4.c dominū: Ego autē sum ἀλόγος: id est irrationalis. Et Da-
Ps.72. uid: Vt iumentum factus sum apud te. Non q; absolute iumentū sit: sed q; apud deū iumentū sit. His equis illi contra
Exo.15.a rij sunt q̄s habet pharao: & de qbus dicitur: Equū & ascensorem proiecit in mare: huiusmodi eqtatio non salus est, sed perditio. Quæramus & alios equos qbus ascēdit dñs?
4.Reg.6.c In quarto regnoꝝ libro legimus surrexisse mane ministrū Heliseī, & egressum uidisse exercitū ambientē ciuitatis muros, & equos & currus. Et postq; ad præces prophetæ aperti sunt oculi eius: Aspexit inqt, & ecce mons plenus eqs: & q̄drigæ igneæ in circuitu Heliseī. Diligēter attēde qđ æqui uideantur & currus: & tamen in tantis milibus equorū & curruum nullus ascensor: horum equorū ille erat auriga
Ps.79.a & ille rector, de q; psalmista canit: Qui sedes sup cherubim
4.Reg.2.b ostendere. Talibus eqs, taliq; curru & Helias raptus ad cœ-
Zach.1.b lū est. Si qs aūt de Zacharia uult discere qui sint equi rufi:

HEB. mari indignatio tua? qui ascendes super equos tuos: & quadrigæ tuæ salua-
tio. Suscitans suscitabis arcum tum: iuramenta tribubus q̄ locutꝰes. Semp.
3 Fluuios scindes terræ.
Viderūt

& q; nigri, & q; uarij, & q; albi egredientes de myrthetis: & de montibus in profundo positis: siue ut in Lxx. scriptum est æreis: In ipso ꝓpheta, si dominus uitæ spaciū dederit conabimur explanare. Vidit & Ioānes equos candidos: & sessores eorū: e qbus corpora in gloria resurgentium puto esse
Apo.6.a eq̄s candidos: sessores aūt sanctorū animas. Si qs uero peccator est & mei similis: sedebit in equo nigro: & dicit de eo: Dormitauerūt
Ps.75.b omnes q; ascenderunt equos. De talibus eqs scriptum est: Fallax e-
Ibi.32.d quus ad salutem: Ca-
Gal.5.c ro em̄ concupiscit aduersus spiritum, & sapiētia eius inimica est deo. Hoc dictum sit de his qui corpora diligūt, & in nigris sedent equis. Nos aūt animas nostras in equos, & in currus domini præparem?: qui ascendit in Paulo, ascendit in petro: et in huiuscemodi curribus equitans, totū lustrauit orbē. Intendens quoq; arcū siue sagittas suas, sceptra: id est regna aduersum quæ
Hiere.18.a Hieremias missus est, eradicauit, destruxit & ꝓdidit: fecitq; ut non regnaret peccatū in mortali nostro corpore. Sceptra aūt, id est regna diaboli quæ ostēdit & dño: intellige diuersa peccata, auariciā, luxuriā, iracundiā, detractionē, furta, periuria: aduersum quæ sermo dei sedens in equis, & in curribus suis intēdit fulgoris sui contorta spicula: & interim nō emittit: ut q; ad extentum arcū territus fuerit, emissionē nō sentiat sagittaꝝ. Et hoc facit semper: qđ Aquila interpretatus est, pro diapsalmate. Semp em̄ sedit in sanctis suis: sem-
H per armatus est. Et acutas sagittas in linguis eorū præparans eqtat: & huc illucq; discurrit i orbis salutē. a ¶ Fluuios scindes terrę. Quia suscitauit dñs arcum suum: ut tribubus iuramēta redderet quæ locutus est: Consequenter dicitur: fluuios scindes terræ. i. reges terræ aduersum tuum populū dimicantes diuides atq; disperges. Iuxta Lxx. autē q; dixerunt: Fluuijs scindet terra: primū ponamus exēplū: ut hoc q̄si gradu ad altiora ueniamus. Legimus in his qui de mirabilibus confecerūt uolumina: & q; olympiadas greciæ ad nostrū usq; memoriā perduxerunt: exponētes qd in singulis annis noui acciderit in mundo: quod inter cætera terremotu eruperint flumina, quæ añ nō fuerāt: & rursum alia absorpta sint & pessum ierint: qđ scilicet oēs terrarum uenæ, quasi in humano corpore sanguinem: ita in se habeant latētes aquas, quæ terræ cōcussione rūpantur, & manent flumina. Hoc si intelligamus, uideamus animā humanam habere in se naturaliter aquas & fluuios: & per secordiam nostrā eos esse absconditos, & nō fluere. Cum autem ad prædicationē sermonis dei concussa fuerint: & de priori statu mota: tūc erumpere qđ latebat: & in refectionē potantiū fluere. Hoc ipsum reor & illud significare in genesi: q; fo-
Esa.2.a diūt putei a seruis isaac, quos ab Abrahā factos philistijm
Gen.26.c terra obruerant. Quādiu uiuit Abraham putei illius non
Matth.a claudūtur: illo autē mortuo, & puteis obturatis: si serui fodiant cōtradicunt philistim & iurgiū est. Si uero ipse ueniat isaac & fodeat puteū, & inueniat aquā, philistim non ualent contradicere. Vide Petrum & Paulū: & de puteis christi fluuijsq; nō ambiges. Cerne oēs apostolos: & iam non q̄tuor flumina: sed duodecim fluuios intelliges exire de paradiso scripturarū. Isti fluuij añq; terra cōmoueretur latebant: Et cū essent in terræ uenis, sitiētibus pocula nō præbebāt. Post q; uero ad aduentū christi orbis, & omnis terra cōcussa est: subito proruperunt: & tunc completum est: Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem: a malicia habitantium in ea. Posuit desertum in paludes aquarū: & terrā sine aqua in fontes aquarū: & habitare fecit ibi esurientes, & cōstituerūt ciuitatē ad habitādū. Postq; em̄ dñs uenit in mūdo, & completū est illud qđ dixit in euangelio: In iudiciū ego in mun-
Matth.11.b dū istū ueni: ut q; nō uidebāt uiderēt: & q; uidebant cæci fierent: Tūc

A aliquis cum hæc uideat de die tribulationis & angustiæ: de die calamitatis & miseriæ: de die tenebrarũ & caliginis: de die nebulæ & turbinis: de die tubæ & clangoris. Habẽt em̃ & in luctu tubas: & iuxta ꝓphetiã, uox solẽnitatis uersa est in planctũ. Vlulant super cineres sanctuarij & sup altare de structũ: & super ciuitates ꝗndã munitas: & sup excelsos angulos tẽpli: de quibus quondam Iacobum fratrẽ dñi præcipitauerunt. Hæc de captiuitate dicta sint iudæoꝝ. Cæterũ si diẽ dñi ut sup̃ referamus ad consumationem mũdi: siue ad uniuscuiusq; exitũ uitæ: manifesta erit interpretatio qđ uox diei dñi amara sit, & necessitate plena & ira: & tribuletur ibi fortis, cum etiã qui sancti sunt saluẽtur quidẽ: sed tñ sic quasi per ignẽ: Dies illa dies tribulatiõis & angustiæ & calamitatis & miseriæ: in q̃ dicẽt: Væ nobis, qa miseri facti sumus: Dies
Iob. 8. c
B tenebrarũ: Omnis em̃ qui male operat odit lumen, & nõ uenit ad lucem: & necesse est ut qui lumẽ oderit eum tenebræ consequãtur: Dies erit nebulæ & turbinis: ueniet em̃ super eũ tempestas dñi:
1. Co. 15. g & clãgor tubæ quã Apls significat dicẽs: In nouissima tuba Erit em̃ dies tubæ & clangoris sup ciuitates munitas, quas sibi in multitudine peccatorũ cum cain ædificauerant: Et super angulos excelsos, opera peruersa & a recta uia dñi decli-
Matth. 6. a nãtia. Vñ & a saluatore arguunt̃ ὑποκρῖται pharisæi, q̃ adorent in angulis platearũ. Via em̃ recta & tendẽs ad ꝑadisum
Ibidem. 7. b arta & angusta ẽ quæ ducit ad uitã. Via aũt fracta habẽs angulos & tortuosa, lata & spaciosa est quæ ducit ad mortẽ. Si mulq; inter ỿba sæueritatis dñi cerne clæmẽtiã: qđ ꝓpterea amara sit dies, & dies iræ & dies tribulatiõis, & dies tubæ & clãgoris: ut ciuitates male munitæ & puersi ãguli destruãt̃.

a ¶ Et tribulabo hoies ꝛ ambulabũt vt cęci ꝛc. Non est difficile iuxta priorem sensum hæc fuisse perpessam dicere hierusalẽ, quæ ꝓpter crucẽ dñi sustinuit: recessit em̃ ab ea uisitatio dñi, & tribulati sunt omnes homines in tota iudæa: & ꝓpter magnitudinem pressuræ ambulauerunt ut cæci, quid agerent ignorãtes. Et hæc passi sunt, quia domino, id est dei filio peccauerũt. Nam quia fuderunt sanguinem prophetarum & sanguinem christi, fusus est sanguis eorum sicut humus in tota regione: & corpora eorum remanserũt insepulta sicut stercora sup̃ faciem terræ. Diuites quoq; eorum qui argentum & aurum iniquitate nimia congregauerunt: opibus suis de die iræ dñi non potuerũt liberari: Ignis em̃ zeli dñi succẽsus aduersus eos, deuorauit omnẽ prouinciã. Nec grãde fuit tẽpus in medio. Nam post quadraginta & duos annos dñicæ crucis circũdata est ab exercitu hierusalem: & cõsumatio illius facta est cũ festinatiõe: & nõ solũ illius, sed cũctis terræ iudææ habitatoribus. In cõsumatione aut̃ uel mundi uel uniuscuiusq; tribulabunt̃ oẽs homines: q homines ꝓmãserũt & mortui sunt q̃si hoies. Et ambulabũt ut cæci: quia lumen ꝓdidere uirtutũ & locũ pœnitẽtiæ nõ habebunt: & hæc patiẽtur quia dño peccauerũt. Si em̃ dñs iusticia est, ueritas, sanctitas, cæteræq; uirtutes: quisquis iniuste fecit & mentitus est: & scorta uitiaq; sectatus est, dño peccauit. Sed qđ sequitur: Et effundet̃ sanguis eorũ sicut humus: & corpora eorũ sicut stercora boum: Videtur absurdum ut in resurrectione mortuorũ: & in consumatione mũdi atq; iudicio, dicamus effundi sanguinẽ & corpora iacere quasi stercora. Igitur illud qđ ad noe dicit̃: Et sanguinẽ animarũ uestrarũ reqrã de manu omniũ bestiarũ: & de manu hois & de manu fratris requirã animã hominis: q effuderit sanguinẽ hominis, ꝓ sanguine eius effundetur sanguis illius: Et in resurrectione crederi diculũ est: & ĩ uita hac starẽ nõ potest. Quãti em̃ effuderũt sanguinem: & sanguis eorũ effusus non est: & alij occiderũt hominẽ uel neno uel suspendio: & tamẽ cum homo mortuus sit, nõ est sanguis effusus: Quomodo ergo dominus est effusurus sanguinẽ eorũ in talionem: cum ille qui occidit sanguinẽ non effuderit: Sanguis igitur hois ψωϊκὸν, id est uitale quo uegetat̃ & sustentat̃ & uiuit, debet intelligi: qđ qui effuderit: siue per scandalum, siue puersitate doctrinæ: in die iudicij effundetur ab eo. i. qđ sibi uidebatur habere uitale cogetur amittere. Iuxta huiusmodi sanguinem: &
C Geñ. 9. a
D
caro intelligitur: de qua & Esaias ait: Omnis caro fœnum. Esa. 40. b
Et in Genesi dñs: Non ꝓmanebit spũs meus in hominibus Geñ. 6. a
istis quia caro sunt. Et Apls de utroq; Caro & sanguis re- 1. Co. 15. f
gnum dei possidere nõ poterunt: neq; corruptio incorruptionẽ dei hæreditabit. In die ergo consumatiõis, uel generalis uel specialis: oẽis sanguis qui effusus est clamabit ad dñm & apparebit in medio: & opa sanguinis atq; terrena, sicut puluis iacebũt & stercora: & argẽtũ & aurũ diuites de die
iræ non poterunt liberare: audiente eo qui moritur: Stulte Luc. 12. e
hac nocte tolletur ania tua a te: quæ autẽ parasti cuius erũt?
Nõ qđ negemus aurũ & argentũ diuites liberare de morte: redẽptio em̃ uiri aniæ, ꝓpriæ diuitiæ, sed q̃ eo tpe liberare Pro. 13. b
nõ possunt: quãdo diuitias necessitate dimittũt. Oẽis em̃ terra & uniuersa quæ terrena sunt, zelo dñi deuorabunt̃. Et q̃ ait, zelo: intellige adhuc amantẽ dñm. Nisi em̃ amaret humanam animã, nunq̃ zelaret̃ eam: & in similitudinẽ mariti peccatũ ulciscereturuxoris: qui si nõ amaret, nec de adulterio eius irasceret̃. Et hoc faciet dominus cũ festinatione cunctis habitantibus terrã, his q̃ se penitus terræ dederũt: & nõ
fuerunt aduenæ & peregrini: sicut iustus qui loquit̃: Adue- Ps̃. 38. c
na sum ego in terra & peregrinus sicut omnes patres mei.
Et rursum alibi nolẽs diutius in tabernaculo carnis habitare, lachrymabili uoce testat̃ dicẽs: Heu mihi qa pegrinatio Ib i. 119. b
mea ꝓlõgata est: Et em̃ q̃ sumus in tabernaculo corpis hui? ingemiscimus conquerentes: Miser ego hõ, quis me libera Rom. 7. d
bit de corpore mortis huius?

¶ Ca. II

Conuenite congregamini gens non amabilis ꝛc. Post descriptionẽ malorum quæ in die uentura sunt dñi: scđm duplicem captiuitatis expositionem quã supra diximus: populus ad pœnitentiã prouocatur: & dicitur ei: Conuenite & cõgregamini: siue ut in Lxx. scriptũ est, colligamini. i. estote uobis (iuxta Apostolũ) charitatis uinculo copulati: gens non amabilis quæ amore dei Gal. 5. c
indigna es: siue gens inerudita: de qua dicitur in Deutero- Deu. 32. a
nomio: Populus stultus & non sapiens. Et in Hieremia: Si- Hiere. 2. f

 ne causa

B ne cauſa percuſſi filios uestros: diſciplinam non recepiſtis: anteq̄ fiat qđ prophetatū eſt: anteq̄ præceptū ſequatur effectus: qđ ita facile ueniet quaſi puluis pertranſiens: anteq̄ ſuper uos furor dñi cōpleatur. Simulq̄ cerne dei clæmēriā: ſuffecerat prudentibus malorum uenientiū impetum deſcripſiſſe: uerum quia non uult inferre ſupplicia, ſed tantum terrere paſſuros: ipſe ad pœnitentiam prouocat ne faciat qđ minatus ē. Generaliter aūt tota multitudo credētium & eorum qui dei populus nuncupatur in eccleſiam congregatur & dicitur ei: Conuenite in eccleſiam: ſociamini uobis charitate & pace, O gens inerudita quæ non uis dei recipe diſciplinā, nec habere ſcientiam mādatorum eius: ſed diuitijs & corporis ſanitate & pulchritudine huius ſæculi: carnis quoq̄ uoluptatibus delectaris: quæ tranſit quaſi flos q̄ in una marceſcit die. Propterea aūt dico uobis cōuenite, ſociamini: ne cum iudicij tempus uenerit, & omnis gloria uestra tranſierit; tunc uelitis agere pœnitentiam quando locus non erit pœnitentiæ ſed pœnarū. Quærat aliquis quomodo hoc ipſum ſuper unoquoq̄ migrante de ſæculo poſſit intelligi. Dicitur ergo ad ſingulos: o tu q̄ ſæculi negocijs occupatus p̄ diuerſa diſcurris, reuertere in ſanctorū eccleſiam: & iunge te eorū uitæ & cœtui quos uides placere deo: & diſſoluta membra aniæ tuæ nec ſibi cohærentia in unam ſapiētiæ coge cōpagem: & illius hære cōplexui: & audi myſtice: Confortamini manus diſſolutæ, & genua debilia ſolidamini: nec glorieris in bonis carnis & Eſa. 40. b eius flore qui præterit. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni: Aruit fœnū, & flos decidit: uerbum autem domini manet in æternum. Poſſumus hoc capitulo uti pro tempore: Si quando uiderimus aliquē honoribus ſæculi & cōgregandis diuitijs occupatum ad eccleſiā uel raro uel nunq̄ uenire & dicere ad eum: congregare & cōiungere populo dei: qui domini præcepta non audis, anteq̄ gloria tua p̄trāſeat: anteq̄ dies tibi furoris dñi adueniat.

a ¶ Quęrite dñm omnes manſueti terrę ⁊c. Humilis terræ appellatur qui non humilitate quæ uirtutem ſonat: ſed peccatis humiliatus eſt, nec poteſt cum chriſto dicere: Diſcite a
Matth. 11. b me quia mitis ſum & humilis corde. Omnis em̄ qui ſe humiliat exaltabitur. Et in alio loco ſermo ad ſanctum dirigi-
Eccī. 3. c tur: Quanto maior fueris, tanto magis humilia teipſum: & coram deo inuenies gratiam. Qui autem peccatis humilia tus eſt: & aggrauatus eſt conſcientia delictorū, ac loquitur:
ps. 37. a Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me: iſte debet audire:
Matth. 11. d Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Hoc dictum ſit in principio ſecđm Lxx. interpretes. Cæterum iuxta hebraicum alter ſenſus eſt: Dicitur em̄ ad ſanctos: O uos qui mea præcepta cuſtoditis: qui in terra poſiti: & ſcientes quoniā omnis qui ſe humiliat exaltabitur: imitati eſtis manſuetudinē meam, & iudicium eſtis operati: quærite dominū in māſuetudine ueſtra. Et ſi uultis ſci-
Iob. 5. d re quis iſte ſit dñs: quærite iuſtum, quærite māſuetum: Pater enim omne iudicium dedit filio: qui iudicaturus eſt. Et quia manſueti eſtis: propterea quærite māſuetū: ut quicq̄d in ueſtra manſuetudine minus eſt, ab eo qui fons eſt manſuetudinis impleatur. Hoc autem dico uobis: Si quomodo abſcondamini in die furoris domini: hoc eſt ſi forte poſſitis ex eo qđ quæſiſtis dominū & iuſticiā eſtis operati, iram diei uitare uenientis, & effugere captiuitatem: quæ uel a nabuchodonoſor uel a rhomanis inferenda eſt populo iudæorū.

Si aūt de his dubitat qui eius iudicia fecere dicens: Si quomodo abſcondamini in die furoris dñi: quid fiet de peccatoribus? Tāta em̄ uaſtitas iudeæ terræ ueniet; & tā ſublimis uictor huc babylonius aſcēdet exercit⁹: ut etiā potētiſſimas urbes philiſtinorū quæ ſemp̄ uobis equo certamine reſtiterūt, eadem captiuitas apprehēdat. Gaça em̄ deſtructa erit, & aſcalon in ſolitudinē redigetur: & açotum non furto ſed bello. i. manifeſta luce atq̄ uictoria in captiuitatē trahent: & accaron quæ interpretat̄ eradicatio hoc ſuſtinebit, qđ in ſuo uocabulo ſonat. i. eradicabitur. Hoc iuxta literam & hebraicam ueritatem. Iuxta Lxx. autem præcipitur humilibus terræ de quibus ſupra dictum eſt, ut operētur iudicium, & quærant iuſticiam: quam nō puto aliam eſſe præter chriſtū. Et quia omnis qui quærit inueniet: id qđ in-
Eccī. 20. d uenerint alijs reſpondeāt, hoc eſt alios doceāt. Sapiētia em̄ abſcondita & theſaurus nō comparens, que utilitas in ambobus? Et hoc inquit præcipio uobis ut in die iræ dñi p̄te-
עזה gamini: uel in cōſumatione mūdi, uel in exitu uniuſcuiuſq̄ de ſæculo. Gaça em̄ & aſcalon & açotus & accaron diuerſa ſupplicia ſuſtinebūt: gaça em̄ interpretatur fortitudo eius. Omnes ergo qui ſibi applaudūt in fortitudine corporis & potentia ſæculari, & dicunt cū diabolo: fortitudinē faciam: H
אשקלון diripiem̄ in die iræ dñi & ad nihilum redigentur. Aſcalon quoq̄ quæ dicitur ponderata uel ignis homicida, cū uenerit dies iræ dñi ſceleris ſui menſurā ſentiet: & eodē quo operata eſt pondere deprimetur. Et quia arſit ad effundendum ſanguinē, & multas ſcandaliçauit animas: & impletum eſt
ps. 54. d in ea: Virum ſanguinū & doloſum abominabit̄ dñs: non diripiet̄ ut gaça, ſed in ſolitudinē redacta, gehennæ ignibus uſq̄ ad puluerē cremabitur. Necnō & açotus quæ hebraice dicitur אשדוד & in lingua noſtra ſonat, ignis generationis, clara luce uaſtabit̄. Arſit em̄ libidine & generatiōis incēdio debacchata eſt. Et quia omnes adulterātes quaſi cibanus corda eorū: & ſagittis ardētibus uulnerati ſunt: non in tenebris, nō in occulto iudicio: ſed in meridie, hoc eſt quando ſancti plenā recipient claritatē proſcientur in tenebras, & ſanctorū conſortiū nō habebunt. Sed accaron quæ interעקרון pretat̄ ſterilitas uel eradicatio: quia nullos fructus habuit; & puerſitate doctrinæ ſuæ eradicauit plurimos: ipſa quoq̄ eradicabit̄. Has aūt oēs uarietates intellige in animarū uitijs atq̄ peccatis: & quia uniuſcuiuſq̄ opus quale ſit: in die iudicij ignis p̄babit. b ¶ Uę q̄ habitatis funiculū maris ⁊c. Quantum ad hiſtoriam, non eſt difficile interpretari: quia in ſuperioribus dixerat: Gaça deſtructa erit: & aſcalon in deſertum: açotum in meridie deijcient & accaron eradicabit̄: Quatuor magnis palæſtinæ urbibus nominatis: nūc ad ipſam generaliter prouinciam patet ſermonem dñi fieri & prædici ei: Væ qui habitatis funiculum maris, babylonio ueniente: quia & ipſi qui iuxta mare habitant perient atq̄ tollentur. Qđ autem terra palæſtinorum terra ſit chanaan: nulli dubium eſt. Et diſperdam te inquit ita ut nullus ſit habitator: & in tantam uenies uaſtitatem, quæ lætabaris in euerſione iudeæ, ut omnes tuæ urbes munitiſſimæ in ouilia ſint paſtorum. Et poſtq̄ dominus uiſitauerit populum ſuum: & fecerit eos regredi ſub çorobabel & Ieſu: & ædificauerint templum: & extruxerint hieruſalem: tu ita inculta eris & ſic uepribus urticiſq̄ operieris, ut paſtores de reliquijs iudæorum in aſcalone poſt meridiem requieſcant: & in urbe quondam nobili greges ſuos faciant

accubare

A accubare: & hoc fiet, quia dñs uisitabit plæbē suā: & auertet captiuitatē eius: qđ factū nec ne sit, deus uiderit. Nec̄ eñ nunc nobis ꝓpositū est historiæ texere ueritatē: sed ea intimare nostris, quæ accepimus ab hebræis. Iuxta spiritualē autē sensum & trāslationē Lxx. difficilis intelligētia est, maxime quia & in interpretatione discordāt. Vbi eñ nos transtulimus, gens perditorū: illi dixerunt πάροικοι κρητῶν, id est aduenæ cretensium: & qđ hebraice scriptū est גֵּוֵי כְּרֵתִים. Pro גֵּוֵי, id est gente, legerunt גֵּר hoc est, aduenā: & pro כְּרֵתִים, qđ dicit, perditorum, nomē cretæ insulæ putauerūt. Demc̄ & Aquila & quinta æditio interpretati sunt γένος ὀλέθριον. Et Theodotio γένος ὀλεθρίας. Symmachꝰ q̄q̄ γένος ὀλεθρεύμενον: quæ oīa cū interpretatione nostra faciunt. Rursum ubi nos diximus: Et erit funiculus maris requies pastorum: & omnes interpretes huic trāslationi cōgruerunt: scribit in Lxx. καὶ ἔσται κρήτη νομὴ ποιμένων καὶ μάνδρα προβάτων. & erit creta pascua gregis & ouile pecorū. Igit spūalibꝰ spūalia cōparantes: & uulgatæ æditiōis cōptam semel tenētes semitā: Quærimꝰ an alibi in scripturis sanctis nomē cretæ legerimꝰ. Et (ni fallor) illud in promptu est: Cretēses semp mēdaces: malæ bestiæ: uētres pigri: testimoniū hoc uerū est. Qui fluctuāt & circūferuntur omni uento doctrinæ in deceptione hoīm, in uersutia erroris: Isti cū debuerint in terra confessionis, hoc est, in terra habitare iudææ: uoluerunt magis aduenæ esse cretensium: qui diuersis maris fluctibꝰ hinc inde tundunt: & sonant ære corybantiho: & sunt iuxta Apostolū quasi cymbalū tinniens. Et quia aduenæ sunt cretensium: ideo sermo dei, hoc est, cōminatio fit ad illos. Et dicunt terra chanaan semp in fluctu, semp in motu, & terra allophylorū: alieni eñ a deo, in funiculo maris & in cretæ regione uersantur. Fit itaq̄ ad eos sermo dei uel in cōsumatione & fine mundi, uel quotidie p ecclesiastēos uiros: & qui possunt cū Apl̄o dicere: An experimentū quæritis eius qui in me loquit christus: ut eíciant decreta: & perdant de pristinis habitationibꝰ suis: & illa regio quæ priꝰ gregē perditū cōtinebat, incipiat esse ouile pecorū christi: & iudas. i. uera cōfessio, habitet in funiculis maris. Cūq̄ iam cœperit esse mūdus ad uesperam: & de multis uocatis pauci electi: q̄ nunc reliqui uocant de domo iuda, pauerint

Titū. 1. c

1. Co. 5. a

2. Co. 13. a

HEB. & disperdā te ita ut nō sit habitator. Et erit funiculus maris requies pastorum, & caule pecorū: & erit funiculus eius qui remanserit de domo iuda ibi pascentur: in domibus ascalonis ad uesperam requiescēt: quia uisitabit eos dominus deus eorum: & auertet captiuitatē eorū.

a Audiui opprobriū moab & blasphemias filiorū ammon: quæ exprobrauerūt populo meo, & magnificati sunt sup terminos eorū: Propterea uiuo ego dicit dñs deus exercituū, deus israel: quia moab ut sodoma erit, & filij ammon q̄si gomorra: siccitas spinarū & acerui salis & desertum usq̄ in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos: residui gentis meæ possidebunt illos. Hoc eis eueniet ꝓ superbia sua: quia blasphemauerunt & magnificati sunt super populum domini exercituum. Horribilis dominꝰ super eos: & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum uiri de loco suo, omnes insulæ gentium.

Sed & uos

B

SEP. et perdam uos de habitatione: Et erit creta pascua gregum, & ouile pecorū: & erit funiculus maris his qui reliqui sunt de domo iuda: sup ipsos pascent in domibus ascalonis: post meridiē diuertēt a facie filiorum iuda. quia uisitabit eos dñs deꝰ eorū: & auertet captiuitatem eorū. Audiui opprobriū moab, & cōtumelias filiorū ammon: in quibus exprobrauerūt ppl̄o meo: & magnificati sunt super termios meos: Propterea uiuo ego dicit dñs uirtutum deꝰ israel: quia moab sicut sodoma erit: & filij ammō quasi gomorra: & damascus derelicta quasi aceruus areæ: & dissipata usq̄ in sempiternū: & q̄ reliqui fuerit de ppl̄o meo, diripiēt eos: & residui gētis meæ possidebūt eos: hoc erit eis pro cōtumelia sua: q̄a exprobrauerunt & magnificati sunt super dñm oīpotentē: manifestus erit dñs sup eos, & disperdet oīes deos gētiū terræ: & adorabūt eū singuli de loco suo oīes insulæ gētiū.

Et uos

C

uenientes, uincēt aduersarios suos: & habitabunt in tabernaculis eorū. Qđ aūt legit in Lxx. A facie filiorū iuda, obelo prænotauimus: nec i hebræo eñ nec apud ullū ferē interpretū: & cōtextū capituli sensumq̄ cōturbat: non quod difficile fuerit quōcūq̄ & hoc posito sententiā texere: sed semel decreuimus ueritatē interpretationis: & lectoris magis eruditi, q̄ uulgi iudicium sequi. a Audiui opprobriū moab &c. Q̄z excepto Daniele propheta qui q̄tuor regnorū sæpius cernit uisiones: & eorū differentias sub alijs atq̄ alijs imaginibus exponit, Esaias, hieremias, eçechiel faciūt: ut post uisionem iudæ aduersum cæteras nationes quæ in circumitu eius sunt, uertāt uaticiniū: & iuxta ἰδιώματα singularū, quæ eis uentura sūt nūciēt: atq̄ in descriptione earū diutiꝰ imorent: Hoc nūc propheta Sophonias q̄q̄ breuit, eodē tñ ordine facit. Post philistijm eñ cōtra q̄s supra cōminatio præcurrit, gaça inq̄t destructa erit: & ascalon in desertū, & azotū in meridie ejiciēt: & accarō eradicabit: Nūc aduersus moab & filios ammō: siue ut in Lxx. additū ē cōtra damascū, q̄ ī Esaia dicit aram, texit prophetia, eo q̄ præbētes auxilia nabuchodonosor, uastauerint iudā: cōculcauerint sanctuariū eiꝰ: tēplū q̄q̄ subuerterint: & subiugato ppl̄o isr̄ dñm blasphemauerint. Nabuchodonosor q̄ppe atq̄ chaldæi iudæorū urbibꝰ subrutis cæteras gētes oppressērūt: & ita factū est, ut q̄ insultauerant ppl̄o dei, ipsi q̄q̄ eadē malorū angustia præmerent: & habērēt cōseruū iudā, quē putauerūt se hīre subiectū. Igit antec̄q̄ ueniat captiuitas sub Iosia adhuc rege, nec dum hierosolymis tēploq̄ subuersis, dirigit aduersum insultantes ꝓphetia: ut mala q̄ndā populi dei, cæterarū gētiū leuarent mala. Audiui (inquit) opprobriū moab, quæ nunc arcopolis appellat: & blasphemias filiorū ammon: quæ & ipsa urbs arabiæ secūda post bosram philadelphia dicit: in quibꝰ exprobrauerunt ppl̄o meo: & eiectis iudæis, dilatauerunt in terra eorū fines suos. Propterea quia blasphemauerūt me & exprobrauerūt ppl̄o meo: Ego dñs exercituū qui possum im-

Dañ. 7. f

D

Esa. 17. a

E plere qđ cõminor: & de⁹ iſrael qui in pp̃o meo ipſe patior iniuriã, faciã ut ſit moab q̃ſi ſodoma: & filij ammon quaſi gomorra. Legamus huiuſcemodi uiſiones in Eſaia & Hieremia: & eadem quæ nunc hic legimus, reperiem⁹. Siccitas ſpinarũ & acerui ſalis, & deſertum uſq; in æternũ: pro quo neſcio quid ſibi uolentes Lxx. damaſcum euulſam & derelictam interpretati ſunt: niſi fallor, uerbi ambiguitate decepti: ſiccitas enim qđ hebraice dicit֗ מִמְּשֹׁשׁ: excepta prima litera מ ſi mutet֗ & ר accipiat֗, eaſdẽ literas reliquas habet quas & damaſcus: & põt legi ꝓ ſuperiori uerbo רֶמֶשֶׂק. Quærit֗ autẽ quõ iſtæ urbes, hoc eſt, moab & filij ammon redactæ ſint in ſodomã & gomorrã: & quaſi ſpinarũ ariditas & acerui ſalis, uſq; in æternũ nõ ædificẽt֗. Et q̃ quidẽ uaſtatæ ſint quaſi ſodoma & gomorra, exponendi nulla eſt difficultas. Verum hoc quod ſequit֗: Deſertæ erunt uſq; in æternũ: Aut deſtructionẽ regni earũ interpretabimur: quia poſtea ſubuerſæ a chaldæis, regnũ ſuũ perdiderũt: & deinceps uel ab antiochis, uel a ptolæmeis tentæ, nouiſſime romano imperio colla ſubmiſerint. Aut certe̊ ὑπερβολικῶς dici accipiendũ eſt: עוֹלָם quippe & æternitatẽ ſonat & ſæculum: ex quo & ꝓ uno ſæculo, & ꝓ aliquanto tẽpore, & una ætate accipi põt. Et qui reliqui fuerint de pp̃o iſrael, uaſtabunt eos: & blaſphemantia quondã chaldæorũ auxilia poſſidebunt. Hoc autẽ eueniet eis pro ſuperbia eorũ, quia blaſphemauerunt, & magnificati ſunt cõtra populum domini exercituum: qui domin⁹ exercituũ erit horribilis ſuper eos: & horror eius nõ interficiet ſuperbos: non blaſphemantiũ ſanguinem funđet: ſed diſperdet & attenuabit omnia idola eorũ: ut qui prius tenebant֗ errore: & domini beneficia nõ ſentiebãt: malorũ neceſſitate preſſi, ſciãt idola nihil ꝓeſſe: & adorent eum unuſquiſq; de loco ſuo omnes inſulæ gentium. Hucuſq; iuxta hebraicũ. Nunc ad Lxx. interpretes reuertamur: cogamuſq; iudæos qui tm̃ ſequunt֗ hiſtoriã exponere nobis: Quando moab & filij ammon facti ſunt quaſi ſodoma & gomorra: & quaſi acerui ſalis, & deſertæ
F uſq; in æternũ: debent mõſtrare ſulfureas pluuias, uineas, terrã in cineres fauillamq; conuerſam: mare ſupra de puteis quondam ſalis qđ nunc mortuũ dicit֗ inundaſſe: quando eos diripuerint iudæi, quãdo reſiduæ gentes iſraeliticæ poſſederint eos. Aut quæ indignatio dñi eſt pro blaſphemia & contumelijs attenuare & diſperdere eos: non moab & ammon, ſed uniuerſam terram: ut adorent eum ſinguli de loco ſuo, omnes inſulæ gentiũ: qđ magis ꝓ bñficio tribuet blaſphemantibus, ut ab errore redeant ad ſalutem. Q̃z ſi uoluerint dicere poſt regreſſionẽ de babylone has gẽtes pp̃o iſrl̃ fuiſſe ſubiectas: primũ auctoritatẽ poſtulabimus ſcripturarum unde hoc factum probent: deinde cum minime potuerint demonſtrare, concedemus eis ex ſuperfluo, atq; dicemus: Eſto accidiſſe qđ dicitis, quæ iuſticia dei eſſet blaſphemaſſe auos, & exprobraſſe atauos: & poſtea nepotibus redditum? Cum utiq; illa ſententia qua antea dicebatur in
Exo. 20. a lege, peccata patrum in filios in tertia & in quarta gene-
Eçech. 18. a ratione reſtitui, per Eçechiel ſoluta ſit: Viuo ego dicit dominus: nequaq; dicet֗ hæc parabola: ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et ſimul animaduerte parabolam eſſe qđ dictum eſt: nec id ſonare qđ in ſuperficie literæ proferunt. Qđ ſi iniuſtum eſt nepotibus reddere quod deliquerint aui: quanto iniuſtius pro ſtulticia iudæorũ hoc ipſum ſperare in cõſumatione mundi fieri: quando nõ chriſtus eorũ ut putant, ſed eſt uenturus antichriſtus. Sicubi enim artati fuerint in hiſtoria, ut doceant completũ eſſe qđ dictum eſt, ſtatim tranſiliunt ad futura chriſti tempora: & omnia quæ non poſſunt exponere poſt multa ſæcula ſibi repromittunt & dicũt: & moab, & filios ammon, & ægyptũ, & philiſtim, & idumæam, quæ nunc inſultant iudæis eo tẽpore punien-
das. Interrogemus ergo eos quare has potiſſimum gentes deus puniat: & nõ totum orbem in quo iudæi longe lateq; diſperſi ſunt. Si enim meretur moab corripi iudæis inſultans: & filij ammon & reliquæ gentes in circumitu: quare gallia non corripitur? quare britannias in cõminatione nõ ponit? cur hiſpaniæ ea pœna alienæ ſunt? q̃ ob cauſam de Italia nihil dicit֗: de aphrica cur tacetur? Et ut ſemel dicam: cum totus orbis iudæos captiuos teneat: quid ſolæ gentes tantũ commiſere flagitij, quæ in circuitu eius ſunt: ut ſolæ potiſſimũ nominent֗? Hæc contra iudæos & generalem in omnibus prophetis ubicunq; aduerſum gentes aliqua prophetia dicitur explanationem: Nunc quod ſupra diximus, damaſcum hebraice non haberi: nec apud quem q̃ alium interpretem, etiam ex ipſo ſcripturæ ordine cõprobabim⁹: Ad id enim quod dixerat: Audiui opprobriũ moab & blaſphemias filiorũ ammon, poſtea retulit: quia moab ut ſodoma erit, & filij ammon quaſi gomorra. Qđ ergo ſequitur: Et damaſcus deſerta, quaſi aceruus areæ: debuerat & de damaſco aliquid præmiſiſſe: ut quomodo de duabus gentib⁹ dixerat, moab ut ſodoma erit: & filij ammon ut gomorra: quarũ pcta ante iam dixerat: ſic & damaſci uel opprobria, uel blaſphemias deſcripſiſſet, ut poſtea digne ſuppliciũ uideretur inferre. Sed & hoc ipſum qđ dicit֗: Quaſi aceruus areæ, quod grece dicit֗ ὡς θημωνία ἄλωνος, putamus Lxx. ἀλὸς interpretatos. i. ſalis: ſed ab imperitis qui θημωνίαν, hoc eſt, aceruum frumenti uel frugum putauerunt, ꝓ ἀλὸς additis duabus literis ω & μ, quaſi ad conſequentiam frugum ἄλωνος, hoc eſt, areæ poſitum. Hoc de interpretationis uarietate & errore ſit dictum, & de difficultate hiſtoriæ. Qui autem doctus uir eſt: & ſpiritualibus ſpiritualia comparat: & non quærit quæ deorſum ſunt, ſed ea quæ ſurſum: & cum chriſto reſurgit ab inferis: & ueterem hominẽ deponens induitur nouo: & opprobria moab: & blaſphemias filiorũ ammon ad magiſtros contrariorũ eccleſiæ dogmatum refert: qui & ipſi uident֗ de genere eſſe abrahã: & effugiſſe incendium ſodomæ & gomorræ: & habitare in ſegor parua: Sed quia generatio eorũ in tenebris eſt: & lumẽ ueritatis nõ poſſunt aſpicere: declinauerũt em̃ a deo pr̃e: qđ interpretat֗ ex noĩbus lot & moab: & dei eſſe filij ceſſauerunt, qđ dicit֗, pp̃us meus: & in tenebroſa ſpelunca concepti de inceſtis nuptijs ſubſtiterũt: ꝓpterea uſq; hodie ſimplicitati filiorũ iudæ inſultantes, magnificare cupiunt ſup terminos ei⁹ poſſeſſionẽ ſuã: de quib⁹ in prouerbijs dicit֗: Non tranſ- Pro. 22. d
H feras terminos ſempiternos quos poſuerunt patres tui. Vide hæreticos in dialectica ſibi & rhetorica & omniũ ſophiſmatum dogmatibus applaudentes, cõtemnere eccleſiæ ruſticitatem: & quaſi indignam myſterijs ſuis, quæ ſibi quaſi idola confinxerunt deſpicere, & habere pro nihilo: & non quæres quæ ſint opprobria moab & cõtumeliæ filiorũ ammon; in quibus exprobrauerunt populo dei. Iurauit itaq; dominus per ſemetipſum dicens: Viuo ego dicit dominus. Et pulchre ad diſtinctionẽ mortuorũ deorũ, qui appellant֗ idola, ſe uiuentem dicit deus iſrael, hoc eſt populi uidentis deum: qđ blaſphemãtes hæ gentes. i. moab & filij ammon de quibus ſupra diximus: ſicut ſodoma & gomorra erunt. Vident֗ quidẽ ſibi in eo ꝙ gentiles non ſunt, exiſſe de ſodomis & gomorris: ſed quia blaſphemant populũ dei, & contra iſrael faciunt, in ſodomam reputabunt֗ & gomorram: & ita delebunt֗ ut illæ deletæ ſunt ante, nullum in ſe habentes ueſtigiũ uiroris & uitæ. Nec mirũ ſi hoc de hæreticis intelligamus qđ reputantur quaſi ſodoma & gomorra: cum etiam ad eccleſiaſticos qui dei nõ obſeruauere mandata, & egreſſi ſunt a præceptis eius, dicat֗ per Eſaiam: Audite uer- Eſa. 1. c
bum dñi principes ſodomorũ: & attẽdite in legẽ dñi pp̃us gomorræ. Et ad preſbyteros cupientes ſub figura ſuſannæ eccleſiæ corrumpere caſtitatẽ, dicat daniel: Hoc eſt iudiciũ Dañ. 13. f
dei: ſemẽ chanaan, & non iuda. Et ut ſciatis quotienſcunq; ſodoma & gomorra & ægyptus nominãtur: nõ de his dicit ꝓuincijs, quas oculis cernim⁹: ſed de alijs ſpiritalib⁹ quib⁹ ſermo propheticus cõminat֗: legite in apocalypſi Ioannis. Locus autẽ in quo dñs crucifixus eſt, uocat֗ ſpiritualiter ſodoma & ægypt⁹. Si ergo hieroſolyma in qua crucifixus eſt dñs, uocat֗ ſpiritualiter ſodoma & ægyptus: quare nõ econtrario ægyptus & ſodoma & gomorra, ſi opera fecerint hieruſalem, & terræ iudæ, in terram ſortis domini tranſferant֗? Denicq; & dauid non erat de ſacerdotibus: nec licebat ei co- 1. Reg. 21. a
mẽdere panes propoſitionis: ſed quia per ſingula creſcebat opera, & perſecutio ſaul uirtutum illius profectus erat: propterea in fuga ſua dum neſcit, ſubito antiſtes efficitur: & accipit panes propoſitionis: & non uiolat mandatũ dei. Hoc

totum

A רמשק totum diximus: quia moab ut sodoma erit: & filij ammon ut gomorra. Damascus quoq; quæ interpretatur, sanguinem bibens: aut sanguis sacci, erit derelicta a dei misericordia, quasi aceruus salis. Quia enim princeps eius est rex Aretha, & Damasceni Paulum occidere cupiunt, 2.Co.11.g Actu.9.d & per murum in sporta dimittitur: non dicitur ad Damascum: Vos estis sal mundi: nec illud sal uocatur, quod semper offertur in uictimis: sed quod infatuatum est: & de quo in euangelio scribitur: Si autē sal infatuatū fuerit in quo salietur? ad nihilum est utile neq; in terrā neq; in sterquilinium: sed foras proijciunt illud, ut ab hominibus conculcetur. Et moab igitur, & ammon, & damascus: qui se se adUersus domini sciētiā parauerūt & blasphemauerūt populū dei: & dixerūt in eum plurimas contumelias: & uoluerunt dilatare terminos suos in terra ecclesiæ: & populum dei possidere, desertæ erūt & destructæ: & reliqui de populo dei, hoc est, B uiri ecclesiastici in scripturis dominicis eruditi eripient eos: & residui gētis dominicæ possidebūt eos: & hoc eis erit pro cōtumelia, qua exprobrauerūt & magnificati sunt contra dominū omnipotentem. Vide clæmētiam, uide misericordiam domini: contumeliam patitur, blasphematur, diripiuntur termini eius: & ille quid facit? Mittit ad reliquias populi sui, de quibus diximus: ut sibi blasphemantes diuidat: & in suam ducat possessionem. Multo enim stulto melius est seruire sapienti: & fatuitatem eius domini sapientia corrigi, q̄ suæ eum stulticiæ derelinqui. Veniet itaq; dominus omnipotens, & manifestus erit super eos: quem nunc nesciunt, quem ignorant: & disperdet omnia dogmata, id est deos eorū, & diuersarum gentium idola: ut postq̄ simulachra quæ de suo sibi sensu composuerant euersa fuerint, conuertantur gentes ad dominum: & unusquisq; in loco suo adoret eum quem nesciebat ante. a ¶ Sed & uos ethiopes interfecti gladio &c. Iudæi totum hoc capitulum & duo superiora contra philistim & moab & filios ammon ad aduentū christi referunt, quem putant in consumatione mundi esse uenturum: qui extruat hierusalem: & populum suum liberet de manu gentium qua tenentur: & hoc sonare qđ dicitur: Et adorabūt eum uiri de loco suo, omnes insulæ gentiū. Non solum autem superiores gentes, sed æthiopes quoq; & assyrios & niniuen urbem assyriorū eo tempore ponendam esse in solitudinem: & cubituras in ea omnes bestias terræ: siue ut in hebræo scriptum est: omnes bestias gentium: ex quo significari putant de cunctis nationibus, quæ euersuræ sunt niniuen. Et quia niniue speciosa interpretatur, in præsenti loco speciosam referunt ad babylonem: Et omne quod sequit̄: Onocrotalus & heritius in liminib⁹ eius morabunt̄: & cætera, babyloni potius conuenire: cuius & in Esaia eadem solitudo prædicitur. Et econtrario alij affirmant, manifeste de assyrio dici, de quo iam præcesserit: Et extendet manū suam super aquilonem, & perdet assur: & ponet niniuen in solitudinem. Post assyrios enim magis niniuen intelligi, q̄ babylonem quæ ciuitas chaldæorum est. Quod autem ait: Onocrotalum & heritium in cardinibus eius, & coruum in superliminari: solitudinis esse indicia: & onocrotalorū duo genera: Aliud aquatile, aliud solitudinis. Et q̄ ait, uox cantantis in fenestra: uel dæmones intelligi, uel uariarum uoces uolucrum: quæ solent in desertis urbibus commorari. Præterea qđ & nos & Lxx. similiter trāstulimus: Coruus in superliminari: in hebræo ponit̄ חֹרֵב qđ scđm lectionis diuersitatē, uel siccitas, uel gladius, uel coruus accipitur. Vnde & Aquila gladiū, alij siccitatem interpretati sunt. Et post euersionē quasi insultans ruinæ eius sermo propheticus loquit̄: Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me nō est alia ampli⁹: quomodo facta est in desertū cubile bestiæ? Omnis qui trāsit per eam sibilabit, & mouebit manū suam. Iuxta hoc autē quod supra diximus: aut uere in deserta urbe habitabunt bestiæ: aut certe sub bestiarum figura multarum nationum uarietas indicatur. Quod si quispiam quæsierit: quomodo iuxta historiā ad tempora nabuchodonosor hæc ꝓphetia referat̄: æthiopibus etiā nuncupatis & assyrijs, quib⁹ medi & persæ nihil fecerint. Legat historias & uidebit assyrios quoq; & æthiopes medis fuisse subiectos: & cambises regnum & cyri potentiam, & omnia quæ deinceps sint secuta. Hæc iudaice dicta sint. Cæterum si notauerimus in omnibus scripturis æthiopes eos appellari, qui penitus in uitia sunt demersi: scđm illud quod in Hieremia legim⁹: Si mutabit æthiops pellem suam: æthiopibus ad meliora conuersis, spes erit: nullūq; qui uoluerit agere pœnitentiā, a salute alienū fore. Vnde & prius anima polluta, & delictorū sordibus inquinata dicit: Nigra sum. Et postea in fine canticicanticorū, de eadem iam purgata & lota per pœnitentiam scribit̄: Quæ est ista quæ ascendit dealbata? Moyses quoq;, id est lex dñi spiritalis, æthiopissam de gētibus duxit uxorē: & maria, id est synagoga iudæorū: & aaron, id est carnale sacerdotium: & nō scđm ordinē melchisedech: murmurat aduersus legē, sed frustra. Statim enim synagoga perfundit̄ lepra: & extra castra proiecta, completo tempore, ipso orante moyse in castra reducit̄. Ethiopiæ enim manus iam præuenerat deum. Comminatur itaq; nunc sermo diuinus his qui peccatis inhærentes, & obliti sordibus delictorū nolunt ad meliora conuerti: & tenebrosum colorem eluere: & comminatur eis gladium: de quo puto scribi & in genesi: Statuit cherubim, & flammeum gladium qui uertitur ad custodiēdam uiam ligni uitæ. Et in Esaia: Inducet gladium magnū & sanctum super draconem colubrum tortuosum: & interficiet eum in

Matth.5.b

Hiere.13.d

Cañ.1.a Ibi.8.b

Exo.2.d

C

D

Væ prouocatrix

O illustris

die illa:

E die illa. Et dicit eos uel uulnerandos uel interficiendos gladio: ut timẽtes pœnas imitentur niniuen, & agant pœnitẽtiã: & nõ ſuſtineãt quæ dñs cõminat. Q. d. quidẽ & Hieremiæ
Hiere. 18. b .pphetia ſonat: Loquar inquit ſuper gentẽ & ſuper regnũ: & auferam & diſperdam eos: & ſi pœnitentiã ægerint, & ego pœnitẽtiam agam de oĩb⁹ malis quæ locutus ſum ut facerẽ eis. Et ut ſciatis propterea nunc dñm comminari æthiopibus gladiũ, ut eos ad meliora conuertat: poſt paululũ in
Infra. 3. b hoc ipſo libro de æthiopib⁹ infert: Vltra flumina æthiopiæ inde ſupplices mei filij diſperſorũ meorũ deferent munus mihi: Siue ut in Lxx. habetur: de finibus fluuiorũ æthiopiæ ſuſcipiam diſperſos meos, & offerẽt hoſtias mihi. Poſt hæc nõ loquitur dominus ut ſupra, ſed propheticus ſpiritus de eo: Et extendet manũ ſuam ſuper aquilonẽ, & perdet aſſur.
Hiere. 1. c Aquilonem de quo Hieremias ſcripſit: Ab aquilone exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ. Et de quo Salo/
Pro. 25. d mon commemorat: Aquilo durus uentus: nomine autem dexter uocatur. Propterea autẽ extendit inferentẽ ſupplicia deus manum ſuam, ut & aquilo ſentiat pœnas: & hi qui in terra eius ſunt: ad quã iuxta Zachariã pergunt equi nigri:
Zach. 6. a de quibus dicit: Erant equi nigri, ibant in terrã aquilonis. Et pulchre qui mouerit pedes ſuos, & receſſerit ab oriente:
Ibi. 6. c de quo idem propheta ait: Ecce uir oriens nomẽ eius: & ad occidentẽ reſpexerit, ſtatim pergit ad aquilonem qui nõ eſt dexter, ſed nomine dexter uocat. Q. d. quidẽ & corporaliter intelligit: ut quicũq; in oriente ſteterit, & uerterit ſe occidentem reſpiciens, ad dexterã habeat aquilonẽ: quẽ dextrũ uocant qui flatu illius refrixerũt: qui tantũ nomine dexter eſt:
F cæterũ re & opere potius in ſiniſtra eſt. Poſtq; autem exten/derit manũ ſuam ſuper aquilonẽ dñs, perdet etiã aſſur qui interpretatur ἐνδεώωμ: quẽ multi putant dirigentẽ dici: ſed falſum eſt: ἐνδεώωμ em̃ coarguens dicit, atq; cõuincens. Et quoniam diabolus ipſe eſt inimicus & ultor: & ipſe peccata ſuggerit: & poſtea in peccatis coarguit peccatores: idcirco ἐνδεώωμ uocatur. Hunc ego eſſe reor principẽ aſſyriorũ qui habitat ad aquilonẽ, & metropolim habet niniuen: & dicit in Eſaia: Fortitudinẽ faciam: & ſapiẽtiæ intellectus auferam terminos gentium: & uires earũ depaſcar. Porro q. d. ſequit de niniue uaſtata: Et paſcentur in ea greges, & oĩes beſtiæ terræ, & cameleontes & heritij in præſepib⁹ ei⁹ accubabũt, & beſtiæ requieſcẽt in cardinibus eius: & corui in feneſtris eius, & cætera: Videtur mihi iuxta illud intelligi debere, q. d. uel in Iona, uel in Nahum .ppheta ſcriptum eſt. Et in Iona quidẽ niniuen. i. ſpecioſam, quæ ad prædicationẽ Ionæ: id eſt columbæ ægerit pœnitentiam, eccleſiam interpretati ſumus de gentib⁹ cõgregatã. In Nahum uero ſuper mundo intelligẽtiã tẽperauim⁹: & de mundo quidẽ nõ difficile eſt interpretari & dicere, q. qñ æthiopes uulnerati gladio dñi fuerint, & extẽderit manũ ſuam ſup aquilonẽ: & perdiderit aſſyriũ principẽ mundi: etiã ipſe mundus cũ principe ſuo pereat: & ad maximã ſolitudinẽ redigat: & nulli miſerabilis ſit, ſed omnes ad ruinã eius ſibilent, & moueant manus ſuas. De eccleſia autẽ uidet prima fronte eſſe blaſphemũ: q. ea futura ſit inuia & deſerta, & beſtiæ habitẽt in ea: & poſtea ei cum inſultatione dicat: Hæc eſt ciuitas malis dedita, quæ habitabat in ſpe, quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & non eſt præter me amplius: quõ facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarũ? Sed qui cõſyderauerit illud Apoſtolicũ, in quo di
2. Timo. 3. a citur: In nouiſſimis temporib⁹ inſtabunt tẽpora peſſima: & erunt homines ſui amatores, auari, arrogãtes, ſuperbi, blaſphemi, parentib⁹ nõ obediẽtes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, accuſatores, intemperantes, crudeles, odio habentes bonũ, proditores, temerarij, inflati, uoluptatũ amatores magis q. dei: habẽtes formã pietatis, uirtutẽ autẽ ei⁹
Matth. 24. b denegãtes. Necnõ & hoc q. d. in euãgelio ſcriptũ eſt: q. multiplicata iniquitate, refrigeſcat charitas multorũ: intantũ ut in illo tẽpore cõpleat: Verũtamẽ ueniẽs filius hominis putas inueniet fidem ſup terrã? non mirabit de extrema eccleſiæ uaſtitate: q. regnante antichriſto redigẽda ſit in ſolitudinẽ, & tradenda beſtijs: & paſſura quæcũq; nunc .ppheta deſcribit. Si em̃ deus .ppter infidelitatẽ ramis naturalib⁹ non pepercit: ſed fregit eos: & poſuit flumina in deſertũ: & fontes aquarũ in ſitim: terrã fructiferã in ſalſuginẽ .ppter malitiã habitatorũ eius: Cur non e contrario eos de quib⁹ dixerat: Poſuit deſertum in paludes aquarũ, & terram ſine aqua in fontes aquarum: & habitare fecit ibi eſurientes, & cæte/ra: & q̃s inſeruit de oleaſtro in radicẽ bonæ oliuæ, ſi immemores bñficij receſſerint a cõditore ſuo: & adorauerint aſſyriũ, euertat & ad eãdẽ ſitim reducat in q̃ pri⁹ fuerãt: Q. d. cũ generaliter in aduẽtu antichriſti ſiue in fine mũdi poſſit intelligi: tñ q̃tidie in his q̃ ſimulant ſe eſſe de eccl̃ia dei, & operib⁹ negant: auditoreſq; legis ſunt & non factores, accipi põt: q̃ fruſtra ſpecioſos ſe eſſe iactent, cũ habitent in eis greges, uitiorũ. ſ. multitudo & bruta aĩalia corpi ſeruientia: & oẽs beſtiæ terræ, quæ corda corũ comedũt: & cameleontes qui nõ habẽt unũ colorẽ: ſed diuerſis peccatis, nunc auaricia, nunc luxuria, nunc crudelitate, nunc libidine, nunc triſticia, nũc exultatiõe p momẽta mutant. Et heritij in præſepib⁹ eorũ, animal ſpinoſum & plenum ſentib⁹: & uulnerãs quicquid cõtigerit. Sed & beſtiæ cubabunt in foraminib⁹. i. in cordibus eorũ: & corui immũdæ aues in portis eorũ, uel in ore, uel in auribus, q̃ aut loquant ſemp, aut audiant mala. Poſt quæ inferẽ & dicit: ideo eccleſiam hæc paſſurã fore uel eſſe perpeſſam, q. in ſuperbiã ſe eleuauerit: & q̃ſi cedrus ſuũ cacumẽ erexerit, malis opib⁹ dedita: & nihilomin⁹ futurã ſibi beatitudinẽ repromittẽs: & in corde ſuo cæteros deſpiciẽs: nec putans quẽq; eſſe præter ſe, & dicens: Ego ſum & nõ eſt alia præter me ultra: quõ ergo facta eſt in ſolitudinẽ paſcua
H beſtiarũ? Vbi em̃ prius habitabat pater & filius & ſpũſſctũs, & angeli ei⁹ miniſterijs præſidebãt, tunc habitabũt beſtiæ:
Pſ. 73. d de quib⁹ & .ppheta cõplorat dicẽs: Ne tradas beſtijs animã cõfitentẽ tibi. Ois q̃ trãſibit p eã, ſibilabit & mouebit man⁹ ſuas. Q. d. ſi de angẽlis intellexerim⁹, ita interpretabimur: cũ trãſierint p eã angeli, & nõ mãſerint in ea ut prius facere cõſueuerãt: ſtupebũt & mirabunt: & nõ eã fulcient, & ſuſtentabunt ruentẽ manu ſua: ſed leuabunt man⁹ & pertrãſient. Vel certe cũ ſibilo attollent man⁹: & q̃ſi plangẽtes in morẽ lugentiũ cõcrepabũt. Si autẽ hoc de diabolo & angelis eius uoluerim⁹ accipere: qui uineam q̃q; quæ de ægypto tranſlata fuerat, uaſtauerũt: Dicem⁹ p animã de q̃ chriſtus receſſerit: & quæ prius tẽplum dei fuerat, & eſſe deſiuit: tranſire ſerpentẽ & ſibilare in ea: & uenena ſuæ maliciæ euomere: & nõ ſolũ hoc facere, ſed opera q̃q; ſua quæ προπικῶς manus uocant mouere. Ac ne putes quia colubrũ noĩauimus: uiolenter nos man⁹ colubri .p opere intelligere: accipe teſtimoniũ
Pro. 18. d ſalomonis: Mors & uita in manib⁹ linguæ. Hæc dixim⁹ ut potuim⁹ interpretationi allegoricæ ſeruientes. Si quis autẽ magis ueriſimilia & habẽtia rationẽ q̃ a nobis ſunt diſerta repererit, illius magis lector auctoritate ducat.

Ca. III

VE prouocatrix &c. Multi putant propter conſequentiã ſermonis dici aduerſum niniuen, de qua ſupra: Et perdet aſſyriũ, & ponet niniuen in ſolitudinẽ. Sed nunq̃ ſcriptura niniuen co/
Hiere. 25. g lumbã uocaret: licet in Hieremia, a facie gladij columbæ de nabuchodonoſor dictũ putẽt. Sed ſciendũ q. alij ecõtrario aſſerãt, .p columba ibi poſſe intelligi ἑλλάδα. i. græciã: ut ſit
יונה ſenſus: a facie gladij Iona. i. a facie gladij græciæ: Iona em̃ tã columbã q̃ græciã ſignificat: Vñ & uſq; hodie græci Iones, & mare appellat Ionium: Et apud hebræos permanet eorũ uetus uocabulũ. Sed & principes rhomani apud barbaras nationes antiquum uocabulum retinentes, cæſares appellantur. Omnis itaq; cõtra hieruſalem ſermo eſt: Væ ciuitas quondam columba, ſemper peccans, & captiuitatibus tradita, & rurſum redempta a domino. Væ ciuitas prouocatrix: quod ſignificantius hebraice dicit מֹרְאָת, id eſt παραπικραίνουσα: q. d. poſſum⁹ dicere, deum amarũ faciẽs. i. tuo/

uitio

A uitio, dulcẽ dñm atq; clæmentẽ uertẽs in amaritudinẽ: ut q̃ miſereri uult, punire cogatur. Nõ audiuit præceptũ dñi: & correpta noluit ſuſcipere diſciplinam: nec præmẽtib⁹ malis aliq̃ eſt confiſa in dño deo ſuo: nec ambulauit poſt tergũ ei⁹: nec dicente eo: Ego dominus appropinquans & nõ de Hiere. 23. e lõge, ipſa ei appropinquare uoluit. Deſcribuntur quoq; principes eius: & iudices, & prophetæ, & ſacerdotes: ut i ciuitate populum, & in his quæ dixi nominibus dignitatum, principes accipiamus. Principes igitur eius quaſi leones ſemper uerſabañ in prædis, & ad effundendũ ſanguinem ſubiecto/rum: Iudices eius rapaces, nõ dimittentes alijs quod poſſint rapere: Prophetæ ei⁹ inſanientes ſiue ſtupentes: quod hebraice dicitur בחזים: & Aquila trãſtulit ἐνθουσιαζόμενοι, loquebañ quaſi ex ore dñi: & omnia contra dominum prædicabant. Sacerdotes in loco ſanctuarij commiſere ſacrilegium: & cum contra legem facerẽt, ex lege uictimas offerebant. Propterea quia illa ægerunt iniuſte, domin⁹ iuſtus nõ faciet iniquitatem: ſed reſtituet urbi peſſimæ quæ mereť. Mane mane. i. manifeſte & abſq; aliqua ambiguitate faciet de ea iudiciũ: nec erit q̃ ab eo poſſit abſcõdi. Et hoc faciet dominus ut correpta ciuitas conuertatur ad melius. Sed iniquus iſrael nõ cognouit cõfuſionem ſuam: nec intellexit idcirco ſibi illatas plagas, ut ageret pœnitentiam. Vindicaui te (inquit) poſtea de gẽtib⁹, & deſtruxi imperia eorũ: ut qui p plagas me nõ ſenſeras, ſaltẽ p beneficia cognoſceres. Vel certe ſic intelligẽdũ: Diſperdidi oẽs ciuitates tuas o iuda: & oẽs ſubiectos tibi pagos & trib⁹, & diuerſa confinia: & tanta hominũ uaſtitas fuit: ut non eſſet qui habitaret in urbibus tuis: & poſtq̃ hoc feci, miſi prophetas meos conſurgens diluculo: & ad pœnitentiam prouocans, dixiq;: Feci quidẽ tibi hæc o hieruſalem: ſed feci ut timeres me, & ſuſciperes diſciplinã: & nõ periret habitaculum tuũ, hoc eſt tẽplum, ppter omnia ſcelera quæ geſſeras. At ecõtrario habitatores hieruſalẽ, me eos ad pœnitentiã prouocãte: quaſi de induſtria & ex cõtentione diluculo ſurrexerũt: ut feſtinatione qua ad me redire debuerant, complerent omnes cogitationes ſuas: & opere demonſtrarent, quod mente concepterant. Hoc iuxta hebraicũ. ¶ Cæterũ Illuſtris et redempta ciuitas chriſti ſanguine, iuxta ſuperiora perſpicue eccleſia intelligiť: quæ & uocatur columba, propter ſimplicitatẽ multitudinis in ea credentiũ. Hæc nõ audiuit uocẽ domini, nec ſuſcipere uoluit diſciplinã: nec cõfiſa eſt in domino:

HEB. non audiuit uocem, & nõ ſuſcepit diſciplinam: in domino non eſt confiſa: ad dominũ ſuum nõ appropinquauit. Principes ei⁹ in medio ei⁹ quaſi leones rugiẽtes: iudices eius lupi ueſperæ, non relinquebant in mane. Prophetæ eius ueſani, uiri infideles: ſacerdotes eius polluerunt ſanctum: iniuſte ægerũt cõtra legẽ: Dñs iuſtus in medio ei⁹ nõ faciet iniquitatẽ. Mane mane iudiciũ ſuũ dabit in luce: & non abſcondetur: neſciuit autem iniquus cõfuſionẽ: diſperdidi gentes & diſſipati ſunt anguli earũ: deſertas feci uias eorũ, eo q̃ nõ eſt qui trãſeat: deſolatæ ſunt ciuitates eorũ non remanente uiro, neq; ullo habitatore. Dixi, attamen timebis me: ſuſcipies diſciplinã: & non peribit habitaculũ ei⁹, ppter omnia in quib⁹ uiſitaui eã. Verũtñ diluculo ſurgẽtes corruperunt oẽs cogitatiões ſuas.

Quapropter

SEP. audiuit uocem: non ſuſcepit diſciplinã: in domino non eſt confiſa: & ad dñm ſuum non appropinquauit. Principes eius in ea ueluti rugientes leones: iudices eius ſicut lupi arabiæ, nõ dimittebant in mane: prophetæ eius portantes ſpiritum: uiri contemptores: ſacerdotes ei⁹ polluunt ſancta & impie agunt in legem: dominus autẽ iuſtus in medio eius: & non faciet iniquitatem. Mane mane iudiciũ ſuũ dabit in luce: & nõ eſt abſconditus: & neſcit iniquitatem in exactione: nec in ſempiternum iniuſticiam: detraxi ſuperbos: diſſipati ſunt anguli eorum: deſtruxi uias eorum: ut penitus non tranſeant: defecerunt ciuitates eorum: eo q̃ nullus ſubſiſteret neq; habitaret. Dixi, ueruntamen timebitis me & ſuſcipietis diſciplinã: & non peribitis de oculis eius in omĩb⁹ in quib⁹ ultus ſum ſup eam.

Præparare

quia noluit appropinquare ad dñm deũ ſuũ: ut mereret uenia pctõrũ. Fruſtra eñ quis uocẽ dñi dei ſui audire ſe dicit, & cõfidere in dño, quando operibus fidem deſtruit: & magis mammonæ iungitur q̃ dño deo ſuo: & duplici corde accedit ad eum: & duob⁹ dominis, ſæculo & deo militare poſſe ſe credit. Hui⁹ principes ſicut leones rugiẽtes. Nõ ambigimus de rugitu leonũ & diſcurſu: qñ uideri/mus principes ei⁹ ita in ſubiectos populos detonare: & uoce tyrannica rabidiſq; conuitijs plæbem conterere: ut non paſtorem in grege, ſed leonẽ inter ouiculas putes frendere. Iudices q̃q; ei⁹ q̃ſi lupi arabiæ, occidentes ueſperæ, & nil relinquẽtes ĩ mane: nõ aſpicientes ad ortũ ſolis: ſed morantes ſemp in tenebris: & poſſeſſiunculas eccl'iæ, & ea quæ in dei donaria conferuntur, uertẽtes in lucrum ſuum: ut nõ habeant pauperes quod mane comedãt: q̃ q̃ſi in nocte, & nullo uidẽte omnia populañ: & cũ luporũ more cuncta diripiãt: ne paruoſ quidẽ cibos indigẽtibus derelinquũt. Prophetæ etiam, id eſt magiſtri qui ſe putant docere populos, & de ſcripturis ſermocionari: πνευματοφόροι, id eſt portantes ſpiritũ, ſiue ſpirituales: & hoc εἰρωνικῶς legendum, ſunt uiri contemptores: nõ enim docere, ſed facere in eccleſia conuenit: non factis uerba deſtruere. Cæterum tu cum alium doceas: & ipſe nõ facias, nõ tam doctor q̃ contemptor uocandus es: de quo & in Habacuc ſcribiť: Videte cõtemptores & reſpicite & admiramini mirabilia, & diſperdimini. Sacerdotes quoq; qui euchariſtiæ ſeruiũt: & ſanguinẽ dñi ppris ei⁹ diuidunt, impie agunt in legẽ chriſti: putantes εὐχαρίσιαμ imprecãtis facere uerba, non uitam: & neceſſariam eſſe tantum ſolennem orationem, & non ſacerdotum merita: de quibus dicitur: Et ſacerdos in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes domino. Cum hæc faciant principes, iudices, prophetæ, ſacerdotes hieruſalem: nihilominus clæmens & iuſtus eſt dominus. Clæmens, in eo q̃ a ſua eccleſia non recedit. Iuſtus, in eo q̃ reddit unicuiq; quod meretur. Poſtq̃ enim aduenerit mane, & nox huius ſæculi pertranſierit: dabit in luce iudicium ſuum: & non abſcondetur uel ipſe uel iudicium eius. Et cum cœperit a ſingulis exigere pecuniã quam eis cõmiſerat, nõ erit iniuſtus: nec faciet in perpetuũ ualere iniuſticiã: ſed ſuperbos principes quib⁹ reſiſtit deus, detrahet de cathedris ſuis, & de culmine quod tenebant: & diſſipabunť anguli corũ. i. prauæ uolũtates, & a recto itinere declinantes; in quib⁹ ſemp & phariſæi orare cõſueuerãt,

angulari

Abac. 1. b

E angulari lapide cõtẽpto. Puto autẽ q̃ & ſuperbis proſit detrahi eos de arrogantia ſua: & diſſipari angiportus & angulos eorũ, ut poſtea recto itinere gradianẽ. Deniq̃ ſequiẽ: Et deſertas faciam uias eorũ, eo q̃ nõ ſit qui pertranſeat: ſcd̃m illud qd̃ in prĩo pſalmo ſcriptũ eſt: Et iter impiorũ peribit. Necnõ & in Oſee ubi de hieruſalẽ dicit̃ fornicante: Ecce ego claudam uias eiꝰ ſpinis: & obſtruã itinera eius: & ſemitã ſuam nõ inueniet: & perſequet̃ amatores ſuos: & non aprehẽdet eos: & quæret eos, & nõ inueniet: & dicet: Vadã & reuertar ad uirũ meũ priorem: qm̃ bene mihi erat tunc magis q̃ nunc. Aiaduerte q̃ niſi clauſæ fuiſſent uiæ, & obſepta itinera: & niſi deſtruiſſet dñs uias eiꝰ, nunq̃ dicere potuiſſet aĩa fornicans: Vadã & reuertar ad uirũ meũ priorẽ. Diſſipanẽ ergo itinera ſuperborũ & anguli eorũ, ne ambulent in ſuperbia & in prauitate: & urbes eorũ quæ male ædificatæ fuerãt in arrogantia & ſuperbia, deſtruunẽ: ne ſubſiſtant & habeant habitatores peſſimos. Ac ne quis putet nos uim facere ſcripturæ, diſcat ex cõſequẽtibꝰ: Hæc autẽ (inquit) feci ut dicerẽ eis: Ecce deſtructa ſunt itinera maliciæ: de cætero timete me, & diſcite diſciplinã: ne & diſciplina mea pereat, fructũ in uobis ſonuerſionis nõ inueniẽs: & oĩa irrita ſint, q̃ quæ uos uolui corripere: & ille uobis ſermo q̃ in Hieremia ſcriptus eſt, poſſit aptari: Sine cauſa percuſſi filios ueſtros, diſciplinã nõ recepiſtis. Vel certe timete me & recipite diſciplinã, ut nõ pereãt oĩa de cõſpectu hieruſalẽ: nec penitꝰ ad ſolitudinẽ deducat̃ ſuper his malis, in quibus cõminatus ſum ei. Nec moueat aliquem (ut ſæpe iam dixi) q̃ hæc aduerſum eccl̃iam dicta interpreter, cũ ſciat hieruſalem in ſcripturis ſanctis ſemper typũ habere eccleſiæ: de qua qui peccauerit, uel in babylonẽ abducit̃: uel ſi ſponte deſcẽdere uoluerit, in hiericho a latronibus uulnerat̃. Quæ eſt em̃ ita illuſtris ut eccleſia, quæ in toto orbe fundata eſt: ita redẽpta chriſti ſanguine, & columba, ppter gratiã ſpũſſancti, ut eccleſia de gẽtibꝰ cõgregata: in q̃ plurimi qui ſe dicunt in chriſtũ credere, nec audierunt uocẽ eius: nec receperũt diſciplinã: nec iuxta eũ eſſe uoluerunt. Q̃z autẽ dicit̃: Principes eiꝰ in ea ſicut leones rugiẽtes: ſcio offenſurũ me eſſe plurimos, qd̃ ſup epiſcopis & preſbyteris hæc interpreter: cũ & preſbyteri mali qui ſuſannã uiolare cupierũt, cæteros preſbyteros q bñ uixerint, nõ cõdemnent. Et mali principes q̃s deſcribit ſermo, pphetic⁹, nõ ſint bonis principibꝰ cõtumeliæ. Stulto em̃ flagellato inſipiens ſapiẽtior erit: ſi autẽ inſipiens ſapiẽtior fit, q̃to magis ille q̃ ſapiẽs eſt? Sed iudices eiꝰ ac principes capiẽtes munera, uentesq̃ iuſticiam, nõne recte appellanẽ lupi arabiæ, uel uespertini, ſicut Symmachus tranſtulit? Non em̃ merenẽ lupi dici beniamin: qui mane rapiunt, & ad ueſperã dant eſcam: ſed lupi ueſpertini qui noctibꝰ comedũt, & in mane nihil relinquunt. Q̃z autẽ ſequiẽ: Prophetæ eius πνευματοφόροι. i. portãtes ſpm̃, uiri cõtẽptores, nullũ moueat q̃ ſup doctoribus interpretãtes eoſdẽ & pphetas dicamꝰ & cõtẽptores: cũ & Apl̃us præcipiat: Nolite cõtriſtare ſpiritũ ſanctũ dei in q̃ ſignati eſtis in die redẽptionis. Et Dauid loquiẽ in quinq̃geſimo pſalmo: Spiritũ ſanctũ tuũ ne auferas a me. Niſi em̃ ſpũſſanctus cõtriſtatus fugere cõſueuiſſet priꝰ hoſpiciũ: & dimittere habitaculũ ſuũ, nunq̃ & Paulus præcepiſſet qd̃ ſupra dixi. Et dauid poſt adulteriũ formidaret ne perderet qd̃ acceperat: de q̃ & ad hebræos ſcribit̃: Quanto arbitramini deteriora mereri ſupplicia eum qui filiũ dei cõculcauerit: & ſanguinẽ teſtamẽti immundũ duxerit: in q̃ ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ cõtumeliã fecerit? Sed & in tertio regnorũ libro ſcriptũ eſt: hominẽ dei, haud dubiũ quin prophetã, qui ad altare deſtructũ poſtq̃ dixerat in ſamaria: Altare altare hæc dicit dñs: Ecce filius naſcet̃ dauid, & cætera: q̃ cõtẽpſerit uerba dñi, & comederit apud pſeudoprophetam: Sic em̃ locũ iſtum exponẽs Ioſephus interpretatus eſt, interfectũ eſſe a leone. Et ne putaret̃ caſus & non iudicium dñi: & pſeudopropheta q̃ eũ deceperat hoc futurũ eſſe prædixit: & ipſe leo cõtẽptorẽ puniẽs, aſinũ reſeruauit. Nõ ergo mirũ ſi doctores qui ſanctoſpiritu pleni fuerãt, poſſint fieri cõtemptores: cũ apud negligẽtes & nõ oĩa cuſtodia cõſeruantes cor ſuum: hæc ipſa cauſa frequẽter ſoleat ſuperbiæ, in dñm & cõtẽptus exiſtere, q̃ habeant ſciẽtiã dei: & nouerint multã bonitatẽ eiꝰ, quã abſcõdit timẽtibus ſe: & cõtemnant diuitias bonitatis eiꝰ, theſauriçantes ſibi irã in die iræ & reuelationis. Sacerdoteſ quoq̃ qui dant baptiſmũ & ad euchariſtiã dñi imprecanẽ aduentũ: faciũt oleũ chriſmatis: manꝰ imponũt: cathecumenos eruditũt: ſeuitas & alios cõſtituũt ſacerdotes: nõ tã indignenẽ nobis hæc exponẽtibꝰ & pphetis uaticinãtibꝰ: q̃ dñm deprecenẽ: & ſtudioſe agant ne de ſacerdotibꝰ q̃ uiolãt ſctã dñi eſſe mereanẽ. Nõ em̃ dignitas & noĩa dignitatũ, ſed opꝰ dignitatis: & principes, & iudices, & pphetas, & ſacerdotes ſaluare cõſueuit. Q̃ui epiſcopatũ inq̃t deſyderat, bonũ opꝰ deſyderat: Videte q̃d dixerit: bonũ opꝰ deſyderat, nõ dignitatẽ. Si autẽ deſpecto opere ſolã aſpexerit dignitatẽ, cito corruit turris in ſiloa: & excelſa cedri fulmĩe feriunt̃: & erecta ceruix frangit̃: & cygnꝰ extẽto collo & in ſublime ſe tendens, inter ĩmũdas uolucres cõputat̃. Porro qd̃ expoſuimꝰ iuxta hebraicũ: uerũtñ diluculo ſurgẽtes corruperũt oẽs cogitationes ſuas: pro quo in Lxx. ſcribit̃: præparare, cõſurge diluculo, diſſipata eſt oĩs frondoſitas eorũ: q̃a multũ ab hebraico diſcrepat: & magis uidet̃ iuxta Lxx. cũ poſterioribꝰ cõcordare, in ſequẽtibꝰ exponem⁹. a Quapropter expecta me ꝛc̃. Hæc iudæi interpretanẽ in aduentu chriſti, quem ſperant uẽturũ eſſe: & dicũt uniuerſis gẽtibꝰ cõgregatis: & effuſo ſup eas furore dñi, in igne çeli eius terrã deuorandã. Et ſicut añ ædificationẽ turris fuit, q̃n una lingua oẽs ppli loquebanẽ: ita cõuerſis omnibꝰ ad cultũ ueri dei locuturos hebraice: & totũ orbẽ dño ſeruiturũ. Nos autẽ qui nõ ſequimur occidentẽ literã, ſed ſpiritũ uiuificantẽ, nec iudaicas fabulas: audiamus a dño: præparare, coſurge diluculo: diſſipati ſunt oẽs racemi eorũ: & præparati dicim⁹: Paratũ cor meũ deus, paratũ cor meũ. Audimuſq̃ in prouerbĩjs imperatum: Præpara in egreſſu opera tua. Et illud qd̃ in leuitico ſacrate dicitur: ubi ſeptimo menſe decima die menſis offert aaron p̃ pplo hircũ emiſſariũ, atq̃ uiuentẽ: & ponẽs manꝰ ſup caput eius: imprecat̃ ei cuncta pctã pplı iſrael: tradetq̃ eum in manus hoĩs præparati, & mittet in eremũ: intelligimus in nobis: & præparantes nos ueri imperio ſacerdotis, tollamꝰ malũ de medio eccleſiæ. Cunq̃ hæc fecerimꝰ, nox præterit, appropinquat dies: & quaſi in die honeſte ambulantes dicimꝰ: Deus deus meus ad te luce uigilo. Statimq̃ inferimꝰ: Mane exaudies orationẽ meã: mane aſſiſtam tibi & uidebo. Niſi em̃ præparati fuerimꝰ, nõ nobis oriet̃ ſol iuſticiæ. Orto autẽ ſole oẽs racemi de uinea ſodomorũ diſſipanẽ & pereũt: ut nõ ſolũ grandes botri, ſed etiã qd̃ paruũ eſſe uidebat̃ in nobis, chriſti lucerna radiãte diſpereat. Et p̃ his oĩbꝰ mercedẽ nobis pollicẽs deus ait: Expecta me in die reſurrectiõis meæ in teſtimoniũ: Poſt uitia em̃ atq̃ pctã deus reſurget in nobis. Et iuxta quod in alio loco præcipit: Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis dicit dñs deus: & puer quem elegi, teſtis eſt nobis, pater cũ filio & ſpiritu ſancto: ut in ore duorũ uel triũ teſtiũ ſtet omne uerbũ. Et magis mihi uidet̃ ſic ſtare ſentẽtia: & ſub his tribꝰ teſtibꝰ ueritas cõfirmari q̃ per literã. Duo em̃ fuerunt teſtes contra Suſannã: & contra ipſum dñm ſaluatorẽ: & tñ nõ ſtetit uerbũ in ore eorũ. Contra naboth quoq̃ pene tota ciuitas dixit teſtimonium: conſenſuſq̃ teſtiũ peſſimorũ non firmitatẽ habuit ueritatis, ſed ſceleris cõiurationẽ. Quia iudiciũ (ait) meũ in congregationes gentiũ: ut ſuſcipiã reges in loco uidelicet ſuppliciorum ſuorũ: ut effundã ſup eos irã meã, omnẽ iram furoris mei.

Quapropter expecta me dicit dominꝰ: in die reſurrectionis meæ in futurum: quia iudiciũ meũ ut congregem gentes & colligam regna ut effundam ſep. Præparare, conſurge diluculo: diſperierũt oĩes racemi eorũ: ꝓpterea expecta me dicit dñs in die reſurrectionis meæ in teſtimoniũ: quia iudiciũ meũ in congregationes

Q̃ui minor

Oſee. 2. b
Hiere. 2. f
Ephe. 4. g
Hebre. 10. e
3. Reg. 13. a
Pro. 24. d
Leui. 16. b
Pſa. 56. b
Pſa. 62. a
Ibi. 5. a
Eſa. 43. b
Deu. 17. a
Dañ. 13. d
Matth. 26. f
3. Reg. 21. d
1. Timo. 3. a

A Qui minor est cito meretur ueniam: & misericordiæ proximus est. Potentes autē potenter tormēta patientur. Vnde gentes & gentium multitudo cōgregatur ad iudiciū: reges autem, id est principes dogmatū peruersorū adducuntur in pœnam, ut effundatur super eos omnis ira furoris dñi. Et hoc nō crudelitate fit aliqua, ut arbitrantur sanguinarij iudæi: sed misericordia & cōsilio medicantis. Sequitur enī: In igne enim zeli mei cōsumetur omnis terra. Gentibus quippe ad iudiciū congregatis, & regib⁹ ad supplicium: ut effūdatur sup eos ira: & non ex parte, sed tota: & ira ac furore sociato, consumaē in toto orbe qc/quid terrenum est, qc/quid ad opa terræ: id est carnis pertinet: oēs eius uepres & spinosa fruteta uastans, zeli mei uorabit incendiū. Et tunc cōuertam sup populos linguam in generationem suā: ut unusquisq; errore deposito, ad antiquū cōfessionis domini elo/quiū reuertatur: & in B Philip. 2. b nomine iesu omne genu flectatur cœlestiū, terrestriū & infernorū, & oīs lingua confiteaē dñm iesum in gloria dei patris. Abiectisq; lateribus, & bitumine quæ habebamus, p lapidib⁹ & luto: qbus erroris nostri superbiā extruebam⁹ cōtra dominū: recipiamus linguā quā ante perdidimus, & simus sub iugo christi dicētis: Iugum meū suaue est, & onus meū leue est. Notandū aūt qđ in eo loco, ubi nos interpretati sumus: reddam populis labium electū: Pro electo Lxx. dixerunt εἰς γενεὰν αὐτῆς: id est in generationem eius: ut subauDiatur terræ. Et hinc error exortus est: qđ uerbū hebraicū בְּרוּרָה, qđ Aquila & Theodotio electū: Symmachus mūdum interpretatus est: Lxx. legerunt בְּרוֹרָה: ר literam ר existimātes, ppter elemēti nimiam similitudinē, qđ paruo apice distinguitur. Nec nō ubi nos transtulimus: In die resurrectionis meæ in futurū: & omnes interpretati sunt, testimonium: Hebræus qui me in scripturis instituit: asserebat לָעַד in præsenti loco magis εἰς ἔτι, id est in futurū debere intelligi, q̄ in testimoniū: עַד em̄ qđ scribiē p lītras ע & ר: & ἔτι, & μαρτύριον. i. & futurū, & testimoniū intelligi. Possumus hunc locū, & de primo christi aduentu exponere: qñ omni errore sublato, dæmonibusq; calcatis: & terrenis operibus destructis: apostoli uniuersis linguis locuti sūt: et ueteri errore sublato, unū cōfessionis redditū est labiū. Sed & reges qui destruunē & diuino consumunē ardore, peruersorū dogmatū principes sentiēdi sunt. a Ultra flumina ęthiopię &c. Cū reddiderit dñs credentiū ppīis labiū electū: & inuocauerint omnes nomē dñi & portauerint iugū eius: 3. Re. 10. a tūc etiā ultra flumina æthiopiæ: unde uenit regina saba audire sapiētiā Salomonis deferēt uictimas dño: Et æthiopia Ps. 67. g prævenient manus eius deo: Veroq; legifero q decē plagis pcussit ægyptū, nubet æthiopissa, inuidēte synagoga hebræo/Exo. 2. d rū. Qđ aūt ait iuxta hebraicum: Inde supplices mei filia dispersorū meorū deferent munus mihi, huiuscemodi est: O israel, o synagoga quondā filia quā in toto orbe dispersi, licet inuideas, licet æmulatione crucieris: tamen de æthiopia mihi uictimæ deferenē: id est de gentiliū populo. In die illa, id est qñ gentiū crediderit multitudo: etiā tu non penitus cōfunderis sup cūctis errorib⁹ tuis: qbus præuaricata es in me eligēdo, barrabbā & dei filiū crucifigendo. Tūc auferā de medio tui scribas & sacerdoteſ & pharisæos magniloq̄s supbiæ tuæ: & nequaq̄ te in mōte sancto meo ultra iactabis: sed habebis populū pauperē homīes illiteratos, & piscatores, q̄ sperabunt in nomine dñi. Reliqæ isrł: nō mltitudo q̄ clamauit: Crucifige, crucifige eū: nō pontifices & optimateſ: sed reliquiæ nequaq̄ faciēt iniquitatē: nec loquenē mēdaciū in christo ueritati credentes: nec inueniēt in ore eorū lingua dolosa: scientes qđ omne mendacium de Iob. 8. f diabolo est: q̄niā ipsi pascenē, & dicent: Do Ps. 22. a minus pascit me, & nihil mihi deerit: in loco D pascuæ ibi me collocauit. Sup aquā refectionis educauit me: aīam meā cōuertit: & non erit q exterreat, uincente fide credentiū persecutorum superbiam. Hoc de primo aduētu christi intellectum sit: qđ iudæi sibi in fine, p mittunt: & sperant se habitaturos in hierusalē: & in more pecorū corporalib⁹ donis iudæ opibusq; cōplēdos: & pascēdos herbis uiridibus: & deletis cunctis gentibus sibiq; subiectis: nullū posse resistere qui eos exterreat. Nos aūt accipiētes ex hac fabula occasionē ueræ historiæ: dicemus oēm nigredinē animæ, & tetrū colorē: ac draconis uenenū, quo tincti fueramus uitijs atq; peccatis: reddito nobis labio electo, siue mūdo & candido: ut interpretatus est Symmachus: derelinquere nos in fluminibus æthiopiæ puersorū dogmatū magistros, quibus ante irrigabamur: & cū dispersis quondā israel christo munera delaturos. In die illa, qua nobis christi lumen fuerit exortum: diceē ad singulos nostrū: Non confunderis ex oīmibus tuis adinuentionibus, cogitationibus uidelicet pessimis, quibus impie agebamus cōtra dñm: & tolletur uniuersa superbia, & contumelia per quā erigebamur cōtra dominū: & cōtra montē sanctū eius, dominū nostrū & saluatorem: & pro superbis uaniscq; nominibus, relinquēt in nobis ppīs mansuetus & humilis: ut nihil arrogans, nihil tumens, nihil qđ deo displiceat cogitemus. Simulq; consyderā qđ in die iudicij, & in cōsumatione mundi tollantur uniuersa nomina dignitatū: & unus populus remaneat, & grex sub pastore bono, q̄ sit māsuetus & humilis. Tūc etiā populus israel plenitudine gentiū subintrāte: quia cōclusit deus omnes sub peccato, ut omnibus misereaē: timebunt nomē dñi. Et reliquiæ israel nō facient ultra iniquitatē per quā dominū negauerūt: nec loquenē uana, ineptas sibi fabulas, p/mittentes: nec inueniēt in ore eorū lingua mendacij, christo per eos q̄ ueritas est loquēte. Tūc em̄ pascenē & ipsi in uno grege & accubabūt in ecclesia: & ueri nabuchodonosor im/

C

o petus non

Et petus non timebunt. Hæc uidentes & legentes tanta myſteria, clamemus cū Apoſtolo atq; dicamus: O profundū diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̄ inſcrutabilia ſunt iudicia tua, & inueſtigabiles uiæ tuæ. Q. d. qdē & propheta ſentiens & ſecum uoluens, de dei iudicijs ſuſpicatur. In nocte cum corde meo exercebar & ſcopebam ſpiritum meum & dicebam: Nūquid in ſempiternū abijciet deus: aut non addet ut miſereatur ultra: aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? & dixi: nunc cœpi: hæc eſt immutatio dexteræ excelſi. Et eſt ſenſus: Hoc q̄d putabam dominū in æternum relinquere peccatores, & miſericordias ſuas ira ſuccedente cohibere: intelexi idcirco factum, ut immutatione dexteræ ſuæ, quæ excelſi eſt dextera, uniuerſa mutaret: & miſereretur his quos añ piecerat. Et nos igit̄ & reliquiæ iſrael ſcientes q̄d redituri ſumus rationē pro omni ocioſo uerbo: & q̄d diſperdet dominus uniuerſa labia mendacia: non loquamur uanitatem: Vanitas quippe uanitatum & omnia uanitas. Et uniuerſa uanitas oīs homo uiuēs. Nec ore noſtro mendaciū proferamus: ſed accepta poteſtate calcandi ſup ſerpētes & ſcorpiones: & ſuper omnē uirtutē inimici: nullā timeamus formidinem, nec luporum chriſto cuſtode uereamur inſidias: ſed dicamus: Dominus illuminatio mea, & ſaluator meus: quē timebo, & cætera quæ in uiceſimoſexto pſalmo cōtinēt̄. a Laudа filia ſion ⁊c. Nō uideatur mirū ut ſæpe diximus, aliter hebraica capitula & aliter Lxx. græca uidelicet latinaq; finiri: Vbi em̄ in ſenſu diuerſa tranſlatio eſt, ibi neceſſe eſt diuerſa eſſe uel principia uel fines. Iudæi cū chriſto quē putāt eſſe uēturum hæc ſibi omnia repromittunt: quæ nos qui chriſtū ſuſcepimus iam cum ipſo ſumus omnia conſecuti. Si quis ergo chriſtianorum & maxime nouorum prudētium: quorum nomina taceo, ne quēq; ledere uidear, exiſtimat necdū prophetiam eſſe completam: ſciat falſo chriſti portare ſe nomē, & iudaicā animā circūciſionē tantū corpis nō habere. Si em̄ hæc necdū facta ſunt, ſed futura: fruſtra credidimus ſaluatoris aduentū: fruſtra autem non credentes, intelligimus in nobis eſſe completū myſterium, q̄d tēporibus æternis tacitū eſt: & nunc manifeſtatū eſt p̄ ſcripturas prophe ticas, & aduentū domini noſtri ieſu chriſti. Denicq; conſyderemus ordinem lectionis: & uidebimus q̄d dicitur non ad iudæos, ſed ad chriſti eccleſiam pertinere. Poſt hoc em̄ q̄d præceſſerat: iudicium meum in cōgregationes gentiū ut ſuſcipiam reges: uſq; ad eum locum ubi ait: Vt inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei ſub iugo uno: & ultra flumina æthiopiæ ſuſcipiā in diſperſis meis: qui afferent mihi uictimas: & poſt reliquias populi iſrael credentes in chriſto atq; ſaluatas: de qbus dicitur: & timebunt nomen domini qui ſunt reliqui de iſrael: & nō erit q̄ exterreat eos: Spūſſanctus de generali mundi conſumatione prædicans loquit̄: Gaude filia ſion, prædica filia hieruſalem, lætare & delectare de toto corde tuo filia hieruſalem. Qis quippe eccleſiaſtica anima: quæ in ſpecula conſtituta eſt & contemplatur pacem: lætatur & gaudet iniqtates a ſe eſſe ſublatas: & redemptas abeo q̄ prætioſo ſanguine oēs redemit. Chriſtus enim factus eſt ſapientia nobis a deo, & iuſticia, & ſanctificatio, & redemptio: Et redemit nos rex iſrl̄ qui habitat in medio noſtri, dicens: Ego & pater meus ueniemus & manſionē apud eū faciemus: & habitabo & ambulabo in eis: & ultra non uidebimus mala, ſolas uirtutes cogitantes atq; faciētes. In illa die dicit dominus uidētibus nobis pacē, & in ſublimi poſitis: ne diſſoluant̄ manus tuæ: qui & per Eſaiam dixit: Conforta mini manus diſſolutæ: & opera tua robuſta ſint: Dominus em̄ fortis cui nemo poteſt reſiſtere ſaluator tuus: ipſe tibi reddet lætiā quā perdidiſti: & uetere hoīc, piecto, in nouo ambulare te faciet: & hæc faciet in dilectiōe ſua: nō tuo merito, ſed miſcd̄ia ſua. Et lætabitur in te & delectabitur, quaſi pinguiſſimā ſolēnitatis tuæ hoſtiā ſuſcipiēs ſalutē tuā: & ipſe tibi dicet: congregabo cōtritos tuos: Cor quippe cōtritū & humiliatū deus nō deſpiciet: Et calamū contritū nō cōfringet. Hæc interim ſi uoluerimus de ſecundo aduentu accipere ſaluatoris. Porro q̄a propheta Zacharias ad ſimilē læticiā cohortatur ſion & hieruſalē: & hāc ipam̄ pphetiā Matthæus dicit in primo aduentu chriſti eſſe completam: Neceſſitate compellimur immo ordine ipſo ducimur ueritatis, q̄d in Sophonia dicitur: non futurū ſperare, ſed factum. Scriptū eſt em̄ in Zacharia: Gaude uæhemēter filia ſion, prædica filia hieruſalē: ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator: ipſe hūilis & aſcēdens ſuper iugalem & pullum nouum. Hæc iuxta Lxx. dicta ſint. Cæterū iuxta hebraicū, laudare iubetur eccleſia & iubilare iſrael, ſenſu uidens deum: & exultare atq; lætari in omni corde locus pacis, ad quem dictum eſt: Pacē meā do uobis: pacem meā relinquo uobis. Abſtulit em̄ in fine & in conſumatione mundi iudiciū eius: nequaq; eam iudicans atq; corripiēs, ſed ſaluans: & auertit inimicos eius, dæmonum turbas. Rex iſrael dominus in medio eius erit: nō timebit ultra malum. In die illa dicetur ad hieruſalem libera: quæ nō ſeruit cum filijs ſuis: ſed quæ eſt mater ſanctorum: Noli timere ſion: ipſa quippe eſt & hieruſalem: nequaq̄ tua opera diſſoluentur: nec facies quæ te feciſſe lugebis. Dominus deus tuus qui ſaluabit te fortis & potēs: ipſe habitabit in medio tui: gaudebit ſuper te in exultatiōe & lætitia: & ſilebit peccata tua in charitate, qua te dilexit: & exultabit ſuper te in laude: uel quia laudabilis ſis, uel quia eū tuis laudibus

Ro.11.d

Pſ.76.b

Matth.12.c

Eccs.1.a

Pſ.38.b

Luc.10.c

HEB. non facient iniquitatē: neq; loquent̄ mēdacium: & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniā ipſi paſcent̄ & accubabunt: & non erit qui exterreat. a Lauda filia ſiō: iubila Iſrl̄: lætare & exulta in omni corde filia hieruſalem. Abſtulit dominus iudicium tuum: auertit inimicos tuos: rex iſrael dn̄s in medio tui, nō timebis malum ultra. In die illa dicetur hieruſalem: noli timere ſion: non diſſoluātur manus tuæ: Dn̄s deus tuus in medio tui fortis ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in lætitia: ſilebit in dilectione tua: exultabit ſup te in laude. Nugas que a lege receſſerunt congregabo quia ex te erant: ut non ultra habeas ſuper eis opprobrium.

Ecce

SEP. & non facient iniqtatē, & nō loquētur uana, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur & accubabūt: & nō erit qui exterreat eos. Gaude filia ſion, prædica filia hierl̄m: exulta & delectare de toto corde tuo filia hieruſalē. Abſtulit dominus iniquitates tuas: redemit te de manu inimicorum tuorū: rex iſrael dominus in medio tui: nō uidebis mala ultra: In tempore illo dicit dominus hieruſalem: confide ſion: non diſſoluantur manus tuæ: dominus deus tuus in te fortis ſaluabit te: adducet ſuper te læticiā: & innouabit te in charitate ſua: & lætabitur in te in delectatione: quaſi in die ſolenni: congregabo confractos tuos.

Væ

1.Cor.1.d

Ioh.14.e

Leui.26.b

Eſa.35.a

Pſ.50

Matth.21.a

Zach.9.d

Eccl.3.d

Pſ.7.d

Ioh.14.d

laudibus canas. Nugas, siue ut Aqla interpretatus est, trās/latos qui a te recesserūt, congregabo quia ex te erāt: hoc est, hi qui per uitia atq; peccata de tuo sinu fugerāt: & facti erāt sub dæmonū potestate, reintegrato omniū statu uenient ad te: & nequaq; ultra super perditis filijs tuis patieris oppro/bria. Id qđ diximus nugas: sciamus in he/bræo ipsum latinum esse sermonem נוגי: & ꝓpterea a nobis ita ut in hebreo erat posi/tum: ut nosse possim⁹ linguam hebraicā om nium linguarum esse matricem: qđ nō est huius temporis disse/rere. Miror autē Aqui lā & Lxx. pro eo qđ nos interpretati sum⁹: erāt: in eo uidelicet lo/co ubi diximus: con/gregabo qui ex te erāt: pro erant interpretari uoluisse ὄντας siue οἱ: cꝯ semper Aquila, non pro plangendo, sed ꝓ uocando & inclaman do ponit: הֵרִין eñ cui⁹ uerbi initiū est הֵיָה: præteritum tēpus nu/mero plurali signifi/cat: erant, uel fuerant.

8. HEB. Eccē ego interficiam omnes qui afflixerūt te in tempore illo: & saluabo claudicantem: & eam quæ eiecta fuerat congregabo: & ponam eos in laudē, & in nomē in omni terra cō/fusionis eorū: In tempore illo quo adducam uos: & in tempore quo cōgrega/bo uos: dabo enim uos in nomen & in laudem om/nibus populis terræ: cum conuertero captiuitatem uestram coram oculis ue/stris dicit dominus.

SEP. Væ qui accepit su/per eam opprobrium: ec/ce ego faciā in te, propter te, in tempore illo: & salua bo exp̄ssam, & repulsam suscipiam: & ponam eos in gloriam & nominatos in omni terra. Et cōfūden tur in tempore illo: quan/de bene uobis fecero: & in tpe cū suscepero uos: quia dabo uos nomiatos: & in gloriam in cunctis popu/lis terræ: quādo conuerte ro captiuitatem uestrā co/ram uobis dicit dñs.

Hæc scio molesta esse lectori: qui si animaduerterit non me cōtrouersias & declamationes scribere: nec in locis exul tare cōmunibus: sed cōmentarios, & cōmentarios prophe/tarū: repræhendet potius sicubi rhetorū more ludere uolue ro, cꝯ arguet in tātis obscuritatibus ut dignū est imorantē.

a Ecce ego interficiam oēs ⁊c. Et hoc synagoga quæ non claudicat, sed utroq; trunicata est pede: pollicetur sibi in ad/uentu christi sui, quē sperat esse uenturū: & putat oñes gen/tes interficiendas a dño quæ afflixerunt israel: & saluan/dam synagogam, & eam quæ acceperat libellū repudij col/ligendam: & ponendos eos in laudem, & in nomē in omni terra captiuitatis suæ: in qua fuerant ante cōfusi. Et hoc fie/ri eo tpe qñ captiuitas reducta fuerit hierusalē: & extructū templū, & reliquus cærimoniarū ordo seruatus. Hæc sibi re promittit, & propterea non agit pœnitentiā: & dum sperat incerta, perdit certam salutē. Nec miror synagogam hæc di/cere: quæ quia nō recipit christū, oculos dolet, & cum lia lip pescit: & non amatur a iacob, & rachel succedente negligi/tur, Christianos miror immo semijudæos qui sibi uidētur esse de ecclesia: ea dicere & ea ꝓfiteri, quæ si uera sunt frustra credimus in christū: & omne nostrum tollitur sacramentū: & miserabiliores sumus oībus hominibus, credentes eum uenisse qui non uenit. Quia autem spes nostra certa est: & iudæorum cassa sunt uota: sc̄m priorem intelligentiā iam texamus præsens extremūq; capitulū: & de iesu filio sirach

Eccī.25.d testimoniū, ꝓferamus: Qui mittit lapidem in excelsum: su/per caput suū mittit. Quia enim sion & hierusalē in excelso positæ sunt: qcūq; sion detrahit & hierusalē: & mittit in eā cōtumeliaꝫ lapides, in suū eos caput iacit: & reuertetur op

Ps.7.d probriū eius in caput suū, & dolor eius & iniquitas sup uer ticem eius descendet. Quāti hodie exprobrant animæ, dei mysteria cōsectanti: uolentiq; uidere pacē eius, & dicūt: In/sanus est, & ebrius & musto plenus: hominū cœtus fugit: delitias aspernat, aurū pro luto cōputat, solam diligit pau/pertatē. Qui aūt infideles sunt, etiā crucē christi exprobrāt ei: & si qñ eum in angustia uiderint & in tentatione, dicūt: Vbi sunt misericordiæ tuæ & iusticiæ q̄s opatus es? Quid loquar de infidelib⁹: cū ecclīarū nōnulli principes huiusce modi hoibus exprobrent & uitā ipsoꝫ arbitrent amentiā: & non præsentē laudēt cōuersationē: sed uetera peccata ex/probrent: nec audiunt esse præceptū: Noli improperare ho/mini qui cōuertit a peccatis suis. Væ igitur ei: qui tulit op/probriū atq; suscepit: & huiusce modi se officio mancipauit, ut detraheret sion & ciuitati dei: quia pro hac iniuria urbis suæ ultor est dñs, & dicet ad sion: Ecce ego faciā in te, ꝓpter te. i. faciā ultionē tuā & saluabo afflictam: siue ut in græco dicitur: καὶ σώσω τὴν ἐκπεπισμένην: id est & saluabo expræssam: Vt sit sensus: Ego sal/uabo eam quæ in præ sentiarū quasi uua & oliua: ita tentatiōibus atq; præssuris, ut pre/lo & trabe præssa est & afflicta, ut uinū face ret & oleum: & de ui/no biberet iesus in re/gno patris sui: de oleo autē ungueretur præ participibus suis. Ego puto propter expre/ssionem talis uini & olei, Iob multa perpes sum: postq; autem ui/nū & oleū fecerat, au/disse a domino: Putas me aliter tibi respōdis/se: nisi ut appareres iu stus? Quasi ad uuam & oliuam loqueretur: Existimas me aliter te p̄ssisse & afflixisse atq; cōtriuisse: nisi ut uinū de te & oleū exprimerē? Sequit: Et eā quæ repulsa fuerat suscipiam. Videtur nos deus repellere quādo relinquit tentatiōi. Vnde & Iob: Visitatio inquit do Iob.10.c mini respexit me. Et non solū iusti loquūtur & dicunt: Nūc autē repulisti & cōfudisti nos: sicut in quadragesimotertio psalmo scriptū est: Sed ipse dñs atq; saluator ex persona ho minis quē assumpserat: Tu aūt ait repulisti & despexisti: di/stulisti christum tuum: subuertisti testamentū serui tui. Qz aūt iustorū persona sit in quadragesimotertio psalmo dicen tiū: Nunc autē repulisti & cōfudisti nos: ex sequentibus ap probat: Hæc omnia uenerunt super nos, nec obliti sumus te: neq; inique ægimus in testamento tuo: nec recessit retro cor nostrū. Eam igitur quæ in tentationibus uidebatur ab/iecta: suscipiet dñs in fine: & ponet eos in gloriā & nomina tos in uniuersa terra: filios uidelicet expræssæ & repulsæ: id est ecclesiæ. Quos aūt alios possumus intelligere filios ec/clesiæ nominatos nisi apostolos? Vide mihi Petrū & Paulū & Matthæū & Ioannē: & consydera hoc quod ad Abraham repromissum est: Magnificabo nomē tuū: in illis opere per petratū. Quotidie nominat in eccl̄ia: quotidie magnifica/tur nomen eorū: nō qđ ipsis prosit a nobis in ecclesia nomi nari: sed cꝯ nos magnificantes nomē eorū, & quæ scripserāt lectitantes, consequamur salutē. In tēpore inquit illo quan/do expræssa & repulsa suscepta fuerit, & filij ei⁹ positi in glo/riā: Gloriat quippe dñs in athletis suis: cū eos uiderit coro nari: Sicut gloriatus est aduersus diabolū de Iob: Vnde & Ap̄lus in ꝓfectu discipulorꝫ suorꝫ exultans ait: Etiā p uestrā gloriā cōfūdent q aduersarij uestri fuerant, & tulerāt cōtra uos opprobriū: & tūc uidebunt eos q̄s miseros putauerāt esse fœlices: & q̄s pauperes existimabāt atq; deiectos, potē tes fieri atq; glorioſos: Tūc cernēt captiuitatē eorū p quā in hoc sæc̄lo duro fuerāt imperiō subiugati, reduci in cœlestē hierl̄m: secꝫ resurgere in opprobriū & in cōfusionē æternā. Tribue nobis Iesu christe expræssis & afflictis & repulsis in isto sæc̄lo: ut nos recipias & ponas in gloriā, cōfūdat cꝯ su/perbit, cessent sibila, uenena torpeāt, & cōfusio eius ꝓficiat ad salutē. Hæc iuxta Lxx. Hebraicū aūt quia excepto princi pio, de quo in fine superioris capituli diximus: nō multum ab eoꝫ trāslatiōe discordat: indigere expositiōe nō arbitror.

Cōmentarij in Sophoniā ꝓphetā finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN AGGEVM PROPHETAM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROLOGVS.

.E SEcundo anno darij regis perſarum filij Hyſtaſpis: ſeptuageſimum annũ deſolatio/ G
nis templi fuiſſe completũ, quem Hieremias uaticinatus eſt: Zacharias quoq; pro/
pheta teſtis eſt: qui cum uiſionis ſuæ titulũ in ſecundo anno eiuſdem regis, undeci/
mo menſe ſabat, uiceſimaquarta die præpoſuiſſet, adiecit dicens: Domine exerci/ Zach.1.c
tuum: uſq; quo non miſereberis hieruſalem & urbium iuda, quibus iratus es? Iſte ſeptuageſim9
1.Eſ.5. annus eſt. Sed & Eſdras extructo tantum altari, & iactis fundamentis templi: ad literas regis ar/
taxerxis, prohibitum opus refert. Tunc intermiſſum eſt opus domus dei in hieruſalem: & non
fiebat uſq; ad annũ ſecundũ regni darij regis perſarũ: Statimq; addidit. Prophetauerunt autẽ
Aggeus propheta & Zacharias filius addo: prophetantes ad iudæos qui erant in iudæa & hie/
ruſalẽ in nomine dñi iſrael: Tunc ſurrexerũt zorobabel filius ſalathiel, & Ieſus filius ioſedech:
& cœperunt ædificare templũ dei in hieruſalem: & cum eis p̃ophetæ dei adiuuãtes eos. Quo tẽ
pore apud rhomanos ſeptimus a Romulo regnabat Tarquinius ſuperbus, habens annũ impe
rij uiceſimumſeptimum: qui poſt octo annos expulſus eſt a Bruto: ac deinde rempublicam per
annos quadringentos ſexaginta quatuor, uſq; ad Iuliũ cæſarem conſules adminiſtrauerũt. Hoc
propterea O paula & euſtochium diximus: ut de ipſo ſtatim titulo, qua ætate Aggeus prophe
ta cecinerit agnoſcatis. Sciendũq; eſt interim iuxta literã: magni ſpũs & aggeũ fuiſſe & zachariã
prophetas: ut aduerſum artaxerxis regis ædictum & ſamaritanos genteſq; cunctas per circuitũ,
ædificationẽ tẽpli impediẽtes, iuberẽt tẽplũ extrui: zorobabel q̃q; & ieſum filiũ ioſedech & popu
lũ q cũ eis erat nõ minoris fidei: ut ꝓphetas magis audirent iubẽtes, cõtra ꝓhibentis regis imperiũ.

COMMENTARII HIERONYMI IN AGGEVM PROPHETAM.

F IN anno ſecundo darij regis ꝛc. Quia po H
pulus qui uidebatur ſibi rediſſe de capti/
uita/
te: nec
dum
ædifi/
cauerat tẽplũ: nec mu/
ros extruxerat ciuita/
tis: nec habebat gloriã
priſtinæ hieruſalẽ: ſed
habitabat in domib9

IN anno ſecundo Darij regis, in menſe ſexto, in die una menſis: factum eſt uerbum domini in manu Aggei prophetæ.

Ad zorobabel

concauis: & ut ſignificantius græce dicit̃ κοιλοσάθμοις. i. de
orſum poſitis & in cõualle demerſis: Propterea nõ ad eos
fit ſermo dei ſub rege Eçechia, ſiue Amon, ſiue Ioſia: qui cõ/
diu ſtabat hieruſalem, populo dei imperauerãt: ſed ſub Da/
rio rege perſarũ principe: de quo & Daniel myſtice in ſuo
דריוש uolumine refert. Darius autẽ in lingua noſtra ſonat, genera
tiones factæ, ſiue quæ fuerũt: qđ græce dicit̃ γενέσεις γεγο/
νυῖαι: nec merebatur abſq; templo populus & deorſum ha
bitans aliũ habere regem: niſi q generationibus ſeruiebat
& amabat carnẽ: & primã ſententiã ineruditi adhuc hois,
Geñ.1.c & electi de paradiſo cuſtodiebat: Creſcite & multiplicami/
ni, & implete terram. Ergo quia Darius amator erat coitus,
& ſocius draconis: cuius oñis uirtus in lumbo eſt: Idcirco
in ſecundo ãno uiſio populo cernitur, in ī: mundo numero:
& poſt unionẽ uirginitatis & paradiſi nuditatem, tunicas ſi
gnificãte pelliceas. Denicq; in geneſi cum in primo die dictũ
ſit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in ſexto poſt con/
ſumationẽ operũ ſingulorũ: Et uidit deus quia bonũ eſt: In
ſecũdo, iuxta hebraicũ & Aquilam & Symmachũ & Theo/
dotionẽ nõ habet̃: Necq; em̃ poterat ſecundus dies qui nu/
merũ facit, qui ab unione diuidit, qđ bonus eſſet dei ſentẽ
tia cõprobari. Menſis quoq; ſextus aſſcribit̃, qui nõ habet
ſolẽnitates dei, ſicut mẽſis ſeptimus: ſed uicinus eſt dierum
ſex, in quibus factus eſt mundus: In quo laboratur, & in ſu
dore faciei comedit̃ panis: & terra generat nobis tribulos,
& ſpinas: & cũ ſemẽtẽ acceperit tritici: lolio magis aueniſq;
fœcũda eſt. Sed qa iam altare ædificatũ fuerat: & aduerſum
repugnãtes hoſtes templũ ꝓſequerant extruere, nec extruxe
rãt: In uno die mẽſis ſexti: factũ eſt uerbũ dñi in manu Ag/
gei ꝓphetæ: ut deſerẽs ꝑplus ſecũdũ annũ Darij regis, q ab
unione diuidit: & ſextũ menſem qui præterierat, & q nume/
rus labori deputatur: ad unionem reuertere
tur dei: & imparem
numerũ ſolũq; ſeque/
retur: quẽ mundũ eſſe
gẽtilis quoq; poeta no
uit, dicens: Numero
de9 impare gaudet. Fit
autẽ uerbum dñi quæ
rẽs ad quẽ ueniat: & quẽ doceat, in manu Aggei ꝓphetæ: q
bona habebat opa: & in cui9 factis poterat dei ſermo reqeſce
re. Porro ubi manus ſanguine plenæ ſũt, & interficit̃ Ieſus:
& audet populus dicere: Sanguis eius ſup nos, & ſup filios
noſtros: ibi nõ fit ſermo dei. Vſq; hodie immũdas habens
manus carneus iſrael, extendit eas ad dñm: ſed qa ſangui/
ne plenæ ſunt: loquit̃ ad eos dñs per ꝓphetam: Si extende Eſa.1.d
ritis manus ueſtras, auertam oculos meos a uobis: manus
em̃ ueſtræ ſanguine plenæ ſunt: Nõ fit in manibus eorũ uer
bũ dñi: qa ĩmũdæ ſũt: nõ uenit ad eos ſermo dei, qa in ſe oc
cidere ſermonẽ dei. Nec putãdũ in manu tãtũ Aggei ꝓphe/
tæ factũ eẽ ſermonẽ dñi: Sed qa Aggeus interpretat̃ feſtiu9: חגי
omnis qui poteſt feſta celebrare: non in fermẽto ueteri ma/ 1.Co.5.b
litiæ & neqtiæ: ſed in Açymis ſynceritatis & ueritatis: põt
dei recipere ſermonẽ. Habeamus & nos mũdas manus: &
uocemur ἑορτάζοντες. i. feſta celebrãtes: & ad nos fiet ſermo
dei. Proponamus añ oculos noſtros, quia lex ſpiritalis eſt,
ſpiritales ſolẽnitates: de qbus ſcriptũ eſt: Tribus tẽporib9 Exo.23.b
mihi feſta celebrabitis in anno: Solennitatẽ açymorũ cuſto Deu.16.c
dietis: ſeptẽ diebus comedetis açyma: ſicut præcepi tibi in tẽ
pore mẽſis nouorũ: in ipſo em̃ es egreſſus ex ægypto: Nõ ap
parebis in cõſpectu meo uacuus: Et ſolẽnitatẽ mẽſis primi
tiorũ de operibus tuis quæcunq; ſeminaueris in agro: Et
ſolẽnitatẽ cõſumationis in exitu anni in cõgregatiõe operũ
tuorũ de agro. Si uoluerimus in nobis fieri ſermonẽ dei: ſi/
mus aggei. i. feſta celebrantes: & nõ appareamus in cõſpe/
ctu dei

A

ctu dei uacui: seminãtesq; in spũ, de spũ metamus æternã uitã: ut celebremus solẽnitatẽ primitiuoꝝ de opibus nostris, quæcunq; seminauerimus in agro cui bñdixit dñs. Simus quoq; Aggei: & p oẽm uitã nostrã usq; ad cõsumationẽ anni, i. usq; ad exitũ de sæculo isto, celebremus festa in operibus nostris: quæ nobis orta sunt in agro nr̃o. Multa sunt, & nõ huius temporis quæ dẽ solẽnitate dicãtur: quibus põt de omni scriptura lector diligẽs coaptare intelligentiã spiritalem. a ¶ Ad zorobabel filium salathiel ꝛc. Legim⁹ in paralipomenon: Ieconiæ q in babylonẽ ductus est filiũ fuisse salathiel: de quo natus est zorobabel. Qd̃ quidem & Matthæ⁹ gñationẽ saluatoris enũerãs ait: Post trãsmigratiõnẽ aũt babylonis, Ieconias genuit salathiel: Salathiel aũt genuit zorobabel: Sorobabel aũt genuit abiud. Hic zorobabel de tribu iuda: hoc est de Dauid stirpe descẽdẽs, typus est saluatoris: q uere destructũ ædificauit tẽplũ. i. eccleſiã: & reduxit populũ de captiuitate: Et tã de ueteris tẽpli lapidib⁹, q̃s de nouis q prius fuerant ipoliti ædificauit eccleſiã: id est & de reliquijs populi iudaici, & de gentiũ multitudine, deo patri extruxit tabernaculũ. Interpretatur aũt scd̃m multiplices hebraici ſermonis accentus, uel ῥεῦσις παρακειμένη. i. fluxus adiacens, siue expositus: uel ortus in babylone, uel princeps de babylone. Primæ interpretationi ille fluxus cõtrarius est, q significat in uocabulo Ieçabel. i. fluxꝰ uanus, uel fluxus mẽstruatæ: q utiq; manifeste ĩmũdiciã sonat. Sed & çabulon, fluxus noctis exprimit. Relinquẽtes ergo huius mundi uanũ & sordidũ fluxũ atq; tenebrosum: sequamur fluxum Iesu, qui nobis expositus est ad bibendũ, & largissimo fonte se præbet: iuxta illud qd̃ dicit in euãgelio: Stabat ieſus in templo & clamabat, dicẽs: Si q̃s sitit ueniat ad me, & bibat. Et hũc ipm̃ tũc poterimus bibere, cũ petierimus a deo patre: iuxta qd̃ legimus: Petite & dabitur uobis. Salathiel quippe interpretatur, petitio dei. Et nemo uenit ad ieſum: nisi eum adduxerit pater. Nascetur ergo nobis fluxus, expositus per obsecrationem dei: & erit de tribu iuda, regia scilicet, & cõfitente uel laudante deum: quia iudas utrũq; sonat. Porro ortus in babylone: scd̃m historiã qdẽ uere de zorobabel dicit, quia ibi natus est: Sed & iuxta altiorẽ intelligentiã dñm nostrũ ieſum sonat: qa ipse quoq; natus sit in cõfusione huius sæculi: & fuerit prope grauissimũ flumen chobar: & uiderit magnã uisionẽ illã quã sub typo eius Eçechiel in uoluminis sui cernit exordio. Qd̃ aũt dixi interpretari zorobabel principem de babylone: nõ q uere princeps interpretet hoc dixi: Si qdem apud hebræos ex tribus integris nomẽ eius traditur esse cõpositũ: ר enim dicit iste: רב magiſter siue maior: בבל proprie babyloniũ sonat: & efficit nomen zorobabel: iste magiſter de babylone. Sed ad compẽdiũ intelligẽtiæ, p supradictis minutis, principẽ uolui interpretari de babylone, siue in babylone: Vt quõ ieſus filius naue: q & ipse in typo saluatoris fuit, de solitudine populũ in terrã repromiſſiõis induxit: Sic & iste propterea ortus in babylone sit: ut eos q erant in babylone, reduceret in terrã repromiſſionis de qua captiui abducti fuerant: & his qui erant in uinculis diceret: Exite: Et qui sedebãt in tenebris: illuminamini. Sermo uero dñi qui factus est in manu Aggei: nõ solũ ad zorobabel dirigit filiũ salathiel, de q̃ iã diximus: sed & ad ieſum filiũ iosedech sacerdotẽ magnũ. Quantũ ad hiſtoriã ptinet, alter ẽ zorobabel de tribu regia: & alter ieſus de tribu ſacerdotali: Quãtũ uero ad intelligentiã spiritalẽ: unus atq; idẽ est dñs noster atq; saluator, rex & magnus ſacerdos: cuius typum scd̃m id qd̃ rex erat, portabat zorobabel: scd̃m id aũt qd̃ põtifex erat, portabat cognominis eius ieſus: qui interpretat deo ſalus. i. dñi ſalus: & est filius iose-

a Ad zorobabel filium salathiel ducem iuda: & ad ieſum
b filium Iosedech, ſacerdotem magnũ dicens: Hec ait
dñs exercituũ dicẽs: Populus iſte dicit, nõdum uenit tẽ
c pus domus domini ædificandæ. Et factum est uerbum
domini in manu Aggei prophetæ dicens: Nunquid
tempus uobis est ut habitetis in domibus laqueatis
d & domus ista deserta? Et nũnc hæc dicit dominus ex-
ercituum: ponite corda uestra ſuper uias uestras.

Seminastis

dech: qd̃ & ipsum in linguã nostrã uertit יהוצדק. i. de⁹ צדק. i. iustus. Iustus enim & sanctus deus pater, & deus filius: & non est in ipso iniquitas. Aduersus Marcionem & cæteros hæreticos: qui alterius boni, nescio cuius dei filium, & nõ creatoris quem iustum uocant, asserunt dñm saluatorem. Et uere est ieſus magnus ſacerdos: cui oẽs dei antistites cõparati, parui sunt & nihil. Si eĩm iste magnus dicit ſacerdos: utiq; ad distinctionẽ eorũ dicit qui minores sunt. Minores autẽ sunt oẽs qui extra eum, & post eum sunt: ut quomodo primogenitus est omnis creaturæ, & primogenit⁹ ex mortuis: sic princeps & magn⁹ sit in uniuersis ſacerdotibus. b ¶ Hæc ait dñs exercituũ ꝛc. Diligẽter attẽde qd̃ nõ zorobabel uel ieſus dicant: nõdum uenit tẽpus domus dñi ædificandæ: sed ppl̃us q adhuc sub Dario rege cõstitutus, necdũ iugum seruitutis excusserat: Semp̃q q captiuitate retinent, & egressi sunt de hieruſalẽ, differũt & morant ædificare templũ dei, & dicunt: nondum uenit tempus domus dñi ædificandæ. Et tu quãdo uideris aliquẽ egressum de eccleſia, qui traditus fuerat ſatanæ in interitum carnis ut spiritus saluus fieret, cogitare atq; disponere ut ædificet tẽplũ per pudicitiã, qd̃ per libidinẽ ante destruxerat: & tamẽ diẽ de die trahere: dic ad eũ: Vere & tu de populo es captiuorũ: & tu dicis: nõdum uenit tempus domus dñi ædificãdæ. Qui semel decreuit instaurare tẽplũ dei: huic oñe tempus aptũ est ad ædificãdũ: nec rex diabol⁹ põt impedire, nec hostes per circuitũ, nec pietas simulata parentũ, affiniũ, liberorũ: ſtatim ut cõuersus inclamaueris nomẽ dñi: dicet: ecce adsum. c ¶ Et factum est uerbum domini ꝛc. vt habitetis in domibus laqueatis: Siue ut Lxx. interpretati sunt κοιλοσάθμοις. i. concauis. In eadem die qua supra rursum uidetur hæc uisio: Et proficientibus prophetæ operibus, p phetiæ quoq; dona succreſcũt: & habito pauliſper ſilentio: ad id qd̃ dixerat ppl̃us: nõdũ uenit tẽpus domus dñi ædificandæ: profertur dñi quaſi cogitata reſponſio: & dicitur ad eos: Ergo ne tempus est, ut uos habitetis in domibus deorsum ſitis, & in cõualle positis: & mea domus quæ in monte est deſerta erit: siue ut habetur in hebræo: ut habitetis in domibus laqueatis: id est ornatis atq; compoſitis: & quæ non tam ad usum sunt q̃ ad delitias: & habitaculũ meũ in quo fuerunt ſanctaſanctorũ: & cherubim & menſa propoſitionis, pluuijs rigabitur: ſqualebit ſolitudine: ſole torrebitur: Porro scd̃m anagogen: Omne tempus quo habitatio uallis eligitur, uel seruimus delitijs importunũ est. Vnde & Stoici qbus curæ est uerba ſingula definire: tempus dixerunt esse correctionis siue efficientiæ: quod ſignificantius græce dicitur, χρόνον εἶναι καθορθώσεως: Omne enim tempus in quo non uirtutibus, sed uitijs deseruimus perit: & quaſi nõ fuerit, reputatur in nihilũ. Si quis ergo de nobis, uel in conualle habitat, uel in uoluptate & luxuria ſæculari ſuam contignat domũ: Iſte templũ deo nõ ædificat: nec habet dñs in eo ubi caput ſuũ reclinet: & cũ uulpibus ædificat domũ: habitaculũ quõdã dei pãtitur esse deſertũ. d ¶ Et nũc hæc dicit dñs exercituũ ꝛc. Non sit aliud loquẽtis tẽpus & aliud facientis: præcepta mea ſtatim in opus uertite: Dñs eĩm est oĩpotens qui præcipit: & utiq; non leue est dei oĩpotẽtis imperiũ. Habuiſtis hucusq; corda uestra uitijs seruiẽtia, ſine ordine, ſine præceptore: quocũq; trahebant deſyderia pergentes: Nunc aũt dñs uobis præcipit: ut ordinetis in ſe charitatem: & ponatis corda uestra ſuper uias uestras: ut nihil absq; iudicio & cõſyderatione faciatis: ſed semper añ pedes uestros legalis lucerna præcedat, & dicatis: Lucerna pedibus meis lex tua: & lux semitis meis. Vt certe ita: qa dicitis nõ est tẽpus ædificandæ domus dñi: & ipſi habitatis

in habitaculis:

Matth. 1. b

Ioh. 7. f

Matth. 7. a
Ioh. 6. e

Eçech. 1. a

1. Co. 5. a

E In habitaculis quæ sunt in ima demersa: domus aũt mea deserta est: consyderate iubente me dño, & uos in mẽoriã redigite quæ feceritis, & quæ passi sitis. a ¶ Seminastis multũ & intulistis parũ ꝛc. Omnis labor uester q ædificastis dom⁹ uestras & neglexistis domũ dei: nõ habuit euẽtum. Seminastis enim plura, & multo minus cꝫ satum fuerat congregastis: nec potestis dicere ideo famẽ secutã, qđ in exercẽda terra agricola cessauerit. Comedistis q̃, cꝫ ne forsitan e uobis q̃spiã diceret uoluntarium fuisse ieiunium: & nõ estis saturati: qa paruos fructus cõgregaueratis i horrea. Vinum bibistis e uineis: sed nõ tãtũ ut lætaret cor uestrũ, & diceretur
ps.103.b de uobis: Et uinũ exhilarat cor hominis. Habuistis palliũ: sed qđ frig⁹ nõ repelleret, nec seruaret calorẽ. Qui cũcꝫ etiã ũrm siue negociatiõe siue mercenaria manu mercedes cõgregauit: frustra labor sine p̃cio laboris impensus est: Oẽs eñ uelut si qs in pertusum sacculũ mittat, pecuniæ defluxerunt. Sed & iuxta intelligentiã spiritalem: hi qui de babylone reuersi sunt: & necdum ædificauerũt templũ dei: sed ædificationem eius quotidie differentes dixerunt: Nõdum uenit tempus domus dñi ædificandæ: nec captiui sunt, nec adhuc plena libertate donati: uerum quasi in meditullio quodam positi: seminauerunt multum, & intulerunt parum: comederunt, & non sunt satiati: biberunt, & non sunt inebriati: operuerunt se, & non sunt calefacti: cõgregauerũt mercedes, & quasi in pertusum marsupium mitterent, perdiderunt. Si quãdo uideris inter multa opera peccatorũ facere quẽpiã nonnulla quæ iusta sunt: Non est tam iniustus deus ut propter multa mala, paucoꝝ obliuiscatur bonorum: sed faciet eum illa tantum metere quæ in bonã terrã seminauerit, & in sua horrea congregare. Qui autem penitus ἀποσάτης est: iste omnino non comedet, sed fame peribit. Porro qui seminat multa, & infert pauca: comedet paꝝ, & nõ in sacietatẽ: iuxta illud qđ in maledi
Leui.26.d ctis Leuitici dñs cõmiat: Et comedetis & nõ saturabimini.
Pro.13.d Quiꝺo sctũs est, usq; ad satietatẽ comedet: & explebit in il
Iudith.12.d lo qđ scriptũ est: Iustus comedens replet animã. Similiter qui penitus nõ bibit, siti peribit: sicut & in Iudith: si quis
Iudic.4.c tamen uult librum recipere mulieris: Et paruuli siti pereunt. Qui autem parum bibit, bibit quidẽ: sed nõ usq; ad
Ps. 22.b ebrietatem. Porro qui potest dicere ad dñm: Calix tuus in
Gen.9.c ebrians cꝫ præclarus est: & inebriatur cum Noe: & licet in
Ibi.43.g ægypto cõstitutus: tamen in cõuiuio Ioseph cũ patriarchis & fratribus uino madet: Iste præ magnitudine læticiæ & q̃tidiano gaudio cum apostolis, uersus in extasin, appellabit
Actu.2.b musto plenus. Quõ autem nõ sit huic expositioni contrarium illud: qđ filij Ionadab filij rechab uinũ nõ biberint: &
Hiere.35.b laudent a dño: In Hieremia competentius diceretur. Post hæc dicitur ad eos qui negligebant ædificare templũ dñi:

a Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis uos, & non estis calefacti. Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.

b HEB. Hæc dicit dñs exercituũ ponite corda uestra sup uias uestras: ascẽdite in mõtẽ: afferte lignũ: & ædificate domũ: & acceptabilis mihi erit
c & glorificabor dicit dñs. Respexistis ad amplius, & ecce factũ est min⁹: & intulistis in domum, & exufflaui illud.

SEP. Hæc dicit dominus omnipotens: ponite corda uestra in uias uestras: ascẽdite super montem: & præcidite ligna. cætera similiter. Respexistis in multa, & facta sunt pauca: & intulistis in domum, & exufflaui illa.

Quãobrem

F Operuistis uos, & non estis calefacti: Qđ intelligimus de cẽtesimotertio psalmo, in quo de deo dicit: Abyssus ut uestimentum amictus eius: Qꝫ cꝫ eñ scđm hebraicam ueritatem referat ad terras quæ ambiantur oceano: tamen scđm Lxx. translatores qui dixerũt, τὸ περιβόλαιόμ αὐτῶ: genere masculino, & nõ αὐτῆς, genere fœminino: de deo qđ dictũ est sentire cõpellimur, eo cꝫ inuestigabilis sit eius sapientia: & ponat dñs tenebras latibulũ suũ: & nõ indignis qbuscꝫ
Ps.118.b eius sacramẽta ꝓdant. Vnde & iustus lætat, & dicit: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccẽ tibi. Hoc palliũ de multiplicis sapiẽtiæ sensibus uerbisq; cõtextũ, non sinit

G feruẽtes spiritu refrigerari: nec dilectionis calorẽ borea flante frigescere. Qui uero medius est: & habet quidem palliũ: sed quo nõ totus operiat: quõ parũ in horrea cõportauit: & comedit, & nõ in sacietatẽ: & bibit, nõ in ebrietatẽ: sic operiet quidẽ sensuũ operũcꝫ suoꝝ pallio, sed nõ calefiet. Qui autẽ ꝓpter nimiã aiæ paupertatẽ non habet palliũ: ideo nõ habet, qa multiplicata iniqtate charitas refrixit in eo. Vnde & istiusmodi homini, cuius ab alio palliũ possidetur in lege præcipit: Reddes ei uestimentũ anteq̃ sol occidat, quoniam pauper est: & in ipso habet spem. Sed & hoc eis accidit qui habitant in conuallibus, siue in laqueatis domibus, & dicebãt: Nõdũ uenit tꝑs dom⁹ dñi ædificãdæ: ut mercedes in pertusum sacculũ cõgregarẽt. Si qs e nobis bona operatur, & digna mercede, quã nobis redditurus est domin⁹, de quo dicitur: Ecce dominus & merces ei⁹ in manu illius, reddere unicuicꝫ scđm opa sua: Et illud apli: Si cuius op⁹ manserit: qđ supædificauit mercedem accipiet: hic congregat cõseruandas mansuras mercedes: & uirtutibus uirtutes semp adiũgens: coaceruat pecunias in sacculũ nõ pertusum. Qui autẽ post bona opera: non semel & bis, sed frequenter peccat: & præterit tam charitatem sequẽtibus uitijs obscurat & sordidat: iste in pertusum sacculũ pecuniã congregat. Hæc autem omnia euenerũt eis qui dixerunt: Nondũ uenit tꝑus domus dñi ædificandæ: & cum ipsi habitaren in conuallibus: desertã esse domũ dñi patiebant. b ¶ Hæc dicit dñs exercituũ ꝛc. Rursum uobis ego dominus præcipio: qui & prius iusserã ut ponatis corda uestra super uias uestras: & consyderetis cuncta quæ geritis: & relinquentes studiũ domorũ uestrarum humiliũ: ascendatis in montẽ ubi non sunt ligna quæ comburanẽ: sed quæ ad opa domus meæ ꝓficiãt: & ut hoc faciatis attẽtius: mihi scitote placiturũ esse qđ facitis. Aiũt hebræi sola tantũ ad cõtignãdũ ligna fuisse necessaria, stantibus muris templi post incendiũ: Hoc illi. Nobis autẽ præcipit nõ extra uias nostras ponere corda nr̃a: sed quæ prius posueramus, rursum ponere in uijs nr̃is: & postcꝫ hoc fecerimus, ascendere de domibus cõcauis in montem: ut cum uenerimus ad sermonis altitudinẽ, in q̃ necessaria ad ædificationẽ tẽpli dei ligna sunt: de omni scripturæ sanctæ mõte, in quo uaria uirtutũ & paradisi ligna plantata sũt præcidamus ea: & ædificemus tẽplum dñi operibus bonis, & dogmatibus ueritatis: qđ cũ fuerit extructum placeat dño ut glorificet in eo. Igitur quia hæc mandata sunt nobis, ut ponamus corda nostra in uijs nostris: ascendamus in montẽ rationabilẽ: & ad singula problemata, congrua de testimonijs scripturarũ ligna querentes, præcidamus ea, & ædificemus domũ sapientiæ in nobis: postcꝫ eñ hæc fuerit extructa: finis ædificatiõis eius erit, ut dominus glorificet in nobis. c ¶ Respexistis ad ampli⁹ ꝛc. Vt abiecta mora & omni ambiguitate depositã, studiosius ædificetis domũ meã: dico & aliud qđ uobis acciderit qui distulistis ædificare domũ meã: nõ ut supra: Seminastis multũ, & quia sementẽ terra nõ reddidit, intulistis parũ: sed cũ iam candescerent segetes: & messium tẽpus instaret: & frumenta uos tenere in manibus putaretis, messuistis tiacuos culmos: & inanes stipulas, sine spicarũ frugibus cõgregastis. Plenæ erãt areæ, spes in oculis, luctus in manib⁹. Sed & hoc quocꝫ ipm qđ uix de mista segete & infinitis aceruis fuerat electũ, intulistis in domũ: & mea uirtute disperſum est. Exufflaui eñ illud

Esa.40.e et.42.d Matth.16.d 1.Co.3.d

H

Gen.1.d Ps.11.a

Heb.4.c

& redegi

A & redegi ad nihilum: qa frumentū emortuū & uacui follicu
li, quæ utilia eſui ſunt, farinā & ſimilā non habebāt. Poteſt
† In græco ſic ἰδοὺ ἀφῆρκα ἀπὸ σοῦ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περιῃρεθήσονται, καὶ ἐνδύσατε αὐτὴν ποδήρη, καὶ ἐπιθέτε μίτραν, καὶ κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐνεδύσαντο μίτραν, καὶ κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

Philip. 2. a

2. Co. 8. b

D

Ephe. 4. c

Hebre. 3. b

1. Timo. 3. d

pſa. 28. a

pſa. 81. a

philip. 3. d

Matth. 22. c

Exo. 3. a

Eſa. 55. b

Gal. 3. b

Eſa. 1. d

Cañ. 3. c

E citur: Audi ieſu ſacerdos magne: quis eſt de quo infertur: Ecce ego adducam ſeruum meum orientem: qui alio nomine lapis appellatur; & datus eſt coram ieſu: & ſuper hoc lapide ſeptem ſunt oculi? Econtrario noſtri nituntur aſſerere: & ieſum ſacerdotem magnum, & orientem & lapidem: ſcd'm diuerſas intelligentias chriſtum appellari. Sed hoc quomodo de ipſo dicatur ad eum quaſi de altero, exponere difficillimum eſt. Q. Qui igitur ieſum uolunt eſſe filiū Ioſedech ſacerdotem magnū: amicos eius qui habitant uel ſedent coram eo, & quiri ſunt portendentes: diſcipulos eius interpretantur & prophetas. Prophetæ eñ in ſignum ſunt poſiti futurorum. Q. Quid eſt igitur qd' ieſus & amici eius coguntur audire? Adducam ſeruum meum orientem & reliqua. Supra poſuerat deus ieſu filio ioſedech ſacerdoti magno, qd' ſi in uijs eius ambulaſſet & ei⁹ præcepta ſeruaſſet: ipſe diiudicaret domū ei⁹ & atria ei⁹ cuſtodiret, & daret ei miniſtros angelicæ dignitatis: Nūc ei dicit & amicis illi⁹, plenā fœlicitatē & perfectam beatitudinem tunc futuram, quādo uenerit oriens: de quo ſcriptum eſt: Ecce uir oriens nomen eius. Et in Malachia: Orietur uobis timentibus nomē meum ſol iuſticiæ: & ſanitas in pennis eius. Et in numeris: Orietur ſtella ex iacob & homo ex iſrael. In euangelio quoq; aptiſſime de chriſto legimus: In quibus uiſitauit nos oriens ex alto. Illuminare eos qui in tenebris & umbra mortis ſedent, ad dirigēdos pedes noſtros in uiam pacis. Q. Qui oriēs, ipſe dicitur & lapis angularis: quia populum utrūq; coniungat: & duos parietes in unam domū conſociet: Hic non credentibus lapis ſcandali eſt: de quo & in pſalmis dicitur: Lapidem quē reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: A dño factum eſt iſtud. Super hunc lapidē ſeptem oculi ſunt: de qbus loquit' Eſaias: Exiet uirga de radice ieſſe, & flos de radice ei⁹ aſcēdet: & requieſcet ſup eū ſpūs dei, ſpūs ſapiētiæ & ītelligētiæ, ſpūs cōſilij & fortitudīs, ſpūs ſciētiæ & pietatis & implebit eū ſpūs timoris dei. Q. Qui ſacerdotē magnū & amicos ei⁹, dñm ſaluatorē & diſcipulos illius intelligi uolūt: uiros τεραϛοσκόπους & portendētes ſic accipiunt: ut ad apoſtolos referāt qui eius myſtice ſigna perſpexerint, & ex præſentibus futura cognouerint: dum in eo qui a natiuitate cæcus fuit, oculos reſtitutos ſuper populo gentiliū interpretantur: Et in muliere ſanguine defluente, eccleſiam ediſſerunt ſanguinis operibus liberatam. Hoc aūt qd' ſequitur: Q. uia ecce lapis quem dedi coram ieſu: Amatores hiſtoriæ ſic de chriſto intelligunt: ut poſt ieſum filium ioſedech chriſtū dicant eſſe uenturum. Hoc enim eſſe coram ieſu, id eſt in conſpectu eius & ante faciē, ut futura ſignificet: & appellari eū lapidem pro fortitudine & robore quo omnia regna contriuerit: quem etiam in Daniele de monte ſine manibus præciſum legimus. a ¶ **Ecce ego cælabo ſculpturam eius ꝛc.** Supra dixerat: ecce lapis quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt: Nunc conſequenter μεταφορά ſeruat a lapide & dicit: Cælabo ſculpturam eius: ſiue ſculpam cælaturam illius: Q. d' enim hebraicæ ſcriptum eſt מְפַתֵּחַ פִּתֻּחָה Aquila interpretatus eſt διαγλύφω ἄνοιγμα αὐτῆς, .i. ſculpā apturā ei⁹. Theodotio & Symmachus, ſculpā ſculpturā ei⁹. Et ē ſenſus: Iſtū lapidē, clauis crucis & lācea militis faciā uulnerari: & in illi⁹ paſſiōe auferā iniqtatē terræ in die una: de q̄ ſcriptū ē: Hec eſt dies quā fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. In illa die paſſiōis chriſti, uocabit uir q̄ pfectus eſt ī chriſto: & cū apoſtolis ad dominicæ beniuolentiæ culmen aſcendit: proximum ſuum: uel credētes ex iudæis: uel certe gētilium populum: ſubter uineā quæ appellat' ſorech: & de q̄ dicit in euāgelio: Ego ſum uitis: & cuius fructus lætificat cor hominis: & ſubter ficū, ſpūſſancti poma dulciſſima, ut æterna pace requieſcant: & compreſſa ſeditione mundi & cruore bellorum, ſciant ſe eſſe ſub rege: cuius myſtice in Salomone nomen eſt pacis. De hac eadem ſeſſione ſubter uineam & ſubter ficum: etiam Micheas propheta cōmemorat dicens: In die illa uocabit unuſquiſq; proximum & fratrem ſuū ſubter ficū & uineā ſuā: & nō erit qui exterreat. Q. d' autem ſcriptum eſt iuxta Lxx. Ecce ego fodiā foueā: Poſſumus foſſam uel foueam pro ſculptura lapidis intelligere: omne enim qd' ſculpitur & foditur. Tamen ſiquis cōtentioſus noluerit hoc referre ad lapidem: ſed quaſi propriū habere principium ſuamq; ſentētiam: Dicamus deum omnipotentem in die paſſionis filij ſui: ſiue ut iudæi putant in ultimo fine mundi quando iudicaturus aduenerit: effodere & in medium proferre opera ſingulorum, & contrectare uniuerſam terram in die iudicij: hāc enim eſſe diem unam, & in die illa unūquemq; ſanctorum ſocios ſuos & amicos qui & ipſi ſunt ſancti uocare ad requiem, & operum ſuorum uirtute gaudere. ¶ Ca. IIII

Et reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me ꝛc. Q. uo enim abierat ut reuerteretur: maxime qui loquebatur in ꝓpheta: & abſq; eo in quo loquebat' eſſe nō poterat? Sed q̄tiēſcūq; hūana fragilitas ſuæ relinq̄t' imbecillitati: dei a nobis & angelor⁹ ei⁹ auxiliū abire credē dū eſt. Ergo & ꝓpheta ſtupore magnæ uiſiōis attonitus tota mēte torpebat: & claræ ueritatis lumē uidere nō poterat: vñ a uiſiōe præterita ſuſcitat' ad aliā uiſionē q̄ſi de ſomno euigilās: ut uideat qd' clauſis oculis nō uidebat. Dicam⁹ & aliter: Prouerbior⁹ ſalomonis teſtimoniū ē: Si ſederis, abſq; timore eris: Si aūt dormieris, dulciter dormies: & nō timebis terrorē ſupueniēntē tibi nec impetus impiorū ingruētes. Q. ui hoc ſomno dormierit, & audierit dictū de ſe qd' ſcriptū de laçaro legimus: Si dormit, ſaluus erit: poterit cātare cū ſponſa: Ego dormio & cor meū uigilat. Videamus ergo ad quæ contemplanda quaſi de ſomno ꝓpheta cōſurgat. c ¶ **Et dixit ad me qd tu vides? Et dixi: Vidi ꝛ ecce cādelabrū ꝛc.** Angelus qui ſuſcitauit çachariam quaſi de ſomno hominem conſurgentem, interrogat quid uiderit: ut illo reſpondente & ignorante & ſciſcitante quid cernat, atq; dicente: Q. uid ſunt hæc domine mi: audiamus ab eo: Hoc eſt uerbum dñi

a HEB. Eccē ego cælabo ſculpturā eius dicit dominus exercituū: & auferam iniquitatē terræ illius in die una. In die illa dicit dominus exercituum: Vocabit uir amicum ſuum ſubter uineam & ſubter ficum.

b ET reuer/ ¶ Ca. IIII

ſus eſt angelus qui loquebatur in me: & ſuſcitauit me quaſi uirū qui ſuſcitatur de ſomno

c ſuo. Et dixit ad me, quid tu uides? & dixi: Vidi, & ecce cādelabrum aureum totum & lampas eius ſup caput ipſius: & ſeptē lucernæ eius ſup illud: ſeptē & ſeptem infuſoria lucernis quæ erant ſup caput eius.

& duæ

SEP. Ecce ego fodiam foueam dicit dominus omnipotens: & contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die uno. In die illo dicit dominus omnipotēs: Vocabit unuſquiſq; proximū ſuum ſubter uitē & ſubter ficū. ¶ Ca. IIII

ET reuerſus eſt angelus q̄ loquebat' in me: & ſuſcitauit me ſicut ſuſcitari ſolet hō de ſomno ſuo. Et dixit ad me quid tu uides? & dixi: Vidi, & ecce candelabrū aureum totum & lampas ſuper eum: & ſeptem lucernas ſuper illud: & ſeptem infuſoria lucernarum quæ erant ſup illud.

& ecce

Zach. 6. c
Malach. 4. a
Nu. 24. c
Luc. 1. g
Pſ. 117. c
Eſa. 11. a
Ioh. 9. a
Matth. 9. c
Dañ. 2. g
Pro. 3. a
Ioh. 11. b
Cañ. 5. a
Matth.
Mich. 4. b

A bum domini ad çorobabel: Non in exercitu nec in robore,sed in ſpiritu meo dicit dominus. Dicamus igitur ſingula:percurrentes primum quid uideatur hebræis: a quibus in ueteri teſtamento eruditi ſumus : deinde per hos quaſi gradus ad eccleſiæ culmina conſcendamus. Candelabrum aureum ſolidum, legem, id eſt μόμον interpretantur. Lampadem autē,id eſt flammā in uertice candelabri, lucentē atq; fulgentem chriſtū qui caput legis ſit,& oēm mūdū illuminet. Septem lucernas ſuper candelabrum, ſeptem gratias ſpirituſſancti: de quibus ſupra diximus: qđ in lapide uno ſeptem oculi ſint. Nulli enim dubiū quin lex ſpirituſancto dictante conſcripta ſit. Septem autē infuſoria in quibus oleum ſit qđ mittatur in lucernas quæ ſuper candelabro luceant, hoc intelligi uolunt, ſeptem iſtas gratias de cœlo ad homines per legem deſcendere. Duas aūt oliuas

B ſuper cādelabrū a parte dextera & ſiniſtra: inter quas media lampas luceat:legem & ꝓphetas interpretātur. Cūq; propheta narraſſet uiſionem ſuam,neſciens quid uideret:interrogat angelum loquentem in ſe:ſenſum uidelicet a deo illuminatū:Iſte enim angelus noſter eſt,q prudenter intelligens,dei nobis indicat uoluntatem,& dicit: Quid ſunt hæc domine mi? Angelus autem non explanat uiſionem ꝓphetæ ut rogatus ab eo fuerat: ſed interrogantē rurſum interrogat: Nū ignoras quid ſint hæc? Quo reſpondēte,neſcio:etiā ipſe reſpondit:Hoc eſt uerbū dñi ad çorobabel dicens: Non in exercitu nec in robore,ſed in ſpū meo dicit dñs. Sermo ergo dñi ad çorobabel qui locutus eſt nō in exercitu neq; in robore, ſed in ſpiritu meo:ipſe eſt interpretatio uiſionis:nō in exercitu neq; in multitudine bellatorū, ſed in ſpiritu dei reductū populū & plenius reducēdū : & aduerſarios eſſe uaſtādos. Quodq; ſequit: Quis tu mons magne coram çorobabel in planum : ad diabolum dictum intelligunt : qui ſtabat a dextris ieſu ut aduerſareť ei:& ſe eleuabat cōtra çorobabel & populū iudæoꝝ. In planum autem uerſus & humiliatus eſt:& ſub pedibus iacet iſrael: quia educet deus lapidem primariū,chriſtum filium ſuū: qui ſemper auxilio fuit populo iſrael. Et gratia eius. i. lapidis in eos quos reduxit de captiuitate,exequabit gratiam quam in patres eorum ſemper exercuit. Hæc ab hebræis dicta reperimus: Nunc quid ab eccleſiaſticis uiris in commentarijs ſcriptum ſit diſſeramus. Candelabrū autem de auro puriſſimo eccleſiam intelligūt: quæ in ſcripturis ſanctis ſenſum ac mētem magis ꝙ uerba perquirit. Qđ autem in ſenſu aurum accipiatur:poſteriora

Matth. 5. b & humeri colūbæ in ſexageſimoſeptimo pſalmo oſtendūt: quæ dicunť auri uirore ſiue fulgore radiare. Lāpadē & ipſi chriſtum intelligunt qđ luceat in eccleſia: qui de ſeipſo docebat: Nemo lucernam accendit & ponit eam ſub modio: hoc eſt ſub menſura legis:ſed ſuper candelabrū,id eſt euangeliȷ libertatem:ut luceat cunctis qui ſunt in domo. Lucernas ſeptem & effuſoria earum,& ipſi gratias ſancti ſpiritus

HEB: & duæ oliuæ ſuper illud:una a dextris lampadis,& una a ſiniſtris eius. Et reſpondi & aio ad angelum qui loquebatur in me dicens:Quid ſunt hæc domine mi? Et reſpondit angelus qui loquebatur in me & dixit ad me:Nū quid neſcis quid ſūt hæc? & dixi:non domine mi. Et reſpondit & ait ad me dicens : Hoc eſt uerbum domini ad çorobabel dicens: Non in exercitu, nec in robore: ſed in ſpiritu meo dicit dominus exercituum : Quis tu mons magne coram çorobabel in planum? & educet lapidem primarium,& exequabit gratiā gratiæ eius.

Et factū

intelligūt:per quas oleum miſericordiæ dei cunctarūq; uirtutum eccleſia ſuſcipit. Duas oliuas ſuper candelabrum:& ipſi Moyſen & Heliam intelligūt: qui cum domino loquebantur in monte:& ſignificabant quid in hieruſalem paſſurus eſſet. Omnis enim lex & prophetæ de chriſti prædicant paſſione. Alij duas oliuas ſtantes a dextris & a ſiniſtris , legem & euangeliū interpretantur: ut in dextra euāgelium ſit : in ſiniſtra lex : de qua dextra & ſiniſtra dicitur in canticocanticorum: Siniſtra eiꝰ ſub capite meo & dextera illius amplexabitur me. Montem autem plærique noſtrorum,diabolum interpretantur & antichriſtum : qui coram çorobabel de quo naſciturus eſt chriſtus, ſtare audeat & ſe erigere:& in euāgelio dicere:Hæc omnia mihi tradita ſunt : & dabo ea tibi,ſi ꝓcidens adoraueris me. Quem dominus ſuis pedibus proſternens: & de ſuperbo humilem faciens atq; deiectum,dicit: Vade retro ſathana:ſcriptū eſt eñ: Dominum deum tuum adorabis : & ipſi ſoli ſeruies. Dantq; exemplum in euangelio lunatici,quem cum apoſtoli non potuiſſent

C

Matth.17.a

Cañ.2.b

Matth.4.b

D

Ibidem

Deu.6.b

Matth.17.c

ſanare: interrogant cur ſanare nequiuerint: & audiunt: Amen dico uobis : ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis : dicetis monti huic : tranſi hinc, & tranſibit : & nihil impoſſibile erit uobis: Hoc autem genus non eȷcitur niſi per orationem & ieiunium: Mons ibi aperte diabolus accipitur. Alij autem temeritate non parua,hoc quod manifeſte de diabolo dicitur ad chriſtum referunt:qui in ſcripturis ſanctis mons ſæpius appellatur: Nec neceſſe eſt dare exempla:quorum magna copia eſt. Ad hūc autem ducuntur errorem: quia ſcriptum eſt in Lxx. Quis es tu mons magne ante faciem çorobabel ut corrigas? qđ uidelicet mons iſte qui ante faciem çorobabel eſt : hoc eſt qui de çorobabel ſtirpe deſcendat: uelit mundum ipſe corrigere:& de ipſo ſit quod ſequitur:Educam lapidem hæreditatis: de qua ſcriptum eſt: Tū es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Et in alio loco: Elegit nobis hæreditatem ſuam,pulchritudinem Iacob quā dilexit. Et rurſum: Facta eſt pars domini iacob funiculum hæreditatis eius iſrael. Et in ſecundo pſalmo: Dominus dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Educet autem dominus lapidem primarium: de quo legimus : In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum: Et omnia per ipſum facta ſunt : & ſine ipſo factum eſt nihil . Quod autem dicit : Exequabit gratiam gratiæ eius : hoc ſignificat : nos omnes de plenitudine eius accepimus: & gratiam pro gratia,id eſt pro gratia legis gratiam euangeliȷ:ut equalem gratiam & par munus:& ex iſrael credentes accipiant,& populus æthnicorū. Vnde & Gabriel loquitur ad mariam: Inueniſti gratiam apud dominum. Et Paulus apoſtolus ſcribit: Gratia enim ſaluati eſtis. Et Ioannes euāgeliſta: Lex inqt ꝑ Moyſen data eſt:gratia autem & ueritas per ieſum chriſtum facta eſt.

Et factum

ꝑs.15.b

Ibi.46.a

Ioh.1.a

Luc.1.c

Ephe.2.a

Ioh.1.b

E a ¶Et factū est verbū dñi ad me dicens ꝛc. Ab hebræis & a nostris multa dicuntur: quorū pleraq; sectātes & alia repudiātes quid nobis placeat inferamus, seruātes historiæ veritatē: ut ex hac possimus eum qui per historiā ꝓphetaē agnoscere. Manus çorobabel principis iudæorū qui reuersi sunt de babylone, tēpli fundamenta iecerunt: & manus eius usq; ad tēpli fastigia ueniēt, cōplentes qđ cœperant: & oīa quæ cœpta fuerāt extruētes. Legam⁹ apud Esdram qđa çorobabel tēplū cœptū sit atq; perfectū. Cūq; ait çacharias ꝓpheta: in tēplo qđ nunc ædificatis uideritis a uobis culmen impositū: tūc intelligetis me missum a dño: & quæ locutus sum ipso mandāte dixisse. Quis em̄ despexit dies paruos? Quis hic ꝓ raro accipiēt: iuxta illud: Quis putas est dispēsator fidelis & prudens? Et: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? Et: Quis ascēdet in montē sanctū tuū? Rarus ergo est qui dies paruos huiꝰ sæculi despiciat, & regiā potestatē putet esse nihili. Q̄n uiderimus potētes sæculi fulgere auro, purpura gēmisq; rutilare: circūdari exercitu: dicamus in nobis: quis putas despicit dies paruos? Vnde & iacob uitam hominū breuem intelligens: Parui sunt inquit & pessimi dies uitæ meæ. Qui ergo despexerint dies paruos: hoc autē refert ad regiā potestatē, ut cōmoneat çorobabel & iesum & populū ædificantes templū dei, nequaq; aduersarios timere, ꝓhibentes: sed audire dñm cohortantē: ex eo qđ despiciūt regale fastigium: lætabunt̄ & uidebunt auxiliū saluatoris qui de çorobabel stirpe ꝓmittit̄: & ꝓpter fortitudinē, lapis appellatur, & lapis stāneus: Pro quo in hebraico scriptū est אֶבֶן חַבְרִיל eo qđ sit murꝰ & fortitudo roburq; credentiū. Sicut em̄ stannū ab igne alia metalla defendit: & cū sit natura æs ferrūq; durissimū, si absq; stanno fuerit, uritur & cremat̄: sic oīs angelorū & hominū fortitudo si nō habuerit auxiliū saluatoris, imbecilla, ꝓbatur & fragilis. Lapis aūt iste, id est massa qui apud hebræos חַבְרִיל scribitur. i. stanneus ἐλυμοϑογεῖται ἀποχωρίζωμ, id est, separans & secernēs: ut quō stannū mixta & adulterata inter se ꝓ ignē metalla dissociat: Ita dñs uerꝰ ꝓbator & χωνευτὴς ab auro & argēto bonorū operū æs uitiorū plumbūq; secernat: ut purū aurū remaneat & argentum. Alijs uerbis ἀποχορίζωμ iste & separator in euangelio scribitur: Cuius uentilabrum in manu sua: & ipse purgabit aream suam: & sepārābit paleas a tritico: qui clamat per Hieremiam: Quid paleis ad frumentū dicit dñs. Multi nostrorū manus çorobabel, qui fundauerit domū & ipse ꝓfecerit eam, christū interpretantur. Q đ si recipimus, cogemur exponere qui sit lapis stanneus in manu çorobabel: Neq; em̄ in manu christi, christus alius approbandus est: Licet quidam lapidem stanneū corpus domini acceperint: qđ nullis peccatorū fuerit maculis sordidatū: nec plūbū uocet̄, sed stannū purissimū. Septē aūt oculos q discurrūt in uniuersa terra & cūcta dijudicāt, sup̄ exposuimus septē esse spiritus: & qđ deū nihil lateat, q & præteritoꝝ & p̄sentiū & futuroꝝ cōsciꝰ est: & reddit unicuiq; sc̄m opera sua, maxie cū in ꝓsopia separātis bonos a malis & conflatoris aduenerit. a ¶Et respondi ꝛc dixi ad eum: quid sunt duę oliuę istę ꝛc. Interrogante prophēta qd significarēt duæ oliuæ: quarum altera stabat ad dexterā candelabri, altera ad sinistram: dñs siue angelus dñi noluit respondere. Q đ ꝓpheta intelligens, secūdo scisciтаt̄ & dicit: Quid sūt duæ spicæ istæ oliuarū siue duo rami? de minoribus interrogans, quoniā maiora audire nō meruit. Duo aūt isti rami sunt in manu duarū nariū, siue sup̄ duo rostra aurea q̄ hebraice עֲנְבְּתֹרוֹת græce μυξωτῆρες appellātur: qui & ipsi duo μυξωτῆρες sup̄ ǫs duæ spicæ sunt uel duo rami oliuaꝝ de auro purissimo. Cumq; & de duobus ramis ꝓpheta quæreret: & rursū interrogareт̄ ab angelo: utrū nam sciret quid duo rami significarēt: & ille dixisset: nō dñe. Respōdit angelus dñi Isti sunt duo filij olei: ut Symmachꝰ uoluit: siue σιλπνότητος ut interpretatus est Aquila. i. splēdoris: uel πιότητος, hoc ē pinguedinis, ut uerterūt Lxx. aut, λαμπρότητος. i. claritatis: ut Theodotio trāstulit: qui assistūt dñatori uniuersæ terræ. De duabus oliuis quæ erant ad dextrā lampadis & sinistram, supra legimus: Et id circo nunc interrogans sup̄ his propheta, nō meretur audire: q̄a priora nō retinet: siue qđ ibi obscurius dictū est, hic manifestius audire desyderat: aut certe silētio angeli cōfutat̄ eius ꝓtinacia, qđ maiora se scire contēdat: q̄q; hebræi ideo eū de oliuis interrogantē nihil audisse cōfirmēt: quia nō bene interrogauerit: nec totū quæsierit qđ scire debuerat. Denicq; postea plenius sciscitatur: addens, spicas uel ramos oliuarū: de quibus supra tacuerat: ibi enim dixit: Quid sunt duæ oliuæ iste: hic interrogat, quid sunt duæ spicæ oliuarū? μεταφορϊκῶς qđ in morem spicarum rectæ sint arbores: & quasi spicæ aristis, sic istæ uallo quodam ramorum atq; foliorum tectæ sint & in sublime surgentes. Duas oliuas quidam e nostris fīium interpretantur & spiritumsanctum: & mediam lampadem deum patrem. Sed nescio quomodo absq; blasphemia, alterum a dextris, alterum accipiant a sinistris. Ramos quoq; siue spicas oliuarum, incarnationem saluatoris, & similitudinem columbæ spiritussancti edisserunt: quia totas oliuas uidere nequeamus, sed partē quandam: & ut ita dicā, ramusculos incarnatiōis christi, & ostensionis spiritussancti nobis esse monstratos. Alij duo intelligunt testamēta: A dextris euangelium: a sinistris legem: eo q̄ in altero

a HEB. Et factum est uerbū dñi ad me dicens: Manus çorobabel fundauerūt domū istā: & manus eius pficient eā: & scietis quia dñs exercituū misit me ad uos: Quis em̄ despexit dies paruos? & lætabunt̄ & uidebūt lapidē stanneū in manu çorobabel: septem isti oculi sūt domini: qui discurrunt in uniuersa terra.

b Et rēspondi & dixi ad eū: quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexterā candelabri & ad sinistrā eius? Et respō/di secūdo & dixi ad eum: quid sunt duæ spicæ oliuarum quæ sunt iuxta duo rostra aurea: in quibus sūt suffusoria ex auro? Et ait ad me dicens: Nunquid nescis quid sūt hæc? Et dixi: non domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filij olei: qui assistunt dominatori uniuersæ terræ.

Et cōuersus

SEP. Et factus est sermo dñi ad me dicens: Manus çorobabel fundauerūt domū istā: & manus eius cōplebūt eā. Et scies q̄m dñs oīpotēs misit me ad te: qs em̄ despexit in dies paruos? & lætabuntur & uidebunt lapidem stanneum in manu çorobabel: septē isti oculi domini sunt q respiciūt sup̄ omnē terram. Et respondi & dixi ad eū: qd sūt duæ oliuæ istæ a dextris candelabri & a sinistris? Et interrogaui secūdo & dixi ad eū: quid sunt duo rami oliuarum qui in manibus duarum nariū aureorum sunt: & quæ infundunt & retrahunt suffusoria aurea? Et dixit ad me: nescis quid sunt hæc? & dixi: nequaq; domine: Et ait: Isti sūt duo filij pinguedinis qui assistunt domino uniuersæ terræ,

Et cōuersus

Gen. 47. b

1. Es. 4. & 6

Luc. 12. c

Psa. 14. a

Luc. 3. d

Hiere. 3. f

A qđ in altero ſpiritualis ſenſus ſit: in altero corporalis: & qđ nec totum euangeliũ nec totam legem explanare poſſimus: & nunc ex parte cognoſcamus, & ex parte prophetemus: & necdum poſſimus intelligere qđ perfectum eſt. Sunt qui duos ramos oliuarum uel duas ſpicas, & filios pinguedinis uel ſplẽdoris: ſacerdo/ tium interpretentur & legem: quæ præbeant gaudiũ uniuerſæ ter/ ræ. Alíj Enoch & he/ liam: quorum alter in preputio, alter in circũ ciſione placuit deo: & cũ corpore raptus in cœlũ eſt. Pro ſplendo/ re & oleo & pinguedi/ ne & claritate: in he/ braico legimus רִצְהָר: iuxta illud qđ de gau dio & fœlicitate ſãcto
ꝑs. 35.b rũ in pſalmis ſcriptũ eſt: Inebriabuntur ab ubertate ſiue pingue/ dine domꝰ tuæ: πιότ/ ητος enim magis pin guedinem q̃ ubertatẽ ſonat. Hæc ut quiui/ mus: & ut uires ingẽ/ nioli noſtri ferre potue runt, locuti ſumus: &
B hebræorum & noſtro/ rum uarias opiniones breuiter pſtringentes: ſi quis melius ĩmo ue rius dixerit: & nos li/ benter melioribus ac/ quieſcimus. C Ca. V

ET cõuerſus ſum ꝛ leuaui oculos meos ꝛc. Conuer/ ſus inquit ꝓpheta ad aliam uiſionẽ: & a læ/ tis atq; fœlicibus ocu los meos ad triſtiora ſuſtollens: cerno uolumen uolans: quod hebraice dicitur מְגִלָּה: & ab Aquila & Theodotiõe uerſum eſt δίφθέρα, A Symmacho κεφαλὶς, id eſt capitulum: iuxta illud qđ in pſal
ꝑs. 39. b mo legimus: In capitulo libri ſcriptum eſt de me: ſiue iuxta Lxx. δρέπανον πετόμενον, id eſt falcẽ uolantẽ. Omnia eñ quæ ſupra uiderat: ædificationem templi, aduentũ dñi ſal/ uatoris, libertatem de babylone populi nunciarãt. Itaq; ne
2. Co. 12. b eleuaretur cum Apoſtolo cor eius: cui datus eſt angelus ſa/ tanæ qui eũ collaphiçaret, ne ſe extolleret: uidet & ipſe quæ triſtia ſunt: ut quicqd ex bonorũ reuelatione arrogãtiæ cre/ uerat, ex triſtium cõminatione decreſcat. Volumen autem uolans oſtenditur, in quo omniũ peccata deſcripta ſunt: ut unuſquiſq; recipiat ſcđm opera ſua, ſiue bonum ſiue malũ:
Dañ. 7. c dicente Daniele: Throni poſiti ſunt & libri apti ſunt. Sin aũt
Apo. 14. c falcem accipimus, ut Lxx. tranſtulerũt: de apocalypſi Ioan/ nis ſumamus exemplum in quo ſcriptum eſt: Et reſpondit angelus, & dixit ei qui ſedebat ſuper equum: Mitte falcem tuam acutiſſimam: & mete uineam tuam, quoniam matu/ ræ ſunt uuæ eius. Pro falce in deuteronomio ſagittas & gla/
Deu. 32. f dium legimus: Inebriabo ſagittas meas ſanguĩe, & gladius
Eſa. 34. a meus deuorabit carnes. Et quia deus angelis peccantibus non pepercit, qui proprio uitio habitaculũ perdidere cœle/ ſte: Ideo ipſe dicit per Eſaiam: Inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Gladio enim interibunt omnes peccatores populi: non utiq; gladio corporali: ſi quidem multæ & diuerſæ præ ter gladium ad mortem uiæ ſunt: ſed gladio ſpirituali, quo percutiendi ſunt qui non ægerunt pœnitentiam: & quibus
ꝑs. 7. c cõminatur pſalmiſta proclamans: Niſi conuertamini, gla/

dium ſuum uibrabit: arcũ ſuum tetendit & parauit illum: C
Et in ipſo parauit uaſa mortis. Et in Hieremia legimꝰ: Vſq; Hiere 47.d
quo ſecabis mucro uel gladius dñi? Vſq; quo nõ quieſces? cõuertere in uaginam tuam. Iſte gladius nõ ſolum falx ap pellatur, quæ fœnum, ſtipulam, ſpinaſq; ſuccidit: ſed & ſecu ris arborum dicitur: quæ ſuccidet qui non fecerint dignos fru/ ctus pœnitentiæ. Et de quibus Ioãnes ba/ ptiſta proclamat: Ec/ Matth. 3. c ce ſecuris ad radices raborum poſita eſt: Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittet. Volumẽ iſtud in quo peccata omnia deſcribuntur: ſiue falx quæ cunctorũ delicta ſuccidit: mittit ĩ uineã ſodomorũ: de qua ſcri Deu. 32. e ptum eſt: Inimici no/ ſtri inſipiẽtes: ex uinea enim ſodomoꝝ uinea eorum: & propago eo/ rũ de gomorris: Vua eorum uua fellis & bo trus amaritudinis eis Furor draconum, ui/ nũ eorũ: & furor aſpi dis inſanabilis. Hæc D falx uigiti habet cubi/ tos longitudinis, & de cẽ latitudinis: in quo numero triſtibus læta ſociantur. Ad hoc eñ dominus corripit ut emendet. In uiceſimo qui ex duabus decadi bus efficitur: auſtera & triſtia nunciantur: in decimo: id eſt una de/ cade, meliora & ſpe/ ra: Per omnia eñ flagel la atq; ſupplicia erudit iſrael. Simulq; moneamus eos qui parua putant crimina furtum atq; periurium: qđ induca/ tur maledictio quæ in uolumine ac falce deſcripta eſt in do/ mum furis atq; periuri, & cõmoretur in ea: & omnia eius ligna lapideſq; conſumat. Qđ ſi in his quæ minora putan tur (furtum dico & periurium) tanta pœnarum cõminatio eſt: qđ dicimus de fornicatione, adulterio, homicidio, ſacri legio: cunctiſq; criminibus quæ ab Apoſtolo inter carnis Gal. 5. e opera numerãtur? Legi uiginti cubitos longitudinis & decẽ latitudinis ad ætatem referri domini ſaluatoris, id eſt trice/ narium numerum efficere: qđ non iudicet pater quẽq; ſed Iob. 5. d omne iudiciũ dederit filio, & ab eo mundus iudicandus ſit.

b C Et egreſſus eſt angelus ꝛc. Amphora ſiue meſura egre/ diebatur & ferebatur in aere. Et ne dubitaremus quo pro/ prie uocabulo nuncupetur: ipſe angelus qui oſtẽderat am/ phoram ſiue menſuram, illi nomen imponit: & dicit iuxta Lxx. hæc eſt iniqtas eoꝝ in uniuerſa terra: Iuxta hebræos: Hic eſt oculus: id eſt oſtẽſio omniũ peccatoꝝ. Et ecce mulier ſedebat in medio amphoræ uel menſuræ: quæ apud he/ bræos dicit אֵיפָה crebroq; a Lxx. in ὄιφι uertitur: & hæc ipſa mulier uocabat impietas. Cũ hæc ita cerneret: ecce ta/ lentum plumbi: id eſt maſſa inſtar lapidis ferebatur, uel ſuo impetu uel domini iuſſione: uel ferebatur ab alio cuius no/ men tacitum eſt. Angelus autem iſte qui loquebatur in pro pheta & egrediens ex eo, illi uniuerſa monſtrabat. Arripuit mulierem quæ uocabatur impietas: & præcipitem miſit in medium amphoræ quæ prius libere ferebatur: & ſupra am phoram ſedens, omnibus apparebat. Ac ne forte rurſum

q

E eleuaret caput: & ſua iniquitate & impietate gauderet, talentum plumbi in modum grauiſſimi lapidis mittit in os amphoræ: ut impietatem in medio opprimat atq; concludat: ne quo modo poſſit erumpere. Hæc quaſi umbras quaſdã & lineas futuræ imaginis duximus: ut qđ reliquũ eſt ſuis coloribus impleam⁹.

Angelus qui loquebatur in propheta egreſſus de eo: & quaſi comminus loquens: præcipit illi ut leuet oculos ſuos & uideat peccãta populi iſrael, in menſuram coacerua/ta perfectam, & impleta delicta cunctorum: & hanc eſſe oculũ eorum: qđ hebraice dicitur עֵינָם & ſcribit̃ per עינ ם: Siue iniquitatem eorum: quæ ſi per ו literã ſcripta eſſet: recte legeret̃ עֹונָם ut Lxx. putauerũt. Et hic error in æditione uulgata frequenter inoleuit: ut quia ו & י literæ eadem forma, ſed menſura diuerſæ ſunt altera legatur pro altera. Hæc amphora ſiue menſura, oculus eorũ eſt in uniuerſa terra: hoc eſt oſtenſio peccatorum: ut quorum uitia diſperſa latitabant, in unũ coaceruata oculis omnium panderẽtur: & egrederetur de loco ſuo iſrael: & cunctis gẽtibus qualis in terra ſua fuerit, monſtraret̃. Et ecce talentũ plumbi portabat̃. Pro talento plumbi in cõſequentibus legimus lapidem plũbi. Talentũ uocatur כִּכָּר: lapis אֶבֶן. Ipſe eſt igit̃ lapis plũbi q & talẽtũ plũbi: qđ nos manifeſtius exprimẽtes, maſſã uel ſpherã plũbi iterpretati ſum⁹: ex q̃ ſignificat̃ pondus grauiſſimũ peccatorũ. Et ſuper hanc menſuram atq; amphoram omnium delictorum, media ſedebat impietas, quã alio nomine idololatriã poſſumus appellare & negationem dei. Vnde & a ſaluatore dicitur ad iudæos: Implete mẽſuram patrum ueſtrorum. Hæc impietas quæ ſedebat ſuper peccata iſrael: & in ſuo ſcelere gloriaba/tur: poſtea mittitur in mediũ babylonis & captiuitatis malo præmit̃. Vel iuxta Theodotionẽ: ipſa ſe proijcit & abſcõdit in medium amphoræ: ducitq; ſuper ſe pondus grauiſſimum plumbi: ut obturatum os habeat & ultra ſe iactare nõ poſſit. Vel certe ab angelo dei opprimit̃: ut quæ prius lætabatur in ſcelere, æterno ſilentio conticeſcat. Quo autẽ & a quibus concluſa portetur, ſequẽs lectio docet. a ¶ Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce duę mulieres egredientes &c. Duas mulieres egredientes, iudæi arbitrantur regnum medorum & macedonum, quorũ utrũq; afflixerit populum babylonium: & ibi impietas eorum ſedem poſuerit. Hoc autem arte confingunt: ne qđ de ſe dictum eſt in ſe intelligatur. Duæ enim mulieres quæ egrediuntur, haud dubium quin de terra iudæa, accipiẽdæ ſunt decẽ & duæ tribus: q̃rũ alteræ ab aſſyrijs alteræ a chaldeis captæ ſunt. Et in alis earũ erat ſpũs: id eſt poteſtas diabolí, de quo in Eccleſiaſte ſcriptũ eſt: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te: locũ tuum ne dimiſeris. Et in euangelio ſpiritum ĩmundum legimus: qui cum de domo ſua fuerit eiectus, circuiens deſerta & arida, cum alijs ſeptem ſpiritus nequioribus ſe reuertitur in priſtinam domum. Ab hoc igitur ſpiritu iſtæ mulieres quaſi uẽto flatuq; raptatæ, uolatu celeri ferebãtur: & habebãt alas iuxta hebraicum חֲסִידָה: qđ Aquila Symmachus Theodotio ἔρωδιον, id eſt herodionem. Soli Lxx. ἔποπα, id eſt upupam tranſtulerũt. Haſidam hebræi miluũ putant, auem rapaciſſimã & ſemper domeſticis auibus inſidiãtem. Herodionum uero hi qui de uolucrum ſcripſere naturis: tria genera autumãt: unum album, aliud ſtellatum, tertiũ nigrum: qđ & ſæuiſſimum eſt & ſanguinarium, & pugnans, ad coitum impatiens: ita ut ex oculis eorum erumpat cruor. Vpupam autem quã nos de græci nominis ſimilitudine traximus: nã & ipſi ἔποπα appellant ab eo qđ ſtercora humana conſyderet: auem dicunt eſſe ſpurciſſimam: ſemper in ſepulchris: ſemper in hũano ſtercore cõmorantem: deniq; & nidum ex eo facere dicitur & pullos ſuos de ymiculis ſtercoris alere putreſcentis. Quãcunq; ex tribus auib⁹ itelligere uolueris haſidam: cõuenit iſtis mulierib⁹ iudæ & iſraeli: quæ propter peccata putentia traditæ ſunt dæmonum poteſtati: & ab eis ductæ in captiuitatem. Tulerũtq; amphoram ſiue menſuram in qua clauſa tenebatur impietas, maſſa plumbi deſuper poſita ne poſſit exire: & pondus grauiſſimum omnium peccatorũ per aerem inter terrã & cœlum. Quđ propheta intelligẽs, non interrogat quæ ſint iſtæ mulieres: patebat enim ſpiritui prophetali: nec quid portent de quo ſupra fuerat eruditus: ſed quo portent. Deniq; ſequit̃: Dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quo iſtæ deferũt amphoram? Qui reſpondit: ut ædificet̃ ei domus in terra ſennaar: Pro quo Lxx. trãſtulerunt, in terra babylonis. Sennaar enim campus eſt chaldæorum: in quo hi qui mouerant ab oriente pedes ſuos: & in dei ſeruitute ſtare non poterant, ædificauerunt turrim ſuperbiæ: unde & ciuitas ipſa appellata eſt babylon: id eſt confuſio: eo qđ ibi linguæ omniũ confuſæ ſint atq; permixtæ. Impietas ergo defertur ab iſtis mulieribus in babylonẽ: ut ibi ædificet̃ domus eius & ſtabiliatur & ponatur ſuper baſem ſuam: & æterna ſtatione requieſcat. Vere enim in babylone ſedes eſt impietatis: & iuxta hiſtoriã & iuxta myſticos intellectus. Si uolueris duas mulieres accipere hæreticorum populos & iudæorum, quorum utriq; egrediuntur a facie dei: & ſpiritu feruntur incerto: & habent alas miluí, herodij & upupæ: dum ſemper in modum perdicis faciũt diuitias nõ cum iudicio: & de eccle/ſia rapere

Matth. 23. d

Ecc. 10. a
Luc. 11. d

G

F

H

HEB. batur in me & dixit ad me: Leua oculos tuos, & uide quid ſit hoc quod egreditur. Et dixi: Quid nã eſt? Et ait: Hæc eſt amphora egrediens: & dixit Hæc eſt oculus eorum in uniuerſa terra. Et ecce talẽtũ plũbi portabat̃: & ecce mulier una ſedens in medio amphoræ: Et dixit: Hæc eſt impietas: & proiecit eã in medio amphoræ & miſit maſſam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos & uidi: & ecce duæ mulieres egredientes: & ſpiritus in alis earum: & habebãt alas quaſi alas miluí: & leuauerunt amphoram inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quo iſtæ deferũt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra ſennaar & ſtabiliat̃ & ponat̃ ibi ſup baſẽ ſuã.

Et cõuerſus

SEP. loquebatur in me: & dixit ad me: Suſpice oculiſ tuis, & uide quid ſit quod egreditur. Et dixi: Quid eſt? Et ait: Hæc eſt menſura quæ egreditur. Et ait: Hæc eſt iniquitas eorum in omni terra. Et ecce talentum plumbi eleuatũ eſt: & ecce mulier una ſedebat in medio mẽſuræ: & dixit: Hæc eſt iniquitas, & proiecit eam in medio menſuræ & proiecit lapidẽ plũbeum in os eius. Et eleuaui oculos meos & uidi: & ecce duæ mulieres egrediẽtes & ſpiritus in alis earũ & ipſe habebãt alas ſicut alæ ſunt upupæ. Et eleuauerunt menſurã inter terram & cœlum. Et dixi ad angelũ q loquebat̃ in me: Quo iſtæ deferũt menſurã? Et dixit ad me: Vt ædificẽt ei domũ in terra babylonis: & præparẽt & ponãt eã ibi ſup ſedẽ ſuam.

Et cõuerſus

A

sia rapere festinant: & contētionibus ac iurgijs delectantur: & quoscūq; deceperint, trahunt ad interitum: uolutantur in cœno libidinum & sordibus sempiternis. Istæ mulieres leuant pondus impietatis grauissimū: & ædificāt in confusione domum suam & seruiunt regi babylonio: ut ibi habitent hæreticorū populi & iudæorum: ubi morātur idololatræ ligno & lapidibus seruiētes.

Ca. VI

ET cōuersus sum & leuaui oculos meos &c. Trāsiui ait ad aliā uisionē: & oculos cordis mei ad cœlum altius subleuaui: Vidiq; quatuor quadrigas egredientes de medio duorū montium qui erant ænei, id est insuperabiles atq; fortissimi: & qui nulla possint uetustate cōsumi: Quos ēm supra montes myrteos uel umbrosos dixerat atq; nemorosos: nunc æneos uocat. In quadriga prima equi rufi erāt cruenti & sanguinarij: & babylonia crudelitate terribiles. In quadriga secūda equi nigri: regnū mædorū atq; persarū: qd' bigæ sedēs & egredīēs per Assueri regis ædictū, mortē omniū iudæorum tristi nuncio præferebat. In quadriga tertia equi albi, macedones: sub quorū rege antiocho machabæorum uictoriā legimus. In quadriga quarta equi uarij fortes. Scimus enim rhomanorum reges alios in gentē iudæā fuisse clæmentes: ut C. Cæsarem, Augustum & Claudiū: alios persecutores atq; terribiles: ut. C. Caligulā, neronem, uespasianum, & hadrianū. Pro fortib9: quos Aquila κρατερούς: Lxx. ἰσχυροὺς transtulerunt: in hebraico scriptum est אַמִּצִּים. Et quædā exemplaria male habent πυῤῥούς, confundentia colorū differentias atq; regnorum, cum πυῤῥοί, id est rufi non אַמִּצִּים sed אַרְמוֹנִים appellentur. Propheta ergo quærente quid sibi uellent significare quæ cerneret: Angelus qui loquebatur in eo respondet, & narrat quatuor esse uētos cœli: id est quatuor plagas mundi quæ græci uocant κλίματα qui assistant & pareant domini uoluntati. Nihil enim hæc quatuor regna quæ dixi mus absq; domini uoluntate fecerunt. In qua erant equi nigri: egrediebantur inquit in terram aquilonis. Ꝙpulchre quadriga prima in qua erant equi rufi prætermittitur: & quid secunda & tertia fecerint quartaq; describitur. Iam

B

a

ET cōuersus sum & leuaui oculos meos & uidi: Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorū montium: & montes, montes ænei. In quadriga prima equi rufi: in quadriga secūda equi nigri: & in q̄driga tertia equi albi: & in quadriga quarta equi uarij & fortes. Et respondi & dixi ad angelum qui loquebat' in me: Quid sunt hæc domine mi? Et respondit angelus & ait ad me: Isti sunt quatuor uenti cœli qui egrediuntur ut stent coram dominatore omnis terræ. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terrā aquilonis: & albi egressi sūt post eos: & uarij egressi sūt ad terram austri. Qui autem erāt robustissimi: exierūt & querebāt ire & discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite & perambulate terram: & perambulauerūt terram. Et uocauit me & locutus est ad me dicēs: ecce qui egrediūtur in terram aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis.

ET conuersus sum & leuaui oculos meos: & uidi. Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorū montium: & montes erant montes ænei. In quadriga prima equi rufi: & in q̄driga secunda equi nigri: & in quadriga tertia equi albi: & in quadriga quarta equi uarij sturnini. Et respondi & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc domine? Et respondit angelus qui loquebat' in me & dixit: Hij sunt quatuor uenti cœli qui egrediuntur ut assistant domino omnis terræ. In quo erant equi nigri, egrediebantur super terram aquilonis: & albi egrediebantur post eos: & & uarij exibant in terram austri: & sturnini egrediebantur & consyderabant ut circuirent terram. Et dixit: Ite & circuite terram, & circuierunt terrā: & clamauit & locutus est ad me dicens: Ecce qui egrediuntur super terram aquilonis: requiescere fecerunt furorem meum in terra aquilonis

C

igitur equi nigri, egrediebant' in terrā aquilonis: ut chaldæorum regnum modica uirtus euerteret. Et hoc notandū qd' κλίμασι id est plagæ orbis & mūdi: iuxta situm hierusalem & templi in scripturis sanctis appellentur. Albi quoq; egressi sunt post eos: secuti mædorū persarūq; uestigia reges macedonū: ut chaldæos ac babylonem suo impio subiugarēt. Quarti uero, id est sturnini & uarij: pro quo in hebræo legitur בְּרֻדִּים & qui alio nomine appellantur amassim, id est fortes atq; robusti: egressi sunt ad australem plagam: & totam terrā impetu celeri lustrauerunt: Clamatq; angelus qui loquebat' in ꝓpheta ad imperiū rhomanorū: Ite pambulate terrā, & orbem circuite terrarū: uestrisq; pedibus cuncta regna substernite. Conuersusq; ad ꝓphetā clara uoce testat': Ecce q egrediuntur in terram aquilonis: requiescere fecerūt spiritum meū in terra ad quā profecti sunt. Traditū mihi est ab hebræis in loco uel difficillimo: qd' alexander & omnes macedones: id est equi albi qui egressi sūt post mædos & persas: qui & ipsi prexerant in terrā aquilonis, requiescere fecerint spiritū prophetalē in terra aquilonis: eo qd' contra medos dei impleuerint uoluntatē: & in breui imperium medorum atq; persarum a macedonibus sit deletum. Grandis enim eorū est consolatio qui præmunē si sciant hostes suos cito esse perituros. Hæc ut potuimus imo ut accepimus, nostræ linguæ studiosis tradim9, sequētes historiæ ueritatē: Nec q̄drigas pharaōis & currus babylonios instar explanatiōis ægyptiæ tenaci mēoria cōprētes: Nō ēm qd ubi scriptū: sed qua rōne sit scriptū cōsyderandū est. Iuxta allegoriā quæcūq; in quatuor cornibus & q̄tuor fabris dixim9, etiā in præsenti loco accipiamus. Legi in cuiusdam uolumine quatuor quadrigas in quibus sunt equi rufi & nigri & albi & uarij ac fortes, quatuor euangelia intelligenda: & equos apostolos per diuersitatem colorum

D

E

diuersas gratias possidentes: quorum alij rufi sint in martyrio: alij obscuri & nigri & christi mysteria cognoscentes: de
ps.17.b quibus dicat in psalmis: Caligo sub pedibus eius. Et: Posuit tenebras latibulum suū. Alij albi gratia uirginali: alij uarij & fortes, habentes gratiam curationū diuersarūq; uirtutū. Hæ quadrigæ q̄tuor siue currus: missi sunt in q̄tuor uētos cœli. i. ad cardines mūdi & uniuersū orbē terrarū: ut explerent dñi uolūtatē: quibus postea inferē ab angelo: Ite & perambulate terram: & in cunctis terrarum finibus euangelium seminate. Hoc quoq; qđ sequit̄: Ecce qui egrediunt̄ in terram aquilonis requiescere fecerunt spiritum meū in terra Aquilonis: sic explanauit: ut diceret requeisse spm̄ dñi siue angeli: quando in terra aquilonis, diaboli regna durissima apostolica prædicatiōe subuersa sunt: & hæc esse regna quæ domino saluatori in monte excelso diabolus ostēdens, sibi tradita gloriatus sit. G

Commentarij primi in Zachariam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORVM ZACHARIAE AD EXVPERIVM THOLOSANVM EPISCOPVM PROEMIVM

AB obscuris ad obscuriora transimus: & cum Moyse ingredimur in nubem & caliginem. Abyssus abyssum inuocat, in uoce cataractarū dei: & gyrans gyrando uadit spiritus, & in circulos suos reuertitur: labirynthios patimur errores: & christi cæca regimus filo uestigia. Ad hanc difficultatē urget petasatus libri portitor: dimidiū facti qui bene cœpit habet: quanto magis nos qui tertiā partē iam cōfecimus uiæ, eodē debemus in reliquis labore sudare: ne perdamus præterita: & imperfectū opus augeat lectoris desyderiū. Itaq; mi Exuperi papa uenerabilis, adesto præsens orationibus, qui corpore absens es: & impetra a dño ut auferatur a facie mea uelamen Zachariæ qđ ante oculos ostendebatur moysi: quia fulgorem uultus eius, uulgus ignobile ferre nō poterat: ut ego quoq; cum dauid queam dicere:
ps.67.c Dns dabit uerbum euangelizantibus uirtutē multā. Secundi libri explanationū in Zachariam istud exordium est: quem tanta celeritate dictamus, ut pene non sit emendandi spacium: dum frater Sisinnius ægyptum ire festinat: ut odorem bonæ fragrantiæ qui a te missus est fratribus, illuc quoq; perferat: Et nequaq; æthiopiæ flumie, sed galliarū largissimis aquis rigent̄ arua sitiētia.

F

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN ZACHARIAM PROPHETAM LIBER SECVNDVS

ET factū est verbū dñi ad me dicēs: Sume tē. Semel p posui arca / na cruditionis hebraice: & magistrorum synagogæ reconditam disciplinam, eam dūtaxat quæ scripturis sanctis conuenit latinis auribus pdere. Quāobrē necesse mihi est in locis obscurissimis historiæ lineas ducere: & sic quæ ab ecclesiasticis uiris accepi proferre in mediū: lectoris arbitrio qđ magis sequi debeat derelinquens. Et primū lectionis ordo reddendus est: ut qđ dicitur iuxta literā perspicuū fiat. Accipe igit ab holdai & a tobia & ab idaia qui de babylonica captiuitate uenerūt: & sumes ab eis quæ offerūtur munera, argentū & aurū: & intrabis domū ioſiæ filij sophoniæ: & ibi facies coronas, auri atq; argēti uarietate distinctas: nō unā coronā: sed uel duas uel plures. עֲטָרוֹת quippe, id est στέμματα, nō unū: sed uel dualē uel pluralē nūerū significāt. Cūq; coronas feceris, impones unā ex eis in capite ieſu filij ioſedech sacerdotis magni & loqueris ad eū: Hæc dicit dñs omnipotens: Ecce uir cuius nomen est oriens: qđ hebraice dicitur צֶמַח nō p ש sed p צ literā scriptū. Qui idcirco oriens .i. ἀνατολή: uel ἀναφυὴ siue βλάστημα nūcupatur id est germē: quia ex se repēte succrescet: & ex radice sua in simi litudinē germinis pullulabit: qui uir ædificabit tēplū dñi. Cūq; illud extruxerit: ipse q̄ portabit gloriā, id est coronā alterā quæ hebraice הוֹד & ab alio ἐπιδοξότης: ab alio ἐπιπρέπεια: ab alio ἀρετή: ab alio δόξα scribitur: quæ uel inclytū uel decorem uel uirtutem uel gloriā sonant. Significari autē putāt zorobabel: qui ex humili atq; captiuo i ducem populi iudaici repente cōsurgēs, ædificauit templū dñi: & sedit super solio suo, &

ET factum eum

ET factus eum

principis potestate dñatus est. Sed & pontifex inquit ieſus filius ioſedech ſedebit in ſacerdotali throno: & iunctis animis atq;

A mis atq; consiliis dei populũ gubernabunt. Et erit pax inter duos illos: hoc est inter eum qui de tribu regia est, & eũ qui de leuitica stirpe descendit: ut sacerdotiũ pariter & regnum dei populũ regãt: ipsasq; coronas quas de auro feceris & argento, postq; impositæ fuerint capiti iesu filij iosedech: & capiti çorobabel filij sala thiel: nominibus eorũ a quibus oblatæ sunt cõsecrabis in tẽplo: id est helem & tobiæ & idaiæ & hen. Nomen sc̃m & tertiũ idẽ est qđ supẽ. Primũ mutatũ est: & ꝓ holdai nũc helem posuit. Quartũ qđ supra nõ dixerat additũ, hoc ẽ, hen: de quibus loquemur in consequẽtibus. Repositis autem ait coronis in tẽplo domini, & in sempiternam memoriam consecratis: de toto orbe terrarum & procul positæ gentes uenient: & ædificabunt in templo meo unusquisq; ꝓ uiribus suis: Et tunc exitu rerũ & prosperitate omnium cognoscetis qđ dominus miserit me: & ipso cuncta iubente prædixerim. Hæc autem omnia erunt si

B obedieritis præceptis domini & mandata illius feceritis.

חלדי טוביה ידעיה Holdai interpretat̃ deprecatio domini, qđ græce significatius dicitur λιτάνδυσις κυρίου. Tobia, bonus domini. Idaia, notus dñi. Pro חלדי nunc in primo loco posuit חלם qđ interpretatur somniũ: & in quarto loco addidit חן id est gratia. Horum quatuor hominũ coronæ erunt apud filium sophoniæ, quẽ supra Iosiam legim⁹, qui custos & ædituus est tẽpli domini: & ibi æterna statione requiescent. Hebræi Ananiam, açariam, & misahel de captiuitate ueniẽtes: aurum & argentum in munera templi, & coronas pontificis ac ducis attulisse cõmemorãt: & quem supra non dixerat, hen, id est gratiã, Danielem uenisse cum munere: & idcirco helem positum pro holdai, ut ex interpretatione nominis qđ dicitur somnium: ostendatur in captiuitate positum danielẽ: & tres pueros regalis somnij mysteria cognouisse. Assumptis em̃ tribus pueris, daniel orauit dominũ, & interpretationẽ somnij consecutus est. Hæc iuxta historiam, circũcisio conat̃ exponere. Nobis aũt incũbit necessitas iuxta Lxx. interpretes dicere quæ nostri dixere maiores. Accipe a captiuitate & a principib⁹ & ab utilib⁹ ei⁹ & ab his q cognouerũt eã, aurũ & argentũ: & ingressus in domũ Iosiæ filij sophoniæ, qui & ipse uenit de babylone: fac in ea coronas aureas & argẽteas: quas impones super caput iesu filij Iosedech sacerdotis magni. Captiuitas iudæorum, id est populi dominũ confitentis, uitia sunt atq; peccata: quæ qui cœperit agere pœnitentiam & desyderare pristinam hierusalem: id est ecclesiã christi, babylonem deserit ac dimittit: & offertur a principibus captiuorũ & ab utilib⁹ eius. i. captiuitatis: q & ipsi ꝓ utilitate sua traditi sunt angelo satanæ in interitum carnis ut spiritus saluus fieret: & ab his qui cognoscũt eam, uidelicet captiuitatem, in bonam partem post supplicia esse uertẽdam. Offert̃ aũt aurum & argentũ ab his: qui & sensu & sermone dominũ confitentur: & fiunt ex eo, id est auro & argento in

יאשיה domo Iosiæ qui interpretatur saluatus: & est filius uisitationis domini: id est ἐπισκοπῆς κυρίου. Visitatur enim a domino qui prius male egrotauerat. Et recte dicitur iosias saluatus: qa & ipse reuersus est de babylone. Imponunt̃ aũt coro

SEP. eum orietur: & ædificabit domũ dñi: & ipse accipiet uirtutem: & sedebit & imperabit sup throno suo. Et erit sacerdos a dextris eius: & consiliũ pacis erit inter duos: corona autem expectantibus & utilibus eius: & qui cognouerunt eam, & in gratiam filij sophoniæ: & in psalmum in domo domini: & qui longe sunt ab eis uenient & ædificabũt in domo dñi. Et scietis quia dñs omnipotens misit me ad uos: & erit si auditu audieritis uocem dñi dei uestri.

Et factum

næ uel corona iesu filio Iosedech sacerdoti magno: qa nobis ꝓficiẽtib⁹ & reuersis ad meliora, p singl̃as ꝓtutes nr̃as, dñs coronat̃: imo nobis uirtute pœnitẽtiæ coronatis, saluator in singul̃ coronã accipit: iuxta illud qđ & Paulus loqt̃: De cætero reposita est mihi corona iusticiæ quã reddet mihi iust⁹ iudex: nõ solũ aũt mihi, sed & oñib⁹ q diligunt aduẽtum dñi saluatoris nostri iesu christi: Vnde a corona iusticiæ & pater domini saluatoris nomen accepit. Iosedech enim יְהוֹצָדָק interpretat̃ dominus iusticiæ, eo qđ reddat unicuiq; sc̃m opera sua: de hac corona & Iacob⁹ in epistola sua loquitur: Beatus uir Iacobi. i. b qui sustinet tentationem: quia cum probatus fuerit, accipiet coronã uitæ, quã repromisit deus diligentibus se. Iubetur autem prophetæ ut postq; coronam imposuerit uel coronas super caput iesu filij iosedech sacerdotis magni: loquatur ad eum & dicat: Hæc dicit dominus: Ecce uir oriẽs nomen eius: & subter eum orietur, & reliqua. Non iesum

D diuidimus, nec duas personas in unam possumus facere personã: sed ipse qui iesus appellatur, eo qđ saluauerit mundum: & oriens dicitur, quia in diebus eius orta est iusticia. Et canitur in psalmo: Veritas de terra orta est: eo qđ de utero uirginali in sæculorum consumatione generatus dixerit: Ego sum ꝟitas: & extrema hora uenerit, iuxta Ioãnis epistolam dicentis: Filioli nunc extrema hora est: In qua stantem Ioh. 14 a & nihil agentem gentium populum conduxit ex denario, & misit ad uineam. Alioquin si sc̃m diuersitatem nominũ diuersus efficitur: alius erit pastor: alius aries: aliuś agnus: alius ianua: alius lapis offensionis & petra scandali. Iste igitur qui nostris uirtutibus coronatus est: orietur & appellabitur oriens: Ad quem locutus est pater: Filius meus ps. 2. b es tu: ego hodie genui te. Et subter eum orietur multitudo credentium, & ædificabit domum domini ecclesiam: & ipse accipiet uirtutem & decorem ac profectum & gloriam singulorum: & sedebit & dominabitur in throno suo, in throno dauid: De quo & in euãgelio scriptũ est. Et erit sacerdos a dextris eius: siue iuxta hebraicum, super thronum suum: quia ipse & rex & pontifex est: Et sedebit tam in regali q̃ in sacerdotali throno: & consiliũ pacificũ erit inter utrũq; ut nec regale fastigium sacerdotalem deprimat dignitatem: nec sacerdotij dignitas regale fastigium: sed in unius gloria domini iesu utrũq; consentiat. Legi in cuiusdam libro hoc qđ dicitur: Et consilium pacificum erit inter duos: ad patrẽ referri & ad filiũ: quia nõ suam sed patris uenerit facere uoluntatem: & pater in filio sit, & filius in patre. Corona aut̃ id est insigne uictoriæ: cum christus fuerit coronatus, his quoq; repromittitur qui expectant eum: & intelligunt utilitatem quondam captiuitatis suæ, & nouerunt dei uniuersa mysteria, ut sint in gratiam filij sophoniæ: hoc est uisitatiõis domini. Et qui in babylone dicebant: Super flumina baby- ps. 136. a lonis ibi sedimus & fleuimus cum recordaremur sion? In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra: postq; reuersi fuerint in hierusalem, accipiant psalmum & tympanum & canant in ecclesia domini: & qui per maiora peccatia longe fuerant ab iudæa & confessione ueriſſima, ueniant: & per singulos profectus suos ædificent domum domini:

E & tunc uniuersi pari mente cognoscāt: qđ dominus omnipotens prophetam miserit ad eos. Fient autem omnia quæ promissa sunt, si dominum audire uoluerint: & acta pœnitētia in bonis operibus manserint. Ca. VII

A obscure nunc ponit manifestius: quoniã magnifici uastati sũt. Cupio scire, quæ sint cedri libani quæ cõbustæ sũt, quæ abietes quibus ululatus indicitur, quæ pinus quæ corruit: magnifici inquit uastati sunt. Vlulate quercus basan, id est cõfusionis & ignominiæ: qa saltus munitissimus, q hebraice dicitur בָּצִיר: & a Lxx. translatus est, nemorosus, excisus est: quia templum quod inexpugnabili creuerat firmitate: & a diuersis regibus & principibus, ac postea ab herode constructũ est, rhomano oppugnante deletũ est. Hunc locum quidã non intelligẽtes, libanũ & abietes & pinos & quercus basan, & saltũ nemorosum siue munitũ, ad contrarias referunt fortitudines: de qb⁹ & in Ezechiel sub noie assur & pharaonis dictum sit: Ecce assur cypressus in libano: & bonus ramis: & condensus umbraculo: & excelsus magnitudine, & in medio nubium factum est cacumen eius: aqua nutriuit eum: abyssus exaltauit illum: & cætera quæ tam de assur q̃ de pharaone dicũtur: uel ad contrarias fortitudines, uel ad superbos quosq; & principes dici arbitrantur: de quibus & in psalmo legimus: Vox dñi confringentis cedros: & cõfringet dominus cedros libani. Et in alio loco: Dies dñi sabaoth sup omnẽ cõtumeliosum & superbum, & super omnem excelsum atq; sublimẽ. Et post paululum: Et super omnẽ cedrũ libani excelsam: & super oẽm arborem quercus basan. Et de hoc libano asserunt prophetari: Libanus cum excelsis cadet. Nos autem priorem interpretationẽ sequamur: præsertim cũ & ea quæ sequunt huic sensui cõgruãt. a ¶ Vox ululatus pastorum ꝛc. Pars superioris capituli, & in his uersiculis cõtinetur: Quos uocauerat cedros, abietes, pinos & quercus basan: & exponẽs quæ essent istæ arbores intulerat, dicens. Quoniã magnifici uastati sunt: Nunc per aliã μεταφοράμ dicit esse pastores, id est principes atq; doctores, & qui primi erant in populo, qd̃ flere debeant & lugere: quia magnificentia eorum & pulchritudo & decus uastata sit atq; cõsumpta: templum uidelicet, in quo sibi gloriabantur. Et uox inquit rugitus leonum: quos excelsas arbores, & rursum pastores: eosdem nunc leones appellat. Et qa leones dixerat, seruat translationẽ ut inferat: Qm̃ uastata est superbia iordanis, siue fremitus & sonitus aquæ decurrẽtis, qui hebraice dicitur גְּאוֹן. Et quomodo tẽpli altitudinẽ iuxta sitũ terræ iudææ altitudini libani cõparauit: nihil em̃ libano in terra repromissionis excelsius est: nec nemorosius atq; cõdensius: Sic iordani fluuio qui maximus in iudæa est, iuxta quẽ morant̃ leones: fremitũ iunxit leonum ꝓpter ardorẽ sitis, & ob deserti uicinia & latitudinẽ uastæ solitudinis, & arundineta & carecta. Vnde & per ꝓphetã dicitur: Ascendit leo de iordane: uolens ostẽdere nabuchodonosor de sedibus suis quasi leonẽ de cubili exisse cõtra hierusalẽ. Aliter: Vox rugitus leonũ, quoniã uastata est supbia iordanis. Vox inquit optimatũ, quia tẽplũ destructum est: unde

a HEB. Vox ululatus pastorum, quia uastata est magnificentia eorũ. Vox rugitus leonum, quia uastata est superbia iordanis.

b Hæc dicit dñs deus meus: pasce pecora occisiõis: quæ qui possederant occidebant, & non dolebant: & uendebant ea dicentes: benedictus dominus, diuites facti sumus: & pastores eorũ non parcebãt eis.

c Et ego non parcam ultra super habitantes terram, dicit dominus: Ecce ego tradam homines unumquemq; in manu proximi sui, & in manu regis sui: & conterent terram, & non eruam de manu eorum: & pascam pecus occisiõis: propter hoc o pauperes gregis.

Et assumpsi

sep. ¶ Vox lugentium pastorum, quoniam misera facta est magnificẽtia eorum. Vox rugentium leonũ, quia afflictus est fremitus iordanis. Hæc dicit dñs oñipotẽs: pasce oues occisionis: quas qui possederunt interficiebãt, & nõ agebant pœnitentiam: & qui uendebãt eas dicebãt: bñdict⁹ dñs & diuites facti sum⁹: & pastores earũ nihil patiebant̃ super eis. Ideo nõ parcã ultra super habitatores terræ, dicit dominus: Et ecce ego tradam hoies unumquẽq; in manus proximi sui, & in manu regum eius: & concidẽt terrã, & nõ eruã de manu eorũ: & pascã oues occisionis in chanaanitide.

Et assumam

C

b ¶ Hæc dicit dñs deus meus ꝛc. Vbi manifestissima prophetia est: & per trãslationem historiæ uerus ordo narratur, supflua est tropologiæ interpretatio: ut alios bonos alios malos dicam⁹ esse pastores: & hoc tã ad ueterẽ ꝓpr̃m referri quã ad nouũ: id est tam ad iudæorum sacerdotes & principes: q̃ ad episcopos & præsbyteros christianorũ: & quicũq; pastores fuerint negligẽtes, & unũ de minimis scãdaliçauerint: ipsos esse qui nutriant pecora occisiõis: & nõ patiãt̃ super eis qcq̃, nec doleãt: nec possint dicere cũ Apl'o: Quis scandaliçatur, & ego non uror? & uẽdant populos sibi creditos: de q̃bus scriptũ est: Qui deuorãt populũ meũ sicut cibũ panis: & exalioꝝ mortibus diutias consequant̃: laudantes eos q prædas agũt de miseris & iniq; benedicentes. Hæc aliꝝ interpretẽt̃ ut uolũt: Nos teneamus explanationis ordinem quẽ semel arripuim⁹: Quoniã apertus est libanus, & cedri ei⁹ atq; abietes flamma urẽte cõbustæ sunt: ululatusq; pastorum auditus est & rugitus leonũ: qa oĩs pulchritudo & superbia iordanis uastata est atq; consumpta: idcirco hæc mihi dixit dñs deus meus: O ꝓpheta Zacharia ad te iste sermo confertur: Pasce gregem occisionis: hoc est, nunc interim nutriatur & crescat, qui postea ab hostibus occidendus est: quasi oues & pecora, principes rhomanorũ, qui possidebant ea & obtinebant iure uictoriæ, interficiebãt & nõ miserebantur: siue ĩmolabant & non sentiebant dolorem: id est nihil mali pro tanta crudelitate patiebantur: & uendebant ea quæ nõ ꝓpter clæmentiã, sed ꝓpter præciũ reseruabant. Legamus ueteres historias & traditiones plangentium iudæorũ: qd̃ in tabernaculo abrahæ, ubi nunc p̃ annos singulos⁹ mercatus celeberrimus exercetur: post ultimam euersionẽ quã sustinuerũt ab Hadriano, multa hominũ milia uenundata sint: & quæ uendi non potuerint, translata in ægyptũ: & tam naufragio & fame q̃ gentiũ cæde truncata. Isti ergo uictores & dñi ultores q occidebant & nõ dolebãt & uendebant pecora atq; dicebant: benedictus dñs, diuites facti sumus: hanc habebant sententiã: Propter peccata sua offendere iudæi: ideo eos oppressimus, & ex præcio eorum diuites facti sumus. Nec mirum inquit, si hostes iure, uictoꝝ occidebãt pecora, & nõ dolebant: uendebant & in suo scelere gloriabant̃: cũ ipsi pastores eoꝝ atq; doctores, nõ pepcerint eis, & culpa eoꝝ grex lupis tradit⁹ sit. c ¶ Et ego nõ parcã ꝛc. Hoc qd̃ Lxx. ĩ extremo capitlo trãstulerũt καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν χαναανῖτιν: id est: Et pascã oues occisiõis in terra chanaanitide: nõ est in hebræo: & a nullo alio trãsferẽ interpretũ. Quia ergo pastores eoꝝ nõ parcebãt eis, & ipsi primũ meũ ꝓpr̃m deuorauerũt: Idcirco & ego nõ parcam ultra super habitatores terræ iudææ dicit dñs. De hac em̃ terra loq̃t̃ de q̃ ei sermo erat: & nõ de orbe terraꝝ, sicut iudæi male interpretãtes a se uolunt in aliã

D

Ps. 28. a
Esa. 2. c

Hie. 4. b

Ezech. 31. a

E lunt in aliam partem dei deprauare ſententiam. Poſt euerſionem quippe templi: quæ propterea eis accidit, quia per quadraginta & duos annos poſtq̃ paſſus eſt dñs, accepto
Iudic.7.f ſpacio, pœnitentiam agere noluerunt. Dimittã inquit unũquemq̃ contra proximum ſuum, & mutua ſe cæde truncabunt: ſiue in ipſa obſidione templi: quando hieruſalem rhomanus cinget exercitus: tãta eñ inter ipſos iudæos erunt bella atq̃ diſcordiæ: ut in tres partes populus diuidatur. Legamus Ioſephum & ſeptem iudaicæ captiuitatis libros: & hanc prophetiã eſſe completã, hiſtoriæ ueritate cernemus. Et cõcidẽt ait terram: haud dubium quin rhomani omnẽ terram & uniuerſas urbes deſtruxerint iudæorum. Et nõ eruam eos de manu eorũ. Audi iudæe qui tibi ſpes uaniſſimas repromittis: & non audis dicentem dominũ atq̃ firmantem: non eruam de manibus eorũ: qđ æterna ſit apud rhomanos tua futura captiuitas. Et paſcam pecus occiſionis: ut ſemper iudæi nutriantur ad mortem: propterea quia dei eſt iſta ſententia. O uos qui eſtis pauperes gregis: hoc eſt iuſti de iſrael: qui credidiſtis in dominũ ieſum, & dei filiũ ſuſcepiſtis: audite quæ dicantur: & ſequẽtis capituli ſacramẽta cognoſcite. Q2 autem ſcđm Lxx. legimus: Et paſcam oues occiſiõis in terra chanaan: ſic poſſumus intelligere: quod populum iudæorum qui deſtinatus eſt morti, in toto orbe diſperſum: hoc eſt in terra chanaan atq̃ gentilium: paſcat dominus & nutriat ad immolandũ. a ¶ Et aſſumpſi mihi duas virgas ꝛc. Supra dixerat: Propter hoc o pauperes gregis: & facta ἀποσιωπήσει ſubaudiebatur attendite: quia libani portæ apertæ ſunt: & quercus baſan abietes cedriq̃ ſucciſæ: & intulerat cõminans: Non parcã ultra ſuper habitatores terræ dicit dñs: Et hoc de uno iudaico ppło dicere uidebatur: qđ interfectis ꝓphetis, etiam in filium dei miſiſſent manus: & uoce temeraria cõclamaſſent: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros: Nũc creator uniuerſitatis & dñs, myſteria ſui orbis exponit: & dicit, duas habuiſſe ſe uirgas: quarũ alteram decorem uocauerit, alterã funiculos: & in duabus uirgis uinctũ pauerit gregem: tres quoq̃ paſtores in uno menſe ſuccíderit: & cõtracta ſit ſiũe indignata: aut ut Lxx. tranſtulerunt, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου. i. ingraueſcet anima mea ſuper eos: haud dubium quin paſtores ſignificet quos ſuccidit in menſe uno. Redditq̃ cauſam cur paſtoribus indignatus ſit, intantum ut eos in uno menſe ſucciderit: Si quidem & anima inquit eorum uariauit in me. Et eſt ſenſus: Non me pleno animo dilexerũt, nec
Ioh.10.b paſtores mercenarij uerę amauere paſtorẽ: Quia paſtor bonus ponit animã ſuã pro ouibus ſuis: Quobrẽ & ego indignatus ſententiam protuli & ad ipſos paſtores, quos mea indignatione ſuccideram: ſiue ſucciſis paſtoribus ad reliquum gregem locutus ſum: Non paſcam uos: ſed qđ mortem elegit ſua uoluntate moriatur: & ſe alterutrũ deuorent, mutuaq̃ cæde dilaniẽt. Hæc παραφραστικῶς diximus: ut futuræ explanationis ſemitam ſterneremus. Creator & paſtor cuius oues cognoſcunt uocem & ſequũtur eum: duas ſibi aſſũpſit uirgas: ſiue duas σκύταλας: id eſt baculos, qui hebraice dicuntur מַקְלוֹת: ut paſtoris habitum demonſtraret. Vnam uirgam uocauit decorem: hoc eſt, ſub Noe omne hominũ genus ſua benedictione protexit: quãdo inſtaurato mũdo, necdum peccata ſorduerant. Et idcirco uocatio cũctarũ gentiũ appellat decora & pulchra: qa nihil iuſtius eſt, cũ uniuerſitatis parentem uocare omnes æquali-

a HEB. ter, quos æquali cõditiõe generauit. Et alteram uocauit funiculos: Quãdo eñ diuidebat altiſſimus gentes, & diſſeminabat filios adam: ſtatuit terminos gentium, iuxta numerum angelorum dei: Et facta eſt pars domini populus eius iacob: funiculus hæreditatis eius iſrł. Et paſcam inquit gregem: Siue ipſum iſraelẽ: ſiue cũ iſraele omne hominũ genus. Et ſuccidi inquit tres paſtores in uno menſe. Legi in cuiuſdam cõmentarijs: paſtores domini indignatiõe ſucciſos, in ſacerdotibus & falſis ꝓphetis & regibus intelligi iudæorum: quod poſt paſſionem chriſti, uno omnia ſuccíſa ſint tempore: de quibus loquitur Hieremias: Sacerdotes non Hie.2.b
dixerũt ubi eſt dñs: tenentes legem meã, neſcierũt me: Et paſtores præuaricati ſunt in me: & prophetæ prophetabant in baal & idola ſecuti ſunt. Nec hac explanatione contentus: tres paſtores in uno mẽſe ſucciſos, ꝓpoſuit accipi: qui in patrem & filium & ſpiritũſanctũ peccauerunt: Oẽs eñ hæreticos, aut in unam, aut in duas, aut in tres ſimul peccare perſonas. Dixerit ille quod uoluit: neq̃ eñ alterius ſenſui detrahendũ eſt: Nobis tres paſtores qui in uno mẽſe ſucciſi ſunt: Moyſes uidetur & Aaron & Maria: quorum Maria in mẽſe primo: qui uocatur מִרְיָם mortua eſt in deſerto ſin: & in eodem loco propter aquam contradictionis, eodemq̃ menſe, moyſes & aaron cõdemnati ſunt: ne terrã repromiſſionis intrarent: Atq̃ ita factum eſt, ut e tribus paſtoribus, alia præſenti morte ſuccideretur: alij ſententia mortis futuræ. Et cõtracta eſt inquit anima mea ſuꝑ eos: uidelicet ſuꝑ tres paſtores quos præpoſueram gregi meo: Quia & illorum anima uariauit in me: Non enim glorificauerunt me ad aquam contradictionis. Si autem ad populum referimus, quod anima populi uariauerit in deum: ſic exponendum eſt: Idcirco eis indignatus ſum: quia & ipſi inter me & idola fluctuantes, uarijs contra me pugnauerunt modis: Quobrem indignatus dixi ad Moyſen: Non paſcam uos: dimitte me & diſperdam eos. Quando autem dicit cũ iraſcitur, dimitte me: prouocat ad rogandum: & oſtendit ſe ab eo poſſe retineri. Qđ moritur inquit, moriatur: & qđ ſuccíditur, ſuccidatur: omnium corpora ruant in ſolitudine: & uerſi in ſeditionem, inſtar beſtiarum mutuis laceren
tur morſibus: nulluſq̃ terrã repromiſſionis introeat. Quidam duas uocationes iudæorũ & gẽtium: in primo iſrael, & nouiſſimo intellexere noſe chriſtianos. Sed quomodo uocatio chriſtiana ante proiecta ſit, & iudæi remanſerint & paſti ſint a deo, non ſatis attenderunt. b ¶ Et tuli uírgam meam quę vocabatur decus ꝛc. Poſt uocationem iſraelis & aſſumptionem uirgæ ſecundæ, quæ uocabatur, funiculus: Tulit dominus uirgam primam totius orbis nationes, quæ uocabatur decora: & abſcidit eas a cultu ſuo: quia ueneratæ ſunt idola: & omnes declinauerunt: ſimul inutiles facti ſunt. Manifeſtiuſq̃ exponens quæ eſſet hæc

SEP. ¶ Et aſſumam mihi duas uirgas: unam uocaui decorem: & alteram uocaui funiculum: & paſcam oues. Et auferam tres paſtores in menſe uno: & ingraueſcet anima mea ſuꝑ eos: Si quidẽ & animæ eorũ † rugiebãt ſuꝑ me. Et dixi nõ paſcã eos: qđ moritur moriat: & quod deficit deficiat: & reliqui deuorent unuſquiſq̃ carnes proximi ſui. Et aſſumam uirgam meã pulchram: & proiiciam eam: ut diſſipem teſtamẽtum meum quod diſpoſui ad omnes

populos

† Greci habẽt ἐπορεύοντο, forſã legẽdũ ruebant

uirga: intulit

A ũirga: intulit: Vt irritum facerem fœdus meum quod per-
Mar.5.c cussi cum omnibus populis: Statim enim ut israel assum-
ptus est, gẽtium turba proiecta est: & ut nata est filia archisy
nagogi quæ postea in euãgelio cum duodecim esset ãnoꝝ
egrotare & mortua esse narratur: ἀιμοῤῥοοῦσα cœpit san-
guinẽ fluere & perpe-
tua infirmitate crucia-
ri. Et in irritum ait de
ductũ est fœdus meũ,
quod cum omnibus
inieram nationibus:
Et intellexerũt paupe-
res gregis: id est popu-
lus israel qui mea mã
data custodit: qa uer-
bum dñi est, id est uo-
lũtatis est domini abij
cere gentes negantes:
& in abraham israel as
sumere confitentem.
Pro eo qđ nos inter-
pretati sumus: & co-
gnouerunt sic paupe-
res gregis: Lxx. trãstu
lerũt, καὶ γνώσονται οἱ
χαναναῖοι τὰ πρόβα-
τα τὰ φυλασσόμενά μοι
.i. & cognoscẽt chana
næi oues, quæ custo-
diuntur mihi: qđ ita
nõnulli edisserũt: Co-
gnoscet populꝰ iudæo
rum ad quem dictum
Dañ.13.f est: Semen chanaan &
B nõ iuda: q nunc meis
cærimonijs custodit:
Siue qa chanaan inter
pretãtur, parati ad hu
militatem, cognoscẽt
qui olim parati sũt ut
humilientur a domi-
no & relinquantur. Cur autẽ pro eo qꝙ nos interpretati su-
mus, sic paupes: illi dixerunt, chananæos: causa manifesta
est: apud hebræos eñ, sic, בֵּן dicit: עֲנִיִּי, pauperes: illi duo
uerba in unũ copulãtes: pro eo qđ est, sic pauperes: hoc est
בֵּן עֲנִיִּי: nomen בְּנַעֲנִי .i. chananææ gẽtis interpretati sunt

HEB. omnibus populis. Et
in irritum deductum est
in die illa: & cognouerunt
sic pauperes gregis qui cu
stodiunt mihi, quia uer-
bũ domini est. Et dixi ad
a eos: Si bonum est in ocu-
lis uestris, afferte mercedẽ
meam: & si non, quiescite:
& appenderunt mercedẽ
meã, triginta argenteos.
Et dixit dominus ad me:
proijce illos ad statuariũ:
decorum præciũ quod ap
preciatus sum ab eis: & tu
li triginta argẽteos & pro-
ieci illos in domum domi
b ni ad statuarium. Et prẽci-
di uirgam meam secun-
dam: quæ appellabat fu-
niculus, ut dissoluerẽ ger-
manitatẽ inter iudã & isrl.
Et dixit

SEP. populos: & dissipa
bitur in die illa: & cog-
noscent chananæi oues:
quæ custodiuntur mihi,
quia uerbum domini est.
Et dicam ad eos: Si bonũ
est in conspectu uestro, da
te statuẽtes mercedẽ meã,
aut renuite: Et statuerunt
mercedẽ meã triginta ar-
genteos. Et dixit dñs ad
me: depone eos in confla-
torium: & recogita si pro-
batum est, sicut probatus
sum pro eis. Et tuli trigin-
ta argenteos & misi eos in
domũ dñi in cõflatorium.
Et abieci uirgam meam
secundam: quæ appella-
batur funiculus: ut dissi-
parem testamentũ quod
erat inter iudam & israel.
Et dixit

C

quondam gregis & a me electi in filios: emendũ atq uendẽ
dum præcio iudicarunt. Et tuli ait dñs per ꝓphetam: sicut
mihi a deo fuerat imperatũ, triginta argenteos: & nõ eos de
posui, sed proieci in domum dñi ad fictorẽ: In domo dñi fe-
ci eos a proditore reddi sacerdotibus & pharisæis, ipso cõfi
tẽte qui uendidit: Pec- Matth.27.a
caui tradens sanguinẽ
iustum. At illi, quoniã
præciũ sanguinis erat,
noluerunt illud repo-
nere in corbonã, id est
in gaçophylatio: sed e-
merunt ex eo agrũ fi-
guli in sepulturã pere-
grinoꝝ: Nos eñ oẽs
qui peregrini & adue-
næ legis fuimus, redẽ
pti præciosissimo eius
sanguine: in domo fi-
guli creatorisq̃ oĩum
sepelimur & requiesci
mus. Pro πλάσει atq̃
fictore, statuariũ olim
interpretatus sum, uer
bi ambiguitate cõpul-
sus: quod statuariũ fi-
ctorẽq̃ uno sermone
significat. Iudæi istum
locum maliciose inter
pretantes: triginta ar- D
genteos, triginta legis
mandata cõmemorãt
quæ facere iubeant in
lege: & rursum trigin-
tas ex alia quæ prohi-
beantur in lege: & dici
eis, ut argentũ mãda-
torum dñi plastæ suo
atq̃ fictori reddant
deo: qđ quia facere
noluerint, eẽ ꝓiectos.

a ¶ Et dixi ad eos si bonũ ꝛc. Cognoscẽtibus israelitici gre
gis pauperibꝰ, q mea mãdata custodiũt: uerbũ esse dñi qđ
locutus sum: & uera quæ dixi, id est ad pauperes gregis:
si uobis placet, homines enim estis & semel libero arbitrio
uos creaui: quibus & in eremo locutus sum: Si audieritis
me, quæ bona sunt terræ comedetis: Pro hac assumptione,
qua abieci uniuersum hominum genus, & uos mihi in pe-
culiarem elegi gregem: & creator omnium uolui paruum
habere funiculũ: Reddite mihi mercedẽ meã, id est mea præ
cepta seruate. Sin autem non uultis mercedem reddere: nec
placet in oculis uestris meo censeri nomine: aperte renuite
& facite quod uultis. Qui tunc quidem responderũt Moy
si: Oia quæcũq̃ dicit dñs faciemus: In fine autẽ temporũ: ꝓ
Exo.24.b eo qꝙ eos elegi de medio nationũ & liberaui de ægypti for-
nace ferrea: appenderũt mercedẽ meam, triginta argenteos
pro meo sanguine dantes iudæ proditori. Et dixit inquit ꝓ
pheta dñs ad me: siue ipse saluator cuius priora sũt uerba:
patrem ad se locutũ esse contestans: Proijce illud ad statua-
rium: pro quo in hebræo legitur יוֹצֵר: id est τὸμ πλάσμ:
quẽ nos fictorẽ & figulũ possumus dicere. Et est sensus: Pro
ijce præcium meũ ad figulũ, qui creator & fictor est omniũ:
Nec dixit, depone: sed proijce: ut fictoris plastæq̃ iudicio
merces domini penderetur: & εἰρωνικῶς præciũ suũ: id est di
uinæ maiestatis, in triginta cernes argenteis: & tam uili mer
cede se proditum: Decorũ inquit præciũ qđ appræciatus
sum ab eis: hoc autẽ præstius est legendũ cũ irrisione & sub
sannatione dicentis: Tanto me populus meus & pauperes

Breuiter indicare uolui quid sentiant: alioquin explanatio
nem eorum lacinioſissimam tedet reuoluere: ut ad reliqua
transeamus. b ¶ Et precidi virgam meam secundam
que appellabatur funiculus ꝛc. Et in hoc loco, longam cu-
iusdam explanationem, immo tricas inextricabiles legis-
se me noui: duarum uirgarum in unam societatem ex
Eçechielis uolumine proferentis: & omnia quæ de con-
cordia iudæ & ephraim spiritaliter sentienda sunt,
huic capitulo coaptantis. Nos autem cœptum sequa-
mur ordinem. Postq̃ a iudæis crucifixus est dñs, & trigin-
ta appræciatus argenteis: & præcium sanguinis eius in se-
pulturam profecit gentium: quæ peregrinæ erant a lege &
mandatis dei: statim dominus sententiã suam ultra nõ dif-
ferens: Præcidi ait uirgam meam secũdã: quæ proprie mea Hiere.13.a
erat: quæ sic mihi hærebat, ut in Hieremia periçoma & cin-
ctorium atq̃ lumbare: siue ut cõsueto uerbo utar coxale sit
appellata: Quæ secũda uirga quondam appellata funicu-
lus & pars mea: a me ideo proiecta est: ut dissoluerẽ fœdus
& germanitatem atq̃ concordiam, quæ inter iudam fuerat
& israel: & fratres a se inuicem separarem: Vt in apostoloꝝ
& eorum qui ægerant pœnitentiam numero, rursum iu-
da appellaretur & confitens deum suum: Israel autem &
ephraim & ioseph uocarentur, qui in cordis duritia perma-
nentes dixerunt: Non habemus regem nisi cæsarem. Vnde Iob.19.c
non intulit: ut irritum facerem pactum, siue testamentum
quod habui cum iuda & israel: usq̃ hodie eñ pœnitenti-
bus porrigit manũ: sed ut de uno populo credentes alios, &
alios nõ credentes inter se diuideret, dicens: Nolite arbitra- Matth.10.d
ri, quia ueni mittere pacem in terram: nõ ueni mittere pa-
cem, sed gladium: Veni enim separare hominem aduer-
sum patrem suum: & filiam aduersum matrem suam: &
nurũ aduersum socrũ suam: & inimici hois domestici eius.
Et dixit

E a ¶Et dixit dñs ad me ꝛc. Quãdo dicit: adhuc ſume tibi uaſa paſtoris ſtulti: illud ſignificat qđ ſupra aſſumpſerit ſibi uirgas duas: unam decorem, & alteram funiculũ. Et quia illas ſuo uitio peccatoq; proiecit: & ſoluta germanitate inter iudam & iſrael: nos inſerti ſumus in radicẽ bonæ oliuæ: & cæcitas ex parte facta eſt domui iſrl̃, donec intraret plenitudo gẽtium: Nunc prophetæ dicitur: ut grauiſſimũ paſtoris ſtulti ſiue imperiti aſſumat uaticinium. Paſtor ſtultus & imperitus, haud dubium quin antichriſtus ſit: qui in conſummatione mundi dicit̃ eſſe uenturus: Et qualis uẽturus ſit indicat̃. Vaſa autem paſtoris, inſignia illius & habitum debemus accipere, peram, baculum, fiſtulã & ſibilũ. Et quo-
Eſa.50.a modo Eſaias, ut captiuitatẽ populi demon-
Hiere.18.a ſtraret nudus ingredi-
tur: & Hieremias uadit ad domũ figuli: ut ex diſſipatione uaſis quod currebat in rota & manu fingebatur artificis: & interitũ iſrael & dei potentiã oſten-
Ezech.12.b deret: Et Ezechiel ut
F ſubuerſionem hieruſalem & fugã ſedechiæ & onera captiuorũ, nõ ſolum uoce, ſed & habitu demõſtraret: perfodit parietẽ & in ſuis humeris excipit̃: Sic
Zach.11.b Zacharias habitũ ſtulti & imperiti paſtoris aſſumit: ut eũ nunciet qui uenturus eſt. Iſte paſtor ideo conſurget in iſrl̃: qa uerus paſtor dixerat: Iã nõ paſcam uos: Qui alio nomi-
Dani.9.g ne: & in Daniel ꝓphe-
Mar.13.b ta, & in euangelio, & in
2.Theſſ.2.b epiſtola Pauli ad Theſſalonicẽſes: abominatio deſolationis, ſeſſurus in templo dñi prophetatur: & ſe facturũ ut deum: qui & per
Eſa.52.b Eſaiam magnus ſenſus dicitur. Et ad hoc uenit non ut ſanet, ſed ut perdat gregẽ iſrael. Paſtor eñ bonus egrotantia pecora uiſitat: diſſa inquirit, relicta affert, laſſa ſuſtentat. Ecõtrario paſtor malus, omnia aduerſa agit: & carnes pinguiũ deuorat: ungulas arietũ & ouiũ diſſoluit atq; puertit, ne recto ingrediat̃ pede. Hũc paſtorẽ ſuſcepere iudæi: quẽ dñs ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit illuminatione aduentus ſui: ut qui non crediderunt ueritati ne ſalui fierent, credant mendacio & iudicentur, quia conſenſerunt iniquitati. Deſcripto autem paſtore peſſimo, ſtulto & imperito: ad ipſum paſtorem ꝓphetalis ſermo cõuertitur: O paſtor & idolũ. Tam ſceleratus eſt paſtor: ut nõ idolorum cultor: ſed ipſe idolum nominetur, dum ſe appellat deum & uult ab omnibus adorari. Qui dereliquit gregem a beſtijs deuorandũ: quẽ dñs tanto tempore cuſtodierat. Gladius ſuper brachium eius & robur, & ſuper oculũ dextrũ ei⁹: q̃ ſe acute dei iactabat cernere ſacramẽta: & plus uidere q̃ omnes retro prophetæ uiderant: intãtum ut dei filium ſe uocaret. Gladius autem ille eſt, de quo & ſupra diximus: & nũc dicem⁹ ex parte: de q̃ & Eſaias loquit̃: Inebriatus eſt gladius me⁹ in cœlo. Propterea autem gladius domini ſup brachium eius, & ſup oculum dextrũ illius erit: ut robur eius & oĩs iactãtia fortitudinis ei⁹ ariditate ſiccet̃: & ſcia quã ſibi falſo noĩe ꝓmittebat, æternis tenebris obſcurẽt. Ca. XII

Eſa.34.a

a HEB. Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi uaſa paſtoris ſtulti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra qui derelicta non uiſitabit: diſperſum non quæret: & contritũ non ſanabit: & id quod ſtat non enutriet: & carneſ pinguiũ comedet: & ungulas eorum diſſoluet. O paſtor & idolum derelinquens gregẽ: gladius ſuper brachium eius & ſuper oculũ dextrum eius: brachium eius ariditate ſiccabitur̃: & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.

b ONus ¶Ca. XII
Ouerbi domini ſuper iſrael: Dixit dominus extẽdens cœlũ: & fundans terram: & fingens ſpiritũ hominis in eo: Ecce ego ponam hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: ſed & iuda erit in obſidione cõtra hieruſalẽ: Et erit in die illa ponã hieruſalem lapidem oneris cũctis populis: omẽs q̃ leuauerũt eã cõciſiõe ꝙ lacerabunt̃: & colligentur aduerſus eã oẽs gentes terræ. In die

SEP. Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi uaſa paſtoralia paſtoris imperiti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem ſuper terrã q̃ derelictum non uiſitet: & diſperſum nõ requirat: & fractum non ſanet: & integrũ non dirigat: & carnes electorũ deuoret: & talos eorum peruertat. O q̃ paſcitis uana & qui derelinquiſtis oues: gladius ſup brachiũ eius: & ſuper oculum eius dextrũ: brachiũ eius ariditate ſiccabitur: & oculus dexter eius cæcitate obſcurabitur. ¶Ca. XII

A Aſſumptio uerbi domini ſup iſrl̃: dicit dominus extendens cœlum & fundãs terram & fingens ſpiritũ hominis in eo: Ecce ego ponam hieruſalem ut ſuperliminaria quæ mouentur oĩbus populis in circuitu: & in iudæa: Et erit obſidio circa hieruſalem: & erit in die illo: ponã hieruſalem lapidẽ q̃ cõculcat̃ a cũctis gentibus: oĩs qui cõculcauerit eam illudens illudet: & cõgregabo ſup eam omnes gentes terræ. In die

G

H

Hiere.1

Luc.23.f Pſ.109.d

modũ uoluminis, proponẽtes: Hæc dicunt illi: ſic alij ſuſpicãtur: nos ita ſentimus. Tres poſuimus ſententias ut ex interpretatiõis uarietate quid cui coaptandũ ſit prudens lector intelligat. Dñs igitur qui cœlum extendit ut pellem: & terram alta mole ſolidauit & ſpũm hoĩs finxit in eo: idem animarũ creator eſt omniũ: ut ex duabus ſubſtantijs aniæ & corporis unũ animal compingeret. Spiritus enim ꝓ anima frequenter accipitur: ut ibi: Pater in manus tuas cõmendo ſpũm meũ. Et: Auferes ſpiritũ eoꝝ & deficient & in puluerem ſuũ reuertentur. Iſte igit̃ creator uniuerſitatis & dominus, ſe hieruſalẽ ſuperliminare crapulæ oĩbus populis, in circuitu poſiturum eſſe teſtatur: ut qui limen eius attigerit, inebrietur & corruat: ſiue ipſum ſuperliminare in eũ corruat a

A ruat a quo cõtingit. Sed & iudas obſeſſa hieruſalem, eſt cã
ptus a gentibus: & in illarũ tranſiens ſocietatẽ: cogẽt obſi/
dere metropolim ſuam. Non ſolum autẽ dñs hieruſalẽ po/
net cunctis populis quaſi ſuperliminare crapulæ: ſed po/
net illã quaſi lapidẽ oneris cunctis populis: quẽ qui leuare
uoluerit, conciſione la
cerabitur. Congrega/
buntur eĩ aduerſum
hieruſalem omnia re/
gna terrarum. Mos eſt
in urbibus palæſtinæ:
& uſq; hodie ꝓ omnẽ
iudæam uetus conſue
tudo ſeruat: ut in uicu
lis, opidis, & caſtellis,
rotundi ponant lapi/
des grauiſſimi ponde
ris: ad ꝙs iuuenes ex/
ercere ſe ſoleant: & eos
pro uarietate uirium
ſubleuare: alĩ ad ge/
nua: alĩ ad umbilicũ:
alĩ ad humeros & ca/
put: nonnulli ſup uer
ticem erectis iunctiſq;
manib⁹, magnitudinẽ
uirium demonſtran/
tes, pondus extollant.
In arce athenienſium
iuxta ſimulachrũ mi/
neruæ: uidi ſpheram
æneã grauiſſimi põde
ris: quã ego, ꝓ imbecil
litate corpuſculi mo/
uere uix potui: Cum
B quærerem, quid nam
ſibi uellet? Rñſum eſt
ab urbis ei⁹ cultorib⁹,
athletarũ in illa maſſa
fortitudinem compro
bari: nec prius ad ago
nem quemq; deſcẽde/
re, q̃ ex leuatione pon
deris ſciat quis cui de
beat cõparari. Senſus ergo iſte eſt: Ponã hieruſalẽ cunctis
gentibus, quaſi grauiſſimũ lapidẽ ſubleuandũ. Leuabunt
quidẽ eam, & ꝓ uiriũ uarietate uaſtabunt: ſed neceſſe eſt ut
dum leuat, in ipſo nixu & eleuatione ponderis, grauiſſim⁹
lapis ſciſſurã aliquã uel raſurã in leuantiũ corporibus dere
linquat. Sup eccleſia ſic interpretari poteſt: ꝙ cuncti perſe/
cutores qui cõtra domũ dñi dimicarũt, inebrient eo calice
Hiere.25.e quo uniuerſis gentibus ꝓpinat Hieremias: ut bibant, & in/
ebrientur: & cadant, & uomant & inſaniant. Scio perſecutio
nis tẽpore multos e noſtris cõtra eccleſiam pugnare cõpul/
ſos: ſed quicunq; hoc pondus uoluerit ſubleuare, leuabit
quidẽ: & ꝓ ira dñi qua corripit peccatores ſuis manibus ſu
ſtentabit: Verũ ipſe nõ erit impunitus, dei contra ſe gladio
dimicante. Pro lapide oneris, quẽ nos ut potuim⁹, interpre
tati ſumus: Lxx. uerterunt λίθον καταπατούμενον, id eſt, la/
pidem conculcatum a cunctis gentibus. Omnis qui con/
culcauerit eum ſiue eam, id eſt hieruſalem, illudens illudet.
Qui manifeſtus eſt ſenſus, ꝙ utroq; modo hieruſalem, &
ab inimicis gentibus, & a perſecutoribus conculcanda ſit:
& illudendum ei pro uoluntate illudentium. Sed melior &
uerior eſt ſenſus ſuperior. Breuiter ſingula exponim⁹ ut tan
dem ueniamus ad calcem: ne ſi prolixius ſcripſerimus: & re
rum obſcuritate, & ſermonis longitudine, lectoris animus
confundat. a ¶ In die illa dicit dñs ꝛc. In illo tẽpore, hoc
enim ſignificat dies, qñ obſeſſa fuerit hieruſalẽ: ita ut iudas
quoq; eam obſidere cogat: & carnaliter & ſpiritualiter per/
cutiet dñs omnes aduerſariorũ equos in ſtuporẽ: ita ut om
nes ſtupeant qui eos uiderint eſſe percuſſos: & aſcẽſores eo/
rum, malorũ præmente magnitudine, uertent in amẽtiã: &

a HEB. ¶ In die illa dicit dñs: Percutiam omnẽ equũ in
ſtuporẽ: & aſcẽſorẽ eius in
amentiã: & ſuper domum
iuda aperiã oculos meos:
& omnẽ equũ ꝓpl̃orũ per
b cutiã in cæcitate. Et dicẽt
duces iuda in corde ſuo:
confortentur mihi habita
tores hieruſalem in domi/
no exercituũ deo eorũ. In
c die illa ponã duces iuda ſi
cut caminũ ignis in lignis:
& ſicut facẽ ignis in fœno:
& deuorabũt ad dextram
& ad ſiniſtrã omẽs popu/
los in circuitu: & habitabi/
tur hieruſalẽ rurſus in lo/
co ſuo in hieruſalẽ. Et ſal/
uabit dominus tabernacu
la iuda ſicut in principio:
ut non magnifice gloriet
dom⁹ dauid: & gloria ha/
bitantiũ hieruſalem cõtra
iudam.

SEP. ¶ In die illa dicit dñs
oĩpotẽs: Percutiã omnẽ
equũ in ſtupore: & aſcẽſo/
rem eius in amẽtia: ſuper
domũ autẽ iuda aperiam
oculos meos: & oẽs equos
ꝓpl̃orũ percutiã in cæcita/
te. Et dicẽt tribuni, id eſt οἱ
χειλίαρχοι iuda in cordibus
ſuis: inueniem⁹ nobis qui
habitant hieruſalẽ in dño
oĩpotẽte deo eorũ. In die
illa ponã tribunos iuda ſi/
cut torrẽ ignis in lignis: &
ſicut † fœnum ignis in ſti/
pula: & deuorabũt a dex/
tris & ſiniſtris oẽs ꝓpl̃os
dñi ꝓ circuitũ: & habitabi/
tur hieruſalẽ adhuc in ſe/
metipſa: & ſalua faciet dñs
tabernacula iuda ſicut a
principio: ut nõ magnificet
gl̃ia dom⁹ dauid & elatio
habitatorũ hieruſalẽ ſup
iudam.

ſuper domũ iuda, qui cõtra metropolim ſuã facere aliquid
cogebant: aperiet dñs oculos ſuos ut eorũ miſereat, & eos
dignos ſuo faciat aſpectu, oculorũq; ſuorũ illuſtret lumine.
Omnes autem equos populorũ æterna percutiet cæcitate.
Qui ſpiritualiter equi intelligẽdi ſint, ſupra dixim⁹: Fallax pẽ.32.b
equus in ſalutem. Et: pẽ.19.b
Hi in currib⁹, & hi in
equis: & cætera his ſi/
milia. Aſcenſores ꝙq;
eorũ: uel dæmones uel
falſos magiſtros dixi/
mus: qui oĩes in ſtu/
porẽ uertent & amen/
tiam: ut nihil ſapere
cõuincant, ſed palpa/
biles eos opprimãt te/
nebræ: quales fuerunt
quãdo ægyptiorũ pri/
mitiua percuſſa ſunt:
Super domũ autẽ iu/
da. i. populũ qui con/
fitetur deũ: & fractus
perſecutiõis anguſtijs
ac timore perterritus,
uidet eſſe in numero
ꝓſequẽtiũ: aperiet do/
min⁹ oculos ſuos, ut
plæroſq; reſpiciat di/ † In greco ſic:
cẽtes ad ſe: Reſpice in ὡς λαμπὰς
me & miſerere mei: & πυρὸς
mereãtur audire: Erit
tibi dñs lumẽ æternũ.
Hæc eſt grauiſſimi la/
pidis laceratio: quã in
aduerſarios ſuos, qui
hieruſalẽ leuare & ue/
xare conati ſunt, dñs
cõminat. b ¶ Et di/ D
cent duces iuda in cor
de ſuo ꝛc. Cũ aperue/
rit dñs oculos ſuos ſu
per iudã: & percuſſerit
omnes equos gẽtium
cæcitate: duces iuda,
de quo ſupra dictum eſt: Sed & iudas erit in obſidione con
tra hieruſalẽ: uota facient in cordibus ſuis, quia loqui libere
non audebunt, ut uincat hieruſalem: & uictus iudas cũ ho/
ſtibus, uincat cum ciuibus ſuis. Pro eo qd nos diximus:
confortentur mihi: & Lxx. tranſtulerũt εὑρήσομεν ἑαυτοῖς,
id eſt, inueniemus nobis: In hebraico ſcriptũ eſt אמצה לי
qd Aquila tranſtulit καρτέρησόν μοι, id eſt conforta mihi:
ut ſit ſenſus: Optabunt chiliarchi & tribuni, ac duces iuda:
ac uota facient in abſcondito mentis arcano: ut deus con/
fortet habitatores hieruſalẽ in domino deo ſuo, & uincant
aduerſarios ſuos. Iuxta tropologiã: duces ac tribuni, apo/ Tropologia.
ſtoli ſunt: & omnes apoſtolici uiri atq; doctores, qui chriſti
exercitui præfuerunt: qui nollent ſibi alios inuenire, niſi eos
qui habitẽt in hieruſalẽ uiſione pacis: & qui habitent in do
mino omnipotente deo ſuo. De his ducibus Paulus apo/
ſtolus fuit: qui inuenit Titum & Timotheum, Lucam atq;
Syluanum: Petrus quoq; qui Marcum ſcriptorẽ erudiuit
euangelij: & cæteri apoſtoli qui omnem mundum ſua do/
ctrina & eruditione compleuerunt, ut haberent diſcipulos
habitatores hieruſalem. c ¶ In die illa ponam duces iuda
ſicut caminũ ignis ꝛc. Quando duces iuda dixerint in cor/
dibus ſuis: Conforta mihi domine obſeſſos hieruſalem: ut
qui ſua imbecillitate uicti ſunt, tuo ſuperent auxilio: Tunc
ego dominus omnipotens deus eorum, ponam principes
iuda ſicut fornacem ignis in lignis, & ſicut facem in ſtipula:
ut deuorẽt aduerſarios quibus ſimulata amicitia iungeban
tur. Deuorẽt autẽ a dextris & ſiniſtris: & oẽs ꝓpl̃os occidãt
in circuitu, ut rurſum hieruſalẽ habitetur in loco ſuo: & ne/
quaq; hoſtiles impet⁹ timeat. Vrbes ꝙq; & opida ac uillas

s & uiculos

E & uiculos tribus iudæ,qui direpti fuerãt atq; uaſtati,inſtau
rent ſicut fuerant anteq; uaſtarentur:& nequaq; domus regia
& inclyti ac magnifici tribus iuda, & habitatores hieruſalẽ
glorientur aduerſum tribum iuda:qd ſuo regatur imperio,ſuo
cõſilio gubernẽt:ſed ſciant q; domini ſit in utriſq; victoria.
Hæc iuxta hiſtoriã ſeu
facta ſint ſeu futura,fi
dem rerum dñi iudi
cio relinquẽtes, & ſan
ctis eius qui ab eo ſa
pientiæ ac ueritatis ſpi
ritum receperũt: Nos
dicam⁹ q; in tempore
perſecutionis eccleſiæ,
duces & tribuni nomi
nis chriſtiani: de qui
bus ſupra dixim⁹: Cũ
dñs pacem reddiderit
hieruſalem & interfe
cerit aduerſarium ſpi
ritu oris ſui:futuri ſint
quaſi camin⁹ ignis in
lignis,ut deuorent in
fructuoſas arbores:&
ſicut faces in ſtipula:
ut qcunq; frumentũ
nõ habet, & circũferẽ
omni uento doctrinæ
tradatur incendio. Et
deuorabunt (inquit)
duces iuda & tribuni
ad dexteram & ad ſini
ſtram, eos q in medio
itinere incedere nolue
runt:neſcierũt ὑπερβο
λὰς εἶναι κακίας:unde
dei populus pollicẽt:
nec ad dexterã,nec ad
F ſiniſtrã declinabim⁹: uia regia gradiemur. Via dextra,par
citas eſt,quã græci φιλολίαν uocant: ſiniſtra,luxuries: me
dia rectaq;,frugalitas. Omnes igitur qui ſunt in uia dextra,
quibus dicitur: Ne ſis iuſtus nimis: Et in ſiniſtra, qui au
diunt: Viæ quæ ad ſiniſtram ſunt,peruerſæ ſunt:deuorans
flãma conſumet:& deletis aduerſarijs atq; ſublatis,rurſum
hieruſalẽ,id eſt eccleſia priſtinã gloriã recipiet: & erit in ſuo
ſtatu: & iudæ tabernacula ſaluabuntur, toto orbe diſperſa
chriſtianorũ cõciliabula: de quib⁹ quaſi tentorijs & taber
naculis ire cupimus ad domũ quæ nõ eſt manufacta,& ad
cœleſtem hieruſalem.Propterea autẽ tabernacula plæbis &
omniũ qui cenſentur noie chriſtiano, & reputantur in uulgus,
antiquã pacẽ recipient obſeſſis eccleſiarũ principibus, & in
fugam uerſis:ut nequaq; putent magiſtri atq; doctores ſua
doctrina & ſapiẽtia:ſed dñi auxilio pacẽ eccleſijs redditam.
a ¶ In die illa proteget dñs ꝛc. Iuda obtinente uictoriam:
& dño reſtituente tabernacula eius ſicut fuerãt a principio:
ut nequaq; domus regia cõtra populũ glorietur: in illa die &
in illo tẽpore,dñs cuius auxilio iudas a dextris & a ſiniſtris
aduerſarios deuorabit,proteget etiã obſeſſos hieruſalẽ:& in
tantam fœlicitatẽ ac beatitudinẽ omnia mutabunt : ut qui
uiliſſimus putabat,ſit quaſi domus regia : & qui de domo
regia erat,ſit quaſi de domo dei,id eſt quaſi nuncius dñi &
angelicæ dignitatis,in conſpectu eorũ qui eo tẽpore fuerint
Anago: reſaluati. Iuxta anagogen:Proteget dñs habitatores eccliæ,
pace eccleſiarũ poſt perſecutionẽ grauiſſimã reddita : qñ &
ſui nominis interpretatione decorabit:hieruſalem em uiſio
pacis exprimit. Et tam beati erunt qui ,p eccleſia militarũt,
& in perſecutione dñm ſunt cõfeſſi: ut qui minimus fuerit,
& quaſi hõ in aliquo peccato dictoq; offenderit,ponatur in
ordine magiſtrorũ: Et magiſtri qui ſuũ ſeruauerint gradũ,
ſint quaſi domus dei, & quaſi angelus dñi : quia hoc omni
ſtudio laboramus poſiti in terra, & uario labore ſudantes,
ut transformemur in angelicam gloriã. b ¶ Et erit in die
illa ꝛc. In die illo qñ proteget dñs habitatores hieruſalem,

a HEB. iudam. In die illa proteget dominus habita
tores hieruſalẽ: & erit qui
offenderit ex eis in die illa
quaſi dauid,& domus da
uid quaſi dei: ſicut ange
lus dñi in cõſpectu eorũ.
b Et erit in die illa quæram
cõterere omnes gẽtes quæ
ueniunt contra hieruſalẽ.
Et effundam ſuper domũ
dauid, & ſuper habitato
res hieruſalem,ſpiritũ gra
c tiæ & precum. Et aſpicient
ad me quem confixerunt:
& plangent eum planctu
quaſi ſuper unigenitum:
& dolebunt ſuper eum ut
doleri ſolet in morte pri
mogeniti.

In die illa

quæret dñs cõterere omnes gentes,quæ ueniunt contra hie G
ruſalem. Conteret autẽ nõ in perditionẽ,ſed in emendatio
nem:ut aduerſum hieruſalem militare deſiſtant,& eſſe incipiant de hieruſalẽ. Si em de nihilo creauit omnia:nõ idcirco
fecit ut perderet quæ creauit : ſed ut illius miſericordia quæ
creata ſunt,ſaluarentur.
Vñ & in ſapiẽtia quæ
Salomonis inſcribit,
(ſi cui tamen placet li
brum recipere)ſcriptũ
reperimus:Creauit ut Sapi.1.a
eſſent omnia,& ſaluta
res generationes mun
di: & non erit eis uene
num mortiferũ. Sicut
em uenit dñs ut quæ
reret quod perierat:&
ſaluauit humanũ ge
nus:ſic & gentes in eo
perdidit, q; gẽtes erãt
aduerſariæ. Deniq; ſe
quitur:Effundã ſuper
domum dauid & ſup
habitatores hieruſalẽ,
ſpiritũ gratiæ & miſeri
cordiæ. De hac gratia
ſcribit & Paulus: Cha Rom.5.a
ritas dei diffuſa eſt in
cordib⁹ veſtris p ſpiri
tum ſanctũ qui datus
eſt nobis. Et in ſupra
dicto uolumine conti
net:Quæ in cœlo ſũt: Sapi.9.d
quis inueſtigabit: niſi
q; tu dediſti ſapientiã,
& ſpiritũ ſanctũ tuum
miſiſti de excelſis: &
ſic correctæ ſunt ſemi
tæ eorũ qui uerſantur in terra : & quæ tibi placẽt, eruditi ſunt H
hoĩes. Et in Eſaia loquit deus: Dedi ſpiritũ meũ ſup te. Et
rurſum de eodem ſcriptura cõmemorat: Dedi ſpiritũ meũ Eſa.42.a
ſuper eum. Verbum autẽ effuſionis,ſenſum largitatis oſten
dit:ſicut manifeſtum eſt in eo quod diximus: Charitas dei
diffuſa eſt in cordib⁹ veſtris. Et in alio loco ex perſona dei:
Effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnẽ. Qui ſit autem Ioel.2.g
ſpiritus gratiæ: idem Apſtus loquit ad hebræos : Quanto Hebre.10.a
magis putatis deteriora mereri ſupplicia eum qui filiũ dei
conculcauerit: & ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerit:in
quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ cõtumeliã fecerit:
Vnde & ſpũſſancti diuerſæ gratiæ eſſe dicunt. Et ſalutatio
Apoſtoli: Gratia(inquit)uobis & pax multiplicẽt:ut poſtq;
nobis peccata donauerit, tunc pax per miſericordiam con
ſequatur . Hæc iudæi ex parte iam facta:& plenius in cõſu
matione mundi futura cõmemorant: Nos autẽ poſt aduen
tum chriſti quotidie impleri intelligimus & probamus.
c ¶ Et aſpicient ad me quẽ confixerunt ꝛc. Hebraicæ literæ
ר & ד, hoc,eſt d & r ſimiles ſunt: & paruo tñ apice diſtin
guunt. Ex quo euenit ut idem uerbũ diuerſe legẽtes, aliter
atq; aliter tranſferant. Intelligẽtiæ gratia unũ demus exem
plum: Et ueſtitus inquit erat Samuel אֵפוֹד בָּד ,id eſt indu 1.regũ.2.b
mento lineo: בָּד enim linũ appellat: Vnde & בַּדִּים lina di
cunt: Pro q̃ hebraico, græco latinoq; ſermone male quidã
legunt,Ephod bar: Si quidẽ בַּר aut filius appellat,aut fru
mẽti manipulus, aut electus ,aut ὄυλος,id eſt criſpus. Q d
ibi errore interpretationis accidit, etiam hic factum depre
hendimus . Si em legatur דָּקָרוּ, ἐξεκέντησαν,id eſt com
punxerunt ſiue confixerunt accipitur. Sin autem contrario
ordine literis cõmutatis רָקָדוּ ὠρχήσαντο.i.ſaltauerũt in
telligit:& ob ſimilitudinẽ literarũ error eſt nat⁹. Ioãnes au
tem euangeliſta qui de pectore domini hauſit ſapientiam:
hebræus ex hebræis,quẽ ſaluator amabat plurimũ: nõ ma
gnopere curauit quid græcæ literæ cõtinerent, ſed uerbum

interpretatus

A interpretat⁹ e ỿbo eſt, ut in hebræo legerat: & tpe dn̄icæ paſ
ſionis dixit eſſe cōpletū. Q d̄ ſi quis nō recipit: det teſtimo
niū, de q̄ ſctārū ſcripturarū loco Ioannes iſta ꝓtulerit: & cū
nō repererit, cogeť ingratis ſuſcipere ueritatē. Plangēt autē
iudæi q̄ſi ſuꝑ unigenito & primogenito: idipſum ſignifican
te in dn̄o ſaluatore, & unigenito & primoge
nito. Vnigenit⁹ dicit̄, ꝓpter naturæ ꝓpriета
tē: primogenit⁹, iuxta Apſtum ex mortuis re
ſurgentiū. Pro unige
nito ἀγαπητὸν .i. cha
riſſimū, Lxx. tranſtu
lerunt: de quo in euan
Matth.3.a gelio legimus: Hic eſt
fili⁹ meus chariſſimus
in quo mihi cōplacui.
Tunc dolebūt a ſe cru
cifixum, cum uiderint
in claritate regnantē.
Verbū καʃωρχήσαντο
apud græcos: non ab
illuſione, ſed a ſaltatu
cōpoſitum eſt: q d̄ ſcili
cet contra dn̄m qua
ſi ludendo ſaltauerint:
quando dicebant illu
dentes atq; ridentes:
Mar.15.c Vah, qui deſtruis tem
plum: & in trib⁹ dieb⁹
ædificas illud? Saluū
fac temetipſum deſcē
dens de cruce. Hæc &
alia illudētes: & quo
B dam amētiæ tripudio
ſaltantes loquebant̄.
a ¶ In die illa magn⁹
erit planctus in ꝛc̄.
תהרמון : ꝑ q̄ Lxx.
tranſtulerunt ῥῶνος,
urbs eſt iuxta hieꝛrae
lem, quæ hoc olim uo
cabulo nuncupata eſt:
& hodie uocat̄ maxi
mianopolis in campo mageddō: in quo Ioſias rex iuſtus a
pharaone cognomēto nechao uulneratus eſt: ſuꝑ q̄ lamēta
tiones ſcripſit Hieremias, quæ leguntur in eccl̄ia: & ſcripſiſſe
eū Paralipomenon teſtat̄ liber. Sicut igit̄ eo tpe poſt reges
pctōres ſpes oīs populi erat in Ioſia: & occiſo illo, magn⁹
planctus in urbe commotus eſt: ſicut legimus in hebraico:
Spūs oris noſtri chriſtus dn̄s captus eſt in peccatis noſtris:
cui diximus: In umbra tua uiuemus in gentibus: licet alij
iuxta intelligentiam ſpiritualem hoc referant ad dominum
ieſum: Ita crucifixo ſaluatore renouabit̄ planctus in hieru
ſalem, ſicut quondā fuit in urbe adadrimon in campo ma
geddon. Q d̄ c̄q; ſequit̄: Plangent familiæ & familiæ, ſiue tri
bus & tribus ſeorſum: familiæ domus dauid ſeorſum, &
uxores ſiue mulieres eorū ſeorſum: hoc ſignificat, cꝑ tēpore
tribulationis & luctus non debeamus ſeruire coniugijs &
operi nuptiarū. Vnde & in Iohel captiuitate propinqua di
Ioel.2.d citur ad iudæos: Egrediat̄ ſponſus de cubiculo ſuo: & ſpōſa
de thalamo ſuo. Et impēdente diluuio, imperat̄ noe: Ingre
Geñ.7.a dere in arcam tu, & filij tui, & uxor tua, & uxores filiorum
Ibi. S.c tuorū. Et poſtea finito diluuio, dicit̄ ad eam: Egredere tu &
1.Co.7.a uxor tua, & filij tui, & uxores eorū: ut qui in arca impenden
te diſcrimine fuerant ſeparati, redditi mundo, generationi
& liberis deſeruirent. Hoc autem non ſolum in tempore fit
anguſtiæ, ſed & in tēpore orationis: quādo uolumus dn̄m
deprecari: dicente Apoſtolo ad corinthios: Nolite fraudare
inuicem: niſi forte ex cōſenſu ad tempus, ut uacetis oratio
ni. Igit̄ & nunc tribus domus Dauid, & tribus domus Na
than, & tribus domus Leui, & tribus domus Semei a ſuis
uxoribus ſeparantur: ut plangant unigenitum & primoge
nitum dominū ieſum: de quo dixerāt: Sanguis eius ſuper
nos & ſuper filios noſtros. In Dauid, regia tribus accipitur,
hoc eſt, iuda: In Nathan, ꝓphetalis ordo deſcribitur: Leui,
refertur ad ſacerdotes, ex quo ortū eſt ſacerdotiū: In Semei
doctores accipiuntur:
ex hac enim tribu ma
giſtrorū agmina pul
ſularunt. Reliquas tri
bus tacuit, quæ nō ha
bent aliquod priuile
gium dignitatis. In eo
autem quod ait: Om
nes tribus reliquæ: tri
bus & trib⁹ ſeorſum,
& uxores eorum ſeor
ſum: uniuerſas abſq; nomine cōprehendit. Dicam⁹ & iuxta Lxx.
ῥοῶν appellatur, non una arbor malorū gra
natorum, id eſt mali punici: ſed locus his arboribus cōſitus: de
quo iuxta intelligen
tiam ſpiritualem ſpon
ſus dicit in canticocan
ticorum: Deſcendi ut Cañ.6.d
uiderem in genimine
torrētis ſi floruiſſet ui
nea: ſi floruiſſent mali
punici. Deſcendit em̄
ſaluator ad torrentem
huius ſæculi, & turbi
das aquas, de quibus
& in typo ei⁹ helias bi D
biſſe deſcribit̄: ut poſt
flores uineæ & mali
punici fructū utrunq;
ſuſciperet: & inebriās
eccleſiam ſuā audiret
ab ea: Potabis me de
uino unguētarij, de ui
no malorum granato
rum meorū. Huiuſce
modi potio non ſolum æſtus ſtomachi fugat, ſed & corru
ptum uentrē ſanare dicitur: & reliquis prodeſſe uiſceribus.
Nihil hoc pomo pulchrius: in rubore, eccleſiæ ſignificat ue
recundiam: in granorum ordine, gradus & membra totius
corporis per ſingula officia diſtributa. Cum in huiuſcemo
di uinea & malis fructum ſaluator nō inuenerit, dicet: Om Ioh.15.a
nem palmitem non ferentem fructum, tollet pater: & om
nem qui fert fructum, purgabit eum ut fructū plus afferat.
Et in alio loco Ioannes baptiſta cōclamat: Iam ſecuris ad ra
dices arborū poſita eſt: Omnis arbor quæ non facit fructū
bonū, excidetur & in ignem mittetur. In ſucciſione uitium
uel malorum, quando in die iudicij omnia deponentur no
mina dignitatum: & impletum fuerit illud quod ſcriptum
eſt: Ecce homo & opera eius: & palea a tritico ſeparata: erit
planctus magnus non in alio loco, ſed in hieruſalem: Etem̄
plaga atq; iudicium a ſanctis incipiet: & reges & ſacerdotes
& ꝓphetæ & doctores tundent manibus pectora: cū mala
pulcherrima uiderint eſſe ſucciſa: & eum quem confixerant
in patris ac ſua maieſtate regnare. ¶ Ca. XIII

In die illa erit fons patens domui dauid ꝛc̄. De hoc
fonte qui egreditur de domo dauid, & in Eçechiele
propheta ſcribitur: q d̄ erumpat fons in domo do
mini: & creſcat in fluuium, qui appellatur aquarē
miſſionis & indulgentiæ: & pergat ad ſolitudinē & ad mare
quod nunc uocatur mortuum, piſceſq; omnes uiuificet: &
ex utraq; ripa fluminis uarij generis conſurgant arbores, ꝑ
ſingulos mēſes, ſemper nouis fructibus abundantes. Et ut
ſciamus domum, hoc eſt, templum dei ipſam eſſe domum

b IN die illa Ca. XIII
erit fons patens do
mui dauid & habitā
tibus hierl̄m in ablutionē
pctōris & mēſtruatæ.

Et erit

SEP. In die illa magn⁹ erit
planctus in hieruſalem ſi
cut planctus maligranati
q d̄ in campo ſuccidit̄: &
planget terra per tribus ac
tribus: tribus dauid ſeor
ſum, & mulieres eorū ſeor
ſum: tribus domus iudæ
ſeorſum, & mulieres eorū
ſeorſum: tribus dom⁹ na
than ſeorſum, & mulieres
eorum ſeorſum: tribus do
mus leui ſeorſum, & mu
lieres eorū ſeorſum: tribus
ſymeon ſeorſum, & mulie
res eorū ſeorſum: omnes
reliquæ tribus ſeorſum, &
mulieres eorum ſeorſum.

¶ Ca. XIII

IN die illa erit om
nis locus apertus in
domo dauid, & habitanti
bus hieruſalem: & in tranſ
mutationem & in aſper
ſionem.

Et erit

C
Matth.27.c

E dauid: quæ in Ezechiel, domꝰ dei: in Zacharia, domus dauid appellatur: hic fons de domo dei egrediens, refertur ad ecclesiam & ad scientiam scripturarum: ut omnes renascamur in christo: & in aqua baptismatis nostra nobis peccata donentur. Nihil immundius menstruata: quæ quicquid attigerit, immundum facit: & huiꝰ tamẽ sordes christi abluent̃ baptismate. Pro ablutione peccatorũ & menstruatæ: Lxx. trãstulerunt, trãsmutationẽ & aspersionẽ: qđ de lege trãseamus ad euangelium: de litera ad spiritum: de umbra ad ueritatem: pro breuibus & præsentibus futura & æterna succedant. Aspersio autẽ sanguinem dñi significat: de quo & Petrus apostolus loquit̃: Gratia uobis & pax mꝫtiplicet̃, in obedientiã & aspersionem sanguinis iesu christi. Et rursum: Scientes ꝙ non corruptibilibus argento & auro redempti estis: sed sanguine precioso, ut agni ĩmaculati & puritissimi: q̃ qui aspersus fuerit & redẽptus, dicere poterit cũ ꝓpheta: Asperges me dñe hyssopo & mundabor: lauabis me, & sup niuẽ dealbabor. a ¶ Et erit in die illa dicit dominus exercituum ꝛc. In die illa quã crebro cõmemorat, oñia idola auferentur de terra: Siue illa idola de quibus psalmista dicit: Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominũ: ut nulla sit alia religio nisi tantum nominis christiani: & de quibꝰ in propheta scriptum est: Vlulate sculptilia in hierusalem & in samaria. Sicut eñ feci samariæ & sculptilibus illius: sic faciam hierusalem & idolis eius. Siue hæc idola: de quibus Apostolus loquitur: Spiritus autem manifeste dicit: quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorũ in hypocrisi falsiloquorum: cauteriatam habentiũ conscientiam suam. Sicut enim idola fiunt manu artificis: ita hæreticorum peruersa doctrina, quodcunq; simulauerit, conuertit in idolum: & facit, p christo adorari antichristũ. Pro pseudoprophetis, in hebraico absolute leguntur prophetæ, id est הַנְּבִיאִים: qui & ipsi pseudoprophetas significant: sed tamen & ab ethnicis, sacerdotes idolorũ uocantur prophetæ. b ¶ Et erit cum prophetauerit quispiam ꝛc. Nominibus idolorum de terra sublatis, & pseudoprophetis, atq; immundo spiritu qui loquebatur in eis: si quis ultra tentare uoluerit, & quippiam ex persona domini prophetare: statim pater eius & mater obliuiscentur parentum, ut dei retineant seruitutem: & proferent contra filium mortis sententiam: & tam piæ erunt omnium in deum mentes, ut non expectetur publicum iudicium: sed pereant qui tales sunt sententia propinquorum. Pro eo quod nos diximus: configent eum, idem est uerbum in hebræo, quod supra רָשַׂר: Qua ergo ratione Lxx. interpretes ibi κατωρχήσαντο: id est, insultauerunt, siue illuserunt: & ut uerbum de uerbo exprimam, contra eum saltauerũt: & hic συμποδιοῦσιν trãsferre uoluerunt, id est compedient: cum & Aquila & Symmachꝰ & Theodotio & ibi & hic similiter uerterint, confixerunt. Recte autem qui falsa ꝓphetauerit, homo appellatus est: dicente Apostolo: Cum eñ sint inter uos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis & scd̃m hominẽ ambulatis? Et in psalmis: Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. Et indigni spiritu dei merent̃ audire: Non permanebit spiritus meus in hominibꝰ istis: quia carnes sunt. c ¶ Et erit in die illa: confundentur prophetę ꝛc. Qui prophetare tentauerit: & parentum iudicio fuerit condemnatus: & uaticinij illiꝰ falsitatem rerum contrarius exitus approbarit, confundetur ex uisione sua: nec ultra operiet̃ cilicio ut mentiatur. Hic enim erat habitus prophetarũ: ut quando populum ad pœnitentiam prouocabant, induerent̃ cilicio. Vnde & Esaiæ præcipitur: ut auferat saccũ de lumbis suis, & nudus incedat: ne quaq; eñ tempus esse pœnitentiæ, sed imminentis captiuitatis. Ergo & iste pseudopropheta nequaq; habitũ accipiet prophetalem, ne sub alieno uestitu & operimento simplices quosq; decipiat: sed magis terram findet uomere: & agriculturæ deditus hominẽ se probabit, deiq; subiacere sententiæ: qui locutus est ad Adam: Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi: & comedes herbas terræ: & in sudore uultus tui uescẽris pane. Cunq; se ostenderit ad hoc natum, ut in sudore faciei suæ comedat panem suum: interrogabit eum alter & dicet: Quid sibi uolũt istæ plagæ: & hæc uulnera quæ in medio manuũ tuarum sunt? Et est sensus: Quare adhæres patibulo? Cur manus tuæ transfixæ sunt clauis? Quid cõmisisti ut huic pœnæ & cruciatui subiacerẽs? Et ille respondebit & dicet: Hæc uulnera & has accepi plagas parẽtum meorum iudicio condemnatus: & eorũ qui me non oderant, sed amabant. Et intantũ fugato mendacio ueritas obtinebit: ut etiam ipse qui suo punitus est uitio, recte perpessum se esse fateatur. Hebræi hoc quod scriptum est: Nec operient̃ pallio saccino ut mentiant̃, sic ediserunt: & non replebunt̃ spiritu dæmoniaco ąs τῇ χωτῶσας, id est

SEP. Et erit in die illa dicit dominus sabaoth: Disperdam nomina idolorũ de terra, & nõ erit ultra eorũ memoria: & pseudoprophetas, & spiritũ immundum auferam de terra. Et erit si ꝓphetauerit homo ultra: dicet ad eum pater suus & mater sua, qui genuerunt eum: Non uiues: quoniam mendacium locutus es in nomine domini: & compedient eum pater eius & mater eius qui genuerunt eum cum prophetauerit. Et erit in die illa: cõfundentur prophetæ unusquisq; ex uisione sua cum prophetauerit: & induentur pelle cilicina, quia mentiti sunt: & dicet: Non sum prophẽtes ego: † quia homo genuit me a iuuentute mea: & dicam ad eum: Quid sunt plagæ istæ in medio manuũ tuarum? Et dicet: Quibus percussus sum in domo diligentis me.

Framea

G

H

† In greco sic: μοὶ ἐρεῖ οὐκ εἰμὶ προφήτης ἐγώ, ὅτι ἄνθρωπος ἐργαζόμενος τὴν γῆν ἐγώ εἰμι, ὅτι ἄνθρωπος ꝛc. Matth. 6. Esa. 20. a

Ibi. n.

Amos 9.

Sop. 2.

F

Ibi. 113. b

Ps. 50. b

1. Pe. 1. a

Ibidem, d

Ps. 81. a

1. Co. 3. a

Geñ. 3. c

A id est piloſos, in Eſaia legim⁹: ne per hanc occaſionē emen/
titi habitus, dei in ſe eloquia mentiantur, ſiue dominū ne/
gent: בַּחַשׁ enim & mentiant & negent, interpretari poteſt
a ¶ Framea ſuſcitare ſuper paſtorē meum ꝛc. Pro framea
quam Lxx. ῥομφαίαν tranſtulerunt: in hebraico חֶרֶב: apud
Aquilam & Symma/
chum μάχαιραν, id ē
gladium ſiue mucro/
nem reperim⁹. Et pro
eo quod nos uertim⁹,
ſuper uirū cohærentē
mihi .i. προσκεκολλη/
μένον μοι, Aquila in/
terpretatus eſt: ſuper
uirū cōtribulem meū,
id eſt σύμφυλόν μου:
Symmach⁹, ſup uirū
populi mei: quod he/
braice dicit עֲמִיתִי,
Lxx. ſup uirum ciuem
ei⁹. i. ἐπὶ ἄνδρα πολί/
την αὐτοῦ: Theodotio,
ſuper uirum proximū
eius: י in fine ſermo/
nis pro י legētes, quæ
literæ ſola inter ſe di/
ſtant magnitudine: &
ſi י legatur, meum ſi/
gnificat: ſi ו, eius. Mi/
ror autē quoſdā hanc
pphetiam quā euan/
geliſta Matthæ⁹ retu/
lit ad dominum ſalua
torem poſtq̄ in paſſio
ne eius fugere diſcipu
li, & tūc eam dicit eſſe
cōpletam, allegoricis
interpretationib⁹ uelle
tenuare: & dum plus
cupiūt uideri noſſe q̄
cæteri, ueritatis regulā
non tenere. Refert em̄
euāgeliſta Matthæus:
Tunc dicit illis ieſus:
Matth.26.c oēs uos ſcādalū pa/
tiemini in me in iſta
nocte: Scriptū eſt em̄:
Percutiā paſtorē & di/
ſpergent̄ oues gregis.
Ibidem.f Et iterum: Hoc autem
totū factum eſt, ut im/
plerent̄ ſcripturæ pro/
phetarum: tunc diſci/
puli omnes relicto eo
fugerunt. Nec putan/
dum eſt de altero loco
aſſumptum teſtimonium: quia in euangelio deus a ſe dicit
paſtorem eſſe percuſſum: & in præſenti loco, gladio atq̄ mu
croni legimus imperatum: Percute paſtorem & diſpergent̄
oues. Hic gladius & hæc romphæa eſt & framea: de qua in
uiceſimoprimo pſalmo domin⁹ loquit̄ ad patrē: Erue a fra/
mea animam meam: & de manu canis unicam meam. De
Amos.9.c hac romphæa & in Amos propheta ſcriptum eſt: In gladio
morientur omnes peccatores terræ. Quod iuxta literam
penitus ſtare non poteſt: multi enim peccatores naufragio
pereunt: alij ueneno: hi aquis ſuffocantur: illos conſumit
incendium. Hoc autem gladio & hac romphæa omnes mo
riuntur peccatores, & tetri coloris æthiopes: de quibus So
Soph.2.c phonias ſacro ore teſtatur dicens: Sed & uos æthiopes in/
terfecti gladio meo eritis. Poſtq̄ paſtor bonus qui animā
ſuam poſuit pro ouibus ſuis, qui locutus ad patrē eſt: Quē
tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt: & ſuper dolorem uulnerū
meorum adijciebant: Patris uoluntate percuſſus eſt: & uir C
cohærens deo, qui ait: Ego in patre, & pater in me: pependit
Luc.23.g in patibulo, & dixit: Pater, in manus tuas commendo ſpiri
tum meū: ſtatim diſperſæ ſunt oues, omnis in chriſto mul/
titudo credentium. Conuertitq̄ dominus manū ſuam: ut

a HEB. Frāmea ſuſcitare ſup paſtorem meum: & ſuper uirum cohærentem mihi, dicit dominus exercituū: Percute paſtorē, & diſper/gentur oues: & cōuertam manum meam ad paruu/los. Et erunt in omni terra dicit dominus, partes duæ in ea, diſpergentur & defi/cient: & tertia pars relin/quetur in ea. Et ducam ter tiam partem per ignem: & uram eos ſicut uritur ar/gentum: & probabo eos ſicut probat̄ aurum. Ipſe uocabit nomen meum, & ego exaudiam eum: di/cam, populus meus es: & ipſe dicet, dominus deus meus. ¶ Ca. XIIII

b Ecce dies ueniunt domini: & diuiden tur ſpolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes ad hieruſa lem in prælium: & capie/tur ciuitas, & uaſtabun/tur dom⁹: & mulieres uio/labuntur: & egrediet̄ me/dia pars ciuitatis in capti/uitatem: & reliquum po/puli non auferet̄ ex urbe.

Et egredietur

SEP. Framea cōſurge ſup paſtorem meum, & ſuper uirum ciuem ei⁹ dicit do/minus omnipotens: Per/cute paſtorem & diſper/gentur oues: & inducam manum meam ſuper pa/ſtores. Et erit in die illa di/cit dominus: duæ partes peribunt & deficiēt: & ter/tia pars relinquetur in ea: & trāſducam tertiam par/tem per ignē: & uram eos ſicut uritur argentum: & probabo eos ſicut proba/tur aurum. Ipſe inuoca/bit nomen meum: & ego exaudiam eum: & dicam, populus meus iſte eſt: & ipſe dicet, dominus deus meus es tu. ¶ Ca. XIIII

Ecce dies domini ueniunt: & diuiden tur ſpolia tua in te: & cōgregabo omnes gen/tes ſuper hieruſalē ad bel/landum: & capietur ciui/tas & diripientur domus: & mulieres polluentur: & egredietur media pars ci/uitatis in captiuitatem: re/liqui autē populi mei non peribunt de ciuitate.

Et egredietur

in Lxx. legimus ad pa ſtores: quos multi ma le iudæorū principes interpretantur: Vt au/tem in hebræo ſcriptū eſt, ad paruulos: qui/bus dominus dixerat Ibi.12.d in euangelio: Ne time/as grex paruule: Et in Eſa.8.d Eſaia: Ecce ego & pue/ri ſiue paruuli q̄s mihi dedit de⁹. Et duæ par/tes factæ ſunt in omni terra iudæorum atq̄ gentilium: qui pariter perierunt & defecerūt: In paſſione enim eius, uox pſalmiſtæ cōpleta Pſ.11.a eſt dicentis: Saluū me fac dñe, quoniā defe/cit ſanctus. Et: Oēs declinauerūt ſimul in/utiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonū, nō eſt uſq̄ ad unum. Pereun tibuſq̄ gentilibus & iudæis, tertia in orbe pars: hoc eſt, terti⁹ chri ſtianorum populus re D pente ſuccreuit. Et pul chre ait: Tertia pars re linquet̄ in ea, hoc eſt, in terra: quia de iudæ/is atq̄ gentilib⁹ hi qui dominū confeſſi ſunt, ſoli uitæ & habitatio/ni terræ reſeruati ſunt. Ipſa quoq̄ tertia pars ne delicata eſſet, & ſe/cura cōfeſſione: q̄ſi ar/gentum & aurum per ignem ducitur & pro/batur: quē & domin⁹ in credentibus ardere cupit: & Paulus ferue/re deſyderat. Vnde & Apſi in ſpiritu & igne dñi baptiçati, loquun tur in pſalmo: Quo/niam, pbaſti nos de⁹: Ibi.65.b igne nos examinaſti, ſicut examinat̄ argen/tum. Et poſt paululū: Tranſiuimus per ignem & aquam, & Ibidem.c eduxiſti nos in refrigerium. Et in alio loco dicit̄ ad creden/tem: Si tranſieris per ignem, flamma nō comburet te: quia Eſa.43.a tecum ſum. Idcirco autē non conſumit incendium, & flam ma non deuorat: quia uox domini intercidentis flammam ignis. Cum ſic pbati fuerint paruuli, ſuper quos domin⁹ cōuertit manū ſuam: & per uocationē eorū omnis nationū turba crediderit: tunc credentium populus uocabit chriſtū nomine ſuo: & illo dicente: Tu es populus meus. Populus reſpondebit: Domin⁹ deus meus es tu. Iudæi hæc ad chri/ſtum referunt: & in ultimo tempore futura contendunt: ſed hoc inter nos & illos eſt, quod nos expleta iam dicimus, illi explenda commemorant. ¶ Ca. XIIII

Ecce dies domini ꝛc. Dies quos uenturos domi/nus cōminatur, ut diuidant̄ ſpolia hieruſalem in medio eius, & cætera quæ prophetalis ſermo com

Esa.13.b E prehendit: hi sunt de quibus & in Esaia legimus: Dies dñi insanabilis ueniet furoris & iræ, ponere totū orbem in solitudinem,& peccatores auferre de eo. Quanta autē necessitas erit,ut spolia eius diuidant in medio illi? Solet hoc frequenter accidere: ut quæ subito impetu in ciuitate direpta sunt, foris in agro aut in solitudine diuidantur,ne forte hostes superueniāt. Hic autem tantū malor pondus incumbet: ut quæ direpta sunt, in ciuitatis medio diuidantur ꝓ securitate uictoriæ. Et non solum capiet hierusalem cunctis gentibus aduersum eam in prælio cōcitatis:sed & uastabunt domus habitantiū hierusalē: & mulieres uiolabuntur in dolorē dñorū & maritorum:qui nec populationem domorū nec uxorū stuprū ab hostibus ꝓhibere poterūt: iuxta illud quod alibi legimus: Qui congregati sunt in medio tui, gladio cadēt: & filios uestros in cōspectu uestro allidēt:& dom? uestras depredabunt,& uxores uestras habebūt: q̄ nihil crudeli?,nihilq; miseri? inueniri pōt: ut timore mortis ꝓpriæ, nec salutē filiorū, nec uxorū pudicitiā defendere audeant. Hoc ipsum & Amos ꝓpheta ad Amasiam impiū sacerdotē cōminās loquit: Uxor tua in ciuitate Amos.7.d F fornicabit:& filij tui & filiæ in gladio cadent:& humus tua funiculo metiet. Et hæc populo iudæorū uniuersa cōtingēt:

ps.2.a Quia fremuerunt gentes : & populi meditati sunt inania.
Ibidem Astiterunt reges terræ:& principes cōuenerūt in unum,aduersum dñm & aduersum christū eius . Qui irrisit & subsannauit eos:& in furore suo cōturbauit illos: intantum ut Apostolus quoq; cernēs , eos annos qui ad pœnitētiā dati fuerant iam esse cōpletos : & nihilomin? illos in negatione persistere qui occiderūt dñm, & ꝓphetas & apostolos persecuti sunt,dixerit: Peruenit super eos ira in finē. Hæc oīa plenissime Iosephus, qui iudaicā scripsit historiā : & multo maiora q̄ legimus in ꝓphetis,eos sustinuisse cōmemorat. Cornelius quoq; tacitus qui post Augustū usq; ad mortē Domitiani uitas cæsarum triginta uoluminibus exarauit. Quō autē media pars capta sit ciuitatis:& reliquus populus in urbe permanserit:& illo tēpore & alijs approbaē,septentrionalē urbis & inferiorē partē esse captam: montē autē templi & sion in quo arx erat integra remansisse. Iudæi hæc sub gog dicunt esse cōplenda : alij tēporibus macedonū & ægyptiorū,diuersarūq; gentiū ex parte transacta. Nos temporis uarietatē dñi sentētiæ relinquentes: quæ scripta sunt, explicem?. a ¶ Et egredietur dñs ꝛc. Egredi deū,& pugnare cōtra gentes,& stare pedes eius sup montē oliueti: & cætera quæ in scripturis sanctis ἀνθρωποπάθως dicta,& carnaliter cōtinent,digne deo debemus accipere: Alioquin, cū loquatur Apl?us : Qui est imago dei inuisibilis . Et rursum:

Col.1.b 1.Timo.1.d Iob.1.b Ibi.6.e Regi autē sæculorū incorruptibili inuisibili deo. Et in euangelio scriptū sit: Deum nemo uidit unq; unigenitus filius qui est in sinu patris,ipse narrauit . Et iterū: Nō quia deum uidit quisq; præter eum qui est de patre:sicut iram ei? & pœnitentiā,& animā,& man?,& pedes,& uentrē, & oculos, & cætera corporis mēbra, ꝓ uarietate causarū & sensuū interpretationis accipim?:sic & hoc qd scriptū est:Egredietur dñs & præliabit,iuxta illud accipiendū qđ in Habacuc legim?:

Habac.3.c Mich.1.a Egressus es in salutē ꝓpli tui:in salutē cum christo tuo.Et in Michea: Quia ecce dñs egredietur de loco suo: & descēdet & calcabit sup excelsa terræ:& consument montes super eum

a HEB. Et egrēdietur dñs & præliabitur contra gentes illas , sicut præliatus est in die certaminis. Et stabunt pedes eius in die illa super montē oliuarū,qui est contra hierusalē ad orientē:& scindet mons oliuarū ex media parte sui ad orientē, & ad occidentē, prærupto grandi ualde. Et separabit b parabitur medium montis ad aquilonem : & medium eius ad meridiem. Et fugietis ad uallē montium meorū:

SEP. Et egredietur dñs & præliabit cōtra gētes illas, sicut in die cōmissionis, & in die prælij:& stabunt pedes ei? in die illa sup montem oliuarū : qui est cōtra hierusalē ad orientalē plagam. Et scindet mons oliuarum:media pars ei? ad orientē:& media pars illi? ad mare,uoragine magna nimis. Et inclinabit media pars mōtis ad aquilonē,& media pars ei? ad austrū. Et obturabit uallis montium meorū:

Esa.42.b G uallesq; scindent. In Esaia quoq;: Dñs uirtutū egredietur : & conteret bellū,& suscitabit çelum: & clamabit super hostes suos cū fortitudine. Egredietur ergo deus de loco suo,quādo quietē & mansuetudinē & clæmētiā suā ꝓ emēdatione peccantiū rumpere cogit: qui cū per naturā dulcis sit,uitio nostro παραπικραίνεται, id est, amarus efficit: nō sibi , sed patiētib?, quib? amara torməta sunt . Iste qui alibi loquitur ꝓ ꝓphetā: Ego sum deus & nō cōmutor. Et ad ipsum dicit: Tu autē idē es & permanes . Et in epistola Iacobi : Apud quē nō est cōmutatio : Nunc egredit & præliatur sicut in die certaminis: qñ pharaonē in mari submersit rubro: & ꝓ israelitico ppl?o dimicauit. Et stabūt pedes ei? his quorū misertus fuerit:& nequaq; mouebunt:ut rursum de eo dici possit : Et dñs tuba canet:& ambulabit in cōminatiōe iræ suæ . Nec ambulabit declinante iam sole,& uicinis tenebris post meridiē: quod super adam eum fecisse legimus. Cunq; steterit,nō stabit in ualle & in locis humilibus:sed in monte qui non infructuosas arbores habeat , & syluam sterilē:sed ubi oliueta nascunt:quibus alitur lumen æternū , & soluunt infirmitates , & requies lassis tribuit. Et ipse mons oliuarū in quo stant pedes dñi,cōtra hierusalem est & orientem, unde oritur sol iusticiæ : illisq; oliuis consitus est:de quibus dicitur : Filij tui sicut nouellæ oliuarū in ps.127.a circuitu mensæ tuæ . Cuius media pars scindet ad orientē, in qua sunt arbores plantatæ de gentibus: de quib? una loquitur: Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Et altera media pars scindet ad occidentem , & mare prærupto grandi ualde: qui circūcisionis est ppl?us: ad quē de? loquit per prophetā: Quid dilecta mea in domo mea fecit,abominationē ? Nunquid uota & carnes sanctæ auferēt a te malicias,aut in his effugies ? Hæc dilecta in domo dei fecit abominationē: ut dei filiū crucifigeret & audiret: Oliuā umbrosam & nemorosam pulchritudinē uocauit dñs nomē tuū: & inutiles facti sunt rami tui: q̄ fracti sūt de bona radice, ut nos in locū eorū insereremur. Et aīaduerte mysteria scripturarū: quō media pars quæ uergit ad occidentē,& salsis atq; amaris fluctibus tundit: non simpliciter in mari esse dicat, sed in prærupta maris uoragine & magna nimis: de qua & Micheas loquitur: Detraham in uallem lapides eius: haud Mich.1.b dubiū quin hierusalē & fundamenta eius reuelabo. Hæc ut in locis difficillimis & ualde obscuris,pro tenuitate uirium nostrarū diximus. Cæterū iudæi occidentē sequētes literā, conantur ostendere,stantem dñm super montem oliueti:& ipsum montē in duas partes esse diuisum : ut cōtra orientē unius partis habeat scissura principiū: & altera pars finem tendat ad occidentem:& in medio ualde præcipiti, alia pars ad aquilonē,ad austrū alia diuidat. b ¶ Et separabit medium montis ꝛc. Pro eo quod nos diximus, fugietis: Lxx.& reliqui interpretes ἐμφραχθήσεται, id est, obturabit siue replebit, transtulerūt. Et ꝓ eo qđ nos posuim?: qm̄ cōiunget uallis mōtiū usq; ad ꝓximū: Pro ꝓximo, Lxx. ἀσαήλ transtulerunt. Aquila ipsum uerbū hebraicū posuit אצל per e breuē literā ἀζήλ: Theodotio p extēsam ἀζῆλ: solus Symmachus ꝓximū interpretat? ē, quē & nos secuti sum?. Dicam? παραφρασικῶς, ut possint patere quæ scripta sunt: Cū mōs oliueti grandi uoragine præruptus fuerit : ita ut una pars uoraginis ad orientē, altera ad occidentē respiciat : repente & in ipsa

A & in ipſa uoragine excelſo ex utraq; parte prærupto, alia uorago rumpet ad aquilonē, alia ad auſtrū: & præruptū quadrangulū fiet: ut quadrifariā in q̄tuor plagas orientis & occidentis, aquilonis & auſtri uorago tendat. Et fugietis inqt ad uallē quæ eſt inter templū & ſion. Hi em̄ templi & ſion duo montes, dei montes appellant: quia uallis illa montis oliueti, quæ præruptis hinc atq; inde mōtibus cingit, uſq; ad tēpli montem q̄ ſanctus eſt, ſuā uoraginē trahet. Terræmotus autē in diebus Oſie regis iuda: illius tēporis traditur: quando oſias qui altero nomine Açarias dicitur, illicitum ſibi ſacerdotium uendicare conatus, lepra percuſſus in fronte eſt. De q̄ terræmotu & ī Amos principio legim⁹: Verba amos qui fuit in paſtoralibus de thecuæ quæ uidit ſuper iſrael in diebus oſie regis iuda, & in diebus hieroboam filij Ioas regis iſrael ante duos annos terræmotus, Deniq; poſtq; hic mortuus eſt rex ſceleſtus, ad cuius impietatem omnis terra commota eſt: uidit Eſaias uiſionem magnam quā ſuo uolu/

HEB. tium meorū: quo/niā coniunget uallis montium uſq; ad proximū: & fugietis ſicut fugiſtis a facie terræmotus in diebus Oſie regis iuda: & ueniet dominus deus meus omneſq; ſancti cū eo. Et erit a in die illa non erit lux, ſed frigus & gelu. Et erit dies una quæ nota eſt domino: non dies neq; nox: & in tēpore ueſperi erit lux. b Et erit in die illa exibunt aquæ uiuæ de hieruſalē: mediū earū ad mare oriētale: & mediū earū ad mare nouiſſimū: in æſtate & in hyeme erūt. Et erit dñs rex ſuper omnem terram:

In die

SEP. tium meorum: & ad iungetur uallis montium uſq; ad aſael: & replebitur ſicut repleta eſt a facie terræmotus in diebus Oſie regis iuda: & aderit dominus deus meus: & omnes ſancti cum eo. In die illa non erit lux, ſed frigus & gelu erit una die: & dies illa nota erit domino: & nō dies neq; nox: & ad ueſperā erit lux, In die illa egredietur aqua uiua de hieruſalem: media eius pars ad mare primum, & media pars ad mare nouiſſimū: in æſtate & in uere erit ſic: & erit dominus in regem ſuper omnem terram.

In die

dicemus qđ aduētus dñi ſaluatoris duobus inter ſe populis ſeparatis, obturet & repleat eā uoraginē quæ duos populos diuidebat: ut plana uia ad ſe mutuo gradiātur. a ¶ Et erit in die illa nō erit lux ꝛc. Manifeſte de ſecundo ſaluatoris prædicatur aduentu: de quo & Ioannes in apocalypſi ſua loquit: Ecce ueniet cum nubibus, & uidebit eū omnis oculus: & qui eum cōpunxerunt. Et dñs in euangelio pronunciat uenturū filiū hominis in nubibus cœli cū fortitudine & gloria multa. Veniet aūt cū nubibus, id eſt angelis: qui ſunt miniſtri ſpirit⁹ & ad diuerſa mittuntur officia: & cū prophetis atq; apoſtolis: de q̄bus ſcriptū eſt: Veritas tua uſq; ad nubes. Cūq; dies aduentus eius fuerit impletus: nō erit lux, ſed frigus & gelu: refrigerata omniū charitate: & præ multitudine malorum quæ ſupuenturā ſunt, frigeſcentibus cunctis & calorem priſtinæ fidei perdētib⁹. Poſtq; autē oēs peccatores frigus ſuū geluq; contraxerit: una dies erit atq; ꝑpetua: nequaq; ſibi luce & tenebris, die & nocte ſuccedētibus: ſed ipſe dominus erit lux omniū. De quo Eſaias plenius: Non erit inquit tibi ſol in lucem diei: neq; ortus lunæ illuminabit tē per noctem: ſed erit tibi dñs lux æterna: & deus tuus gloria tua. Q̄ui & in alio loco clamat ad hieruſalem: Illuminare illuminare hieruſalem: uenit em̄ lux tua ſuper tē: & gloria dei tui ſuper te orta eſt. Ecce enim tenebræ & caligo operient terram ſuper gentes: ſup̄ te autem apparebit dñs: & gloria dei tui ſuper te orta eſt. Et ibunt reges in lumine tuo: & gentes in ſplendore tuo. Si caligo & tenebræ operient terram ſuper gentes: quomodo rurſum gentes ambulabunt in ſplendore domini? Sed illæ gentes erūt in tenebris quas frigus geluq; contraxerit: & illæ ambulabunt in lumine domini, quæ ſecutæ fuerint reges, apoſtolos & prophetas: de quibus ſcriptum eſt: Cor regis in manu domini. Deniq; in tēpore ueſperi, hoc eſt tenebrarum & triſticiæ omniū peccatorū, ſanctis lux erit, & una & æterna dies: quæ ſi nota erit dñō (neq; em̄ ignorare poterit quā creauit) conſyderandum eſt quomodo dicat in euangelio, qđ diem illam nec angeli nec filius nouerit niſi ſolus pater. b ¶ Et erit in die illa: exibūt aquę viuę de hieruſalem ꝛc. In illo tempore: hoc enim ſignificat dies quæ ſoli nota eſt domino: in qua non ſibi ſuccedent lux & tenebræ, ſed erit lumen perpetuum: Iuxta illud quod in apocalypſi legimus: Et ciuitas non habebit neceſſariam lucem ſolis: quoniam dominus deus omnipotens lumen eius erit: egredientur aquæ uiuentes de hieruſalem: de quibus ſupra, ponētes Ezechielis teſtimonium, diſputauimus: quarum media pars ibit ad mare orientale: quod græcorum libri λίμμλω ἄσφαλτῖτιμ uocant, & uulgo mare appellat mortuū: ex eo quod nihil in aquis eius poſſit uiuere: Et media pars ad mare nouiſſimū, qđ ducit ad aegyptum & facit littora paleſtinæ. In æſtate inquit & in hyeme ita erit: ut aquæ iſtæ quæ exibūt de hierm, nec gelu cōſtringantur hyemis, nec æſtatis nimio feruore ſiccentur: quāq; ꝑ hyeme uernū tēpus Lxx. trāſtulerūt: qđ ad diſtinctionē

æſtatis nō

Cañ.4.d

Habac.3.a

Eſa.60.d

Ibidem.a

Apoc.1.b

Matth.24.e

ps.35.b

Apoc. 21.g

E æstatis nō cōuenit. Cūq; uitales aquæ utrūq; mare fuerint ingressæ, & amaras aquas dulci flumine mitigarint: tunc erit dominus rex super omnem terram. Aqua quæ egreditur de hierusalem, hoc est de ecclesia, doctrinam indicat saluatoris. De sion enim egreditur lex, & uerbum domini de hierusalē: iuxta illud qđ alibi scriptum est:

Esa.11.c Repleta sunt oīa sciētia domini: sicut aqua multa opiēs mare. Harum aquarum media pars ibit ad mare oriētale, populum circūcisiōis, qui in apostolis & per apostolos est electus: & medium earū ad mare nouissimum: ut de oriente & occidente ueniant qui accumbent cum abrahā isaac & iacob. Vel certe oriētale mare & mare nouissimū intelligamus uetus instrumentum & nouum, qđ nisi flumīe saluatoris & spiritali eius intelligentia fuerit dulcoratum, amarissimū est, occidēte litera & spiritu uiuificāte. Quodq; sequitur: In æstate & in hyeme erūt: subauditur aquæ uiuæ quæ egrediuntur de hierusalem: ut & in pace & in persecutionibus istæ uiuentes aquæ manare non cessent. Siue quia Lxx. transtulerunt: In æstate & in uere ita erit: hoc dicamus, qđ illo tēpore nō sit hyems sed uer, æstasq; ppetua: qñ uox turturis audiet in terra nostra: & ficus afferēt grossos suos, & uineæ florebūt: & hyems ptrāsibit, & pluuia recedet & abibit sibi. In illo tpe ideo uer necessariū erit: qa flores apparebūt in terra nostra: ut celebremus pascha & pentecosten: in quibus de terrenis transeamus ad cœlestia: & omnes fructus nostros offeramus deo. In phase eī hyemis finis, ueris exordium est: in pentecoste æstatis principium: quando labores manuum nostrarum & fructuum offerimus deo. De hac æstate & uere perpetuo iustus loquitur ad dominum:

Cañ.2.c

F

Ps.73.c Tu fabricatus es auroram & solem: æstatem & uer tu plasmasti. Tunc erit dominus rex super omnem terram: quando dicemus: Dominus regnauit, exultet terra. Et iterū: Dicite in gentibus quia dominus regnauit: Etenim correxit orbem terræ, qui non cōmouebitur. Aquam autem uiuam recte a nobis doctrinam saluatoris expositam, sciet ille qui biberit: & qui saluatorem audierit prædicantem: Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ uiuentis & salientis in uitam æternam. Et rursum: Qui credit in me (sicut dixit scriptura) de uentre eius egredietur flumina aquæ uiuentis. Sicut enim qui biberit de doctrina eius habebit in se fontem uiuētem: sic qui crediderit in eo: iuxta id quod scripturarum uocibus continetur: flumina aquæ uiuentis egredientur de uentre illius. Aquas uiuentes multi ad baptismum referunt: quæ in uere & in æstate, hoc est in pascha & pentecoste sitientibus largiendæ sunt: quando implebitur quod scriptum est: Lauamini mundi estote.

Ibi.96.a
Ibi.95.c

Ioh.4.b
Ibi.7.f

a ¶ In die illa erit dñs unus: & erit nomen eius unum &c. Extructionem urbis hierusalem, & aquarum egressum de medio eius, quæ ad utrumq; defluāt mare: iudæi & christiani iudaiçantes ultimo sibi tempore repromittunt: quando rursum exercenda circūcisio sit: & immolandæ uictimæ: & omnia legis præcepta seruanda: ut non iudæi christiani, sed christiani iudæi fiant. In die inquiunt illa quando christus in hierusalem aurea atq; gemmata sederit regnaturus: non erūt idola nec diuinitatis cultura diuersa: sed erit dñs unus: & reuertetur omnis terra usq; ad solitudinem: id est in antiquum statum: ponitq; locorum uocabula a quo loco usq; ad quē locū ædificanda sit hierusalē: de colle remmon, hoc enim gabaa sonat ubi arbor maligranati est, usq; ad australem plagam hierusalem. Quodq; sequitur: Rhama autem in loco suo permanebit: melius interpretatus est Aquila & cæteri qui posuerūt ex altabitur: Rama quippe exaltatio dicitur: iuxta illud prophetale & euangelicum: Vox in rama audita est: hoc est in excelsis sonuit. Exaltabitur itaq; hierusalem: & ædificabitur in loco pristino, a porta beniamin usq; ad portam quæ dicitur angulorū: & a turre hanāneel: nō ut græci & latini male legunt anamael usq; ad torcularia regis: qđ hebraice scriptum est חַמְלָךְ Et habitabunt inqt in ea, hoc est in hierusalem: & anathema amplius non erit: nullus uidelicet mœtus hostilis impetus, nulla formido: sed sedebit uel habitabit hierlm æterna pace reqescēs. Hæc iudæi iuxta literā somniāt & nostri χιλιασάι q rursum audire desyderāt: Crescite & multiplicamini & replete terrā: & pro huius uitæ cōtinētia breuiq; ieiunio: bulbos sibi & uuluas & aues phasidis, & attagenem: nequaq; ionicum: sed iudaicum repromittunt: de quibus uere potest dominus dicere: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: quia carnes sūt: Caro enim pugnat contra spiritum: & spiritus cōtra carnē. Nec opponant nobis Ioannis apocalysim: quæ & ipsa spiritaliter disserenda est. Nos autē cœlestem hierusalem interpretemur ecclesiā: quæ in carne ambulans, non uiuit scđm carnem: cuius municipatus in cœlo est. Postq; enim dominus iesus rex fuerit super omnē terrā: de quo ad patrem spiritussanctus loquitur per prophetam: Deus iudicium tuū regi da, & iusticiam tuā filio regis: tunc unus dominus erit: de quo scriptum est: Scitote quoniā dominus ipse est deus: Et unū nomē eius omni praua religione calcata: iuxta illud qđ ppheta decantat: Dñe dñs noster q̄ admirabile est nomen tuū in uniuersa terra. Et rursum: Magnificasti sup oēs nomen sanctum tuū. Et alibi: Sicut nomen tuum deus: ita & laus tua in uniuersa terra: de q̄ & Habacuc loq̄t: Laudis eius plena est terra. De cui⁹ glia nois ipse deus loq̄t: Absq; me non scies deum, & præter nomen meū: quod magnificatum est super omnes. Tunc reuertetur omnis terra in qua habitauere iudæi usq; ad desertū: id est usq; ad populū gentium qui prius desertus erat, & legis noticiam non habebat A gabaa usq; ad remmon, hoc est a colle usq; ad excelsum: quia de terra & de deserto ad colles, & de collibus ad montana consurgimus. Vnde & sponsus in canticocanticorum transilit colles, qui minores sunt: & salit super montes excelsos: de quibus scriptum est: Montes excelsi ceruis. Sin autem remmon malogranatum accipere uolumus: utrūq; eī apud hebræos interpretatur: hoc dicamus, qđ fines ecclesiæ de collibus incipiant: ut omnis ordo ecclesiasticus construatur: de quo supra diximus quando interpretati sumus plāctū unigeniti & planctū sicut adadrimon. Nec hoc est ecclesia fine cōtenta: sed perueniet usq; ad austrum in luce plenissima: Sup quo dudum exposuimus. Et nunc idcirco reticemus: ne eadē sæpius inculcātes lectori sim⁹ fastidio. Et exaltabit ecclia quæ cœpit a collibus & puenit ad meridiē: & habitabit in loco suo: de quo scriptū est: In loco pascuæ ibi me

G

גִּבְעַ

רָמָה

חֲנַאֵל

ἀναμαὴλ

Matth.2.c

Gen.1.d

H

Ibi.6.a

Ps.71.a

Deu.4.f

Ps.8.a
Ibi.137.a

Habac.3.a
Esa.44.a

Cañ.2.a

Ps.22.a

Ps.22.a A בִּנְיָמִין בִּגְיָמִים ibi me collocauit. A porta beniamin qui interpretatur, filius dexteræ, & non filius dierum: ut male quidam suspicantur: aliud est em̃ si in ׳ literã: aliud si in ם finiaꝫ: Et pueniet usq; ad locũ portæ oriẽtalis & prioris, usq; ad portã angulorꝫ. A uirtute incipim⁹, hoc q̃ppe dextera significat: & peruenim⁹ usq; ad portam prio/rem, ut per eam ingre/diamur ad cæteras: sta timq; nobis occurrit porta angulorꝫ ubi an gularis lapis est: quẽ reprobauerũt ædificã tes: & factus est in ca/put anguli: Qui angu laris lapis parietẽ utrũ q; cõnectit: & duos po pulos ī unũ redigit: de quo & deus loquitur Esa.28.d per Esaiam: Ecce ponã in sion lapidẽ angula/rem, electũ & prætio/sum in fundamentis eius: & qui crediderit in eum nõ cõfundet. Hic lapis angularis & cæteros lapides angu/lares supædificari sibi uoluit: ut apꝰs Pau/lus posset libere dicere Ephe.2.d Edificati super funda/mentũ apostolorũ & B prophetarũ, ipso angu lari lapide christo iesu. Hos lapides nõ imitã tur hæretici q oĩa glĩæ & lucri causa faciũt: & orant in angulis pla/tearũ, rectam semitã relinquentes. Omnis em̃ angulus rectam lineam frangit: & idcirco meretrix in prouerbijs, utcũq; eam accipere uo/luerimus: cuius non quiescũt pedes domi: sed aut foris ua/gatur, aut in omnibus insidiatur angulis platearũ: cum ui/derit iuuenem insipientem: non inuitat enim quem senserit Sapi.4.b esse prudentẽ & maturum senectute: de qua scriptũ est: Ca/ni hominis sapientia eius: statim apprehendit & osculatur atq; blandit̃: & ducit ad lupanar, & inuitat ad coitũ. Relinq̃ mus igit̃ simulatos ãgulos, & ad firmos atq; robustos chri/sti angulos trãseam⁹: ad ꝙs cũ puenerim⁹, statim nobis oc/ חֲנַנְאֵל currit turris hananneel, qd̃ iterpretat̃ gratissim⁹ dei. Quid em̃ turre salomonis gratius est: de qua ad sponsam dicitur: Can.4.b Sicut turris dauid ceruix tua quæ ædificata est in talphioth: תַּלְפִּיּוֹת mille scuta pendent super illam: omnia iacula potentium. Luc.14.f Hanc turrem dñs in euangelio ædificari uult, expẽsis prius Ps.121.b & sumptibus supputatis: & de qua dicitur ad hierusalẽ: Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis: de qua & Ps.60.a sanctus ad dñm loquit̃: Deduxisti me quoniam factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. De turre hanan neel peruenimus ad regis torcularia, pro quibus & tres psal mi titulum habent. Et dominus dicit in Esaia: Torcular cal Esa.63.a caui solus: ut exuberet in illis ꝓstra uindemia, & expri/mamus botros: & rubentia in christi sanguine musta calce/mus: ut bibam⁹ uinũ qd̃ lætificat cor hominis. Et spõsa de/ Can.2.a syderat sponsi sodalibus loquens: Inducite me in cellam ui/ni: ponite super me charitatem: Si nos istiusmodi inebria/rint torcularia, habitabimus in hierusalem: in qua anathe/ma ultra nõ erit: maledictio uidelicet & abominatio. Vnde 1.Co.16.d dicit & Apꝰs: Si quis nõ amat dñm, sit anathema. Et in alio Ibi.12.a loco: Nemo in spũ dei loquens dicit anathema iesu. Et pro fratrũ salute anathema esse cupit: imitari uolens dñm suũ: q & ipse cũ non esset maledictio, ꝓ nobis fact⁹ est maledictio. Ablato aũt oñi anathemate, habitabit hierusalẽ secura atq; confidens: & illud in se exprimens: Qui confidit in domi/ Ps.117.a no beatus est: Et: Melius est confidere in dño q̃ confidere in homine: de qua securitate & confidentia Hieremias pro/pheta cõmemorat: Benedictus erit homo qui cõfidit in do/mino. a ¶ Et hęc erit plaga qua percutiet dominus oñes gentes ꝛc̃. Quæ passuræ sint gentes quæ cõtra urbem do/mini dimicabunt, præsens scriptura testatur: Stabũt inquit

a HEB. Et hæc erit plaga qua percutiet dominus om/nes gentes quæ pugnaue/runt aduersum hieruſa/lem: Tabescet caro uniusq; cuiusq; stantis super pe/des suos: & oculi eius con/tabescent in foraminibus suis: & lingua eorum cõta/ b bescet in ore ſuo. In diẽ il/la erit tumult⁹ dñi magn⁹ in eis: & apprehendet uir manũ proximi sui: & cõse/retur manus eius sup ma/nũ proximi sui. Sed & iu/das pugnabit aduersum hierusalẽ: & cõgregabunt̃ diuitiæ omniũ gentiũ in circuitu: aurum & argen/tum & uestes multæ satis.

SEP. Et hæc erit ruina qua percutiet dominus oñes populos qui militauerunt contra hierusalem: Tabe/scent carnes eorum stan/tium super pedes suos: & oculi illorum defluent de foraminibus eorũ: & lin/gua eorum tabescet in ore eorum. Et erit in die illa stupor domini magnus super eos: & apprehendet unusquisq; manum proxi mi sui: & adhærebit man⁹ eius in manu proximi sui: & iudas præparabitur in hierusalem: & congrega/bit robur omniũ populo/rũ ꝓ circuitũ: aurũ & argẽ/tũ & uestes multas nimis.

Et sic Et hæc

C Hiere.17.a

D

ximinus, & nuper Iulianus passi sint: & tunc rebus ꝓbabi/mus etiam iuxta literã, prophetiæ ueritatem esse completã: qd̃ cõputruerint carnes eorũ, & oculi contabuerint, & lin/gua in pedorem & saniem dissoluta sit. Porro si ex hoc dicto hæreticis crudelitas dei uidetur ostendi: audiant hæc uni/uersa fieri: ut deficiẽtibus malis succrescant bona. Qui em̃ in domino & cum domino steterit, defluẽt eius carnalia, ut oriantur spiritualia: & oculi qui male uidebãt, cadent de fo/raminibus suis: ut alij reponãtur qui possint dominũ suspi/cere cum propheta dicente: Ad te leuaui oculos meos qui Ps.122.a habitas in cœlis. Et lingua blasphemãs ideo computrescet, ut altera lingua nascatur: quæ glorificet deum & possit dice/re: Lingua mea meditabitur iusticiam tuam, tota die lau/ Ibi.70.d dem tuam. Vnde & Symeon suscipiẽs in ulnis infantem, & futura prænuncians ait: Ecce hic positus est in ruinam & re/ Luc.2.e surrectionem multorum: ut mala cadant & optima susciten/tur. Vnde & dominus: In iudicium inquit ego ueni in hunc Iob.9.g mundum: ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæ/ci fiant. Non uidebat gentilium populus: & post fidem christi cœpit ueritatis lumen aspicere: quæ loquitur per pro/phetam: Spiritus domini super me: propter quod unxit Esa.61.a me: Euangeliçare pauperibus misit me: prædicare captiuis remissionem: & cæcis ut uideant: & illuminentur sapientia: de qua scriptum̃ est: Sapientia hominis illuminat faciem Eccs.8.a eius: Et in psalmis legimus: Dominus illuminat cæcos, si/ Ps.145.b ue sapientes facit: Hoc enim magis significat σοφοῖ. Vide/bant iudæi: & quia lumen recipere noluerunt, æterna cæci/tate cooperti sunt. b ¶ In die illa erit tumultus domini magnus in eis: ⁊ apprehẽdet uir manũ ꝓximi sui ꝛc̃. Cum hæc fuerint expleta miracula: ut caro hostium defluat: tabe/scant oculi: lingua in ore blasphemantiũ cõputrescat: Tunc erit magnus tumultus siue stupor in eis: hoc em̃ significat ἔκστασις quã Lxx. trãstulerũt. Et apprehẽdet unusquisq; ma/nũ ꝓximi sui: & cõseret̃ man⁹ cũ alterius manu, præ formi/dine & malorũ põderẽ quæ supueniẽt: Iudas q̃q; pugnabit

contra

E contra metropolim: de quo & ſupra diximus: & a domino conceſſa uictoria: congregabuntur diuitiæ omniũ gentium quæ militauerũt cõtra hieruſalẽ: aurũ & argentũ & ueſtium multitudo quæ in rebus præcioſiſſima ſunt. Hæc ſibi infœlix iudæa ꝓmittit: aurũ accipere ſperãs: quæ triginta argenteis dominũ appreciauit. Nos aũt cœptum ſequẽtes ordinẽ: oĩa iſta referamus ad eccleſiæ beatitudinẽ: qđ cũcti qui in ea fuerint admirent ſubiectionẽ hoſtiũ, & ſuã fœlicitatem: & unuſquiſq; apprehendat manũ proximi ſui: ut conſerant dextras, & mutua fide ac neceſſitudine copulentur. Quod autẽ in hebraico legimus: Et iudas pugnabit ad uerſum hieruſalẽ: pro quo Lxx. trãſtulerũt: Et iudas præparabit in hieruſalem: Vtroq; modo accipiamus, qđ iudas qui quondã domini confeſſus eſt nomen: & in ꝓſecutionibus coactus, chriſti populũ ꝓſecutus eſt: & ipſe uertat ad læticiã. Vel certe iudas, omnis confitẽs & fidelis, nõ ad uerſum hieruſalem pugnet: ſed præparet ſe in hieruſalẽ: ut contra aduerſarios dimicet. Et congregabit ipſe iudas diuitias omniũ gentiũ in circuitu: aurũ & argentũ & ueſtes multas nimis. Aurũ & argentũ in ſenſu & ſermone intelligi ſæpe diximus: unde & ueſtes eque debemus accipe: quibus chriſti decorat eccleſia: de qua ſcriptũ eſt: Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato circũdata uarietate. Quibus ueſtibus indutam ſe credentiũ turba lætatur & dicit: Exultabo in dño: quia induit me ueſtimẽtis ſalutis & tunica læticiæ: Dixerat enim ei dñs: Veſtiui te τριχάπλοις & byſſinis. In τριχάπλοις ueſtes tenues accipiamus: quæ tã pulchre ſunt atq; ſubtiles: ut capillorũ ſimiles eſſe uideanẽ. Has ueſtes eccleſia congregat: ut habeat quibus induat populũ ſuũ: cui a uero cõcionatore præceptũ eſt: In oĩ tẽpore ſint ueſtimẽta tua candida. a ¶ Et ſic erit ruina equi ⁊ muli ⁊c. Et hæc iudei ſub ἀλληγορίᾳ ſuo carnaliter explenda contendunt. Grandis reuera dñi fortitudo: ut corruant in caſtris hoſtiũ equi & muli, cameli & aſini: & omnia iumẽta eorum ſicut & homines corruent. Magnus triumphus, glorioſa uictoria: bruta animalia deo pugnante ſuperari. Dicam⁹ ergo iuxta Tropo. cœptam tropologiã: qđ idcirco omnia mala corruant quæ prius contra eccleſiam dimicauerunt, ut bona repente conſurgant. Denicq; qui prius equus fuerat hinniens ad uxorẽ proximi ſui, & impatiẽs ad libidinem ferebatur: & iacebat in turpitudine uoluptatũ: cum ſequi cœperit caſtitatem, dicetur ad eũ. Surge eamus hinc. Et: Surge ueni ꝓxima mea. Et in Apoſtolo: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te chriſtus. Cũq; ſurrexerint qui ante ceciderant equi, & mollia terga dño prebuerint ad ſedendũ: dicent ad deum: Aſcende ſuper equos tuos: & equitatio tua ſalus. Iuxta hunc ſenſum mulos accipiamus: qui ſteriles ſunt & non procreãt filios, ſed uoluptate laſciuiũt: de quibus pſalmiſta cõmemorat: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Sicut ergo qui proni ſunt ad libidinẽ, equi appellantur: ſic mulos iuſte uocabimus, qui uirgines ſunt carne & non ſpiritu: qui eunuchiſãt non ꝓpter regna cœlorũ ſed propter hominũ uoluptatẽ. Cum igitur iſti muli & iſti eunuchi uerſi fuerint in progenie, & ſpiritales filios procrearint: audient ꝓ Eſaiam: Et ne dicat eunuchus: quoniã ſum lignum aridũ. Hæc eĩ dicit dñs eunuchis: qui cuſtodierint ſabbata mea: & elegerint quæ uolui & tenuerint fœd⁹ meũ: dabo eis in domo mea & in muro meo locum nominatũ: & nomen melius a filiis & filiabus: nomẽ ſempiternũ dabo eis qđ nõ deficiet. Tales mulos & mulas habebãt reges iſrael:

Cañ. 2. d
Ephe. 5. d
pſ. 31. c
Eſa. 56. b

F

a HEB. Et ſic erit ruina equi & muli & cameli & aſini & omniũ iumentorum quæ fuerint in caſtris illis ſicut ruina hæc. b Et omnes qui reliqui fuerint de uniuerſis gẽtibus, quæ uenerint cõtra hieruſalem: aſcẽdent ab anno in annũ: ut adorent regem dominum exercituũ: & celebrẽt feſtiuitatem tabernaculorum.

c SEP. Et hæc erit ruina eq̃rum & mulorũ, camelorũ & aſinorũ & omniũ iumẽtorũ: quæ fuerint in caſtris illis iuxta ruinã hãc. Et erit quicũq; derelicti fuerit de cũctis gẽtibus: quæ uenerint cõtra hierl̃m, aſcẽdẽt ꝑ annos ſingulos: ut adorent regem dominũ omnipotentem: & celebrent feſtiuitatem tabernaculorũ.

& maxime dauid qui refertur ad chriſtum. Si intelleximus qui ſint equi & muli ruentes & conſurgentes: tranſeamus ad camelos: animal ruminans, ungulamq; non findens: Et dicamus camelos eſſe omnes peccatores terræ, qui graui peccatorũ ſarcina deprimunt̃: & uident̃ ſibi ſanctas ſcripturas legere: ſed ungulã nõ findunt, ruminantes eloquia diuina: & ea quæ ſcripta ſunt negligentes. Rectius aũt camelus dici põt populus iudæorũ: qui & ipſe legẽ dei meditat̃ & eã ruminat & uoluit in pectore: ſed non diuidit ungulã: ut credat in patrẽ & in filiũ: & in eo ĩmundus eſt, qđ nequaq; ſeparat literã a ſpiritu: umbrã a ueritate: & portat legis onera, & audit ꝓphetã: Væ gens peccatrix Eſa. 1, a populus plenus delictis. De iſtiuſmodi camelo qui ruminat, ungulãq; nõ findit: & in ꝓuerbĩs quaſi ad filiũ dicit̃: Qui relinquit cuſtodire diſciplinã patris, meditabitur eloquia mala. Poſt camelũ tranſeamus ad aſinũ, qui quondã ferebatur infrænis: & ĩmũdus erat & multos habebat dños: & ꝓ præcipitia labebat̃, ut corruens repente conſurgeret & portaret dñm ſaluatorẽ: & ingrederetur in ſanctã hieruſalẽ: & eũ paruulorũ turba credẽtiũ ſuſciperet triumphantẽ. Hunc aſinũ ad uitẽ & uineã ſaluator dicit̃ alligaſſe: De qua in pſalmis ſcriptũ eſt: Vineam tranſtuliſti ex ægypto, & eieciſti gentes pſ. 79. b & plantaſti eam. Ad quã ipſe uinitor loquitur: Ego plantaui te uineam frugiferam totam ueram. Omnia quoq; iumenta & animãtia quæ uno nomine ꝓpheta comprehẽdit, pro ſingulorũ naturis interpretanda ſunt: & hoc magis dei filio cõuenit, quã ea quæ ſtulta populus iudæorum uaticinatione præſumit. b ¶ Et omnes qui reliqui fuerint ⁊c. Omnes inquit qui relicti fuerint de cũctis gẽtibus quæ uenerint cõtra hieruſalẽ, aſcendẽt per ſingulos annos: ut adorent regẽ dñm exercituũ: & celebrent feſtiuitatẽ tabernaculorũ. Hæc quoq; iudæi caſſa ſpe in mille annorũ regno futura ꝓmittunt: cuius ſolẽnitatis iſtud exordium eſt: Egreſſus populus iſrael de ægypto per uaſtã & terribilẽ ac latã ſolitudinẽ: in qua non erat domus, uilla, opidũ, ſpecus: faciebat ſibi tabernacula atq; tentoria: quæ nunc a ſimilitudine paruulæ auis papiliones uocant̃: in qbus cũ coniugibus morarentur ac liberis, & cibum caperent: & per diẽ ſolis ardores, per noctem humorẽ & frigus & roris iniuriã deuitarẽt: iuſſumq; eſt ut in menſe ſeptimo quintadecima die menſis fieret tabernaculorũ ſolẽnitas. Et cũ te inquit interrogauerit filius tuus cras, dicẽs: Quid ſibi uolũt hæc tabernacula? Re Deu. 6. d ſpondebis ei: multo tpe pegrinati ſumus in ægypto: de qua eduxit nos dñs in ſolitudinẽ: & idcirco tabernacula ſuſcitamus: ut beneficiorũ dei omni tẽpore recordemur cũ cœperimus habitare in urbibus. Præcepit quoq; ut facerẽt taber- Leui. 23. g nacula de ligno pulcherrimo qđ iudæi cedrũ uocant, & de palmarũ ramis ac frondib⁹ ligni dẽſiſſimi, & ſalicis & populi. Hiſtoriæ iecimus fundamẽta: ut ex his ad ſpiritalia trãſeamus: Quãdiu in ꝓfectu ſumus & in curſu atq; certamine: habitam⁹ in tabernaculis: hoc oĩ mẽte nitẽtes, ut de tabernaculis ad firmã & ſtabilẽ ſedẽ trãſeamus. i. domũ dei. Vñ & ſẽtus dauid dicit in pſalmo: Heu mihi qa ĩcolat⁹ me⁹ ꝓlõgatus eſt. Et: Aduena ego ſum & pegrin⁹ ſicut oẽs pres mei. pſ. 119. a pſ. 38. c Hoc loqt̃ q̃ in ægypto eſt & adhuc in ſæculo cõſtitut⁹. Qui aũt egredit̃ de ægypto: quæ hebraice dicit̃ מִצְרַיִם & interpretat̃ tribulatio: & ĩgredit̃ uitioſæ ſolitudinẽ: carpit iter ſuũ & dicit in pſalmo: Pertrãſibo ĩ locũ tabernaculi admirabilis uſq; ad domũ dei. Admirabile eſt eĩ nolle habitare cũ ægyptijs: ſed ſubmerſo pharaõe terrã cupe repromiſſiõis ĩtrare.

Matt. 5.

Vnde &

Vñ & alibi loq̃r: Quã dilecta tabernacula tua dñe uirtutũ: cõ/
Ps. 83. a cupiscit & deficit ania mea in atria dñi. Et post paululũ: Beati
Ibidem oẽs q̃ habitãt in domo tua: in sæcula sæculorũ laudabũt te.
Ibi. 117. b Vox cñm exultatiõis & salutis in tabernaculis iustorũ. Et in
A pro. 12. a puerbijs scriptũ reperimus: Domus iustorũ permanẽt: & ta/
bernacula eorum qui recte agunt stabunt.
De domibus q̃ per/maneant: de taberna/culis q̃ statura sint pollicetur. Dicit & in
Ps. 26. b alio loco sanctus uir: Vnum petiui a domi/no hoc requirã: ut in/habitem in domo do/mini oñibus diebus uitæ meæ: & uideam delectationem domi/ni & uisitem templum eius. Qui in istiusmo/di habitat tabernacu/lis: & de tabernaculis ad atria: & de atrijs ad domũ: & de domo ad templum domini ire festinat: debet celebra/re solẽnia tabernaculo/rum in ligno sapiẽtiæ pulcherrimo: de quo in prouerbijs dicitur:
pro. 3. c Lignũ uitæ est omni/bus q̃ appropinquãt ei: & qui reclinanẽ su/per eum, quasi sup do/mũ firmitatis: Et in ramis palmarũ in qui/bus signum uictoriæ
B & uirtutis præmiũ cõ/tineẽ: & in frõdib⁹ dẽ/sissimæ arboris: quã myrtum iudæi intelli/gunt propter mortifi/cationẽ carnis ac libi/dinum. Vnde & dño saluatori a magis myr/rha offertur in mune/re. Et in ramis inquit salicis & populi: quã quidã unã arborẽ uocãt: ipsumq̃ ligni nomen q̃d̃ græce diciẽ ἀγνός indicat castitatẽ. Aiunt medi/ci, & hi qui de arborũ & herbarũ scripsere naturis: q̃d̃ si quis florẽ salicis siue ppñi mixtũ aqua biberit: omnis in eo frige/scat calor & libidinis uena siccetur, ultraq̃ filios generare nõ possit. Qui taliũ arborũ ramis, ptect⁹ fuerit: exerceat festiui/tatẽ tabernaculorũ: sextũ mensem transiens qui refertur ad mundũ: & in septimo agens sabbatum spiritale, in quinta/decima die mensis eiusdem quando noctis luna pleniss̃ima est: & oñes eius tenebræ claro lumine resoluunẽ. Hæc bre/uiter diximus: olim animo contẽplantes librorũ magnitu/dinẽ: ut ad reliqua transeamus. a ¶ Et erit qui nõ ascẽde/rit ꝛc. Pro eo q̃d̃ Lxx. transtulerũt καὶ οὗτοι ἐκείνοις προστεθή/σονται: id est: & isti illis apponẽtur: in hebraico scriptum est: וְלֹא עֲלֵיהֶם יִהְיֶה הַגֶּשֶׁם. q̃d̃ Aquila & Symmachus & Theodotio similiter interpretati sunt: & non erit super eos imber. Ecclesia dñi iesu appellat̃ cœlestis hierl̃m: de q̃ Apl's
Gal. 4. d scribit: Quæ aũt sursum ẽ hierusalẽ libera est, quæ est mater omniũ nr̃oꝝ. Et: Accessistis ad sion mõtẽ & ciuitatẽ dei uiuẽ/tis hierl̃m cœlestẽ. Et hæc hierl̃m nõ est in locis humilib⁹ si/
Matth. 5. b ta, sed in monte excelso: de q̃ saluator loquit̃: Nõ põt ciuitas abscondi super montẽ posita. Vnde qui adoraturus est do/minũ exercituũ in hieruslẽ: debet ad montana conscende/re. Qui autẽ de familijs ac tribubus terræ est: & idcirco do/minum non potest adorare: non erit super eum imber tem/poraneus & serotinus: nec terra illius pluuijs cœli rigabit̃.

Siue ut uerterunt Lxx. ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν τῶν C
φυλῶν τῆς γῆς εἰς ἱερουσαλὴμ τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ
κυρίῳ παντοκράτορι, id est, qui non ascenderint de fami/lijs terræ ad hierusalem: ut adorent regem dominum omni potentem: cum illis reputabuntur qui pugnauerunt aduer/sum hierusalẽ: & quo/rum tabescet caro, & oculi defluent: & lin/gua putrescet.

SEP. Et erit qui nõ ascen/derint de familijs terræ ad hierusalem, ut adorent re/gem dominũ omnipoten/tem: & isti illis apponẽtur. Sin autem tribus ægypti non ascenderit nec uene/rit illuc: & sup eos erit rui/na: qua percutiet domi/nus omnes gentes: quæ non ascenderunt ut age/rent solennitatem scheno/phegiæ. Hoc erit peccatũ ægypti & peccatum om/nium gentium quæ non ascenderint ut celebrent festiuitatẽ schenophegiæ. In die illa erit quod super frænũ equi est sanctũ do/mino omnipotenti: & e/runt lebetes qui in domo domini sunt sicut phia/læ ante domum altaris: & erit omnis lebes in hie/rusalẽ & in iuda sanctus domino omnipotenti.

Et uenient

